P. 29

C. 5ª

CONSILIORVM
SIVE
Responſorum præſtantiſsimi Iuriſconſulti.
PHILIPPI DECII MEDIOLANENSIS,
Tomus Secundus.

Nunc ſummo Studio recognita, & expurgata;

ADNOTATIONIBVS MVLTIS QVAE ANTEA PIVM LECTOREM, AC VERE CHRISTIANVM OFFENDEBANT, SVBLATIS, OPERA

Nicolai Antonij Grauatij.

Nouiſsime vero hac editione, alijs quàm plurimis annotationibus expunctis, quæ in prima editione derelictæ fuere.

Cum ſummarijs, ac ſuo copioſiſſimo Repertorio, numeris distincto, ita vt lector non poſſit ambiguitate aliqua alicubi implicari.



AVGVSTAE TAVRINORVM
Apud Hæredes Nicolai Beuilaquæ, 1579.



CONSILIA, SIVE RESPONSA
PRAECLARISSIMI IVRISCONSVLTI
Philippi Decij Mediolanensis.

EPITOME Consi. CCCXL.

Pretio simpliciter collato in alterius arbitrium, illo non arbitrante venditio resoluitur. Secus quando vlterius facta esset a partibus prouisio in non arbitrando per electos, quia tunc a cōuentione non licet recedere: imo in cōtrauenientе ad interesse agi potest.

SVMMARIVM.

1 *Verbum debet, de sui natura importat necessitatem.*

2 *Contractus factus eo pacto, ut de ipso cōficiatur scriptura per notarium, an statim valeat.*

3 *Venditio non propterea dicitur facta in scriptis, ex eo, quia inter contrahentes actum sit, quod de contractu huiusmodi scriptura fiat.*

4 *Pactum fieri potest a partibus, quod in contractibus nominatis non sit locus pœnitentiæ.*



Ro resolutione dubiorum quæ proponuntur contra Bertum de Filiacaia considerandum est, ꝙ in scriptura, & conuentione facta a partibus dr̄, ꝙ Ioannes Ser Francisci de Ambra debbe vendere à
1 Berto.† Ista verba important necessitatē: quia verbū debet, de sui proprietate hoc significat: vt per glo. in cle. attendentes. in verbo, debeant. de statu mo. facit tex. in l. 1. §. 1. ff. quod quisque iur. in l. prætor ait. in prin. ff. de eden. quæ iura ad hoc alle. Bar. in l. 3. C. de pig. cum ergo de necessitate obligatus sit Ioannes prædictus vendere non vr̄, ꝙ pœnitere possit. Hoc præmisso non ob. primo dum dr̄, ꝙ venditio fuit cōditionalis, quia pretium remissum fuit arbitrio duorum, quo casu venditio dr̄ conditionalis, l. fi. C. de contrahen. emp. & in §. pretium. versi. sed nostra. instit. de emp. & ven. & quia illi non sunt arbitrati pretium, venditio resoluta vr̄. d. l. fi. & d. versi. sed nostra: & ver. sin autem. & quia plura sunt requisita, quibus interuenientibus dr̄, ꝙ tunc dictus Ioānes teneatur facere chartam venditionis: ideo ante chartam factam vr̄, ꝙ sit locus pœnitentiæ, vt tradit Pau. de Ca. in l. cum res. col. 1. in ver. sed aduerte. C. de proba. in l. qui bis idem, in versi. sed quid si pluries vendidi. de verb. ob. ergo vr̄ ꝙ pro tali venditione Ioānes non possit conueniri. quia ad ista responderi potest: & primo ad illud, quod dr̄ de venditione conditionali, dico, ꝙ text. in d. l. fi. C. de ꝯhen. emp. procedit, qn̄ pretium fuit collatum in arbitriū alterius simpliciter, tunc illo non arbitrante venditio resoluitur. d. l. fi. secus qn̄ illo non arbitrante vlterius sit facta prouisio a partibus, prout in casu isto contingit: quia tunc a conuentione non est recedendum. l. 1. §. si conuenerit. ff. depo. in regula, cōtractus. de reg. iu. in 6. & ita in terminis no. tradit Io. de Ana. in consi. 19. Visis instris & compromisso. col. 3. ver. nec ob. si dicatur. vbi specialiter in proposito concludit, ꝙ qn̄ pretium est remissum in arbitrium alicuius, licet illo non arbitrante non recedatur a persona. d. l. fi. C. de contrahen. emp. & no. in l. si quis arbitratu. de verb. obl. hoc non habet locum, si dictum sit, ꝙ illo non arbitrante vicarius potestatis qn̄cunque arbitretur: quia tūc forma data in cōuentione debet obseruari: & ita in casu isto vr̄, quia dictum fuit, ꝙ non concordantibus illis, quibus datum fuit arbitriū declarandi pretium, ꝙ eligatur tertia persona in concordantia ab ipsis partibus videlicet, a dicto Ioanne, & Berto. & pro tali prouisione facta a partibus facit, quod in simili de testatore no. Bar. in l. liberto. §. Lucius. ff. de an. leg. Bal. in l. dictam legem. C. de cōdi. ob caus. & pro parte dicti Berti fuit dictus Ioannes requisitus, ꝙ venirent concorditer ad electionem tertij: & ipse recusauit: vt narratur: vnde nullam vr̄ habere excusationem, quominus ad interesse teneatur: quia in obligationibus facti succedit obligatio ad interesse. l. si quis ab alio. de re iud. in l. stipulationes non diuiduntur. de verb. obli. Secundo non ob. dictum Pau. de Cast. in d. l. cum res. cum si. supra alle. quia non potest adaptari in casu nostro, quod ipse dicit: quia hic præcessit pactum de vendendo efficaciter obligatorium: quia in scriptura dr̄, ꝙ debet vendere, vt supra dixi. vnde dato, ꝙ venditio non esset perfecta ante chartam confectā, remanet tamen Ioannes efficaciter obligatus virtute pacti præcedentis. Secundò respondetur, ꝙ loquitur Pau. de Cast. quando substantia contractus venditionis fuit suspensa in euentum chartæ, quæ debet fieri a notario. Secus vr̄ in casu isto, vbi non fuit dictum simpliciter, ꝙ scriptura conficiatur per notarium: sed additum est, ꝙ conficiatur ad sensum sapientis dicti Berti: ideo considerandum est, ꝙ ista verba sunt prolata in fauorem Berti, quod ad sensum eius sapientis charta conficiatur: vnde non debent in odium suum retorqueri: vt a venditione ꝯcta recedatur. argu. l.
2 quod fauore. C. de legi.† Partes enim cogitauerunt, ꝙ de contractu (vt moris est) deberet fieri scriptura ad faciliorem probationem: iuxta l. contrahitur. ff. de pign. & additum est in fauorem Berti, ꝙ scriptura componeretur ad sensum sapientis prædicti Berti, & propter hoc substantia contractus suspensa non vr̄. Tertio dictum Pau. de Ca. fundatur in necessitate: quia ex quo partes uoluerunt chartam debere fieri a notario, necessario cogitauerunt de die, quo erit notarius rogatus: ideo in illum diem uidentur conferre substantiam contractus: sed ista ratio cessat in casu nostro, in quo præcedit pactum de vendendo separatum ab ipsa venditione: aliud est enim venditio, & aliud est pactum de vendendo, ut tradit Ang. in l. 1. C. de pac. pigno. all. l. in bonæ fidei. ff. de eo, quod cer. loco. ubi Pau. de Cast. ad hoc ponderauit glo. & Matth. in no. 46. Not. ꝙ aliud est vendere. cum si. vt per Alex. in consi. 78. Viso themate. li. 2. Aret. in consi. 28 Diligenter animaduersis. in 1. dubio. unde licet ante chartam confectam non esset venditio: remanet tn̄ pactum efficax prout in scriptura dicitur. Quarto, quia ratio Paul. de Castr. non videtur uera: dum inquit quòd ex quo partes volunt, quòd conficiatur scriptura per notarium, videntur uelle, quòd notarius apponat diem, in quo fuerit rogatus, quia hoc fateor, cum notarius aliter rogari non possit. sed propter hoc non sequitur, quòd prius non esset firmatus ꝯctus: si partes conuenerunt de re, & pretio, & quamuis contractus esset firmatus, erit replicandus, ut notarius possit instr̄m conficere, & non infertur, ꝙ partes voluerint ꝯctum suspendere prout Pau. de Cast. dicit, & in casu nostro manifestè apparet esse firmatam venditionem, antequam charta fieri debeat, quia totū pretium debet prius solui secundum ordinem conuentionis, & ideo in casu isto nullo modo potest habere locum, quod dicit Pau. de Cast. & ita opi. Pau. de Ca. limitat, & declarat Are. in cōsi. 160. Longa est. vbi inquit decisionem Pau. de Cast. procedere in dubio, secus si appareret ex alijs, que in ꝯctu interuenerunt animū ꝯhentium fuisse, ꝙ ante chartam ꝯctus esset perfectus, prout in casu isto apparet ex solutione pretij, quæ prius debet fieri, ante-
3 quam charta conficiatur.† Quinto & vltimo dici potest, ꝙ dictū
* Pau. de Cast. non sit verum, quia s̄m * *communem* opi. licèt agatur a ꝯhentibus, quòd fiat instrumentum de contractu venditionis, non per hoc dicitur venditio facta in scriptis, quia cum de sui natura contractus non requirat scripturam, videntur cogitare partes, ꝙ conficiatur charta, & scriptura ad faciliorem probationē, iuxta l. contrahitur. ff. de pig. & ita apparet fieri de consuetudine, quæ non obseruatur, quod contractus dicatur fieri in scriptis, ex eo, quod notarius rogatus fuit de instrumento, & secundum cōsuetudinem verba contrahentium debent intelligi. l. semper in stipulationibus. ff. de regu. iur. l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de ædil. edi. in c. cæterum. de don. adhoc enim vt contractus dicatur
a fieri in scriptis, requiritur, quod expresse [a] à cōtrahentibus actū sit, ꝙ aliter contractus non valeat, ut not. Bart. in l. contractus. in prin. C. de fid. instru. in authen. sed nouo iure. in fi. C. si cer. pet. & istam conclusionem latè probat Saly. in d. l. contractus. in 2. q. & idem tenet Ang. in consi. 156 Domina Angelina. circa fi. & Are. in d. consi. 160. & idem sequitur Ange. de Aret. instit. de empt. & vend. in prin. & Fabia. in tracta. de empt. & vend. in 5. q. princi. in versic. tertio quæritur. ex quibus constat istam communem esse opi. & sic pluribus modis patet ex supra dictis, quod dictum Pau. de Cast. in casu isto nihil facit. Et ex his tollitur, quod obijcitur, quod Ioannes non esset obligatus vendere domum nisi prius facta solutione pretij declarari, quia solutio pretij arguit venditionem perfectam. l. Iul. §. offerri. ff. de act. emp. & absurdum esset, ꝙ prius solui deberet pretiū, q̄ esset facta venditio, ideo dicendū est, vt s. declaratū fuit, ꝙ charta vēditionis, quæ debet fieri facta solutione pretij, debet fieri ad faciliorem probationē, & in fauorem

ADDITIO.

a ¶ Expresse.) Idem Deci. supra consi. 11 in fin. consi. 159. nu. 5. in l. pactum quod bona fide. C. de pact. in rub. extra de consue. Pau. consi. 52. lib. 2. Hieron. Grat. consi. 107. lib. 1. Aret. consi. 159

rem venditoris ad sensum eius sapientis, & propter hoc substantia venditionis suspensa non fuit per supra dicta. Non ob. quòd dictus Bertus tenebatur soluere florenos 150. pro parte pretij, & hoc de mēse Martij, & talis solutio facta nō fuit: quia responsio manifesta videtur: cum talis solutio debuerit fieri post declarationem pretii firmati, & cōstituti: unde cum pretium declaratū non fuerit, non fuit dictus Bertus obligatus soluere: quia ubi aliquid fieri debet aliquo præsupposito, deficiente illo præsupposito obligatio cessat: ut not. Fulg. & etiam Saly. post Iaco But. in l. mancipia. C. de ser. fug. & hoc pro singulari dicto tradit Rom. in suo sing. 436. Statutum puniens. similiter dum dicitur, quod dictus Bertus emptor debeat soluere totum residuum pretij per totum mensem Octob. tunc proxime futuri, & si non soluerit, ꝙ tali casu dicta venditio retractetur, & resoluatur, hoc etiam intelligitur, facta prius declaratione pretii, vt supra dictū fuit. Non obst. successiue dum dicitur, quod hic videtur contractus innominatus correspectiuus, quia fuit pactum de vendendo in effectu: vt des mihi pretium declarandum per tales: quo casu videt habere locū penitētia: iuxta no. in l. si pecuniā. ff. de cond. cau. da. quia respondetur, ꝙ hic duntaxat agitur de contractu venditionis, quæ fuit facta eo modo, & cōditione, vt in scriptura dicitur, & in tali venditione cum sit contractus nominatus, non habet locum pœnitentia, etiam si facta sit sub conditione. l. necessariò. §. ꝙ si pendente. ff. de peri. & commo. rei vendi. Secundo potest responderi, ꝙ hic non potest habere locum penitentia: quia conuentio facta de vendendo habebat in se necessitatem: vt supra in prin. dixi per illa uerba debet vendere, & ista necessitas videt excludere penitentiam. † Et in contractibus innominatis a partibus conueniri potest, quod nō sit locus penitentiæ, ut no. Raph. Cu. in l. si alienam. §. Marcellus, in versi. item colligitur hic. ff. de donat. cau. mor. & sequitur Alex. in l. si pecuniam, in princip. ff. de condi. cau. da. ver. adde etiam ꝙ Rapha. Cu. Tertio responderi potest, ꝙ cum ꝯctus iste innominatus esset ordinatus ad ꝯctū venditionis nominatum, ꝙ non habet locum pœnitentia: vt no. Bald. in l. quamuis. C. de transac. in fi. alle. l. Labeo scribit si mihi. ff. de contrahen. empt. Quarto respondetur, ꝙ in contractibus innominatis habet locum pœnitentia, quando sunt correspectiui, & facti eodē tempore: secus si ex interuallo facta sit correlatio, ut not. Bar. per gl. in l. si cum fundum. ff. de pact. in ver. not. ex ista gl. & ita videtur in isto casu: quia præcessit pactum de vendēdo: & postea cum interuallo facta fuit venditio modo, & forma, vt dicitur in scriptura. Vltimo non obstat vnum, in quo fit magna dubitatio: quia tertius erat eligendus pro declaratione pretij, casu quo prædicti duo prius electi discordarent in taxatione pretii: & ideo cum de illorum discordia non constaret; tertius eligi non potuit: vt in simili casu tradit Alex. in consi. 124. In hac causa & lite in ver. tertia ratione principali. lib. 2. quia respondetur, quod in casu, in quo loquitur Alex. non erat appositum tēpus, intra quòd prius electi deberent concordare. Secus est in casu nostro, in quo dicitur, quod per totum mensem Ianuarij proxime futurum deberent pretium declarare: vnde per lapsum tēporis præfixi apparet de negligentia eorum, qui primo pretium declarare debuerunt, vt not. Bald. in l. 2. C. de spon. Pet. de Anch. in consilio. 64. Pro decisione. circa fi. & Dom. in cap. licet canon. §. primo. de elect. in 6. meritò propter illorum negligentiam tertius erat eligendus, & imputandum est Ioanni venditori, qui requisitus ab emptore Berto noluit tertium eligere secundum formam conuentionis, ideo ad interesse obligatus videtur. Postremo ad resolutionem omnium, quæ opponuntur, diligenter considerandum est, quod dato, quod venditio de qua in scriptura dicitur, fuisset resoluta per defectum conditionis, vel per penitentiam, quod omnino negatur per supra dicta. Hoc tamen dato, non videtur, quòd dictus Ioannes propter hoc esset liberatus a prima obligatione, quia tenebatur ad vendendum domum prędictam, quia illa obligatio contracta erat ante scripturam quæ exhibetur: quia in scriptura dicitur in princi. cum sit quod dictus Ioannes debeat vendere, per ista verba iuncta subscriptione partium habetur confessio, quod dictus Ioannes tenebatur vendere, quæ quidem confessio non inducit obligationem; sed probat obligationem contractam. l. Publia. §. fina. ff. depo. & talia verba etiam enunciatiua. probant inter partes. l. optimam. C. de contrahen. & commit. stip. & per Bartol. in Authen. si quis in agro. C. de edend. & volentes partes deuenire ad effectum, & executionem dictæ obligationis fecerunt venditionem modo, & forma, prout dicitur in scriptura: vnde licèt venditio non haberet locum, non tamen videtur recessum a prima obligatione contracta ante scripturam: quia primę obligationi per secundam nunquam derogatum videtur, nisi expressum sit, ita arguit Bartol. in consilio 72. Ex facto. facit text. in l. fina. C. de noua. & quia venditio fuit facta in fauorem emptoris pro implemento præcedentis obligationis; ergo non debet operari contrarium. l. quod fauore C. de leg. facit tex. in l. quarta. § si ex cōuentione. ff. de re iudi. & quia aliud est obligatio ad vendendum, & aliud est venditio, vt s. dictum est. vnde si de vēditione debet solui gabella, non debet solui de obligatione ꝯcta ad vendendum, vt no. Ang. in d. l. 1. C. de pa. pi. quia ista sunt diuersa, & ita in proposito vr̄ dicendum, dato, ꝙ venditio esset resoluta, obligatio tamen prius contracta ad vendendum non uidetur resoluta, sed remanet in viridi obseruatia, & virtute talis obligationis, & pro tali obligatione agere potest Bertus ad interesse, ut not. Ang. in consi. 184. Ex forma & ⁊ serie. Philip Dec. Pisis.

EPITOME Consi. CCCXLI.

A. prædecessores fuerunt constituti perpetui vicarij castrorum. A. L. & S. P. ab archiepiscopis R. ac de eis inuestiti fuerunt pro se, & filijs mediante censu annuo. Inde sequutæ fuerunt summorum Pontificum cōfirmationes clausulis opportunis munitæ. Et quia prædicta constitutio sapit alienationem de rebus ecclesiasticis prohibitam, controuersum fuit de iure A. a quo Deci. consultus respondit attenta ecclesia R. consuetudine tribuente potestatem alienandi prælatis ipsius, considerataque diutina possessione, & vi dictarum clausularum A. cēsendus est dominus, & verus possessor dictorum castrorum.

SVMMARIVM.

1 *Clausula ha bentes pro expreßis, quid operetur.*
2 *Concesio quam facit Papa in temporalibus alicui, constituendo illum uicarium est fauorabilis.*
3 *Confirmatio facta ex certa scientia, confirmat quod nullum est.*
4 *Verba Papæ faciunt plenariam fidem.*
5 *Gratia facta motu proprio, operatur, quod uera sint narrata.*
6 *Clausula motu proprio, supplet defectus solennitatis requisitæ in alienatione bonorum ecclesiæ.*
7 *Confirmans videtur dare.*
8 *Factum a Papa reputatur factum a Deo.*
9 *Papa potest dominium, & ius quæsitum alicui ecclesiæ etiam sine causa auferre.*
10 *Clausula non obstantibus constitutionibus, plus operetur, quam clausula ex certa scientia.*
11 *Decimæ olim datæ fuerunt in feudum etiam laicis, qui defensionem ecclesiæ susciperent.*
12 *Decretum iudicis remouet omnem præsumptionem fraudis.*
13 *Solennitas quæ requiritur in alienatione bonorum ecclesiæ, propter diuturnitat em temporis interuenisse præsumitur.*
14 *Possessio facti non est necessaria, quando Papa dixit in concessione sua de nouo tenore præsentium concedimns, & assignamus.*
15 *Ecclesia probare debet se læsam, ut restituatur. & nu. 16.*

Viso puncto, & diligenter consideratis, & circunspectis omnibus quæ de facto, & in iure proponuntur, principaliter quæritur de iure, quod Illustriss. Duci Ferrariæ [a] domino Alphonso Estensi competere videatur virtute concessionum & inuestiturarum, quæ exhibentur. Et ut distincte procedamus, videtur perscrutandum esse particulariter de iure, & vigore cuiuslibet concessionis. & primo principaliter videndum est de ultima concessione, quæ facta fuit ab Alexandro 6. in qua efficaciter intentio Illustriss. Ducis fundata videtur. Nam in tali bulla Papa Alexander principaliter duo facit. Primo enim aliorum concessiones confirmat. Secundo pro firmiori cautela ipse nouam concessionem principaliter facit. Circa primum in confirmatione refert concessionem factam Marchioni Leonello de Cast. Argentæ. & Lugi. ac villa Sancti Petri in plena forma vt apparet in instrumentis publicis, & instrumentorum tenores habuit pro expressis, [b] &
1 insertis, ac si de verbo ad uerbum insererentur. † Operatur enim talis clausula, ac si specialiter, & nominatim expressio facta fuisset: vt tradit Federi. in consil. 17. Habita super casu præmisso. & Bald. in capitu. cum dilecta. de rescrip. ubi inquit, quod quando Papa dicit, ꝙ tenor habeatur pro expresso de uerbo ad verbum, nulla obstantia officit. & idem tenet Ang. in consi. 273. Non est dubium. & in l. omnis per illum text. C. de præscrip. 30. ann. & in l. sed & si quis. §. quæsitum. in fin. ff. si quis cau. & idem concludit Albe. in l. 1. circa fin. C. quando imper. inter pup. & Io. de Ana.

ADDITIONES.

a ¶ Ferrariæ.) Pro quo in hoc eodem themate consuluit Car. Rui. consi. 35 Adeo plene. lib. 1.

b ¶ Pro expressis.) Ant. But. consi. 2. Gemi. consi. 120. Francis. Cur. Senior. consi. 65. Feli. c. nonnulli. de rescr. Ias. l. prætor ait. in prin. de ope. no. nun. consi. 173. in fi. lib. 4. adde Dec. s. consi. 54. Gem. consi. 65.

de Ana. in consi. 56. His quæ in facto sunt uisis. & licet in hoc sint opi tamen hoc omnino videtur procedere in casu isto, vbi concessio est facta motu proprio: vt Ange. dicit in d. § quæsitum, in fi. & idem Rom in consi. 327. In præsenti consultatione. in versi.
2 2. respondeo. † Et hoc confirmatur, quia ista concessio quam facit Papa in temporalibus constituendo aliquem vicarium, est fauorabilis, vt not. Bald. in rubr. de offi. deleg. in fin. & propter hoc ibi refert, quòd si facta sit de vrbe, etiam videtur facta de territorio ciuitatis. Cum ergo tenores instrumentorum habeantur pro expressis in hac confirmatione, talis confirmatio videtur facta ex certa scientia, vt est text. in cap. pen. de confir. vti. vel inutil. ubi in prin. & idem Abb. in ca. inter dilectos, de fid. instru. & in consi. 62. Illud de iure. uer. ad secundum lib. 1. Roman. in consi. 327. Istæ sunt. uer. quarta ratio. & Alexan. in consi. 1 Ponderatis his. in uer. præterea confirmatio. lib. 5. Et de certa scientia etiam specialiter & expresse dicitur, quo casu constat etiam ex isto capite, quod confirmatio ex certa scientia facta sit. quia in claris non est opus coniecturis. l. continus. §. cum ita de uerbo. obliga. & no. per glo. in fin. in clemen. & si principalis. de rescrip. in capit. statutum, in uerbo, literarum. de rescrip. in 6. Abb. in ca. examinata. de confir. util. Roman. in d. consi. 226. Alex. in consi. 37. Viso statuto. lib. 4.
3 † Et non parum operatur confirmatio facta ex certa scientia:
a quia confirmat [a] quod nullum est, vt no. in cap. 1. de transa. in c. ueniens. in uerbo, confirmatum. eod. tit. Bart. in l. si constat, ff. de appel. in l. priuilegia, in prin. C de sac. san eccl. ubi alleg. l. adoptio. non iure facta. ff. de adop. & idem tradit Abb. in c. 1. de confir. uti. & in consi. 62. 3. alleg. Pau. de Castr. in consi. 230. Dubitatur primo. in fi. Alex. in consi. 59. Viso instrumento. lib. 1. cum si. quæ nota sunt. dato ergo ꝙ concessiones priores non ualuissent, ex tali confirmatione facta ex certa scientia robur, & firmitatem accipiunt per prædicta. & no. Abb. in c. 1. de confir. uti. Ang. in l. 2. in 7 fall. in fi. ff. si quis in ius uoc. cum si. ut Fel. tradit in ca. ea quæ. de re iudi. & Alex. in consi. 111. Viso themate. in princip. lib. 5. & hoc idem comprobatur: quia quod factum est certa scientia principis, in dubium reuocari non potest: ut no. Bar. in l. conficiuntur. §. codicilli. ff. de iu. codi. & in consi. 196. Ciuitati Camerini. Old. in consi. 257. Factum tale est. Et dicit Bald. in ca. 1. §. si quis autem. in prin. per illum text. in tit. de pace Constan. ꝙ non debet quis audiri cõtra illud, quod princeps facit ex certa scientia, imo debet repelli, & illi perpetuum silentium imponi. Et quando clausula ex certa scientia a principe apponitur, apparet, ꝙ uoluit præiudicare illi, cui erat ius quæsitum: ut dicit Pau. de Cast. in consi. 105. Donatio prædicta alleg. gl. in ca. ad hæc. de rescr. & idem concludit Io. de Ana. in consi. 81. Viso instrumento. & Alexan. in consi. 215. Nec arguendi sumus. uer. 6. cõfirmatur. lib. 2. Et quando princeps facit ex certa scientia, uidetur facere de plenitudine potestatis: ut not. Bald. in l. eos. in princ. C. de app. & clausula ex certa scientia, habet vim clausulæ de plenitudine potestatis: ut not. Abb. in c. ad hæc. per gl. ibi, de rescr. & in c. cum inter. de excep. in c. cũ olim. de re iudi. & Rom. in consi. 369. Circa primum. in 5. dubio in fi. & clausula ex certa scientia, operatur, ac si mentio facta fuisset de obstantibus. ut no. Abb post Inn. in c. fin. in prin. ut lit. pen. Et in casu isto etiam expresse dicitur, ꝙ talis confirmatio facta sit ex certa scientia, & de plenitudine potestatis. & ubi princeps scribit de plenitudine potestatis, nihil opponi potest, quod annullet gratiam, ut no. Bal. in proœ. decre. ubi allegat Collect. & non potest dici principi, cur ita facis, ut idem Bald. in prælud. feu. uersic. sed pauca de principe. Accedit etiam clausula motu proprio, ut patet ibi motu proprio, non ad præfati Herculis Ducis, uel alicuius alterius pro eo, nobis super hoc oblatæ petitionis in-
4 stantiam. † Nam cum expresse dicatur motu proprio, & non ad instantiam alterius, apparet, quod non fuit facta confirmatio ad postulationem: quia uerba Papæ plenariam faciunt fidem. clem. 1. de proba. & etiam si probaretur de requisitione & supplicatione facta summo Pontifici Alexandro. non per hoc excluderetur: quominus cõfirmatio diceretur facta motu proprio, ut not. declarat Bald. in cap. nisi specialis. uersi. pone in literis dicat, supplicauit nobis Bald. sub tali beneficio. cui concessimus ipsum motu proprio, in uerbis istis non est repugnantia, sed significant, quòd motus proprius peruenit in mentem Papæ supplicationem adimplendi: & ideo etiam hoc casu secundum eum uiuificatur gratia per talem clausulam. hoc tamen non cadit in casu nostro, in quo absolute clausula motus proprii inserta reperitur. Et quicquid facit. Papa motu proprio, præsumitur rite factum, & sacrilegium est disputare, an dignus sit is, quem elegit. ut clemen. dissuadente. §. qui autem uersicul committunt etiam, ibi. dubitantes, an is dignus sit. quem princeps elegerit. & clausula motus [b] proprii tol-
b lit uitium subreptionis. capit. si motu proprio. de præben. in 6. & in clemen. si Romanus. de præb. & reddit dispositionem fauorabilem, ut not. Pet. de Anchar. in consil. 296. Pro clariori euiden-
5 tia in princ. & † ideo operatur, quòd gratia debet late interpretari, ut no. Anto. de But. in c. cum in cunctis. in uer. not. hic quod

dicitur. de elect. & propter dictam clausulam motus proprij probantur vera esse, quæ narrata sunt a summo pontifice, in quibus gratia fundata sit: vt not. Abb. dicit in capitu. dudum. de priui. in versicu. & puto hoc limitandum. & ideo in casu nostro fundata videtur intentio Illustriss. Ducis: vt vera sint omnia narrata a summo Pontifice Alexandro in eius bulla. Et operatur clausula motu proprio, quòd in principe causa iusta præsumatur: vt tradit Roma in consi. 436 Quòd indultum Petri in versi. 4. principalis ratio est. vbi alleg. l primam. C. de peti. bo. subla. lib. 10. & idem sequitur Feli. olim honorandus collega meus. in ca. quæ in ecclesiarum. de consti. in 7. char. in ver. limita quinto, dummodo princeps disponat motu proprio. & idem And. Sicu in consi. 13. lib. 3. & in casu isto expresse Papa attestatur, in tali confirmatione se motum fuisse ex causis legitimis eius animum mouentibus: nam eius assertioni standum est, cum de eius facto attestetur. clemen. 1. de probat. & tradit. Alexan in consi. 2. Visis. lib. 2. vbi loquitur de ista clausula Papæ ex iustis causis animum nostrum mouentib. & Pet. de Ancha. in consi. 302. Viso diligenter. & ista expressio de causis legitimis in genere sufficit, quamuis nõ exprimantur particulariter, vt de iudice Paul. de Cast. concludit, in l. cum hi. §. si prætor. ff. de transac. à fortiori hoc dicendum est in principe, cuius longe maior est authoritas: & quia in principe causa præsumitur. vt not. per Cyn. in l. fin. C. si contra ius. & in principe in his quæ sunt iuris positiui. & in summo pontifice, in beneficialibus est pro ratione voluntas, vt not. Bartol. post glo finalem. in lege relegati. ff. de poen. cum simi. vt statim inferius dicam: & ideo standum est assertioni summi pontificis, secundum doctrinam Barto. in l. si forte. ff. de cast. pec. & not. per glo. in l. si donatione. C. de colla. cum similib. vt dixi ibi. & in pontifice est text. in d. clemen. 1. de prob. Vltimo accedit clausula illa, quæ in dicta confirmatione reperitur: supplentes omnes, & singulos, tam iuris, quam facti, & quarumcunque solennitatum, & substantialitatum omissarũ defectus, si qui forsitan interuenerunt in eisdem. talis. n. clausula supplet defectus iuris positiui, capitulo illa, de elect. vbi Anto de But. & Abbas. not. Specul. in titul. de legato. §. nunc ostendendum. in versic 18. Anto. de But. in cap. 1. de transa. & propter hoc infert Alexan. in consi. 79. Circa primum, in ver.
6 circa sextum, lib. 1. † quòd per istam clausulam suppletur defectus solennitatis requisitæ in alienatione bonorum ecclesiæ: quia illud est inductum de iure positiuo. & hoc maxime dicendum est in isto casu, vbi Papa specialiter dicit constitutionem, deputationem, & reductionem prædictas, ac prout illas concernunt omnia, & singula in dictis instrumentis contenta, inde secuta quæcunque autoritate apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac plenum & perpetuæ firmitatis robur obtinuisse, & obtinere debere decernimus. De ista enim confirmatione hoc modo specialiter facta, & tot clausulis supra dictis corroborata, non videtur dubitandum, quòd Illustriss. Ducis intentio efficaciter fundata, & firmata sit, & virtus confirmationis augetur ex prædictis simul positis: quia funiculus duplex potentius ligat. cap. 1 de treu & pa. facit text. in authen. itaque. C. comm. de succe. & in terminis nostris tradit Francis. de Cur. in consi. 49. Memoriæ recolendæ Dux Mediolani. in versicul. circa sextum. vbi alios plures refert. & facit, quod dicitur de verbis geminatis, vt not. Barto. in l. cum scimus. C. de agri. & censi. lib. 11. text. in l. si mulier. C. ad Velle. gloss. in l. in contractibus. C. de non nume. pecun. cum similib. vt tradit Roman. in l. si vero. §. de viro. ff. solu. mat. in 31. fallen. Feli. in cap. si cautio. de fid. instru. & quia facta est relatio ad omnia, & singula contenta in dictis instrumentis, quo casu perinde habetur, ac si omnia & singula specificata fuissent: quia illud dicitur contineri in scriptura referente, quod dicitur in scriptura, ad quam relatio fit. l. asse toto. ff. de hæredi. instit. l. ait prætor. §. si iudex, ff. de re iud. l. si ita. ff. de cond.
c & dem. & relatio [c] facta intelligitur cum omnibus qualitatibus eius: vt no. Bar. in l. 1. §. fi. ff. si fam fur. fe. dic. in l. 1. ff. de recep. in l. si quis seruum. §. fin. ver. sed quæro testator. de leg. 2. & prædicta confirmatio non alteratur ex eo, ꝙ Illustriss. Dux bona, de quibus agitur tempore confirmationis possideret vt in bulla Alex. narratur, quia licet Comes comitatum possideat: potest tamen petere vt etiã Comes declaretur: vt no. Bar. in l. vt frui. §. vtrum autem. ff. si vsusfruct. pe. & qui obtinuit tenutam petere potest, quòd in ea confirmetur: vt no. Ang. in l. si finita. §. fin. ff. de dam. infec. cum simi. vt tradit ibi Alex. & institutus qui est in possessione beneficij potest petere, quod de nouo instituatur: vt not. Abbas

ADDITIONES.

a ¶ Confirmat.) Dixi in consue. Paris. §. 5. nu. 70.
b ¶ Motus.] Philip. Dec. j. consi. 407. & c. 2. de rescrip. l. 3. in princip. quod quisque iu. Alex. consi. 24. nu. 13. lib. 5. ubi tetigi.
c ¶ Relatio.] Decius supra. consi. 47. & c. quoniam contra falsam. nu. 37. de proba. vbi tetigi.

bas post Card. in 3. not. in c. post electionem. de concess. præben.
Abb. in c. cum olim el 2 de priui. Cald. in consi. 7. de elect. Rom.
in consi. 432. Quo ad primum. in 2. dubio. & partes possunt pe-
tere, quod contractus à iudice confirmetur: vt not. Barto. in l. si
quos. C. de decu. lib. 10. & legitimatus potest petere, ꝙ iterum ad
maiorem cautelam legitimetur, & ex pleniori legitimatione se
tueri poterit: vt tradit Pau. de Cast. in consi. 227. Viso testamen-
to. circa fi. cum simi. vt dixi in c. 2. de confirm. vti. vel inutil. Et ex
his absolutum sit primum, quod de confirmatione dicitur in di-
7 cta Bulla Alexandri. † Venio ad secundum quod ibi principali-
ter continetur, nam post confirmationem factam Papa Alexan-
der dicit, & nihilominus potiori pro cautela castra, & villas S. Pe-
tri huiusmodi præfato Herculi, qui etiam Mutinæ, & Regij Dux
existit, pro se, filijs, & hæredibus, ac successoribus suis præfatis in
perpetuum, cum eisdem pactis, capitulis, conditionibus, & cen-
su dicti Rocheti ac aliàs in omnibus, & per omnia modo, & for
ma præmissis, in vicarium motu, scientia, autoritate, & potesta-
tis plenitudine similibus damus, cōcedimus, & assignamus, eos-
que vicarios in perpetuum constituimus, & deputamus: decer-
nentes ex nunc irritum, & inane si secus super his a quocunque,
quauis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attenta-
ri, &c. non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apo-
stolicis etiam in concilijs generalibus editis similes concessiones
fieri prohibentibus &c. Primo enim in hac noua concessione fa-
cta simul in eadem bulla cum confirmatione aduertendum est:
quia non videtur, ꝙ confirmatio cum noua concessione cōcur-
rere possit: quia eadem res non potest dari, & confirmari: vt est
tex in c. inter dilectos. §. cæterum. in fi. de fi. instr. & not. Bald. in
c. 1. in prin. per illum tex. ibi facere vel confirmare. & sic ponun-
tur vt diuersa. quia secundum Bald. ibi confirmatio est ad aliud
relatio, & pendet ex illo, vel tanquam substantiali. vel præambu-
lo. l. Aurelius. §. testamento. de libe lega. & ad hoc facit, quia qui
confirmat, non videtur dare. l. & quia. ff. de iurisd. omn. iud. not.
per glo. 1 2. distinct. in cap. perceptis. in verbo, nonum. & ideo est
differentia, an dicatur, confirmamus vel sancimus: vt not. Abb.
in consi. 57. In quæstione quę vertitur. in prin. lib. 2. Sed breuiter
ad prædicta respondetur, ꝙ procedunt in confirmatione in for-
ma communi, quo casu qui confirmat, non dat. l. & quia. ff. de
iur. omn. iud. & in d. c. inter dilectos. & not. per glo. quæ ita iura
prædicta intelligit in c. quia diuersitatem. de conces. præb. & con
firmatio in forma communi est iuris prius quęsiti corroboratio:
vt not. Hosti. & Gof. in sum. Imo. in rub. de confirm. vti. vel inuti.
& confirmatio semper præsupponit aliquid prius esse quod cō-
firmetur; vt no. Bald. in l. nominationes. circa fi. in vers. conclude
ergo. C. de appellat. cum similibus vt dixi in rub. de confir. vtil.
vel inutil. & in tali confirmatione in forma communi procedit,
quod eadem res non potest dari, & cōfirmari per iura supra al-
leg. Sed in casu nostro agitur de confirmatione ex certa scientia
per quam etiam actus qui est nullus, confirmatur, vt supra dictū
est: & quando actus nullus confirmatur, qui cōfirmat, dare vide-
tur: vt not. Barto. in d. l. & quia. de iurisd. omn. iud. Et declarando
verba bullæ Alex. considerandum est, ꝙ verba ita debent intel-
ligi, & interpretari, ne contradicant cap. inter dilectos. §. cæterū.
de fid. instru. not. Barto. in l. si. §. idem quæsijt. ff. de condi. indebi.
Bald. in l. cum falsi. in fin. C. de iur. & fact. igno. cum sim. vt tradit
Alex. in l. 1. in princ. ff ne quis eum. & in qualibet materia habet
locum vt contrarietas per distinctionem remoueatur: vt Alex.
concludit in consilio 141. Viso testamento. lib. 2. vnde confirma
tio facta ex certa scientia in prima parte bullæ operatur duplicē
effectum. Primus est, quòd si concessio, quæ confirmatur, va-
luit, per confirmationem corroboratur. Secundus effectus est,
quod si non valuit, recipit robur ex dicta cōfirmatione facta ex
certa scientia: talis tamen confirmatio ex certa scientia habet re-
lationem ad actum prius factum, licet nulliter factus fuerit in se-
cunda parte principali bullæ. ibi, & nihilominus agitur de noua
concessione, quæ nullam habet relationem ad ea quæ processe-
runt: sed simpliciter ex nunc dicta bona conceduntur: & talis no-
ua concessio facta ad maiorem cautelam intelligitur, casu quo
ea, quæ prius facta fuissent, non habuissent locum: & hoc modo
debet adaptari. ad hoc facit, quia vbi duo proponuntur, quæ vi-
dentur contraria, & simul stare non possunt, cōditionaliter pro-
posita videntur vnum in defectum alterius: vt no. Inno. in c. au-
ditis. de præscri. & Abb. ibi, in versi. & dicit hic Innoc. facit quod
no. Bar. in l. 1. in 2. opp. C. de fal. causa adiec. lega. & quod no. in d.
c. auditis. & in l. si quidē. C. de excep. Et ista noua concessio facta
pro potiori cautela exploratam, & magis exuberantem volun-
tatem summi pontificis ostendit. argu. §. & hoc not. iubemus. in
Auth. vt nulli iud. & no. Bal. in l. nec damnosa. C. de prec. imp. of-
fe. & quod no. Bar. in l. cū scimus. in fi. C. de agri. & cen. lib. 11. cū
simil. vt prosequitur Rom. in l. si verò. §. de viro. in 31. fal. ff. sol.
mat. & de iterata concessione pontificis scribit Soc. in cōsi. 266.
In causa quæ vertitur. in ver. non omitto etiam, & sicut constat

de voluntate, de eius potestate non est dubitandum: quia ipse
8 non puri hominis, sed vicem Dei gerit in terris † & ideo factum
à Papa, reputatur factum à Deo: vt dicit tex. in c. quanto, de tran-
sla. præla. & ipse est successor Petri, & Vicarius Christi, vt legitur
in c. licet, eod. titu. de transla. prælat. & in c. vnico. §. porro. vt ec-
cle. benefi. & solus Papa habet plenitudinem potestatis. c. decre-
to. 2. q. 6. & in c. ad honorem, de auth. & vsu pallii. & ideo in be-
neficialibus de quibus agitur, Papa liberam habet potestatem. c.
9 2. de præb in 6. clem. 1. in fin. vt lit. pend. † & potest dominium,
& ius quæsitum alicui ecclesiæ etiam sine causa auferre: vt tradit
Pau. de Cast. in consi. 250 primum dubium. & no. Abb. post An-
to. de But. in c. constitutus. de relig. dom. Dom. post g'o. 2. in fin.
in c. si gratiosæ. de rescript. in 6. cum simil. vt dixi in c. quæ in ec-
clesiarum. de consti. & Papa est pater patrum: & cum omni prę-
lato in potestate, & iurisdictione concurrit: & ideo potest omnia
feuda ecclesiarum infeudare. ita Bald. scribit in c. 1. in prin. in tit.
qui feu. da. poss. & idem Bal. in consi. 293. Mortuo Gregorio. lib.
1. vbi sic dicit, de Papa non est dubitandum, ꝙ potest feuda ec-
clesiæ concedere: quia Papa cum omni prælatione concurrit. &
Domin. in c. 14. in hac causa. vbi dicit, ꝙ Papa habet vniuersalem
administrationem bonorum ecclesiæ, & inuestitura debet fieri
ab illo: qui habet administrationem: & quia est facta concessio
de bonis temporalibus laico, qui est capax: vt no. Dom. in consi.
præallega. & in his quæ sunt iuris positiui in Papa est pro ratione
voluntas: vt est dictum Innoc. in c. cum ad monasterium. de sta-
tu monach. sequitur Abb. in cap. si æternitati. de schisma. Domi.
in consi. 8. Quidam Cardinalis. & cum ista noua concessio facta
sit etiam ipsa motu proprio ex certa scientia, & de plenitudine
potestatis, efficax redditur, per ea, quæ de præd. ctis clausulis s.
10 dicta sunt. Accedit † etiam clausula illa, non obstantibus consti-
tutionibus. &c. quæ quidem clausula etiam plus operatur, quam
clausula ex certa scientia: vt no. Bal. concludit in prælu. feu. in 4.
char. versi. item dicit. And. Iser. refert, & sequitur Aret in consi.
15. Reuerendissime pater. & in tali clausula specialiter dicitur de
constitutionibus editis in concilijs generalibus, & sic non obstat
dictum Arch. in c. 1. de constitu. in 6. & refert, & sequitur Bal. in
l. humanum. C. de legi. Old. in consi. 326. Quod artic. in prin. Io.
de Ana. in c. cum in diocesi. de vsu. & pro d. Arch. alleg. Ro. tria
iura. in l. si vero. §. de viro. in 23. fall. in prin. ff. solu. mat. Similiter
in tali clausula dicitur non obstantibus statutis, & consuetudini-
bus dictæ ecclesiæ iuramento & confirmatione apostolica robo
ratis. quo casu non videtur obstare quod no. per glo. fi. in c. cum
non deceat. de elect. in 6. & Ange. in l. 1. §. quæ onerandæ. ff. qua
re ac non detur. Alexan. in consi. 125. Visis & consideratis. lib. 1.
& in consi. 37. Viso & opportune discusso. lib. 2. & discurrendo
hoc modo. vt ex s. dictis patet, apparet euidenter de optimo iu-
re Illustr. Ducis ex sola concessione Alexandri, & non esset opus
in alijs concessionibus vlterius insistere. Ad maiorē tamen cau-
telam etiam videndum est de virtute aliarum concessionum: &
duæ aliæ concessiones exhibentur. Prima, quæ fuit facta anno
1421. die 29 Maij. per Reuerendū dominum Thomam Archie-
piscopum Rauen. Illustriss. Do. Nicolao Estensi Marchioni. Al-
tera quæ fuit facta anno 1447. 3. nonas Decemb. Illustriss. Domi.
Leonello Estensi Marchioni. per Reuerend. Dom. Bartholo. Ar-
chiepisc. Rauennæ. & per Papam confirmata. Circa primam con-
cessionem fuit constitutus vicarius Argentæ cum suis territorio
districtu, & pertinentijs, in temporalib. dominus Marchio Esten
sis Nicolaus: & talis concessio dicitur fauorabilis, vt dixi s. secun-
dum Bald. in rub. de off. deleg. in fi. & de istis vicarijs in tempora-
libus, qui quandoque ab Imperatore, vel summo Pontifice con-
stituuntur: no. Barto. in tract. de tyran. in ver. 14. vbi refert Clem.
6. fecisse vicarium in temporatibus in ciuitate Bonon. Thadeum
de Pepulis, & dicit, quòd hoc præsumitur non esse factum sine
magna causa: & causa illa videtur, vt ecclesia Rauennæ quæ
opprimebatur cum potentia, & fauore Marchionis, subleue-
tur: vt not. Barto. in loco præalleg. & dictus dominus Marchio
promisit suscipere defensionem, & protectionem dictæ eccle-
11 siæ: † & olim pro hac ratione etiam laicis, qui defensionem ec-
clesiæ susciperent, decimæ datæ fuerunt in feudum: vt not. per
glo. in cap. quamuis. de deci. & not. Abb. in c. cum ab apostolica.
de his quæ fiunt a præla. in 2. not. facit tex. in c. 2. de feud. Et in si-
mili casu de vicariatu dominorum de Mala testis tradit Rapha.
Cuma. in consil. 162. Visa copia priuilegiorum, vbi concludit,
quòd vicario perpetuo ius acquiratur. & in c. qui perpetuus. de
fid. instru. & in c. fi. de offi. vica. & videtur sicut perpetuus. iuxta
no. in c. nemo. de elec. in 6. & cum in tali casu præstetur iuramen
tum fidelitatis, videtur ꝙ vtile dominium, sicut in feudo trans-
feratur: & concludit, quòd tali vicario non videtur minus con-
cessum, quam feudatori propter formam concessionis: & pro-
pter iuramentum fidelitatis: & licet in feudo requiratur traditio
sicut in alijs contractibus, ad hoc, vt transferatur dominium,
vt not. Bald. in c. 1. §. inuestitura. versic. & ideo non dico, de no-
ua for.

na for. fide. & in c. 1. §. si facta. si de feu. fue. contro. in isto casu nō fuit necessaria traditio: quia bona erant apud dominū Marchionē: ideo sola voluntate translatum fuit dominium. §. interdum. instit. de rer. diui. l. qua ratione. § interdum. ff. de acqui. rer. dom. & licèt in tali concessione facta per Reuerend. Domi. Archiepi. fuit diminuta pensio duorum millium florenorum, quæ prius solita erat præstari: tamen ista noua concessio iustificatur, duplici ratione. Prima est: quia reditus erant multum diminuti, ut narratur, quo casu propter diminutionem redituum pensio moderari, & minui debet, ut no. Abb. in c. quāto, in vlt. no. per illum text. de censi. & facit tex. in c. suggestum. de deci. in l. cura. §. deficientiū. ff. de muner. & hon. in l. panè. ff. vt in poss. lega. & ideo si ecclesia depauperata sit, receditur a solito statu ecclesiæ, & illi secundum reditus ministrari debet, ut not. Abb. in c. 2. in fi. de religio. domi. alleg. tex. in clemen. 1. §. ad hæc. de testam. mo. Secunda ratio est, quia multa bona in recompensationem data fuerunt ecclesiæ per dominum Marchionem, ut constat in instrumento concessionis & merito declaratū fuit talem concessionem cedere in euidentem vtilitatem ecclesiæ, fuit enim facta commissio a Reuerend. Legato de latere, Reuerend. Episcopo Bononiensi domino Nicolao, quatenus de contentis in supplicatione porrecta Reuerend. Legato per Archiepiscop. se informet, & si prædicta repererit vera esse, & dictum cambium in utilitatem ecclesiæ cedere, prædicta confirmet, ut petitur. & dictus dominus Episcop. habita diligenti de prædictis & circunstantijs ipsorum inquisitione, & informatione, predicta pacta, conuentiones, & capitula approbauit, confirmauit, & ratificauit, prout apparet per publicum instrumentum, ut narratur in concessione. unde, cum expresse declaratum, & pronuntiatum fuerit talem concessionem cedere in vtilitatem ecclesiæ, ab ista declaratione non est recedendum, & propter tale decretum præsumitur, quod hoc legitimè factum fuerit, ut notat. Specul. in titulo de emptione. & vendi. §. nunc dicendum. el t. versicul. & breuiter scias. refert, & sequitur Bald. in l. cum hi. §. si prætor. in fin. ff. de transa. & in l. quicunque. §. fi. ff. de publ. cum sim. ut tradit Alex. in l. sciendum, ver. item fallit. de verborum obligationibus, & consi. 80. Visis themate lib. 5. & in consi. 92. Viso & optimè discusso. eod. lib. 5. † Et ubi
12 a decretum [a] iudicis reperitur, omnis præsumptio fraudis remouetur, ut not. Barto. in l. frater à fratre, in fin. ff. de condict. indeb. in l. 1. C. de præd. cur. lib. 10. Ange. in consi. 142 Super primo. in fin. & quando decretum iudicis interponitur, præsumitur, ꝙ actus vtiliter factus sit, vt not Bald. in capitul. 1. versicul. quærit Iacob. in tit. qui feu da. pos. & in c. sicut. ver. item quæro. de re iud. Alex. in consi. 79. Circa primum. in fi. li. 1. & hoc expresse in isto casu declaratū fuit, & in claris nō est opus cōiecturis. l. cōtinuus. §. cū ita. de verb. oblig. & præsumitur, ꝙ Episcopus diligenter fecerit, quod fuit sibi commissum, ut notat etiam Cardin. in consi. 118. Primò quo iure. per capitu. ad audientiam. de præscr. & satis est, quod in genere dicatur hoc factum fuisse cum causæ cognitione: quia hoc sufficit, licèt non exprimantur particularia, ut dicit Paul. de Cast. in l. cum hi, §. si prętor. ff. de transactio. & Alexand. in consil. 80. lib. 1. supra allega. & hoc videtur in casu isto indubitanter procedere, quia fuit facta commissio per Reuerend. Legatum Episcopo Bonon. qui habita diligenti inquisitione concessionem cōfirmauit; & de his fuit factum instrumentum separatatum à concessione secundum modum, & cautelam, quam tradit Paul. de Cast. in consil. 81. Super eo quod quæritur. & in simili casu de cōmissione facta à summo Pōtifice Episcopo, ut se extraiudicialiter informaret de causis, ex quibus dicebatur alienationem esse in vtilitatem ecclesiæ, consuluit Abb. in consil 41. Videndum est in effectu. libro. 1. vbi concludit standum esse relationi Episcopi commissarij, quia præsumitur, quod eius officium fuerit diligenter executum, ca. ad audientiam. de præscriptio. & propter hoc est fundata intentio, quòd alienatio legitimè facta sit, & qui velit dicere causas expressas non fuisse, debet hoc probare: quia præsumitur pro authoritate iudicis: ut latius Abb. ibi prosequit & hoc idem voluit Bald. in consi. 200. In causa Domini Gui. lib. 3. ubi inquit, quòd quando per iudicem declaratur, quod permutatio bonorum ecclesiæ sit utilis, præsumitur, quòd ita sit, alleg. not. in l. cum hi. § eam transactionem. ff. de transaction. & text. in l. final. ff. de iu. dot. & secundum istam conclusionem nouissimè consuluit Pet. Philip. de Corneo. in consi. 181. Visis nonnullis actis. lib. 2. ubi refert dictum consilium Bald. quod reperitur in tertio libro vt suprà allegatum est: & ibi etiam allegat Specul. & Bald. in locis supra allegat. & quando concessio fuit facta authoritate Papæ, alia solennitas non requiritur: ut no. Abb. in dicto consilio 41. libro primo. ubi inquit, quòd per commissionem Papæ omnis solennitas remissa videtur: & satis est seruare verba commissionis: ad hoc inducit text. in ca. ad audientiam, el 2. de eccles. ędi. cum ibi not. per doctor. & pariter idem videtur in casu nostro in commissione facta a Legato de latere: quia in hoc summo Pontifici æquiparatur. c. hi qui. §. cum quoque. de præben. in 6 Et vlterius cōsiderandum est, ꝙ bona, de quibus agitur, erant solita concedi in feudum seu vicariatū, ex quo sæpius & longo tempore prius concessa fuerunt, ut no. per Bald. in l. de quibus. ff. de leg. ver. quæro quantum tempus ubi dicit, ꝙ in con suetudine infeudandi bona ecclesiæ requiruntur 40. anni. alij volunt quod 30. anni sufficiant: ut tradit Alex. in consil. 9. Viso themate. lib. 3. & ibi etiam dicit, ꝙ requiritur ad minus, quod bis cōcessio facta sit, & idem Alex. in consi. 5 Si vera sunt. libr. 5. & ista (vt narratur) uidentur in casu isto cōncurrere, meritò absq; alia solennitate talia bona iterum concedi poterunt cap. 2. de feu. & not. per Ro. in consi. 70. Visis in prin. & Cal. in ꝯs. 1. in tit. de feu. & ita etiam tradit Corn. in consil. 151. supra alle. in 2 lib. Accedit etiam consuetudo ecclesiæ Rauenatensis, quæ soli Archiepiscopo tribuit potestatem alienandi, ut narrat, quo casu valet talis cōsuetudo, saltem in concessione feudi in qua agitur: ut nō. Cald. in consi. ult. tit. de consuetudine & in consuetudine, cuius initij memoria non sit in contrarium, qualis ista videtur: ut no. Car. in cle. 2. in prin. in 8. q. de re. eccle. non alie. cum si. ut prosequitur Feli. in c. cum causa. de re iud. In hoc tamen non insisto, quia non expe-
13 dit stātibus supra dictis. † Postremò ad corroborationem supra dictorum non parum facit diuturnitas temporis: quia solennitates, quæ requirunt in alienatione bonorum ecclesiæ propter diuturnitatē tēporis, interuenisse præsumūtur, c. peruenit. ubi gl. de emp. & uen. & no. Pet. de Ancha. in consi. 135. Ex consilijs. ubi in-
b quit, ꝙ ex cursu 30. [b] anno. tollitur omne uitium, & omnis defectus, qui allegari possit in contractu ecclesiæ. & idem tradit, & probat Alex. in consi. 79 Circa primum. lib. 1. & in consi. 45. Visa facti narratione. in fi. lib. 3. & Aret. in ꝯs 36 Casus talis est. & Maria. in consi. 15. Visis. & Barth. Soci. in consi. 266. In causa quæ vertitur. & dixi in consi. 36. Non ob. si dicatur, ꝙ ex instrumentis antiquis quæ exhibentur, apparet solennitates requisitas non interr
c uenisse, quo casu tollitur [c] præsumptio antiquitatis secundum Paul. de Castr. in consil. 48. In causa quæ vertitur. Quia hoc non uidetur verum. & contrarium sentit Pet. de Ancha in consil. suprà alleg. 135. vbi in instrumento nō apparebat de solennitatibus requisitis: & tamen concludit, quòd propter temporis diuturnitatem præsumantur interuenisse. & idem Alexand. in consil. 79. libr. 1. suprà allega. & ita Fel. concludit in c. sicut, de re iudicat. in 5. charta. versicul. 7. & vltim declarat. & hoc ratione aperta suadetur: quia secundum cautelam Paul. de Castro. in consilio. 81. supra allegat. debet fieri instrumentum separatum de solennitatibus requisitis ab ipso contractu alienationis: & ideo non sequitur, de solennitatibus non dicitur in instrumento alienationis, ergo non interuenerunt, quia prius ante instrumentum concessionis præsumunt interuenisse per suprà dicta. Ista tamen dicta sunt ex abundanti, ut patet ex supra dictis: & ex omnibus supra dictis apparet ius quęsitum fuisse Marchioni Nicolao recipienti pro se, & filijs: vt in inuestitura dicitur. & in tali casu Illustrissimus dominus Alphonsus videtur in inuestitura comprehensus, cum sit nepos dicti Marchionis Nicolai, & in materia feudali, de qua in effectu agitur, appellatione filiorum ueniunt nepotes: quia nomen filij in feudis ponitur pro quolibet descendente ex linea masculina: vt notat Bald. per illum text. in capitul. primo. versiculo. & si clientulus. de alie. feu. in 8. not. & idem Bal. in c. quæ in ecclesiarū, in vers. sed pone concessum est de const. concludit, ꝙ si alicui sit concessum feudum pro se, & filijs, intelligitur de descendentibus vsque in infinitū. & ita etiam probat, & tenet Alex. in l. Gallus §. instituēs. in fi. de lib. & posthu. & idem Alex. in consi. 26. Ponderatis his lib. 5. & in consi. 17. Ponderatis. eod. lib. 5. Vnde etiam ex hac concessione fundata videtur intentio Illustris. Ducis Alphonsi Venio ad alteram concessionem factam Marchioni Leonello, quæ plenior videtur, quia nō solum continet castrum Argentæ, de quo in præcedenti concessione agitur, sed etiam castrum Lugæ & villam Sancti Petri, complectitur: & in tali concessione considerandum est, quòd licèt census ducentorum ducatorum auri solitus præstari in tali inuestitura reducatur ad censum vnius rocheti, hoc fuit factum cū recompensatione bonorum valoris quatuor milium ducatorum, ut in ipsa bulla dicitur: & declaratum fuit hoc cedere in utilitatem ecclesiæ: & in simili casu tradit Petr. de Anch. in consil. 121. Ex narratis in facto, & Papa Nicolaus, talem concessionem facta prius commissione Episcopo Camariensi vt diligenter inquireret, an in utilitatem ecclesiæ esset talis

ADDITIONES.

a ¶ Decretum.) Dec. infra consi. 448 nu. 14. consi. 536. nu. 5. consi. 558. Cor. consi. 109. libr. 3. Imol. consil. 98. consi. 99. Alexand. consil. 125. nu. 5. lib. 1. ubi dixi.

b ¶ Triginta.] Supra consi. 329.

c ¶ Tollitur.] Plus aut minus vt ex omnibus circunstantijs iudex arbitrabitur, ut dixi in consue. Paris. §. 4. nu. 63.

talis concessio, & habita relatione, omnia, & singula in instrumẽto narrata ex certa scientia approbauit, & ɔfirmauit, supplendo omnes defectus & c. Et ad maiorem cautelam de nouo cõcessit, & assignauit de plenitudine potestatis, & cũ clausula non obstantē & c. ut supra in alijs concessionibus dictum fuit: & gratia breui-
14 tatis, quæ superius dicta sunt, habeantur pro repetitis. † Et cum Papa dicat in ista concessione de nouo, tenore præsentium concedimus, & assignamus, videtur ius transferri, & non est necessaria possessio facti, ut no. Bal. in c. 1. in prin. titulo, quid sit inuestitu. vbi inquit, ꝙ si Papa dicit, assignamus tibi tale castrum cũ plenitudine iuris: uel verba æquipollentia, non est necessaria traditio: quia apud Papam est plenitudo supremæ potestatis. Et not. Ang. in l. officium, in fi. ff. de rei uendi. dicens, ꝙ instr̃m continẽs donationem principis ex certa scientia factam transfert [a] dominium: quia princeps habet potestatem transferendi dominium ad libitum voluntatis: & tradit Alex. in consil. 187. In hac causa. & lite. lib. 2 Et hoc, in casu isto sine dubio procedit: quia possessio dictorum bonorum erat apud dominum Marchionem, ut narratur, quo casu etiam inter priuatos sola voluntate transfertur dominium. §. interdum. institu. de re. diui. l. qua ratione. §. interdum. ff. de acq. rer. do. & s. etiam dictum fuit. Et ex istis prioribus concessionibus multum coadiuuatur bulla Alexãdri ultimo loco facta: qa verificari vĩr ea, q̃ in illa narrata sunt. Et patet ex oĩbus, dictis ɔcessionibus ꝙ dicta bona fuerũt apud dictos Marchiones tanto tẽpore, ꝙ initij memoria non sit in cõtrariũ, quo casu vsus tanti temporis habet vim priuilegij. l. hoc iure §. ductus aquæ de aqua quo. & æsti. & tanto tempore etiã reseruata principi, & Papæ acquirũtur. c. super quibusdam. §. præterea, de verb. sign. & ideo si nobilis vsus sit imperio in certo loco tanto tẽpore, ꝙ initii memoria non sit in ɔ̃rium, habet fundatam intentionem, dato, ꝙ aliud priuilegium non ostendat: ut dicit Ang. in d. §. ductus aquæ. & facit tex. in c. 1 in fi. de præscri. in 6. & ꝙ not. Ray. de Forli de Gulpho Venetorum in l. sanè. ff. de iniur. Bar. in l. iniuriarum la 1 §. fi. ff. de iniur. & in l. quominus, in 2. quęstione ff. de flumi. cum sim. ut dixi in consil. 85. Et ideo ex tanto tempore vr̃ acquisitum ius vicariatus de quo agitur: & in tali præscriptione non requiritur scientia superioris: ut no. Bal. in c. 1. in titu. quæ sint rega. Ange. post gl. in d. l. hoc iure. §. ductus aquæ, cum simi. vt tradit Alex. in cõs. 6. Viso themate. lib j. vbi attestat̃ istã esse ueriorẽ, & magis* *cõem opi.* & cũ in effectu ista ɔcessio sit feudalis, vr̃ habere locũ præscriptio ordinaria 30. an. uel saltẽ 40. an. ɔ̃ ecclesiã. c. 1. §. si quis p triginta. in tit. si de feu. fue. controuer. & no. Alex. in consil. 169. Viso themate. lib. 2. & tradit Maria. in d. consi. 15. & dixi in consi. 144. Et maxime, quia in casu isto non agitur de præscriptione simplici: quia inuestituræ plures interuenerũt, quo casu habet locum text. in c. 2. in fi. si de inuest. inter do & uasal. lis oria. & ita ex omnibus supra dictis euidentissime cõstat de optimo iure Illustriss. Ducis. Non obstat restitutio in inte. quæ ecclesiæ vr̃ competere. c. 1. de resti. in integ. vbi bona ecclesiæ sub modico censu laicis concessa per restitutionem in integ. concessio reuocat̃: facit tex. in c. pen. de reb. ecclesi. non alie. Quia in casu isto non uidetur habere locum restitutio: quia Papa Alexander mandat talem cõcessionem debere inuiolabiliter obseruari, quo casu per ista uerba restitutio in integrum remota videtur authentica, sacramenta puberum. C. si aduer. ven. & ita concludit Alex. in consil. 221. Visa facti narratione. lib. 2. & ibi alios refert, & dicit, ꝙ secundum communem intellectum uerbum illud inuiolabiliter, in d. Auth. sacramenta puberum. tollit restitutionem in integ. & quæ ibi tradit Alex. reassumit Soci. in consil. 115 Circa primam q̃onem. & idem tradit Pau. de Cast. in consil. 219. Præsupposito sine præiudicio. Præterea cũ sæpius causa cognita declaratum, & pronunciatum fuerit talem concessionem, cedere in utilitatem ecclesiæ, non vr̃, ꝙ hoc vlterius in dubiũ reuocari possit: quia res iudicata habetur pro ueritate. l. res iudicata. ff. de reg. iu. & rescriptum principis non ualet ɔ̃ rem iudicatam. l. fi. C. sent. rescin. non pos. l. causas uel lites. C. de transact. in
15 c. exposita. de arbi. † Et dato, ꝙ restitut. in integ. cõpeteret, esset probandum, ꝙ ecclesia fuisset læsa; quia hoc est fundamentũ restit. in integ vt no. Bal in l. fi. C. de resti. in integ. facit tex. in l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiur. & in ecclesia no. in c. 1. de resti. in integ. vbi Abb. post alios. Ang. in consil. 312. Prout patet. in fi. & deberet probari læsio tempore ɔ̃ctus, & concessionis. l. 2. l. si uoluntate. in fi. C. de rescin. vend. facit tex. in l. 3. §. diui fratres. ff. de iu. fis. cum simi. ut nouissime Soci. scribit in consi. 48. Viso instrumento. lib. 4. & hoc esset valde difficile probare propter antiquitatem. Et restitutio in integ. quæ ecclesiæ competeret, tollitur spatio quatuor annorum. capitul. 1. de restit. in integ. in 6. Et pro prædictis conferunt plura, quæ in simili casu tradit Corn. in consi. 181. Visis nonnullis char. pe. & fin. in 2. lib. Vltimo non obstat supra dictis, quod obijcitur de inuestitura, quę non fuit petita à nouo Archiepiscopo, quo casu vasallus si intra annum, & mensem non petat inuestituram, iure suo priuatur. c. 1. quo tempore miles. in prin. c. 1. in prin. quæ fuit prima causa benefi. amit. in c. 1. § præterea si quis. de prohi. feu. alien. per Fed. & not. Cald. in consi. 6. An ex incuria. & in consil 7. An feudatarius. in titu. de feud. Paul de Cast. in consil. 158. Viso & examinato. Card. in cõsi. 128. Inquæstione quæ uertitur. cum simi. † Quia ad hoc respõdetur, & considerandum est, quod licet vasallus priuetur feudo propter aliquam iustam causam, hoc intelligitur, si dominus uelit, [b] & petat, ut no. Bald. concludit in l. fi. in fin. C. de reuo. dona. & sequitur Alex. in consi. 173. Viso themate. lib. 2. & in consi. 79. Circa primũ. lib. 1. Et est simile in emphyteuta, qui non priuatur etiam iusta causa subsistente, nisi appareat de voluntate domini: vt not. Barto. & doct. in l. 2. per illum text. C. de iu. emphy. Ange. in §. si uero. in ver. sed pone. in Auth. de non alie. cum simil. ut tradit Alexand in consil. 91. Viso themate. & in consil. 104. Viso themate instrumenti lib. 4. & ideo in priuatione feudi de qua tractari videtur, sententia declaratoria priuationis requiritur, vt not. Bald. in cap. 1. in princip. in uers. quærit hic gloss. in ti. quib. mod. feud. amit. cum simil. vt tradit Alexand. in consil. 124. Omissis superfluis. lib. 1. & not. Bald in consil. 136. Nihil commune. in fin. libr. 1. Card in consil. 74. In discussione. ubi loquitur in terminis in uasallo, qui non petiit inuestituram, & concludit, quod declaratoria requiritur, per text. in cap. sancimus, in tit. quo tempore miles. vt latius ibi prosequitur. & idem Card. in consil. 92. Fauendo pupillis in uersic. item non est verum. Cum ergo in casu isto talis declaratio facta non fuerit, nec sententia declaratoria interuenerit, non potest dici, quod priuatio facta sit, & videtur quod mora in petendo inuestituram purgari potuerit, iuxta no. in cap. potuit. de loca. & tradit Petr. de Anch. in consil. 421. Quidam Ser Antonius. in 3 dubio. Accedit etiam solutio censũs, quę fuit facta elapso tempore petendi inuestituram, propter quam videtur, quod mora petendi inuestituram remissa fuerit, ut not. Bald. in ca. 1. versi. sed pone, in titu. quo tempore miles. & tradit Alexan. in consi. 14. Viso & considerato. lib. 2. & in consi. 79 Circa primum. in fin. lib. 1. & ibi plura dicit, ex quibus quis videtur excusari, si non petiit inuestituram. & Soci. in consi. 66. Visa donatione, & præcedenti. lib. 3. Et quia etiam in casu isto dicitur, quod petita fuit inuestitura per negotiorum gestorem: quo casu sufficit domino ratificante: ut not. Bald. in d. cap. 1. quo tempore miles. in uer. sed an sufficiat. & sequitur Alex. in l. si seruum. §. sequitur. uer. & facit etiam ad quęstionem. de uerb. obligatio. Philip. Deci. Pisis.

ADDITIONES.

a ¶ Transfert.) Ias. l. quoties. C. de precib. impera. offer. dixi ad Alex. consi. 3. nu. 8. lib. 5.

b ¶ Velit.) Supra consi. 138. ubi tetigi.

EPITOME Consi. CCCXLII.

Filij, & alij quorum interest, possunt mouere quæstionem suppositi partus. In cuius causa admittuntur depositiones mulierum idonearum, & in legali numero existentium.

SVMMARIVM.

1 *Testes duo non solum masculi, sed etiam fœminę sufficiunt ad cõiungendũ, uel separandum matrimonium.*
2 *Testes qualificati maiorem fidem in se habent.*
3 *Coniuratio inter aliquos facta probari potest per ipsos cõplices, & socios criminis.*
4 *Testes de uniuersitate, uel collegio admittuntur in causis uniuersitatis, & collegii.*
5 *Dicta testium sunt iuuanda, non calumnianda.*
6 *Testes variantes, & contrariantes in accessorio, non in principali, nihilominus probant.*
7 *Sententia lata in causa filiationis fidem facit, quo ad omnes.*



N causa partus suppositi de qua agitur, breuiter uidendũ est de duobus. Primò an intentio Magnifici domini Ludoui. de Manfre. agentis fundata sit. Secũdo an intentio fundata impugnari uideatur ex his, quæ ab aduersa parte in contrarium obijciuntur. Circa primum pro fundamẽ. præmittendũ est, ꝙ filii, & alii quorũ interest, non prohibenẽ mouere quæstionem partus suppositi pro eorum interesse. l. si tamen. §. nam & si filius. ff. de accusa. l. Cornel. §. de partu supposito.

posito.ff.ad l.Cor.de fal.no.in l.1.C.de falsis.& talis querela nulla temporis præscriptione tollitur.l.qui falsam.§.accusatio.ff.de falsis.no.per gl.in l.1.in prin.in verbo falsum.ff.de lib.agn.& nihil refert, ꝙ decessent illa mulier, quæ dicit partum suppositum fuisse.d. l.Corne.§.de partu.& in l.licet.ff.de carbo.edi.His præmissis intentio alterius fundata videtur ex dispositione duarum mulierum, quæ optime deponunt de suppositione dicti partus: nam duo testes sufficiunt secundum regulam.l.vbi numerus.ff.de testi.& in c.in omni.de test.& hoc procedit,etiam si agatur contra Papam, ut not.per gloss.in c.præsul.2.q.4.& not.Abb.in c.super eo.el 2.in 3.not.in c.licet vniuersis.in 3.not.de testi.& in tali casu mulieres [a] sicut masculi admittuntur. l. ex eo. ff. de testib.in l. qui testamento.§.mulier.ff.de testa.& in d.c. super eo. vbi Abb.
1 in 3.not.†Dicit per illum text.quòd duo testes non solum masculi, sed etiam fœminæ sufficiunt ad coniungendum, vel ad separandum matrimonium, & tamen causa matrimonij dicitur grauis,& communiter committitur Episcopis,vt nota. Specu.in ti. de rescri. presentatione.§. ratione formæ.in versi.nunc igitur ad instructionem. Abb. in cap. si pro debilitate.in vltimo not.cum similib.vt dixi ibi de offi.deleg. Et attestatio dictarum mulierum fortificatur duplici ratione.Prima est,quia in isto casu deponunt de facto proprio:quia ipsæ interuenerunt, & operam earum exhibuerunt in dicta partus suppositione, vt patet in ipsis attestationibus: quo casu, quando testis de proprio facto attestatur solus,ipse plenam facit probationem: vt not.tradit Paul.de Cast.in l.quicunque.in fin. C.de ser.fug. & in consil. 369. Visis actis.in fin.& in consil.333. Visa petitione.& idem voluit Sali. in l.si quis decurio.in 4. oppo. C. de falsis. A fortiori ergo in casu isto cum sint duæ mulieres,quæ de facto proprio attestentur, illis indubitanter credendum videtur. Secunda ratione depositio istarum mulierum corroboratur:quia deponunt contra matrem,& contra fratrem: si suppositus in partu non fuisset: vnde verisimile est, quòd ita attestatæ non fuissent: si hoc verum non fuisset. Ad hoc bene facit text in cap.literas, de præsumpt.vbi verisimile est, quòd in præiudicium fratris testificans quis verum dicat. & cum hoc virisimile sit, in contrarim fortiores, & efficaciores probationes requiruntur.capit.quia verisimile,de præsump. ibi Abb.in 2.not. ad idem text.in l. non est verisimile.in princip. ff.quod met.cau.not. Specul.in titul.de proba.§. fin.in versicul. quintum. Bald. & Alexand. in l. transactionem. C. de transa. & idem Alexand.in consil.99.In casu prædicto.in fin.lib.3. Postremo considerandum est,quòd dictæ mulieres videntur testes omni exceptione maiores:quia admittuntur in codicillis,vt nota.per gloss.& doc.in l.fin. C.de codic.in l. qui testamento. in § mulier. ff.de test.& in codicillis debent testes esse omni exceptione maiores, vt not. Angel.in consil. 128. In facto proponitur. in prin-
2 cip.alle.l. fin. C.de codic. † Et suprà dicta omnia confirmantur attenta nobilitate, dignitate, & optima conditione dictarum mulierum: quia testibus prædicto modo qualificatis maior fides adhibetur.l.tertia.in princip.l.ob carmen.§.fin.ff. de test.& ideo pauci nobiles pluribus rusticis præferuntur, ut not. Bald.in l.testium versi.2.dico.C.de testi.& pauciores maioris honestatis præferuntur multitudini,ut not. Abb.post Host.in capitul.in nostra. de test.facit gloss.not.in capit.monachus.in verbo, quorum.77. distinct. Et ex omnibus supra dictis optime fundata videtur, & probata intentio agentis,& primum dubium absolutum sit. Venio ad secundum, videlicet, ad ea quæ contra fundatam intentionem opponuntur. Primo enim dicitur, quod dictis mulieribus non debet fides adhiberi:quia sunt participes criminis: quia ipsæ cum matre sua partum supposuerunt, vt ipsæ attestantur: quo casu socius criminis non videtur testis idoneus. l. fin. C. de accus.l.quoniam liberi.C.de testi. & tradit Pet. de Ancharan.in consil.23 Visa inquisitione,in ver.ad hoc respondeo.adeo quod socius criminis non facit indicium, vt Alexand scribit in consil. 110.Viso themate.lib.3.& in consil.125. Quoniam abunde.lib.4. vbi allegat Sali.in d. l.fin. de accus. & idem Fulg. tenet in consil. 137.In causa criminationis.uer. nouissime. Ad hoc respondetur quod regula prædicta in casu isto non procedit, in quo agitur de tali materia,in qua alij testes haberi non possunt,ut not.Bald.
3 in d.l.quoniam, C.de testi.in ver.quæro igitur. † vbi concludit, quod coniuratio facta inter obliquos probari potest per ipsos complices,& socios criminis:per text.in capitul.fin. de testi.cogen. vbi gloss.& Abb.dicit,quod admittuntur:quia ex natura negotij,& criminis, per alios probari non potest. Et est communis regula,quòd quando ex natura facti,alij testes verisimiliter haberi non possunt,admittuntur testes, qui aliàs prohibentur.l.consensu.C.de repu.ca.veniens, el 2.in fin.de testi. & in c. & si Christus.circa fin.de iureiu.& not. Anto.de But.in consil 24. Quæstio hæc. Ant.de But.& Imol.in c.3.loco, de prob. Alexan.in consil. 64.Viso themate.lib.1. & in consil. 152. Viso processu. lib.5.Et certe negari non potest, quin iste actus supponendi partum sit de illis casibus, in quibus alij, qui non sunt participes criminis, non admittuntur: & ideo ab illis participibus hoc delictum probari potest.ut dictum est. Et ista conclusio intantum videtur ꝓcedere, quòd isti testes, qui propter naturam negotij in defectum aliorum admittuntur, tali casu integri testes videntur & omni exceptione maiores:ita videtur textus in cap.3.loco, de probat.vbi testes qui in defectum aliorum recipiuntur, etiam ad reprobandum instrumentum admittuntur: ergo reputantur omni exceptione maiores, quia ad reprobationem instrumenti requiruntur testes omni exceptione maiores.l. optimam. C.de cōtrahen. & committen. stipul. ibi, idoneos & omni exceptione maiores.Et dixi declarando illum text.in d. capit. 3.loco, in vlti. not.& sic hæc prima obiectio omnino sublata videtur, Secundo contra dictas mulieres opponitur: quia dictis mulieribus reseruata fuit dos materna pro earum portionibus, & portiones earum augerentur, si Io.Gasp.non esset filius. Sed respondetur, ꝙ tractatur de modico augmento attenta qualitate personarum. iuxta glo.in l.sed si susceperit,in verbo, modica.ff.de iud.& not. Albe. in l.in bonefidei. C.de rebus creditis. & in re modica tollitur suspicio. c. & si quæstiones. de simo.& tale commodum venit in consequentiam, & pro commodo, quod venit in conse-
4 quentiam, testis non repellitur: arg.l.1.§.1. ff.de autho.tu. † Et videmus in testibus qui pro sua vniuersitate,vel collegio admittuntur. c. in super. & c.cum nuntius. de testi. gloss. in §.cogitandum.in verbo,testes.in authen.de Monac.not. Barth.in l. intantum.§ vniuersitatis. de rerum diuisio. & ideo fratres prædicatores possunt esse testes in testamento, in quo eorum ecclesiæ relinquitur,vt dicit Bald.in d.c.3.loco,& not. Card. in consil. 102. Super dubijs.in fin. Alexand.in consil.68. Viso & discusso.lib.2. & in consil. 136.In causa & lite. eo. lib. 2. & tales testes non solum in subsidium,sed absolutè admittuntur, vt not.Bald.in d.c. tertio loco.& in d.c.insuper.vbi dicit, ꝙ Host.& Docto.* *communiter* ita tenent. & idem Abb. in cap. & si Christus.de iureiu. in vltim.not.& tradit Alexand.in d.consil. 68. in ver.præterea, vbi concludit, quòd testes vniuersitatis dicuntur testes integri. idem Alexand.in consil. 99. Visis.lib. 5. & ista conclusio indubitanter videtur procedere in casu isto, in quo duo copulatiuè concurrunt: quia agitur de paruo commodo secundum qualitatem personæ, & illud paruum commodum venit in consequentiam. Accedit etiam illud, quod omnem tollit dubitationem: quia dictæ mulieres protestantur in earum depositione, ꝙ nihil intendunt habere ex tali causa: & casu quo eis aliquid obueniret, expresse illud remittunt, iuxta consilium Bald. in l.dictantibus. C.de testam. in ver. item facit ad aliam quæstionem. Et ex his optime videtur satisfactum, & responsum huic secundæ obiectioni.Tertio contra dictas mulieres obijcitur: quia domina Violanta fuit repetita, & variauit, & se correxit: quia dixit primo quòd ipsa tenet ipsum Io.Gasparem non fuisse, nec esse tentum, cognitum, nec reputatum pro filio legitimo, & naturali Magnifici Comitis Io. inter homines qui habuerunt notitiam,& cognitionem de dicto Comite Ioanne, & domina Gabriela,& ipsa certissime scit dictum Ioannem Gasparem nō fuisse, nec esse legitimum, & naturalem filium dictorum Comitis Ioannis, & Gabrielæ, sed fuisse, & esse suppositum, vt supra de prædictis dicit esse publicam vocem,& famam, deinde repetita volens se corrigere dixit,ꝙ verius est,ꝙ dictus Comes Io.tenebat dictum Ioannem Gasparem pro eius filio:& ꝙ etiam ab alijs cōmuniter tenebatur. Ista n. variatio suspicionem inducit.l. eos.ff.
5 de falsis.& in l.qui falsa.ff.de testi.cum si. † Sed ad hoc ēt respondetur, præmittendo, ꝙ dicta testium sunt iuuanda, & non caluminanda, vt dicit Bal.in l.de quibus, vers. sed quid si testis, ff.de legi. & dicta testium debent interpretari, ne captiosa sint, vt no. Ang. in l.ex militari.in fi.ff.de testa.mili. Et recte intelligendo, ista variatio vt optime posse concordari: quia dum primo dixit dictū Io.Gasparem non esse tentum, nec reputatum pro filio dicti Comitis Io. restringit se inter homines, qui haberent notitiam, & cognitionem de dicto Comite,prout erant affines, & coniuncti, qui cum eo conuersabantur. Deinde cogitauit ipse testis, ꝙ hoc absolute non esset verum,& correxit se,& dixit verius esse, ꝙ comes Ioannes tenebat dictum Io.Gasparem ꝓ filio:& ꝙ etiam ab alijs ita communiter tenebatur. considerando nominationem, & tractatum dicti Comitis Io.qui illum tractabat ꝓ filio, & opinionem communē totius populi.Sed attenta opinione coniunctorum,& eorum qui conuersabantur in domo, dictum primū procedit. Nam dicta testium debent reduci ad concordiā, si fieri potest.c.cum tu.de testi.no.Bal.in l.item videndū, in prīo.per illū text.ff.de

ADDITIO.

a ¶Mulieres.] Anno M. D. L. Parisijs.in grauissima huiusmodi causa plus adhibeo fidei paucis honestis matronis, quam multis parum pudicis, & quamuis ex octo iudicibus solus manserim in opinione mea, tamen arresto senatus confirmata fuit.

tex.ff.de peti.hær.& in § quibus,in 1.constitu.C.Bar.in l.Gallus.§.ille casus,de lib.& posth. in l.si statuta.ff.de iniu.& in l.2.§.creditum.ff si certum peta.& s.dicta concordia videtur probabilis: quia in effectu secundum dictum videtur declaratio primi, distinguendo vt dixi.
6 † Secundo principaliter responderi potest, quod variatio ista de qua agitur,non est in facto principali:ideo non attenditur, quia etiam contrarietas consideratur in testibus in facto principali,& non in accessorijs,vt not. Bar.in l.eos. ff. de falsis. & tradit Specu. in titul.de teste.§ 1.versicul.item quòd de suo. Angel.in consi. 274. Ex themate. Sic etiam de falsitate not. Bald.in l penultim.in fin.C de transactio. & idem dicit Bald.in l. de quibus.ff.de legibus.de singularitate testium, & etiam in facto principali modica contrarietas non nocet secundum Anton. de Butri. in capitu.2 de regu. sequitur Alex. in consi. 5. In causa inquisitionis libr. 1. Quartò obstare videtur: quia nepotes ex dicto Ioan. Gaspare instituti fuerunt: vnde attestationes, quæ contra eorum patrem inductæ fuerunt, illis non citatis nocere non debent,nec pariter sententia lata illis præiudicare videtur c.inter dilectos.§ porrò.&§ nec attestationes.de fid.instrumen. & in capitu.penu.de re iudi.& in tit.res inter alios acta.l.1.& per totum & in l.1.& 2.C qui.res iudi. non nocet. cum simil. Sed ad hoc respondetur, quod regula allegata in contrarium non procedit in quam pluribus casibus,& inter alios non habet locum in causa filiationis, de qua agitur,
7 † quia sententia lata in causa filiationis facit fidem quò ad omnes.l.1.§. planè. cum l. sequenti. ff de lib. agno.& ibi Barto & not per glo. in capitu.quamuis.de re iudica. & Anto.de Butri.ibi sequitur, dum inquit, quod si quis pronuntiatur filius quò ad patrem, præiudicat omnibus de natione,qui trahunt originem ab illo, idem Cardi. in princip.& Imo. & Ab. post alios,ibi,versic. 5. casus.idem tenet, & dicit, quòd quando fertur sententia super filiatione cum patre,tunc præiudicat,& facit fidem quò ad omnes agnatos & cognatos trahentes ius agnationis,& cognationis ex illo communi parente. Et ista conclusio videtur in casu isto bene procedere: quia causa agitur cum patre dictorum nepotum, qui est legitimus contradictor. l. cum non iusto.ff de collu dete. & not. Bald.in l.2. versicu. quæro secundum But.C.qui.res iudi. non no. & Albe.in l.ingenu.ff.de sta. homi. Abb.in d capitu.quamuis.in vers.& generaliter. Et declarat Alexand.in l.sæpe. chart 6 versicu.circa primum, de re iudi. Et considerandum est, quòd cum hic iudex videatur motus ex veritate probationum de quibus constat,etiam si pars contumax fuisset, sententia tñ præiudicaret: quia iudex non fuit motus propter contumaciam.ut not. Bald.in capitu.1. versicul. quæro dicitur in titu. si de feud vas. ab aliquo interpellatus fuerit.alleg. glo. in l.2.in uerbo absens. de contr. iudi. tut. & idem etiam no. Bald.in l.2. in versicu. præterea illud quod dicitur.C. quibus res iud. non nocet. & in l.ingenuum, versicu hic tamen not.est.ff.de statu ho.facit text.in l.diui fratres. versicul. quòd si ex seruitute, ibi,Et euidentes probationes suggerant.ff.de libe.cau.cũ similib. vt tradit Alexan. in d.l. sæpe, in loco suprà alleg. vbi in terminis nostris loquitur, ubi dicit, quod legitimus contradictor dicitur ille, ad quem causa principaliter pertinet:& ad alios in consequentiam spectat.& ponit exemplum in hærede, qui est legitimus contradictor; unde sententia lata contra hæredem, præiudicat legatarijs.l.Papinianus.§.si ex causa. ff. de inofficio. testam. no.in l.si superatus. in princip. ff.de pigno. & sententia lata contra hæredem nocet fideicommissario: ut l. si patroni. §.fin.ff.ad Treb. vbi Barto. & Alexand.idem dicit in 3. no. ampliando post Paul.de Cast. dato, quòd fideicommissarius non fuerit citatus: sic etiam sententia lata contra institutum nocet substituto non citato. l. ex contractu ff.de re iudica. l. 1.§ penultim. ff. de uen. inspi. not. Bartol.in l.in diem. ff. de aqua plu. arcend. cum simil. vt tradit Alexand. in consi 119. Quoniam omne datum. libr. 7. & ibi refert Cyn. in l. 2. C.de fide instrumen. qui dicit, quod lex præsumit, quod ille, ad quem causa principaliter spectat, diligentior sit ad eam tuendam. & ideo senteutia lata cõtra dictum Ioannem Gasparem quòd non sit filius, cum ipse sit cõtradictor principalis, præiudicat filijs eius, qui tãquam nepotes ab auo instituti fuerunt,& cum in veritate non sint nepotes, non ualet institutio, l. si pater C de hæredib.instit.vbi est text.in l.cum hic status.§.fin.ff.de donatio inter vir.& uxo.& in l. eam quam. C. de fideic.& ꝙ ibi Pau.de Cast in ver.& per istam legem. qui dicit, ꝙ si pater instituit filium legitimatum, cum legitimatio esset inualida,non ualet institutio tanquam erronea.& facit tex.in l.neq;.§. si seruu.n.ff.de testa.mili.vbi si testator instituit seruum.propriũ credens eum liberum vitiatur institutio. Et confirmatur, quod dictum est: quia institutio facta de nepotibus, in dubio videtur facta propter coniunctionem sanguinis. l. tutor.§. quæ tutoribus ff.de excusa.tut.Et ista causa,quę respicit coniunctionem sanguinis videtur finalis:& si falsa reperitur,institutio vitiatur.d.l. si pater. & l.nec apud.C.de hære.instituen.& no.Bart. in l. demonstratio falsa.§.si.ver.4 quæro,de condi.& demon. Philip.Deci. Pisis.

EPITOME Consil. CCCXLIII.

Filiatio non probatur sola nominatione, aut nuda confessione, sed per allegantem eam legitimis probationibus iustificari debet. Et legitimatio a Comite Palatino sine causa fieri non debet.

SVMMARIVM.

1 *Facultas legitimandi data Comiti Palatino, intelligitur, ꝙ Comes possit illa vti ex causa, quæ appareat.*
2 *Indefinita in materia odiosa, non æquipollet vniuersali.*



Viso consilio Excellẽtissimi Iuriscõsulti domini Caroli Ruyni, & allegationibus præclarissimorum doctorum, qui prius scripserunt diligenter consideratis, amplector conclusionẽ negatiuam ab eis firmatam: & concludo quod Galeatius legitimatus nullo modo ad hæreditatem Melchioris asserti eius patris admittatur. Et pro ista conclusione primo clarissimum videtur illud fundamentum, quia cum ipse agat ut filius, debet probare se filium: ut not. Angel. per glo. in l.liberorum. in princip.ff. de his qui not. infamia.& hoc in legitimato tradit Bald. in consi. 377. Mortuo filio.lib.1.& ibi dicit,quòd debet probari,quod tenebat,& tractabat eum, ut filium in domo,vicinis scientibus,ut notatur in capi. Michael,de filiis presby. & in capitu. per tuas.de probatio.& ideo hoc non probatur ex illa confessione,quæ fuit facta a domino Bartholomæo eius asserto patruo, qui petiit illũ legitimari tanquam filium dicti Melchioris: quia confessio vnius alteri non nocet, neque præiudicat l.certum.§.sed an & ipsos. ff.de confessis.facit text. in l.si unus.§.ante omnia.ff.de pact. & in rub.& per totum. C.res inter alios acta. Et quia talis confessio, quæ fuit incidenter facta respectu legitimationis petitæ, nõ probaret etiam contra ipsum dom. Barthol. si principaliter postea de ipsa filiatione in dubium reuocetur, ut not.uoluit Anto. de But. in capitu.illud.de præsump.quæ pro no.dicto refert Mathe.in no. 80. Not. quod quotiescunque. & idem dicitur in l. ad probationem. in fin. C. loca. & sequitur Alexand. in consi. 136. Viso & examinato.lib. 1.& in consi. 202. Super causa & lite. lib. 2. & idem Abb. concludit in consil. 33. Illa quinque dubia lib. 2. merito in tali confessione fundamentum fieri non potest. Et certe verisimile est, quòd dictus Galeaz. qui dicit se filium dicti Melchioris, fuisset ab eo in eius testamento nominatus filius in legato sibi relicto, in quo illum simpliciter proprio nomine nominauit, & hoc, quod verisimile est, debet considerari. l. fina. in princip.ff. quod met. caus. capitul. quia verisimile. de præsumptio.capitu.licet causam.de probatio. in capitu. præterea. de testibus, & quod est longe à verisimili, est quędam falsitatis imago ut not.Bald.in l.j. C. de seru. fugi. & ideo iste Galeaz. qui dicit se filium Melchioris grauatur onere fortioris, & clarioris probationis. ut not. Abb.in d.capitu.quia verisimile.de præsum. in secundo not.Specul.in titul.de probatio.§.fin. & not.Bal.in l.transactionem.C.de transactio.vbi alleg.text.in d. capitu. quia uerisimile. Et cum in isto casu nulla facta sit probatio filiationis, indubitanter concludendum est, ꝙ dictus Galeaz excludatur.
1 † Secundo in legitimatione, de qua agitur, considerandum est, ꝙ fuit facta à Comite Palatino, cui licet data sit potestas legitimãdi, quæ est in principe, intelligitur, quod ipse utatur tali potestate ex causa, quæ appareat, ut no.Bald. in l si testium.C.de testib.in l.rescripta.C.de precib.imper.offe.in 3.q. Alexan. sequitur in consi. 94. Consideratis his.lib. 1. Accedit etiam, quòd cum iste Galeaz. esset natus ex adulterio, videlicet, ex Flora uxore Christophori. tali casu, cum matrimonium cum illa coniugata contrahi non potuisset: non dicitur proprie legitimatio, sed dispensatio, ut tradit, & declarat Paul. de Castr. in consilio 219. Super isto puncto, versiculo item certum est. cum sim. ut scribit Franc. de Cur. in consi. 73. Super memorata. uersicu. ueniamus ad quartam dubitationem. & ista dispensatio odiosa est, licet legitimatio sit fauorabilis, ut dicit Per. de Ancha. in consi. 252. Et tenore priuilegij. in princi. & in consi 428. Primum quæsitum, in princi. & cum sit odiosa, debet stricte interpretari, & restringi. l. cum quidam. de libe.& posthu. & in regula, odia. de reg.iur.in 6 His præmissis ostẽditur, quod dicta legitimatio non potuit habilitare dictum Galeazium ad succedendum dicto Melchiori iam pridem mortuo quia talis legitimatio ualida non fuit. & hoc in terminis decidit no. Bal. in consilio 114. Super legitimatione Michaelis. lib. 2. in uersi. 5. ad hoc attendendum est, lib. 2. ubi inquit, ꝙ sicut non potest filius inuitus legitimari. §. generaliter. in Auth. quibus mo. natura.

natura efficiantur sui. ita econtra, non potest filius legitimari, nisi pater consentiat: quia est eadem ratio in utroque: & quia mutuæ successiones æquales esse debent, lege si ab eodem. C. de legi. hæredi. Sed pater consentire non potest, ergo legitimatio non potest illi præiudicare. & ibi plures alias rationes adducit, quas gratia breuitatis non refero. Non omitto tamen unam rationem, quæ optimè ad propositum facit: dum dicit in ver. 3. quia aliter: quòd talis legitimatio si haberet locum, in effectu, tolleretur arbitriū testandi defuncto, & puniret, qui non peccauit: qa defunctus decedēdo testatus uel intestatus voluit bona sua puenire ad hrdem scriptum, vel ad proximiorem agnatum, de quo cogitauit. l. si quis cum nullum. & l. conficiuntur. de iure codicil. & non ad spurium, quem sciebat ab hæreditate sua exclusum: cum ergo dictus Melchior iamdudum mortuus esset condito testamento, & testamentum habuerit effectum, non debet, neque potest tale testamentum retractari contra voluntatem defuncti: put Bal. in terminis dicit, & cum talis legitimatio dicatur dispensatio, & odiosa sit, ut suprà dixi; etiam ex defectu potestatis impugnatur: quia ex tenore priuilegij non uidetur Comes habuisse potestatem legitimandi in isto casu: prout specialiter Bald. deducit in cōsilio præal. versi. nunc ad vires legitimationis. ubi formaliter concludit, φ licet in principio priuilegij detur potestas legitimandi spurios parentibus viuentibus, uel iam mortuis, non sequitur, ergo dat potestatem post mortem parentum, ut legitimati succedant illis, & auferant hæreditatē alijs quæsitam: quia non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. l. non hoc. C. vnde legi. quasi velit, φ possit legitimare mortuis parentibus, nō tamen adita hæreditate. Et ita punctualiter dicendū est in casu isto: quia datur potestas legitimandi spurios quoscunque uiuentibus, uel etiam mortuis eorum parentibus: † non tamen intelligitur
2 adita hæreditate: quia indefinita in materia odiosa, qualis ista vr, vt supradictum est, non æquipollet uniuersali. l. 2. ff. de liberis & posth. & in d. l. cum quidam. Et quia etiam si materia non sit odiosa indefinita non æquipollet vniuersali, quando est diuersa ratio, ut no. per Dyn. in rub. de regu. iur. in 6. & per Bar. in l. si pluribus, de leg. 2. Et in casu isto non dicetur eadem ratio post aditam hæreditatem, quo casu non tractatur ulterius de hæreditate dicti Melchioris defuncti, ut per gl. in l. 1. §. veteres, de acq. pos. facit tex. in l. sed & si plures. §. si filio. de vulg. & pup. not. Bart. in l. 3. in principio. ad finem, de bonorum possessio Et maximè post aditam hæreditatem, & acquisitam possessionem, prout in isto casu cōtingit, per ea quæ not. Bart. in l. fin. ff. de fideicom. hæredi. petit. & tradit Aret. in rub. de acqui. hæredi. Et quia post aditam hæreditatē, & acquisitam possessionem est acquisitum dominium de iuregentium, quod auferri non potest sine causa etiam a principe, & tali casu legitimatio fieri non potest à principe sine causa, ut notab. tradit Paul. de Cast. in l. 3. ff. testa. Alex. in l. cum hæredes, in princip. ff. de acquirenda possessione. & a fortiori hoc est dicendum in Comite Palatino, per ea quæ supradixi. Nō obstat supradictis si dicatur, φ ex quo legitimatio fuit facta ad requisitionem domini Bartholomæi hæredis, videtur, quòd dicta legitimatio ualida fuerit, & quod debeat habere locum, & videntur cessare rationes supradictæ: quia ad hoc, in quo uis tota consistit, respondetur, & primò considerandum est, quòd consensus domini Bartholomæi potest considerari quantum ad hæreditatē ipsius: quia si euenisset casus, quòd tractaretur de hæreditate eius ab intestato, iste legitimatus tanquam nepos ex fratre admitteretur. Sed quantum ad hæreditatem dicti Melchioris iam pridem mortui, & cuius hæreditas adita fuit, & perfectè acquisita, ille consensus non potuit legitimatum habilitare ad successionem paternam, quæ non erat in rerum natura, & facere quod illa aditio, & acquisitio iam diu facta resolueretur: quia hoc non uidetur esse in potestate dicti domini Bartholomæi, ut possit annullare testamentum in præiudicium defuncti, ita quòd defunctus hæredem habeat contra eius uoluntatem, ut supradictum est, secundum Bald. in consilio supra allegato. Et quia testamentum alicuius non potest rescindi conuentione partium, sed necessaria est sententia, ut notab. Ang. dicit post Barto. in l. controuersia. in versicu. sequitur. in gloss. fin. ff. de transactio. nec in tali casu videtur habuisse potestatem Comes, qui legitimauit, ut potuerit defuncto præiudicare, ut supradictum est secundum Bald. in consilio supra allegato. Nec etiam videtur Comes habuisse uoluntatem, φ iste admittatur annullando testamentum patris, de quo ignorabat: & ideo talis legitimatio q̄tum ad hoc vr subreptitia. arg. capitu. postulasti. de rescript. & quia talis legitimatio non trahitur retro, quia extrema non sunt habilia, iuxta not. per Bar. in l. si is qui pro emptore, de usucapio. & de legitimatione notat Bald. in consilio 13. Viso testamento domini Alber. libro secundo. & in simili casu tradunt Bald. & Angelus post Guilielmum de Cuneo, in l. benignius. ff. de legibus. ubi concludunt, quòd si mortuo filio naturali, remanente ex eo nepote pater naturalis accipiat concu-
a binam in uxorem, non potest nepos a legitimari: quia talis legitimatio requirit personam filij, ut extendatur ad nepotem. facit in text. in l. qui libertinos § posthumus. ff. de oper. liber. Et cū filius reperiatur mortuus: legitimatio non valet: & pariter in casu isto, cum in legitimatione filij requiratur ɔsensus patris, & pater reperiatur mortuus, legitimatio in præiudicium patris non valet, saltem in isto casu, in quo fecit testamentum per s. dicta. Postremo considerandū est, quia legitimatio in qua dicitur, φ sit habilitatus dictus Galeaz ad successionem dicti Melchioris, tam ex testamento, quam ab intestato, non videtur, φ possit habere locum. Nā primò ex testamento hoc clarum videtur: quia alius erat institutus, & testamentum non poterat reuocari, cum testator esset mortuus, & mors omnia soluit. §. deinceps. in auth. de nuptijs. Nec etiam ab intestato vr, φ succedere possit stante testamento. l. quandiu. ff. de acq. hær. l. antequam. C. communia de succes. l. ex testamento. C. vnde liberi. Nec ob. si dicatur, φ legitimatus videtur rumpere testamētum prius factum: vt tenet Ant. de But. in c. per venerabilem. in vltima char. in versi. alius est effectus. qui filij sint legiti. Pet. de Anch. in consil. 292. In successionibus ab intesta. cum si. ut tradit Alex. in rub. de lib. & posth. ubi inquit, φ ista est
* *communis* opinio: quia respondetur, φ hoc esset verum, si fuerit legitimatus viuente patre, & de voluntate patris, prout doct. loquuntur in locis supra alleg. quia tunc imputatur patri, qui fecit legitimationem fieri: & quia potuit facere de nouo testamentū: argu. l. 3. de inoffi. testa. Secus est in casu nostro, in quo pater non consensit legitimationi, & absurdum esset, si rumperetur testamentum, & testator cogeretur habere hæredem, de quo non cogitauit, per ea quæ dicta sunt. Et illa verba, φ possit succedere patri tam ex testamento, quam ab intestato, intelliguntur, casu quo subiecta materia pateretur sicut dicitur de illo, qui vendit feudū saluo iure coloni, illa uerba nihil operantur, si colonus non reperitur: ut not. Bart. in l. si quis ita legauerit. de lega. 1. & in l. si sic. §. si mihi. in fin. eo. titu. cum si. vt tradit Alex. in consi. 187. In hac causa. lib. 2 Et illa videtur clausula apposita per errorem ab ipso Comite, qui non habebat notitiam testamenti, vel videtur apposita de communi stilo notariorum, ut in simili not. Bar. in l. 1. ff. de iure codi in 6. q. in si qa talis clausula, in casu isto nullo modo verificari potest per supradicta. Et etiam dici potest, φ illa verba, φ possit succedere patri, intelligantur mediante persona ipsius do. Bartho. hæredis: quia hæres hæredis, videtur hæres testatoris. l. fin. C. de hære. instit. & est sensus, φ sit habilitatus in eo, quod sibi esset relictum ab ipso do. Bartho. de bonis ipsius testatoris. Nec obstat, si dicatur, φ do. Bartho. hæres consentiendo legitimationi videtur uoluisse, φ aditio per eum facta resolueretur: quia ex tali simplici consensu non uidetur hoc inferri. Et dato, φ hoc noluisset, talis resolutio fieri non potuit in præiudicium defuncti, qui voluit testatus decedere per suprà dicta. Et quia cum tali voluntate resolutiua non concurrit uoluntas, nec potestas Comitis, qui legitimauit, a quo quidem Comite pendet effectus legitimationis & quia cum ipsi domino Bar. hæredi esset acquisitum dominium etiam de iuregentium per aditionem, & secuta apprehensione possessionis tale dominium non potuit abdicari ex consensu simplici hæredis petentis legitimationem fieri. l. si quis ui. §. differentia. de acquiren. posses. & quia dominium non transfertur absque traditione. l. traditionibus. C. de pact. & hoc etiam locum habet, dato, quòd partes uelint, ut per gloss. in l. traditionibus. ff. de pact. facit text. in l. non statim. ff. de pecu. & hoc no. Bar. in l. cum falsa. in 1. q. C. de iu. & fact. igno. & in casu isto (ut dixi) non tantum uoluntas do. Bartholomæi supplicantis debet considerari, sed potestas, & uoluntas Comitis legitimantis, quæ in casu isto non uidetur concurrere per supradicta. Ex quibus concurro in sententiam dom. Consultoris. Philip. Dec. Pisis.

ADDITIO.

a ¶ Nepos.) Idem Hip. Marsi. sing. 121. Sed in Anglia nullo modo seruatur legitimatio, nec per subsequens matrimonium.

EPITOME Consi. CCCXLIIII.

Hæreditas iacens dicitur etiam in suis hæredibus, contra quam processus agitatus nullitati subiacet. Cæterum quando in eodem instrumento, uel eadem sententia plures res continentur, quæ singulæ habent prætium, plures gabellæ solui debent, ubi viget statutum, quòd pro contractu gabella soluatur.

SVMMARIVM.

1 *Interpretatio lata fit etiam in materia odiosa, quatenus verborum proprietas extenditur.*
2 *Antiqua practica est seruanda.*
3 *Datio insolutum facta pro vna quantitate, & sententia annullatur in totum, si ex ea non sit soluta gabella.*
4 *Summa diuisa in plures non attenditur, sed particulares diuisiones.*

Applaudent



Pplaudent rationes, & iura quæ superius inducuntur. Et circa primum dubium considerandum est, ꝙ licet in suis hæredib. non videtur, ꝙ hæreditas iacens dici possit propter continuationem dñij, ut no. per gl. in l. cum hæreditas C. de po. & ideo secundum Bal. ibi, non valet processus agitatus contra hæreditatem iacentem in suis hered. & tradit Are. in consi. 26. Factum super quo. cum si. s. alleg. contrarium tamen tenet Pau. de Cast. in d. l. cum hæreditas, circa finem: quia propter beneficium abstinendi, quod habet filius in potestate ex edicto prætoris, ad instar emancipati redigitur. l. nam nec emancipatus. ff. de lega. 1. & idem vr̄ velle Sal. in d. l. cum hæreditas, in fin. & rationem efficacem adducit, quia suus non potest conueniri, nisi probetur se immiscuisse. l. cum patris. de acq. hære. & no. per gl. in l. si cũ dotem. §. transgrediamur. ff. sol. mat. cum si. ut tradit ibi Alex. & ista opinio comprobatur a statuto, quod etiam vr̄ loqui in suis hæredib. quia generaliter loquitur de hæredib. ut supra dictũ fuit. & hoc confirmatur, quia hæres, idem est, ꝙ dñs. l. item Mella. §. legis. ff. ad leg. Aqui. Et cum sint plures species, omnes proprie sub genere cõprehenduntur, ut no. Bal. in l. 2. C. de iure aure. ann. unde uidemus, ꝙ in tit. ff. & C. & insti. de hære. insti. & sui, & extranei hæredes cõprehenduntur. & qñ lex facit mentionem de hærede, ꝙ intelligatur de filio, colligitur in l. 1. C. si libera. impe. soc. in rub. & in l. 1. lib. 10. in c. 1. §. 1. de succes. feu. & in c. 1. §. sed aduersum. de alie feu. & gl. ibi in usib. feu. facit tex. in l. si pactum. ff. de prob. in l. ex facto. §. si. ff. ad Treb. & in materia indifferenti, prout in casu isto vr̄, appellatione heredis etiam extranei cõprehenduntur, ut no. Ang. in consi. 305 Charissime frater. Bar. in l. Gallus. §. etiã. de lib. & posth. cum si. ut dixi in c. in præsentia, de prob. & in cõsi. 294. Et cum doct. dicant, ꝙ etiam extranei includuntur, vr̄, ꝙ pro prius, & cum minori dubitatione hæredes sui cõprehendantur, & cum ita sit de proprietate sermonis, hoc vr̄ procedere etiam
1 in statuto, & in materia etiã odiosa. † Quia quatenus uerborum
a proprietas a extenditur, fit lata interpretatio etiã in materia odiosa, ut no. Aret. in l. cum lege. ff. de testa. per illum text. & Calde. in consi. 1. in tit. de consang. & affin. & ideo ex his, & ex alijs coniecturis supra ponderatis concludendum est statutum etiam habere locum in suis hæredibus. Et non obstat si dicatur, ꝙ cum statutum loquatur de hæredibus simpliciter, debet intelligi secũdum ius commune, uidelicet, in hæredibus, in quib. datur hæreditas iacens. arg. l. si quando. C. de inof test. in c. cum dilectus. de consue. facit gl. in l. sciendum. ff. qui satisd. cogan. in auth. offeratur. C. de litis cõtest. quia ex pluribus coniecturis apparet, ꝙ statutũ etiam in suis intelligatur. & non leuis vr̄ illa coniectura: quia dispositio statuti non prouidisset creditoribus, in casu, qui magis frequenter contingit: & ideo tali casu, statutum generaliter intelligi debet, ut uerba sonant: & ad terminos iuris cõis non reducitur ut notat Imo. in l. si uero. in §. de uiro. ff. solu. matr. refert, & sequitur Alexan in l. sciendum, ff. qui satisd. cogan. Et prædicta conclusio coadiuuatur ex relatione nuntij, qui retulit hæreditatem esse iacentem secundum cõmissionem sibi factam, cui nuntio uide ur credendum, sicut creditur, quando retulit fecisse missionem in
2 bonis Titij, & similibus. prout dixi in c. cum parati de appel. † Accedit etiam, ꝙ Florẽtiæ statutum ita interpretatum semper fuit, unde ab antiqua practica, & interpretatione nõ est recedendum, ut notat Bal. in l. illud. per illum textum. ff. de excusa. tuto. cum si.
3 ut dixi in consi. 11. & ita conclusio prima confirmata sit. † Quo ad secundum dubium, pro uera resolutione considerari possunt tres casus. Primus est in datione insolutum, quæ facta sit pro una quantitate, & sententia: & tunc uidetur, ꝙ datio insolutum in totum uitietur, nisi in totum gabella soluta sit; & ita uidetur procedere, quod notant Bar. & Bal. in l. si non sortem. in §. si certum. ff. de condi. inde. & quod de gabella not. Bal. in l. qui putat. in fi. ff. de acquir. hære. & in l. 1. circa fi. C. si aduer. rem iudi. cum sim. Secundus casus est, quãdo in eadem sententia, uel in eodem instrumento continentur plures res, quæ singulæ habent pretium, & tunc reputantur plures contractus, & debent plures gabellæ solui: ut not. Bal. per illum text in l. cum eiusdem. ff. de ædi. edi. & in l. cum quidam. § præterea, col. 2. in uersi. ibi pro singulis. C. de iure dot. & eodem modo si in una sententia sint plura copulata, tot dicuntur esse sententiæ. l. etiam §. ex causa. ff. de mino. & tali casu potest sententia ualere in uno capitulo, & in alio non, ut notat Bal in l quædam mulier. in prin. ff. famil ercis. per tex. in l. Cornelia pia. ff. de iure pat. ubi Bart. cum si. & de isto casu, nec de præcedenti agitur. Tertius est casus, de quo agitur: quia tota dos fuit petita, & pro tota dote fuit facta condemnatio: & pro dicta dote factæ fuerunt plures dationes insolutum distinctæ. Vnde uidendum est, an una gabella solui debeat, uel plures & in isto tertio casu placet conclusio supra firmata, ꝙ plures gabellæ soluendæ essent propter plures adiudicationes, quæ certam summam habuerunt. & ad hoc induco decisionem Bald. qui allegatur in contrarium in d. l. 1. in fin. C. si aduer. rẽ iudic. ubi inquit, quod si quis condemnatus est in centum, & soluit gabellam pro quinquaginta, dicit, ꝙ in totum uitiatur sententia, nisi essent diuersæ personæ, quia quælibet persona posset implere pro parte sua: unde quũ Bald. dicit in pluribus personis, idem uidetur dicendum in pluribus rebus: quia tota summa dotis petitæ diuiditur in pluribus rebus, & bonis pro certa quantitate adiudicatis: quia ualet argumentum de personis, ad res. l. qui plures. la 2. in princ. de uulga. & pupil. Secundo hoc idem probatur, ex eo quod not. Bart. & in l. Lucius. §. qui habebat. ff. ad Trebe. ubi inquit, ꝙ assessores quotidie cõdemnant aliquem in magna summa pro pluribus delictis, deinde subiungunt pro tali delicto tantum, & pro tali tantum: nam perinde est, ac si a principio fuissent plures sententiæ: ergo pariter in casu isto dicendum est, ꝙ illa prima summa dotis resoluatur in plurib. adiudicationibus postea particulariter factis pro certa quantitate, & perinde habetur, ac si ab initio plures sententiæ dationis insolutum prolatæ fuissent. & idem notat Bart. in l.
4 ubi fideiussor. in fin. ff. de solu. † ubi concludit, ꝙ quando magna summa est diuisa in plures, illa summa non cõsideratur, sed attenduntur illæ particulares diuisiones. Tertio, quia statutum loquitur de dationibus insolutum, & non potest negari, quin sint plures dationes insolutum: quia plura, & diuersa bona taxata in singulas quantitates data fuerunt, & a uerbis statuti nõ est recedendum. l. quod constitutum. ff. de test. mil. ubi Bart. & ista conclusio suadetur ex cõmuni regula, ꝙ in dubio interpretatio debet fieri, ut actus ualeat. l. quoties. de rebus dub. & ista præsumptio superat alias præsumptiones, ut dixi in c. quoniam Abbas, de offi. delega. & ideo ne sententia reddatur nulla, concludendum est, ut supra dictum fuit a præclarissimis doctoribus, in quorum sententiam concurro. Philip. Dec. Pisis.

ADDITIO.

a ¶ Proprietas.) Decius supra consi. 5. in fi. c. sedes, de rescrip. ca. inter cæteras, eod. tit. l. actione. nu. 8. C. de transact.

EPITOME Consil. CCCXLV.

Fideicommiss. remittitur etiam per uerba generalia iuramento concurrente.

SVMMARIVM.

1 *Transactio facta contra formam datam a lege non valet.*
2 *Iuramentum semper habet in se illam tacitam conditionem, quam habet promissio, cui adhæret.*
3 *Papa licet ignorauerit defectus in specie, sufficit quòd vtatur verbis generalibus, & vniuersalibus.*
4 *Iuramentum habet vim expressi, & specialis consensus.*
5 *Obligatus se facturum, & curaturum, conueniri potest ad interesse.*



Isis his quæ supra accurate & subtiliter dicta sunt, studendo breuitati, prout doctorem subscribentem decet, absque iuramento res admodum dubia uideretur, quia per uerba generalia, & prægnantia non uidetur remissum fideicommissum per ea, quæ supra dicta sunt. Et ulterius hoc late tradit Roman. in consi. 403. Pro decisione propositæ consultationis. & Cu. in consi. 141. Visis tenore compromissi. Sed cum iuramento, prout in casu isto contingit, uidetur quòd fideicommissum remissum fuerit, prout ex infra dicendis apparebit. & ut ueritas facilius demonstrari possit, uidebatur primo motu, ꝙ etiam cum iuramento non esset remissum fideicommissum: ex eo quod specialiter Angel. tradit in consi 94. Cum lis & quæstio. uersi. ad quintum de iuramento. ubi inquit, ꝙ tale iuramentum non est obligatorium: quia cum lex transigi prohibeat nisi certa forma seruata. l. de his. ff. de transact. contra faciens dicitur transgressor legis. capit. 2. de maio. & obe. & iuramentum tanquam contra bonos mores interpositum non ligat. l. non dubium. C. de legi. & facit quod not. Bartol. in l. cum
1 hi, in princip. ff. de transact. † Vbi concludit, quòd transactio facta contra formam datam a lege non ualet, & quòd illi formæ etiam cum iuramento renuntiari non potest. & loquitur etiam in casu. d. l. de his. ad quam Bar. ibi se remittit. & idem Bal. in l. pactum quòd dotali, in ultim. quæst. dicit, quòd iuri alimentorum renuntiari non potest, etiam cum iuramento. & loquitur in casu. d. l. de his. ff. de transact. quia sicut quis non tenetur obseruare iuramentum, propter quod incidit in periculum mortis; ita nec tenetur obseruare iuramentũ, per quod incidit in exterminium famis: & in terminis etiam Bald. tenet in ca. cum inter. de renun. in uersic. sed quid. quòd si non sunt alia uerba, quæ sonant remissionem fideicommissi, quòd iuramentum nihil operatur: quia non extendit se ad ea, de quib. non est cogitatum. alle. l. fin. C. de
2 non num. pe. † Et iuramentum semper habet illam tacitam conditionem

ditionem, quam habet promissio, cui adhæret. & ad plus non extenditur iuramentum, quam extēdatur virtus promissionis: verba sunt Ang. in consi. 315. Statuto cauetur. & idem Old. in consi. 238. Cum mulier. vbi propter hoc infert, ꝙ donatio facta cum iuramento non tollit tacitam conditionem. l. si vnquam. C. de reuo. dona. & idem Oldr. in consi. 278. Licet quantum. vbi alle. d. l. fi. de non num. pec. & idem no. Ro. in consi. 269. Non est dubium, in prin. Aret. in consi. 24. Quatuor dubia. in prin. Alex. in consil. 37. Viso lib. 2. cum si. Ex quib. videbatur prima facie dicendum, ꝙ cum fideicommissum non sit per verba generalia remissum, etiā cum iuramento remissum non vr̄ per suprà dicta. Sed tn̄ supradictis non obstantib. ɔ̄trium de iure esse arbitror, videlicet, ꝙ duobus concurrentibus quæ in ipso casu concurrunt, fideicommissum, de quo agitur, remissum fuerit: quia uerba sunt valde generalia, & prægnantia, quæ ad supra dicta restringi non possunt, sal ua ratione recti sermonis ut supra dictum fuit. & cum illis verbis

a prægnantibus concurrit iuramentum,[a] quo casu remitti vr̄ fideicommissum, quod erat debitum, & purificatum tempore ɔ̄ctus. nam per illa verba generalia, & vniuersalia cogitatum fuit in genere de tali remissione fideicommissi: & de eo, quod dr̄ in d. l. de his. quia sub uerbis generalibus, & uniuersalibus omnia includūtur. l. Iulia. de leg. 3. l. a procuratore. C man. c. 2. de obser. ieiu. & in pulchra quæstione not. Bar. in l. generali. §. vxori. de vsufru. leg. & Ro. in consi. 44. Ex supra narratis in themate. in 3. dub. & quia tm̄ operatur generalis dispositio in genere, quantum specialis in specie. l. si duo. ff. de adm. tu. l. si chorus. de lega. 3. & in l. omnes. C. de præsc. 30. ann. & de ista cogitatione in genere est bonus text. in l. qui iure. ff. de testam. mili. no. Bar. in l. qui sub prætextu. C. de transac. Ang. in l. tres fratres. ver. hanc autem regulam. ff. de pact. in l. sicut certi. in fi. C. de testa. mili. & in notab. quæstione tradit Pau. de Cast. in consi. 219. Super puncto isto.

3 † Vbi loquitur in dispensatione facta à summo Pontifice, & concludit, ꝙ licet Papa ignorauit defectus in specie, sufficit, ꝙ vtatur verbis generalibus, & vniuersalibus, ex quibus generaliter uideatur cogitasse: alle. dictā legem. qui iure. & in fideicōmisso, ꝙ remissum sit per uerba uniuersalia, & prægnantia, tradit Io. And. in addi. Spec. in §. in primis, in versi. quid si duobus. refert, & sequitur Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de uerbo. obli. uer. aduerte tamen, quia Io. And.

4 † Et ista opinio saltem videtur procedere in isto casu, in quo concurrit iuramentum, quod habet uim expressi, & specialis consensus: ut no. Bal. in l. 1. C. com. in uer. 2. quæritur. alle. tex. in l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. 2. & iuramentum habet uim specialis clausulæ derogatoriȩ, ut Bald. concludit in l. sancimus. C. de testa. & ideo per iuramentum uidetur renuntiatum dispositioni. l. de his. ff. de transac. ut Ioan. de Imo. concludit in c. cum contingat. de iureiu. uer. circa quintam. per illum tex. in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. uen. & in c. quamuis. de pact. in 6. ubi debet seruari iuramētum, quod seruari potest absque interitu salutis æternæ. & sequitur Alex. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. in pen. char. in fi. & idem Alex. in consi. 11. Viso acut oportet considerato. uersi. potest & tertio responderi. lib. 2. & in consi. 3. Viso instrumento concessionis. in uer. fortificantur prædicta. lib. 1. & dominus Vitalis in tractatu clausularum, in uersi. an autem, l. de his. in fi. refert opi. Io. de Imo. & illam sequitur. & finaliter idem tenet Soci. in consi. 103. In causa conuentionis. lib. 3. & secundum istam conclusionem etiam consuluit Cor. Perusinus in consi. 204. Bonauentura in suo testamento. uer. nec uidetur. lib. 2. Et confirmabitur ista conclusio ex his, quȩ inferius statim dicam in respondendo ad allegata supra in contrarium. unde primo nō obstat, quod dicit Ang. in consi. 94. s̄. allega. quòd iuramentum nō ualet, quia contra legem & contra bonos mores, quia Alexan. respondet. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. charta fi. in prin. quòd non est uerū indistincte, quòd contractus nullus impediat uires iuramenti, ut patet in d. c. cum contingat, in d. authen sacramenta puberum, & in d. c. quamuis, in c. significante, de pig. unde illa. l. nō dubium. procedit, quando contractus fit propter aliquam turpitudinem, vel propter malos mores, quod quidem in casu isto non uidetur, & contra bonos mores aliquid esse, aliter dicitur esse de iure ciuili, & aliter de iure canonico, ut no. Bal. in l. pactum, quod dotali. in 19. q. C. de coll. & colligitur talis differentia. in d. l. pactum, iuncto. cap. 2. de pac. in 6. & idem not. Bal. in l. non dubium, in 17. oppo. C. de legi. in l. si quis inquilinos. §. fi. de leg. 1. & ideo dicit Pau. de Cast. in l. pacta quæ contra. C. de pac. quod regula. non est obligatorium. de regu. iur. in 6. intelligitur, quod sit contra bonos mores de iure canonico. & licet text. in d. l. de his, loquatur prohibitiue, legibus prohibitiuis renuntiari potest cum iuramento, ut concludit Alexan. qui alios refert in d. l. si constante. §. quoties. ff. sol. mat. in uersi. 2. limita. Non ob. dictum Barto. in d. l. cum hi. quia ipsemet Barto. tenet contrarium. in l. si quis pro eo. circa fin. in uersi. 10. prohibetur. ff. de fideiuss. ubi specialiter in casu. d. l. cum hi. concludit, quod talis prohibitio tollatur per iuramentum: quia illa prohibitio non est contra bonos mores, nec principaliter contra vtilitatem publicam, ideo purgatur per iuramētum. & ita contra Bar. in d. l. cum hi. etiam tenet Abb. post Anto. de But. quem ibi refert. d. c. cum contingat. versic. sed aduerte. & idem Imo. ibi, quem refert, & sequitur Alex. in d. §. duo fratres, in pen. char. in fi. Nec obst. ꝙ iuramentum non extenditur ad ea, de quibus cogitatum non fuit, quia illud verum est, quando non fuit cogitatum in specie, nec in genere, & hoc modo alleg. suprà in contrarium procedunt: secus est in casu proposito, in quo saltem in genere cogitatum fuit: & hoc sufficit per ea, quæ supra dicta sunt: & Bal. ita concludit in d. l. 1. C. commu. in d. ver. 2. quæritur. & idem tradit Alex. in l. 1. § si quis ita. de ver. ob. Et ita ex omnibus suprà dictis concludendum videtur, ꝙ virtute iuramenti cum verbis illis vniuersalibus, & prægnantibus remissum fuerit fideicommissum, & stante ista conclusione non esset vlterius insistendum in alio dubio de Trebel. Sed tamen ad cautelam verior vr̄ illa opinio, ꝙ in liberis primi gradus trebellianica prohiberi non possit, vt no. Bal. in l. iubemus, per illum tex. C. ad Treb. cum si. vt plene dixi in cons. 81. in 4. dubio. Et nunc gratia breuitatis nō

5 refero rationes, & autoritates, quæ hic habentur. † Postremò ad illud, quod s̄. dictum est, ꝙ illi promiserunt se facturos, & curaturos, ꝙ ipsæ sorores obseruabunt, & ad implebunt omnia, & singula in presenti instrumento cōtenta in plena forma, obligati sunt, & possunt conueniri ad interesse. & ad hoc facit text. in l. stipulatio ista. §. 1. & in §. quæsitum. ff. de verb. oblig. & per ista iura concludit Abb. in consi. 44. Quidam dom. Antonius lib. 1. valere promissionem factam secundo marito ꝙ non erit molestatus in dote sibi data per filios primi matrimonij, sic in casu isto valet promissio, ꝙ prædictæ sorores liberarent a fideicommisso, de quo agitur deducēdo vt suprà dictum fuit. Nec obst. ꝙ isti promittentes factum alienum se facturos, & curaturos, vr̄ liberati, si fecerunt quicquid potuerunt: iuxta no. per Fede. in consi. 122. Martinus promisit. & Abbas post Ant. de But. in c. gēma. de sponsa. Abbas in consi. 90. Videtur quod fideiussores. lib. 1. cum si. quia illa conclusio haberet locum, qn̄ esset facta promissio facti alieni simpliciter secus vr̄ in casu isto, in quo dicitur, ꝙ de suo proprio obseruabunt: quia promittentes obligantur ad interesse, licèt fecerint, quicquid potuerint: vt notabiliter concludit Aret. in l. si ita stipulatus. §. possum. de uerb. obli. & latè tradit Soci. in consi. 288. Circa primam quæstionem. in 5. q. ubi pluribus rationibus hoc probat. & idem videtur uelle Cuma. in consi. 186. Viso instrumento. & in consi. 189. Testator.

ADDITIO.

a ¶ Iuramentum.) Facit Alex. consi. 102. nu. 6. lib. 6. consi. 62. consi. 100. in fi. lib. 7. Dec. supra consi. 287. infra consi. 613.

EPITOME Consi. CCCXLVI.

Statutum quale est Papię disponens quòd mulier dotata non faciat partem cum fratribus in legata hȩreditate auita, paterna & materna, intelligitur in hæreditate dotantis tantum. Secus si statutum ultra procederet exprimendo personas, à quarum hæreditate uellet excludere.

SVMMARIVM.

1 *Nepos debet institui uel exhæredari ab auo.*
2 *Supplementum legitimę peti potest, quamuis relictum testamētarium fuerit acceptatum.*
3 *Neptis subintrat locum patris premortui, & simul cum patruo equaliter succedit auo, & auię. 4.*
5 *Filia dotata uiuo auo, & patre mortuo, intelligitur dotata de bonis aui.*
7 *Statutum restringens successionem liberorum est odiosum, & extendi non debet extra personas nominatas.*



Missis his, in quibus non videtur posse fieri fundamentum, pro uera resolutione casus propositi, videndum est de iuribus competentibus dominæ Elisabeth in hæreditate domini Ioan. Fran. de Curte eius aui paterni, similiter in hæreditate, seu in dote domi. Margar. eius auiæ paternæ: & similiter in hæreditate domini presbyteri Gulielmi eius patrui.

1 † Primo, quo ad auum paternum, qui fecit testamentum, & ipsam particulariter hæredem instituit Iaco. eius filio vniuersaliter hærede relicto, ut narratur, considerandum est, quòd cum ipsa Elisabeth neptis sublato eius patre esset in potestate aui tempore mortis eius debuit institui, vel exhæredari. lege, posthumorum. ff. de iniuf. rupto. & in §. posthumorum, institut. de exhære. libe. Et istam formam testator auus paternus obseruauit, qui dictam eius neptem instituit:

stituit: verum quia institutio fuit particularis, si illud relictū non ascendit ad legitimam, dictæ nepti competit ius petendi supplementum legitimæ. l. omnimodo, in princ. C. de inoffi. test. † Et tale supplementū peti pt̄, dato ꝙ ipsa neptis acceptauerit illud, quod in testamento sibi relictum fuit. l. si quando. §. generaliter. C. de inoffi. test. Et quod plus est, si prædictus auus paternus prohibuisset dictam neptem, vt plus petere non possit, etiam non obstante tali prohibitione supplementum legitimæ petere potest. §. ceterum. in Auth. vt cum de appel. cog. & no. Bald. Salic. & Paul. de Cast. in d. l. si quādo. §. fi. Bar. in l. Papinianus. §. si conditioni. ff. de inof. test. cum si. vt tradit Alex. in consi. 69 Super primo dubio. uersi. nec obst. libr. primo. & in consili. 8. Visis subtilissimis. lib. 3. in consi. 88. Vtrum emphyteusis. lib. 4. Ioan. de Ana. in consi. 99. Visis & ponderatis. Et legitima istius neptis in bonis aui paterni erit sexta pars bonorum, quia cum essent duo filii cum ipsa nepte, eorum omnium, tertia pars omnium bonorum erat legitima. auth. nouissima. C. de inof. testam. & no. Ang. in consi. 242. Super pūcto in consil. 286. Pro clariori decisione. & in cons. 299. Punctus talis. & quia in hoc res clara videtur, non est vlterius laborandum. † Secundò in hæreditate paterna etiam non videtur
3 difficultas: ideo agam paucis. Et cum ipse ab intestato decesserit superstite Iacobo eius fratre, & dicta Elisabeth fratris filia, ipsa in locum patris sui succedit, & simul cum patruo equaliter admittitur, vt est tex. in §. reliquum. in Auth. de hæred. ab intest. ve. & ibi Ang. in 3. no. dicit, ꝙ filius obtinet locum patris, quando tractat de successione patrui carnalis tantum, prout in casu isto contingit: & facit tex. in § cum filius. de insti. de hære. quæ ab intes. defe. & no. Bar. in aut. post fratres. C. de suis & legit. vbi dicit, ꝙ filius intrat locum patris, quando agitur de hæreditate aui vel patrui. & Sal. ibi, circa fi. Alex. in consi. 44. Videretur prima facie in prin
4 cip. li. 5. † Tertio in hæreditate auiæ paternæ, quæ ab intestato decessit. superstitibus tribus filiis, etiam res clara vr̄: quia vnicuique filiorum tertia pars debetur. cum ipsis æqualiter hæreditas patris vel matris acquiratur. l. inter filios. C. famil. ercisc. l. j. vnde libe. & in auth. in successione. C. de suis & legit. Et illa tertia pars, quæ fuit Petro Antonio acquisita, eius filiæ Elisabeth debetur: & si ageretur de hæreditatæ auiæ, illa ēt in locum patris sui succederet d. §. cum filius. Et sic in effectu tertia pars dom. Margaritæ auiæ paternæ ad ipsam Elisabet neptem pertinere vr̄: & omnia supradicta attento iure communi de plano procedunt. Sed non paruā difficultatem videtur facere statutum Papiæ, quo cauetur, quòd mulieres dotatæ non faciant partem cum fratribus in hæreditate auita paterna, materna, vel fraterna, nec in dote materna. ergo vr̄, ꝙ dicta Elisabeth cùm sit dotata, quòd excludatur in hæreditate dictæ auiæ, prout statutum expresse dicit. Est ergo insistendum circa interpretationem dicti statuti. ad cuius intelligentiam præmittendum est, quod quando statutum simpliciter dicit, ꝙ dotata nō succedat, intelligit̄ in hæreditate dotantis, & nō prohibetur alijs succedere: vt not. Bal. per gl. ibi in l. 1. C. de legiti. hæredi. in versi. modo accidit. vbi inquit, ꝙ si frater excludit sororē dotatam, si statutum vltra non procedat, intelligitur ab hæreditate dotantis, & non alterius, per gl. ibi, & sequitur Paul. de Cast. in fi. dicens, ꝙ si pater dotauit, non excluditur ab hereditate matris: & idem Pau. de Cast. in cons. 338. Præsens casus. & in cōsi. 341. Præsupposito. in princip. Alex. in consi. 29. Quoniam abundè. li. 1. cum similib. vt idem Alex. scribit in l. 1 §. veteres. ff. ad acquir. possessio. & in consi. 151. Viso themate. lib. 2 Marian. in consi. 30. Quamuis ex his Soc. in cons. 241. Circam primam difficultatem in vers. quintò; nam statutum. Cor. in consil. 126 Principale du-
* bium: in fi. lib. 2. Et ista * *communis* conclusio procedit, quando statutum loquitur simpliciter, secus si vltra procedat exprimendo personas, ex quibus appareat, quod voluit statutum excludere dotatam ab hæreditate aliorum, quam dotantis: ut sentit Bal. in d. l. prima. C. de legi. hære. & tradit Paul. de Cast. in consil. 341. supra alleg. ubi limitat dictum Bal. supra allegatum non procedere, quando statutum vltra procedit exprimendo personas, a quarum hæreditate dotata excludatur, puta, si dicat statutū, mulier dotata non succedat patri, matri, fratri, uel patruo; tunc licet dotata esset ab vno, excluditur ab hæreditate omnium nomina-
a torum,[a] & idem Pau. de Castr. in consil. 347. In puncto quæritur. & idem Roma in cons. 485. In casu propositę consultationis. & Alex. in dicto consi. 29. lib. 1. & Cornel. in consi. 123. Videtur pręsens consultatio. li 2. vbi inquit dictum Bal. in d. l. j. procedere, nisi verba statuti aliter sonaret: & ibi plura exempla refert. & idem Corneus in consi. 123. Licet breue sit thema. lib. 3. Est ergo uidendum in terminis, in quibus statutum Papiense loquitur: an verba statuti adaptari videantur ad dictum Bald. quod dotata tantum excludatur ab hæreditate dotantis, vel etiam excludatur ab hæreditate aliorum nominatorum in statuto, licet ab illis dotata non fuerit, prout in prædicta limitatione dictum est. & prima facie videbatur dicendum, quod dotata in isto casu excludatur non tantum ab hæreditate dotantis, sed etiam ab hæreditate aliorum qui in statuto nominati sunt: quia verba statuti satis clara videntur, dum alternatiue loquitur, ꝙ mulieres dotatæ non faciant partem in hæreditate auita, paterna, materna, uel fraterna: & dotatæ intelligantur, si fuerint maritatæ de bonis auitis, paternis, fratris, uel filiorum fratris. Satis ergo vr̄, ꝙ dotata sit ab vno ex prænominatis: quia alternatiue statutū loquitur, vnde in altero verificatur, ut in regula, in alternatiuis, de regu. iur. in 6 in c. inter cætera. de rescrip. l. si ita quis stipulatus fuerit. de verb. oblig. & sic verba sonant quod dotata ab uno ex prænominatis excludatur ab hæreditate omnium prænominatorum: & ita videt decidere Pau. de Cast. in d. consi. 341. dum concludit, si statutum dicat, quod mulier dotata nō succedat patri matri, fratri, vel patruo: tunc licet dotata sit ab vno, excludatur ab hæreditate omnium nominatorum. & idem tradit Pet. de Ancha. in consil. 167. Pro ueritate præmittendum est. cum si. supra allegatis. In contrarium tamen videtur decisio eiusdem Pet. de Ancha. in consil. 79. Retento ordine. in secundo dubio: vbi arguit, quod quando statutum alternatiue loquitur pluribus personis specificatis dotata ab vna non videtur exclusa ab hæreditate omnium ut supra dictum est. Contrarium tamen ibi concludit, quia verba statuti q̄ alternatiue loquuntur, de pluribus personis nominatis debent intelligi diuisim, non coniunctim, & in qualibet persona vna oratio concepta intelligitur vt in l. falsa §. fina. ff. de cond. & demon. & sensus statuti erit, ꝙ masculis existentibus filia dotata a patre non succedat patri & dotata a matre non succedat matri, & sic de singulis: & ad hoc facit, quia plura copulata per se non ad eundem resoluuntur singulariter. l. j. in princi. ff. de his qui notantur infamia: vbi Bar. in fi. & esset absurdum, quod fœmina dotata ab vno excluderetur ab hæreditate omnium: ut latius tradit Pet. de Anch. in dicto consil. Et prædictam interpretationem sequitur Benedi. Capra, in consi. 39 Cum viso & considerato. Et suadetur ista interpretatio: quia res reducitur ad intellectum iuris communis secundum d. Bal. in d. l. j. arg. c. cùm dilectus. de consuetu. not. in l. 2. C. de noxa. in l. si quando. C. de inoffic. testam. & talis interpretatio maiorem æquitatem haberet, ut filia ab hæreditate parentum, & aliorum minus excludatur: & casu isto verba statuti non repugnant, quominus statutum hoc modo intelligatur: q̄ statutum prius dicit, quòd mulieres intelligantur dotatæ, si fuerint maritatę de bonis auitis, paternis, maternis, fraternis, vel filiorum fratris: & dictæ mulieres dotatæ non faciant partem cum fratribus in hæreditate auita, paterna, materna, uel fraterna, vnde consonat, quod ista exclusio intelligatur, quòd excluditur in hæreditate auita, casu quo ab auo dotata fuerit, & ab hæreditate paterna, si a patre dotata sit & sic de hæreditate materna, &
5 fraterna dicendum est per supra dicta. † Et ista interpretatio ex verbis ipsius statuti efficaciter probatur, in versiculo declarātes, vbi dicitur, quod si dotata sit viuo auo, & patre mortuo, præsumitur dotata de bonis aui. Si uiuo patre de bonis patris: si mortuo patre, & viuo fratre de bonis fratris, & idem de filio fratris, donec per ipsum contrariū probetur. Nam si dotata ab vno ex nominatis, excluderetur ab hæreditate omnium aliorū sine effectu esset illa præsumptio, quæ a statuto inducitur, quod potius ab uno quam ab alio dotata præsumatur: quia a quocūq; ex nominatis dotata fuisset, excluderetur illa facultas probandi contrarium, quæ datur mulieri, & nihil operaretur, quod nō est dicendum, ne ergo uana sit illa præsumptio statuti, dicendum est, quod a statuto præsupponatur, quod dotata solum ab hæreditate dotantis excludatur: & tunc illa præsumptio statuti uidetur bene procedere, quia tunc solum excluditur ab hæreditate eius, a quo dotata pręsumitur. allegata supra in contrarium uidentur procedere qñ uerba statuti repugnarent. Sed in casu isto uerba conueniunt, ut iste intellectus admittatur: imo uerba statuti in dicto uersiculo declarantes, nos astringunt, ut statutum ita intelligatur per supradicta. Nec obstat. si dicatur, ꝙ uidetur posse responderi ad id, quod dicitur in statuto, in uersiculo declarantes, quod ibi statutum facit illam præsumptionem, ut excludatur dotatio facta ab extraneo, propter quam mulier non excluderetur, ideo dotata præsumitur ab illis in statuto nominatis, nisi ipsa mulier probet contrarium. Sed certe ibi non debet considerari dotatio, quæ potuisset fieri ab extraneo: quia in prin. statuti erat hoc declaratum, ubi nominatę sunt personæ, quarum dotatione mulier excludatur, unde non erat ulterius dubitandū de dotatione facta ab extraneo cū superius exclusio limitata fuisset & iō est concludendū, ut dixi, ꝙ illa præsumptio dotationis cōsideratur ad istum effectum: quia dotata ab uno non excluditur ab hereditate alterius: ut supra dictum est. Et cū dicta Elisabeth non sit dotata ab auia materna, ab eius hæreditate nō excluditur. Et ulterius in casu isto aduertēdum est, quia mulier, ut statutum, dicit,

ADDITIO.

a ¶ Nominatorum.] Dixi in consuet. Borbonien. §. 305. nume. 10. cum sequent.

dicit, excluditur, & non facit partem cum fratribus: hic autem non concurrit cum fratribus, sed cũ patruo, qui est in gradu re-
6 motiori quàm sint fratres. † Ideo statutum non videť habere locum, quia tale statutum non habet locum nisi in casibus in eo expressis: quia odiosum est restringere successiones liberorum. vt Baldus dicit in lege, quoties, in princip. C de suis & legi. & lege, si defunctus, in princip. eodem titul. vbi in tali statuto dicit, quod non intelligitur priuare nisi quem nominatim priuet. Et ratio exclusionis quæ videtur fundata fauore agnationis, restringitur in personis nominatis, vt notat Baldus in lege, sed & milites. ff. de excusat. tuto. & non debet extensio fieri ad personam in gradu magis remotam. vt notat Bald. post Iacob. in lege prima. C. de succes. edict. cum simil. vt ibi tradit Alexand. in consil. 97. Viso themate. libro secundo. cum simil. vt nouissimè dixi in dicta lege prima. & in simili casu late scribit Marianus in consil. 30. Quamuis. & Socin. in consi. nono. Viso statuto terræ Burgi. in secundo libro. Nec obstat, quòd dum statutum loquitur de fratribus excludentibus filiam, videtur etiam habere locum in fratribus defuncti qui essent patrui, prout voluit Roman. in consilio. 16. Viso themate. quia in casu nostro loquitur statutum, quòd mulieres non faciunt partem cum fratribus, ergo videtur loqui de fratribus ipsius mulieris exclusæ, cum quibus ipsa fecisset partem, si a statuto exclusa non fuisset: & hoc non potest verificari in fratre defuncti, quia non fecisset partem cum illo: ex quo filia ad hæreditatem patris excluso in totum patruo admissa fuisset. & etiam illud dictum Roman. non videtur verum, ut not. in dicta lege prima, sed non insisto, quia non expedit stantibus supra dictis.

EPITOME Consi. CCCXLVII.

Mensura in contractu oneroso apposita eam restringit, præsertim quando inceptũ est contrahi a nominibus eam designantibus.

SVMMARIVM.

1 *Venditio vel locatio facta specificatis bonis, & expreßis confinibus, non restringitur ex mensura adiecta.*

2 *Verbum ad vnguem, importat quod aliquid obseruetur formaliter, & ad literam.*

3 *Verba apposita in principio instrumenti determinantur per uerba sequentia.*


Rima facie in casu proposito dubitationem faciebat. Primò, quia talis reclamatio mensuræ reintegrandæ debuisset peti intra dies 60. argu. l. quod si nolit. §. si quid ita uenierit. ff. de edil. edic. & per illum in ista quæstione tradit Imo. in c. per tuas. de dona. uers. & aduerte. & hoc dictum pro singulari refert Soci. in consi. ulti. in
1 3. lib. † Secundò quia secundum * *communem* opinio. quando in
* uenditione, uel locatione prius bona cum eorum cõfinibus exprimuntur, adiecta deinde mensura certa, uenditio non restringitur ad illam mensuram. ut tradit Oldra. in consi. 197. In concessione. in fi. & not. Bart. in lege, Iulianus. §. si Titius. ff. de actio. empt. ubi inquit, quòd si uendo tibi tale prædium pro mille, & dico, quòd sunt tot iugera, tunc non dicitur uenditio facta ad mensuram. & idem Bald. in rubric. C. de contrahenda emptione, cum sim. supra allega. & idem Alexan. scribit in consi. 7. Videtur fortasse. in princip. lib. 3. Cor. in consil. 59 Licet uideatur. lib. 4. Socin. in consi. 32. Placet conclusio. lib. 4. & in consi. ultim. in tertio lib. Cum ergo in casu isto locatio fuerit facta de omnibus & singulis terris, & possessionibus &c. & postea inferius dictum sit de mensura, non uidetur quod talis mensura attendatur. Et hoc confirmari uidetur, quia de Bolchis dicitur inferius in clausula separata, quo casu illa mensura uidetur expressa causa demonstrationis: & talis demonstratio non attenditur. ut notat Paul. de Cast. in l. si uenditor. ff. de action. empti. ubi concludit, ꝙ si dico, uendo fundum cum dolijs ibi existentibus, talis numerus in eadem oratione uidetur appositus gratia limitandæ dispositionis, secus si in diuersa oratione, ut quia dicatur, uẽdo fundum cũ dolijs ibi existẽtibus. qui sunt octaginta; quia uidetur numerus gratia demonstrationis appositus secundum Pau. de Cast. ibi quem refert, & ita declarat Socin. in consi. 32. & ita similiter in alio notab. casu etiam tradit Pau. de Cast. in consil. 53. Quia exceptiones. in uer. restat nunc respondere. ubi expressio facta in eadem clausula uideť facta ad limitandum; sed in alia clausula uidetur facta causa demonstrationis. Tertio, hoc comprobari uidetur: quia locatio habet relationem ad terras, & possessiones quas locator habebat, tenebat, & possidebat, & ideo uidetur, ꝙ mensura non debeat integrari, quia illud, quod deficit in mensura locator nõ possidebat. His tamen non obstantib. contrarium in casu isto de iure uidetur per ea, quæ supra per excellentissimum dominum Consultorem dicta sunt. Et ad confirmationem eorum considerandum est, ꝙ de contractu locationis, de quo agitur, prius quam esset rogatus notarius, fuit facta notula a partibus secundum quã postea notarius deberet conficere instrumentum, ut colligitur ex ipso instrumento, quod se ad notulam refert, quo casu antequam notarius rogatus fuerit, non uidetur contractus perfectus, vt dicit Pau. de Cast. in l. cum res. C. de proba. & in l. contractus. C. de fide instru. in l. qui bis idem. de verbo. obliga. & cum postea celebratus fuerit cõtractus locationis, & notarius fuerit rogatus habita relatione ad illam notulam prius factã a partibus, omnes qualitates, & circunstantię quæ sunt in notula videntur expressæ in ipso ɔ̃tu: quia relatio videtur facta cum omnibus qualitatibus eius, vt no. Bart. in l. 1. ff. de recepta in l. j. §. fin. ff. si fami. fur. fecis. dica. in l. si quis seruum. §. fin. versi. ed quæro testator. de legatis secundo. & hoc comprobatur ex verbis contractus quibus dicitur, quod contractus debeat obseruari modo, & forma,
2 prout in pactis infra scriptis continetur. † & inter alia dicitur, ꝙ debeat obseruari ad vnguem, quod verbum videtur importare ꝙ ad literam, & formaliter obseruetur, & ideo in casu isto in primis illa notula considerari debet, in qua in quam pluribus petijs terrarũ fit denominatio in primis a numero bubulcarũ, quo casu clarum est, ꝙ in illis numerus expressus attenditur secundum
* * *communem* opinionem Old. & aliorum in locis supra in contrarium allegatis. vbi concludunt, ꝙ quando contrahentes incipiũt a nominibus designantibus numerũ, vel mensuram, contractus restringitur in numero vel mensura, quæ expressa sit. Oldradus in dicto consi. 197. Bal. in dicta rubrica. C. de contrah. emp. Imo. & Abb. in cap. per tuas de dona. cum similibus supra allegatis. Et licet in notula dicatur in prin. de quatuor possessionibus in quib. dicitur, ꝙ singulæ sunt bubulcarum 82 quo casu secundum cõmunem doctrinam esset dicendum quòd numerus non attendatur, quia prius dictum fuit de possessionibus, quo ad illud capitulum potest responderi. ꝙ communis doctrina non habeat locum in isto casu, vbi in alijs capitulis quàm pluribus apparet, ꝙ numerus bubulcarum prius ponitur: vnde vna pars contractus ab alia declaratur. arg. leg. qui filiabus, in prin. & in l. si seruus plurium. §. fin. de leg. 1. Secundò quia dictum fuit, ꝙ notula debeat obseruari ad vnguem: & sic formaliter, vt verba sonant, ergo videtur, ꝙ numerus bubulcarum expressus attendatur ex conuentione partium. & tali casu communis doctrina non videtur habere locum: quia in primis inspicitur, quod actum est. l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. l. sed Celsus. §. si fundus. ff. de cõtrahen. empt. & actum videtur illud, quod ex verbis colligitur. l. Labeo. §. idem Tubero. de supel. leg. l. nepos Proculo. de supel. lega. & ideo à verbis contractus non est recedendum. quia verba contractus sunt forma contractus, quæ dat esse rei, vt not Bal. in l. quoties. C. de suis & legiti. & hoc modo arguit Pau. de Cast. in consi. 161. In præsenti causa. in consi. 227. Super primo. Tertiò respõderi potest, quod communis doctrina videtur procedere, quando cum prædijs, quæ prius exprimuntur, sunt designata cõfinia, quo casu in contractu videtur deductum illud, quod in cõfinibus includitur, & ita communem doctrinam videtur declarare d. Abb. in d. c. per tuas. de dona. & Salic. in l. 2. C. de contrah. emp. & ad hoc facit, quia vis tota videtur esse in finibus, & quia omnia veniunt, quæ in illis includũtur. lege æde sacra. §. intra. de contrahen. emp. Bald. in cap. 1. in versi. 8. de capit. qui cur. in vendi. cum similib. vt tradit And. Sicu. in consilio 54. libro quarto. & textus in lege, si fines, vbi Angel. C. de euict. & in casu isto in notula in primo capitulo nihil dictum est de confinibus, ideo saltẽ ex omnibus prædictis simul iunctis videtur concludendum, ꝙ numerus bubulcarum attendatur. Et hoc confirmatur ex quantitate pensionis, quæ videtur correspondere ad numerum bubulcarum expressarum, ergo videtur, quòd numerus expressus attendatur; quia ex qualitate pensionis, vel pretij colligitur, quid actum videatur à contrahentibus, vt not. per gloss. & Barto. in l. semper in stipulationibus. de reg. iur. gl. & Bar. in l. 1. §. qui superficie. ff. de superfi. Bar. in l. patronus. §. 1. de leg. 3. Pet. de Anch. in consi. 403. Pluribus rationib. Alex. in consi. 26. Consideratis ver-
3 bis. Aret. in consi. 6. Viso instrumento. † Non obstant allegata s. in contrarium: quia verba apposita in principio instrumenti determinantur per verba sequentia, quæ ad notulam referuntur, & tota vis in notula consistere videtur, & illa attenta numerus bubulcarum attenditur, vt suprà dictum fuit. & ex hoc etiam tollitur, quod secundo in contrarium dicebatur de diuersitate clausularum: quia in notula, in quam pluribus capitulis à principio exprimitur numerus bubulcarum, & prima nominatio possessionum facta in instrumento non attenditur: quia instrumentum facit relationem ad notulam, quæ considerari debet, vt supra dixi. Non obstat, quod locatio referatur ad bona, quæ locator tenebat: quia hoc verum est considerato principio instrumenti: sed postea instrumentum refert se ad notulam, in qua ex-

qua exprimitur numerus bubulcarum, qui attenditur per supra dicta. Non omitto etiam quod dicit Imo. in d. ca. per tuas. ꝙ decisio Old. & aliorum videtur procedere in cõcessione facta ex causa lucratiua. & ita loquitur Old. in donatione, secus videtur in cõcessione facta ex causa onerosa emptionis, & venditionis, & pariter locationis, & conductionis: quia tunc secundum Imo. videtur haberi respectus indistinctè ad numerum expressum, vel mẽsuram, ad quam pretium commensurari videtur, & secundum hoc res non haberet dubitationem. Non ob. quod s̃. in contrariũ dicebatur de termino 60 dierum, quia illud dictum procedit q̃n fuisset dictum à partibus, quod terra deberet mensurari, secus si de hoc nihil dictum sit, prout in casu isto contingit: quia tũc ista facultas petendi supplementum secundum numerũ expressum, est perpetua, & durat 30. annis. l. omnis. C. de præsc. 30. vel 40. anno. & ita concludit Imo. in d. c. per tuas. & Abb. ibi post alios hoc
a idem dicit. & ex prædictis & aliis s̃. dictis concurro in sententiã [a] domini Consultoris. Phil. Dec. Pisis.

ADDITIO.

a ¶ Sententiam) Scilicet quod mensura debet integrari. & bene, quia in contractu oneroso assertio qualitatis obligat ad euictionem, ergo & quantitatis, Vide quæ dixi ad Alex. consilio 120 lib. 2. consilio 8 lib. 4. cõsi. 106. lib. 6. & de his Ias. consil. 73. consi. 79. lib. 3.

EPITOME Consi. CCCXLVIII.

Hæredi putatiuo soluenti debita hæreditaria datur condictio indebiti contra creditores, & legatarios, ad repetendum solutũ. Cæterùm verba sententiæ strictè debent interpretari, adeo ꝙ si enunciatiua fuerint, non probant.

SVMMARIVM.

1 *Legata relicta in testamento nullo naturaliter debentur.*
2 *Solutio debet interpretari, quod facta sit in fauorem soluentis.*
3 *Hæres putatiuus uidetur soluere nomine hæredis post motam controuersiam, secus ante.*
4 *Emens suo, & fratris nomine si soluat pretium, uidetur soluisse de propria pecunia, & potest petere à fratre partem pecuniæ.*
5 *Causa dotis relictæ non dicitur pia, nisi sit relicta pauperi.*
6 *Verba sententiæ strictè interpretari debent.*



DE duobus breuiter dubitari contingit. Primo an agentes habeant repetitionem ꝯ legatarios, quibus indebitè legata soluta fuerunt ab ipsis agentibus reputantibus se hæredes. Secundò dato, ꝙ repetitio competeret, an ex verbis sententiæ de qua agitur, probet sufficienter prædictis agentibus satisfactum fuisse. Circa primum videbatur primo motu dicendum, ꝙ ꝯ legatarios actio non competeret, per text. in l. 2. § si quid ex testamẽto. ff. de condi. inde. vbi in terminis dicitur, ꝙ solutũ ab hærede putatiuo legatariis indebitè repeti debet, non ab hærede putatiuo, sed ab illo, qui hæres fuerit declaratus: ut in d. §. in fin. colligitur: ibi, actionem dandam ei secundum quem de hæreditate iudicatum fuit. & in l. non est nouum. eod. titu. dicitur non esse nouum, quod vnus soluerit, quandoq; alius repetat, ergo non videtur, ꝙ agentes repetere possint legata ab eis indebitè soluta: quia repetitio videtur competere hæredibus declaratis. Secũdò, quia in casu isto nullo modo repetitio videtur habere locum. q̃a solutio fuit facta ex causa dotis, quo casu etiam indebitè solutũ non repetitur. l. cum his. § si mulier. ff. de condi. inde. & no. Bald.
1 in l. ea quæ. C. de condi. inde. † Tertiò, hoc idem confirmatur, q̃a licèt testamentum quo mediante legata soluta fuerunt, declaratum fuerit nullum, t̃n legata in testamento nullo naturaliter de-
* bentur: ut not. per glo. & doc.* *communiter* in l. 1. ff. de cond. inde. in l. cum quis. C. de iur. & fac. ign. & naturalis obligatio impedit repetitionem soluti l. naturaliter. ff. de cond. inde. l. fideiussor obligari. §. fideiussor. ff. de fideiuss. in l. etiam ff. de compe. ergo non videtur, ꝙ repetitio detur. Prædictis t̃n non obstantibus contrariũ de iure esse arbitror, per text. in l. ꝙ si possessor. ff. de pet. hær. in prin. vbi dicitur, ꝙ si possessor hæreditatis ob id, quod ex testamento se hæredem esse putaret, legatorum nomine de suo soluit habet repetitionem per condictionem indebiti: ut glo. ibi dicit, & ad idem tex. in l. quid possessor. eo. tit. de pet. hær. ibi, nisi fortè habeat condictionem. s. indebiti. cum de suo soluit, ut glos. ibi dicit. & idem concludit gloss. magna in princ. in d. l. quid si possessor, dicens ꝙ hæredi putatiuo soluenti datur condictio indebiti contra eum, cui solutum est; & hoc ampliatur, & si creditori sit solutum: quia licet creditor recipiat, quod sibi debetur datur tamen soluenti condictio indebiti, ut est text. in l. si pœna. §. quamuis. ff. de cond. inde. in l. si à patre. C. eo. tit. & est regula cõis, quod promissum indebite vel solutum, condictione indebiti uel sine causa reuocatur. de promissione probatur in l. is qui plus. ff. de condi. inde. in l. qui sine. ff. de cond. sine caus. in l penul. §. mulier. ff. sol. ma. & de solutione facta per errorem, est text. in l. 1. in l. quod indebitum, in l. eleganter. in fi. ff. de condi. indeb. in l. 1. C. eo. tit. & facit tex. in l si cum te. ff. de pac. & cùm in casu isto legatarii reperiantur esse hæredes, non debent lucrari cum iactura agentium. vnde etiam ex æquitate l. si me & Titium. ff. si cer. pet. datur repetitio. Non obstant allegata in contrarium. & primo text. in l. 2. § si quid ex testamento. quia respondetur: ꝙ loquitur & intelligitur ille text. in solutione facta nomine hæredis, secus est in casu nostro, in quo agentes nomine suo soluerunt, & ideo illis datur condictio indebiti, & ita glo. distinguit in d. l. si pœnæ. §. quamuis. de condi. inde. & Bar. & do. sequuntur. idem tenet gl. magna, in d. l. si quid possessor, de pet. hær. in l. de hæreditate, vbi Bal. C. de peti. hære. in l. si a patre. C. de cond. inde. cum simi. & ista responsio de plano procederet si constaret, ꝙ agentes in casu nostro suo nomine soluissent: sed hoc constare nõ videtur: & in dubio præsumitur, ꝙ nomine hæredis solutio facta sit, vt concludit Bar. post Guil. de Cu. in d. l. si pęnæ. §. quamuis. per l finalem ff. de instito. & l. cum post mortem. ff. de adm. tut & respondet Bar. ad l. & magis. ff. de solu. & idem sequuntur Ang. Sal. & Ful. in d. §. quamuis. & ex hoc infert ibi Sal. ꝙ soluens in dubio cùm videat nomine hæredis soluisse, ꝙ non repetit ab eo, cui soluit, sed agit actione negotiorum gestorum contra verũ hæredem. arg. l. qui vtiliter. ff. de nego. ge. & istud est, quod in casu proposito dubita-
2 tionem faciebat. † Potest responderi secundum opinionem Iasonis qui tenet contrariũ in d. §. quamuis. quia solutio facta debet interpretari, vt facta sit in fauorem soluentis l. 1. & 2. ff. de solu. & soluenti vtilius videt, ꝙ nomine suo dicatur soluisse, vt repetere possit. & dato, quod de iure ista opinio possit sustineri: quia est contra communem opinionem, non facilè possent iudicantibus suaderi. & ideo pro veriori & clariori resolutione considerandũ est, primo illud quod dicit Pau. de Cast. in d §. quamuis. ꝙ non videtur, ꝙ hæres putatiuus dicatur nomine suo soluere: quia soluit tanquam hæres, & sic nomine hæredis, non suo nomine. Respondet Pau. de Cast. ꝙ quando quis putat se hæredem, indubitanter dicitur suo nomine soluere: quia soluit pro sua obligatione contracta per aditionem hæreditatis. §. hæres quoque. insti. de obli. ex quasi contractu l. apud Iulianum. §. finali. ff. ex quibus cau. in poss. eatur. si uerò hæres dubitat: ut quia mota sibi sit controuersia, tunc censetur soluere pro hærede, & sic pro se si hæres pronũtiabitur, vel pro vero hærede. si contra soluentem pronuntiatur ut idem Paul. de Cast. etiam scribit in d. l. de hæreditate. C. de pet. hær. & stante ista declaratione reperitur alia distinctio, quam tradit glo. in d. l. si quid possessor, in verbo suo nomine, in fi quæ dicit, ꝙ aut soluit hæres putatiuus ante motam sibi controuersiam, & videtur suo nomine soluere, aut post motam controuersiam, & videtur soluere nomine hæredis, ut Bar. dicit ibi. glo. esse not. & in ista opinione in effectu resoluit illud, quo dicit Pau. de Cast.
3 in locis supra allegatis. † Et ideo illa * *communis* opinio quæ di-
* cit, quod in dubio hæres putatiuus videtur soluere nomine hæredis intelligitur post motam controuersiam, secus videtur ante motam controuersiam, prout fuit in casu nostro: quia tunc solutio videtur fieri nomine proprio secundum glo. præallegatam. & Pau. de Cast. & hoc expresè tenet Albe. post. Iac. Butr. in d. l. si quid possessor, versi. sed quid in dubio. ubi concludit, ꝙ in bonæ fidei possessore cum putet se teneri & sic ante motam cõtrouersiam in dubio præsumitur nomine suo soluisse, ut se liberet. Præterea in casu isto aduertendum est. quia ista disputatio nõ videt necessaria: quia legatarii contra quos agitur, sunt ipsi hæredes declarati, vt præsupponitur: vnde dato: ꝙ nomine hæredis solutio facta fuisset dictis legatariis contra ipsos legatarios hęredes videtur competere actio negotiorum gest. vt supra dictum est, secundum Sal. in d. l. si pęnę § quamuis. & hoc procedit secundũ regulam: quia solutio facta nomine hæredis liberat hæredem. l. soluendo. ff. de neg. gest. ideo actio negotiorum gestorum videt competere, & hoc confirmatur: quia licèt solutio esset facta nomine hæredis ab ipsis agentibus, videntur tamen soluisse de pro
a priis [a] eorum pecuniis, ut not. tradit Bar. in l. cũ proponas. C. pro
4 soc. † vbi inquit, ꝙ si quis emat aliquid pro se, & nomine fratris, & soluat pretiũ, licet nomine fratris sit facta emptio, pretiũ t̃n solutum vr̃ de propria pecunia soluentis, ita quod a fratre potest petere partem pecuniæ, si velit habere partem in re empta: quia in dubio quis videtur soluere de propriis pecuniis, per illum tex. & idem dicit Bart. in l. si patruus. in fin. quod in dubio præsumitur

ADDITIO.

a ¶ Propriis.) Suprà cons. 21. vbi tetigit. & supra consil. 120. num. 2. consi. 238. in fi.

tur quis emere de propria pecunia,& Roma.in consi.3. Viso thema.cum sim.ut tradit Alex.in consi.28. Discussis.his li.2.& idem Abb.in consi.46.Tria mihi ostensa dubia.in 3.dubio.libr.1. Card. in consi. 140. Ad præmissa dubia.col.fi. in versi. ad aliud dicimus. And.Sicul.in cōsi.22.lib.1.& ita ex prædictis concludendum est, ꝙ cū legatarij, qui solutionem legatorum receperunt,sint hæredes,ipsi tenentur ad restitutionem cōdictione indebiti, vel actione negotiorum gestorum. Non obst. ꝙ fauor dotis videtur impedire repetitionem.d.l.cum is §.mulier.supra allegata:quia respōdetur secundum declarationem Barto.in d.l.§.si mulier. vbi dicit illum tex.procedere, quando causa pietatis inducit aliquem ad credendum se obligatum : vt quia mater,uel soror putabat se obligatam ad dotandum filiam, vel sororem, & sic affectio , & pietas q̃ erat inter eas , fuit causa istius erroris Secus si alia causa quā causa pietatis induceret errorem: vt quia mater , uel soror putat se teneri ex testamento,prout in casu isto contingit : quia iste er-
5 ror non impedit repetionem soluti:ut Bar ibi cōcludit.† Et quia causa dotis non est pia,nisi sit pauperi relicta , ut Alex. concludit in l.si constante,in prin.col.9.in ver.ex dictis autem.ff. solu.mat. & idem Roma.in auth.similiter.col.2.C.ad leg.facid. Istæ autem non sunt pauperes,ideo priuilegium præ causæ non videtur habere locū. Accedit etiam quòd tempore solutionis,isti agentes erāt minores, quo casu priuilegium minoris ætatis superat fauorem dotis,l.generaliter.C.ad Vellei.& ibi Sal. in 3.not. & hoc videtur indubitanter procedere in isto casu, quo isti,qui erant minores, tractant de damno euitando per ea quæ no.Bar. in l. verum.§ fi. ff.de mino.in auth.quas actiones.C.de sacrosan.ecc.cum si. Vltimò non obstat ꝙ relicta in testamento nō solenni naturaliter debeantur, & ꝙ naturalis obligatio impediat repetitionem soluti: quia de tali testamento nullo modo constat , unde non entis nullæ sunt qualitates l.si seruum.ff.de act.emp.l.eius qui §.quod si stipulatus.ff.si cer.pe. Secundò potest respōderi, ꝙ error facti facit, vt repeti possit,quod solutum est,dato , ꝙ esset naturaliter debitum.l.error.C.ad leg.fal.no.in l.cum quis. C. de iuris & fac.igno. & no.per gl.& Bar.in l.cum is. §.fideius.ff.de condict.indeb.& ad l.etiam.ff.de comp.respō detur, ꝙ locum habet contra petentē, & non contra repeten.& Bar.ibi rationem adducit : quia repetēs videtur spoliatus:ideo ante omnia restitui debet.& idem no.Bar. in l.si socer.ff sol.mat.in ver.opponit, ꝙ dos.in l.2. C.si aduer.sol. cū si. præterea cum isti essent minores t.pe solutionis,iut suprà dictum est, illis competeret restitutio aduersus talem solutionem.l. 2.C.si aduer.solu.& no.in l.interdum.ff.de cond.inde.& ita ex his primum dubium absolutum sit. Venio ad secundum dubium, in quo videtur maior dubitatio:quia secundū verba sententiæ agētes consequuti sunt quantitatem,quam petiērūt,ut narratur in sententia,ideo repellendi : quia bona fides non patitur , vt bis idem exigatur,ut in regula,bona fides.ff.de regul.iur.vnde licet contra instrumentum præcisè opponi nihil possit, nunquam tamen exceptio solutionis excluditur,ut not. Ange. in l. & non tantum.§. quod si pro emptore.ff.de pet.here.& tradit Alex. in consi 113. Viso themate.lib.5.& Pet.de Anch.in consil.249. Ex verbis cum simi.vt dixi in d.reg.bona fides. Non ob. ꝙ sententia lata sit inter Alios:quia ex quo isti fuerunt citati,& in tali iudicio comparuerunt,& defensionem susceperunt,sententia illis videtur præiudicare,ut no Bar.in l.cū miles.§.si is qui.post gloss.ibi.ff. ex quibus causis ma.& idem Bar.in l.filiusfamil.§.diui.in 1.quæst.de leg.j & in l.præuaricationis,in versi.quæro quando primus.ff.de preuar. cū sim.ut tradit Alex.in l.sæpe.ff.de re iudi. & ex hoc dicit Pau.de Cast.in l.cum filius.in prin.circa fi.de uerb.obli. quod fecit remanere confusum vnum magnum aduocatum , qui non considerabat virtutē talis citationis ; & concludit ꝙ sententia lata contra vnum mittitur executioni contra alium tertium possessorem cita-
6 tum ; & dicit se ita obtinuisse per tres sententias conformes.† Sed breuiter his non obstantibus contrarium de iure videtur, ꝙ verba dictæ sententiæ in præsenti iudicio agentibus non debeant præiudicare : quia verba sententiæ debent stricte interpretari, & ex verbis sententiæ plus inferri nō debet quam ex eis necessario inferatur:ut Bar dicit in l.Iul.ff.de cond.inde.& Fulg.in consi 140. Præsuppositis duobus statutis.in 2.dubio.in prin.& verba sententiæ debent strictè intelligi prout iacent.& idem Barto.dicit.in l si expressim.ff.de app. Abb.in c.auditis,in prin.de præs.& in consi.3. Nitar in præsenti causa.in 12.q.lib.2 cum simil.& ideo verba sententiæ quæ enuntiatiua sunt, dēnt restringi quantū ad iustificandum sententiā absolutoriā,quæ lata est in fauorem communitatis,& isto respectu allegata s.in ꝯrium procedunt .sed propter illa verba enuntiatiua non potest principaliter fundamentum fieri in iudicio , & in causa ista mota principaliter contra dictos legatarios: hoc probatur ex eo, quod not. uoluit Anton.de But.in c.illud.de præs.in fi.in ver.ad l.optimam.C.de ꝯhend.& committend.stipul.ubi post Host.dicit, ꝙ illa lex optimam, quæ dicit , ꝙ uerba enuntiatiua probant inter partes , limitatur procedere in terminis,in quibus loquitur,uidelicet, ad effectum ꝯctus de quo agitur , ibi. n. fuit facta stipulatio cum Sticho seruo Titij per illa uerba enuntiatiua, Sticho seruo Titij,inter ipsas probatur ꝙ ille Stichus erat seruus Titij quantum ad istum effectum, ut ille contractus stipulationis ualeat:quia aliter stipulatio facta alteri non ualuisset, nisi ille seruus fuisset.l.stipulatio ista. §.alteri.de uerbor. obligatio. institu. de stipula.seruo in princip.Si tamen postea reuocetur principaliter in dubium de dominio Stichi , per illa uerba enunciatiua prolata in illo contractu non poterit Titius fundare intentionem suam ad probandum dominium dicti serui, ut ibi not. concludit Anton.de Butr.& illud dictum pro not.tradit Matthæsila. in not. 79. Not. quòd quotiescunque.& hoc idem notat Bald. in l.ad probationem. C.loca. in uersicul quæro si instrumentum. Et sequitur Alexand. consi.136. Viso & examinato.lib.1.& in consi.202.Super causa & lite.in uersic.Posset etiam responderi.libr. 2.ubi repetit, quod dixi, quòd regula dictæ.l. optimam , procedit quantum ad probationem illius enuntiati. Sed si contingat principaliter illud enūtiatum reuocari in dubiū, illa uerba enuntiatiua non probant etiam inter easdem partes.alle. Ant.de Bur.& Bal.in locis supra allegatis, pariter ergo in casu nostro cōcludendum uidetur,quòd illa uerba enuntiatiua in sententia probant quantum ad illam sententiam absolutoriam in fauorem communitatis : sed quantùm ad causam nunc principaliter motam non probant.

EPITOME Consil. CCCXLIX.

Diuisio facta a minore contra testatoris prohibitionem non ualet. Quòd si iuramentum interueuerit, seruandum est, nisi læsionem contineat,quia tunc iuramento relaxato daretur in integrum restitutio.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio est prohibita minoribus,nisi fiat ex causa.& nu.2.*
3 *Causa exprimi debet,quando receditur a communi regula ex causa.*
4 *Diuisio,quæ est fauorabilis minoribus,prohibita non videtur.*
5 *Testator si remiserit confectionem inuentarij damnosam pupillo,iudex testatoris uoluntatem sequi non debet.*
6 *Iuramentum confirmat renuntiationem,quæ impeditur de iure ciuili propter imbecilitatem.*
7 *Iuramentum simpliciter præstitum de non contraueniendo,data enormi læsione contraueniri potest.*
8 *Euictio an habeat locum in prælegatis.*
9 *Priuilegia,quæ conceduntur a iure patribus testantibus inter liberos,locum habent,quando pater illis æqualiter prouidet.*
10 *Dos matris retineri potest pro reditione administrationis.*
11 *Liberatio facta tutori generaliter non tollit , quominus tutor conueniri possit ratione doli.*

CONSULUIT excellentissimus Doctor dominus Carolus Ruinus frater maior honorādus in fauorē Illustris domini Aloysij de Gōzagha, ꝙ diuisio ab eo facta in minori ætate non ualeat : quia minor sine causa diuisionem facere nō potest.l. si pupillorum,in prin.ff.de reb.eorum.not.Bart.in l.inter pupillos. ff. de auto.tut. & in l.iubemus.la 2.C.de sacrosan. eccl. alia etiam ratione nō ualuit diuisio:quia erat ꝓhibita a testatore ad tempus, quo casu ualet præceptum testatoris, ꝙ eius filij intra certum tempus diuidere non possint l 4.in prin.ubi Bal.ff.de ꝑdi.insti.no Bar.in l. Quintus.ff.de annu.leg.Pau. de Cast.in l.si non sortem. §. si certum. ff.
1 de cond.ind.cum si.ut ibi tradit Alex.†Non obst. ꝙ filij in quorū fauorem videtur factum præceptū a testatore possunt renuntiare,ut in terminis Old.scribit.in cons.241. Factū tale est,quia loquitur in maiore:secus uidetur in minoribus,quibus etiam volentibus est prohibita diuisio. Non ob.iuramentū, quod vr̃ confirmare diuisionem factam:quia respondetur , ꝙ per iuramentum qđ fuit simpliciter interpositum,suppletur defectus ætatis.auth sacramenta puberum.C.si aduer.uendit. sed non purgantur alij defectus:quia non fuit dictum ratione ętatis, uel alia quacunque ratione,ut no.in auth.præal.& ita in effectu in consilio habet in primo dubio. Requisitus de subscriptione pro uera resolutione uidendum est de duobus. Primò , an absque iuramento ualida fuerit diuisio.Secundò,an dato, ꝙ nulla fuisset,confirmata fuerit iu-
2 ramento.† Circa primum,concludendum est, ꝙ talis diuisio fuerit nulla,duplici ratione.Prima,quia inter minores diuisio prohibita est nisi ex cā,ut concludit Bar.in d.l.inter pupillos,cum si.supra allegatis.& adde Roma.in consil.116.Viso themate. in versi. quo ad quartū.Bald.in l 1.in fi.ff.de reb.eo.in l 1.in fi C.si aduer. transf.cum sim.ut tradit Alex.in consi.7.In consultatione præmissa.in fi.lib.5.Bart.& latè Lucas de Penna. in l. meminimus. C.q̃n & qui. quarta pars.libr.10.& Bart. Veron .in consil.4. Visa querela in prin.Secūda est ꝓpter prohibitionē testatoris qui disposuit, ꝙ diuisio fieri nō possit ab eius filijs,& hæredibus , donec illustris do.Aloy-

d. Aloysius annum 20. non exegerit. quo casu talis prohibitio ad tempus fieri potest, ut not. Bal. per illum tex. in prin. l. 4 ff. de condi. institu. Bart. in l. Quintus. ff. de annu. leg. cum simi. suprà allegatis. & hoc in simili confirmatur de matrimonio, quod perpetuo
a prohiberi non potest, tamen ad tempus [a] per testatorē prohibetur, & valet præceptum testatoris, ut no. Bar. per illū text. in l. sed si hoc specialiter. §. fi. de cond. & demon. & tradit Are. in consil. 67 Diligēter & mature. in 1. dub. Modò in prædictis rationibus considerandum est, ꝙ cum de iure cōmuni minor non possit di-
3 uidere sine causa, ut dictum est; † de causa constare debuit: quia quando receditur a communi regula ex causa, opus est, ꝙ causa exprimatur, & probetur, ut no. Old. in consil. 326. Quòd articuli.
* ver. item non sufficit. & est * *communis* doctrina, quam tradit Inno. in c. pręterea, de dilatio. not. Bar. in l. 2. ff. si quis in ius voc. cum simi. quæ not. sunt: & ideo cum in casu isto iusta causa diuisionis non fuerit probata, nec allegata, diuisio fuit nulla. Præterea in ca-
b su isto non uidetur, ꝙ ēt ex causa [b] diuisio fieri non potuerit: quia hic cōcurrit prohibitio legis, & testatoris, quæ auget prohibitionem legis. Addo ꝙ licet prohibitio legis in aliquibus casibus remissa fuisset accedente dispositione testatoris, illa prohibitio præcisa redditur, ita ꝙ in casibus alias ꝑmissis fieri nō possit, ut Imol. concludit in l. filius familias. §. diui. versi. extra glo. de leg. 1. & no. per gloss. fi. in c. verum, de condi. ap po. quæ allegat text. in §. sanctissimas, in Auth. de alie. & emphyteu. cum simili. ut Alexander scribit in d. §. diui. & idem Bald. in c. 1. §. præterea, versi. quæro si est appositum pactum, de c Corra. & istam conclusionem sequit, & comprobat Aretin. in consi. 22. Diligenter, & mature consideratis. Limitando tamen ut ibi per eum. hoc tamen dictum est ex abūdanti, quia in casu isto nulla erat iusta causa diuidendi: ex quo sequitur, quòd diuisio fuit nulla, & hoc præsertim in isto casu, ubi prohibitio erat præcisa propter dispositionem legis, & testatoris per suprà dicta. Nec ob. st. ꝙ talis prohibitio erat in fauorē filiorum, & videtur, ꝙ ipsi potuerint fauori suo renunciare: & ad hoc videtur doctrina Bar. in l. 1. C. de pact. ubi inquit, ꝙ præceptum testatoris factum in testamento in fauorem alicuius nō seruatur pro lege, & sic non habet locum tex. in §. disponat. in Auth. de nupt. quia ille in cuius fauorem fuit factū, potest illud remittere l quoties. C. de fideicommiss. l. cum pater. §. libertis. de legat. 2. Quia respondetur hoc non habere locum in minoribus: quia ipsi propter eorum facilitatem non possunt præcepto, licet facto in eorum utilitatem renūtiare, ita in terminis Bar. dicit in d. l. filiusfamilias. §. diui. col. 1. dum opponit, de lege. 2 & l. 1. C. de vsuca. ꝓ empto. & in terminis nostris tenet Aret. in d. consi. 22. ver. uenio ad secundum. ubi absque iuramento ꝯcludit, ꝙ minor renunciare non possit, secus tamē dicit cum iurō, de quo infra videbimus. Non obst. decisio Old. in consi. 241. supra alleg. ubi loquitur absque iuramento, & tamen voluit, ꝙ præceptum testatoris etiam ꝯfirmatum iuramento in fauorem filiorum, ut nō diuiderent, eorum simplici renuntiatione tollitur. Dominus Consultor suprà respondet, ꝙ dictum Old. non vr̄ habere locum in minore: ista responsio videtur habere difficultatem, ex eo, quod dn̄s Consultor postea dicit, ꝙ propter iuramentum tollitur defectus ætatis. Vnde absolute dicendum est, ꝙ dictum Old non procedit in minore per supra dicta, & de iuramento infra videbimus. & melius
4 etiam resoluendo, † ulterius considerādum est, ꝙ iura prohibēt diuisionem minoribus in eorum fauorem, & ideo quando expedit minori, ꝙ diuisio fiat, illa prohibitio relaxatur, & remittitur, ne inducta in fauorem, retorqueantur in odium. l. quod fauore. C. de leg. & ideo ex causa quæ cōcernat fauorem minoris, diuisio fieri potest per minorem, ut no. Bar. in d. l. inter pupillos. in d. l. iubemus, cum sim. supra allegatis. & eodem modo in illo præcepto testatoris, ꝙ filij minores nō possint diuidere ad certum tempus, illud præceptum emanauit in fauorem minoris, ne facilitate sua deciperetur, & ideo si ex aliqua causa constaret, ꝙ minori expediret diuidere, tale præceptum non deberet attendi a cessante ratione, qua motus fuit testator. arg. c. cum cessante. de appe. in l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. & tali casu minor potest renunciare precepto testatoris: quia existente dicta causa non habet locum: & in istis terminis propriè loquitur Old. in consi. pręallega. ut patet, dum ibi principaliter mouetur, ꝙ pater prohibuit, ne filij post eius mortem diuiderent usq; ad decem annos, & fecit filios etiam iurare: & hoc fuit factum a testatore, ut hæreditas eius cōseruaretur, & ne dissiparetur. & cum mortuo testatore res ita successit, ꝙ causa illa cessaret: quia ne bona dissiparentur, magis expediebat, ꝙ fieret diuisio: quia patruus, qui erat in communione cū nepotibus propter guerrā, quam ipse habebat, bona communia dissipabat, merito diuisio potuit fieri cessante causa prohibitionis; & quia iuramentum intelligitur rebus sic stantibus, prout erant tempore testamenti: & quia non est verisimile testatorem uoluisse communionem durare si sciuisset, quòd communio fuisset causa dissipationis. Secus est in casu nostro, in quo tēpore diuisionis non cessabat causa prohibitionis, sed durabat: iō contra prohibitionem legis & testatoris diuisio fieri non potuit, & hoc modo etiam resoluitur, quod no. Aret. in consil. 22. supra alleg. ubi concludit, ꝙ iudex debet recedere a tali præcepto testa-
5 toris ex iusta causa, quæ respiciat utilitatē minoris. † inducit not. per Bar. in l. nemo potest. versic. quærit Dy. de leg. 1. ubi post Marti. Sill concludit, ꝙ licèt testator possit confectionem inuentarij remittere. l. fina. C. arbitrium tutel. si tamen apparet talem remissionem esse contra utilitatem pupilli, iudex non debet sequi voluntatem testatoris l. utilitatem, ff. de confir. tuto. l. in confirmando. eod. titul. & hoc quando superuenit noua causa, de qua testator notitiam non habuit, ut dicitur in iuribus præalleg. secus ergo uidetur in casu nostro, ubi nulla erat causa iusta recedendi à ꝑcepto testatoris tempore factæ diuisionis, merito tale præceptū debuit obseruari, & illi renuntiari non potuit per supra dicta, ex quibus primum dubium absolutum sit: & conclusio est, ꝙ absq; iuramento diuisio fuerit nulla. Sed quia in casu isto iuramentum interpositum fuit, secundò videndum est, an dicta diuisio confirmata sit propter iuramentum, adeò quòd contraueniri non possit? & in hoc dominus Consultor paucis se absoluit, & cōcludit, ꝙ cum iuramentum simpliciter interpositum sit videtur diuisio confirmata respectu minoris ætatis: quia per iuramentum reputatur maior. auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. sed hic erat alius defectus propter præceptum testatoris: & isto respectu iuramentum non videtur purgare istum alium defectum, ex quo non fuit dictum ratione minoris ætatis, vel alia quacūnque ratione, vel causa, ut not. in dicta auth. sacramenta puberum. Sed vlterius aduertendum est: quia Aret. de quo dominus Consultor nullam facit mentionem in proprijs terminis consuluit contra-
6 rium, † uidelicet quòd iuramentum confirmet diuisionem factam contra præceptum testatoris, & contra dispositionem legis, & loquitur in minore, ut patet in dicto. consilio. 22. versiculo. Ad secundum quo quæritur. ubi dicit, se ita alias consuluisse; & nunc etiam idem tenet, & mouetur hac ratione, & dicit, ꝙ licèt absque iuramento non possit minor renuntiare præcepto sibi facto in fauorem suum propter imbecillitatem ætatis, ut no. Bar. in l. filiusfamilias. in §. diui. de lega. 1. vt suprà dixi, tamē interueniente iuramento conualidatur talis renuntiatio: quia de iure ciuili iuramentum repræsentat illum maiorem. dicta auth. sacramenta puberum. & de iure canonico iuramentum confirmat renunciationem, quæ impeditur de iure ciuili propter imbecillitem. cap. cum contingat. de iureiuran. c. licet mulieres. de iureiu. in 6. & ista decisio videbat facere difficultatē in isto casu. Sed tū vr̄ posse responderi, ꝙ dicta decisio restringatur, & intelligatur, quando iuramentum fuit interpositum cum verbis prægnantibus: quia promisit non contrauenire ratione minoris ętatis, vel quacunque alia ratione, vel causa: sed iuramentum hic interpositum fuit simpliciter, ut suprà dictum fuit: ut no. Bar. in l. 2. C. de rescind. uendi. versicu. quæro quid si minor. in fi. & ad hoc est glo. in capi. penul. in glo. fin. versic. sed quid de emp. & vendi. quæ dicit, quòd iuramentum à minori præstitum solum excludit beneficium ætatis. & idem concludit Paul. de Castro in d. l. 2. C. de rescindend. uendit. ubi allegat. text. cum gloss. in l. 1. C. si maio. fac. alien. ratam habuerit. lib. 5. & cum prædictis concordat. Imol. in consil. 1. In casu præmisso. versiculo. sed ad dicta iura. ubi inquit text. in d. authentic. sacramenta puberum, loquitur, & procedit, quando ratione minoris ætatis contractus est inualidus, secus si alia ratione; & præsertim quando simpliciter fuit iuratum non contrauenire, & non fuit dictum ratione minoris ætatis, vel alia quacunque ratione, ut not. Barto. in d. l. 2. C. de rescind. uend. quem etiam Abb. sequitur. in consil. 31. In causa. lib. 2. facit quod not. Bal. in l. fi. §. filijs autem. C. de bonis quæ lib. vbi inquit, quòd authen. sacramenta puberum, non habet locum, ubi sit alia prohibitio quàm ætatis, & exemplum est in casu illius. §. & idem Bald. in capit. 1. §. item sacramenta. in versicul. pone, adultus. de pace iurament. firman. dicit, quòd licet iuramentum suppleat defectum ætatis, non supplet alios defectus, & qui remittit defectum ætatis, non videtur alios defectus remittere, ut idem Bald. dicit in l. 2. in 8. q. C. de rescind. uendit. quia ubi plura obstant, non sufficit ꝙ unum tollatur: ut idem Bal. dicit in l. 1. in uersic. unum & scias. C. de furt. Et ex his colligitur alia responsio ad consilium Areti. quia iura per eum allegata loquūtur, quando tantum erat unum impedimentum, ut patet in d. capitu. cum contingat, & in d. capi. licet mulieres. ideo nō probāt eius intentionē, ubi sunt plura impedimenta, prout in casu isto contingit per ea, quæ s. dicta sunt

per §.

ADDITIONES.

a ¶ Tempus.] Suprà consi. 265. consi. 282. ubi dixi.

b ¶ Ex causa.) Imo si causa est necessaria, uel euidenter utilis. l. cum quis decedens. de admin. tuto.

per §.sanctissimos.in Authen. de alie. & emphy. Secundo principaliter respondetur præsupponendo prout narratur, ꝙ in tali diuisione illustris dominus Aloysius fuerit enormiter læsus, & vbi apparet læsio re ipsa,& iniquitas non habet locum.authen.sacramenta puberum. C. si aduer. vend. quia tunc iuramentum esset iniquitatis vinculum,& per consequens non seruandum.c.si verò.de iureiuran. verba sunt Pet.de Anch.in consi.82. Visis diligēter.circa fi.& idem Pet.de Anch. in consi.82. Visis diligenter narratione.in fi.vbi repetit, quod dicta authen. sacramenta puberū, non habet locum, si dolo re ipsa ꝯtus arguatur. & idem Pet. de Anc.in consi.341.Pro maiori intelligentia.& in consi. 376. In supra dicta quietatione. vbi inquit, ꝙ iuramentum non debet esse iniquitatis vinculum,ut dicitur in c.quanto,de iureiuran. in c. inter cætera 22.quæstio.4.& debet habere tres comites, veritatem, iudicium,& iustitiam,vt dicit tex.22.q. 2.in cap. animaduertendum.in princip.& ideo in minore,qui re ipsa apparet læsus, iuramentum debet relaxari,& æquitas suadet, ꝙ illi propter ætatem debeat subueniri.per l.1.ff.de mino. Et hoc idem no.Bald. in rub. C.de rerum permuta in versi.item quare donatio. in fi. dicens, ꝙ in minore,& muliere simplicitas præsumitur, & si iurent in eorū præiudicium,iuramentum cum sit captiosum,& iniustum,debet per episcopum relaxari. idem Bald. in c. 1.§. item sacramenta de pace iuram.firman.& ibi dicit, ꝙ boni præsides faciunt talia iuramenta per capturam personæ relaxari:& secundum istam conclusionem consuluit Calde.in consi.8 Duæ puellæ. in titu.de iureiuran.& Ant.de But.in consi.46. Iuris rigor plurimum obuiat. ubi inquit, quòd nec ius canonicum, nec ciuile approbant iuramentum dolo extortum,vt in d.authen.sacramenta puberum.& in c. quamuis,de pact.in 6.& hoc dicit procedere,siue sit dolus ex proposito, siue re ipsa: & saltem dicit hoc habere locum in minoribus.& idem Anto.de But.in ca.cum contingat, de iureiuran. versicul.concludit quòd sicut.in c.quamuis.de pact.in 6. & in d. authen sacramenta excluditur dolus,ita etiam si quis enormiter læsus sit; quia dolus præsumitur, & paria sunt, ꝙ interueniat dolus re ipsa,uel ex proposito,ut etiam Abb.dicit in d.cap.cum contingat. char. penul. versi. nonus casus est. & idem sequitur Rapha. Cuma.in consi. 180. Videtur prima fronte. & quòd saltem iuramentum debeat relaxari,etiam Abb. concludit, in consi. 8. Laurentia mulier.lib.2.& in consi.107.Quatuor sunt, in secundo dubio.eod.lib.2.& idem Pau.de Cast.in consi. 177. Contra superius consulta. & idem Areti. in consil. 97. Viso legato. cum simil. ut alios consulendo latè dixi, ut patet in consi. 180. Ex quibus apparet istam esse magis *communem* opinionem,& isto casu saltem vr procedere opi.Dyn. qui uoluit minori competere restitutionem in integrum ꝯ iuramentum ab eo præstitum, si non fuit certioratus de beneficio restitutionis in integrum,vt Bar.refert in d.auth. sacramenta puberum.& ita consuluit Dy. in consi, Quæstio talis est, quidam Gofredus.& sequitur Ant.de But. in c. pen. in fin. de emp.& vend.cum similibus ut tradit Alex.in l.sciendum.de ver. obli.in versi.iuxta hoc quærit Bar.nam talis opinio saltem videt procedere data enormi læsione per suprà dicta. & ista conclusio comprobarur ex his,quæ Abb.scribit,in c. cum contingat. de iureiu. in vlt.char. in versic.nonus casus est. † vbi concludit, ꝙ data

7 enormi læsione, tunc si iuramentum fuit simpliciter præstitum, de non veniendo ꝯ,audietur allegando enormem læsionem: quia in tali enormi læsione præsumitur dolus. l.omnes.§. Lucius. ff.de his quæ in frau.credi.& iurans non præsumitur de tali casu enormis læsionis cogitasse arg.eorum quæ no.in c.veniens.in c. quintauallis de iureiuran. & quia iura communiter excipiunt dolum à talibus iuramentis.d.auth.sacramenta.& c.quamuis.de pact. in 6.& paria sunt, ꝙ dolus fit ex proposito, uel re ipsa, ut not. in l.si quis cum alter.de uer.obli. vt supra dictum fuit, & subijcit Abb. ibi hoc,quod dictum est procedere,non solum si verba iuramēti sint indefinita, sed etiam si sint generalia:vt quia iurauit non cōtrauenire ullà ratione uel causa:debent enim talia verba intelligi ciuiliter,& ab illis uerbis generalibus grauis læsio excipi debet. arg.l.creditor.§. Lucius.ff.manda.& ita fuit in casu isto: quia verba fuerunt generalia: quia promiserunt partes non ꝯuenire aliqua ratione uel causa:& postea interpositum fuit iurm.in quo attestantur suprà scripta omnia & singula vera esse, eaque perpetuo firma,& rata habere,attēdere,& obseruare, prout suprà promiserunt. ideo secundum doctrinam Abb. iuram. obstare non vr, & tali casu non vr habere locum decisio Are.allega.suprà in contrarium in d.consi.22 Diligenter & mature. versic.ad secundum. quia ibi non loquuntur stante enormi læsione,& ita ex prædictis, patet, ꝙ dictum Aret. à casu nostro pluribus modis remouetur. & firmata remanet conclusio, ꝙ talis diuisio non debet obseruari non obstante iuramento:sed iuramentum debet relaxari, & restitutio in integrum videtur competere per suprà dicta. videlicet, quia diuisio erat prohibita a lege, & à testatore. Nec obstat nouum dubium,quod mouetur, & dicitur, ꝙ illa prohibitio diuisionis facta in testamento non videtur facta respectu prælegato-

rum,sed respectu hæreditatis:& in hoc deficeret fundamentum suprà factum de prohibitione diuisionis factæ à testatore: quia prælegata absorbent maiorem partem hæreditatis. Nam ad hoc respondetur,hoc non esse uerum & ꝙ imò prohibitio diuisionis vr facta respectu hæreditatis,& prælegatorum: quia cū talia prælegata absorbeant maiorem partem hæreditatis,de talibus prælegatis idem iudicatur,quod de hæreditate,ut not.Bar. in l.quid ergo.la 2.in § 1.per illum tex.de leg.1.in l.ex parte §.testato.ff.fami.ercis cun.in l.Marcellus.§.quidam filiis ff.ad Trebellia.cum similibus,ut tradit ibi Alex.in versi.4.fallit.ergo vr, ꝙ prohibitio diuisionis ita ad prælegata,sicut ad hæreditatem referatur. Secūdo hoc comprobatur:quia prohibitio diuisionis dirigitur ad personas filiorum, & hæredum, ut colligitur ibi.mandans etiam ꝙ dicti eius filij, & hæredes non ualeant deuenire ad aliquam diuisionem, cum ergo personæ sint prohibitæ generaliter, ergo tam respectu prælegatorum quàm respectu hæreditatis prohibitio facta vr:quia prohibitio generalis generaliter intelligitur.argu.l.1. §.& generaliter.de leg.præsta.l.de pretioide publicia.& maximè, quia prohibitio vr præcisa,ut sonat verbum illud aliquam quod etiam in minima diuisione verificatur,iuxta gl.in clem.1.de foro compe.in verbo,eorum parte.& facit tex. in l. si seruum. de acq. hære. in § prætor ait. cum ergo etiam minima diuisio prohibita sit,tam respectu prælegatorum,quam hæreditatis facta vr. Tertio,hoc idem probatur ex alijs verbis testatoris, dum prohibuit diuisionem, donec bona ad præsens tenta per Reuerendum dominum Ludouicum peruenerint pleno iure ad hæredes testatoris. Si enim voluit testator dicta bona peruenire ad hæredes, ergo datur intelligi, ꝙ essent communia, & prius diuidi non possint:quia qui vult consequens, vr velle necessarium antecedēs. l.illud ff.de acq. hære.l.2.ff. de iurisdi.om.iudi.& sicut talis diuisio est prohibita in dictis bonis prælegatis domino Aloysio, consonat idem esse in prælegatis factis eius fratri domino Io. Francis. vt inter eos seruetur æqualitas secundum intentionem testatoris.& ex his breuiter non vr dubitādum, ꝙ prohibitio diuisionis etiam respectu ipsorum prælegatorum facta intelligitur,& ideo quæ superius dicta sunt bene procedunt.& conclusio superius facta iustitiam & æquitatem maximam habere vr, quam domini arbitri amplecti debent procedendo ad nouam diuisionem reiecta priori diuisione.& ex his primum & principale dubium absolutum sit. Venio ad secundum dubium in quo quæritur, an pro bonis prælegatis domino Aloysio ablatis ab illustri domino Marchione debeat dominus Aloysius recompensari:& in hoc dominus Consultor multum laborauit, & in effectu concludit, ꝙ ut seruetur æqualitas s'm intentionem testatoris, ꝙ dominus Aloysius pro bonis ablatis debeat reintegrari:vt ipsi fratres reddantur

8 æquales.† Non obst. ꝙ in prælegatis non habeat locum euictio. l. cum pater.§.euictis de leg.2.quia ille tex.vr habere locum in dubio,secus vr,ubi constat de uoluntate testatoris, ꝙ voluerit æqualitatem habere locum inter hæredes,prout in casu isto vr: & quia tex in d.§.euictis,loquitur in re legata possessa per ipsum testatorem,secus si non sit possessa per testatorem,ut Bar.ibi dicit, dum respondet ad l.cum alienam.in fi. C. de leg. & ita vr in casu isto, & latius habetur in consilio. Ista conclusio domini consultoris videtur habere difficultatem: quia in prælegatis de quibus agitur, non debet considerari æqualitas. l.ex facto. la grande.§.1 ff. de hæredibus instituendis. not. per glo. in l. si cogitatione.in glo. fin.C.fami.ercis.& fundamentum æqualitatis quod fit in uoluntate testatoris debet regulari secundum eius voluntatem,& secūdum modum datum à testatore, qui voluit dominum Aloysiū coæquari de bonis acquirendis per dominam Catharinam eius consortem vsque ad summum quatuor millium ducatorum,vn de licet uoluerit adæquationem debere fieri de bonis acquirēdis, per hoc non infertur, ꝙ voluerit æqualitatem fieri inter eos respectu prælegatorum contra naturam prælegatorum. Item uide tur, ꝙ in dictis bonis prælegatis sit ꝯrietas in uerbis testatoris: quia prius prælegauit domino Aloysio ius, quod sibi competebat in talibus bonis, postea mandat testator quòd de dictis bonis diuisio fieri non possit, nisi ipsa bona prius deuenissent pleno iure ad eius hæredes, & sic videtur, quòd si dicta bona peruenerint pleno iure ad hæredes,quòd inter eos diuidi possint.& si hoc dicat, prælegatum videtur reuocatum: quia vltima derogant primis. l. si mihi & tibi.§.in legatis de lega.1.& si prælegatum esset reuocatum, non esset tractandum de adæquatione. Nec etiam de diuisione dictorum bonorum: quia non fuit impleta conditio: quia dicta bona non peruenerunt ad hæredes pleno iure. Sed tamen his non obstantibus placet conclusio firmata per dominum Cōsultorem, quòd dominus Aloysius debeat recompensari pro dictis bonis prælegatis, quæ non deuenerunt ad hæredes prout testator cogitauit,quia intentio testatoris fuit,vt ex pluribus colligitur, ꝙ in dictis filijs esset æqualitas in hæreditate,& in prælegatis. De hæreditate constat: quia illos æqualiter hæredes instituit, De prælegatis probatur: quia testator indicauit portionem dñi

Aloysij esse minoris pretij in quatuor mille ducatis, quos illi pro adæquatione reliquit, ergo exceptis quatuor milibus ducatis cogitauit & indicauit portiones esse æquales: & per q̄ns prælegata esse æqualia. & sic manifestè apparet voluntatē testatoris fuisse, quòd filij essent æquales in bonis testatoris, & ita est de iure communi: quia hæreditas patris æqualiter filijs applicatur. lege, inter filios. C. familiæ erciscund. in authen. in successione. C. de suis & legi. l. 3. C. vnde lib. & lex hortatur patrem quantum potest ad seruandum æqualitatem inter filios §. illud. in Authen. de æqualitate dotis. & ibi Angel. dicit, quod ibi probatur illud vulgatum dictum, quod pater non debet facere vnum filium legitimum, &
9 alium illegitimum. † Et ad hoc facit, quod singulariter tradit Roman in consilio 179. Amplissime doctor. in uersicu. 2. quòd posset. ubi dicit, quòd priuilegia quæ conceduntur à lege patribus testantibus inter filios habent locum, & intelliguntur, quando
a pater æqualiter illos instituit, uel alio modo æqualiter [a] illis prouidet, alias secus. & dispositionem legis est sequutus testator, qui uoluit suos filios esse æquales, & talem voluntatem testatoris domini arbitri sequi debent, dato, etiam quòd voluntas patris esset inutilis. l. filij. vbi Barto. C. fam. erciscun. not. in l. fin. eod. titul. unde in casu nostro considerandum est, quòd testator, qui prælegauit domino Aloysio bona, quæ Reuerendus dominus Lodouicus possidebat, cogitauit, quòd talia bona essent omnino ad eius hæredes peruentura pleno iure, & quod tanquam prælegata deberent domino Aloysio assignari. & si successisset res, prout testator cogitauit, putauit filios suos in prælegatis esse æquales; cum ergo præter opinionem testatoris res successerit; quia dicta bona ad hæredes non peruenerunt, & per consequens tanquam prælegata non potuerunt domino Aloysio assignari, inter ipsos filios, & fratres remaneret inæqualitas contra expressam uoluntatem testatoris. & ideo consonat, quòd dominus Aloysius debeat fratri suo adæquari secundum uoluntatem testatoris, & hoc in casu valde simili cōsuluit dominus Petrus Philippus Corn. de Peru. in consi. 319. Multum late & seriosè. in 1. lib. ubi post Bald. de Bartolinis de Perusio, quem ibi refert, in tali casu quæstionem decidit, testator cum haberet duos filios, unum hæredem instituit in bonis, & iuribus quæ habebat in Tuscia, & alterum in bonis alibi sitis sciens illos hoc modo esse æquales: postea institutus in bonis, & iuribus quæ erant in Tuscia, non potuit exigere credita: quia debitores qui non paruā summam debebant reperti sunt non esse soluendo præter opinionem testatoris: concludit post longam disputationem, quòd iste, qui credita sibi assignata exigere non potuit, debeat cum fratre suo ad æqualitatem reduci. non refero rationes gratia breuitatis, & quia de facili videri possunt. & pariter concludendum uidetur in casu isto. quòd dominus Aloysius debeat in bonis sibi prælegatis, quæ habere non potuit coæquari secundum intentionem testatoris. Non obstant allegata supra in contrarium: & primo quòd in prælegatis non debet considerari æqualitas, quia illud verum est, nisi testator cogitauerit, & uoluerit æqualia esse prælegata, prout in casu isto contingit, ut supra dictum est. Secundo respondetur allegata in contrarium procedere stantibus prælegatis in veritate prout testator cogitauit, secus videtur, quando testator deceptus fuit opinione sua prout in casu isto contingit: quia ex causa superuenienti receditur à dispositione testatoris. l. in confirmando. & in l. vtilitatem. ff. de confirma. tuto. Nec tali casu dicitur fieri contra voluntatem ipsius testatoris; quia si de tali causa superuenienti cogitasset, hoc idem fecisset, ut magistraliter tradit Petrus de Anch. in consi. 83. Prima facie uidetur. facit text. in lege, de ætate §. ex causa. de interro. actio. Non obstat, q̄ æqualitas debet considerari secundum modum datum à testatore: quia, ut supra dixi, apparet, quòd testator absolutè uoluit filios suos esse æquales per supra dicta: & quia putauit: quòd prælegata haberent locum, prout ipse cogitauit, uidelicet, quòd bona, quæ erant apud reuerendum dominum Ludouicum, pleno iure peruenirent ad eius hæredes, & hoc sequuto ipse testator cogitauit, quòd filii essent æquales exceptis quatuor millibus ducatis, & ideo in ista parte in qua testator fuit opinione sua deceptus debet recompensatio fieri per supra dicta. & illa adæquatio de quatuor millibus ducatis est separata ab ista adequatione, quę debet fieri ex eo, quod res non successit, prout testator credidit: unde ex separaris argui non potest. l. Papinianus exuli. de mino. Præterea etiam in supplemento illo de quatuor milibus ducatis pro totali adæquatione, licet testator dixerit talem adæquationem debere fieri de bonis acquirendis, putauit testator, quòd hoc nō posset deficere propter magnos reditus, quos domina Catharina percipere debebat de bonis hæreditarijs, & ita ex parte rei postea apparuit. Et etiam dato, quod adæquatio in bonis acquirendis fieri non debuisset, potest dici, quod de bonis acquisitis adæquatio deberet fieri, ut fil j essent æquales secundum uoluntatem testatoris & illud, quod dictum fuit de bonis acquirendis, fuit dictum gratia commodioris adæquationis, & hoc non debet restringere legatum per relationem quam in tali legato testator assignauit de æqualitate facienda. & ad hoc bonus text. in l. quidam testamento. in prin. de leg. 1. in l. Lucius. ff. de alimen. & ciba. leg. & not. Spec. in titu. de fructi. in uersic. 3. quæritur. & hoc suadetur per rationem expressam a testatore propter æqualitatem seruandam inter dictos filios, hoc tamen dictum est ex abundanti: quia ista æqualitas de istis quatuor milibus ducatis est separata ab illa æqualitate, quæ consideratur in prælagis, ut supra dixi. Non obstat textus in dicta lege, cum pater. §. euictis. & in lege, cum tale. §. legato falsam. de cōditionib. & demonstrationib. ubi tantum exceptio uidetur competere: quia ista exceptio uidetur habere locum, ex quo fuit diuisio nulla. omnia bona uidentur cōmunia, & dominus Aloysius poterit se tueri per uiam exceptionis. Vltimo non obstat, quod dicitur de contrarietate, propter quam dicitur, quod prælegatū uidetur reuocatum: quia respondetur declarando mentem testatoris: & cōsiderandum est, quod uerba testatoris debent intelligi, ut non uideatur reuocare
b illud quod incontinenti [b] disposuit. lege, non ad ea, de conditionib. & demōstrationib. primo ergo testator legauit ius quod habebat in bonis detentis per dominum Ludouicum, & hoc uerbum ius, adaptatur etiam dominio, quia dominium est ius, ut no. Barto. in l. si quis ui. §. differentia, de acquiren. possessione & dicitur ius in re, ut dicit Bal. in l. error. C. ad legem falcidiam. & dum postea mandat testator, quod diuisio fieri non possit, nisi prius illa bona pleno iure deuenissent ad hæredes. hoc non repugnat ad legatum prius factum. imo declarat illud prælegatum, quod de dominio intelligatur. Nec ob. q̄ in talibus bonis prelegatis uidetur permittere diuisionem, posteaquam pleno iure peruenerint ad heredes: quia fateor, q̄ permisit diuisionem: sed non q̄ diuisio fiat inter heredes de talibus bonis, unde intelligitur, q̄ fiat diuisio secundum precedentem dispositionem testatoris. & sensus est, quod talia bona diuidantur, & separentur à corpore hæreditatis, & assignentur domino Aloysio, cui erant prelegata & hoc modo nulla resultat contrarietas, & suadetur iste intellectus, quia uerba ita debent interpretari, ne contraria sint. c. inter dilectos. §. cæterum. de fide instrumen. no. Bar. in l. fi § idem quæsijt. ff. de cond. c. ind. cum sim. vt tradit Alex. in l. 1. in princ. ff. ne quis eum. & istam regulam in qualibet materia facit Alex. in cōsi. 141. Viso testamen. lib. 2 & hec breuiter satis sint in secundo dubio. In tertio dubio non est dubitandum, q̄ domina Ctherina, quæ administrauit tutelam non seruata forma iuris tenetur ra-
c tionem [c] administrationis reddere, siue tutrix fuerit, siue non, ut no. Bal in l. cum oportet. §. fi. C. de bonis quæ lib. & in matre late tradit Pet. de Anch. in consi. 317. In causa quæ uertitur. & pro tali administratione omnia bona matris sunt obligata, ut not. in l.
10 pro officio. C. de administrat. tut. † Adeo, q̄ etiam dos ipsius matris pro tali obligatione retineri potest ut nouissime domi. Bartho. Soci. scribit. in consi. 189. Diligenter puncti narratione, & in illa obligatione omnium bonorum ueniunt etiam nomina debitorum. l. nomen. C. quæ res pigno. facit tex. in l quam Tuberonis. §. in peculio. ff. de pecul. in l. bonorum appellatio. de uerb. signifi. in c. fi. de pig. est uerum, q̄ gl. in l. 3. C. de hęred. actio. dicebat hoc non procedere in tacita obligatione, sed reprobatur, ut Bar. Bal. Ang. & Sal. ibi dicunt. & cum nomen debitoris domi. Catherinę obligatum sit domino Aloysio, actio utilis uidetur sibi competere, ut no. dicta l. nomen, & tradit Aret. in consi. 124. Eximiè dominæ Collateralis. Solum in supra dictis uidetur aliqualem dubitationem facere, quia domina Catherina in testamento fuit libe-
11 rata, quod administrationis rationem reddere nō teneatur. † Sed breuiter respondetur, quòd talis liberatio nō intelligitur liberare dictam dominam Catherinam, quominus conueniri possit ratione doli, & reliquorum, lege, si seruus uetitus. de lega. 1. in lege, si quis rationes. de libe. lega. not. Bar. in l. Aurelio. §. Caius de lib. le. uer. sed quid si relinquitur Bald. in l. cum necessitatem. C. de fideicom. Pau. de Cast. in consi. 371. Ad primum quæsitum. cum si. & non solum quando fuit relicta simpliciter: sed etiam si dictum fuit, quòd sibi voluit præstari totum illud, in quo contingeret tutorem condemnari ratione dictæ administrationis, propter hoc tamen dolus futurus non uidetur remitti, nec reliqua quæ essent apud tutorem: sed solum videtur legatum illud, in quo ratione negligentię condemnatus fuisset: & ita Sal. concludit in d l. cum necessitatem. idem Ang. in consi. 175. Viso dicto statuto. circa finem. & Pet. de Anch. in consi. 117. Casus talis est. & Ioan. de Ana. in consil. 80. Visis & intellectis cum simi. ut dixi in consil. 179. Et cum illa bona quę dedit in dotem filię, ultra ordinationem patris uideantur esse apud illam, uel abesse eius dolo, qui consistit in faciendo, concludendum est, quòd ipsa teneatur.

ADDITIONES.

a ¶ Aequaliter.) Supra consi. 105. in fi. vbi tetigi.
b ¶ Incontinenti.) dixi ad Alex. consi. 59. nu. 13. lib. 3. supra consi. 1 ...
c ¶ Rationem.) plene dixi in consuet. Parisi. §. 6. glo.

EPITOME Consi. CCCXLIX.

Error commissus in adæquatione partium retractari debet.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, si preces veritate nitantur, semper intelligitur in rescriptis, secus in contractibus.*
2 *Iuramentum interpositum in contractu facit, quòd error vel ignorantia allegari non possit.*
3 *Modus importat causam finalem, saltem in materia fauorabili.*
4 *Contractus vitiatur ex defectu causæ finalis importatæ per naturam verborum prolatorum.*
5 *Errorem in adæquatione partium interuenisse, quomodo probetur.*
6 *Contractus non limitatur per relationem factam ad aliam dispositionem errore non interueniente.*
7 *Solutum indebitè ex causa transactionis repeti non potest.*
8 *Iuramentum non videtur impedire repetitionem, quæ propter errorem videtur competere per condictionem indebiti.*
9 *Iuramentum intelligitur rebus sic stantibus.*
10 *Iurans certus de facto excluditur à beneficio iuris sibi competentis.*
11 *Differentia inter errorem, & ignorantiam.*

Visis allegationibus clarissimi aduocati, & consilio domini cōsultoris celebratissimi iureconsulti, & inspecta qualitate casus propositi, & verbis conuentionis diligenter consideratis, primo motu conclusio superius firmata non videbatur transire sine dubio: quia expresse dictum, & conuentum fuit, ꝙ pars quæ haberet Hostianum oppidum deberet recipere ducatos quatuor mille pro adæquatione introituum, qui percipiuntur de pluri ex castro Guifredo, quam ex Hostiano, vt formaliter in instrumento conuentio-
1 nis dicitur: & considerandum est,† ꝙ licet in rescripto principis intelligatur illa clausula, si preces veritate nitātur. l. fi. C. de diuer. rescrip. cap. 2. de rescrip. non sic tamen est in contractibus: quia non intelligitur, si narrata vera sint, vt no. gl. in l. si ex falsis, in verbo, præcip mus, C. de transact. & Pau. de Cast. ibi dicit, ꝙ cōuentio facta prætextu alicuius scripturæ non restringitur, si illa scriptura sit vera. & idem dicit Pau. de Cast. in l. fin. in fin. C. de diuer. rescrip. & ideo cum expresse summa quatuor millium ducatorum promissa fuerit prætextu adæquationis, illa summa præcisè videtur debita, dato, ꝙ adæquatio non sit facta. ad hoc etiam facit tex. in l. si ita legatum, la 1. ff. de conditio. & demonst. vbi testator minori filio legauit decem, quia alter filius maior ex arca patris decem sustulit: & sic hoc factum fuit, vt æqualitas in filijs seruetur, & tamen legatum debetur, dato, ꝙ filius maior nihil
a habuisset.[a] ad idem tex. in l. demonstratio. in §. quod autem. versi. item fundum. de condition. & demonstration. Et hoc confirmari potest: quia partes habent potestatem contrahendi simpliciter. l. 1. §. si conuenerit. ff. depositi. & in regula contractus, de regul. iur. in sexto. vnde conuentio quæ facta sit etiam cum expressa re-
b latione, non restringitur ad relationem.[b] vt no. Bar. in tracta. ad reprimendum, in uerbo, prout, ubi loquitur in contractibus, & in qualibet materia. & idem in sententia not. Bart. in l. eum qui. §. Iulianus de constit. pecu. & idem in statuto tradit Bar. in l. admonendi. de iureiurand. cum sim. vt Alex. ibi refert. Obstare etiam videtur, ut supra dictum est, ꝙ solutio dictorū quatuor milium fuit facta ex causa transactionis, quo casu etiam indebite solutum repeti non potest. l. 2. C. de condictio. inde. l. in summa. ff. eodem
2 titulo.† Et quia error calculi secuta transactione allegari non potest. l. 1. C. de erro. calcu. in fi. & tradit Ioan. de Ana. in consi. 6. Viso puncto. Vltimo accedit etiam iuramentum, quo casu propter iuramentum videtur, ꝙ error, uel ignorantia allegari non possit, ut no. per glo. in c. ex rescripto, in glo. penultima, in fin. de iureiu. & Abb. ibi no. illam glo. & idem concludit Anto. de But. in c. penultimo, in fine. de emptio. & uenditio. Pau. de Cast. in l. si. ff. ad Velleia. cum similib. ut Alex. tradit in l. sciendum, de verborum obliga. & idem Alex. in consi. 17. Ponderatis his. lib. 3. Sed tamen prædictis non obstantibus cōcurro in sententiam domini Consultoris, & concludo, ꝙ ille error qui fuit in adæquatione dicta-
c rum partiū debeat corrigi, & retractari:[c] quia in effectu ex causa adæquationis fuit plus promissum, & solutum, quam solui debuisset: vnde indebite promissum & solutum condictione indebiti reuocatur. de promissione probatur in l. is qui plus. ff. de condictio. indebit. in l. qui sine. ff. de condictio. sine causa. in l. penul. §. mulier. ff. solu. matrimo. & de soluente per errorem est tex. in l. 1. in l. quod indebitum. & in l. eleganter. §. fi. ff. de condi. indebi. in l. 2. C. eo. titu. & facit tex. in l. si cum te. ff. de pact. ubi error causæ impedit effectum liberationis, & pacti. & facit tex. in l. si per errorem. ff. de iurisd. om. iud. in l. 2. §. 1. ff. de iudic. in l. cum quis. C. de iur. & facti ignoran. & subueniri debet illi, qui facit per errorem, & non per malitiam, ut not. Bald. per illum tex. in l. qui testamento. ff. de excusa. tuto. & hoc comprobatur: quia talis promissio, & solutio facta fuit pro adæquatione introituū, ut in instrumento dicitur, & sic causa finalis promissionis, & solutionis fuit, ut partes æquales redderentur, quia illa dictio pro, hic causam finalem significat. l. penulti. §. fi. ff. de alimen. & ciba. leg. ibi, pro alimentis. not. per gloss. in l. dominus Sticho. in uerbo, pro quibus. de pecu. lega. Bal. in l. 1. versi. uenio ad secundum. C. per quas perso. & Domi. post Arch. 63. distinctio. in ca. Agatho. & dictio pro, designat modum, ut no. Bar. in l. Lucius. §. à te. de legat. secundo.
3 alleg. l. si quis pro redemptione. C. de dona.† Et modus importat causam finalem saltem in materia fauorabili, ut no. Bart. in l. 2. §. Titio. ff. de dona. & in casu isto uidetur causa fauorabilis, vt sit æqualitas inter fratres, ideo causa finalis dicitur, & de hoc non vr̄ dubitandum: quia hac sola ratione moti fuerunt ꝯhentes, ut partes æquales constituerentur, & ideo cessante ista causa finali debet cessare dispositio. l. adigere. §. q̄uis. de iure patrona. c. cum cessante. de appel. & hoc modo in diuisione & in assignatione, ut partes redderētur æquales, a tali causa finali arguit Alex. in cōsi. 46. uisis & accurate consideratis. in uersi. confirmantur prædicta. lib. 1. merito ergo deficiente causa finali error corrigi debet, & retractari. & no. Bald. in l. nec apud. C. de hæredi. insti. ibi inquit,
4 † ꝙ uitiatur ꝯtus ex defectu causæ finalis importatæ per naturam uerborum prolatorum. alleg. l. 1. C. de cond. ob causam. & l. tale pactum. §. fi. ff. de pac. & idem Bal. in rub. C. de consti. pecu. in fi. & tradit Bar. in l. demonstratio falsa. §. qđ autem, in uer. 6. quæro. de condi. & demon. dicens, ꝙ causa finalis falsa in ꝯtib. parit repetitionem. & Fulg. in consi. 23. Hengelbertus in fin. & in simili casu consuluit. Pau. de Cast. in consi. 36. In casu præsenti. in fi. quando de facili apparet de errore, prout in isto vr̄. & Raph. Cuma. in consi. 156. Visa serie. cōcludit, ꝙ ex iusta causa erroris etiam post sententiam quis auditur sicut instrumentis postea repertis. Et de errore in casu isto probatur: quia si talis promissio, & solutio indebita sciēter facta fuisset, esset donatio, lege, cuius per errorem. ff. de reg. iur. l. 1. ff. de condic. inde. & ubi alia causa etiā leuis præsumi potest, donatio nō præsumitur, ut no. Bal. in l. 1. C. ad Treb. & potius præsumitur error, quam donatio, ut no. per glo. in l. generaliter. in verbo, causam. C. de nō nu. pec. ubi Bal. in 4. opposition. & Ange. ibi dicit se ita consuluisse. & not. Imol. in l. a Titio. de uerb. oblig. cum si. ut tradit Alex. in consi. 13. Ex his quæ in themate. lib. 1. in consil. 19. In his quæ in themate. lib. 4. & Cuma in
5 consi. 37. Quidam legauit. in fi. † & duobus concurrentibus error probatur, si tractatur de damno euitando, prout cōtingit in isto casu, & probetur rem aliter se habere, vt satis patet in isto casu. & ita no. Bar. in l. sed si me putem, in prin. ff. de condi. indeb. in l. non fatetur. ff. de confess. cum simi. ut Alex. scribit in consi. 102. Visis & ponderatis. lib. 1. & idem not. Bald. in consi. 99. In causa nobilium. lib. 1. & Ang. in consi. 136. In quæstione uertente. & ista conclusio maximam habet æquitatem, quam domini arbitri amplecti debent. Non obstant allegata supra in contrarium. & primo dum dicitur, ꝙ in ꝯtib. non intelligitur clausula si preces ueritate nitantur: quia respondetur dupliciter. Primo ꝙ illud consideratur quantum ad istum effectum, ꝙ ipso iure actus ualeat: quia illa conditio non suspendit, prout loquitur gl. in d. l. pen. Sed dato, ꝙ ipso iure actus ualeat, tamen rescinditur, & retractari debet prout glo. præalleg dicit, & hoc in isto casu bene procedit: quia propter errorem nō impeditur translatio dominij: sed datur repetitio, ut in toto titu. de condi. indebiti. Secundo illud uidetur procedere, quando causa impulsiua fuisset, secus uidetur in causa finali de qua agitur per ea quæ supra dicta sunt. & hoc modo etiā respondetur ad textum in d. l. si ita legatū. quia intelligitur quando causa erat impulsiua, quæ non cohæret legato, prout dicitur in lege cum tale. §. falsam causam. de condi. & demonst. & in d. l. demonstratio falsa. §. quod autem. secus est in causa finali de quā
6 agitur, ut supra dictum est. † Non obstat dum dicebatur, quòd partes habēs potestatem contrahendi simpliciter: & cōtractus non limitatur per relationem factam ad aliam dispositionem: quia illud uerum est, quando partes scienter faciunt cōtractum, & error non interuenit; secus autem est errore interueniente, ut in casu nostro contingit. Nam quando fit dispositio ab eo, qui habet potestatem disponendi, si constat de voluntate, valet dispositio

ADDITIONES.

a ¶ Habuisset.) Vt tenent gl. Bar. Pau. in d. l. si ita legatum. Sed contrarium tenent Rapha. Cum. Ioan. Imo. Soc. ibi & melius, quia satis apparet, quòd aliter non erat sic legaturus, ergo vt per Bar. in l. ulti. de hæred. institu. in l. demonstratio. in prin. de condi. & demon.
b ¶ Relationem.) Dixi. in consuetud. Paris. §. 5. nu. 74. cum seq.
c Retractari.) Vera ratio est, quia ex uerbo adæquandi & natura contractus apparet, quòd contrahentes nolebant in aliquo decipi, nec nolunt quid acquirere, nec tolerace etiam modicam illam deceptiobem, quæ re ipsa incidit, & quæ alias tacito quodam naturali sensu, & promiscuo vsu censetur mutuo tolerari, uel remitti. vt noue dixi in tract. vsu. q. 4.

sitio, dato, ꝙ sit facta per relationem quæ non reperitur, prout doct. volunt in locis in ꝑrium s. alleg. secus est, quando apparet de relatione, in qua aliter dicitur, quam relatum fuerit: nam tunc
a illa dispositio tanquam erronea non valet a, ut no. Alex. tradit in consi. 9. Pondeetatis his lib. 5. & idem Cardi. in consi. 11. Singulis. & dixi in consi. 63. in 2. dubio. & in c. 2. de rescr. † Non obst. ꝙ so-
7 lutum indebite ex causa transactionis repeti non potest, ut in iuribus supra in contrarium allegatis: quia illa procedunt, prout loquuntur in solutione facta ex causa transactionis, quæ fit de re dubia, & lite incerta, ut not. in l. 2. C. de transact. & sic partes de tali dubio, & lite cogitauerunt. unde licet solutum sit illud, quod nō erat debitū, iustificatur, quia receditur a lite, & isto respectu debitū, reputatur, l. in summa. ff. de condi. inde. ibi, hoc ipsum quod a lite discendit, causa videtur esse. Secus videtur in casu nostro, in quo est error, de quo cogitatum nō fuit: quia partes pro constanti habuerunt, ꝙ summa quatuor mille ducatorum pro adæquatione esset necessaria & de hoc non potest dici, ꝙ esset lis, vel quæstio: nec etiam erat timor futuræ litis: ex quo de hoc cogitatum non fuit: unde non potest dici, quod fuerit solutum ex causa trāsactionis, sed facta fuit solutio pro adæquatione partium, & in tali adequatione fuit error super quo transactio facta non fuit: merito iste error debet corrigi, & retractari ꝑ supra dicta. Et eodem modo respondetur ad l. 1. C. de erro. calcu. quia ibi fuit facta transactio super errore calculi de quo errore erat quæstio & lis, unde cum per transactionem fuerit lis sopita, & terminata, retractari non potest. & idem in sententia d. l. 1. & tradit Io. de Ana. in consi. supra allegato. Secus est in casu nostro, vbi de errore calculi nulla erat dubitatio, nec lis aliqua mota, vnde nō potest dici, ꝙ super isto errore transactum fuerit, cum de eo nulla
8 esset quæstio mota, nec cogitatum fuisset. † Vltimo non obstat, quod dr̄ de iuramento: quia tale iuramentum non vr̄ impedire repetitionem, quę propter errorem vr̄ competere per cōdictionem indebiti, quia iuramentum semper habet illam tacitam cōditionem quam habet actus, & promissio, cui adhæret, ut not. Ang. in cons. 315. Statuto cauetur. facit tex. in l. fi. C. de non num. pecu. per quem dixit Old. in consi. 238. Cum mulier. ꝙ iuramentum non auget obligationem, sed solum addit vinculum religionis. unde sicut donatio habet tacitam conditionem, si donans liberos non susceperit, illa reuocatio superuenientibus liberis per iuramentum non impeditur. & idem Old. in consi. 378. Licet quantum ad claustrales. in versi. ad tertiam quæstionem. Rom. in consi. 269. Non est dubium. in prin. Are. in consi. 24. Quatuor dubia. in prin. Et pariter in casu isto iuramentum non vr̄ tollere con dictionem indebiti, quia in actu solutionis inest tacita cōditio repetitionis per condictionem indebiti, etiā si quis promittat non contrauenire. l. fi. §. idem quæsijt. ff. de condictio. indeb. §. is quoque. insti quib. mod. re contrahi. obli. & in §. item is cui. insti. de obliga. ex quasi contract. & ideo iuramentum recipit illam tacitam conditionem repetitionis per condictionem indebiti secundum naturam actus, super quo interponitur, ut dicunt Oldrad. Ange. & doct. in locis supra alleg. & idem Alex. in consi. 37. Viso
9 & oportune discusso. lib. 2. † Et quia iuramentum intelligitur rebus sic stantibus. l. fi. ff. qui satisd. cogan. l. si libertus. ff. de ope. libe. in c. quemadmodum. de iureiurand. l. quod Seruius. ff. de condi. causa da. & not. Bald. in l. fin. C. de non num. pecu. in versi. 7. inest conditio. & quia iuramentum non porrigitur ad ea, de quibus cogitatum non fuit. c. veniens. & cap. quintauallis. & c. quemadmodum. de iureiurand. & no. Car. in consi. 92. Fauendo pupillis. quia renuntiatio non porrigitur ad ius, quod quis ignorat sibi competere. l. mater. & ibi Bar. in 3. notab. ff. de inoffi. testamen. & ista tacita conditio videtur etiam inesse iuramento per supra dicta. Non obstant, alleg. supra in contrarium, in quibus videtur probari contrarium quòd propter iuramentum error seu ignorantia allegari non possit, quia respondetur secundum distinctionem Pau. de Cast. in consi. 70. Viso puncto supra scripto. in versi-
10 culo quarto loco videndum est. vbi concludit, † quod quando iurans est certus de facto, & ignorat aliquod beneficium iuris sibi competere, puta restitutionem in integrum, quæ datur minoribus, vel beneficium legis secundæ. C. de rescind. venditio. tali casu iuramentum excludit illud beneficium iuris, quod sibi datur a lege, & ita allegata supra in contrarium procedunt. Si vero iurans non sit certus de facto, tunc iuramentum non supplet ignorantiam facti; & ita vr̄ in isto casu, quia erat ignorantia & error in facto, ꝙ pro adæquatione partiū soluenda esset summa quatuor mille ducatorum. magis tamen placet alia responsio, quæ ex supra dictis colligitur, quod in casu nostro iuramentum videtur præstitum sub tacita cōditione secundum naturam actus: & ista tacita conditio non consideratur in iuribus supra allegatis in cōtrarium, & ista tacita conditio operatur, ꝙ non requiratur absolutio a iuramento: vt not. Bal. in l fi. C de non num. pecu. in prin. Vlterius etiam dici potest, ꝙ allegata supra in cōtrarium habent locum in ignorantia: prout doct. loquuntur. non sic vr̄ in errore
11 de quo agitur. † Est enim differentia inter errorem, & ignorantiam, vt Bal. tradit in l. falsus. C. de fur. in versic. & scias ꝙ aliud est ignorantia, nam ignorantia potest concurrere cum veritate, sed error repugnat veritati: vnde iurans potuit cogitare in genere de eo qđ ignorauit. argu. l. qui iure militari. ff. de test. mili. non sic vr̄ in eo, qui errauit: quia error cum veritate nō concurrit. Bal. dicit in dicta lege falsus. & errans non consentit. l. si per errorem. ff. de iurisdictio. omnium iudicum. & vbi deficit consensus, iuramentum nihil operatur. d. l. fi. C. de non num. pecu. Et ita remotis allegatis supra in contrarium in conclusione supra facta residuo.

ADDITIO.

a ¶ Non Valet.] Dixi in consuet. Paris. §. 5 nu. 77.

EPITOME Consi. CCCLI.

Transactio fit de lite incerta præsenti vel futura, aliquo dato vel accepto. Quòd si aliter fieret, diceretur pactum, quod de uiuentis hæreditate nō valet. Diuisio facta ex falsa causa, vel per errorem non valet, aut saltem reuocari debet, etiam si iuramentum interuenerit.

SVMMARIVM.

1 *Pactum super hæreditate viuentis non valet.*
2 *Solutum indebitè ex causa transactionis non repetitur, esto, quòd sit solutum per errorem.*
3 *Transactio facta super lite ficta nullius est momenti.*
4 *Contractus diuisionis dicitur innominatus.*
5 *Contractus vitiatur ex defectu causæ finalis.*
6 *Contractus in quo interuenit præsentia coniunctorum, debet per clarissimas probationes impugnari.*
7 *Decretum habet præsumptionem per se quando exprimitur, quod fuit appositum cum causæ cognitione.*
8 *Iuramentum semper habet illam tacitam conditionem, quam actus super quo interponitur.*



N casu propositio, primo videndum est de validitate pacti, & cōuentionis factæ inter Pierinum tutorem Iacobi impuberis, & Io. Antonium patruum dicti Iacobi impuberis viuentis, licet laboraret in extremis: & breuiter concludendum est, ꝙ talis cōuentio facta de hæreditate dicti Iacobi adhuc viuentis fuerit, & sit nulla. † Quia
1 pactum super hæreditate viuentis non valet, vt est casus in l. fin. C. de pact. l. quidam. § 1. ff. de dona in l. si quis mihi bona. §. sed vtrum. ff. de acqui. hæred. & tradit Fulg. in consi. 73. Paterfamilias. & nouissime dominus Bar. Socin. in cōsi. 84. Visa conuentione. in fin. lib. 4. præterea, dato enim, quod illa conuentio valuisset, non noceret, neque præiudicaret Ioannæ, & Petræ sororibus dicti Iacobi. petentibus hæreditatem dicti Iacobi eorum fratris ad ipsas spectare, & pertinere: quia res inter alios acta non debet aliis præiudicare, vt in toto titu. C. res inter alios acta. & præsertim in l. 2. eodem titul. quæ loquitur in transactione, de qua agitur. facit tex. in l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. in l. circa, in fin. C. loca. cum simili b. In hoc tamen non est laborandum, quia constat conuentionem non valuisse, vt supra dixi: & in hoc quia res clara est, non insisto. Vnde videndum est de secunda conuentione, quæ fuit facta inter Pierinum, & prædictas mulieres, & in hoc videtur difficultas: & prima facie considerato tenore contractus, vt verba sonant, dum dicitur: Cum verteretur, & esset lis, & quæstio interdictum Pierinum ex vna, & dictas Ioannam, & Petram ex alia super hæreditate dicti Iacobi, volentes dictæ partes litibus parcere, maximè cum dictus Pierinus offerat, & prætendat ius habere in dicta hæreditate ex iure cesso, & ex causa compositionis, & conuentionis factæ inter ipsum & Ioan. Antonium conuenerunt in effectu, quòd hæreditas dicti Iacobi inter ipsas partes diuideretur, vt latius in instrumento continetur. & cum hoc factum fuerit per viam transactionis, vt in instrumento dicitur, non videtur, quòd dictæ mulieres contrauenire, & reclamare possint: dato, quod dicta hæreditas in totum ad illas pertinuisset: quia cum talis transactio facta fuerit, vt recedatur a lite, debet obseruari, quia transactio fit de re dubia, & lite incerta. l. 1. in princip. ff de transact. & etiam propter timorem futuræ litis valet transactio facta super hæreditate. l. 2. C. de transa. & solutum ex causa transactionis non repetitur, quia transactio facit de indebito debitum. l. 2. C. de condi. inde. & in l. in summa. in princip. ff. de condi. indeb. vbi tex. dicit, quòd transactio iustificatur eo ipso, ꝙ receditur a lite. ibi, Nam si lis fuit, hoc ipsum, quòd a lite discedatur, causa videtur esse. & dicit Paul. de Cast. in l. eleganter. in princip. ff. de

2 ff.de condi.inde.† quòd indebitè solutum ex causa transactionis non repetitur, etiam si fuit per errorem solutum quia ipsa transactio facit debitum.d.l.2.C.de transact.vnde infert,quòd si petebas à me centum indebitè, & propter timorem litis transegi tecum pro quinquaginta, & solui, nam si velim probare, quòd illud erat indebitum,& quòd per errorem solui,& transegi,non possum repetere, quia satis est, quòd litem euitaui. Accedit, ꝙ talis transactio fuit facta a dictis dominabus cum præsentia, & consensu propinquorum coniunctorum, quo casu sinistra suspicio remouetur,ut not.Bar.in l.transactionem. C.de transact. cum simili. vt ibi tradit Alexand. concurrit etiam decretum iudicis, quod in tali contractu interpositum fuit, propter quod videtur,quòd dictæ mulieres conqueri non possint,ꝙ deceptæ fuerint, vt not.Bart.in l.1.C.de præd.cur. lib.10.& est dictum Specul.in titulo de emptione & vendi.§.nunc dicendum.el 1.in versic. breuiter.refert & sequitur Bald. in l.cum hi.§.si prætor. el 1.in ver.breuiter.refert, & sequitur Bald.in l.cum hi.§.prætor. el 1.ff.de transac.in l.quæcunque.§.fina.ff.de publi.cum similib. quæ not.sunt.& dixi in cap. quoniam contra.de proba.in penul. charta. Et specialiter in casu nostro facit text.in l.cum putarem. ff.famil.ercisc.vbi diuisio facta cum autoritate iudicis, & solutio sequuta prætextu erroris retractari non potest. Et prædicta omnia confirmantur a iuramento, quod operatur, vt contractus debeat inuiolabiliter obseruari.authent. sacramenta puberum. C.si aduer.vendi. & quia cum seruari possit sine interitu salutis æternę,seruandum est, in capitul. 2.de pact.in 6.His tamen non obstantib.vlterius cogitanti contrarium in casu isto, de iure esse arbitror, secundum ea, quæ narrantur more Scæuolę iurisconsulti.& pro fundamento præsupponendum est, ꝙ in veritate in casu isto non fuit transactio,quamuis verba instrumenti aliter dicant.Ad hoc enim vt valeat transactio requiritur,ꝙ sit lis.l.1.ff. de transac.vel probabilis timor litis.l.2.C de transa.vbi Ang.dicit, ꝙ propter hoc notarij in instrumentis semper apponunt illa verba, cum sit lis, vel esse dubitetur, &c.& sic saltem apparet de timore litis.& hoc intelligitur,quòd ex parte rei, & in veritate

3 ita sit.† Et ideo transactio facta super lite ficta nullius est momenti:vt not.Angel.per illum text.in l.cum hi.§.si cum lis.ff.de transac.& tali casu verba notarij non attenduntur: quia lex resistit potentiæ transigendi: vt dicit Angel.in d.§.si cum lis.vbi Paul.de Cast.sequitur.& idem in simili casu Ang. tradit in consil.215.Reperitur in quadam charta.colum.2.ver.quarto,ad hoc idem arguitur.vbi inquit, ꝙ si esset facta transactio ꝑ relationem ad litē seu controuersiam, quæ erat inter ipsas partes occasione cuiusdam hæreditatis: & in themate præsupponit pro vero, ꝙ de illa hæreditate lis nulla fuerat. vnde talis transactio vr facta contra illud,quod erat de substantia transactionis,quod est,ꝙ fiat super re dubia,& lite incerta.d.l.1.ff.de transac.& etiam si expressè dictum sit, ꝙ intelligatur compromissum de omni eo, ꝙ fuerit iudicatum,intelligitur, quando sit iudicatum super litibus existentibus, vel quæ oriri possunt: quia solum de illis potuerunt compromittere, & transigere.d.l.1.ff.de transf.& l.2.C.eo.tit.ita etiam Ang.dicit in consil.218.Visa narratione pe. & cum suprà dictis concordat Ang.in consil.66. Visis dictis compromissis.2. ver.& licet in compromisso.vbi inquit, ꝙ illa verba apposita in instrumento, ꝙ intelligatur esse lis super eo, de quo fuerit laudatum nihil operantur ubi lis uere nō est,nec ex causa ꝓbabili speratur:& non statur assertioni partium, quod lis esset.allegat tex. in d.l.cum hi.§.si cum lis.& idem concludit Alex.in l.si causa cognita.C.de transf.fi.in fi.in ver.quinto limita. & idem Abb.in c. exposita.de arbit.Et applicando prædicta ad casum nostrū considerandum est,ꝙ in ueritate in casu nostro non erat, nec fuerat aliqua lis inter dictas mulieres,& dictum Pierinum: & in hoc est fundata intentio nostra,quia litem esse,hoc in facto consistit & ea,quæ in facto consistunt,debent ꝓbari: quia non præsumuntur. l.in bello.§.factæ.ff.de capti.c.cum in iure.de offic.deleg.& hoc modo arguit Bal.in rub.C.de fide inst.3. Abb.in consi.36. Circa primum.lib.2.in consi.69.Super eo.lib.2.Non obst.assertio facta in instrumento de lite,quia illa non attenditur:ut Ang.& doct.dicunt,in locis s̄.alleg.Et confirmatur ratione efficaci, quia transactio distinguitur a pacto gratuito, & non est in potestate partium facere,ꝙ pactum sit transactio:quia transactio habet peculiarem naturam in qua quædam requiruntur, quæ non possunt consensu partium remoueri, & inter alia requiritur, quòd fiat de lite incerta præsenti vel futura,& ꝙ fiat aliquo dato.l.transactio.ff.de transa.& non esset in potestate partium facere ꝯtum transactionis absque lite, uel timore litis, & aliquo non dato,ideo non statur assertioni partium.iuxta not. per Bar.in l.si fortè, ff.de cast.pec.& ꝑ gl.& doct.in l.si donatione.C.de coll.& sicut in casu isto in veritate non erat lis, pariter non erat timor litis,saltem probabilis, quia dictus Pierinus nullum ius habebat ex persona sua,ut satis patet,quia ipse in dicto contractu dicit se habere ius virtute ꝯtus,& conuentionis factæ cum d.Io.Ant. Et talis conuentio facta de hæreditate viuentis non valuit, vt suprà in principio dictum fuit, ergo constabat dictum Pierinum nullum ius habere.& de iu.ipsarum mulierum constabat de iure cōmuni,quia ipsæ erant proximiores authen.defuncto. C.ad Tertyl. Et etiam ex forma statuti non ꝓhibebantur succedere, quia excluduntur extantib.fratribus, vel eorum filijs masculis,qui nō extabant, & discurrendo hoc modo cum non esset lis nec probabilis timor litis, maximè respectu dicti Pierini, apparet quòd non fuit contractus transactionis, & de tali contractu non videtur iudicandum tanquam de contractu transactionis, licet in contractu transactio appelletur, quia ad iudicandum qualitatem contractus effectus rei consideratur, & non nominatio, ut not.Bald.in l.2.C.commoda.in versicul. sed iuxta hoc quæro. allegat.l.insulam.ff.de præscrip.verb.& idem Bald. in rub.C.de iu emphy.in fin.& Abb.in cap.constitutus.per illum text. de re-

4 lig.domib.† Vnde hic agitur de contractu diuisionis, qui dicitur contractus innominatus, vt not. Bart.in l.diuisionis.ff.de pac.& not. Bald.in rub.C.de rerum permuta.in versicul. quid in diuisione.cum si.vt tradit Alexand.in l.iurisgentium.in fine princip. ff.de pac.& talis diuisio etiam appellari potest transactio, ut no. in l.tres fratres.ff.de pac.vbi Bart.& in l.qui Romæ.§.fi.de verb. oblig.Fulgo.in consil.120 Super eodem.in princip.Et hoc largo modo,non propriè quia requiritur, ꝙ res sit dubia pro lite præsenti,vel futura per suprà dicta.Est ergo iudicandum de isto cōtractu tanquam de diuisione simplici, & in effectu talis diuisio videtur facta a prædictis mulieribus per errorem, credentes, ꝙ dicto Pierino ius diuidendi competeret, & ideo cum de errore appareat, talis diuisio tanquam erronea debet reuocari, & hoc probatur in l.cum prætorem.ff.famil.ercisc.vbi diuisio facta cum aliquo tanquam cohæredi,qui non erat,cognito errore reuocatur,si sup tali errore non fuerit iudicatum, ad idem est text.in l. si post diuisionem.C.de iuris & facti ignorantia.facit tex.in l.maiorib.C.communia vtriusque iudicij.in l.si soror.C.de collatio. & in simili casu tradit Alex.in consil.168.Ponderatis narratis,in prin lib.5.& Paul.de Cast.in l.fi.§.idem quæsiuit.ff.de condi.indeb.vbi ꝑ illum tex.refert se consuluisse, ꝙ cum quidam fratres inter se diuisissent bona fratris ꝑmortui ęqualiter,& ꝓmisissent in plena forma non ꝯuenire, & postea apparuit, ꝙ tantum bona pertinebant ad alterum fratrem coniunctum ex vtroque latere, concludit,ꝙ illa diuisio facta ꝑ errorem debeat reuocari,nō obstante pacto de non ꝯueniendo. Et ex his ita in ꝓposito concludendum videtur,ꝙ diuisio facta inter dictas mulieres,& dictum Pierinum eo prætextu,ꝙ ꝑ parte ad dictum Pierinum pertineret,& hoc apparet non esse verum, cognito errore debet reuocari.Et hoc confirmatur, quia talis diuisio fuit facta ex falsa causa dicto Pierino asserente se ius habere virtute conuentionis factæ cum dicto Ioan.Anto.& ista ratione inductæ fuerunt dictæ mulieres ad diuidendum hæreditatem dicti Iacobi,quæ in totum ad eas pertinebat, & cum ista causa falsa appareat, diuisio facta reuocari debet.& hoc modo in diuisione And.Sic.in simili casu cōcludit in consil.55.penultim.lib.2. Alexand.in consilio 46. Visis & accuratè consideratis.colum.3.in versicul.confirmatur præ-

5 dicta lib.1.† Et ad hoc facit, quia vitiatur contractus ex defectu causæ finalis, vt not. Bald. in l.nec apud.C.de hæredibus instituendis.alleg legem primam.C de conditione ob causam.in lege tale pactum.§.fina.ff.de pact.& idem not.Bald.in rub.C.de constituta pecunia.colum.1.in fin.Barto.in l.demonstratio falsa.§.quod autem.colum.fina.versicul.sexto quæro.de conditionibus & demonstrationibus.ubi inquit, quòd causa falsa in contractibus parit repetitionem.& in simili casu tradit Cuman.in consilio 156. Visa serie colum.fina.Fulgo. in consilio 23.Hengelbertus.in fin.& ideo in casu isto solutum per errorem repeti potest.lege prima, lege, quod indebitum, lege.eleganter.§. fina.ff.de conditione indebiti.l.prima.C.eodem titul. Non obstant allegata suprà in contrarium, & primo, quod dicebatur de transactione, quia omnia supra dicta tolluntur ex eo quòd ista non fuit transactio,ut suprà deductum fuit, sed fuit diuisio facta per errorem, quæ cognito errore debet retractari per su-

6 prà dicta.† Non obstat, quòd suprà dicitur, de præsentia propinquorum & de decreto iudicis, quia præsentia coniunctorum facit, quòd clariores probationes requiruntur ad impugnandum contractum, ut notat Bald.in d.l.transactionem.& sic non excluditur probatio in contrarium,& in casu isto constat de errore,& falsa causa, quia dicto Pierino nullum ius competebat ex dicto contractu facto cum dicto Ioanne Antonio.& per hoc etiam authoritas decreti remouetur, quia decretum ex falsa causa interpositum non valet.l.cum vero.§.subuentum.ff.de fideicommiss.liber.in l.magis puto.§.penultimo.ff.de rebus eorum. in l.1.§ hæc verba.ff.ne vis fiat & not.Barto.in l.iustè possidet.ff. de acquirend.poss.Ang.in l.cum fideicommissum.in fine.ff.de

7 consel.cum similib.quæ notabilia sunt.† Et ulterius facit, quia tunc demum præsumitur pro decreto, qn̄ exprimitur, ꝙ cum

causæ cognitione interpositum fuit, alias tale decretum parum operatur, vt tradit Pau. de Cast. in consi. 177. Contra superius cōsultor. 2. in versi. non obst. ꝙ decretum: & idem Pau. de Cast. in l. cum hi. §. si prætor. ff. de transact. vbi dicit, ꝙ dictum Spec. supra allegatum, ꝙ pro decreto præsumatur, limitatur procedere, quādo dicitur, quòd causa cognita interpositum fuit. & idem Pe. de Ancha. in consi. 280. Quæstio proponitur. Bald. in l. 1. ff. de rebus eorum. in l. ex his. in versic. item opponitur. C. de testa. milit. Ange. in l. imperatores. ff. de priuileg. credit. & in casu isto nihil dicitur de causæ cognitione, quæ adhibita fuerit: ideo tale decretum parum facit, & dato, ꝙ faceret præsumptionem, illa tollitur: quia de errore & falsa causa probatur per suprà dicta: & hoc idem in contractu diuisionis non obstante decreto concludit And. Sic. in cons. 55. pe. lib. 2. suprà alleg. Non ob. tex. in d. l. cum putarem,
a quia loquitur in sententia lata in contradictorio iudicio [a] quæ transiuit in rem iudicatam, & facit ius. l. res iudicata. ff. de reg. iur. Sed in casu isto agitur de decreto interposita in actu extraiudiciali, quod quidem decretum ex falsa causa interpositum est nullū: vt suprà dixi. Et ratio diuersitatis est inter decretum, & sententiam: quia sententia profertur inter ɔtendentes: ideo in illa maior fit discussio, sed decretum interponitur inter volentes: ideo non adhibetur ita plena causæ cognitio: & alias etiam rationes diuersitatis tradunt Imo. Alex. & Moder. in d. l. iustè possidet. ff.
8 de acqui. poss. & gratia breuitatis non refero. † Vltimo non obst. iurm, quia stante errore, & falsa causa diuisionis iuramētū nihil operatur: quia iuramentum semper habet illā tacitam conditionem, quam habet actus super quo interponitur. vt not. Ange. in consi. 315. Statuto cauetur. facit tex. in l. fi. C. de non num. pec. in l. fi. ff. qui satis. cogan. & not. Old. in consi. 238. Cum mulier. & in consi. 278. Licet quantum. in versi. ad tertiam quæstionem. Soc. in consi. 269. Non est dubium. in prin. Aret. in consi. 24. quattior dubia. Nec obst. ꝙ iuramentum etiam operatur, ꝙ error, & ignorantia allegari non possit: vt no. per gl. pen. in fi. in c. ex rescripto. de iureiu. & ibi Abb. Pau. de Cast. in l. fi. ff. ad Velleia. cum similib. vt tradit Alex. in l. sciendum. col. 8. de verb. obl. Quia respōdetur secundum distinctionem Paul. de Cast. in consi. 70. Viso puncto supra scripto. in versi. quarto loco videndum est. vbi concludit, ꝙ quando iurās est certus de facto, & ignorat aliquod beneficiū iuris sibi competere: puta restitutionem in integrum, vel beneficium l. 2. C. de rescin. ven. tali casu iuramētum excludit illud beneficium iuris, quod sibi datur a lege. Si verò iurans non sit certus de facto: tunc iuramentum non supplet ignorantiam facti, & ita videtur in casu isto, quia dictæ mulieres ignorabāt in facto ꝙ dicto Pierino ius non competeret, quia credebant illud pactū factum cum dicto Io. Ant. valuisse, & ꝙ ex tali pacto fuisset dicto Pierino ius acquisitum, prout ipse in contractu asserebat, & ideo iuramentum videtur præstitum sub ista tacita conditione, si vera sunt ea, quæ dicta sunt. Et ista tacita ɔditio operatur, ꝙ non sit necessaria absolutio a dicto iuramento: vt not. Bal. in l. fi. C. de non nu. pec. in prin. Præterea in casu isto agitur de errore: est enī differentia inter errorem, & ignorantiam: vt no. Bal. in l. falsus. in ver. & scias. C. de fur. nā ignorantia pōt ɔcurrere cū veritate, sed error veritati repugnat: vnde iurās potuit cogitare in genere de eo, ꝙ ignorauit arg. l. qui iure militari. ff. de test. mili. non sic vērò in eo, qui errauit, quia error cū veritate non concurrit: vt dicit Bal. in d. l. falsus. & errans nullo modo consentit. l. per errorem. ff. de iurisd. om. iud. & vbi deficit consensus, iuramentum nihil operat. d. l. fi. de non nu. pec. Et prædicta conclusio maximè videtur procedere in mulierib. in quib. ignorantia iuris præsumitur. l. cum de indebito. §. si aūt. ff. de proba. l. regula. §. j. ff. de iur. & fact. ign. & tradit Pau. de Cast. in consi. 131. Licet ista do. Lisa. col. fin. & in mulieribus. iuramētum præsumitur esse captiosum, & iniustum, vbi agitur de eorum præiudicio, vt no. Bal. in rub. C. de rerū permu. Et ita ex omnib. supra dictis concludo, vt supra dixi: ꝙ non obstante contractu, de quo agitur, dictæ mulieres debeant admitti ad successionē Iacobi eorum fratris: & ꝙ diuisio facta per errorem, & ex falsa causa debeat retractari.

ADDITIO.

a ¶ Iudicio.] Adde Pau. l. vlti. §. idem quæsiijt. de cond. indeb. consi. 125. Dubitatur primò. lib. 2. Bal. consi. 386. Proponitur, quod frater lib. 1. Pet. de Anch. consi. 291. Super plurib. 3. vbi ampliat. Phi. Corneus. consi. 278. pe. lib. 4. Aymo Craueta. consi. 26. in fine. consil. 188. vltim. Ias. consi. 87. lib. 1. Dec. supra consi. 186. 3.

EPITOME Consil. CCCLII.

Ciuis dicitur ratione domicilij, & non originis paternæ. Vnde immunitas data a R. publi. Florentina Pisanis, ne ipsi conueniantur a creditoribus ad certum tempus, non comprehendit illum, qui alibi habitat, quamuis eius pater natus esset Pisis: quia potius forensis, quam Pisanus talis esse censetur.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas pro pace habenda concedere potest bona ciuium.*
2 *Forus domicilij est potentior, quàm forus originis.*
3 *Priuilegium datum Pisanis vt non possint conueniri, debet late interpretari propter vtilitatem publicam.*
4 *Forus vbi quis sortiatur, quando quis in vno loco habet domicilium, in alio habet originem.*
5 *Priuilegium concessum quibusdam à Florentinis, vt non possint conueniri à Pisanis, an locum habeat in Florentinum origine, & Pisanum domicilio.*
6 *Dispositio facta de simplicibus, non comprehendit casum mixtum.*
7 *Renunciatio iurium debet interpretari.*
8 *Iuramentum habet semper reseruatam superioris authoritatem.*
9 *Bannitus cum quo quis fecit pacem ante bannum: & promisit eum non offendere, an offendi possit.*



Viso puncto, & diligenter cōsideratis omnib. quæ proponuntur, videbatur primo motu, ꝙ priuilegium de quo quæritur, non habeat locū in casu isto: quia actor non est forēsis: nam licet alibi habeat domiciliū, tamē ex quo virtute originis paternę hic potest cōueniri: vt no. Bar. in l. assumptio §. 1. ad municipales. cū si. vt tradit Alex. in cons. 16. In causa & lite. 2. lib. 5. Ergo non videt forensis, & hoc ex presse dicit Pau. de Cast. in consi. 195. Posset quis dicere. vbi in muliere alibi nupta dicit, ꝙ non potest dici, ꝙ sit forensis in loco originis, & cū tale priuilegium sit cōtra ius cōe, videtur odiosum, & debet strictè interpretari, vt in tali priuilegio scribit Pet. de Ancha. in consi. 36. contra Ioannem, & Martinum. Sed his & similib. quæ adduci possunt non obstantibus, cōtrarium de iure videtur. & pro fundamento præsupponendum est, ꝙ istud priuilegium concessum fuit Pisanis pro bono pacis, & cōcordię, quæ aliter fieri non potuisset, quo casu etiam iura priuatorum remitti possunt: vt not. Bald. in lege bene à Zenone. 1. C. de quadrien.
1 præscri. † Vbi inquit, ꝙ ciuitas pro pace [a] habenda concedere po-
a test bona ciuium. allegat Inno. & Ioan. And. in c. in nostra. de iureiu. & est dictum Host. in c. quanto, de iureiurando, & tradit Petrus de Ancha. in regula, accessorium, de reg. iur. in 6. cum similibus vt Felin. scribit in c. quæ in ecclesiarum, de constitutionib. char. 6. in ver. secundo not. in hac materia. de constitutionib. idē notat Bar. in l. quæcunque, in fine. C. de fide instrumentorum. lib. 10. Et cum in casu isto capitula concessa fuerint ciuibus Pisanis, propter subiectionem, & submissionem ab eis factam reipublicæ Florentinæ, vt patet ex instrumentis debent latè interpretari: quia propter vtilitatem publicam dominorum Florentinorum facta fuerūt, quo casu latè debent interpretari illa, quæ respiciūt vtilitatem publicam: vt not. Bar. in l. quemadmodum. C. de agri. & censi. lib. 11. per illum tex. & in l. 2. §. exercitum. ff. de his qui not. infa. & tex. in l. si quis in graui. §. verum. versi. hi quoq; ibi, ꝑpter hoc, quod in commune vtile. & ibi Bartol. ff. ad Syllania. Bart. in l. si constante. in prin. ff. solu. matrim. cum similib. vt scribit Alex. in consi. 34. Visis. in fi. lib. 5. & tradit Pau. de Cast. in consi. 23. Viso puncto. cum simil. vt dixi in cons. 65. & faciunt plura, quæ congerit Roman. in l. si verò. §. de viro. in 10. fallen. ff. solut. matrimonio. & ideo videtur, quòd capitulum, de quo agitur in casu nostro, quod Pisani non possint conueniri pro debitis contractis a die 9. Nouembris 1404. citra. debeat latè & fauorabiliter interpretari pro ipsis ciuibus Pisanis vt conueniri non possint. ex quo sequitur, quod pro agentibus contra ipsos ciues Pisanos debeat fieri stricta interpretatio. hoc præmisso considerandum est, quòd si iste, qui agit, esset forensis, clarum est, quod non deberet admitti; quia in cap. expresè dicitur de forensibus. Sed dubium est, an de isto debeat iudicari, prout de forensi? & certe videtur dicendum, quòd sic: quia licet Pisanus sit ex origine patris: tamen cum ipse natus sit in ciuitate Panormitana, & ibi domicilium habeat, videtur, ꝙ Panormitanus ratione propriæ
2 originis, & domicilij, & non Pisanus debeat iudicari. † Quia fo-
b rus domicilij [b] est potentior, quam forus originis, vt not. per glo. in capit. statutum. in §. cum vero, in verbo, vnam dieram. de rescript. in 6. & ibi Domini. in fine. & idem glo. in verbo, eiusdem ciuitatis. & Domin. ibi facit glo. in clemen. 1. in verbo subditos. de foro compet. & ideo in dubio Pisanus intelligitur de eo, qui habet domicilium, vt not. dicit Pet. de Ancha. in consilio 438. Ista sententia. vbi inquit, ꝙ statutum, quod loquitur de Ianuensibus,

ADDITIONES.

a ¶ Pace.) Infra consi. 530. Anto. Corset. in singul. versi. Par.
b ¶ Domicilij.) Idem Dec. c. ad nostram infra nu. 3. vbi dix. de app.

sibus, simpliciter debet intelligi in propria significatione, & pro priè Ianuenses dicuntur, qui sunt Ianuenses domicilio. l. prouinciales. ff. de verbo. signifi. & idem tenet do. Ant. de But. in cōsi. 21. Viso puncto. in fin. a fortiori in casu nostro ubi habet originē propriam, & domicilium simul in ciuitate Panormitana, dicendum est, quod absolutè dicatur Panormitanus, quia istæ qualitates præponderant ad originem patris: ergo attenta potentiori debet potius iudicari Panormitanus, & sic forensis, quam Pisanus, arg. l. quæritur. ff. de statu. homi.
3 † Et ad hoc cōfirmatur: quia cùm tale priuilegium datum Pisanis, vt non possint conueniri, debeat latè interpretari propter vtilitatem publicam, ut supra dixi, ergo videtur, quod in casu isto debeat habere locum, ut conueniri non possit. & hoc comprobatur, quia excluditur ciuis Pisanus factus ex priuilegio, vt agere non possit, vt expressè dicitur in capi. qui tamen ciuis ex priuileg io. propriè ciuis dicitur: ut no. Bart. in l. si is qui pro emptore. in versic. pone ergo statuit ciuitas. ff. de vsucap. & ideo deberet habere prærogatiuas ciuium: ut no. Bar. in consi. 62. Punctus talis est. Bald. in l. 3. hæc verba. ff. de neg. gest. in versi. item. si statutum dicit. idem Bald. in l. in vrbe. ff. de statu. homi. in l. omnes populi. versicu. pone statuto. de iust. & iu. l. siue possidetis. C de probat. col. 2. versicu. 2. quæro cum simili. & maximè si haberent in loco domicilium per supra dicta, & isti excluduntur vt hic Pisis agere non possint: a fortiori videtur, ꝙ excludatur iste, qui non habet hoc domicilium, nec originē, nec aliqua bona: licèt eius pater hic originem habuerit. Vlterius etiā considerandum est, quia in huiusmodi capitulis videntur dom. Florentini, & Pisani habuisse respectum ad Pisanos, qui habitabant Pisis, qui sustinuerunt onera belli, & propter hoc erant depauperati, & ipsi dederunt, & subiecerunt ciuitatē Pisanam do. Florentinis, & aliter nullo modo fecissent, & sic patet, quod tale priuilegium concessum fuit intuitu Pisanorum habitantium, qui ciuitatem Pisanam de nouo populo Florentino submiserunt, & nulla consideratio habita fuit de Pisanis, qui alibi habitabant, etiā dato, quod originem Pisis habuissent: quia cum haberetur respectus ad habitationem, habitatio cum origine debet considerari, & sola origo non attenditur. hoc probatur ex eo, quod not. Bal. in l. 1. C. de sum. Trini. in repetitione Paduana in verbo, Christianorum. quem refert, & sequitur Maria. Socin. in capitu. fi. in versiculo, 5. principaliter quæro. de foro compet.
4 † Vbi concludit, quod quando quis in vno loco habet originem, & in alio loco domicilium & debeat iudicari secundum locum originis, vel domicilij, debet subiecta materia considerari, & si subiecta materia respiciat habitationem, & domicilium, secundum locum domicilij, & habitationis debet iudicari, & origo non attenditur, & ad idem facit. quod not. Barto. in tractatu repræsaliarum. in 7. quæstione. princip. in 2. quæstione, in capi. Ad secundum. Vbi conclu dit, quod repræsaliæ concessæ contra Pisanos vel Florentinos ꝓpter denegatam iustitiam, non habent locum cōtra Pisanos, vel Florentinos, qui alibi habitabant, quando fuit denegata iustitia: quia illis culpa imputari non potest. & idem concludit Bart. in l. prouinciales, de verbo. significa. vbi dicit, quod repræsaliæ intelliguntur concessæ contra Pisanos, uel Florentinos præsentes habitantes in ciuitate, in qua denegata fuit iustitia. & sequitur Imo. in rub. ff. soluto matrimonio. & Alex. ibi, dicit istam esse * cōmunem opinionem. & idem tenent Bald. & Paul. de Cast. in l. si eadem prouincia. ff. de of. asses. vbi referunt Cy. ita disputando tenuisse. & idem sequitur Aret. in l. secunda, in princi. de verb. obli. pariter ergo videtur dicendum in casu isto, quia propter subiectā materiam in cap. de quo agitur intentio Florentinorum referebatur ad Pisanos qui habitabant Pisis, a quibus habuerunt ciuitatem. vnde in isto casu non attenditur origo, & maximè quia iste actor etiam non habet originem Pisis, & ideo de illo tanquam de forensi debet iudicari. & ad hoc facit, quia forensis dicitur, qui nō est de corpore ciuitatis, vt not. Barto. in d. tractatu repræsalia. in 4. q. quintæ quæstionis princ. & tradit Alexan. in consil. 34. Visis & Ponderatis. lib. 5. Et ita ex omnibus prædictis videtur, quod actor, qui non habet hic bona, nec habitationem, nec domiciliū, nec originem, non debeat audiri, & in simili casu tradit Ant. de But. in consilio. 21. supra alleg. Non obst. alleg. supra in contrarium, & primo dum dicitur, quod non dicitur actor forensis, ex quo potest hic conueniri ratione originis paternæ; quia plura alia concurrunt, quæ præponderant, ut debeat forensis iudicari: quia videtur potius Panormi. quam Pisanus, cum in ciuitate Panormitana habeat originem, & domicilium. & quia in priuilegio concesso a dom. Florentinis ciuibus Pisanis habitus fuerit respectus ad habitationem, & ad illos, qui Pisis habitabant tempore belli, & subiectionis postea factæ. vt supra dictum fuit. Vltimò
5 non obst. decisio Pet. de Ancha. in consilio. 36. suprà alleg. † Vbi videtur decidere contrarium. & ibi loquitur in terminis in priuilegio a communitate Florentiæ quibusdam concesso, ut non possint conueniri a Pisanis, an tale priuilegium habeat locum cōtra Florentinum origine, & Pisanum domicilio; & si in eadem persona concurrunt diuersæ qualitates, inspecta origine priuilegium haberet locum: sed attento domicilio priuilegium non haberet effectum, in tali casu mixto debemus inspicere potius illud, quod prodest, quam illud, quod nocet, id est, ꝙ priuilegium non habeat locum: quia illud, quod nocet, videlicet, priuilegium est iniquum, & contra ius commune, & per consequens est odiosum, ut quis iure suo priuetur: id autem quod prodest, videlicet, vt possit quis petere, quod sibi debetur, est fauorabile, & secundum ius commune, & in tali occursu odij, & fauoris. fauor præferri debet. argum. l. cum quidam. de lib. & posthum. & in regula odia, de regul. iur. in 6. & quia aliter iudicamus de mixto, & aliter de simplicib. ex quibus mixtum componitur, ideo immunitas & priuilegium quod habet locum contra Pisanos simpliciter, non videtur habere locum contra Pisanum & Florentinum simul, & quia causa originalis inspicitur. l. qui id quod. ff. de do. & quod venit ex accidenti, vt est nouum domicilium, non mutat causam originis. l. senatores. ff. de sena. & quia iste casus mixtus est omissus: & ideo remanet in dispositione iuris cōmunis. l. commodissimè ff. de libe. & posthu. Et ista decisio videtur facere difficultatem in casu nostro, qui est casus mixtus cum actor respectu domicilij, & originis propriæ dicatur forensis, & ratione originis paternæ dicatur Pisanus. in tali casu mixto, videtur, quod priuilegium non debeat habere locum, quia est odiosum, & contra ius commune prout latius concludit Pet. de Ancha. in consil. præal. Sed tamen vlterius cogitanti decisio Pet. de Anch. non videtr in casu bene adaptari ex plurib. Primo quia loquitur Pet. de Anch. in priuilegio concesso quibusdam particularibus ad postulationem, & priuatam vtilitatem. Sed in casu nostro fuit concessum vniuersitati Pisanorum pro bono pacis, & propter vtilitatem publicam: & ideo in casu in quo Pet. de Ancha. loquitur, debet fieri stricta interpretatio, quia odiosum: sed in casu nostro propter bonum pacis, & vtilitatem publicam debet fieri lata interpretatio, quia materia reputatur fauorabilis, ut supra dixi. Secundò loquitur Pet. de Anch. in eo, qui in vno loco habet originē, in alio loco domicilium. Sed iste hic Pisis non habet originem, neque domicilium, sed solum originem patris, ideo termini nō sunt pares. Tertiò in casu Pet. de An. illæ qualitates erant patis potētiæ, cum esset cōtentio de origine ad domicilium. Sed in casu nostro præualere debet, ut non dicatur Pisanus, quia hic non habet originem propriam nec domicilium, nec bona: vnde istæ qualitates præponderant, ut potius dicatur forensis, & Panor. argu. l. quæritur. ff. de statu homi. & suprà dixi. Quartò, quia in casu nostro principaliter considerat̄ habitatio ciuiū Pisanorum, & sola origo non vr̄ esse in consideratione, ētsi ageretur de propria origine, vnde multominus non debet origo patris cōsiderari, & ideo iste debet tanquam forensis iudicari per s̄. dicta. Et quia forensis alio modo quis dicitur secundum subiectam materiam: ut not. Corneus in cons. 194. Licèt videat̄. lib. 4. & subiecta materia suadet, vt dicatur forensis per s̄. dicta: & quia propter solam patris originem non debet esse melioris conditionis, quā sint ciues ex priuilegio, qui deberent habere cōmoda ciuitatis: vt s̄. dixi, & excluditur: a fortiori videtur, quod iste actor excludatur. & ex his tolluntur rationes Pet. de Anch. Nam non obst. ꝙ attendatur fauor in casu mixto, & illa qualitas quæ est secundum ius commune: qa in isto casu propter bonum pacis & vtilitatem publicam fauorabilis causa est, ꝙ habeat locum priuilegium: & quia in tali casu misto qualitates præponderant, quo casu attenditur, quod potē
6 tius est indistinctè. d. l. quæritur. † Ex hoc tollitur al a rō, ꝙ dispositio facta de simplicibus non comprehendit casum mixtum: quia imò comprehendit casum mixtum, quando præualet. d. l. quæritur: & quia hic consideratur habitatio, & non origo: vt s̄. dictum est. Et omnib. consideratis videtur in fauorem rei pronuntiandū: & quia in dubio in fauorem rei debet iudicari. in l. fauorabiliores. de reg. iur. in regula cum sint partium iura, de reg. iur. in 6. Nō ob. prædictæ conclusioni, quod Lucas in contractu, de quo agit̄ renuntiauit cum iuramento beneficio eorum, quæ obstarent, & specialiter cum iuramento beneficio quinquennalis dilationis, vt instrumento dr̄: vnde si noluit posse vti beneficio dilationis, in quo agitur de modico præiudicio: iuxta l. quoties. C. de preci. impe. offerē. a fortiori vr̄ noluiss: vti beneficio, quo mediante
7 debitum in effectu tollitur. † Quia respondetur, & pro responsio ne considerandum est ꝙ in tali renuntiatione debet fieri stricta interpretatio: quia tales renuntiationes plerunque apponuntur cum parua causæ cognitione; & ex quadam consuetudine notarij apponuntur. ita Cardi. dicit in consi. 120. Titius obligauit se in fi facit, quod no. idem Car. in consi. 30. In hac re dubia. & qđ no. Cal in cons. 5. An habens. circa fin. vnde talis renuntiatio non extenditur ad ius, quod ex noua causa superuenit, de quo cogitatum non fuit, nec etiam cogitari potuit tempore cōtractus: quia renuntiatio non trahitur ad ius, quod quis ignorat sibi competere. l. mater. vbi Bart. ff. de inoffi. testa. & iuramentum non extenditur ad ius, quod ex noua cā superuenit. c. 2. de renun. in cap. veniens.

veniens.de iureiu.in l.fi.ff.qui satis.cogan.& no.Bald.in l.clari.C. de fideicom.ubi inquit ꝙ semper iuramentum intelligitur rebus sic se habentib.facit tex.in l.quæro.§.inter locatorem.ff.loca.in l. quod Seruius.ff.de cōdic.caus.da.cum si.vt tradit ibi Alex.in cō-
8 si.83.Viso themate.lib.5.† Et quia in iuramento autoritas superioris reseruata intelligitur c.veniente.de iureiu.l.fi.in princi. vbi Bar.ff.ad munici.in c.constitutus,de rescr.& no.Oldr.in consi.97. Factum tale est.cum si.& ideo debitor qui se obligauit cum iuro, & promisit nullam exceptionem opponere, non obstante iuro si superior cōcessit sibi dilationem quinquēnalem,poterit talem exceptionem opponere:quia authoritas superioris reseruata intelligitur:ita Cy.concludit.in d.l.fi.C.si ꝯ ius.in 4.q.& Sal.ibi circa fi.Pau.de Cast.in d.l.fi.qui satis.cog.hoc tñ,in casu isto non haberet locum,ubi debitor simpliciter renuntiauit beneficio dilationis quinquennalis.Et ideo videndũ est,an talis renuntiatio extendatur ad casum nostrum & breuiter vr̃ concludendũ, ꝙ non quia talis renuntiatio (ut dixi) debet strictè interpretari:& ideo renuntiatio quæ est facta in dilatione, in qua non agit de magno præiudicio debitoris,nō debet trahi ad casum nostrũ,in quo esset maius p̄iudicium debitori; quia exceptio peremptoria tolleret. Et hoc comprobatur duplici ratione.Prima quia in tali dilatione quinquennali fuit cogitatũ,quia concedi cōiter solet,sed de exceptione ista peremptoria non fuit cogitatum, nec cogitari potuit,quia casus iste est nouus,& insolitus.arg.l.fistulas.§.frumenta.de ꝯhen.emp.in l.scio.§.medico.de annu.vbi Bar.cũ si.& ideo renuntiatio trahi non potest ad casum istum nullo modo cogitatum.Secunda ratio est:quia talis renuntiatio,& contractus factus inter priuatos non debet trahi ad casum istum,ubi agitur de vtilitate publica argu.eius quod no.Bar.in l.qui seruum in princ. de
9 verbo.obligat.† Vbi concludit, ꝙ si quis fecit pacem,& promisit non offendere illum, cum quo pax firmata fuit cum pœna, si ille postea bannitus sit, impunè offendi potest tanquam hostis reipublicæ.& idē Bar in l.1.§.non fuit.ff.de dolo.& sequit̃ Ang. in l.iurisgentiũ.§.si paciscãr.ff.de pac.& Bal.in l.accusationes.C. quod metus cau.cũ si.quę no.sunt.Ergo pariter in proposito vr̃ dicendum, ꝙ ista priuata cōuentio non debet impedire,quominus iste debitor vtatur beneficio sibi dato à republica propter vtilitatem publicam.Et ex his etiā r̃ideri potest ad illud,quod obijci potest, ꝙ priuilegium datum Pisanis a republica Florentinorũ,ut conueniri non possint,non vr̃ esse intelligendũ de illis,qui essent obligati cum iuramento:ut in simili casu no.tradit Paul.de Cast.in consi.71.Visis & ponderatis omnib.ubi ꝯcludit,ꝙ statutũ laicorum non potest tollere iuramentum cũ si. vt tradit Alex. in consi.37.Viso & opportune discusso lib.2.& in consi.38.Visa petitione Antonij de Roma.li.3.vbi ex pluribus consuluit, ꝙ saluus conductus datus alicui a principe seculari,non habet locum in cōtractu,in quo esset iuramentum:nam ista procederent,ubi iurm deberet tolli, & remitti. Sed in casu isto non agit̃ de remissione iuri,quia iurm intelligitur (ut suprà dixi,) rebus sic stantibus, & causa noua superueniente cessat iuramentum.d.l.fi.qui satis.cogan.cum si.supra alle.Præterea intentio dominorum Florentinorum etiam fuit,ꝙ tale priuilegium haberet locum in debito iurato,aliàs tale priuilegium multum restringeretur cōtra intentionem dominorum Florentinorum, quæ attendi debet ut not.Innoc.in c.cum ecclesiasticæ.de excep.Bald.in l.ex facto, in 3.no.de vulg.& pup.& si interrogati de hoc fuissent, ita indubitanter respondissent:ideo pro expresso haberi debet,secũdum glo.in lege tale pactũ.§.fi.de pac.& cum satis appareat de voluntate eorum, de potestate nō vr̃ disputandum, nec talis disputatio admitteret̃ in eorũ territorio, & ēt non vr̃ necessaria stantibus supra dictis.

EPITOME Consil. CCCLIII.

Appellatione filij continetur nepos,nisi qualitas in nepote requisita repugnaret.Vnde statutũ pistoriense disponens,ꝙ uxore mortua sine filijs ambōrum,maritus,lucretur dotem:non comprehendit nepotes:quin ipsi à viro excludantur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum,de filijs amborum,non verificatur in nepotibus.*
2 *Statutum de lucro dotis est contra ius commune.*
3 *Statutum de lucro dotis qua ratione videatur fauorabile.*
4 *Expressum in vno capitulo censetur repetitum in alio.*
5 *Filiorum appellatione saltem ex lata significatione ueniunt nepotes.*


N casu Proposito occurrēti in ciuitate Pistorij plene,& subtiliter scriptũ fuit ab eminentiss.doc.uti fratribus maioribus honoradis.Et
1 eorum † cōclusio paucis fuit,ꝙ verba statuti,quæ dicunt sine filijs amobrum duorum,non verificētur in nepotibus; & videtur decisio Bartol.in consilio 133. Licet in quæstione prædicta & facit quod notat. Bartol.in l.liberorum. ff. de ver-
a borum significationibus.cum similib.suprà alleg. Requisitus [a] do subscriptione in maxima temporis angustia primo motu,in contrarium occurrebat:quia dum statutum loquitur de filijs non videtur dubitandum,ꝙ etiam haberet locũ in filiabus, l.si ita quis. in princip.ff.de testa.tut.l.qui duos.de leg.3.& etiā in statutis masculinum concipit fœmininum saltem in materia fauorabili: ut no.Bald.in consil.111.do Ioanna.libr.3.& Alex.in consil.85.Animaduersis.lib.4,& late Francis.de Curte.in consi.9. Ticinenũ statuto,& ita vr̃ in casu isto, qa agitur de fauore filiorum.vnde sicut masculinum isto casu conciperet fœmininum,ita videtur, ꝙ apppellatione filiorum ueniant nepotes. istam consequentiam facit text. in l.iusta interpretatione.ff.de verbo.singnific.ubi dicitur, quòd sicut appellatione filij,filia continetur: ita & ne-
2 pos comprehendi videtur.† Et hoc confirmatur: quia statutũ de lucro dotis, de quo agitur, est contra ius commune, & existētibus filijs receditur à statuto, & ad ius commune recurritur, & tali casu debet fieri lata interpretatio,iuxta gloss.no.in cap.statutum in verbo,numerandum,de præben.in sexto, & quando debet fieri lata interpretatio,statutum,quod loquit̃ de filijs, habet locum in nepotibus:ut Bald.dicit in l.2.circa fin.C.de in ius vocã. Rom.in consil.129.Licet magna.apud me.in fin.Fulgo.in consil. 78.Supposito statuto Abb.in consi.75.Primò videndũ est.Paul. de Castr.in l.si verò §.de uiro.ff.soluto matrimonio.Sed tamen prædictis,& simili.quæ adduci possunt, non obstantibus, placet & iuridicam esse arbitror cōclusionem à dominis consultoribus suprà firmatam,& in eorum sententiā illud præcipue me inducit quia in casu nostro uxor mortua est post quiquennium, quo casu statutum Pistorij absolute loquitur, simpliciter dicit, Muliere verò decedente post quinquenniũ relicto viro nihil de dote restituat̃,& de filijs nullam facit mentionem:ergo statutum, quod simpliciter loquit̃,generaliter debet intelligi.l.1.§.generaliter.de leg.prestand.l.3.in fin.ff.de offi.præsid.& in l.1.§.quod autem.ff. de aleator.& à verbis statuti non est recedendum l.quod constitutum.ubi Bartol.ff.de testamen.mili. Et in materia etiam odiosa lex quæ simpliciter loquitur,generaliter intelligitur, quãtum proprietas verborum videtur requirere,l.cũ l.ff.de test.ubi Aret. & no.Cald.in consi.1.in ti.de consangui.& affini.à fortiori in casu nostro hoc uidetur dicendum,in quo materia videtur fauorabilis,ut inferius dicam.Non obst.ꝙ in primo capite statuti,quando vxor moritur ante quinquennium,loquitur,quãdo moritur sine filijs: quia ista qualitas non vr̃ repetita in secũdo capite:quia non vr̃ eadem ratio vt suprà dictum fuit. Et vlterius confirmat̃: quia in secundo capite loquitur de filijs,& posuit qualitatem determinatam in filijs:ideo alia qualitas filiorum repetita non videtur:vt not. Abb.in capitul.2.requiris, de appella. per legē si quis legata.ff.de condit.& demonst. & tradit Bart.in l.talis scriptura, de lega.1.§.fi.& in no.quæstione not.Bald.in l.1.C.de lib.præter. Et etiam alio respectu ratio diuersitatis videtur manifesta: quia in primo casu loquitur statutum, quando maritus lucratur dimidiā dotis,& moritur uxor ante quinquenniũ, & tũc voluit statutum habere rationem filiorum Sed in secũdo casu post quinquēnium:quia longiori tempore sustinuit onera matrimonij voluit statutum maritum lucrari totam dotem simpliciter, & cum nihil dicat de filijs, nullam rationem filiorum videtur habuisse. & aliàs late consului, quòd statutum in hac parte dum disponit, ꝙ post quinquennium maritus lucretur totam dotem:hoc etiam inteligitur in præiudicium filiorũ primi matrimonij: ut patet in ꝯs.19.in consilijs quæ impressa sunt. Et vlterius comprobando, quod

ADDITIO.

a ¶ Requisitus.) Fatetur Dec.se perfunctoriè subscripsisse consilijs multorum in fauorem mariti contra nepotes ex filia communi.Aliter autem pro nepote consuluit,quod confirmauit Car.Rui.consi.63. Quamuis copiose. libr.3.Prior tamen pars clausulæ statuti,quam Decius hic omittit,licèt in effectu eam referat supra consi.19. est talis. muliere intra quinquennium postquam viro tradita est decedente sine filijs amborum viuente viro dotis medietas primo ad filios,uel filias,vel patrem, uel fratres, aut sorores reuertatur. Et reliqua medietas remaneat penes uirum. sequitur reliqua pars.quam Dec.bene refert, muliere uero decedente post quinquennium relicto uiro nihil de dote restituat. Nonne uides quòd statutum, quo casu uoluit uirum lucrari dimidiam dotis muliere prædecedente ante quinquennium eodem casu uoluit,quod ea decedente post quinquenium lucraretur totam:& sic illa uerba sine filijs amborum.quæ sunt in principio clausulæ, referuntur ad totam clausulam,& utranque partem eius qualificant.Et sic malè consuluit Decius.Rui.uero rectè.sed idem Ruinus.in consi.ibi immediatè sequenti uidelicet, consilio 64. libro 3. ubi tenet, quòd hoc statutum limitatur per l.hac edictali.C.de secun.nupt.malè consuluit, & contra uerba dicti statuti:ibi nihil de dote, & contrarium in hoc rectè consuluit Dec.in consi.19.

quod dictum est, quòd illa qualitas filiorum apposita in primo
3 capite statuti non sit repetita in secũdo capite. † Alia via [a] etiam
a deducitur: quia statutum de lucro dotis videtur fauorabile atten ta ratione principali statuti, quæ fuit inuitare homines ad matrimonium, quod est fauorabile, l.j.ff. sol.mat. vnde si illa qualitas filiorum esset repetita in secundo capite, restringeretur dispositio statuti, quæ est fauorabilis, & deberet ampliari: ergo illa qualitas repetita non videtur: vt probatur in c.cum dilecti. secundum intellectum Inno.de dona. & per illũ tex. hoc modo arguit Alexan.in consi.48. Visis.in versi. præterea quando sumus. lib.1.& in cõs.213. Visis.lib.2. Et hoc etiam alio medio comprobari potest: quia in primo capite statuti quando maritus tantum partem dimidiam dotis lucratur, ab illo lucro excluditur extantibus filijs. Et hoc a contrario sensu ibi colligitur, dum lucrum confertur marito, si vxor decesserit sine filijs: ergo a contrario sensu extantibus filijs maritus lucrum illud dimidiæ dotis non consequitur: modo sic, illud, quod a contrario sensu colligitur, non dicitur expressum, sed subauditum: vt no. per glo.pen.in l.2.C.de condi.
4 insert.& Bal.ibi in versi.item no. † hic gl.expressam, quòd argumentum a contrario est intellectus subauditus. vnde succedit: ꝙ licet illud, quod est expressum in vno c.statuti videatur repetitũ in alio, vt per gl.in §.item lapilli.in verbo, inuentoris, institut. de rerum diuisione.l.quemadmodum §.fi.ff.ad l. Aquiliam. vbi glo. no. Bar.in l.4.§.eritque hæc differentia.ff. vi bonorum raptorum. tamen illud, quod non est expressum, sed subauditum in uno. ca. non uidetur in alio repetitum: ut uoluit Bald. per glo. ibi in l. 1.in prin.in verbo, si quis, in lectura antiqua, quem Alex. ibi refert, & sequitur.ff.quod quisque iuris. & facit, quod not. Bart.in l.fin.in prin.de leg. 2. Et ideo illud, quod dictum est in 1. cap. a contrario sensu de filijs: quia dicitur subauditus intellectus (ut dixi) non uidetur repetitum in 2. ca. quod simpliciter loquitur, & omnia suprà dicta confirmari videntur, quia maritus in tali lucro dotis dr
b habere causam onerosam, [b] quia propter onera matrimonij a statuto receditur, ut no.per gl.in l.si donaturus.§.fi.in uerbo, duntaxat.& Bal.ibi in 2.notabili.& idem Bal.in authen.præterea.versic. restat videre.C.vnde vir & vxor.in l.cum milite. C.de donationibus ante nuptias, in versic. inter donationes, & in l.hac edictali.in prin.C.de secundis nuptijs.& probatur in l.1.§.si vero.ubi Ange. C.de imponenda lucratiua descriptione.lib.10. & tradit Alexan. in consi.162. Visis his.in uersic.item respondeo. Et ex hoc inferri videtur, quòd de tali lucro idem iudicari debet, quod iudicatur, quando agitur de damno euitando. & ita Alexan. concludit in l. iuris ignorantia. C. qui admitti. & ideo interpretatio superius facta suadetur, vt damnum mariti euitetur, & stante conclusione suprà facta: allegata suprà in contrarium nihil faciunt: quia in casu nostro quando Vxor moritur post quinquennium, statutum loquitur simpliciter, & de filijs nihil dicit, & hic non cadit illa disputatio, an appellatione filiorum veniant nepotes, quia illa qualitas filiorum expressa in 1.capit. non uidetur repetita in secundo per suprà dicta. Sed ad maiorem declarationem dato, quòd in 2.cap. esset repetitum de filijs, casus maiorem dubitationem haberet per allegata suprà in contrarium. Et ulterius videtur in terminis decisio Roman. de quo domini consultores nullam faciunt mentionem in consil. 129. Licet magna apud me. vbi pluribus rationibus in lucro dotis a quo maritus excludatur extantibus filijs secundum formam statuti, pariter concludit, quòd maritus exclu-
5 datur existente nepote ex filia. † Et præsertim mouetur, quia eadem ratio videtur in tali nepote, quæ est in filia, quo casu fit extensio, quia saltem ex lata significatione, appellatione filiorum ueniunt nepotes, ut ipse ibi latius dicit ad istam decisionem Roma. & ad ea quæ suprà allegaui in contrarium responsio aperta videtur, quia haberent locum, quando fuisset facta mentio de filijs simpliciter. & ita loquuntur adducta in contrarium, secus est in statuto, de quo agitur, in quo non dicitur de filijs simpliciter, sed de filijs amborum. Ista enim verba, ut supra dictũ est, non
c conueniunt nepotibus, [c] per ea quæ tradit Barto.in consi. 133.suprà allegato. Et hoc in casu isto comprobatur: quia loquitur de filiis amborum. Si uerbum filiis.extenderetur ad nepotes, illi nõ essent filij duorum, sed quatuor personarum: ergo patet, quòd illa uerba non possunt adaptari in nepotibus. & cum uerba statuti non conueniunt, non habet locum dispositio.l.4.§.toties. ff.de dam.infec.l.hos accusare. § omnibus. ff.de accusa. c.indemnitatibus.§.pen.de elect.in 6.& quando qualitas requisita in filio, non habet locum in nepotibus: tunc appellatione filiorum non veniunt nepotes: ut Barto. dicit per illum text. in l. fina. C. de natural.lib. Et etiam si statutum loqueretur simpliciter de filijs. deci.
d Roma.non procederet sine dubio, [d] quia in casu isto materia uidetur fauorabilis in fauorem mariti, & restrictio statuti esset odiosa: tamen in hoc non insisto, quia in casu nostro res procedit sine dubio: quia loquitur statutum de filijs amborum, & cum qualitas statuti non concurrat, non habet locum statutum: ut not.Barto.in l.1.§ ait prætor. ff.ne quid in flumine publico. facit quod not.Ioan.And.in c.1.de homicid.in 6.cum simili. Et ex omnibus suprà dictis concludo in fauorem mariti.

ADDITIONES.

a ¶ Via.) Sed distorta & sophistica.
b ¶ Onerosam.) Supra consi.67.
c ¶ Nepotibus.) Imo maxime conueniunt, ex quo, sunt ex filia amborum, per no.Bal.in l.1.C.de condi.inser.
d ¶ Dubio.) Imo, indubia & verissima.

EPITOME Consi. CCCLIIII.

Testes ita esse debent in testatoris conspectu, ut eum uideant: siue interdiu, seu de nocte fiat dispositio per testamentum, uel codicillos.

SVMMARIVM.

1 *Testes in testamento necesse est, quòd uideant testatorem.*
2 *Claritas in qua decerni potuisset, uidetur reputari pro die.*
3 *Testes etiam in codicillis debent esse in conspectu testatoris.*
4 *Nox intelligitur, quando sunt tenebræ.*



IN casu proposito illa cõclusio de plano procedit, quòd nõ valet testamentum, nisi testes sint in con
a spectu [a] testatoris.l.si non speciali.C.de testam.ibi, in conspectu testatoris, & in lege, si vnus.C.eo.tit.ibi, coram testato-
1 re † Et dicit Bald. in d.l.si non speciali.ꝙ necesse est in testamẽto, ꝙ testes videãt testatorem: vnde infert, ꝙ testes qui nõ possunt videre propter obscuritatem noctis, nõ probant: & ideo licet testamentum de nocte fieri possit.l. ad testamentum §.posse.ff.de testam tũ intelligitur, quod ibi sint luminaria: quia testes debent cognoscere, & hoc non bene fit in obscuro. vt dicit Bart. in l. non minorem. C.de transactio. cum similibus suprà allegat. Sed in casu isto difficultatem facit: quia in codicillis non videtur talis solennitas necessaria, vt concludit Matthæsil.in no.125. Nota, ꝙ licet regulariter, & c.eo ꝙ in codicillis non requiritur, ꝙ testes rogati sint, & hoc dictum Alexander sequitur in d. l. si non speciali.& cum verisimiliter in testamento, de quo agitur, sit apposita clausula codicillaris, quæ communiter apponi solet, testamentum de quo quæritur virtute codicillorum deberet sustineri. Secundo, etiam in testamẽto dubitationem facit: quia dicitur, ꝙ testamentum conditum fuit hora prima noctis, vel circa: & sic videtur, quòd modico tempore ante primam horam noctis conditum fuerit, secundum naturam huius dictionis circa: vt not. in capitu. fina.de despon. impub.& non constat, quod illo tẽ-
2 pore esset obscuritas, ita ꝙ testes non viderent testatorem. † Et si erat tanta claritas, ꝙ discerni potuisset, tale tempus uidetur iudicari pro die, ut probatur in cap.& si perfodiens, de homic.& not. Bal.in l.vnica.C.de emenda.Iusti.C.in prin. ubi inquit, ꝙ non dicitur nox, nisi vbi est obscuritas. & ista obscuritas consideratur in casu isto ad effectum cognoscendi testatorem, de quo agitur, & etiam in dubio deberet iudicari pro die, ut testamentum sustineatur: vt not.Barto.in l.aut facta.§.tempus.ff.de pœn. Ad ista in quibus domini consultores sicco pede transeunt, fuisset respondendum. Ideo supplendo ad prædicta responderi potest, & primo ad dictum Matthæsil. uidetur dicendum, quod non sit uerum: quia regulariter, quod dicitur de testamento, habet locum in codicil-
3 lis.l.2.ff de leg.1.in l.diuus.§.penul.ff.de iure codicill. † Et quia ratio, quæ allegatur, quod testes debeant esse in conspectu testatoris, etiam militat in codicillis: nam illa uerba in conspectu testatoris, & coram testatore de quibus suprà dictum est, etiam in eo qui facit codicillos verificari uidentur. l. omne verbum, in princip. C. communia de lega. & quia scripta in codicillis videntur scripta in testamento l. 2.§. codicillorum. ff. de iuro codicillo. Et adhoc in proposito nostro videtur text. in lege hac consultissima. in versi. quæ in eundem modum. C.qui testam. face. pos. vbi text. in princi. loquitur de septem testibus, qui in testamento regulariter requiruntur, & postea in uersicul. præallegato dicitur, quod

ADDITIO.

a ¶ Conspectu.) Alexand.consil.99.libr.3.vbi dixi.idem Alexan.consil.190. numer. 10.lib.7. Franc.Rip.l.1.in princip. de uerbo.obligatio. Dec supra consi.163.

quòd ea, quæ suprà dicta sunt, in eundem modum in codicillis debent obseruari: ergo videtur, ꝙ qualitas testium requisita in testamento, habeat locum in codicillis. Et hoc contrarium expresse reperitur in l. fina. C. de codicill. ergo sicut in testamento debent esse in conspectu testatoris, d. l. si non speciali, ita videtur esse in codicillis. Et in ista opinione videntur etiam doctores communiter, & generaliter loqui: & ideo singularis opinio Matthæsil. attendi non debet, & maxime, quia rationibus suprà dictis oppressa videtur. Secundo principaliter non obstat, quod non constat, quod tempore testamenti circa primam horam noctis essent tenebræ: quia imo constare videtur, nisi aliud probetur. Si enim hora prima noctis, uel circa. testamentum factum fuit, ergo de nocte factum fuit: & si fuit factum de nocte, ergo cum obscuritate, ut dicit Bal. in loco suprà allegato.
4 † Et dicit Ange. in l. j. C. de Custo. reo. quod nox intelligitur, quando sunt tenebræ, ita quod homo de facili non cognoscitur. allega. textum in dicto capitulo, & si perfodiens. de homic. Et quia in prima hora noctis non est dies, ergo est nox. lege hæc uerba, lege ille aut ille, de verbo. significatione. & not. Bar. in lege aut facta. §. tempus. de pœnis. Et dato, ꝙ nox precise deberet considerari respectu obscuritatis, videtur fundata intentio nostra, vt in prima hora noctis esset obscuritas per supradicta. Et hoc consonat, quia testamenta fiunt in camera, & non in plateis, vnde licet in plateis non fuisset obscuritas; in camera tamen videtur, ꝙ in tali hora esset obscuritas: quia erat nox, ut testes deponunt: nam nox prout distinguitur a die, idem est, quod tenebræ, seu spatium tenebrarum, vt Bald. dicit in lege more, in principio. ff. de feriis. & idem Bal. in lege secunda, circa finem, quibus res iudicata non nocet. dicit, quod aliud est, quod delictum committatur de die, aliud si cõmittatur de nocte: aliud si inter diem, & noctem: ergo videtur, quod factum de nocte nõ sit factum inter diem, & noctem, sed de nocte in tenebris, & ad hoc facit textus in capitulo consuluit, de officio delegati. ubi hora congrua dicitur ante noctis tenebras.

EPITOME Consi. CCCLV.

Testator. C. & eius marito ita legat, quod ipsi possint stare, & habitare in domo sua ad libitum. Certe hoc legatum non importat ius habitationis, neque seruitutem vsus, sed tantum per hoc videtur concessa facultas habitandi, quæ in facto cosistens est personalis.

SVMMARIVM.

1 *Legata facultate habitandi, an intelligatur legata seruitus.*
2 *Habitatio, & habitare qualiter inter se differant.*
3 *Habitatio consideratur tribus modis.*
4 *Legata facultate habitandi, an hæredes excludantur.*
5 *Mandatum de prouidendo in ecclesia, differt à mandato prouidendi de ecclesia.*
6 *Verba quæ de sui natura important liberam uoluntatem, restringuntur, ubi agitur de præiudicio tertij.*


Dispositum fuit à testatore in codicillis, ꝙ Camilla eius filia, vna cum Ioanne eius marito, & eius filijs possint stare, & habitare in dicta sua domo, in qua ad præsens habitat, & eius hæredes non possint eam, & dictum Ioan eius virum, & eius filios expellere: sed in ea possint stare, & habitare ad sui, & eorum libitum. quibus verbis stantibus quæritur, an dicta Camilla cum eius marito possit totam habitationem dictæ domus sibi vendicare, & hæredes excludere, vt in dicta domo habitare & morari nõ possint. Et pro vera & clara resolutione videndum est, primò, an verba prædicti legati videantur legatum habitationis importare. Secũdo, an legatum vsus dictæ domus ex verbis prædictis inducatur. Tertio, posito, ꝙ neque habitatio, neque vsus relictus fuerit, sed quædam facultas habitandi quæ in facto consistit, quid importet
1 legatum huius facultatis. † Circa primum, ꝙ sit legata seruitus habitationis, facit tex. in l. damnas esto. in prin. de vsufru. leg. vbi dr̃, ꝙ testator grauauit heredem, ꝙ sineret Titium habitare in illa domo, ex natura tituli vf. ꝙ seruitus esset legata per illa verba. & si diceremus, quod verba prædicta importarent habitationem, quę est species seruitutis. §. sed si cui habitatio. instit. de vsu & habitatio. legatarius habitationis habet plenum ius habitandi, & partẽ, quæ superest, locare potest. l. cæterum. § 1. ff. de vsu & habitatio. & idem esset in vsufructu legato. § 1. institut. de vsu & habita. l. vsufructu legato. ff. de vsufru. Sed breuiter non laborando vbi non expedit, concludendum est indubitanter, quòd ex verbis suprà relatis quæ habentur in codicillis, nullo modo relicta sit seruitus habitationis, nec vsusfructus: quia ista in iure consistunt. §. 1. insti. de rebus corp. & incorpora. Sed duntaxat per illa verba possint stare, & habitare in dicta sua domo, videtur concessa quædã facultas habitandi quæ in facto consistit, vt est text. in l. Aquilius Regulus. ff. de dona. vbi quis donauit, & permisit alicui, ut possit habitare in illo cœnaculo. & Bar. ibi post Iaco. de Aret. concludit in versi. quæro per ista uerba, ꝙ non videtur concessum ius, & sic non erit vsuarius, nec vsufructuarius. & ille, cui fuit facta concessio solum habebit quandam facultatem habitandi, quæ est facti, & nõ iuris. & Alberi. idem dicit ibi. in prin. dum inquit: quod habitare ibi factum notat, non autem ius habitationis significat: quasi dicat ius, id est, seruitutem habitationis non concedo, sed solum commodum habitandi. & idem sequitur Ang. in d. l. Aquilius. post Iac. de Are. quem refert, & latius ibi hoc idẽ tradit Pau. de Cast. dicens, quòd text. ibi non dicit, dono tibi habitationem,
2 sed permitto tibi habitare. † Et ista differunt inter se: quia habitatio est seruitus personalis, sed habitare est facti: vnde qui habet habitationem naturaliter possidet, sicut vsufructuarius. l. naturaliter. ff. de acquiren. possessio. Ille autem, qui habet facultatem habitandi, non possidet etiam naturaliter, sed detinet sicut inquilinus. & ille qui habet habitationem, potest alteri locare. l. cum antiquitas. C. de vsufruct. Ille autem qui habet facultatem habitandi, non potest illam alteri uendere, nec locare: quia est concessio personalis non de aliquo iure, sed de actu explicando per ipsum, non per alium: iuxta nota. in l. pater filiæ, de seruitu. legat. facit text. in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. de legat. 1. Et cum prædictis concordat Bald. in consil. 206. Decretum magnifici. libr.
3 3. † Vbi magistraliter dicit, quod habitatio consideratur tribus modis. Primò, pro iure seruitutis, ut in titu. de usu & habit. Secundo pro quadam facultate habitandi: ut in d. l. Aquilius. Tertio, pro ipso actu corporali, id est, pro ipso habitante. l. 1. § habitante. de his qui deie. vel effu. Et ita ex prædictis manifeste concludẽdum est, quod in casu isto nullo modo seruitus legata sit: sed dũtaxat facultas habitandi quæ in facto consistit: & de tali facultate intelligitur text. in d. l. damnas esto. de vsufruct. lega. quia dum ibi testator grauauit hæredem, vt sineret Titium habitare: non autem uidetur legata ibi aliqua seruitus per suprà dicta. Nõ obst. ꝙ illa lex situata sit sub rub. de vsufructu legat. quia rubrica est cõmunis, quando legatus sit, uel non sit usufructus. sicut rub. de verborum oblig. continet leges, in quibus non ualet stipulatio. & rubrica de testam. complectitur leges, in quibus valet, uel non ualet testamentum. cum similibus. Venio ad secundum, an per verba supra dicta vsus dictæ domus relictus videatur. Et prima facie text. in d. l. Aquilius Regulus. uidetur probare, quod sic: quia ibi in principio loquitur de facultate habitandi, ut suprà dictum est. Et in fine ibi dicitur, ꝙ vsum cęnaculi accepit, ergo videtur, quod facultas habitandi æquipollet legato usus habitandi. & si hoc esset, clarum est, quod hæres excluderetur a dicta domo: quia ille,
a cui usus domus relictus sit æqui paratur [a] legato habitationis. l. si habitatio, in princ. ff. de usu & habitatio. unde cum in legato habitationis hæres excludatur ut supra dictum est, idem esset in legato vsus domus. Legatarius enim usus domus totam domum ad libitum eius habere debet, dato, quod una pars domus sibi sufficeret: vt est tex. no. in l. diuus. ff. de usu & habit. & in l. si habitatio, in fi. ff. de usu & habit. ubi usuarius prohibet, ne dominus utatur re, in qua legatarius habet usum. Sed his nullo modo obstantibus contrarium proculdubio de iure arbitror per suprà dicta. ex quibus euidenter patet, quod in casu isto non fuit legatus vsus domus: quia talis usus est seruitus, & in iure consistit. §. 1. institu. de re. corporal. in §. item is qui. institu. de usu & habit. Sed, ut suprà dictum est, illa uerba, quod possint stare, & habitare. non important seruitutem, sed facultatem quandam, quæ in facto consistit per suprà dicta, quæ gratia breuitatis non repeto. Non obstat tex tus in d. l. Aquilius Regulus. in fi. quia non potest dici ibi, ꝙ facultas habitandi æquipolleat legato usus, quia hoc est contra Bar. & omnes qui faciunt differentiam inter facultatem habitandi quæ facti est, & seruitutem usus, quæ in iure consistit: ideo quod ibi in fine de usu dicitur, non accipitur usus pro seruitute: quia hoc esset ꝯ intellectum Bart. & aliorum communiter: sed accipitur ibi
b usus pro commoditate, [b] prout in facto consistit. & hoc modo etiam accipitur. in l. si quis binos. ubi gl. fi. in uerbo, usus. ff. de usufruct. & in l. si alij. ubi glo. in uerbo, usum. eod. titu. de usufruct. & uidemus etiam in commodatario, qui etiam dicitur habere usum.

ADDITIONES.

a ¶ Aequiparatur.] Scilicet quantum ad exclusionem domini, ut mox subdit Dec. & bene: non autem quoad alia, quia habens usum domus, licet possit totam occupare excluso domino, non tamen posset locare, prout potest habens habitationem. §. pe. insti. de usu & ha.

b ¶ Commoditate.) Imo pro usu corporali inchoato.

vsum.l.fin.l.eum qui.in princip.ff.commo.& sic in d.l. Aquilius. est usus largo modo pro commoditate, & non pro seruitute vsus. Et ita ex prædictis indubitanter dicendum, & concludendũ est, quod uerba supra dicta, non important seruitutem vsus, nec habitationis, ut supra dictum est. Accedo nunc ad tertium dubium: in quo tota vis consistere uidetur.
4 † Retenta conclusione, quod uerba supra dicta importent solum facultatem habitandi, quæ in facto consistit, de quo non est dubitandum, quæritur, an talis facultas qualiscunque sit, late interpretari debeat, ita ꝙ hæredes excludantur, ut in tali domo morari non possint. Et prima facie uidetur dicendum, quod legatarius habeat facultatem habitandi per totam domum excludendo hæredẽ: quia illa concessio uidetur generalis, & indefinita, quæ æquipollet uniuersali. l. si pluribus, de leg. 2. facit tex. in l. 1 § generaliter, de legat. præstan. Secundo, ad hoc faciũt verba legati, in quibus dicitur, quod possint stare, & morari ad eorum libitum. Verbum enim libuerit importat liberam uoluntatem. l. si fideicommissaria libertas. ff. de fideicom. liber. not. Bar. in l. alio. de ali. & ciba. legat. cum similib. ut tradit Alex. in l. si sic. de leg. 1. & ideo videtur, quod legatarii habitare possint domum secundum liberam eorum voluntatem. Tertio, facit tex. in l. si cui. ff. de seruit. tit. generali, vbi dicitur quòd si cui vsus fundi simpliciter concedatur, potest ille, cui facta fuit concessio vti qualibet parte fundi: ergo pariter videtur, ꝙ in casu nostro isti habere debeãt vsum, hoc est commoditatẽ habitandi in qualibet parte domus. Quartò, hoc idem comprobari potest: quia licet ista facultas habitandi non sit seruitus habitationis nec vsus, tñ negari non potest, quin isti videantur habere vsum pro commoditate habitandi: & ideo non vr, quòd ab hærede impediri possint: quia quo ad istam facultatem habitandi, quæ in facto consistit, videtur eadem ratio, quæ est in seruitute habitationis, vel usus, in quibus non potest hæres seruitutem impedire. d. l. diuus. l. si habitatio. §. fi. ff. de vsu & habi. & in l. fundi. §. fi. in fi. ff. eo. tit. cum simili. Sed prædictis non obstantibus vlterius cogitanti contrarium de iure esse arbitror: quia intentio testatoris non uidetur fuisse, ꝙ hæres deberet priuari habitatione dictæ domus, sed cogitauit, quod omnes in tali domo habitarẽt & istam fuisse intentionem testatoris, his rationibus mihi suadetur nam in dubio non est recedendum à proprietate uerborum, ut probatur in legatis, in l. non aliter, in prin de leg. 3. Modò sic, testator dicit, quòd possint stare, & habitare in dicta sua domo. Ista verba, in dicta sua domo: de vi verborum, & proprietate sermonis non possunt, neque debent adaptari, ad totam domũ, sed designant, quod in aliqua parte domus debeant stare, & habitare
5 non autem ꝙ totam domum occupare possint. † Ex eo, quod in simili dicitur, quod aliud est si mandatur prouideri in ecclesia, aliud si mandatur prouideri de ecclesia. Primo casu, quando dicit in ecclesia, nõ potest prouideri de tota ipsa ecclesia: quia illa verba in ecclesia, non trahuntur ad totam ecclesiam: sed intelligunt de aliquo particulari beneficio in ecclesia, ut not. in c. fi. de præben. ubi Abb. in prin. & per gl. 2. in c. pen. de offi. leg. in 6. in clem. 1. in verbo, incerta. de præb. & ibi Imo & not. Car. in clemen. 2. §. illi vero. in 9. q. de æta. & qua. & Domi. in clemen. 1. in uersic. dicebat. in prin in 3. no. de conces. præben. in 6. Si enim testator dixisset, quod possent habitare domũ, fuisset maior dubitatio, sed quia dixit, quod stare, & habitare possint in domo, illa verba, in domo, non uidentur, ut dixi ad totam domum adaptari. Et ista conclusio confirmatur ex communi regula, quæ dicit, quod in legatis debet fieri stricta interpretatio, & in dubio, quod minus est legatum uidetur. l. minimus. de leg. 3. in l. apud Iulianũ. § scio. de legat. 1. l. si ita scriptum. in fi. eo. titul. in l. qui concubinam. §. cum ita. de leg. 3. Accedit etiam alia regula, quia in dubio testator uidetur minus grauare hæredem, quam fieri possit. l. unum ex familia §. si rem. de leg. 2. & facit tex. in l. si quis binas ædes. ff. de usufru. ubi legatum ususfructus seu habitationis domus non impedit, quominus hæres altius tollere possit, dato etiam, quod domus legatæ habitationis obscuretur. Et pariter in casu isto uidetur dicendum, quod facultas habitandi data Camillæ, marito, & filiis, intelligatur cum minori præiudicio hæredis, ita, quod ipse ab habitatione dictæ domus non excludatur, quia ista uĩ fuisse intentio testatoris per supra dicta. Et præsertim ex eo, quod dixit, in dicta sua domo, quæ quidem uerba ad totam domum non referuntur, ut supra deductum fuit. Et ex his responsio colligitur ad omnia allegata supra in contrarium. Et respondendo etiam formaliter, primo, non obstat, quod ista concessio uidetur generalis, & indefinita, quę generaliter intelligi debet, quia respondetur, quod non est generalis, neque indefinita respectu totius propter illa uerba, in dicta sua domo, quæ totam domũ non respiciunt, ut supra dixi. Secũdò potest respondeŗ, quòd concessio illa uidetur generalis quò ad facultatem habitandi, intelligitur tamen, quod hæres non excludatur per supra dicta. Secũdò non obstant illa uerba ad eorum libitum, quia respõdetur, quod illa uerba non sunt dicta absolutè, sed eo respectu, quod expelli non possint, & videntur referri ad longitudinem temporis, vide licet, ad eorum vitam: ut dicitur in l. damnas esto in princ. de vsufruc. leg.
6 † Secundò potest responderi, ꝙ uerba, quæ de sui natura liberam important voluntatem, restringuntur, ubi agitur de præiudicio tertii: ut no. Bal. in l si quis maior. in princ. C. de transac. & in l. si cum ea. in fi. C. de do. promis. & in l. 1. ff. de testa. mili. Bal. in l. dotalem, cod. titu. cum simi. & ideo in casu nostro uerba debent temperari, ne hæredi graue preiudicium inferatur: & maxime, quia talia verba limitata sunt in dicta domo: ut supra dictum est. Tertiò non obst. tex. in d. l. si cui, quia loquitur ille text. in concessione facta simpliciter, in casu nostro fuit limitata in dicta domo: ut dictum est. Præterea ille text. potius facit in contrarium: quia concessio restringitur, ne præiudicium hæredi inferatur, ut ibi dicitur: & no. Bal. ibi, quod illud, quod potest fieri cum damno alterius, dẽt fieri absque damno illius. Quarto & vltimò, non obstat, quòd illa facultas habitandi, licet in facto consistat, videtur adæquari seruituti vsus uel habitationis: quia negatur talis æquiparatio per Bar. & doc. in d. l. Aquilius Regulus. ubi manifestam faciunt differentiam inter legatum habitationis, uel vsus, & facultatem simplicem habitandi. Et hoc maximè dicendũ est in isto casu propter prædicta verba, in dicta sua domo, quæ respiciunt totam domum. Secus est in legato habitationis, uel vsus, prout loquuntur iura allegata in contrarium. Et ita remotis contrariis remanet confirmata conclusio superius firmata in fauorem hæredis, ꝙ ipse nullo modo ab habitatione dictæ domus excludaẽ. & pro ista conclusione est in terminis decisio Ioan. de Plat. in d. § in fi. inst. de usu & habitatione. & quia ista videtur fuisse uoluntas testatoris, ut isti habitarent eo modo, quo uiuente testatore habitabant. argu. l. Sempronio. §. codicillis. de vsufruc. legat.

EPITOME Consi. CCCLVI.

Stante statuto, quòd post 60. dies instantia sit finita, & quod Sententia omnimodè mãdari debeat executioni, an post dictum tempus instantia sit perempta.

SVMMARIVM.

1 *Causa in dubio pronuntiari debet non esse deserta.*
2 *Appellatio in dubio admitti debet.*
3 *Verbum omnimodè non excludit qualitatem requisitam a statuto.*
4 *Statutum vt locum habeat, qualitas statuti probari debet.*



IN causa Do. Mariæ Balduinæ circa pereptionem instantiæ quę in ciuitate Tridentina agitatur, visis his quæ accuratè ab excellentissimis doctoribus scripta sunt, res adeò discussa uidet, ut solùm superfit eligere, quænam opinio de iure uerior uideatur. & diligenter omnibus consideratis & circunspectis, amplector partem negatiuam, & concludo, quod saltem irreuocabiliter instantia perempta non sit: & quod super meritis causæ debeat iudicari.
1 † Nam negari non potest, ex his, quæ in vtraque partem afferuntur: quin casus sit dubitabilis, & in dubio debet pronuntiari causam non esse desertam: ut dicit in terminis Paul. de Cast. in l. j. ff. si quis cau. per illum tex ubi in dubio debet fieri, quod sit minus præiudiciale. & facit tex. in l quoties nihil. ff. de reg. iur. & ista ratione iudex in dubio debet appellationem admittere: ut no. per glo. in c. ut debitus. in verbo, ex rationabili causa. de appel. & not. Bal. in l. de statu. ff. de testa. & in l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudic. ubi dicit, quod in dubio deferendũ est appellationi: quia præsumitur pro appellante quò ad initiũ iudicii, ut appellatio introducatur. & idem Bald. in capi. pastoralis. §. præterea. de offi. deleg. Cardi. in clemen. 1. in 2. q. de dolo & contuma. & tradit Roman in consilio. 501. Vt declarationem
2 accipiat. † Sic etiam ista ratione appellatio in dubio admittitur. ut not. per gloss. in l. qui restituere. ff. de rei vendica. in gloss. fin. in fin & ibi Angel. & ex his fundata uidetur intentio. domi. Mariæ, ut in dubio prout casus iste uidetur, non debeat iudicari, ꝙ appellatio deserta sit. Et discurrendo breuiter rationes quibus motus fuit dominus iudex ad iudicandum instantiam appellationis seu reductionis peremptam esse, apparebit sufficienter responsum fuisse, ita quòd saltem tergiuersari non poterit rem esse in dubio, & fundamentum supra factum habebit locum. Primo ergo non obstat statutum, in quo sit potissimum fundamentum, dum in eo præcisè disponitur, quod post 60. dies vtiles instantia finita sit: & quod omnimodè debeat sententia
3 Executioni mandari, ut latius in statuto continetur: † quia respondetur, quod licet verbum illud omnimodè uideatur habere præcisam naturam, iuxta gloss. in cle. 1. in verbo, omnimodam. de foro compe. facit tex. in l. omnimodo. C. de inoff. testa. & in

& in §.1.insti.qui.mod.ius pa.po.sol.in §.fin.insti.de tute. in l.qui autem.§ si quid cum pupillo.ubi glo.in verbo,omnimodo.de his quæ in frau.cred.in l.ubi autem.§.fi.de ver.obl.in l.tenetur,§.sed si vas.ff.de act.em.tamen non excluditur qualitas requisita ab ipso statuto,ut no.Bar.in l.diuus,per illum tex.ff.de test.mil.ubi inquit,ꝙ licèt contra instrumẽtum nulla exceptio admittatur,opponi tamen potest,quod non sit instrumentum,de quo statutũ loquitur. & idem Bar. in l.1.§. & parui. ff. quod vi aut clam.cum si.ut tradit Alex in consi.33.Viso themate li.1.& in consi.3.In causa & lite.li.2.† Et ad hoc ut statutum habeat locum qualitas statuti debet probari, vt no.Bar.in l.1.§ ait prætor. ff.ne quid in flu.pu. facit quod not.Io.And.in c.1.de homi.in 6.& ideo in casu nostro opponi potest,ꝙ decursi non sint 60.dies utiles de quibus statutũ loquitur. similiter opponi potest ꝙ non potuit in effectu habere audientiam ad iudicem ad quem: quia statutum expresse restringit se in casu,in quo appellans possit habere audientiam cum effectu ad iudicẽ ad quẽ:& ideo talis exceptio q̃ ab eodem statuto ꝓcedit,exclusa non videtur:vt no.Bar.in d.l.1.§. & parui:ubi concludit,ꝙ admittitur exceptio, quæ proueniat etiam ex capite alterius statuti à fortiori in eodẽ statuto hoc dicẽdũ est.& nõ. Ab. de But.& Imo.in c.ex parte.el 2.de offi.deleg. Fulg.in consil.107. Super eo.col.fi.Roma.in consi.244.Pro euidentia.& in cõsi.472. In eo quod quæritur.facit quod no.Bar.in l.eum qui.§.qui ita.de verb.ob.& prædictæ qualitates in quibus videtur statutum fundari,debent ab aduersa parte probari,quæ fundatur in statuto,ut dictum est:& cum in rei ueritate iudex ordinarius fuerint absens, domina Maria impedita fuit facto iudicis,ideo illi tempus non currit.c.ex insinuatione.de appe.auth.sed lis. & in authen.item si appellatione.C.de tempo.appel.uel saltem quando quis sit impeditus facto iudicis inferioris,à principe datur aliud tempus ad ꝓsequendum appe.l.fi.§.illud.versic.nisi.C.de tempo.app.& in §.1.in Auth.de his qui ingre.ad appe.& tradunt doct.in c.ex ratione.de app.Nec ob.quòd iudex absens alium in eius locum subrogauit,coram quo domina Maria causam appellationis prosequi potuisset:quia cum in causa ista iudex qui se absentauit, esset delegatus inferioris à principe,non potuit talem causam subdelegare.l.à iudice.C.de iud.& hoc ex causa absentiæ fieri non potest, ut not.Bar.in l.legatus.in fi.de offi.procon.& leg. Alio etiam fundamento principali dicitur instantiam non esse peremptam,quia domina Maria impedita fuit prosequi appellationẽ propter subterfugia, & cauillationes aduersæ partis, ut deductum est: ideo tempus 60 dierum taxatum à statuto non currit, ut notat Bart. post Dy.in l.si cum ipse.ff.de excusa.tu.vbi inqt ꝙ si ex forma statuti cã debet in tres menses terminari,si aduersarius petit dilationem, & super hoc incidenter sit litigatum, tempus limitatum à statuto non currit.& idem Bal.per illum text.in l.intra utile.in 4. no.ff.de minorib.Oldra.in consi.273.Item damus.in fi.cum similibus,ut dixi in c.ex ratione,in ver.quartus casus.de appella.Non obstat, ꝙ statutum nõ videtur recipere istam interpretationem: quia multum præcisè & uniuersaliter loquitur:quia respõdetur, quòd verba generalia,& vniuersalia, ac prægnantia restringũtur, ne quis indebite damnum patiatur,ut no uoluit gloss.& Bar.ibi, in fi.in l.fi.§.in computatione.C.de iure deli. & communiter alij sequuntur.& hoc procedit etiam dato, quòd statutum nihil operetur,ut Pau.de Cast.in fin.concludit.cum sim.ubi tradit Alex.& in simili casu tradit Pet.de Ancha.in consil.271. In primo dubio quæritur.Alex.in consi.5.In causa & lite.lib.2.in consi.142.Viso processu.lib.5.& in no.in casu.Ang.scribit in consil.116.Lata est sententia.in fin.ubi dicit,quòd illa verba in omnibus, & per omnia,restringuntur secundum ius commune,ne quis indebite damnum patiatur.& hoc modo etiam arguit Alexand.in consi.5.Cõsideratis omnibus.lib.6.& facit quod no.Ant.de But.in consi.80. Ad quæsita.in consi.2.Viso puncto.ubi ponit regulam,quod statuta recipiunt omnes limitationes,& declarationes, quæ dantur à iure communi in materia de qua agitur.per l.2.C.de noxa.in l.1.§.lex Falcidia.ff.ad legem Falcidiam.& in casu isto esset magna iniquitas,si ista domina quæ fuit impedita facto aduersarij pateretur iacturam,ꝙ iure suo esset priuata.Similiter non obstat,quod dicitur de illa dictione omnimode, quia vltra superius dicta respondetur, ꝙ recipit tamen congruam interpretationem à iure communi: ut not.Bald.in l.fin.C.de contrahen.emp in princip. declarando illum tex.in verb.omnimodo & idem Bald.in capit. & sic Christus de iureiuran.in 2.col.in tex.ibi,necessitas.ubi dicit, quòd Apostolus omnino prohibuit discipulum eius,ne vino uteretur, & tamen illa præcisa prohibitio propter necessitatem ibi relaxatur.& not.Barto. in l.si stipulatus sum Damam, in princip. de verbo.oblig.Dum inquit, quòd verbum præcisum, recipit tamen limitationem & ibi in statuto dicit Pau.post Ange.quòd statutum licèt præcisè loquatur, recipit declarationem secundum subiectam materiam: ista tamen dicta sunt ex abundanti stantibus his quæ superius dicta sunt. Non obstat suprà dictis,ꝙ etiam stante impedimento requirebatur protestatio, iuxta glo.in capi. cupientes.§.quòd si per 20.in uerb.proposita.de ele.in 6. & Domini:ibi dicit,quod impeditus facere actũ in termino sibi constituto non excusatur,nisi protestetur,& refert ibi ꝙ Io.de Imo.qui in quadam causa appellationis in qua non poterat haberi copia iudicis,appellans, qui permisit labi tempus absque protestatione, pro illa negligentia in protestando succubuit. & sequitur Alexã. in l.properandum.§.sin autem utraque.C.de iud.& in l.de pupillo.§ si quis ipsi prætori de ope.no.nunc. quia respondetur,quòd hoc posset habere locũ in tempore continuo,secus est in tempore utili,de quo agitur,quia nõ videtur protestatio necessaria, ut no.ꝓcludit Car.in consi.128.In quæstione quæ vertit.in 2.dubio. Secundo responderi potest,ꝙ in casu isto de absentia iudicis,ꝑpter quam do.Maria impedita fuit,constat ex actis,quo casu acta faciunt notorium,ut no.Innoc.in cap.ex insinuatione.de appe.& probatur in c.cum olim.ubi Abb de ver.sig Ang.in l.fi.in gl.fi de peti.her.cum si.ut dixi in d.c.ex insinuatione.& tali casu,quando impedimentum notorium est, protestatio non requiritur, ut tenet Pau.de Cast.in consi 288.Visis his quæ superius.uer.nec obst. Tertiò respondetur, ꝙ etiam in facto non notorio protestatio non videtur necessaria:quia sufficit probare de impedimento:ut sentit Bart.in l.2.§.quod diximus.ff.si quis cau.ubi Alexan.h.d.& idem Alex.in l.qui mulier.§.fi.de acq: he. & hoc idẽ tenet Paul. de Cast.in consi. 21.In causa desertionis.uer.nec obstare. & Are.in consi.167.Verum est,ꝙ comicus.& dixi in c fi.de appe. Quartò etiam respondetur, ꝙ statutum expresse in isto casu disponit, ꝙ appellanti impedito facto iudicis non currat tempus, prout erat de iure communi:ut ergo statutum aliquid operetur, debet intelligi etiam absque alia protestatione, ex eo quod in simili no. Angel.in l.ædem.C.loca.ubi inquit,ꝙ si locator expresse promittit non expellere conductorem,ut talis promissio aliquid operetur intelligitur ꝙ etiam prout locator is expelli non possit.& in statuto not. Bal.in consi 55.Proponitur.lib. 1. & de statuto no.Bar.in l.2 ff.de vsuc.in l.4.§.prætor ait.de dam.infe Fed.in consi.109.Quod magis colligitur.Ant.de But.qui Fed.refert.in c. quoniam frequẽter.§.si verò,in ver.de citatione autem.ut lit.nõ conte sequitur Alex.in l.ita stipulatus,in versi.istud tñ dictum Inno.limitat Fed.& in priuilegio no. Abb.in c j de resc. per illũ tex. secũdum intellectum Host.cum si.ut dixi ibi 4 Non ob. ꝙ domi. Maria non fecerit instantiam,ꝙ eã expediretur:quia satis est, ꝙ deducto tempore absentiæ non sunt lapsi 60.dies utiles. & statim ꝙ cœpit disputari de peremptione instantiæ, tps non sanè currit: unde si prius non erat deserta, postea deseri non potuit,ut tradit Pau.de Cast.in consi.21.In causa desertionis.uersi.illud etiam videtur esse statum.Non obstant alia verba statuti præcisa, ꝙ sententia mittatur executioni causa uel occasione iusta; uel iniusta non obstante:quia talia verba intelliguntur,nisi pars sit impedita facto iudicis,prout statutum supra disponit:& talia uerba, quæ respiciunt executionẽ,non ampliant principalem dispositionem statuti:argu.tex.not.in clemen.1. de præben.in fin. Et etiam illa verba iusta uel iniusta, intelliguntur in dubio: secus si constaret, quòd esset iniusta, prout in casu isto tota ista uerba declarat Bar. in l.1.in princi.de oper.nou.nunc.cum simil. vt Mod.ibi tradunt. & ex his breuiter relatis, & alijs quæ plenius ab excellentissimis doctoribus inducuntur,apparet appellationẽ desertam non esse.

EPITOME Consi. CCCLVII.

Alienationis bonorum à testatore facta prohibitio extra familiam inducit fideic. Adeo quod si huiusmodi bona alienarentur etiam à Principe,uel Repu. proximior de familia seu fideic poterit illa à possessore vendicare.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienationis facta fauore familiæ, fideicommissum inducere videtur.*
2 *Rodulphus Imperator concessit libertatem Florentinis pretio septem millium ducatorum.*
3 *Ciuitas ex causa potest dominium rei suæ alicui auferre.*
4 *Princeps potest legitimare spurium in præiudicium agnatorum.*
5 *Princeps potest legitimare spurium in præiudicium agnatorum, & filiorum,quibus delata est hæreditas ex fideicommisso.*
6 *Imperator quando aliquid facit ex causa,causa constare debet.*
7 *Lex bene a Zenone,locum non habet in inferioribus a principe.*
8 *Causa remunerationis quando asseritur subesse, probari debet.*


N casu Magnifici domini Petri de Ardinghelis. Primò videndum est , an iure fideicommissi dictus dominus Petrus domum de qua agitur vendicare possit ? & videtur dicendum quòd sic: quia prohibita in perpetuum fuit alienari : & talis

talis prohibitio videtur facta in fauorem familiæ: ut colligitur ex eo, quod in dicto testamento postea disponitur, quod defunctis omnibus masculis de domo de Ardinghelis deueniat ad cōsules artis cambij. cum ergo domus reseruata fuerit illis de domo, datur intelligi, quod illa prohibitio alienationis facta sit in fauorem masculorum de familia: quia actus reseruationis qui in eodem testamento subijcitur, videtur declarare intentionem testatoris in prohibitione alienationis præcedentis, ut not. Bart. in l. cætera. §. fin. de leg. 1. vbi alle. tex in l. sed. & si Iulianus §. proinde. ff. ad maced. & facit tex. in §. pauonum. insti. de re. diui. Et hoc confirmatur: quia post prohibitionem alienationis statim testator facit reseruarionem dictæ domus illis de familia, antequam perueniat ad artem cambij, ergo consonat, quòd illa prohibitio alienationi fuerit facta in fauorem familiæ; cui illa domus incontinenti reseruatur: quia actus, qui fiunt incontinenti, videntur correspectiui, ut unus propter alium fieri uideatur, ut notat
1 Bal. in l. petens. C. de pact. in repe. Perusina. † Cum ergo prohibi-
a tio [a] alienationis facta sit in fauorem familiæ, videtur, quòd inducatur fideicōmissum, saltem in casu contrauentionis, vt Alexand. concludit in l. qui Romæ. §. cohæredes. de verb. obligatio. ibi, puto concludendum. & ita tenet Bar. per illum tex. in l. pater filium. §. filiam. de leg. 3. ubi per illum tex. dicit fideicōmissum esse cōditionale, si facta fuerit alienatio. & ad hoc est tex. in l. peto. §. fratre. de leg. 2. vbi testator prohibuit, ne domus sua alienaret, vt in familia relinqueretur: dicitur ibi, quod si hæres non paruerit voluntati testatoris, sed domum alienauerit, proximior de familia vocatus videtur ad fideicommissum facit tex. in l. fi. C. de verb. sig. in l. cum ita. §. in fideicommisso de lega. 2. & cum dicta domus alienata fuerit propter debita Petri filii, & hæredis testatoris, ab ipso Petro debitore alienata videtur, quia factum a iudice, videtur factum à parte: ut nota. Bartol. in l. si plus. § mota. ff. de euict. & Bal. in l. si ob causam. C. de euic. facit. text. in l. si prædium. C. de euic. in l. libera. C. de senten. cùm ergo p talem alienationem fideicommissum purificatū sit dicto domino petro vti proximiori de familia, videtur rei vendicatio competere ad dictam domum. quia dicta alienatio resoluitur, vt est casus in l. fin. §. sin autem auaritiæ. C. communia. de leg. Venio ad secūdū principale dubium, in quo videtur difficultas. Nam prima facie videbatur dicendum, quod iste tertius possessor nullo modo possit molestari, & hoc ex duplici capite principaliter videbatur posse suaderi. Primo, quia emptor, qui emit a principe, uel qui ab eo habet donationem, non potest molestari ratione euictionis, vel hypothecariæ actionis: sed contra fiscum datur regressus intra quadriennium, ut est tex. in l. bene a zenone. C. de quadrien. præscrip. Non obst. quod illa lex solum videtur procedere in principe, & non videtur habere locum in ciuitatibus etiam non recognoscentibus superiorem. Angē. in l. j. in repe. C. de fide inst. & iure hastæ fisca. libro 10. versic. sed incidenter potest quæri. refert Socin. in consilio 46. Eleganter & subtiliter. versi. 3. dici potest. in
* 4. lib. quia * *communis* opin. uidetur esse in contrarium: quia ciuitates non recognoscentes superiorem habent iura principis: vt no. Barto. in l. j. C. de bo. vacan. lib. 10. in l. j. §. de qua re. ff. de postula. in l. hostes. de ca. in l. infamem. in fi. ff. de publi. iud. in l. acta. §. de amplianda. ff. de re iudica cum similib. Et ideo cum iste tertius possessor habeat causam ab excelsa Florentinorum republica, videtur tutus: ut inquietari nō possit: quia domini Florentini superiorem non recognoscunt: & in eorum territorio habent iura imperatoris. & de Florentinis no. Bart. in d. l. hostes. Abb. in consi. 91. Quo ad primum, versi. sed his non obstantibus. libr. 1.
2 † Nam Rodulphus imperator concessit libertatē dominis Florentinis pretio septem milium ducatorum. & hoc placuit Honorio Papæ quarto: quia ex hoc libertas ecclesiastica reddebatur securior, ut scribit Platina in uita Honori. refert Feli. in capit. cum non liceat, uersic. 4. considera. de præscrip. meritò itaque excelsa respublica Florentinorum iura imperii, & libertatis sibi vendicare potest. & idem est in aliis, qui superiorem non recognoscunt: ut tradit etiam Rom. in consi. 59. Ad discutiendum ueritatem, in 6. dubio. ubi loquitur in terminis d. l. bene a Zenone. & idem Roma. in consil. 310. In casu propositæ consultationis. ubi in terminis nostræ quæstionis concludit quod ille, cui fuit facta donatio à dominis Florētinis causa remunerationis, sit tutus per dictam. l. bene à Zenone. Secūdo principaliter possessorē tutum reddere videtur donatio dictæ domus facta post eius confiscationem à communitate Florentiæ reuerendissimo quondam Cardinali Ludouico Eugenij quarti Camerario tanquam de republica benemerito, & Hieronymo eius fratri, & Francisco eius nepoti, & eorum filiis & descendentibus in perpetuum per lineam masculinam, tam natis, quam nasciturís, cum hoc, quod dicta domo possint uti, frui, & illam vendere, & de ea disponere libere, non obstante quocunque testamento per quemcunque condito, seu contentis in eo, fide eo deberet fieri particularis, & expressa mentio: quo ad prædicta habeatur, ac si tanquam legitimè decursum, & lapsum esset tempus, recursus nec aliquo tempore, propterea aliquo modo, per aliquem aliquo iure, uel causa recurri, uel audiri possit, uel debeat, nec eidem ius reddi quoquomodo per aliquem, aliquo iure ab aliquo rectore, uel magistratu in ciuitate, & extra, sed quicunque recursus super dicta domo debeat de facto reiici, & repelli sub pœna & cap. his uerbis stantibus, ut in puncto dicitur, considerandum est, quod talis donatio facta à ciuitate ex causa remunerationis,
3 uidetur de iure fieri potuisse. † Potest enim ciuitas ex causa etiam dominium rei suæ alicui auferre, ut not. Bar. in proœmio digestorum, in princ. per l. si priuatus. ff. qui & à qui. idem Bart. in l. quicunque. in fin. C. de fide instrumen. lib. 10 ubi inquit, quod ciuitas propter utilitatem publicam potest res priuatorum auferre. l. Lucius. ff. de euictio. in l. item si verberatum. §. 1. ff. de rei vendi. in l. uenditor. in §. si constat. ff. communia prædio. & no. Bald. in l. rescripta. C. de præci. impe. offer. cum similib. ut tradit Alexā. in consil. 215. Nec arguendi sumus colum. 4. libro secundo & in terminis in donatione facta ex causa remunerationis à ciuitate Florentiæ, scribit Roman. in consi. 310. suprà alleg. & idem in tali remuneratione no. Paul. de Cast. in consil. 107. Donatio prædicta. colum. fin. & Fulgos. in consil. 143. Antonius de crimine læsæ maiestatis. ubi in simili casu consuluit, & ibi concludit, quòd donatio ex causa ibi expressa iustificatur: & maxime ista conclusio uidetur procedere in casu isto ubi non agitur de auferendo dominium, nec ius quæsitum: sed tollitur ius quærendū; & illa spes fideicommissi futuri: unde facilius tolitur ius quærendum, quā ius quæsitum. l. fi. C. de acquir. poss. no. per glo. & doctor. in l. seruus. C. de pac. facit tex. in l. qui autem, in princip. ff. de his quæ in fraud. credit. in l. si sponsus. §. si maritus. el 2. de dona. inter uirū & uxor. in l. prima § confert. de colla. bonor. & in proposito be
4 ne facit glo. in cap. naturales. si de feud. fue. controu. † Quę tenet, ꝙ princeps pōt legitimare spuriū in præiudicium agnatorum: & similiter potest princeps legitimare in pręiudicium agnatorum, & aliorum, quibus delata sit hęreditas ex fideicommisso, ut Alexand. concludit in consilio secundo. Visis codicillis. colum. 12. libro 2. ubi in 6. colum. pro constanti habet, quod princeps possit excludere substitutū, si hoc expresse dicit: prout in casu isto dicitur. Et quia ius fideicommissi à iure ciuili inductum videtur insti. de fideicom. hær. in prin. ubi de iure antiquo fideicommissa non habebant necessitatem: sed à iure ciuili inductum fuit à diuo Augusto, ut rogatus hæreditatem restituere cogeretur: ergo tale ius inductū à iure ciuili facilius tolli potuit quia ēt sine causa illud tolli potest, ut no. Bal. in l. fin. colum. secunda versic. sed immediate opponitur. C. sen. rescin. non poss. Ange. in l. Lucius. ff. de euic. Pau. de Cast. in l. cum hæredes. in princip. de acquiren. poss. & in l. 3. ff de testam. cum sim. quæ no. sunt, unde ex his intētio possessoris efficaciter videtur fundari, ut molestari nō possit.
5 † Prædictis tamen non obstantibus vlterius cogitanti contrariū in casu isto de iure uidetur: quia in ista derogatione fideicommissi agitur de impugnando testamentum, & de destruendo uoluntatem testatoris: quo casu non videtur, quod etiam imperator hoc facere possit: quia rescriptum imperatoris contra testamentum non ualet. l. si testamentum. C. de test. ubi dicitur, quod testamentum authoritate rescripti imperatoris rescindi non debet. facit tex. in l. rescripta. C. de preci. impe. offe. & hoc confirmatur, quia testamentum, quo ad substantiam eius est de iuregentium, licet quo ad solennitates sit de iure ciuili: ut not. Barto. in l. interdum. ff. de condic. indeb. ubi inquit, quod testamentum de se est de iuregentium: quia eo ipso, quod gentes esse cæperunt, de bonis disponebant, & not. Pau. de Castr. l. in testanti. C. de testa. Fulgos. & Modern. in dict. l. si testamentum. & propter hoc dicit ibi, se consuluisse in ciuitate Tridentina. quod imperator non possit testamento derogare, cum sit de iuregentium: & in dict. l. si testamentum, dicit Salice. quod non licet Papæ disposita ad certum vsum ad pias causas in alium usum transmutare, nisi ex necessitate. A fortiori ergo uidetur, quod non possit Papa, nec Imperator absolute tollere dispositionem testatoris: quia in effectu hoc esset tollere iusgentium, cui absque causa derogari non potest; unde absque causa alicui dominium, rei suæ auferri non potest; ut not. Barto. in proœmio digestorum, ubi loquitur in ciuitate, & in 3. colum. concludit, quod sine causa non potest. & alleg. Innocen. in c. quæ in ecclesiarum, de consti. & Bald. in l. rescripta. colum. fin. C. de preci. imper. offer. Abb. post alios. in d. capitul. quæ in ecclesiarum. de constit. colum penul. Angel. in consi. 139. Visis omnibus. colum. secunda Bartol. in l. quicunque. C. de fun. patri. lib. 11. Pet. de Anchar. in consil. 352. Pro

ADDITIO.

a ¶ Prohibitio.) Supra consi. 23. [redacted]

Pro intelligentia.colum.fi. Ale.in consi. 89. Excellentissimi.col. pen.lib. 5.cum simi.quæ no.sunt Et licet ex causa hoc fieri possit, vt dicunt docto in l. præalleg.& Fulg.in consil. 143. Antonius de crimine. Roma. in consi. 310. In casu propositæ consultationis.
6 cum sim.s. in contrarium alleg.† De tali causa constare [a] debet:
a quia cum imperator, nec respublica hoc facere possit sine causa, ergo necessarium videtur, quòd de veritate causæ appareat per ea quæ tradunt glo.& doct. in l.si donatione.C.de collat.& nota. Bart.in l.si fortè.ff. de castren. pec.& dixi in d. c. quæ in ecclesiarum colum. antepen. Nec in isto casu videtur standum esse assertioni Reipublicæ Florentiæ, quæ attestatur donationem dicti pdii fecisse benemerito de Republica; quia cũ ipsa ciuitas nõ possit sine causa hoc facere, ut supra dictum est: nõ est standum assertioni eius, vt glo.& doct. dicunt in d.l.si donatione. & Bar.in d.l. si fortè. Nec obstare videtur clemen. 1.de proba.ubi statur assertioni Papæ in his, quæ pendent ab eius facto, quia non habet locum inter laicos, nec vbi agitur de præiudicio tertii, prout in casu isto uidetur: ita Pau.de Cast.concludit in consil. 156.alias 157. Viso & examinato.col.fi.& idem tradit Pet.de Ancha.in consil. 399. Præmitto.colum. fina. Postremo etiam considerandum est, quod dato, quod in veritate constaret de causa, deberet tamen recompensari ille, cui ius suum tollitur, vnde sibi solui debet pretium rei, quæ aufertur, ut no. Arch.in cap. per principalem.9.qõ. 3.& probatur in l.serui.C. qui.ex cau.seru.pro præ.li.accip.& Bal. ibi in fi.dicit per illum tex.quod princeps, qui priuat aliquem dominio rei suæ ex causa, non debet hoc facere gratis.ad idem tex. in l.uenditor.§ constat.ff.commu.prædio.& ibi Bal.& nota. per glo pen.in l.Barbarius.ff.de offi. præto.Bald.in l.fi.§.Titius.ff.de pig.act. Ange.in consi.139.supra alleg.colum 2.in uersi. nec obstat.§.si constat.cum similib.ut prosequitur Fel.in d.c. quæ in ecclesiarum de consti.colum.11.& ex his uidetur fundata intẽtio Magnifici domini Petri, ut domum, de qua agitur, iure fideicommissi petere possit. Vis tota consistit in respondendo ad allegat.
7 supra in contrarium, & res manifesta de iure apparebit.† Vnde primo non obstat tex.in d.l.bene à Zenone.quia primo potest responderi, quod non habeat locum in inferioribus a principe ẽt non recognoscentibus superiorem, vt voluit Ang.in l.1. in repe. C.de fide instrumen.lib.10.supra alleg.& idem not. Bal. in c.ad apostolicæ, de re iudica.in 6.prout eum refert Marti. Laudensis. in tract.de principibus, in 11. speciali. & Iac. de Sancto Georgio in tracta.de feudis, in uer.bo. Princeps Pedemontium.in 40.speciali.& Socin.in consi.46 lib.4.supra alleg.omnes prædicti uidentur approbare istam opin.& alleg supra in contrarium non loquuntur in isto casu speciali, excepto Roma.in consi.310.cuius autoritas à supra dictis superari videtur.& hoc idem Abb.concludit in consi.3.Nitar in præsenti.in 17.q.lib.2 ubi tenet illam l.non habere locum in Rege Franciæ. Secundò respondetur, quòd illa lex
b non habet locum, quando imperator scienter [b] vendit, uel donat rem alienam, vt not.per gloss.2.in l.secunda.C.de communi. re.alie.& in l.j.in uerbo distrahantur.C. de vend. re.fis.libr.10.& docto.sequuntur in locis supra alleg.& tradit Abb.in consili. supra alleg.in 17.quæstione.ubi comprobat sententiam gloss.in locis præalleg. Quia non potest imperator regulariter aliena largiri, ut not.in l.fin. C.si contra ius vel vtil.public.in c.quæ in ecclesiarum.de constitu.& ita uidetur in casu isto: nam domini priores ciuitatis habebant scientiam testamenti, quòd patet: quia illi expresse derogauerũt ratione dicti fideicommissi. Tertio respõderi potest secundum Bald.in consilio 328. A principio tituli. in versicu.sequitur subsequenter.libro primo.ubi specialiter ad propositum concludit, quod d.l.bene à Zenone.procedit, quando superior vendit, uel donat rem alienam bona fide credens esse suam absolute. Secus quando dat rem alienam, vt alienam.propter causam præcedentis debiti, quo casu si vendit seruata solennitate subhastationis, & dominium transfertur, ut nota.in l. edicto.quæ est lex fin.C.si aduer. fisc. si vero non vendit, sed donat, prout fuit in casu isto tunc non cadit subahstatio: & tunc non transfertur dominium in donatarium, sed ius crediti.& in tali iure crediti considerandum est; quod cum contractum sit ex persona hæredis alienatio facta ex causa necessaria post mortem hæredis resoluitur.l. peto.§.prædium, de legat .secundo.not. in l. filiusfamil.§.diui.de leg. primo. Quarto responderi etiam potest quod dispositio l. bene à Zenone, non habet locum, nisi constet, quod princeps voluerit vti plenitudine potestatis: ut Bald. expresse dicit in proœmio decre.colum.2. in versicul. vnde lex bene à Zenone.& sequitur Feli.in capit.quæ in ecclesiarum. col. 12.de constitu.in versicu.quinto limita.& in casu isto non apparet, quod vsus sit plenitudine potestatis: & in dubio non præsumitur, quod princeps voluerit uti plenitudine põtestatis, ut no. Innocen.in c.innotuit, in princip.de elec. Abb.in capitulo ad hæc de rescript. Alexand.in l. quanquam.in princip.C.de testament. mili. & aliter ẽt rñderi potest.ut Soc.scribit in d.consil.46.& aliis in locis supra alleg. sed gratia [illegible]tatis non refero, & non expe-
8 dit stantibus supra dictis.† Secundo non ob. derogatio, quæ fuit facta testamento, & fideicommisso ex causa remunerationis, vt supra in contrarium dicebatur: quia responsio colligitur ex supra dictis: quia hoc fieri non potuit nisi ex causa, & de tali causa debet constare in veritate: & non statur assertioni dominorum de causa remunerationis.& tex.in clemen. prima de probat.non habet locum in isto casu, ut supra dictum fuit. & decisio doctorum, qui dicunt donationem valuisse ex causa remunerationis, intelligitur, quando de causa in veritate constabat per supra dicta. Et dato, quod constaret de causa, deberet restauratio fieri, vt supra dictum fuit. Non ob. dum dicitur, quod in tali casu tollitur ius quærendum, & non ius quæsitum, quod facilius tollitur, quia ista ratio uidetur procedere respectu fideicommissarii, sed hic alia ratio concurrit: quia offenditur voluntas testatoris, cui non videtur, quod derogari possit, quia esset contra iusgentium, ut supradictum est. Non obst. quod imo etiam fideicommissario derogari possit, ut expresse tradit Alexand. in d. consilio secundo libro secundo supra allegat. in contrarium: quia ibi non agitur præcisè, quod tollatur voluntas testatoris: sed agitur de interpretando voluntatem testatoris: quæ videtur fuisse, q etiã legitimati excludant fideicommissarium: quia legitimati æquiparantur, & non differunt à naturalibus, & legitimis: secus videtur, quando constaret, quod testator præcise noluisset legitimatos excludere fideicommissarium: quia tunc non uidetur, quod imperator possit subuertere exploratam voluntatem testatoris.d. l.si testamentum.C.de test. Nec obst. quod Bal.in d.l. si testamentum.in fin.dicat illam non procedere, si apponatur clausula: quia hoc non videtur verum, cum in tali casu non habeat potestatem imperator nisi ex causa, ut supra dictum est: & no. Fulgos.in d.l.si testamentum.& quia etiam in casu isto clausula non obstante, apposita non reperitur, unde ista dubitatio cessat.& ex his concludendum uidetur, quod prædictum prædium iure fideicommissi a prædicto Magnifico domino Petro uendicari possit.

ADDITIONES.

a ¶ Constare.) Bal.in tract.de pace Constan.post vsus feudorum.

b ¶ Scienter.) Bal. Alex.in addi.d.l.2. Panor.c quamuis.colum.7. de re iudic. Ludo.Roma.sing.737. Ias. Auth.quas actiones, colum.1. in fin.C.de sacr.

EPITOME Consi. CCCLVIII.

Priuilegium concessum omnibus habitantibus, includit vniuersaliter omnes tam ciues, quam forenses. Cæterorum priori statuto non videtur per secundum derogatum, nisi id expressum sit.

SVMMARIVM.

1 *Verba vniuersalia omnia comprehendunt, dato, quod sit maior ratio in vno, quam in alio.*
2 *Collectæ non imponuntur forensibus, sicut illis, qui originem, vel domicilium habent in loco.*
3 *Practica antiqua est seruanda.*
4 *Verba ita interpretari debent, ne videantur contradicere.*
5 *Forensis dicitur in iure quis variis modis secundum subiectam materiam.*


Lacet mihi & iuridicam Esse arbitror conclusionem supra firmatam a præclarissimo Iureconsulto domino Mariano Socino uti fratre maiore honorando. & pro vera resolutione videndum est de duobus. Primo an intentio communitatis fundata sit. Secundò, an intentioni communitatis hactenus fundatæ sit derogatum ex his, quæ deducta sunt. Circa primum ex pluribus supra accurate ponderatis intentio communitatis fundata videtur & præsertim ex eo, quod supra dictum est: ponderando illa verba, quibus dicitur, ita quidem, *che tutti li habitanti in vna medesima villa siano egualmente trattati*.& ibi in eadem sententia dicitur, reliquos omnes quicunque sunt habitantes in dictis villis. & ibi, siue sint inde oriundi, siue extranei. Ex prædictis enim verbis vniuersalibus videtur fundata intentio communitatis Petrasanctæ.
1 † Quia sub illis uerbis vniuersalibus omnes includuntur, etiam dato, quòd maior ratio sit in vno, quam in alio: ut nota. Barto. in lege generale.§.vxori.ff.de vsufr.legat.ubi inquit, quod licet in generali legato res vænales non comprehenduntur.d.§.vxori. tamen si testator fecit legatum de omnibus rebus, etiam res venales includuntur, propter illam dictionem uniuersalem de omnibus rebus.allegat. leg. Iulianus. de legat. secundo.facit text.in in l.a procuratore.C.manda.& in capitu.secundo.de obserua.ieiu.& in simili casu tradit Rom.In consil.43.Ex supra narrato themate.in tertio dubio.ubi concludit, quod stante statuto, q mortua uxore in matrimonio vir lucretur dotem in omni casu, etiã statutum

2 statutum habebit locum existẽtibus liberis [a] ex primo matrimonio, & non habebit locum text. in l. hac edictali. & quod ibi no. C. de secund. nup. propter illa verba vniuersalia in omni casu. pariter in casu isto concludendum videtur, quòd in dictis verbis vniuersalibus omnes habitantes comprehendantur cuiuscunq; qualitatis sint. Et hoc confirmatur per illa verba, siue sint inde oriundi, siue extranei. ex quibus patet, quod idem iudicatur de oriundis inde, & de extraneis: quia omnes isti considerantur respectu habitationis, quæ æqualiter inter eos habetur: & quando secundum subiectam materiam habitatio consideratur, aliæ qualitates non attenduntur, ut in simili nota. Barto. in l. prouinciales. ff. de verborum signific. vbi inquit, quod repræsaliæ cõcessæ contra Pisanos, vel Florentinos intelliguntur de illis, qui habitabant in loco, & alibi habitantes non comprehendũtur. idem no. Bar. in tracta repræsaliarũ, in septima quæst. principali, in 2. quæst. in versicu. ad secundum, & sequitur Imo. in rub. ff. solu. matri. &
* Alexan. ibi dicit istam esse * *communem* opi. cùm ergo in casu isto dicatur vniuersaliter, de quibuscunque habitantibus, in dictis villis, siue sint inde oriundi, siue extranei, apparet, quod sola habitatio consideratur, quæ tam in extraneis ibi habitãtibus, quàm inde oriundis verificatur: & ideo æqualiter omnes ratione habi-
2 tationis grauari possunt, siue oriundi, siue forenses sint. † Et hoc confirmatur ratione: quia forensibus collectæ non imponuntur sicut illis, qui originem, vel domiciliũ hẽnt in hoc l. rescripto. §. fi. ff. de muner. & honorib. vbi Bart. l. cùm neque C. de incol. lib. 10 vbi Barto. Alex. in consi. 101. Visis instrumentis. lib. j. in consi. 220. Et viso. in prin. lib. 2. In casu tamen isto forensibus collectæ imponuntur ratione habitationis, propter quam non videtur, ꝙ propriè dicantur forenses, qui habitationem habent in loco, qa forensis dicitur, qui non est de corpore loci, vel ciuitatis, ut not. Bart. in tracta. repræsa. in 4. quæst. 5. quæstionis principalis. Alex. in consil. 34. Visis & ponderatis. libro 5. vnde si ratione habitationis forensibus collectę imponuntur, à fortiori habentibus originem, & domicilium in loco imponi debent. & ista cõclusio corroboratur à consuetudine hactenus iandiu obseruata, ut narratur, valet enim consuetudo, ut onera etiam personalia forensibus imponantur, ut not Barto. per illum text. in l. 1. C. de auro coro. lib. 10. & à tali consuetudine non est recedendum. l. minime. & l. si de interpretatione. ff. de leg. in c. cùm dilectus, de consue. vera enim interpretatio à practica sumitur, ut nota. Bald. in c. 1.
3 in prin. de feu. sine cul. non amit. † & ab antiqua practica non est recedendum, ut not. Bal. per illum tex. in l. illud. ff. de excu. tut. & facit tex. in l. si publicanus. § fi. de publi. vbi dicitur, quod in vectigalibus omnibus consuetudo spectari solet. & in l. licitatio. §. earum. ff. eod. tit. l. fin. C. vectiga. noua institui. & in l. si prius. §. placuit. de aqua plu. arcen. quæ iura ad hoc alleg. Ang. in consilio 9. Pro euidentia quæsiti. in prin. & concludit, ꝙ in gabellis, & oneribus publicis attendatur consuetudo: & maximè quia in casu isto dicitur, quod sit consuetudo tanti temporis, cuius initij memoria non est in contrarium, quo casu talis consuetudo habet vim priuilegij. l. hoc iure. § ductus aquę. ff. de aqua quo. & æsti. in c. super quibusdam. § præterea. de uerb. sign. cum sim. vt dixi in cõsiliis suprà alleg. ex quibus omnibus videtur fundata intentio communitatis, ut solito more exigere possit ab omnibus habitãtibus in dictis locis. Secũdò videndum est, an iuri quęsito dictę communitati per supra dicta derogatum sit ex reformationibus, quæ proponuntur. Et in hoc breuiter concludendum est. quod non per suprà dicta: & hoc confirmatur ex communi regula, quæ habet, quod priori conuentioni, vel statuto nunquam videtur derogari, nisi expressum sit: ita in posteriori conuentione arguit Bar. in consi. 72. Ex facto. col. 5. alleg. l. 4. §. ex cõuentione. ff. de re iudi. & l. fi. C. de noua. & in l. vel statuto. not. Bal. in l. pe. per illum tex. C. per quas perso. no. acqui. & tex. cum glo. in §. fi. in verbo, nisi. in Auth. de non alie. & facit tex. in l. sancimus. C. de test. in l. præcipimus. C. de appel. & propter hoc, verba generalia nouæ legis per iura antiqua distinguuntur. l. non est nouum. ff. de legi. & in l. sed & posteriores. & quod ibi Bar. eod. tit. no. per gl. in l. sciẽdum. ff. qui satis. cogan. in auth. offeratur. C. de lit. contesta. cum sim. vnde considerandum est, ꝙ licet in capitulis dominorum Florentinorum dicatur, ꝙ forenses, & habitantes soluant communi Petrasanctæ taxam hactenus consuetam, vt patet in c. 30. 1484. & in additione facta 1513. dicatur, ꝙ taxa forensium de qua in d. c. fit mentio, non possit excedere tres libras: istæ reformationes referuntur ad taxam antiquam, & consuetam, & nihil noui inducitur circa personas, quæ soluere tenẽtur, ut colligitur ibi taxam hactenus consuetam: & ibi secundũ vsum, & cõsuetudinem huiusmodi taxam soluere deberet. Hoc præmisso, pondero, ꝙ in d. c. 19. dicitur copulatiuè. ꝙ forenses, & habitantes, non ergo de forensibus loquitur simpliciter, sed de forensibus habitantibus. & eodem modo intelligitur additio facta ad dictum capitulum, dum dr̃, taxa forensium, s. habitantium, quia refert se ad dictum capitulum, vt colligitur ibi taxa forensium, de qua in d. c. fit mentio. & relatum dr̃ esse in referente. l. asse toto. ff. de hære. insti. l. ait prætor. §. si iudex. de re iudi. l. si ita. de condi. & dem. cùm ergo istæ reseruationes in effectu loquantur de forensibus habitantibus, & referantur ad taxam consuetam, quæ loquitur de omnib. habitantib. vt s. in 1. dub. dictũ fuit, infertur, ꝙ omnibus habitantibus in dictis locis taxa imponi possit, siue ibi oriundi sint, siue extranei, quia habitatio tãtùm
4 ponderatur, ut s. dixi in primo dubio. † Et ista interpretatio suadetur: quia verba ita debent interpretari, ne videantur ꝯdicere. arg. c. inter dilectos. §. cæterùm, de fi. instr. & in contractibus no. Bart. in l. fi. §. item quæsiit. de condi. inde. & in positionibus not. Bal. in l. cum falsa. in fi. C. de iur. & fac. ign. cũ simi. ut tradit Alex. in l. 1. in princ. ff. ne quis eum. & idem in statutis Abb. scribit in c. gratum. in princi. in c. super quæstionum, in princi. de offi. dele. & in verbis sententiæ not. Bar. in consi. 111. Quæritur, in ver. super secundo. & generaliter in qualibet materia hoc procedit, vt per distinctionem ꝯtrarietas remoueatur, ut Alex. concludit in consi. 141. Viso testo. lib. 2. & ideo consonat, ꝙ uerba, quæ habẽtur in nouis capitulis dominorum Florentinorum intelligant, & suppleantur, secũdum ea quæ in capitulis antiquis dicta sunt. Hoc idem comprobatur: quia forenses habitantes de quibus dicitur in capitulis reipublicæ Florentinæ, ut s. dictum fuit, non sunt propriè forenses: quia ille qui habitat in loco, non dicitur propriè forensis: quia dr̃ esse de populo, ut probatur in Auth. de quæst. in prin. colla. 6. & no. dominus Ioannes Baptista de S. Seuerino in l. 1. C. de sum. Trin. idem Alex. in l. in prouinciali. §. si publico. de oper. no. nuncia. & dixi s. ꝙ forensis dicitur, qui non est de corpore ciuitatis, vel loci, secundum Bar. in tract. repræsa. in 4. quæst. quintæ quæstionis prin. Alex. in d. consi. 34. lib. 5. & ideo in casu isto verificatur, quod dicit Corneus. in consi. 194. Licèt videatur lib. 4. ubi inquit, quod etiam habentes domicilium in loco dicuntur forenses: & ita appellantur propter eorum originem. & ibi dicit, quod forensis varijs modis dicitur in iure pro-
5 pter subiectam materiam. † Et ita pariter in casu isto videtur cõcludendum, quòd habentes originem, & domicilium in loco, tamen dicuntur forenses in loco propter eorum, & suorum originem; & quia sub ista consideratione semper soluerũt; & ab hac solita solutione facta ab illis tanquam forensibus noluerunt domini Florentini recedere, nec aliquid innouare circa personas soluentium, quia referunt se ad taxam hactenus consuetam, ut suprà dictum est. & cùm suprà omnes habitantes in dictis villis æqualiter grauati fuerint siue inde oriundi, siue extranei essent, vt suprà dictum est: ita etiam in futurum debet obseruari per supradicta.

ADDITIO.

a ¶ Liberis.) sed falsum est, vt dixi supra consi. 19. & in tract meo. de donationib. inofficiosis.

EPITOME Consi. CCCLIX.

Statutum disponens patrem teneri pro contractu filii negotiantis, strictè debet intelligi, vnde non comprehendit cõtractus extra territorium statutorum factos.

SVMMARIVM.

1 *Statutum obligans vnum pro alio, est odiosum.*
2 *Statutum obligans patrem pro filio qui negotiatur, intelligitur pro contractibus factis in territorio statuentis.*

IN causa Domini Marci Dipares: optarem ꝙ pro eo esset iustitia, ut satisfacerẽ illi, & amicis, à quibus efficaciter fui requisitus. Verum subsisto, quia scriptum est, amicus Plato, amicus Socrates: Sed magis amica veritas. Vidi ea quæ à præclarissimis doct. accuratè scripta sunt in eius fauorem, in quibus tamen animus non acquiescit: nã non satisfacit, ꝙ ab illis pro maximo fundamento est præsuppositum, ꝙ statutũ, de cuius interpretatione agitur sit fauorabile, & per ꝯñs debeat latè interpretari quia non vr̃ verum. & non eundo per mendicata suffragia, hoc in terminis huius statuti Florentini decidit Ang. in consi. 71. incip. Quæritur & quæstio per statuta. col. 1. vbi dicit, ꝙ tale statutum quia odiosum, & pœnale debet restringi, & coarctari. & idẽ not Pet. de Anch. in cons. 90. Pro specifica. in prin. & in consi. 221. in j. dubio quæritur de duob. & ista conclusio vr̃ indubitanter in casu nostro procedere, in quo agitur de præiudicio filiorũ; quia absq; eorum culpa à statuto rigoroso pro eorum patribus astringuntur licèt enim statutũ valeat, vt no. Bald. in l. dotis. C. de iu. do. & tradit Alex. in consi. 42. Super præmisso themate. col. 6. li. 1. nega-
1 ri non potest, quin odiosum si tale statutum, † quia ꝙ vnus pro alio à statuto obliget, est odiosum. ut no. Io. And. in addi. Spe. in tit

tit.qui filii sint leg.in rub.in versi.quæstionem de statuto, vbi loquitur in statuto,quod pater teneatur pro filio.& in casu nostro statutum est contra ius diuinum:quia dicitur,quod filius nō portabit iniquitatem patris. & videtur contra naturalem æquitatē. c.j.in princ.de iniu.in 6.& contra ius ciuile,ut in tit.C. ne fil.pro patre.ex quibus nullo modo negari potest,quin statutū sit odiosum: & ita etiam nouissimè in tali statuto concludit do. Bartho.
2 Soci.in l.Modestinus.ff.de excep.†& ibi propter hoc infert, ꝙ tale statutum,quod obligat patrem pro filio qui negotiatur,intelligitur pro contractibus factis in territorio statuentis, & pro cō
a tractibus factis,extra [a] territorium non obligatur pater.& dicit ita consuluisse Maria.eius genitorem, & Aret. & ex hoc inferri videtur in casu nostro, quòd filij obligati à statuto non tenētur pro contractibus, & obligationibus à patre factis extra territorium Florentinum.& in simili notat Bald.in l.1.in 3. quæst. C.ne fil.pro pa.& in terminis dicit Bart.in tract. represaliarum. in 1.q. principali.in ver.ad quartum.in fi.dicit, quod statutum Florentiæ si simpliciter loquitur de filiis rumpentium, vel foro cedentium,ut eius verbis vtar,non habet locum in rumpentibus extra ciuitatem Florentiæ.& idem in terminis tradit Imo.in consi. 80. In casu præmisso. Et vlterius in tali statuto considerandum est: quia probationes extraordinariæ, quę in tali casu contra principales admittuntur,non videntur in præiudicium filiorum habere locum,ex eo,quod not.Bar. in l.j ff. quando ex facto tutto.& in l.ne quid.C.de incen.rui.nau.cum simil.

ADDITIO.

a ¶ Extra.]Idem Philip.Dec.l.vlt.de iur.om.iu.& placet, vt statutum accipiatur quam strictius potest,quia odiosum,quamuis idem Dec. dubitet, & contrarium sentiat in c.2.lect.2.no.3.extra de constitu.& male. Tamen si statutum diceret, quod teneatur ex contractibus vbique factis, valeret vbique.Tum quia solum agit in personam subiectā,ergo effectus extenditur vbique.Tum quia in actibus priuatorum non curatur territorium.

EPITOME Consi. CCCLIX.

Communitas Ianuæ non habet superioritatem, & iurisdictionē in homines Sauonæ, nisi in quibusdam casibus comprehensis in conuentionibus inter eos factis,& conclusis. Extra illos casus Sauona remanet libera a iurisdictione senatus Ianuensis.

SVMMARIVM.

1 *Stante statuto quod à sententijs consulum non possit appellari, non excluditur nullitas causata ex defectu iurisdictionis.*
2 *Dispositio facta de sententia,intelligitur de valida.*
3 *Sententia competentiæ facit ius.*
4 *Seruitus non præsumitur.*
5 *Verbum libere,excludit impedimentum,& requisitionem alterius.*
6 *Verba enuntiatiua in contractibus etiam inter partes non probāt, nisi quatenus sint necessaria.*
7 *Ciuitas Ianuæ non habet omnimodam iurisdictionem in ciuitatem Sauonæ.*
8 *Castrum subiectum certis pactis, & conditionibus, in alijs remanet liberum.*
9 *Vectigalia noua imponi non debent.*

PErscrutatis omnibus quæ occurrunt in causa vertente inter excelsas communitates
a Ianuæ [a] agentis,& Sauonæ se defendentis, non fuisset opus vlterius insistere:quia res satis clara videtur in fauorem communitatis Sauonæ,ex his,quæ clarissimi aduocati deduxerunt,& à celebratissimis consultoribus comprobata sunt; tamen, ut petenti satisfaciam,ad maiorem declarationem veritatis instabo:& reassumendo breuiter pro vera resolutione videndum est principaliter de tribus.Primo de appellatione interposita à sententia Senatus Ianuæ,qui in cā ista se competentem pronunciauit.Secūdò,de ipsa competentia.Tertiò, de meritis causæ. Circa primū non vr̄ dubitandum de appellatione,quę in casu isto admitti debet,ex eo,qđ specialiter Ang.tradit in consi.195 Domina Gui-
1 lelmina.in fin.† vbi concludit,ꝙ licet à sententiis consulum non possit appellari ex forma statuti,intelligitur statutum,nisi nullitas causet ex defectu iurisdictionis.iuxta glo in cle.1.de sequest. pos.& fru alias dicit ipse,omnes causas mundi ad se trahere possent, quod esset iniquum, quia per hanc viam obliquam absorpta esset iurisdictio aliorum iudicum, & fm illam decisionē Angel.alias consului,vt patet in consil.49.& s. abaliis relatum fuit: & idem in simili casu Abb.tradit in c.si diligenti.de for.compet. & vlterius in casu nostro ista conclusio comprobatur considerādo verba conuentionis in sexto cap.in fi. quibus dicitur quod Senatus Ianuæ sit magistratus, & quod ab eorum sententiis non liceat appellare.nam ista prohibitio appellandi à sententiis senatus debet strictè interpretari, vt not.Bart.in l 2.C.quo.app & in consi.165.In quæstione qua quæritur.& tradit Ang.in consi.112. Iacobellus & Lucas.& ideo cum loquatur de sententiis intelligi-
2 tur de validis in quibus Senatus haberet iurisdictionem.† Secus ergo videt in casu nostro,in quo sententia non valet ex defectu iurisdictionis:quia dispositio facta de sententia, de valida intelligitur.l.4.§.condemnatum.ff.de re iudi. & quod ibi Bart. circa fi. in l.non putauit.§.non quæuis.ff.de ꝯtrab.& ibi Barto.& qđ not. idem Bar.in l.diuus per illum tex.ff.de testa.mil.cum simi.vt tradit Alex.in consi.33.Viso themate.lib.1.& in d.l.4.§.condemnatum. de re iudi.& hoc idē comprobatur ex verbis conuentionis dicti sexti capituli in fine.iuncto capitu.sexto quod reperitur in conuentionibus factis Anno 1332. in quo dicitur quod pro his pro quibus Sauonenses possunt in Ianua conueniri pro gabellis, & aliis non possint conueniri nisi coram principali rectore Ianuæ uel eius uicario:& hoc dictum de principali rectore declaratur in alio sexto capitul. supra allegato:quod principalis rector sit Dux uel gubernator Ianuæ cum magnificis ancianis,ita quod Senatus Ianuæ sit magistratus.& certe Senatus videtur esse magistratus solum in casibus in quibus Sauonenses possunt Ianuæ conueniri,prout loquitur capitulum suprà dictum,ad quod videtur facta relatio, & relatum videtur esse in referente.l. ait prætor.§. si iudex,de re iudica.l.asse toto.ff.de hæredi.institu.& pariter idē dicendum est de appellatione, quæ prohibetur ut prohibita sit in casibus in quibus Sauonenses possunt Ianuæ conueniri: quia appellatio prohibetur à magistratu, & sic in casibus in quib. magistratus iudicare potest,eo casu appellatio prohibetur: & quia sub eadē determinatione dicitur quod sit magistratus, & non possit appellari,ergo æqualiter intelligatur quòd fieri debeat de terminatio.l.quamuis.C de impube.l.iam hoc iure.de vulgar.& pup. vnde sicut magistratus restringitur in casibus in quibus Sauonenses possunt Ianuæ conueniri,ut supra dixi:ita in appellatione prohibita dicendum videtur. & ista interpretatio suadetur: quia iura quæ prohibent appellationem sunt odiosa, & strictè debent intelligi,ut supra dixi.Cum ergo casus de quo agitur,nō sit inter illos pro quibus Sauonenses possunt Ianuæ conueniri, appellatio nullo modo prohibita videtur. Nec aliquid facit sententia senatus, qui se competentem pronunciauit in gabellis & in solutione rippæ: quia ab vtraque sententia fuit appellatum
3 †Nam licet sententia in qua iudex pronunciat se competentem faciat ius,ut not.Bar.in l.2.ff.si quis in ius voc.cum simi.hoc posset habere locum si nō fuisset appellatum: sed cum appellatio ab vtraque pronunciatione interposita fuerit,effectus sententiæ ꝑ appellationem extinguitur uel suspenditur.l.1.in fi.ff. ad turpi.c. venientes.de iureiuran.& no.Bal in l.causa cognita.C. de transa. cum sim.ut tradit ibi Alex.& tradit Abb.in rubr.de app in 2.qō. cum sim.ut dixi ibi. & non uidetur dubitandum quòd a sententia qua iudex pronunciat se esse competentem,potest appellari, vt not per glos.pen.in authen habita.in fi.C.ne filius pro pa.no. in c.significantibus.de offi.deleg.& tradit Peru. in c. si duobus. in 2.quæst.de app.& idem tenet in l.2.versi.2.quæro.ff.de appel.re
4 cip.& ex his breuiter primum dubium absolutum sit. †Venio ad secundum de competentia:& in hoc breuiter, primo de iure cōmuni videtur fundata intentio communitatis Sauonæ: quia si esset subiecta ciuitati Ianuæ,esset quædam seruitus quæ non præsumitur:quia quælibet res libera præsumitur.l.altius.vbi glo.C. de serui.l.loci corpus.§.competit.ff.si ser.vend.& not.Bal.in c.1. in prin.de contro. inuesti.Et ista ratione res in dubio præsumit. libera.& allodialis,& nō feudalis,ut no. Ant.de But.& Imo.post Hostien.in c.nimis.de iureiu.& tradit Alex.in consi. 129. Ponderatis his.in princip.lib.1.&in consi.15.Visis narratis. in prin. lib. 5.& hoc idem confirmatur quia de consuetudine quælibet ciuitas habet iurisdictionem & merum imperium,vt no. per gl.in §. nulla.in verbo,iurisdictionem.circa fi.de defen.ciui.& talis consuetudo cum notoria sit & uniuersalis,satis est quod allegetur,& in tali consuetudine iudex supplet:vt not.Bal.in l.si fugitiui.C de ser.fugit.in l.iubemus.C. de iudi. in l.filiusfamilias.§. veterani.ff. de procu. & ad idem facit quia iurisdictio & merum imperium est apud rectores prouinciarum. l. illicitas.§. qui vniuersas.ff.de offic.præsid.& idem videtur dicendum hodie de qualibet ciuitate:quia quælibet ciuitas hodie est loco prouinciæ, secundum gloss.in l.final.C.de præscrip.longi tempo.quam Bartol.& Do-
* ctor.* *communiter* sequuntur. Secundò intentio communitatis Sauonæ videtur fundata in capitulis conuentionis, & præsertim in capitulo nono in quo expresse dicitur: Item quòd homines Sauonæ non teneantur facere rationem in Ianua, nisi contractus ibi factus esset, uel nisi in contractu dictum esset,quod in Ianua

ADDITIO.

a Ianuæ.)Idem in hac eadem causa consuluit Caro.Rui.consi.1.lib.4.

Ianua rationem facere tenentur: & quidam alij casus excipiuntur. Ex ista. n. regula negatiua videtur fundata intentio communitatis Sauonæ, vt non teneatur respondere Ianuæ vt ibi ius reddatur. & ista regula confirmatur ex casibus ibi exceptis, in quibus casus noster non reperitur: quia exceptio facta à regula in alijs casibus, videtur in alijs casibus non exceptuatis regulam confirmare. §. vt autem. vbi gl. in auth de non alie & in l. quæsitum. §. denique. ff. de fun. instru. vbi Bar. cum si. vt dixi in l. 1. ff. de reg. iur. & hoc idem cõprobatur ex alio c. 6. in quo dicitur quod commune Ianuæ permittet cõmuni Sauonæ liberè & quiete iurisdictionem Sauonæ, & ex ea vti salua præsenti conuentione, & his quæ continentur in ea. ex isto modo loquendi videtur quod iurisdictio competeret communitati Sauonæ, & commune Ianuæ videtur promittere ꝙ non molestabit, sed permittet liberè
5 & quiete. † verbum libere, excludit impedimentum, & requisitionem alterius, vt not. Anto. de But. in cap. 1. de offi. ordina. in tertio not. facit text. in cap. statuimus. de regula. vbi Abb. cum simi. vt dixi in cap. reprehensibilis. in secundo not. de appelat. & idem videtur de verbo quiete. facit text. in cap. sacrorum. de præscrip. c. ex literis. de probatio. & in c. duo pueri. de despon. impube. & cum generaliter dicatur de iurisdictione, videtur includi quælibet species iurisdictionis, vt not. Bald. & dominus Abb. in cap. licet causam. de prob. cum sim. vt dixi. & ad hoc facit: quia cõcessio iurisdictionis fauorabilis est & ideo ampliari debet, & generaliter intelligi: vt not. Bald. per illum text. in l. 3. in fi. ff. de offi. præsid. Tertiò, ista conclusio etiam confirmatur ex cap. 4. sententiæ latæ per ducales commissarios, in quo declaratur, ꝙ homines Sauonæ teneantur facere rationem in Ianua pro cõtractibus ibi celebratis, & in alijs casibus expressis in 9 cap. conuentionis: vnde cum ibi hoc concedatur in quibusdam casibus specialiter expressis, extra illos casus non videtur ꝙ Ianuæ possint conueniri. arg. l. cum prætor. ff. de iud. & ita intentio communitatis Sauonę ex prædictis efficaciter fundata videtur. Solùm superest respondere ad quædam, quæ in cõtrarium adducuntur. & primo obijcitur: quia in c. 6. secundæ conuentionis dicitur consentire, & cõcedunt, quod his pro quibus Sauonenses possunt in Ianua conueniri pro gabellis vel alijs, non possint conueniri, nisi corã principali rectore ciuitatis &c. videtur ergo præsupponere istud capitulum, ꝙ pro gabellis absolutè Sauonenses possint Ianuę conueniri. Sed respondetur, & considerandum est, ꝙ illud capitulũ videtur factum in fauorem Sauonensium, ad restringendum facultatem conueniendi Sauonenses Ianuæ, vt non possint conueniri, nisi coram principali rectore: & ideo verba dicti capituli nõ debent ampliare talem facultatem conueniendi Sauonenses Ianuæ: quia inducta ad vnum finem, non debent operari contrarium l. legata inutiliter. de leg. 1. l. quod fauore. C. de legi. vnde illa verba pro gabellis, non disponunt, sed intelliguntur, casu quo esset per alia capitula dispositum & ita sonant illa verba, his pro quibus possunt Ianuæ conueniri pro gabellis, vel alijs, quia ista verba videntur habere relationem ad præterita: ideo debent declarari, & restringi in gabellis, & alijs, pro quibus ante illud capitulum potuissent Ianuæ conueniri: & sic de gabellis salis, de qui. expresse, & specialiter conuentum fuit, vt patet in 6. c. primæ cõuentionis, & in alijs casibus exceptuatis in 9. c. suprà alleg. & si modo prædicto dicta verba generalia non possent verificari, nihil operarentur, vt in simili not. Oldr. in consi. 164. Viso priuilegio. & Bart. in l. si sic. §. 1. in fin. de leg. 1. vbi dicit de Comite, qui concessit quicquid iuris haberet tali loco: nam concessio nihil operatur, nisi appareat de iure concedentis, per illum tex. & not. Bal. per illum tex. in l. quod si in venditione. ff. de hære. vel actio. vendi. Angel. in l. locus. de acquiren. posses. cum simili. vt tradit Alexan. in consi. 187. In hac causa. lib. 2. & loquuntur docto. in
6 dictis locis, quando sunt verba dispositiua: † à fortiori hoc videtur dicendum in casu isto, in quo sunt verba enunciatiua, quæ in contractibus etiam inter partes non probant, nisi quatenus sint necessaria ad actum in quo proferuntur. l. optimam. C. de contrahen. & commit. stip. & ideo in casu nostro si reuocetur in dubium de gabellis nihil probant, vt not. Ant. de But. in c. illud. de præsum. & Matthæsi. in no. 79 No. ꝙ quotiescunque. Bal. in l. ad probationem. C. loca. in fi. Alex. in cons. 136. Viso & examinato. lib. 1. & in consi. 202 Super causa & lite lib. 2. & ita euidenter patet quod verba supra dicta nullo modo obstare videntur. Secundò obijcitur, ꝙ syndici ciuitatis Sauonæ promiserunt tradere, & reponere ciuitatem Sauonæ in forciam domini Ducis consilij communis, & populi Ianuæ, regendam & gubernandam secundum formam iurium, & pactorum vigentium inter dicta communia & non aliter. Sed respondetur ꝙ dato quod syndici hoc facere potuissent & fecissent: talis commissio fuit limitata secũdum formam pactorum: ista enim dictio secundum, habet limitare, & restringere talem concessionem ad pacta quæ reperiuntur. l. 1. C. de contrat. l. si testamentum. C. de instit. & substit. in l. si pars. ff. de inoffi. test. in l. cum quis decedens. §. qui testa. de leg. 3. cum simili. vnde licet illa verba regendam & gubernandam, importarent iurisdictionem, vt per Archi. 9. q. 3. capit. per singulas. & not Domin. in consil. 81. Quia per spectabilem. iurisdictio est limitata secundum pacta. & talis restrictio videtur præcisa propter verbum illud, & non aliter: vt not. Bald. per glo. ibi in l. si quidam. C. de exceptio. Præterea etiam si dicta concessio limitata non fuisset, tamen non esset derogatum speciali cap. secundum quod supra dictum est in 9. ca. quod homines Sauonæ non tenentur facere rationem in Ianua: quia etiam in contractibus species derogat generi. l. doli clausula, de verbo. obliga. no. Dyn. in regula generi, de regu. iur. in 6. & quia per secundam conuentionem nunquam priori derogatum videtur, nisi expressum sit, ita arguit Barto in consil. 82. Ex facto. alleg. in argumen. l. precibus, in fin. C. de appel. In casu tamen nostro res magis clara videtur: quia expressè concessio fuit limitata, habita relatione ad cõuentionem præcedentem: & ideo in verbis prædictis nullum fundamentum fieri potest contra communitatem Sauonæ. Tertio pro communitate Ianuæ adducitur, quod habetur in 2. cap. sententiæ commissariorum, in quo dicitur generaliter, quod commune Ianuæ habeat, & habere debeat superioritatem, & iurisdictionem in commune, & homines Sauonæ quo ad contenta in conuentionibus. Sed ista verba parum faciunt: quia superioritas & iurisdictio fuit limitata quò ad contenta in conuentionibus: illa enim dictio quò ad contenta, videtur in isto casu limitare dispositionem respectu cõtentorum in conuentionibus: facit tex. in l. pen. in princip. ff. de excus. tuto. & tradit Barto. in l. 1. de condit. & demon. & in conuentionibus, casus de quo quæritur non reperitur: & hoc quod dictum est, declaratur in dicta sententia commissariorum, in 3. & 4. cap. vbi exprimuntur plures casus speciales, in quibus Sauonenses possunt Ianuæ conueniri, & ibi expresse dicitur in 4. ca. quòd in illis casibus, & non in alijs possunt Ianuæ conueniri: & sic ibi confirmatur regula negatiua, de qua
7 habetur in 9. ca. vt supra dictum est. † Et ita patet ex suprà dictis, ꝙ communitas Ianuæ non habet superioritatem, & iurisdictionem in homines & commune Sauonæ, nisi in quibusdam casib. expressis: ergo extra dictos casus communitas Sauonæ libera remanet: ita in communitate Ianuæ concludit Pet. de Anch. in simili casu cum castro sancti Romuli, in consilio 130. 3. Ista sententia. vbi inquit quòd differentia est inter illos, qui sunt de territorio ciuitatis Ianuæ, & illos, qui speciali pacto recognoscunt ciuitatem Ianuæ in superiorem, & dominam quo ad quædam capitula tantum, vt est castrum de sancto Romulo, in quo commune Ianuæ limitatam habet iurisdictionem: vnde licet certo fœdere recognoscat in superiorem commune Ianuę, non per hoc dicitur perdere libertatem. allegat l. non dubito. ff. de iure fisc. quia retinet omnia de primo statu præter cõcessa. & ideo ibi concludit quod iurisdictio, quæ fundatur super certis conuentionibus, non debet extẽdi ad alia quam in pactis expressa. & pariter in casu nostro in ciuitate Sauonæ dicendum videt̃, per supra dicta. & hoc confirmatur ex eo quod not. Bal. in c. 1. §. ad hæc. in 3. col. versi. quærit ẽt Blancus. de pac. iur. fir. vbi inquit quod concessa parte castri, non intelligitur totum concessum, licet pars concessa dignior sit, quam omissa. & Bald. refert & sequitur Ro. in consil. 444. An dictum castrum. & in simili casu ẽt
8 tradit Bar. in consi. 59. Commune Spoleti. † vbi concludit quòd castrum subiectum certis pactis, & conditionibus, in alijs remanet liberum. & idem Bar. in l. non dubito. in princ. ff. de cap. & late hoc prosequitur nouissime Soci. in consil. 74. in præsenti consultatione. vbi refert quam plures doct. aliàs ita consuluisse. & cum prædictis etiam concordat Card. in cle. ne Romani. §. sane. in versi. iuxta prædicta. de elec. Abb. in consi. 51. Ad dilucidationem. col. 1. lib. 2. Dom. in consi. 81 s̃ alleg. And. Sicu. in consi. 11. lib. 2. & ita ex omnibus s̃. dictis in hoc secundo principali dubio de competentia concludendum est, quòd anciani Sauonæ non tenentur respondere in ciuitate Ianuæ ad iustificandum exactiones, de quibus syndicus communis Ianuæ cõqueritur: quia hoc in capitulis conuentionis non continetur per supra dicta. Et vlterius considerandum est quòd etiam dato quod communitas Sauonæ esset subiecta absolute communitati Ianuæ, quod nullo modo conceditur, vt dictum est, non videtur ꝙ hoc de quo quęritur, Senatus Ianuæ cognoscere & iudicare possit: quia in causa propria iudicaret, quod inferioribus à principe non conceditur: sed solum principi, & illis qui superiorem non recognoscunt. vt not. in l. 1. vbi Bart. C. ne quis in causa sua. & no. in c. cum uenissent de iud. vbi Abb. post alios. & Bal. in l 2. fi. vbi distinguit inter ciuitatem liberam, & illam quæ habet superiorem, quæ in causa propria iudicare non põt. & ideo cum ciuitas Ianuæ superiorem Christianissimũ regem nostrũ habeat, ipsa in causa eius propria iudicare non põt: ideo ad regiam maiestatem cõem dominum recurrendum est. Superest tertium dubium, de meritis causæ, in quo non esset insistendum: quia hoc coram iudice competenti tractandum erit: breuiter tamen concludendum est, quod

cum syndicus agat nomine communitatis Ianuæ, & dicat Sauonenses nouas exactiones & gabellas exigere contra formam mutuæ conuentionis, ipsi agenti & Ianuensibus incũbit onus probandi, quod Sauonenses modum excedant, secundum regulam. l. actor. C. de proba. & in l. ei qui. ff. de proba. facit tex. in l. in exceptionib. ff. eo. tit. probatio enim de sui natura actori incumbit: ideo quando reus probare tenetur, fungit partibus actoris. d. l. in exceptionibus. l. 1. ff. de excep. unde Spe. in tit. de præpa. iudi. §. 1. admonet actorem, vt debeat in probationibus se præparare: quia succumbens tanquam temerarius, in expensis condemnatur: adeo quod iusta causa non excusat actorem ab expensis, vt not. Bart. in l. qui
9 in alterius ff. de reg. iu. † Et quia ita etiam est de iure communi, quod noua vectigalia imponi non debent. l. secunda & tertia. C. noua vectiga. & ideo qui proponit quærelam, quod noua vectigalia exigantur, debet hoc probare. l. fi. C. noua vecti. & hoc videtur procedere secundum regulam supra dictam: quia actor probare debet intentionem eius. l. qui accusare. C. de eden. & tali casu etiam dicitur de nouo feudo, quod onus probationis incumbit illi qui nouum dicit. c. 1 §. fi. & in hoc non videtur dubitandum. Vltimo circa illud quod de solutione rippæ dubitatur, ex verbis conuentionis res clara videtur, quia regula negatiua ponitur in 5. c. secũdæ cõuentionis. vbi expresse dicitur, quod cõe Ianuæ vel aliquis pro cõi, pedagium, rippam vel gabellam aliquam cõi Sauonæ, vel super hominibus Sauonæ vel districtus, modo aliquo qui excogitari possit, non exiget vel imponet, sed ab ipsis omnibus intelligantur; & sint liberi & immunes in ciuitate Ianuæ & districtu: ista enim verba clara sunt, & in claris non est opus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. de ver. obli. & idem habetur in octauo capitulo primæ conuentionis. Nõ obst. quod in fi. illius c. dicitur, saluo quod impositiones factas, & fiendas hominibus Ianuæ nauigãtibus ipsi Sauonenses nauigantes sicut alij Ianuenses soluere & præstare teneantur: quia in tali exceptione cõsiderandum est, quod in d. c. §. primo dicitur, quod communi Sauonæ vel hominibus vel rebus eorum aliquo modo collecta, vel exactio non imponitur; excipiuntur impositiones, quæ fiunt nauigantibus, id est personis nauigantium: quia in regula dicitur quod rebus nulla exactio imponitur: ita verba sonant, & ita interpretatio debet fieri, ne videatur incontinenti se corrigere. arg. l. non ad ea. de condi. & demon. & hoc declaratur postea in quinto capitulo secundæ conuentionis supra alleg. in quo expresse dicitur de rippa, a qua Sauonenses sunt immunes, ideo ille versiculus nullo modo de rippa intelligitur, & ita concludendum videtur.

EPITOME Consil. CCCLX.

Institutio facta in testamento reuocari non potest in codicillis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quod mater testari non possit, nisi pro anima, valet.*
2 *Testamentum in quo non fuit seruata solennitas requisita, non per hoc dicitur impugnari, adeo quod ex eo quis fundari non possit.*
3 *Nullitas testamenti inficit codicillos.*
4 *Dictio perinde denotat omnimodam similitudinem.*
5 *Hæreditas licet dari non potest in codicillis, potest tamen in illis declarari vnum ex hæredibus indignum esse.*
6 *Decretum senatus prohibens mutationem testamenti, non valet.*
7 *Statutum si fiat in odium particularis personæ, appellari potest.*
8 *Ciuitas non potest alicui singulariter, etiam per statutum, ius suum auferre.*
9 *Codicilli videntur annullati annullato testamento.*



Missa longa serie eorum quæ in facto narrantur, vis tota consistit an Iacobus Lomelinus, admittatur ad fideicommissum, de quo agitur contra sorores institutas ab earum fratribus. & prima facie, intentio Iacobi agentis fundata videtur ex substitutione facta, primo in testamento dom. Philippi facto 1504. die 28. Maij circa fi. vbi deficientibus omnibus filijs olim Nicolai, prout nunc contingit; testator substituit ipsis dictos Laurentium & Iacobum: ergo videtur quod dictus Iacobus pro dimidia vocatus fuerit. Et idem secundo dicitur in codicillis factis anno 1507. die Martis. 7. Nouembr. vbi etiam dicitur, quod deficientibus filijs dicti Nicolai, sine filijs masculis, alij filij testatoris succedãt. & ista verba, pluralis numeri videntur de necessitate comprehendere dictum Iacobum, & Laurentium, cum nulli alij filij testatoris extarent. l. ubi numerus. ff. de testa. l. fi. ff. ad Treb. in l. 1. ff. de opti. leg. & tradit Pau. de Cast. in consi. 14 Visis. & Alex in cons. 2. Ex narratis in themate lib. 4. Non ob. quod institutio facta de dicto Iacobo pro tertia parte, reuocata fit in codicillis factis 1505. die 12. Iunij. in quibus in forma plenissima hoc disponitur: quia responderi potest quod talis institutio facta in testamento, non potuit adimi in codicillis: quia hæreditas dari neque adimi potest in codicillis. l. hæreditatem. C. de codicil. & in §. fi. insti. de codic. & in l. hæreditas. C. de his quib. vt indig. & ibi Pau. de Cast. dicit, quod si testator dixit in codicillis, quod nolebat heredem institutũ quicquam habere de sua hereditate; his uerbis non obstantibus hæreditas remanebit apud ipsum hæredem, allegat tex. in l. codicillis. §. veteranus. ff. de testamen. mili. Secundo respondetur, quod illa priuatio videtur facta respectu institutionis prout loquitur, & non respectu fideicommissi, de quo agitur. & hoc maxime videtur dicẽdum in casu isto, vbi post illam priuationem factam in prioribus codicillis factis 1505. in alijs posterioribus codicillis factis 1507. iterum dictus Iacobus vocatus fuit ad dictum fideicõmissum. vt s. dixi: non videtur quod talis priuatio extendatur ad fideicõmissum de nouo postea factũ. argu. c. cum inter P. de renunc. & quod ibi per illum tex. dicunt Ant. de Bu. & Imo. facit tex. in l. de ætate. §. ex cã. ff. de interrog. act. Tertio respondetur quod illa priuatio fieri non potuit obstãte decreto Senatus Ianuæ, quo cauet vt in casu narrat, quod nihil fieri possit per dñm Philippum testatorem, in præiudiciũ ipsius Iacobi & tertiæ partis spectantis dicto Iacobo, & quod super dicta tertia parte, non possit aliquod onus apponere: ita quod in filijs seruetur æqualitas; & de validitate decreti non videtur dubitandum propter supremam eius potestatem.
1 † Et quia valet statutum in fauorẽ filiorum, quod mater non possit testari nisi pro anima: vt concludit Cal in cons. 20. in tit. de cõsti. & ita videtur in tali decreto in quo dominus Philippus testator fuit prohibitus mutare testamentum nisi vellet disponere ad pias causas: nam ciuitas ex causa potest in præiudicium tertij statuere, vt not. Bart. in proœ. Digestorum & ex causa potest princeps tollere ea quæ sunt de iure naturali vel gẽtium, vt no. Abb. post alios in c. quæ in ecclesiarum, de consti. vnde ex causa defensio naturalis tolli potest, vt not. Ang. in l. si sic. de lega. 1. & ex causa potest princeps tollere citationem, vt not. Bald. in l. cum cessante. in princip. C. quomodo & quando iudex. & ex causa facultas testandi tolli potest, vt not. Angel. in consi. 66. Visis & in casu isto videtur decretum habuisse iustam causam, vt seruetur æqualitas inter filios. l. vt liberis. C. de colla. l. fi. C. commu. vtriusq. iudi. & lex hortatur patrem quantum potest ad seruandã æqualitatem in filijs. §. illud quoque. in authen. de nupt. vbi Ange. dicit ibi probari illud vulgatum, quod pater non debet facere vnum filium legitimum & alium bastardum & ideo priuilegium quod datur patri testanti inter filios. in l. fi. C. famil. ercis. in l. hac consultissima. § ex imperfecto. C de testa. habet locum, & intelligit quando pater æqualiter illos instituit, aliàs secus, vt not. Rom in consi. 179 Amplissime doctor. ver. 2. quod possit. alleg. Spec. in tit. de instru. edic §. compendiose. versi. quid si pater habens tres filios. & in tali decreto considerandum est quod non videtur impugnari voluntas testatoris, sed cõseruatur, quia cum dictus Iacobus, semel cum alijs æqualiter institutus fuisset, & postmodum ex quadam indignatione institutionem reuocauit, ex eo quod dictus Iacobus, dictum do Philippũ eius genitorem in ius vocauit: & certe pp hoc non debuisset do. Philippus dictum Iacobum priuare: quia impetrata venia illum in ius vocauit, vt patet in citatione: vnde quod factum fuit legẽ permittente, pœnam non merebatur. l. Gracchus. C. de adulte. & ad remouendum istam iniuriam patris in filium emanauit decretum. & iustificari videtur: quia non est consentiendum parentibus, iniuriam aduersus liberos suos in testamento suo inducere: quia plerunq; faciunt maligne circa sanguinem suum; vt dicit tex. in l 4 ff de inoffi testa. merito virtute decreti reducitur Iacobus ad æqualitatem cum alijs filijs, prout ab ipso patre prius ordinatum fuit, & sic agitur hic de conseruãdo priorem istam patris voluntatem, & remouendo posteriorẽ iniquam: & hoc authoritate decreti videtur fieri potuisse per supra dicta. Et tale decretum quod fuit impetratum in fauorem dicti Iacobi, vt tertia pars hæreditatis sibi conseruetur: & quod in illa grauari non possit; nõ videtur excludere dictum Iacobum quominus ipse ad fideicommissum aliorum admittatur: quia inducta in fauorem, non debent in odium retorqueri. l. quod fauore. C. de legibus, & in regula, quod ob gratiam, de regu. iur. in 6. Non obst. quod dictus Iac. impugnauit testamentum, & obtinuit declarari quod esset nullum: ex eo quod in tali testamento non erat legatum relictum hospitali, prout ex forma decreti requirebatur, quo casu non videtur quod aliquid petere possit ex tali testamento, quod impugnauit, nec etiam ex codicillis, vt est tex. in l. post legatum. §. qui principale. ff. de his quibus, vt indig. facit regula, ex eo. de regu. iur. in 6. † Quia ad hoc potest responderi, quod licet dicatur testamentum nullum, ex eo quod non sit seruata solennitas requisita in testamento, non per hoc dicitur testamentum impugnari: ita quod ex eo quis fundari non possit, vt est tex. in l. pen. ff. de his quib. vt indi. quia voluntas testatoris non impugnatur, vt not. Bart. in l. post legatum. ff. de his quibus vt indig. & idem Abb. in c. ex parte decani. in 5. not. de rescript. vbi inquit quod quis potest se fundare ex eo, quod impugnauit

2

ex defectu solennitatis: quia non impugnant ipsum factum, sed solennitatem facti & idem Anto. de But. in c. cum olim. de censi. cum si. ut Fely. tradit in c. capitulū, de rescr. Ultimo non ob. ꝙ ex quo testam̄ fuit nullum, et codicilli annullari videntur. l. 1. C. de codic. & per consequens fideicommissum non debetur, quia respondetur, ꝙ hoc esset verū si codicilli dependerent ex testamento, prout loquitur tex. in d. l. 1. Secus vr̄ in casu nostro: quia a principio fuit nullum testam̄, ex defectu solennitatis, ideo ab eo non dependent codicilli. l. 3. §. fi. ff. de lib. & posth. & no. Bar. in l. legata inutiliter. de leg. 1. & Mod in d. l. 1. C. de codi. & ista sunt, quæ prima facie iudicantem, in hanc partem inclinare possunt. Quibus tamen non obstantibus, ulterius cogitanti ꝯrium de iure esse arbitror uidelicet, ꝙ Iacobus prædictus nullo modo ad petitionem dicti fideicōmissi admittatur, & pro fundamento præmittendum est, quod expresse in testamento circa finem dr̄, ꝙ hæredes nominati sint, & remaneant taciti, & contenti de contentis in præsenti testamēto, & in omnibus partibus aliter nō gaudeant beneficio præsentis testamenti, & hoc etiam vr̄ habere locum in codicillis: qui codicilli trahuntur ad mentem testamenti, & testamentum ad mentem codicillorum, ut not. Bal. per illum tex. in l. Nesennius. ff. de excu. tuto. & disposita in codicillis perinde habentur, ac si essent disposita in testamento l. 2. § codicillorum. ff. de iure codicillo. & codicilli facti post testam̄, habent tacitam relationem ad testam̄, ut no. Bal. per illum tex in l. ante tabulas ff. de iu. cod. & tam in testamento quam in codicillis, uoluntas disponentis in primis attenditur. l. in conditionibus primum locum. in prin. de condit. & demon. l. ex facto, la grande. ff. de hære. insti. l. cum quæstio. C. de leg. in fi. & præsertim in fideicommissis l. pen. de leg. 1. l. fideicommissa. §. item si quis de lega. 3. & in fideicommissis uoluntas potius. ꝙ uerba inspicitur. l. cum uirum. C de fideicom. l. 3. §. conditio ff. de adim. leg. & et uerba debent improprirari, ut uoluntas testatoris seruetur: ut no Bar. in l. in ambiguo, de rebus dub. Alex. sequitur in l. 3. C. de lib. præte. His præmissis, primo ostenditur, ꝙ intentio dicti Iacobi petentis fideicommissum nullo modo fundata sit. Secundo, dato ꝙ aliquo modo fundata dici possit, uidetur corrigi & eneruari, ut ī. apparebit. Circa primum hoc probatur ex eo ꝙ dictus Iacobus agens ad fideicōmissum, debuit probare se fuisse tacitum, & contentum obseruare contenta in testamento, & in codicillis, aliter non potest gaudere beneficio dicti fideicommissi, ut in testamento dicitur: quia agens prius debet implere, quod sibi incumbit l. Iulian § offerri. ff. de act. empt & in l. filiæ licet. C. de colla. & unde qui non facit quod debet, non recipit quod oportet, ut not per glo. in l. si non fuerit. ff de iureiu. Bal. in c. 1. qua domi. proprie feud. priue. & qui differt facere quod debet non pōt petere. ꝙ sibi debetur: ut no. Bald. in auth dos data. C. de don. ante nupt. & non dr̄ pro eo scriptum, qui ꝯrium fecit eius, quod scriptū est, ut dicit Inno. in ca. mādatum. de resc. Cum ergo dictus Iacobus ex dispositione testamenti, & codicillorū debuisset in eius portionē, & legitimam imputari omne id, & totū, in quo esset debitor ipsius testatoris; & si hoc non fecerit, intentio sua ad dictum fideicōmissum fundata, non vr̄, quia eos testator uidetur ad fideicommissum inuitasse, qui iudicio & dispositioni suæ paruerint: ut dicit tex. in l. pa-
3 ter. §. liberis. de legat. 2. † Secundo, hoc idem confirmatur ex eo, quod testam̄ fuit nullum ex defectu legati non relicti hospitali, & ita declaratū fuit ad instantiam dicti Iacobi, & ista nullitas etiam influit in codicillis, qui dependent ex testamento l. 1. C. de codic. facit tex. in l. post legatum. §. qui principale. ff. de his qui. ut indig. & ad ea quæ in ꝯrium adducuntur, responsio inferius apparebit: cum ergo testam̄ sit nullum, & pariter codicilli non potest peti fideicommissum: ut est tex. in l. ex testamento. C. de fideicom. unde ex isto capite etiam apparet, ꝙ intentio Iacobi agentis nullo modo fundata sit. Sed dato ꝙ Iacobus fundatam haberet intentionem, quod omnino negatur per supra dicta; repellēdus omnino vr̄ propter expressam reuocationem, factam a testatore in codicillis, factis anno 1505. in quibus mandat, & disponit ꝙ nomen dicti Iacobi deleatur de testamento, & in qualibet parte dicti testamenti perinde, ac si nunquam in illa parte testamenti inscriptum fuisset. Ista enim uerba uidentur tollere fideicommissum relictum in testō, ex quo excluditur a qualibet parte testamenti, nam est dictio uniuersalis, quæ omnia includit. l. Iulianus. in prin.
4 de leg. 3. in c. solitæ, de maior. & obe. † Et illa dictio perinde, denotat omnimodam similitudinem l. 1. ubi Bar. ff. de recep. in l. sacrilegij § is autem. ff. ad leg. Iul. pec. l. qui a patre. ubi Bar ff. de confir. tut. & in l. sed & si lege. in §. perinde. ff de pe. hær. ubi Bald. dicit ꝙ denotat omnimodam, & perfectam similitudinē, ad reprimendum, in uerbo, ris identitatem, & tradit Bar. in tract. ad reprimendum, in uerbo, perinde Et etiam expresse testator reuocauit institutionē factam de dicto Iacobo, & illum tanquam indignum priuauit: quo casu, videtur debere seruari dispositio testatoris: quia eius uoluntas est ambulatoria usq; ad mortem. l. 4. ff. de adi. leg. in c. cum Marthæ. de celeb. miss. & licet ista priuatio facta sit in codicillis, saltem debet ualere iure fideicommissi. l. Scæuola. ff. ad Treb & ulterius in casu isto aduertendum est: quia agitur de reuocatione fideicommissi, quod quidem licet factum sit in testamento, reuocari potest in codicillis, ut no. Bar. & docto. in l. si ita scriptum. de leg. 1. & no. per glo. in l. fideicommissum. C. de fideic. & probatur instit. de adempt. lega. in fi. facit tex. in l. si quis eum. in prin. de vulg. & pup. in l. 2. §. codicillorum. ff. de iu. codic. & eo. tit. in l. quidam referunt, & ita etiam tenet Bar. in l. hæredes palam § si quid post. ff. de testa. Et ista conclusio magis clara apparebit ex his, quæ statim dicam respondendo ad allegata in contrarium: & in hoc tota uis consistit. Primo ergo non obst. quod s̄. in ꝯrium primo dicebatur, ꝙ intētio Iacobi fundata sit in testamento: quia responsio ut s̄. dictis colligitur, quia intentio non videtur fundata, ex quo non impleuit Iacobus agens illud, quod sibi in testamento iniunctum fuit. & eodem modo tollitur, quod dicit in codicillis, quia illi codicilli facti fuerunt cum eodem onere imputandi in eius legitimā illud, in quo reperiretur debitor, quod quidem factum non fuit. Præterea in dictis codicillis, in quibus factum fuit fideicommissum, non fuit nominatim uocatus Iacobus. Sed dictum fuit generaliter, ꝙ eueniente casu dictę substitutionis, alij succedant. Nā in ista generalitate non includitur Iacobus, quem testator in aliis codicillis, ad quos testator se refert, declarauit esse indignum, & illum habere in odio: argumen. text. not. in l. Lucius. §. Lucius. el 2 de le. 2. Vbi legatum relictum omnibus libertis, non debetur illis, quos testator priuauerat alimentis, & expulit de domo. & per illum text. dicit Bart. quòd in verbis generalibus, odiosa non comprehenduntur, & in fortiori casu loquitur tex. in d. § Lucius, qui loquitur uniuersaliter de omnibus libertis, quo casu potentior videtur oratio uniuersalis, quam generalis, vt no. Bar. in l generali §. vxori. de usufr. lega. & in not. casu tradit Rom. in consi. 44. Ex supra narrato themate. in 3. dubio. & ideo in casu nostro dum dicitur, generaliter alii succedant: in tali generalitate non uenit Iacobus, quem testator odio habebat. d. §. Lucius. cum similib. ut tradit Andr. Sicu. in consil. 11. lib. 2. Non obst. quòd loquatur in numero plurali de alijs, qui numerus pluralis nō uidetur, quòd verificari possit, nisi dictus Iacobus includatur, quia respōderi potest ꝙ numerus pluralis, secundum subiectā materiam, in uno uerificatur. l. nō est sine liberis. de uer. sig. l. iubemus. §. sin autem. C. ad Treb. l. pater Seuerinam. §. ita fideicom. de condi. & dem. l. 1. C. de condi. inser. & hoc esset clarum, quando tantum unus extaret per iura præallegata. Et idem uidetur dicendum in casu isto: quia Iacobus, p p odium testatoris: nō includit quia non est uerisimile, ꝙ testator voluerit recedere ab illa priuatione facta in codicillis, ad quos se refert in posterioribus codicillis. ar. l. non ad ea ff. de cond. & dem. & quia si testator priuauit Iacobū eius portione sibi relicta: a fortiori uidetur uoluisse, ꝙ non admittatur ad portiones aliorum iure fideicommissi. authen. multo magis C. de sacr. sanc. eccl. & ca. cum in cunctis. de elect. & quia si uoluit, ꝙ nomen dicti Iacobi deleatur de testamento, & qualibet parte testamenti, ut supra dictum est, a fortiori videtur uoluisse, ꝙ in illa generali dispositione non includatur. argu. l. patre furioso ff. de his qui sunt sui uel ali. iu. Et ita optime declaratum uidetur, ꝙ intentio Iacobi petentis fideicōmissum, non uidetur fundata in testamento, nec in codicillis: & dato, ꝙ fundata fuisset (quod omnino negatur per supra dicta) reuocata fuisset per illam priuationem factam in codicillis in plena forma, ut s̄. relatum fuit. Non obst. allegata s̄. in ꝯrium. Et primo dum dicitur, ꝙ portio hæreditatis data Iacobo in testamēto, non potuit adimi in codicillis per iura s̄. allegata. Quia respondetur primo, ꝙ hic non tractatur de adimendo portionem hæreditatis datam dicto Iacobo in testamento, sed de reuocando fideicommissum, ad quod erat uocatus Iacobus in portionibus aliorum, & tale fideicommissum dari potest, & adimi potest in codicillis. l. hæreditatem. C de codi & in §. fi. insti. de cod. & ista clara respōsio uidetur. Secundo potest responderi, ꝙ in casu nostro etiam portio hæreditatis adempta in codicillis, ualet iure fideicōmissi, vt est text. in l. Scæuola. ff. ad Treb. & in casu isto, quia ex forma statuti Trebellianica detrahi non potest, non uidetur esse vis, ꝙ iure fideicōmissi adimatur. Tertio respondetur, quòd cum agatur de testamento patris inter liberos, etiam hæreditas data in testamento, adimi potest in codicillis: ita Barto. concludit in l. hac consultissima §. fin. C. de test. & in l. militis codicillis. in prin. ff de testamen. milit. & istam opinio. videntur approbare Alexand. &
5 Mod. in d. l. hac consultissima. § si in hoc tamen non expedit insistere, stantibus supra dictis. † Quarto respondetur, ꝙ licet hæreditas non possit dari, neque adimi in codicillis, potest tamen in codicillis declarari, vnum ex hæredibus indignum esse, ita quòd ipse excludatur, & ad fiscum perueniat: vt est tex. in l. hæreditatem C. de his quib. ut indig. Ista tamen dicta sunt ex abundanti: quia non agitur de parte, in qua Iacobus fuit institutus, sed de fideicōmisso, in quo erat vocatus Iacobus in portionibus aliorum, & in tali fideicommisso nulla uidetur dubitatio, quia dari, & adimi po-

mi potest in codicillis, & si datum sit in testamento, reuocari potest in codicillis, vt supra dictum fuit, & in hoc non vr̄ dubitandum per supra dicta. Non ob. dum dicebatur, ꝙ priuatio videbatur facta respectu institutionis, & nō respectu fideicōmissi, quia hoc non est ve ū, quia verba priuationis sunt generalia, cum nomen dicti Iacobi deleatur de testamento, & in qualibet parte testamenti, & perinde habeatur ac si nunquam scriptum fuisset, vt supra dictum fuit. Et non ob. ꝙ post priuationem, uocatus fuerit Iacobus in posterioribus codicillis, ut s̄. dicebatur, quia hoc negatur: quia in posterioribus codicillis Iacobus nō est nominatus: & in generalitate verborū non vr̄ inclusus, ut supra dictum fuit.
6 †Non obst. illud, in quo vr̄ pars aduersa facere maximum fundamentum, uidelicet in decreto senatus, ꝙ prohibuit testatori mutationem testamenti, & ꝙ nihil possit fieri in præiudicium tertiæ partis dicti Iacobi, & quod super illa non possit testator aliquod onus apponere, vt supra relatum est, & ideo illa priuatio facta contra decretum, valida non vr̄, ut supra arguitur, quia ad hoc, in quo totum pondus consistit, respondetur principaliter duobus modis. Primo, ꝙ tale decretum fieri non potuit, & factum non ualet. Secundo dato ꝙ ualeret, in casu nostro obstare non vr̄. Circa primum ꝙ non ualeat, probatur, quia tollere liberā facultatem testandi, & mutandi testm̄, est contra bonos mores [a] l.
a stipulatio hoc modo concepta. ff. de uerb. obl. l. ex eo C. de inuti. stipu. facit text. in l. cum duobus. §. idem respondet. ff. pro socio. & ideo non ualet pactum, ꝙ quis testari non possit, quia est ꝯtra bonos mores. ita Ang. dicit in l. posthumus. in prin. de inoffi testa. & qn̄ non valet pactum, quia ꝯ bonos mores, pariter non ualet statutum, ut no. Bar. in l. non impossibile. ff. de pac. l. omnes populi. in 3. q. prin. ff. de iust. & iu. in l. Tit o centum. §. Titio centum. ff. de cond. & dem. quia testamentum, & facultas testandi vr̄, quo
b ad eius substantiam, esse de iuregentium, [b] licet, quo ad solennitates, sit de iure ciuili, ut not. Bart. in l. interdum ff. de condi. inde. & Pau. de Cast. in l. testandi. C. de test. & ideo rescriptum testatoris contra testm̄ non ualet l. si testamentum. C. de test. & ibi Fulg. dicit se consuluisse in ciuitate Tridentina, ꝙ Imperator nō possit testamento derogare, cum sit de iure gentium, & propter hoc vr̄, quod decretum de quo agitur, sit ꝯ bonos mores, & contra iusgentium, quia tollit liberam facultatem testandi, & per consequens, ꝙ non ualeat † Et ista conclusio ēt comprobatur, quia ta-
7 le decretum vr̄ factum in præiudicium particularis personæ, videlicet domini Philippi testatoris, quo casu non ualet statutū, uel saltem est iniquū, & appellari potest, ut not. Bart. in l. omnes populi, ff. de iust. & iu. uer. ulti. qro, & in l. fin ff. de app. reci. Abb. per illum tex. in c. cum oēs de consti. Bal. in l. 1. in prin. ff. de legi. in l. quisquis. C. quo appel. & ideo si fiat statutum, ꝙ filia Titii dotata non succedat, appellari potest, ut no. Bal. in l. iudicibus. in prin. C. de appel. eodem modo in statuto, per quod quis particulariter cogeretur ad cōpromissum, dicit Bald. in t. cōsti codi. §. 1. cum si. ut dixi in c. consuluit, el 2. de app. Et merito do. Philippus reclamauit ꝯ tale decretum, & protestatus fuit, quia in effectu tale decretum uidetur importare, ꝙ nō fieret iustitia, quo casu nec lex, nec statutum ualeret, ut no. Ang. in l. fi. C. sen. rescin. non poss. ubi alleg. Inno. in c. quæ in ecclesiarum, de constitu. Et ista conclusio clarior apparebit ex his, quæ statim dicam, respondendo ad allegata supra in contrarium. Non obstat primo, dum dicitur ualere decretum, propter supremam potestatem senatus, quia negatur ista potestas suprema, cum ciuitas Ianuæ subiecta sit regiæ maiestati Franco ū, ut inferius dicam. Non obstat, ꝙ ualeat statutum in fauorem filiorum, ut mater testari non possit, nisi pro anima, quia tale statutū loquitur generaliter, & nō est factum in odium particularis personæ, ut in isto casu contingit. Præterea etiam potest dici ꝙ tale statutum non ualeat, ut in fortiori casu no. Pau. de Cast. in l. ex facto. de vulgar. & pupilla. ubi per illum text. concludit non ualere statutum ꝙ mulier non possit testari sine consensu uiri, & sequuntur ibi Alex. & Moderniores. Non obstat successiue dum dicitur, ꝙ princeps potest ex causa tollere ea, quæ sunt de iure naturali, uel gentium, & quod ex causa facultas testandi tolli potest, quia ad ista respondetur dupliciter. Primo, ꝙ illa dicta procedunt in principe, uel in ciuitate libera, quæ superiorem non recognoscit, secus uidetur in ciuitate Ianuæ, quæ regi Francorum subiicitur, ut no. Alber. in l. quoties. C. de precibus imperatori offerendis. & Paul. de Cast. ibi sequitur. dicens quòd tollere ius alterius, pertinet ad solum principem, & non ad illos qui superiorem recognoscunt. & dicit Pau. de Cast. se ita consuluisse in ciuitate Bergami. & idem Bal. in l. item si uerberatum. § 1 in fi. ff. de rei uendicatione, & in l. 2 in uersic. item not. C. de seruitu. & aqua. in l. rescripta. in uersicu. 3. quærunt. C. de precibus imperatori offerendis. & Barto. in l. toties § fecui. de polli. generaliter dicit, ꝙ non potest ciuitas alicui singulariter, etiam per statu-
8 tum, ius suum auferre. † Secundo, respondetur quòd allegata in contrarium, habent locum, si hoc fiat ex causa quæ respiciat utilitatem publicam, ut in l. Lucius. ff. de euic. in d. l. item si uerberatum. §. . de rei uendi. & no. Bar. in procē. ff. Abb. in d. c. quæ in ecclesiarum, de consti. cum simili. ut tradit Feli. ibi. & in casu nostro non est causa, quæ utilitatem publicam respiciat: ideo decretum non uidetur ualere, in præiudicium domini Philippi, auferendo sibi liberam facultatem testandi. Non obst. ꝙ ex causa tolli potest facultas testandi, ut no. Arge. in d. consi 66 quia in pœnam delicti hoc fieri potest, prout loquitur: & tali casu illud fit ex causa concernente utilitatem publicam, ut delicta puniantur. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aqui. c. ut famæ, de sen. excom. Non obst. ꝙ decretum uidetur habere iustam causam, ut seruetur æqualitas inter filios: quia talis causa non uidetur sufficiens: quia non agitur de interesse publico, sed priuato, & quia illa æqualitas, cōtra uoluntatem patris, maximam haberet iniquitatem, & esset contra bonos mores: ideo non ualet, ut supra dictum est: & ista pars uidetur mihi de iure uerior. Sed dato etiā quòd ualeret decretum, quod omnino negatur per supra dicta, ad dictum decretum, secundo principaliter respondetur, ꝙ in tali decreto Iacobus prædictus, cōsequitur istam prærogatiuam, ut in tertia parte, in qua institutus fuit, grauari non possit: quia in decreto expresse dicitur, ut narratur, ꝙ dominus Philippus testator, non possit apponere super dicta tertia parte grauamen, seu cōditionem aliquam grauaminis, in præiudicium ipsius Iacobi, & hæredum suorum: & si aliter factum esset, non ualeat, nec teneat quomodolibet. Ista enim uerba uidentur remouere fideicommissum, quod dicitur esse onus. l. cohæredi. § cum filiæ. de vulg. & pupil. Sicut ergo Iacobus nō potest grauari in parte sua quæ remanet sibi libera, ita pariter vr̄, ꝙ ipse non debeat in portionibus aliorum petere aliquod fideicōmissum, ut seruetur æqualitas, quæ principaliter in decreto consideratur: arg. in titu. quod quisq; iur. & in c. p. cum omnes. de consti. & ad hoc facit text. in l. alteri. ff. de adimen. leg. & per illum tex. quod not. Bar. in l. Lucius in uer. quæro ulterius. ff. de vulg. & pup. ubi concludit, ꝙ substitutio breuiloqua, facta duobus impuberibus existentibus in potestate, quo casu in persona utriusq; uidetur facta pupillaris. l. iam hoc iure, de vulg. & pupil. Si alter postea emancipatus sit à testatore, quo casu in persona eius, pupillaris substitutio extinguitur. l. cohæredi. §. cum filię, de vulg. & pup. concludit Bart. ꝙ etiam in persona alterius, quī remansit in potestate, tollatur pupillaris, ut seruetur æqualitas: &
* opin. Bart.* *communiter* approbatur: ut colligitur ex dictis Alex. in d. l. Lucius. cum sim. ut dixi in l. in testamento. C. de test. mili. Et ita pariter in casu isto dicendum uidetur, ꝙ cum fideicōmissum in persona Iacobi tollatur, ꝙ etiam in portionibus aliorum sublatum sit, ut seruetur æqualitas, quæ à decreto ponderatur. Non obst. ꝙ, cum decretum in fauorem Iacobi impetratum sit, non debet in odium eius retorqueri: quia hoc nō habet locum in isto casu, ratione connexitatis & propter æqualitatem seruandam. l. die sabbati. C. de iud. & in l. pridem. C. de quæst. not. Ange. in l. nulla. ff. de legi. & facit tex in l. deniq;. §. interdum. ff. de pec. lega. & quia tale decretum impetratum fuit ad postulationem, ut patet: & ideo retorqueri potest in odium: ut not. in l. 3. in princ. ff. quod quisq; iur. ubi Ang. & in d l. nulla. & no. Bal. in d. l. quod fauore. C. de legi. & ita tollitur fundamentum decreti. prima tn̄ responsio ꝙ non ualeat, magis placet. Accedit etiā fundamentum illud supra factum, ꝙ Iacobus testamentum impugnauit, ut supra dixi. Non ob. quod vr̄ impugnatum ratione solennitatis omissæ: quia respondetur, ꝙ impugnata fuit uoluntas testatoris, ut patet
9 ex supra dictis. † Et quia annullato testamento, uidentur codicilli annullati, qn̄ ueniunt in consequentiam: ut supra dictum est. d. l. 1. C. de codi. Non ob. ꝙ in isto casu codicilli nō videntur dependere ex testamento, ex quo testm̄ à principio fuit nullum, ut supra dicebatur. Quia ad hoc respondetur, ꝙ imo in casu nostro: quia substitutio fideicōmissaria, de qua agitur, vr̄ regulari secundum institutionem. l. quoties. in prin. l. Lucius. §. pater, in fin. & in § Mæuia. ff. ad Treb. facit text. in l. 1. C. de impube. & ideo tale fideicommissum vr̄ habere dependentiam ab institutione, unde annullato testamento, vr̄ annullari dictum fideicommissum: & quia in connexis uno sublato, aliud tollitur, ut no. Bar. in l. j. ff. de legi. tut. & statutum in uno, vr̄ statutum in alio, quod consecutiue uenit. ut no. Abb. in c. non debet, per gl. ibi de consan. & affi. & tradit Ant. de But. in c. fi. de consue. in materia extensionis in 4. & 5. fallen. Ista tamen dicta sunt ex abundanti: quia dato ꝙ ualeret testamentum, apparet de uolūtate testatoris, qui omnino uoluit excludere dictum Iacobum, ut nihil ex tali testamento consequi possit, & ab ipsa uoluntate testatoris non est recedendum, & decretum in contrarium non ualet, ut supra dictum est.

ADDITIONES.

a ¶ Mores.) Supra consi. 293. ubi dixi.
b ¶ Gentium.) Idem Decius infra consi. 457. nu. 5. consi. 608. in fin. in rub. C. qui testam. face. poss. nu. 9. ubi dixi. Adde And. Tiraq. in tract. de constituto possessorio. parte. 3. limita. 1. nu. 5. vbi aliter sentit.

EPITO-

EPITOME Consil. CCCLXII.

Relatio, & æquiparatio facta ad aliud, debet adaptari eo modo quo potest, & quatenus verborum proprietas adaptari potest.

SUMMARIUM.

1 *Verbum (prout) est limitatiuum.*
2 *Ratio quando eadem est, quod dictum est de pluribus, habet locum in vno.*



Vnctus de quo quæritur, difficultatem habere videtur, propter verborum perplexitatẽ. Nam si verba posita in principio attendantur, dũ dicitur, quę bona sua voluit dictus testator esse subiecta fideicommisso, & prohibitioni factę per Ginum dicti testatoris quondam patrem, in eius testamento, seu codicillis. Attentis his verbis, plenus videretur esse intellectus, ꝙ hæredes instituti per A. testatorem, essent grauati adinuicem onere fideicommissi, sicut grauati fuerunt hæredes instituti in testamẽto Gini, qui adinuicem grauari fuerunt: quia cùm facta sit relatio & æquiparatio ad testamentum Gini, æquiparatio debet adaptari eo modo, quo potest. l. 1. §. lex Falcidia. & ꝙ ibi Bar. ff. ad legem Falci. c. indemnitatibus. §. pe. de elect. in 6. Et interpretatio debet fieri in dubio, vt actus valeat. l. quoties, de reb. dub. & in l. quoties, de verb. obliga. Sed tamen iste intellectus non videtur ꝙ possit adaptari: quia verba sequentia copulatiuè ad suprà dicta repugnant, quibus subijcitur. Et ipsa bona sic emenda deuenire uoluit per fideicommissum, & restitui in illos, & per illos de quibus, & prout in dicto testamento & codicillis dicti Gini disponit, ac si fuissent bona dicti olim Gini. Ex quibus verbis manifestè patet, ꝙ in testamento Iacobi non inducitur nouum fideicommissum, sed dumtaxat fideicommissum, iniunctum in testamento dicti Gini, extenditur ad bona dicti A. testatoris. & hoc probatur ex pluribus verbis ipsius testamenti. Primò, hoc colligitur ex verbis s. in prin. relatis, dum dr̃: voluit bona sua esse subiecta fideicommisso, facto in testō prædicti Gini. ista verba non conueniunt ꝙ in testamento dicti A. nouum inducatur fideicõmissum, sed verba sonant, ꝙ fideicommissum factum in testō Gini, extendatur ad bona ipsius A. & in dubio non est recedendum à verbis testatoris. l. non aliter. de leg. 3. Secũdò, hoc idem demonstrat̃ per verba sequẽtia, quib. cõtinuatiue cũ copula dr̃, & ipsa bona deuenire voluit per fideicommissum, ac si fuissent bona dicti Gini. Ex quibus verbis ẽt patet ꝙ fideicommissum relictum in testō dicti Gini extẽditur, & prorogatur ad bona dicti A. testa. quia illa dictio acsi, denotat similitudinẽ. cle. 1. de iu. d. §. 1. in l. 1. C. de erro. aduo. & in §. ex hoc. insti. qui. non est permis. face. test. Tertio, hoc idẽ confirmatur per illa verba, restitui in illos, & per illos de quib.
1 † & prout in dicto testō dicti Gini disponitur: illa verba, prout, sunt limitatiua: ex quo reperitur testamentum, ad quod relatio hr̃, vt not. in l. edita. C. de eden. vbi Bart. & in tra. ad reprimendũ in verbo, prout not. Bal. in l. 2. C. de erro. aduo. Ro. in consil. 294. Hæc confessio, cum si. Vnde, ex omnibus s. dictis verbis reiteratis, & sæpius repetitis, apparet de explorata voluntate testatoris, ꝙ voluit bona sua subijcere fideicommisso relicto in testō Gini patris sui. & cùm in hoc sit manifestus sensus testatoris, non est opus alia interpretatione, ut dr̃ in l. 3. C. de lib. præte. & verba nullo modo conueniunt, ꝙ inter hęredes A. testatoris oriatur nouũ fideicommissum: quia omnia verba referuntur ad istum effectũ, ꝙ fideicommissum relictum in testamento patris, porrigatur ad bona ipsius A. testatoris. Et dato, ꝙ intentio A. fuisset grauare hęredes suos nouo fideicommisso, hoc non sufficit nisi exprimat: quia non sufficit testatorem ita voluisse, nisi disponat: ita ꝙ appareat, ut dicunt Bal. & Imo. in l. quidam cum filium, per illum tex. ff. de hære. insti. & ꝙ testator non loquitur, velle non præsumit̃, ut no. Bal. per illum tex. in l. a. §. si autem ad deficiẽtis. C. de cad. tol. & ad hoc fac it: quia propositum in mente retentũ, nihil operatur. l. si repetendi. C. de cond. ob. cau. Et ex prędictis responsio colligit̃, ad allegata s. primò in ꝯrium, & ad maiorem declarationem respondẽdo formaliter. Non ob. primo, dum dicebatur, ꝙ planus videat̃ intellectus, ꝙ hæredes A. essent grauati adinuicẽ onere fideicõmissi, sicut grauati fuerunt in testō dicti Gini: quia talis similitudo non pōt habere locum: quia verba testatoris repugnãt, quia hoc modo, bona essent subiecta nouo fideicõmisso relicto in testō dicti A. & non essent subiecta fideicõmisso facto in testō Gini, prout expressè dr̃. in testō Iacobi. Et hoc idem comprobatur ex pluribus verbis sequentibus, quæ oĩa tendũt ad hoc, vt bona ipsius Iacobi subijciant̃ fideicõmisso facto in testō dicti Gini. vt supra verba ponderata sunt. Non obst. dum dicebatur ꝙ cũ facta sit relatio, & æquiparatio ad testũ Gini, debet adaptari eo modo, quo pōt: quia negat̃, ꝙ æquiparatio facta sit de testō dicti A. ad testũ Gini, cum de tali æquiparatione nihil dicatur: sed solùm bona dicti A. subijcisitur fideicõmisso relicto in testō dicti Gini: ac si fuissent bona dicti Gini, vt s. dictũ est: & sic æquiparatio limitata fuit facta respectu bonorum, quæ sub jciuntur fideicommisso dicti Gini. Et isto respectu procedit ꝙ dictũ est, ꝙ æquiparatio adaptari debet eo modo, quo pōt: quia dispositio testatoris verificabitur in persona Iacobi, qui solus superest ex filijs dicti Gini grauatis fideicommisso, vnde sicut bona ipsius Iacobi sunt subiecta fideicommisso, per testamentum Gini eodem fideicommisso erunt subiecta bona ipsius A. testatoris, qui ita in eius testamento disposuit. Non ob quod A. in eius testamẽto vtatur verbis pluralis numeri, quæ vni non conueniunt. l. vbi numerus, de testi. quia verba ad tempus testamenti dicti Gini rereferuntur. Et isto respectu, confirmando se cum verbis appositis in testamento dicti Gini, vtitur verbis pluralis numeri: sed cum dispositio solùm in vno verificari possit, in illo pluralis numerus resoluit. & in simili tradit Abb. in cons. 105. Casus quidam Ray. lib. 2. vbi dispositio, facta à testatore in plurali numero de pluribus filiabus, verificatur in vna sola superstite. & probat̃
2 in l. pater Seuerinã. §. ita fideicommisso. de cond. & demõ. † Et qa qñ. est eadem ratio in vno: quæ est in pluribus, ꝙ dr̃ de pluribus, habet locum in vno, ut no. Pau. de Ca. in l. 1. per illum text. C. de cond. inser. facit tex. in l. falsa. §. fi. de cond. & demon. vbi Bar. & declarando illum, vt tradit Ang. in consil. 265. Dictum legatum. cum si. ut dixi in consi. 50. Vltimo non ob. ꝙ in dubio, interpretatio debet fieri, ut valeat actus: quia hic actus valet in vno, in quo dispositio pōt verificari. Præterea, licèt in dubio debeat interpretari, ꝙ actus valeat: per hoc inferri non pōt, ꝙ in testō dicti A. nouum oriatur fideicõmissum: quia verba non conueniunt, ut s. dictum est: ideo non sumus in dubio: & cùm verba, ut s. dixi, nõ possint adaptari ad nouum fideicõmissum, non debent trahi ad sensum, cui verba repugnant: dato ꝙ actus esset nullus. ut no. Areti. in l. à Titio. de verb. obl. inducit text. in l. tutores. §. 1. ff. de admi. tuto. & facit text. in l. verbis ciuilibus, de vulg. & pupil. ubi substitutio, facta verbis directis, non trahitur ad fideicommissum: quia natura, & proprietas uerborũ repugnat. & dicũt ibi Paul. de Cast. & Alex. in 2. no. ꝙ potius actus debet nullus iudicari, quam fieri contra voluntatem testatoris; quæ quidem volũtas testatoris, ex verborum proprietate iudicatur. per illum text. Et ita, ex omnibus suprà dictis, conclusio est, ꝙ in testō A. non inducatur nouũ fideicommissum inter hæredes ab eo institutos: sed solùm bona subijciant̃ fideicommisso relicto in testamento dicti Gini, quatenus uerba applicari possunt, declarando, ut suprà dictum est. Et ita ex suprà dictis, concurro in sententiam præclarissimi domini consultoris, uti fratris maioris honorandi.

EPITOME Consi. CCCLXIII.

Indicia vrgentia legitimè probata, & si ad condemnationem nõ sufficiant, ad torturam tamen bene sufficiunt.

SUMMARIUM.

1 *Indicia quæ sint sufficientia ad torturam, committitur iudicis arbitrio.*
2 *Assertio vulnerati, facit indicium ad torturam.*
3 *Testis etiam infamis, & aliàs inhabilis, si de facto proprio attestetur, facit semiplenam probationem.*
4 *Testes deponentes per verbum visum fuit, non probant.*
5 *Mulier etiam in causa criminali admittitur, quando veritas aliter haberi non potest.*
6 *Iudex ratione arbitrij sibi dati, potest procedere ad torturam propter dictum vnius testis, qui non sit omni exceptione maior.*



N causa quæ agitatur ꝯ Antoniũ Garfani carceratũ dubitatur, an ꝯ illum indicia, quæ ex processu colligunt̃, sufficiẽtia sint ad torturã. Et studendo breuitati, cõcludo dictum Antoniũ de-
1 bere torqueri. † Nam qñ indicia sufficientia sunt ad torturã, cer-
a ta regula dari non potest, sed iudicis arbitrio [a] committi t: ut not. Bal. in l. fi. de qō. Bal. in l. 2. ver. quæ aũt. C. quo. app. nõ recip. Ab. in c. cum in contẽpl. in prin. de reg. iur. Alex. in cõs. 77. In casu accusa. li. 1. & facilius debet arbitrari iudex. procedendũ esse ad torturã, in delictis, quæ occultò committunt̃, ut in adulterio & simi ita Bald. dicit in l. nemo deinceps. in uers. deinde not. C. de epis. audi. sequitur Alex. in cons. præal. & licèt testis non sit idoneus, indicium tñ facit ad torturam, ut no. Bal. in l. seruos. C. de testi. & Sal. ibi in fi. & no Bar. in l. mari. ff. de quæstio. facit glo. in l. fi. ubi Barto. & docto. C. de his qui. ut indig. cum si. ut Cor. scribit in consi. 101 In causa vertente. li. 2. & applicando ista ad casum nostrũ, primò est dictũ ipsius Helenæ, cui illata fuit iniuria, quæ attestatur

ADDITIO.

a ¶ Arbitrio.) Hipp. Marsi. d. l. fi. & in sua practica uers. Tortura.

testatur de dicto Antonio:& dicit illum cognouisse ad prolationem verborum:unde talis assertio videtur facere indicium ad torturam,ex eo quod not.Ang in l.si quis in graui.§ si quis moriēs.
2 in princip.ff.ad Sylla.† Vbi inquit,ꝙ assertio vulnerati facit indicium ad torturam.& facit quod not.Bal.in l.1.C.commu. de leg. versi.item si testator.& licet ad hoc solum indicium non esset sufficiens ad torturam,per ea quæ tradit Alex.in consil.14.Pondera tis narratis lib.3.tamen concurrentibus alijs,ut statim dicam,indicia omnino videntur sufficientia ad torturam.Secundò,soror dictæ Helenæ bene attestatur, & deponit contra dictum Antoniū, & dicit illum uidisse & cognouisse:quia lumen,quod erat in sala, resplēdebat in thalamo prædicto:& propterea ipsum bene vidit, & cognouit. & cepit fortiter vociferari, & dicere, *tu sei Antonio Garfagnino tristo ribaldo &c.* licet enim hoc delictum de nocte commissum fuerit:tamen ex quo deponit de lumine,videt optime deponere,quia non ob.quod dicunt Bald. & Ang.in l.sicut ex ceptione. §. in hac.ff. quod met. cau. de probatione delicti commissi de nocte,quæ non potest fieri sine lumine: & Bald in l Are thusa.ff.de statu hominum.in vers.& no.ꝙ Old.& Ang in ɔſ.194. Viso processu.cū si.quæ not.sunt.Et quia ista soror de facto proprio attestatur:eius probatio efficacior videtur, ex eo quod tra-
3 dit Pau.de Cast.in l.2 §.1.ff.si ex noxa.cau.agatur.† Vbi cōcludit ꝙ si testis,etiam infamis,vel aliàs inhabilis,de facto proprio attestetur,facit semiplenam probationem.Cū ergo ista dicat, ꝙ ipsa cepit eum,& proiecit de dicto lecto, eius probatio videtur esse maioris virtutis.Nō ob.ꝙ ista sit soror, & domestica ipsius Helenæ:quia in tali casu etiam inhabiles admittuntur,ex quo res ista per alios probari non potest.l.consensu.C.de repu.in ca.veniens. el 2.de testi.& nō.Feder.in consi.119.Nulli dubium in prin.Bart. in l.si quis ex argenta.§ pe.ff.de eden.cum si.vt tradit Alex.in ɔſil. 24 Animaduersis his.col.3.lib.2. & dicit Bart.in l. in illa in fin.de verb.ob.ꝙ,ubi non potest liquida res probari, sufficit ꝙ ex vehementi opinione, iudex se informet.argum.l.non omnes.§. à Barbaris.de re mili.Tertio, dña Dominica Reghina idē optimè attestatur, & deponit ɔ̄ dictū Antonium, dum inquit,ꝙ ipsa dormiebat in lecto ɔtiguo lecto dictæ Helenæ.& expergefacta,ꝓpter dictum rumorem,vidit, quando dictus Antonius discessit de thalamo prædicto,eo quia quoddam lumen,quod erat in sala vehemēter resplendebat in thalamo prædicto, & quando ipse Antonius exiuit de thalamo prædicto,& transiuit per ostium dicti thalami ipsum vidit, & sibi visum fuit, ꝙ ipse omnino fuisset Antonius Garfagnini:& sic eum iudicauit, & repetit, ꝙ videri suo omnino erat dictus Antonius:quia vidit eum,habens bonam notitiam de eo,& resplendēte luminē prædicto &c Ex quibus verbis vr̄ opti-
4 mè deponere.†Non ob ꝙ dicat,ꝙ sibi visum fuit,& sic iudicauit: quæ verba non conueniunt testib.vt no.Bar.in l.quid tamen § si arbit.ff.de arbi.in l.qui testamento.§.fi.ff.de testa.quia respondetur,ꝙ licet verba prædicta, de per se,non sint congrua in testibus, tamen in casu isto corroborantur ex alijs verbis adiunctis,dum ratio bona assignatur :quia vidit eum, & bonam habet notitiam de eo, & ipsum bene cognouit.ita Bar.concludit in d.l quid tñ §. si arbit.& idem no.Bal.in l.non solū in 5.q.C. de testi.vbi inquit, ꝙ verbum,credo,non destruit testimoniū,si congrua ratio addatur.& tradit Alex. in cons.24.s̄.alleg.col. 5.& idem no.Bald.in l.si seruus.§. qui quinque.de leg.1. ubi inquit,ꝙ si testis dicat, credo quia vidi,probat nō ratione dicti, sed vi rationis adiunctæ.& idē Bal in l.siue possidetis.col.pe.in ver.sed quæro.C.de proba.& in l. conuenticula col.5 in ver item multofortius.C.de episc. & cler. vbi repetit,quod si testis dicat,credo, quia vidi,probat virtute ra-
5 tionis.Et ita pariter in casu isto concludendum vr̄.† Non obst. ꝙ prædictæ sint mulieres quia respondetur,ꝙ etiam in causa criminali,mulieres admittuntur, quando veritas aliter haberi nō pōt, ut no.Io.And. post Guid de Suza. quē ibi refert in aditione Spe. in tit.de teste.§.1 in ver itē ꝙ est mulier.& tradit Ale.in cons.74. Viso themate.in prin.lib.1.& in consi.23.Animaduersis.li.2.& in casu isto ex natura facti, uidelicet in stupro, & violentia cōmissa in camera,alij testes haberi non possunt,ideo inhabiles admittūtur , secundum doctrinam quam tradunt Anton. de Butr. & Imol. in capitu. 3. loco, de probat. Anton. de Butr.in consil. 24. Hæc qō Abb.in c fi in 2.no.de testi.cog. Alex.in d.consi.64 lib.3. s̄.alleg. Vnde,ex omnibus prædictis indubitanter cōcludendum est, indicia esse sufficientia ad torturam. Et ex prædictis adeo informari vr̄ animus iudicis,ut omnino existimare debet dictū Antonium,hoc delictum commisisse, ideo deueniendū est ad torturam,cum hoc totum sit in arbitrio iudicis. vt s̄.in prin dixi. & nō vr̄,ꝙ iudex possit,neq; debeat aliter arbitrari,maximè in isto delicto occultè commisso,in quo facilius est procedendum ad torturam secundum Bal.in d.l nemo.C.de episco audi.nam unus testis,qui deponat de ipso delicto, facit indiciū ad torturā,ut not. Bar.in l.fin.in fin.ff.de quest. & ideo sola domina Dominica,quæ bene deponit de ipso delicto,ut deductum fuit, vr̄ facere indiciū ad torturam.Non ob.ꝙ ista domina Dominica non vr̄ omni exceptione maior, quo casu non vr̄ unus testis facere indicium,nisi sit omni exceptione maior,ut not. Bar.in l.1.§ idem Cornelio, in prin.ff.de quæstioni. Ange.in l.fina. circa fin. C. de quæstioni. Bald.in l.milites.C. de quæstioni. Quia ad hoc respōdetur, quòd Domina Dominica videtur omni exceptione maior, in tali delicto occulte,commisso,quod per alios probari non potest,per ea quæ s̄.dicta sunt.Secundo,respondetur, ꝙ in delictis, est datum
6 arbitrium magnifico Capitaneo, ut patet in statuto.† Quo casu, ratione arbitrij potest iudex ad torturam procedere, ad dictum unius testis.qui non sit omni exceptione maior, ut no. Alex.in d. consi 41.Habita super contentis.li.2.ubi alleg.Gandinum ad hoc in trac. malefi.in rub.Item, quæro nūquid potestas,qui habet arbitrium. Tertio, respōdetur ꝙ in casu isto,ultra unum testem,est soror alia testis,& assertio ipsius Helenæ,vt s̄.dictum fuit. Ex quibus omnibus, in casu istius difficilis probationis, vr̄ haberi sufficiēs probatio,etiam ad ɔdemnandum,Sed ad torturam indubitāter procedendum est, per s̄. dicta. Non ob ꝙ mulieres quædam deponunt dictum Antonium, dicta nocte fuisse cum illis: quia cum sint meretrices infames, illis non est credendum ut tradit Alex in consi.11.Circa primum dubium.in prin lib. 1. Et prædicta indicia,quæ sunt ɔ̄ dictum Antonium, non sunt purgata per torturam,quam ipse habuit: quia etiam dicta Helena fuit posita ad torturam ut Paris de Puteo in tracta syndicatus, charta fi.& si dictus Antonius tortus nunc per indicia urgentia constanter perseuerauit, tunc nedum indicia, sed etiam probatio, facta contra eum,erit purgata,ut no. Albericus in l.edictum.ff. de quæstioni. & Bar. Verone.in consil.32.Quidam rustici.& Ita, ut suprà dictū est,puto esse de iure.

EPITOME Consi. CCCLXIIII.

Statutum Senense, disponens, ꝙ extantibus masculis, filiæ & eius descendentes excludantur. non uocat filiam ad successionem,deficientibus masculis, verum ipsa non prohibetur tunc à statuto succedere. Admittetur igitur secundum dispositionem iuris cōmunis.

SVMMARIVM.

1 *Descendentium appellatione, veniunt omnes descendentes in infinitum, cuiuscunque gradus sint.5.*
2 *Argumentum à contrario sensu, quando sumatur etiam in statuto.*
3 *Statutum, quòd minor 15. annis obligari non possit sine certa solennitate, non videtur post dictam ætatem,minorem habilitare.*
4 *Solemnitas, requisita à statuto in contractibus minorum 20. annis, ultra illud tempus, non requiritur.*

VIsis his,quæ accuratè, & subtiliter in casu proposito scribit præclarissimus doctor dominus Leonardus de Cæsano, vti frater honorādus,iuridicam esse arbitror conclusionem ab eo firmatam,circa interpretationem statuti Senensis,de qua agitur.Et quia difficultatem
a facit autoritas excellentissimi iurisconsulti dñi Barth.Soci.[a]qui in terminis prædicti statuti,pluribus rationibus consuluit ɔ̄rium,vt patet in consi 10. Consideratis & bene pensatis.li.3. Reassumam eius rationes,quibus etiā aliter quam s̄. dictum sit respōdebo:ita ꝙ veritas manifesta apparebit,secundum decisionem dñi Cōsultoris.refert enim Soci.in cons.præal.ꝙ uidit practicari in ciuitate Senarum,in statuto de quo quæritur, ꝙ descendentes ex fœmina, qui tempore mortis non erant concepti, succederēt in idem ius qđ habuisset filia,si superuixisset.& secundum eum talis practica vr̄ inducta,inspecta mente statuti, quia filia, & descendentes ex ea,à statuto excluduntur quādiu superstit masculus: vnde sicut generaliter,& indistinctè descendentes cum filia excludūtur: ergo pariter deficientibus masculis, vr̄ ꝙ descendentes indistinctè cū filia debeant reintegrari, vt sit omniū æqualis determinatio. ar.l. iam hoc iure.de vul.& pup.in l.quāuis.C de impu.Secundo,hoc vr̄ efficaciter cōprobari: quia quandiu superstit masculus, filia & eius descendentes excludūtur:ergo deficiente masculo, reintegrari vr̄ filia cum descēdētibus,& sub noīe descendentiū, ueniūt ēt non concepti tempore mortis auiæ vel aui,ut no.Bar.in l.item
1 prætor.ff.de suis & legitimis.† Et quia appellatione descēdent ū, ueniunt omnes descēdētes ab infinitum cuiuscunq; sint gradus. in auth.de hære.ab inte.ve in prin.tradit Alex.in ɔſ.160 Viso themate.li.2. Tertio, hoc idē ɔfirmatur: quia qñ uocātur à testatore illi de familia testatoris ad fideicōmissum, vñr uocati tm̄ illi, qui reperiuntur de familia tpe mortis.l.cum ita.§ in fideicommisso, de leg.2 tamen si conditionale sit fideicommissum,sufficit ꝙ sint de familia tempore existentis conditionis, vt not. Ioan. And. in additio.

ADDITIO.

a ¶ Soci.]Caro.Rui.consi.38.Quamuis copiose.lib.3. consulens in hoc eodem themate,dicit opinionem Soci. prima facie uideri iuridicam, & pro ea arguit, sed tandem concludit idem, ꝙ Decius hic & est * communis & vera sententia.

additio.Specul.in rub.de testam.& dicit Socin.se ita consuluisse cum Alex. & consilium Alex. est consi.26. Videretur. lib.3.in fi. cũ ergo vocati sint descendentes sub conditione, videlicet deficientibus masculis, satis est, ꝙ sint nati, vel concepti descẽdẽtes tempore existentis conditionis. Quartò, hoc idem suadetur ex mente statuti, quod excludit ab hæreditate matris auiæ, & proauiæ, aui vel proaui materni: nam à cõiter accidentibus, descendẽtes respectu proaui vel proauiæ, non reperiuntur, idcirco statutũ videtur voluisse ꝯprehendere ẽt descendentes conceptos ẽt post mortem proaui vel proauiæ, vt latius ꝓsequitur Soc. in cõsi.10 præallegato. Sed prædictis non obstantibus ꝯ̄rium, & rectè (vt puto) in terminis dicti statuti, s̃.conclusum fuit, ꝙ Sulpitia neptis ad hæreditatem Corneliæ auiæ maternæ, non debeat reintegrari, cum non fuerit nata neq; concepta t pe mortis dictæ Corneliæ, quo casu ad eius successionem non admittitur l.1.§.si quis proximior. ff. vnde cogna.in l.Titius, in fi ff.de suis & legit.& in §.cum aũt.insti.de hære.quæ ab intest.cum sim.s̃.allegatis.& hoc statutum cum sit ꝯ̄ ius commune, & multũ operetur in casu expresso, in alijs non specificatis debet intelligi secundũ ius cõe.argu.l.secundæ.C.de nox.in c.cum dilectus.de consue.facit tex.in l.1.§.lex falcidia.ff.ad legem falcidiam.cum si. tota vis est in respõdendo ad allegata s̃.in ꝯ̄rium: & s̃. per dominum Consultorem videt̃ sufficienter fuisse responsum. Vlterius etiam videt̃, aliter quam suprà dictum sit posse responderi. & pro vera intelligẽtia dicti statuti, considerãdum est, ꝙ statutum excludit filiam, & descendentes ex ea limitatè, quandiu supererit filius masculus: & talis exclusio vr̃ quędam priuatio, quę pręsupponit habitũ l.decẽ.§.decem.de verb.obl.l.manumissiones.ff.de iust.& iu.c.ad dissoluendũ.de despon.impu.& talis exclusio non cadit in neptẽ quæ non erat nata, neq; ꝯcepta t pe mortis auię: quia illa non erat vocata ad successionem auię per s̃.dicta. Et sic verba statuti in casu nostro non vñr adaptari: ergo dispositio statuti non vr̃ habere locum vbi verba non ꝯueniunt, vt no.Bar.in l.4.§.prætor ait in versi.toties per illum tex.ff de damno infect.& in l. ita tñ, in prin ꝑ illum tex.ff.de admi.tuto.cum si.Secundo, in interpretatione dicti statuti aduertendum est: quia (vt dixi) exclusio videtur limitata, quandiu supererit masculus: & ideo cessante masculo, cessat exclusio: sed non sequitur quòd cessante masculo, sit vocata filia, & descendentes: quia argumentum à ꝯ̄rio sensu, de quo agit̃ hic, debet colligi strictè ad limites verborũ, vt no. Ant. de But.in
2 c.cum apostolica, in vlt. not.de his quæ fiunt à præla †nam ẽt in
a statutis, habet locum argumentum à contrario sensu,[a] qñ sumit̃ ex natura limitati t pis: & qñ necessarium est argumentum ex natura verborum limitatorum, vt not.Bal.in l.obseruare.§.proficisci.in 3 q.in fi ff.de offi.procon.& lega.vnde cum filia, & descendentes prohibeantur succedere quandiu supersit masculus, à ꝯ̄rio sensu, deficiente masculo, non prohibentur. Hoc à contrario sensu necessario sequitur, sed non infertur, ꝙ deficiente masculo, prædicti descendentes sint vocati à statuto: deficiente enĩ masculo, cessante prohibitione remanent in terminis iuris communis. Aliud est enim ꝙ descendentes non excludantur à statuto: aliud est quòd vocati sunt a statuto. Primo casu loquitur statutum in quo stantibus masculis, filia & descendentes prohibentur succedere: & cessantibus masculis, non prohibentur succedere. Non autem dicendum est, quòd sint vocati à statuto: quia emanauit statutum ad exclusionem, & inducta ad exclusionem, non debent operari contrarium. l. legata inutiliter.de legat. 1.& quia verba à contrario sensu, hoc necessario non inferunt, per supra dicta.& pro ista interpretatione bene facit quod no. Bal.in
3 l.1.in fin. C.de inutil.stipula.† vbi concludit, ꝙ si statutum dicat ꝙ minor 15.annnis non possit se obligare, sine certa solennitate, non tamen post illam ętatem videtur statutum habilitare maiorem 15.annorum, vltra ius commune: quia inducta ad infringendum contractum, non debent operari contrarium: & ideo post illam ætatem 15.annorum, solum cessat prohibitio statuti: & casus remanet in dispositione iuris communis.& idem in simili casu tradit Pau.de Cast.in consi.273.Incipiendo dico dictas vendi
4 tiones.in princi.† vbi concludit, ꝙ statuto disponente ꝙ certa solennitas requiratur in contractibus minorum 20. annis, vltra illud tempus illa solennitas statuti non erit necessaria: & hoc à ꝯ̄rio sensu bene colligitur, & sic tollitur prohibitio statuti non autem à contrario sensu inferri potest, ꝙ maior viginti annis habilitatus sit a statuto vltra quam disponatur à iure communi. & in simili casu alias in statuto Senensi consului, vt patet in cons.110. Ex quibus omnibus indubitanter arbitror, ꝙ in terminis statuti de quo agitur, descendentes ex filia cessante masculo, non sint vocati ab ipso statuto: quia intentio statuti solum fuit tollere ꝓhibitionem factam à statuto, existẽte masculo, & non vocare dictos descendentes, vltra quam de iure communi admittantur.& stante tali declaratione ad statutum, quæ verissima vr̃, ad omnia supra allegata in contrarium respondetur. Et primò, non ob. prima ratio, dum dicitur, ꝙ sicut filia, & descendentes ex ea, generaliter & indistinctè excluduntur existente masculo, ita cessante masculo, filia & descendentes videntur indistinctè reintegrari, vt s̃.arguitur. quia respondetur, ꝙ argumentum non valet: quia extante masculo, est dispositio prohibitiua, negatiua, quæ trahitur in infinitum, glo.notabilis in l.hoc genus, in glo.fi ff.de condit.& demonst. & tradit Oldra. in consi.16. Thema tale est non sic videtur è contra in dispositione affirmatiua, quando vocati sunt descendentes, deficiente masculo, quia negatiua potentius
b negat,[b] quam affirmatiua affirmet, vt notatur per glossam in c. cum dilectus, de consuetudine.& sic eadem ratio non videtur in vtroq; casu, ideo non videtur procedere argumentum dictæ legis, iam hoc iure.ff.de vulgari & pupil.substitutione. vt no.Imo. in l.Cai.ff.solu.matrimo.facit tex.in l.si ita scriptum.ff.de manumissis testamento.& not. Ang.in §. hinc nobis.circa fi.in authentica de hæredibus & falcidia.collatione prima. Secundò respondetur in casu isto: deficiente masculo, non sunt vocati descendẽtes, sed non prohibentur succedere: quia prohibitio quæ erat facta existente masculo, illo deficiente, relaxatur, vt supra dixi, & sic deficiente masculo, non sunt vocati descendentes ex filia, licet nõ prohibeantur succedere.& ista sunt diuersa vt supra dixi.
5 † Secundo, non ob. ꝙ sub nomine descendentium, veniunt ẽt illi, qui non sunt concepti tempore mortis eius, de cuius hæreditate agitur, vt not.Bart.in d.l.item pretor ff.de suis & legitimis. qa respondetur. vt dictum est. ꝙ in casu isto non sunt vocati à statuto descendentes, sed solum cessante masculo, non prohibentur succedere. Et per hoc ẽt respõdetur ad illud, quod tertiò in ꝯ̄riũ allegatur de relicto facto familiæ, in quo vocati sunt illi, qui sunt de familia tempore mortis: quia in casu isto non sunt vocati descendentes, vt dixi: ideo non cadit illud quod in ꝯ̄rium allegatur de fideicommisso cõditionali, & quia illud dictum procedit facto testamẽto, secus ab intestato, prout in casu isto contingit: & ita Alex.concludit in consi.26.lib.3.supra allegato. Vltimo non obstat dũ arguitur à cõiter accidentibus, quia supra responsum fuit & rectè per dominum consultorem, & gratia breuitatis non repeto, & de subscriptione requisitus &c.

ADDITIONES.

a ¶ Sensu.) Dixi In consue. Parisi.§.2.gl.2.nu.3.cum sequent.

b ¶ Negat.) Supra consi.147.infra consi.490.nu.6. Decius in l.1.nu.13. C. de pactis vbi dixi.

EPITOME Consi. CCCLXV.

Donatio fuit facta N. & casu quo nullus sit de eius linea, donatio haberet locum in persona F. N. habuit filium naturalem, qui post ipsam donationem fuit legitimatus. Sane concluditur, huiusmodi donationis conditionem esse purificatam in persona dicti legitimati, F. excluso.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis accepta pro se, & filiis legitimis, non transit in filios legitimatos.*

2 *Filii bastardi, non dicuntur esse de domo.*

3 *Lex, si unquam. C. de reuoc. dona. non habet locum in filio legitimato.*

4 *Lex, cum auus. ff. de condit. & demo ist. locum non habet in filijs, qui nati erant tempore testamenti.*

5 *Verba, quæ aliàs denotant improprietatem, in his quę sunt iuris, significant veritatem. 8.*

6 *Legitimatus secundum communem opinionem excludit substitutum.*

7 *Statutum excludens filiam extantibus masculis, locum habet etiam in legitimato.*

a VIso cõsilio excellentissimi doctoris d.Barth. Soci.[a] requisitus de subscriptione, instabo circa illud, in quo pondus rei cõsistere videtur, videlicet, an donatio facta per Nicolaum Francisco olim Laurẽtij post mortẽ dicti Nicolai, & casu quo nullus sit de linea dicti Nicolai, impediatur, sortiri effectũ, ex eo ꝙ prędictus Nicolaus decesserit, vel decederet cũ filio, post dictã do-
b nationẽ legitimato. & quia articulus vr̃ non parũ dubitabilis,[b] consen-

ADDITIONES.

a ¶ Socini.] Non est consil.226.de quo infra, sed aliud consilium ꝙ non reperi in impressis.

b ¶ Dubitabilis) Imo nullo modo dubitabilis, quia ex quo donans expressè excepit posteritatem, seu liberos, certum est & indubitatũ, ꝙ cessat donatio, relictis quibuscunque legitimatis, & quibuscunq; habilibus etiam alioquin spurijs, siue ante, siue post donationẽ, natis. facit quod exceptio liberorum facit deficere fideicommissum, extantibus naturalibus tantum & non legitimatis.l.ex facto §.1.ad trebel.not.in l.generaliter.§ j.de institu.& substitu & sic non erat opus his allegationibus, & multiloquio Decij nisi ad satisfaciendum affectui clientis, vel imperiti iudicis.

ↄſentaneum eſt arguere ad partes, ut veritas facilius intueri poſ-
ſit. Et primo ꝓ parte affirmatiua, ꝙ donatio debeat habere locũ,
facit ꝙ illa verba, de linea dicti Nicolai, non videntur in filio le-
gitimato verificari: quia legitimatus ꝓprie non dr̄ filius. l. qua in
prouincia. §. diuus. ff. de ritu. nup. Et quia legitimato non compe
tit diffinitio filiationis, iuxta l. filium diffinimus. ff. de his qui ſunt
ſui vel alie. iuris. & hoc mõ arguit Ang. in l. iubemus. C. de Treb.
vbi inquit, ꝙ ille tex. qui loquitur de filio, non habet locum in le
gitimato: quia illi non congruit diffinitio filij, cum non ſit ex iu-
ſtis nuptijs procreatus. & idem dicit Bal. in l. quiſquis. C. ad leg.
1 Iul. maieſt. & ideo † ſi quis acceperit emphyteuſim [a] pro ſe, & fi-
a lijs legitimis, non ueniunt legitimati: quia non ſunt naturaliter
legitimi, ſed ꝑ fictionem, ut not. Bal. ꝑ illum tex. in l. fi. C. de his q
veniam æta. impe. & ſicut legitimatus non dr̄ uere, & proprie fi
lius ita vr̄ ꝙ propriè non ſit de linea ipſius Nicolai: quia talis li-
nea vr̄ habere radicem infectam. arg. l. fi. C. de na. lib. Et no. Bald.
2 in l. fi. C. de verb. ſig. in fi. ubi inquit † ꝙ baſtardi non dicuntur eſſe
de domo: & idem dicit in nepotibus, etiam legitimè natis ex ba-
ſtardis: quia nulla conſequentia poteſt eſſe legitima, ex illegiti-
mo naſcendi principio d. l. fi. C. de na. lib. & tradit Alex. in conſi.
174. Super eo de quo quæritur. lib. 5. & Benedi. Capra in conſil.
136 Et ſi videatur. & ideo vr̄ ꝙ conditio donationis ſit purifica-
ta: ex quo nullus ſaltem legitimus reperitur de linea dicti Nico-
lai, & per conſequens, donatio debet habere locum. Secundo, i-
ſta concluſio ſpecialiter comprobat̄ ex eo quod in terminis uo-
b luit Bal. [b] in l. 1. C. de inoff. do. in ver. vlterius quæritur: ubi con-
cludit, ꝙ donatio prius facta, non debet reuocari ꝑ ꝑ legitimatio
nem poſteà factam de filio: quia quò ad tertium, cui fuit ius quę
ſitum virtute donationis, nõ vr̄ legitimatio præiudicare, niſi fue-
rit citatus, & in caſu iſto non fuit. & hoc idem not. Bal. in l. 2. in fi.
3 verſi. quid de filio legitimato C ſi quid in fra. patro. † Vbi ſpecia-
liter ad ꝓpoſitum dicit, ꝙ diſpoſitio l. ſi vnquam. C. de reuo. do.
in qua habetur, ꝙ ꝑ ſuperuenientiam liberorum donatio prius
facta reuocatur, non habet locum in filio legitimato, quia loqui
tur in poſthumo a natura, & non vr̄ ꝓcedere in poſthumo crea-
to facto hominis per fictionem. l. filio quem pater. ff. de libe. &
poſth. & idem tenet Sali in l. ſi totas. in ver. iuxta quod quæro. C.
de inoffic. do. quia legitimatio ꝑ reſcriptum non præiudicat his,
quibus fuit ius quæſitum, vt ſuprà etiam ſecundum Bal. dictum
fuit. Et ex his pariter in caſu noſtro vr̄ concludendum, ꝙ illa ver
ba, de linea dicti Nicolai, intelligant̄ verè, & naturaliter, & non
verificentur in legitimato: & quia tempore donationis fuit ius
quæſitum donatario, quod eo non citato, ex ſuperuenienti legi-
timatione auferri non poteſt ꝑ ſuprà dicta. Vnde cum tempore
donationis factæ ꝑ dictum Nicolaum ius fuerit quæſitum dicto
Franciſco donatario, ex poſtea facta legitimatione tolli non vi-
detur. Tertio, hoc idem confirmatur, quia ſecundum commu-
nem vſum loquendi, legitimatus non dicitur legitimus, vt tra-
dit Paul. de Caſt. in l. fi. C. de his qui ve. æta. impe. in l. cum acutiſ-
ſimi. C. de fideicom. Alex. in conſi. 25. Circa primum. in prin. lib.
1. & pulchre ſcribit Fulg. in conſi. 62. Stante ſtatuto ciuitatis Ve-
ronæ colum. 1. & verba, ſecundum communem vſum loquendi,
debent interpretari. l. Labeo. ff. de ſupe. leg l. liberorum §. quid
tamen Caſſius. de le. 3. & not. Ant. de But. in proœ. decre. cha. pe.
ver. aduerte tamen. & in ca. quamuis. per illum text. de verb. ſig.
Bar. in l. ſtipulatio iſta. §. hi quoque. in fin. de verbo. obli. ideo illa
verba, de linea dicti Nicolai, ſecundum communem vſum lo-
quendi, debent de linea legitima interpretari, & non de legiti-
mata. Quartò & ultimo conſiderandum eſt, ꝙ tempore dona-
tionis extabat talis filius, licet non eſſet legitimatus, & eius pater
de eo nullã conſiderationem habuit, ideo videtur uoluiſſe quòd
4 talis filius non impediret dictam donationem. † Et ad hoc facit
quod not. Roma. in conſil. 370. In propoſita conſultatione. ubi
concludit ꝙ diſpoſitio l. cum auus. de condit. & demonſt. quæ
fundatur in fauorem filiorum, qui poſtea naſcuntur, de quibus
teſtator non cogitauit, non habet locum in filijs, qui nati erant
tempore teſtamẽti, de quibus teſtator ueriſimiliter cogitauit, &
diſpõ l. ſi unquam. C. de reuoca. donat. non habet locum quan
do donator de liberis cogitauit, ut not. Bart. in l. Titia. §. impera-
tor. de leg. 2. col. pen. cum ſimili. Et iſta ſunt breuiter, ex quibus
videtur, ꝙ donatio omnino debeat habere locum. In contrariũ
autem, pro parte negatiua multa offeruntur, ex quibus ſuaderi
videtur, quod conditio donationis non ſit purificata, & quòd
ex defectu conditionis donatio deficiat: quia illa uerbà, de linea
dicti Nicolai, in caſu propoſito, verificata eſſe videntur in filio
dicti Nicolai, qui dicitur de eius linea: quia ille genitiuus,
dicti Nicolai, ſignificat originem, & de linea recta intelligitur,
vt not. Bald. declarando iſta verba, ex linea patris ſui Franciſci.
in conſilio 277. Teſtamento cauetur. lib. 4. & linea Nicolai inci-
pit in filijs eius, ut dicit Paulus de Caſtro in l. maritus. in fin. C. de
procu. & facit quod latius de linea ſcribit Pet. de Ancha. in con-
ſil. 94 In quæſtione quæ vertitur. & Soci. in conſil. 33. Circa præ-
ſentem conſultationem. lib. 3. col. 4. & in hoc non eſt dubitan-
dum. & quamuis non ſit iſte legitimè natus ſatis eſt ꝙ fuerit le-
gitimatus, quia propriè, & vere legitimatus dicitur legitimus:
ut nota. Bart. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſuc. in tertia prin-
cipali quæſtione, in verſi. item quæritur circa prædicta. quia ali-
5 quem eſſe, uel nõ eſſe legitimum, eſt iuris, & pendet à iure. † Quo
caſu in his quæ ſunt iuris, verba, quæ alias denotant improprie-
tatem, & fictionem, veritatem ſignificant: ut not. idem Bar. in d.
l. ſi is qui in dicta tertia principali quæſtione. ubi de fictione indu
ctiua. in fi uerſi. & ſi opponis mihi. & idem Bar. in l. maritus. la 2.
§. legis ff. de adulte. & Bald. in l. nuper, in fi. C. de natu libe. Alex.
in conſil. 2. Viſis codicillis. lib. 1. & ideo verba prædicta, de linea
dicti Nicolai, videntur verificari in iſto legitimato, qui vere &
proprie dicitur legitimus. Secundò, hoc confirmat̄: quia de legi-
timatis idem iudicatur, ꝙ de legitime natis reſpectu agnatorũ,
& familiæ. quia legitimatus alijs agnatis ſuccedit, ut ſentit Bar. &
Bal. in l communium. C. de natu. li. & no. Io. And. in addi. Specul.
in tit. de ſucceſ. ab inteſt. §. fi. Alex. refert in conſil. 2. ſuprà allega
to. Viſis codicillis. lib. 1. in verſicul. ad prædicta bene facit. & ibi
inquit, ꝙ per legitimationem conſeruatur agnatio, ſicut per le-
gitimos, & naturales. & imo cum illa uerba, de linea dicti Nico-
lai, prolata ſint in fauorem agnationis, ut bona conſeruentur in
familia, ſecundum diſpoſitionem patris prædicti Nicolai, dicta
verba verificari videntur in tali legimato, ꝑ quem agnatio con-
6 ſeruatur. † Tertio, hoc comprobari videtur pluribus ſimilibus.
* Et primo, quia ſecundum* *cõmunem* opinionem, legitimatus ex-
cludit ſubſtitutum, ut late conſuluit Alex. in conſilio 2. ſuprà al-
lega. libro primo. ubi concludit iſtam eſſe communem opinio-
nem, & idem atteſtatur Imol. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus, in fi.
ff. ad Treb. & idem replicat Alex. in conſi. 121. Viſo themate. li.
2. in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſti. & ſubſti. cum ſim. quæ
7 nota ſunt. † Secundo, hoc in ſimili tradit Bal in l. cum acutiſſimi.
C. de fideicommiſ. in verſi. & idem dico. ubi concludit, ꝙ ſtatu-
c tum excludens filiam [c] extantibus maſculis, etiam habet locum
in legitimato: quia legitimatio extendit ſe ad ſtatutum: & idem
dicit Bal. in l. eam quam. in verſi. fuit à me quæſitum. C. de fidei-
commiſ. cum ſi. ut tradunt Mode. in l. ſi is qui ꝓ emptore. ff. de
vſuc. in cha. 15. Tertio, facit ꝙ in ſimili voluit Ang. in conſil. 71.
arbiter & arbitrator. ubi poſt longam diſputationem tenet, ꝙ
verba laudi in quo quis erat condemnatus ſoluere cuidam Guel
pho, & ſucceſſiuè eius filijs legitimis, & naturalibus, ēt habeant
locum in legitimatis. Quarto concludunt doctores cõiter, ꝙ te-
ſtamentum prius factum ad ſimilitudinem poſthumi præteriti,
d ꝑ legitimationem filij poſtea factam, rumpat̄, [d] ut Ant. de But.
concludit in c. ꝑ venerabilem. cha. vlti. in ver. alius eſt effectus q
filij ſint legi. & Bal. in l. certum. in prin. ff. de iniuſto rup. Ro. in ↄſ.
33. Licet naturalis. Per. de Anch. in conſil. 292. In ſucceſſione ab
inteſtato. Abb. in ↄſ. 86. In quæſtione quæ vertit̄. li. 1. cum ſim. ut.
tradunt Alex. & Mod. in rub. de lib. & poſth. & Alex. ibi dicit, ꝙ
iſta eſt cõmunis opinio, & idem dicit Alex. in conſ. 139. Elegan-
ter fuit cõſultũ. lib. 1. Et ex iſtis quatuor ſimilibus, vr̄ comproba-
ta iſta concluſio, ꝙ legitimatio facta de filio, uideatur donatio-
nem impedire: quia uerum uidetur, ꝙ Nicolaus non deceſſerit
nullo exiſtente de eius linea: quia iſte legitimatus dicitur eſſe de
eius linea per omnia ſuprà dicta. Ad quorum omnium confir-
mationem facit, quia legitimatus nihil differt à legitimis. §. ſit igi
tur licentia. ibi, nihil à legitimis differentes. in authentic. qui. mo.
nat. effi. leg. & in §. ſit igitur, in authentic. qui. mo. nat. effi. ſui.
cum ſimil. ut proſequitur Alexand. in d. conſi. 2. lib. 1. s̄. allegato.
& ideo legitimatus ſuccedit ſimul cum filijs legitimis, & natu-
ralibus, ut no. Bal. ꝑ illum tex. in l. ſi te parens. C. de ſuis & leg. Po-
ſtremo, ad hoc eſt in terminis deciſio do. Barth. Soci. qui plenius
quam hic conſuluit, in ↄſ. 226. Quæſtio præſentis conſultationis.
ubi late concludit, ꝙ donatio facta à patre, qui habeat filium ſpu
rium tꝑe factæ donationis reuocetur, ſi poſtea ille ſpurius ui-
uente

ADDITIONES.

a ¶ Emphyteuſim.] Idem Franciſ. Curti. ſeni. conſil. 73. nume. 20. Ego hoc amplio ſiue ſit accepta pro ſe, & filijs vt filijs: ſiue pro ſe & filijs & hæredibus. quia ex quo eſt limitata ad filios legitimos, vel eorum vitam, non poteſt extendi ad legitimatos, etiam ſi expreſsè in legitimatione dicatur, quia non potuit ea clauſula apponi in præiudicium domini directi, & limitatæ inueſtituræ, vt dixi in conſue. Pariſi. §. 8. gloſſ. 1. numer. 39. reprobando communem ſententiam & gl. in § naturales. ſi de feu. defun. conté. ſit inter do. & agna. Et ſic male conſuluit Caro. Rui. conſil. 164. Viſa legitimatione lib. 1.

b ¶ Bald.] Non eſt opus de hoc hic diſcutere: quia hic filius non venit beneficio legis per d. l. ſi vnquam. ſed ex reſeruatione expreſſa donationis, vt dixi.

c ¶ Filiam.] Falſum, vt plene dixi in conſuetudi. Pariſi. §. 8. gloſſ. 1. numero 45. 67.

d ¶ Rumpatur.] Andre. Tiraq. repe. l. ſi vnquam. ver. ſuſceperit liberos. num 66. num. 8. C. de reuocã. don.

uente patre sit legitimatus, contra Bal. & Sali. in locis s. allegat. & eorum rationibus late, & subtiliter respõdere conatur. Et ex his ista pars negatiua suaderi posse uidebatur, concludendo in effectu, q donatio ex defectu conditionis annulletur. Restat ut dicamus quid concludendum sit, negari non potest, quin res valde dubia sit Et considerandum est, q non sumus præcisè in illa quæstione, an donatio, per legitimationem filij postea factam, reuocetur: quia in casu nostro non agitur de reuocatione donationis, & sic non agitur de resolutione donationis, prout loquitur text. in d. l. si unquam. C. de reuoca. dona. Sed agitur de donatione conditionali an purificata sit. & amplector partem negatiuam, per ea quæ supra dicta sunt. Et ulterius hoc corroboratur duplici ratione. Prima est: quia in donatione apponitur conditio negatiua eo casu quo nullus sit de linea dicti Nicolai: illa dictio, nullus, vř uniuersalis negatiua. facit tex. in c. fin. in fi. 22. q. 1. ibi, nullus cũ eo comedat. & instit. de attil. tut. in prin. ibi, nullus omnino. Et certè stante tali filio legitimato, non vř impleta illa conditio, q nullus sit de linea: nã linea videtur terminus naturalis: quia respicit coniunctionem, & consanguinitatem: cum linea dicatur collectio p sonarum, ab eodem stipite descendentium, gradus continens, ut per Io. And. in arbore consanguinitatis. & Pet. de Ancha. in cõsi. 94. suprà alleg. & verba quæ respiciunt naturalem coniunctionẽ etiam locum habent in bastardis ut not. Bart. in l. tutelis. ff. de cadimi. facit text. in l. parentes. ff. de in ius voc. & in l. & nihil interest. ff. de ritu nu. in l. libertinum. C. de interdic. matri. & quod not. Bar. in l. pronuntiatio. §. familiæ. de verbo. significa. vbi ad propositum dicit, quòd bastardi dicuntur de parentela, ergo pariter videtur, quod sint de linea: & si hoc est in naturalibus simpliciter, à fortiori hoc est dicendum in legitimatis. Secunda ratio est, quia ista conditio quæ apponitur donationi per Nicolaum, videtur apposita, vt ipse Nicolaus nõ ɔtra faceret dispositioni factæ per Andream eius genitorem in suo testamento, in quo prohibuit alienationem bonorum ipsi Nicolao: quia voluit bona sua durare in linea dictorum filiorum, ut patet in testamento. Modo cõsiderandum est, q Andreas pater, & testator uidetur uoluisse, quod etiam in legitimatis bona eius conseruarentur, hoc videtur suadere: quia tantum habebat filios legitimatos, quos hæredes instituit: unde qua ratione ipse legitimatos dilexit, & instituit: eadẽ ratione videtur voluisse, quòd in legitimatos successiuè bona deberent conseruari. ad hoc bene facit quod not. voluit Pet. de Ancha. in consil. 343. Pro maiori intelligentia. versicu. tertio quod proles fœminea. ubi interpretatur, donationem includere fœminas, sicut masculos, propter qualitatem donantis: quia erat fœmina. & in simili, licet in emphyteusi concessa ab ecclesia, non comprehendantur naturales tantum, nec legitimati, hoc nõ habet locum, quando à principio concessio facta fuisset naturali tantum: quia tunc successiue de alijs naturalibus tantum etiam intelligit, ut concludit Bal. in cap. quæ in ecclesiarum: de constitut. col pen. versicu. reuertor nunc. ita pariter videtur esse in casu isto, quòd ex quo Andreas pater dicti Nicolai vocauit à principio filios legitimatos, quos hæredes instituit, & voluit bona conseruari in linea dictorum filiorum legitimatorum, cõsonat, q etiam successiuè de legitimatis intelligere voluerit, per suprà dicta. Et istũ intellectum pariter videtur successiuè habuisse Nicolaus filius, qui eodem tenore verborum donationem fecit, casu quo nullus de linea Nicolai extaret: & per consequens, extãte filio legitimato dicti Nicolai, donatarius Franciscus exclusus videtur. Solùm superest ad alleg. supra in contrarium respondere, quibus remotis, res clara apparebit. Primò ergo non obstat, q proprie legitimatus non dicitur filius, & q illi non competat diffinitio filiationis, vt suprà arguitur: quia respondetur, quòd etiam legitimatus
8 dicitur verè legitimus, per suprà dicta. † Et dato, q eẽt legitimus per fictionem ex quadam passiua interpretatione, iura quæ loquuntur de filijs, habent locum in legitimatis. argument. in l. 1. §. lex Falcidia. & quod ibi Bart. ff. ad legem Falcid. & ad hoc faciũt decisiones superius allegatæ, in quibus patet, quod dispositum de filiis etiam habet locum in legitimatis. & hoc saltem videtur procedere in casu isto, in quo verba illa, de linea Nicolai, naturalia sunt, & in naturalibus tantum videtur verificari. & quia videtur hoc esse secundum intentionem testatoris, & donantis, qui videtur etiam cogitasse de legitimatis, vt suprà deductum fuit: & de quibus liberis testator senserit inspicitur. l. ex facto. §. si quis rogatus. el 1. ff. ad Trebel. Secundò non ob. quòd donatio facta non reuocatur à filiis postea legitimatis, secundum Bald. & Salic. in locis suprà allega. quia hic non agitur de reuocatione donationis, sed de donatione conditionali, quæ debet facilius impediri. argument. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alien. iu. & in casu isto videtur apparere de uoluntate donantis, qui voluit legitimatos præferri donatario, ut suprà dictum fuit. Nõ ob. q legitimatio non videtur donatario, præiudicare: quia hoc totum pendet ex coniecturata uoluntate donantis ut probatur in d. l. si unquam. vbi ius quæsitum donatario, superuenientibus liberis, tollitur. & hoc videtur habere locum etiam in legitimatis, saltem in isto casu ex coniecturata voluntate donãtis. & quia verba conditionis de qua agitur, naturalitatem respiciunt: ideo in naturalibus, & legitimatis videntur habere locum, vt suprà dictũ fuit. & ad illud quod dictum est de iure quæsito donatario, aliter latè, & subtiliter Soci. respondet in consi. 226. suprà allegato. & non refero gratia breuitatis: & quia non expedit stantibus suprà dictis, & de facili videri potest. Tertiò, non obst. quod supra dicitur de communi vsu loquendi: quia hoc in facto consistit, & deberet probari, & non facilis videtur probatio, per ea quæ tradit Bar. in l. Labeo. de supel. leg. Fulg. in consi. 165. In quæstione proposita. & Cuma. in consi. 77. Visis. & deberet probari de communi vsu loquendi, qui fuisse tempore testamenti, per ea quæ nota. Alex. in l. 5. in prin. de verb. ob. in vers. 2. allegat cõmunem vsum loquẽdi. & Soci. in l. Gallus §. si eius. in fi. de lib. & posth. Et dato, quòd probaretur legitime communis vsus loquendi, etiam in casu isto non sufficeret: quia de intentione testatoris, & donantis satis constare uidetur, q etiam de legitimatis conditio intelligitur, vt suprà dixi. Vltimo non ob. q filius legitimatus extabat tempore donationis: quia non erat tunc legitimatus, & non potuisset succedere. & donator tunc nõ cogitabat q succederet. sed postea facta donatione, fecit legitimare filium: & talis filius legitimatus, tanquam posthumus debet iudicari, vt Soc. concludit in terminis in consi. supra allega. Et vlterius in isto casu debet considerari intentio patris dicti Nicolai, qui in eius testamẽto disposuit q eius bona deberent remanere in linea dictorum filiorum: & ipse (ut dixi) videtur uoluisse hoc habere locum in legitimatis: & vt voluntas sua haberet locum, Nicolaus filius in donatione prædicta conditionem apposuit, quæ secundum voluntatem patris debet interpretari, & ita videtur concludendum.

EPITOME Consi. CCCLXVI.

Quemadmodum donatio omnium bonorum, vel particularis, notabilis tamen æstimationis, aut non remuneratoria, reuocatur per superuenientiã filiorũ naturalium, & legitimorum: ita etiam per filium legitimatum post ipsam donationem, reuocabitur.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus non dicitur legitimus, secundum communem vsum loquendi.*
2 *Legitimatus propriè, & uerè dicitur legitimus. 3.*
4 *Legitimatus excludit substitutum.*
5 *Testamentum prius factum ad similitudinem posthumi præteriti, per legimationem filij postea factam, rumpitur.*
6 *Lex, cum auus. ff. de condit. & demonst. locum non habet in filijs, seu nepotibus natis tempore testamenti.*
7 *Communis opinio non tenetur, quando cõtraria melioribus rationibus fundatur.*
8 *Iuramentum semper habet illam tacitam conditionem, quam habet actus cui adhæret.*
9 *Lex, si unquam. C. de reuo. dona. locum non habet in re minima, sed bene locum habet in re notabilis æstimationis.*
10 *Lex, si unquam prædicta, locum non habet in donatione remuneratoria.*
11 *Donatio quando fit inter personas inter quas non est prohibita, sufficit assertio bene meritorum in genere.*
12 *Patri asserenti donasse filio ob bene merita non statur.*
13 *Sequestratio quando fit propter scandalum euitandum, debet fieri causa cognita, & parte citata.*



Ro declaratione eorum q proponũtur primò quæritur, an dispositio l. si unquam. C. de reuocan. dona. habeat locum in filijs legitimatis. Secũdo, an habeat locum in donatione rei particularis, de qua agitur. Tertiò, an habeat locũ in donatione remuneratoria, prout in instrumento donationis asseritur. Circa primum non est noua ista quæstio, quia est decisio Bal. satis nota in l. 1. versi. vlterius quæritur. C. de inoffi. dona. ubi concludit, quòd nõ habeat locum in filijs legitimatis. quia quo ad tertium, cui fuit ius quæsitum, non videtur legitimatio præiudicare: & eadem ratione idem tenet Sali. in l. si totas. in versi. iuxta quod quæro. C. de inofficio. donat. & idem repetit Bal. in l. 2 in fi. in ver sicu. quid de filio legitimato. C. si quid in fraud. patr. dũ inquit, quòd tex. in dicta. l. si vnquam. habet locum in filio posthumo à natura, & non in posthumo creato facto hominis, prout uidetur legitimatus. arg. l. filio quem pater. de lib. & posthu. & quia legitimatus, quo ad iura testamentorum bene habetur pro filio, quia legitimatio præcedit confirmationem, quæ fit post mortem. & Paulus de Cast. idem sequitur in d. l. 2. in fin. dicens quod per filium legitimatum non reuocatur donatio, sicut nec per adoptiuum.

& de ado

& de adoptiuis tradit Alex. in consi. 40. Super eo dubio. in 4. du-
bio. lib. 4. & Ioannes de Ana. in consi. 27. Viso casu. & ideo non vi
detur in casu proposito, ꝙ donatio facta per Angelum reueren-
do protonotario de Bentingliis, reuocari possit, propter filiam
eius Franciscam postea natam, & legitimatam. Accedit iuramen
tum in tali donatione interpositum, quod videtur omnino ob-
seruandum, cum sine interitu salutis æternæ seruari possit. c. 2. de
pact. in 6. c. si verò, c. cum contingat, de iureiu. Et hoc idem con-
firmatur, quia verba secundum communem vsum loquendi, de-
bent intelligi. l. Labeo. de sup. leg. l. librorum. §. quod tamen Cas-
sius. de leg. 3. in c. quanquam, ibi, secundum vocabula quę usus ob
tinuit: notat Bar. in l. nō dubium. C. de legi. & in l. stipulatio ista. §.
1 hi quoque. in fi. de verbo. obli. cum similib. † Et secundum com-
munem vsum loquendi, legitimatus nō dicitur legitimus, ut di-
cit Paulus de Castro in l. fi. C. de his qui ve. æta. impe. & in lege cū
acutissimi. C. de fideicommis. Alexan. in consi. 25. Circa primum.
in prin. libro 1. & pulchre scribit Fulg. in consi. 62. Stante statuto
ciuitatis Veronæ. vbi latè insistit. Vltimo hoc idem suaderi po-
test, quia legitimatus non propriè dicitur filius. l. qua in prouin-
cia. §. diuus. ff. de ritu. nup. & quia legitimato non competit diffi-
nitio filiationis, iuxta l. filium. ff. de his qui sunt sui uel alien. iur. &
hoc modo arguit Ange. in l. iubemus. col. 1. C. de Trebel. Bal. in l.
quisquis. col. 2. C. ad leg. Iul. maiesta. & ideo si quis acceperit em-
phyteusim pro se. & filijs legitimis, non veniunt legitimati: quia
non sunt naturaliter legitimi, sed per fictionem vt no. Bal. per il-
lum tex. C. de his qui ve. æta. impe. vnde cum text. in d l. si unquā.
C. de reuoc. dona. velit ꝙ reuocetur donatio, si donans post fa-
ctam donationem susceperit liberos, de liberis naturaliter legiti-
mis, & non de legitimatis intelligitur per suprà dicta. His tamen
non obstantibus, & similibus, quæ adduci possunt contrarium in
a terminis latè & subtiliter consuluit do. Barth. Soci.[a] in cons. 226.
2 Quæstio præsentis consultationis. † Et ista conclusio fundatur ex
eo, quia proprie & verè legitimatus dicitur legitimus, vt no. Bar.
in l. si is qui pro emptore ff. de vsu. in 3. prin. q. in versi. item quæri
tur circa prædicta. quia aliquem esse, uel non esse legitimum, pen
det à iure, & in his quæ sunt iuris, verba, quæ alias fictionē impor
tarent, veritatem significant, vt idem Bart. dicit in d. 3. q. prin. vbi
de fictione inductiua loquitur in fi. versi. & si tu opponis mihi. &
idem no. Bar. in l. maritus. la 2. §. legis. ff. de adul. & Bal. in l. nuper.
in fi. C. de natu. libe. Alex. in consi. 2. Visis codicill. col. 4. lib. 1. Se-
cundo ad idem facit, quia legitimatus nihil differt à legitimis. § sit
igitur licentia. ibi, nihil a legitimis differentes. in auth. qui. mo. na-
tu. effic. legiti. & in auth. qui mo. na. effic. sui. §. sit igitur. & prose
3 quitur Alex. in d. consi. 2. li. 1. suprà alleg. † Tertio hoc confirma
tur, quia de legitimatis idem iudicatur, quod de legitimis, & legi-
time natis respectu agnatorum, & familiæ, ut sentit Bart. & Bald.
in l. communium. C. de natura libe. & no. Ioannes Andreas in ad-
ditio. Specula. in rub. de successio. ab intesta. cum simili. Pau. de
Cast. in consi. 227. Super primo dubio. versic. similiter quantum
ad hæreditatem illius fratris, & ibi dicit, quod legitimatus per re-
scriptum non solum agnascitur patri, sed etiam alijs agnatis, etiā
eorum consensu non interueniente, sicut adoptatus. l. cum ado-
ptio. & in l. qui adoptionem. ff. de adoptio. & etiam quantum ad
succedendum ipsis agnatis alleg. Dyn. in tract. de successione ab
intestato. & Ioan. And. in loco præallegato. & maxime quando
hoc expresse dicitur in legitimatione, prout erat in casu in quo
consuluit Paul. de Cast. & idem in isto casu dicitur. & cum prædi-
ctis concordat Alex. in consi. 2. suprà allegat. lib. 1. versi. ad prædi
cta bene facit. & ibi dicit quòd per legitimationem conseruatur
4 agnatio † Quarto, idem cōprobatur pluribus simili. Primo, quia
* secundum * *communem* opinio. legitimatus excludit substitutū,
vt late tradit Alex. in d. consi. 2. lib. 1. ubi concludit istam commu
nem esse opi. & idem Alex. dicit in l. generaliter. §. cū autem. C.
de institu. & substi. in consi. 121. Viso themate. in 2. lib. Imo. in l. ex
facto. §. si quis rogatus. in fi. ff. ad Trebe. cū simili. quæ nota sunt.
Secundo, hoc in simili casu tradit Bal. in l. cum acutissimi, versi. &
idem dico. C. de fideicom. vbi concludit, quod statutum exclu-
dens filiam extantibus masculis, etiam habet locum in filio legiti-
mato: quia legitimatio se extendit ad statutum. & idem decidit
Bald. in l. eam quam. versi. fuit à me quæsitū. C. de fideicom. Pau.
de Cast. in consi. 227. suprà alleg. cum simi. vt tradunt Mod. in l. si
is qui pro emptore. in char. 15. de vsuca. Tertio facit quod voluit
Ang. in consi. 71. Arbiter & arbitrator. ubi post longam disputa-
tionem tenet, quòd uerba laudi, in quo quis erat condemnatus
soluere cuidam Guelpho & eius filijs successiue legitimis, & na-
5 turalibus, etiam habeant locum in legitimatis. † Quarto conclu-
* dunt docto. * *communiter*, quòd testamentum prius factum ad
similitudinem posthumi præteriti, per legitimationem filij po-
stea factum rumpatur, ut concludit Anto. de But. in c. per venera-
bilem. in ulti. charta. in versi. alius est effectus. qui filij sint legi. &
Bald. & Imo. in l. certum. in prin. ff. de iniu. rupt. Rom. in consi. 33.
Licet naturalis. Pet. de Anch. in consi. 292. in successione ab inte-
stato. Abb. in cons. 86. In quæstione quæ vertitur. lib. 1. cum simi.
ut tradunt Alex. & Mod. in rub. de lib. & posthu. & Alex. ibi dicit
quòd ista est communis opinio. & idem dicit Alex. in consi. 139.
Eleganter fuit consultum. lib. 1. & ex prædictis simili. confirma-
tur ista conclusio, ꝙ dispositio. l. si unquam, dum loquitur de libe
ris susceptis post donationem, habeat locum etiam in filijs legiti-
matis. & prædicta omnia procedunt ex interpretatione & exten-
sione passiua: quia iura quæ loquuntur de filijs legitimis, exten-
dunt se ad legitimatos: argum. l. 1. §. lex falcidia. ff. ad leg. falcid. &
ideo legitimatus æquiparatur legitime nato, vt dicit Bald. in capi.
in causis. de officio delega facit text. in l. liberos. & quod ibi Bald.
C. de collat. in l. imperialis. C. de nupt. & ad hoc facit quia legi-
timatio est actus separatus à successione: est enim legitimatio per
se perfecta: & actus succedendi est accessorius ad legitimationē,
vt no. Bart. in l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. & pariter ista reuoca-
tio donationis accessorie, & in consequentiam venit ad legitima
tionem, ex quibus omnibus videtur, quòd ista opinio verior sit
de iure, saltem in isto casu. Et hoc clarius apparebit respondendo
ad allegata suprà in contrarium, & in hoc vis tota cōsistit, & pro
vera resolutione, & vt aperte alleg. in contrarium tollantur, præ
mittendum est primo, quod legitimatio, de qua agitur fuit facta
viuente Angelo patre, & de eius voluntate, ut colligitur ex teno-
re legitimationis: quo casu in tali legitimatione facta uiuente pa-
tre, principaliter interesse patris consideratur, & aliorum citatio
non requiritur, vt Bart. concludit in l. Gallus. §. & quid si tantum.
de libe. & posthum. Bald. in l. fina. C. quib. res iudic. non noc. cum
similibus. vt tradit Alexand. in consil. 188. Perspectis verbis. lib.
5. & idem Bald. in l. nam ita diuus. in princip. ff. de adoptio. & Io-
annes. de Anan. in consi. 29. Visa imperiali. in 5 dubio. Secundo
præmittendum est, quòd dispositio l. si unquam. videtur proce-
dere, quando tempore donationis donans verisimiliter de libe-
ris non cogitauit, & tunc liberis superuenientibus reuocatur do-
natio ex præsumpta voluntate donantis, vt notat Barto. in l. Ti-
tia. la 2. § imperator. de leg. 2. not. per glo. in d. l. si vnquam. Oldr.
in consil. 238. Cum mulier. & in consil. 278. Licet quantum. in 3.
dubio Roman. in consil. 26. Pro decisione. Angel. in §. siue igitur.
collat. 4. in authentic. vt cum de appellatio. cogn. & ideo cum mi-
nisterio loquitur tex. in d. l. si vnquam de liberis susceptis post do-
nationem, de quibus non cogitauit: secus ergo videtur dicendū
in liberis natis tempore donationis, de quibus verisimiliter habe-
bat notitiam donator, quando fecit donationem: nam propter
tales filios natos non videtur, quod donatio facta simpliciter, de
beat reuocari: quia in illis cessat ratio suprà allega. quòd de filijs
non cogitauit: & etiam cessant uerba d. l. si unquam, quæ loquitur
6 de liberis post donationem susceptis. † Et pro ista limitatione be-
ne facit quod uoluit Roman. in consilio 370 In proposita consul
tatione. ubi dicit text. in l. cum auus. de conditio. & demonstra-
tió. cum similibus. procedere in filijs & nepotibus nascituris: se-
cus est in natis tempore testamenti: cum enim sint nati tempore
testamenti, & de illis nihil dicitur tacitè exclusi videntur: argu-
men. l. sicut certi. & l. sicut in vtero C. de testamen. milita. & idem
pariter videtur dicendum in donatione, ut dixi. his præmissis nō
obstant suprà allega. in contrarium. Et primo non obstat decisio
Bald. & Salice. vbi in terminis uolunt, quod donatio non reuo-
cetur à filijs legitimatis, quia eorum decisio videtur procedere,
prout ipsi loquuntur, quando in legitimatione esset citatio ne-
cessaria: secus uidetur in casu nostro in quo citatio non erat
necessaria; quia legitimatio fuit facta uiuente patre, & con-
sentiente, ut suprà dictum est. & ista responsio comproba-
tur, quia clarum est, quod in filijs legitimis, & naturalibus susce-
ptis post donationem, donatio fuisset reuocata, absque citatio-
ne donatarij: quia ita disponitur à lege, vt est casus in dicta l.
si unquam. & hoc quod disponitur à lege, videtur actum, &
tacite cogitatum ab ipsis partibus, quia ille qui facit aliquem
actum,

ADDITIO.

a Soci.) Sed Soci. ibi magis allegationes effundit quam uerum consilium, &
male reprehendit opinionem Bal. & Sal. vnde nec Soci. sibi ꝯstat in rub. ff.
de lib. & posth. breuiter, ueritas est ꝙ si filius sit natus ante donationem, non
prodest legitimatio sequens, ne legitimatus sit melioris conditionis quam
legitime natus & plus habeat luxuria quam castitas. Si vero fit natus & le-
gitimatus post donationem, tunc locus esse potest. d. l. si unquam, non tñ ab
solute, ut per Alex. in consi. 40 nu. 15. lib. 4. Et secundum prædictam distin-
ctionem est communis opinio & transit Phil. Dec. hic & in fi. consilij præce
dentis & in l. fi. in fi. C. de bon. poss. contra tab. Fran. Rip. rep. d. l. si vnquam.
quæst. 30. uide late And. Tiraq. in repe. d. l. ver. susceperit liberos. nu. 52. cū
seq Fran. Purpu. aliquid tangit. C. de pac. l. 1. nu. 110. his scriptis inueni ꝙ
Caro. Rui. in hoc eodem themate plenius quam Deci. consuluit consi. 1. lib.
1. ubi pariter tenet locum esse. d. l. si vnquam. sed inquantum. nu. 10. sequen
do. Soc. d. consi. 16. hoc extendit etiam si Spurius erat natus tempore do-
nationis, male dicit per prædicta.

actum, videtur se astringere legibus loquentibus de illo actu, vt notat Bal. per illum text. in l. si duo. ff. de acquirenda hæreditate. & actum vr à contrahentibus, quod tacitè intelligitur: ut not. Bar. in l. cum quid. ff. si certum peta. & quod dr de filijs in d. l. si vnquam. etiam vr habere locum in legitimatis ex passiua interpretatione & quia uere, & propriè sunt filij legitimi, ut s. dictum est. Secundo responderi potest, quod decisio Bal. in d. l. 1. C. de inofficio. dona. videtur procedere prout loquitur, uidelicet in nato ante donationem, dum ponit quæstionem, quod quidam habens filium spurium donauit omnia bona: & postea fecit dictum spurium legitimari & c. & tali casu bene dicit Bal. quia donans habebat notitiam de dicto spurio, & de illo uerisimiliter cogitauit: vnde cessat ratio d. l. si vnquam. & etiam uerba d. l. non conueniunt quæ loquunt de filijs susceptis post donationē: secus vr in casu nostro, in quo dicta filia nata fuit post donationem, declarando ut s. dictū fuit.

7 † Tertio respondetur, quod autoritas Bal. & Sali. non attendit: quia contraria in melioribus rationibus conuincit, quo casu etiam à communi opinione receditur, ut not. Io. And. in c. 1. in fi. de constitu. & Abb. ibi sequitur per tex. in l. 1. §. sed neque ex multitudine authorum C. de uete. iure enucle. bonus text. in c. capellanus. de ferijs. ubi Abb. in pen. no. & idem tenet Do. in c. 1. in versi. no. argu. de summa Trinita. in 6. cum sim. ut Felin. scribit in d. c. 1. de constit. iustius enim & æquius est, illi sententiæ inhærere, quæ melioribus rationibus fulcitur, etiam si imperator sit in opinione contraria. l. AEmilius. ff. de minorib. ita Ang. dicit in consi. 170. Sanctissima & illustrissima. & not. And. Sicu. in consil. 2. l. 2. Non obstat successiue dum dicit, quod tex. in d. l. si unquam, loquitur in posthumo naturali, & non vr habere locum in creato facto hominis. argu. d. l. filio quem pater. quia respondetur, quod in casu nostro vr posthumus naturalis, cum sit uerus filius, & naturalis. nō sic adoptiuus: prout loquitur tex in d. l. filio quem pater, & latius declarat Soci. in consil. præalleg. & ibi etiā tollit aliam rationem Bal. s. allega. dum inquit, quod legitimatus habetur pro filio, quo ad iura testamentorum. quia legitimatio præcedit confirmationem testamenti, quæ habetur per mortem: non sic vr in donatione, quę perfecta est, nam ad hoc respondetur quod idem est in isto casu in donatione, quæ habet tacitam conditionem, nisi donans filios susceperit d. l. si unquam. & quod ibi dr de filijs, idem vr in legitimatis, ut s. dictum est. Non obstat, quod s. in contrarium successiue, dr de filijs adoptiuis. quia plus iuris habent legitimi, quàm adoptiui, ut no. Bal. in l. si te parens. C. de suis & legi. vnde de vno ad aliū non ualet argumentum. Non obstat, quod dr de iure: quia in tali iure tacita conditio liberorum intelligitur sm naturam donationis: & ita Oldra. in terminis dicit in consi. 238. Cum mulier. in consi. 278. Licet quantum. in 3. dubio. Et idem concludit Roma. in consi. 269. Non est dubium. in prin. & Aret. in consi. 24. Quatuor dubia. in prin facit tex. in l. fi. C. de non num. pec. & in l. fi. ff. qui satisdare cogantur & quod not. Ang. in consil. 315. Statuto

8 cauetur. † ubi inquit, quod iurm semper habet illam tacitam conditionem, quam habet actus cui adhæret, & ad plus non extenditur iurm, quàm extendatur virtus promissionis. & ita tollit quod dictum est de iure. Non obstat quod dr de communi vsu loquendi, quia illud haberet locum in sermone prolato vulgariter, &

a materno sermone. sed in sermone literali, [a] prout in casu isto agitur, uerba propriè accipi debent, ut expresse Bal. dicit in l. lege 12. tabula. C. de legi. hæ. ad. idem Imo. in c. cum tibi. in fi. ff. de te. sta. & in terminis tradit Alex. in cons. 2. li. 1. s. alleg. & idem Alex. in consi. 84. Animaduersis optime his. lib. 4. & ulterius non probat de tali cōi vsu loquendi, & non facilis vr probatio per ea quæ no. Bar. in l. Labeo. ff. de sup. lega. Fulgo. in consil. 165. In quæstione proposita. Cuma. in consi. 77. Visis. & deberet probari de cōi usu loquendi, qui fuisset tpe donationis, per ea quæ Alex tradit in l. 5. in prin. de verborum obli. Socin. in l. Gallus. §. si eius. de liberis & posthumis. Vltimo, non obst. quod legitimatus non sit proprie filius, quia responsio colligitur ex s. dictis: ex quibus apparet, quod uere, & proprie legitimatus, dr legitimus, & quia dato quod non esset propriè filius legitimus, tn de tali filio legitimato idē iudicat, quod de filio legitimo, & naturali, ex passiua interpretatione, ut s. dictum est. & ita remotis omnibus contrarijs remanet firmata conclusio, quod dispositio. d. l. si vnquam, habet locum etiam in filijs post donationem susceptis, & legitimatis, licet forte secus esset in natis ante donationem. vt s. dictum est: & secus esset in legitimatis post mortem patris: quia tunc citatio esset necessaria: sed cum in casu isto fuerit facta legitimatio viuente patre, & consentiente, non fuit necessaria citatio, ut s. dixi: & late, prosequit Soc. in consi. 226. supra allega. ubi respondet ad ea, quæ in contrarium adduci possunt. sed paucis resolutio clara vr, ut suprà dixi: quia in filiis legitimis, & naturalibus posteà susceptis non esset necessaria citatio, vt est tex. in d. l. si vnquam. pariter ergo idem dicendum est de legitimatis, vt s. dictum est. & ex his primū dubium absolutum sit.

9 † In secundo dubio br concludendum est, quod licet dispositio dictæ. l. si vnquam. non habeat locum in re minima, ut cōcludit Imo. in c. fin. in versi. circa prædicta. de donatio. Alex. sequitur in consi. 68. Consideratis his. lib. 4. & Corneus in consi. 4. Dubia satis. lib. 3. tamen si agatur de re nō minima, sed de re no

b tabilis [b] æstimationis prout in casu isto videtur, non est dubitandum, dictam. l. habere locum. quia verisimiliter, donans talem donationem non fecisset si de liberis cogitasset: vt Alex. concludit in consi. præalle. 68. lib. 4 & in ista conclusione residet Soci. in consi. 147. Visa facti contingentia. versi. 2 principaliter moueor. dum inquit dictam l. si vnquam, habere locum in tali donatione, quæ verisimiliter arbitrio boni viri facta non fuisset, si de liberis cogitasset. & refert dominum Ioannem Baptistam de sancto Seuerino hanc considerationem habuisse in d. l. si cum in vtero. C. de testa. mili. & dicit ita iudicatum fuisse in ciuitate Senarum: &

10 in hoc, quia non videtur difficultas vlterius non insisto. † Venio ad tertium dubium in quo dubitationem facit quia secun-

* dum * *communem* opinionem dispositio dictæ. l. si vnquam. non habet locū in donatione remuneratoria, vt not. Bal. in d. l. si vnq in quibusdam lectu. cuius opinionem sequitur, & comprobat Roman. in consi. 26. Pro decisione eorum in l. si vero. in §. de viro in 48. fallen. ff. solu. mat. & idem tenet Ang. in d. l. si vnquam. cum simil. ut tradit Alex. in consi. 39. Super primo dubio. in 3 dubio. lib. 4. & in consil. 28 Præclarè & subtiliter. in fin. lib. 3. Sed in isto casu perscrutandum est an donatio de qua agitur, fuerit remuneratoria, & facta sit pp benemerita. ut uerba sonant: & breuiter videtur concludendum quod non, quia de bene meritis est facta mentio in genere: quo casu non videtur quod dicatur donatio remuneratoria, ut not. Old. dicit in consil. 5. Titius dedit. in fin. alle. l. quod venditor. ff. de dolo. l. si quid venditor. & l. sciendum. in prin. ff. de ædil. edict. & idem not. Bald. in l. fin. ff. de exercito. in versi. item no. ubi alleg. l. Aquilius Regulus. cum gl. ff. de don. & concludit, quod in specie requirit quod exprimatur, & ponit exemplum. si dicatur, quia me redemisti ab hostibus. & idem Bal. in l. illud in 4. q. C. de sacrosan. ecclesijs. & Paul. de Cast. idem concludit in consi. 105. Circa bona. versi. & si dicat. & late hoc nouissimè. Soci. tradit in consi. 295. In causa contra filios. in 3. dubio. vbi tempore meo hic Pisis consuluit. Sed vlterius aduertendum est. quia in casu isto videtur quod etiam sufficiat, quod in genere sit facta men-

11 tio benemeritorū †, quia donatio ista emanauit inter personas, inter quas non erat prohibita donatio: quo casu sufficit assertio benemeritorū in genere, vt expresse Bart. concludit in l. si forte. ff. de castren. pecu. io. in versi. & per hoc dico. dum inquit, si quis alicui donauit pro meritis, & bonis seruitijs habitis: si donatio facta sit ab eo, qui donare potest nullis præcedentibus meritis illa uerba enuntiatiua probant inter easdem partes: ergo in casu isto vr, quod assertio benemeritorum in genere sufficiat. Præterea & secundo, in casu isto vr facta mentio benemeritorum in specie, dum dicit, quod erat pauper, & factus est diues ad seruitia Ioannis genitoris donatarii, & quod ipse Antonius donatarius eidē Angelo donatori prestitit fauorē, & auxilium in acquirendis bonis, quę habebat. ut ista omnia de plano resoluantur; considerandū est quod licet Angelus donator respectu personæ suæ, nō esset persona prohibita donare, tn pars quæ dicit donationem non esse reuocatā per d. l. si vnquam, quia erat remuneratoria, tenet probare veritatem benemeritorum, & non sufficit assertio benemeritorū in genere, nec et in specie ut Alex. concludit in l. si donatione. C. de colla. allegat Cyn post Guilli. de Cu in d. l. fin. ff de exerci. & ipse Bal. idem tenet in l. si tibi. vers. quærit vtrum ff. si cer. per. & hoc efficaci, & concludenti ratione confirmat, quia sicut in patre q

12 filio non potest donare, nisi pp bene merita: † non stat assertioni patris de bene meritis: quia de facili posset fraus fieri, vt tenet

* gl. in d. l. si donatione. quam * oēs doctores sequunt: vt no. Bar. in d. l. si forte cum si. ut tradit Alex. in d. l. si donatione. & in consil. 55. Consideratis verbis. li. 1. & in consi. 101. Visis instris. eo. li. 1. cum si quæ nota sunt. Pari ratione in casu nostro dicendū est, quod cum donatio reuocata sit per d. l. si vnquam, & talis reuocatio impediatur pp bene merita, dēt probari de veritate bene meritorū,

c & nō statur assertioni partis, siue in genere, siue in specie [c] dictū sit de bene meritis, quia eadem ratio vr, sicut in personis quæ donare prohibentur. & dictum Bar. allegatum in contrarium in d. l. si forte. habet locum inter illos, qui libere habent potestatem donādi in quibus

ADDITIONES.

a ¶ Literali.) Alex. consi. 9. lib. 1. vbi dixi. Cur. Senior consi. 9. nu. 13. Lancel. Dec. l. omnes popu. versi. secunda regu. de iusti. & iur.

b ¶ Notabilis.) Alex. consil. 161. vbi dixi. lib. 6. Lud. Goza. consil. 80. Soc. rep. l. cum auus. de condi. & dem. And. Tiraq. rep. d. l. si vnquam. ver. omnia vel partem. nu. 13. cum seq. And. Alci. tract. de præsump. 12.

c ¶ In specie.) Dec. hic dicit contrarium ex diametro eius quod dixit s. cōsil. 20. Et vtrobiq; pessimè consuluit, quia imo generalis assertio non excludit d. l. si vnquam. ut meritorum ibi dixi. pariter specialis certorum expressio eam excludit, nisi contra probetur quicquid dicat.

in quibus benemerita non requiruntur, & ex abundanti exprimuntur: secus est, ubi necessaria sunt bene merita, pp qualitatē psonæ, uel propter reuocationē donationis quæ impeditur pp bene merita, vt s. dixi. & ex his expeditum est tertium dubium. Et conclusio est ꝙ in ueritate constare debet de bene meritis, & non sufficit in isto casu assertio bene meritorum in specie, nec in genere, & bene merita debent esse æquiualentia, ut no. Bar. in l. si quis pro eo. §. 1. in fi. ff. de fideiuss. cum sim. ut tradit Alex. in d. l. si donatione. uers. iuxta prædicta quæritur. & idem Old. in consil. 226. Quidā episcopus ubi alleg. c. relatū. el 2. de testa. ibi iuxta seruitij meritum: & idem Are in consi. 17. Consideratis diligentissimè. & Alex. in d. consi. 55. & consi. 102. lib. 1. s. alle. Postremo circa sequestrationem de qua quæritur, breuiter resoluendo, considerandum est, ꝙ cum dicta Francisca corporaliter possideret, & non esset suspecta de fuga, non potuit sequestratio fieri nisi facta citatione, & adhibita causæ cognitione, ut tradit Cardi. in clem. 1. in 22. q. de seq. poss. cum simi. ut tradit Alex. in consil. 6. alias. 5. Ponderatis his lib. 4. & idem tradit Ang. in consi. 107. Iacobellus & Lucas in fi. ubi concludit nullam fuisse sequestrationem: quia est prohibita, nisi in quibusdam casibus exceptuatis, ut not. in l. j.
13 C. de prohi. sequest. † Et ideo quando duo contendunt se possider, licet propter scādalū ꝙ de leui insurgere pōt, sequestratio fieri possit. l. equissimum. ff. de usufruc. de hoc prius saltim summariè constare debet iudici, quod sit timor armorū, & ꝙ scandalum oriri possit: & in hoc discutiendo requiritur citatio, & partis præsentia cum de eius præiudicio tractetur, nec creditur verbis iudicis asserentis ita esse, nisi hoc constet ex actis: alleg. c. quoniam contra. de probat. & ideo cum talis sequestratio absque citatione ex abrupto processerit, etiam de facto debet reuocari, ut nota. per gl. in l. minor. in prin. ff. de euict. Bal. in d. l. si pacto quo pœnam. C. de pac. cum simi. ut ibi tradit Alex. & in l. 1. §. nūtiatio. ff. de ope. no. nun. & idem Pet. de Anch. in consil. 294. Videretur prima facie. Rom. in consi. 158. Circa articulum. Cuma. in consi. 146 Simon. Et ulterius considerandum est, ꝙ licet in donatione appositum fuerit constitutum, per ꝙ vera possessio transfertur. l. certe. §. 1. ff. de præca. no. Bald. in l. ab emptione. ff de pac. l. si is ꝗ pro emptore. de usuca. illud constitutum resolutum uidetur, qa cum donatio ipso iure reuocata sit per susceptionem liberorum d. l. si vnquam ubi dicitur, quod quicquid largitus fuit, reuertatur. verbum enim, reuertatur, importat retro translationem dominij, ut not. Bartol. per illum text. in l. ut quisque. C. de omni agro deser. libr. 12. & facit ille text. dum dicit, quod bona donata sunt in arbitrio donatoris, ergo uidetur ipso iure retro translatum dominium: ut no. Bar. in l. Titia. §. Imperator. de lega. 2. vbi inquit, ꝙ in casu dictæ. l. si unquam, ipso iure fit reuocatio ex tacita uoluntate donantis, adeo ꝙ res potest uendicari, & possessio condici: cum ergo contractus donationis sit resolutus,
a etiam præcarium [a] ꝙ erat accessorium in tali contractu resolutū vr̄, ut notat Bal. in l. ex testamento. C. de fideicommissis. & in capitulo secundo, de feudo dato in vicem legis commissoriæ. Ale. in l. 1. §. si vir. de acq. poss. in l. quod meo. in prin. eo. tit. & in consi. 81 Lecto & discusso. lib. 3. talis enim possessio per constitutum à iure transfertur, & pariter à iure annullari potest, ut no. Paul. de Cast. in d. l. 1. §. si uir. licet secus sit in possessione reali quæ in facto consistit. d. §. si uir. & ex his patet ꝙ aduersarius non potest facere fundamentum in constituto, ex quo sequitur ꝙ possessio absolute sit penes dictā Frācisc am in qua ipsa debet tueri & cōseruari. & quia in hoc res satis clara uidetur ulterius non insisto.

ADDITIO.

a ¶ Præcarium.) Et consequenter possessio. & in hoc bene. idem Andr. Tiraq. d. l. si unquam. uer. reuertatur. nu. 2.

EPITOME Consi. CCCLXVII.

Legitimatio impugnari potest a proximioribus prædefuncto succedentibus nisi iudicij testatoris approbatio, aut cursus legitimi tēporis impediat. Cæterū infans potest à principe legitimari, aut a comite palatino potestatem ad hoc habente, sequuta inde ratificatione.

SUMMARIUM.

1 *Argumentum de emancipatione ad legitimationem ualet.*
2 *Infans legitimari non potest a Comite palatino, nisi specialiter sibi concessum fuerit.*
3 *Legitimatio infantis facta non interuenientibus requisitis redditur nulla, nisi ratificetur illo in maiori ætate constituto.*
4 *Actus nullus ratificari potest vt ualeat prout ex nunc, non prout ex tūc.*
5 *Legitimatio valet licet non fiat mentio de agnatis, sed legitimatus ad eorum successionem non admittitur.*
6 *Infans legitimari potest ad requisitionem patris.*
7 *Legitimatio quando fit ad requisitionem patris, aliorum citatio non requiritur.*

a Viso puncto ad me trāsmisso de ciuitate Ariminensi, pro resolutione casus [a] propositi, videndum est de duobus. Primò, an Bellus & Ioānes Martinus nepotes testatoris ex sorore, admittant ad impugnandum legitimationē de qua agitur, stātibus narratis in puncto. Secūdo, an valida fuerit legitimatio, quæ fuit facta filijs legitimatis existentibus in ætate infantili. Circa primū videtur paucis concludendum, ꝙ prædicti nepotes non debeāt admitti ad impugnandum legitimationē, & testm̄, & hoc ex duplici capite. Primò, quia cum isti acceptauerint legatum administrationis apothecę eis in testō relictum agnouisse & approbasse testamentum uidentur in quo isti legitimati instituti sunt, & ideo vr̄ ꝙ testamentum & legitimationem impugnare non possint. l. si pars §. 1. l. nihil. §. si autē. ff. de inoff. test. ad idem text. in l. si proponas. §. si hæreditatem. ff. eo. titu. vbi si exhæredatus emit aliquid ab hærede, uel soluit hæredi, ꝙ ei debeatur, uidetur iudicium defuncti agnoscere, & a querela excluditur. & ad idē text. in l. post legatū. in prin. ff. de his quib. ut indi. ubi dicitur, ꝙ post acceptatum legatum nullo modo testm̄ impugnari potest: quia nec falsum, nec non iure factū, nec inofficiosum dici potest: & facit tex. in c. ex ore. de his quæ fiūt à ma. par. cap. ubi Abb. in 4. no. p illū tex. dicit, ꝙ prætendens habere ius in aliquo beneficio si exhibuerit reuerentiam intruso tanquam legitimè constituto, vr̄ tacitè iuri suo renuntiare, & facit text. in cap. accepimus. de eta. &
1 qual. in l. si uxor. in fi. in l. quæsitum. in fi. ff. de adul. cum simi. † Secundo, quia uidetur procedere argumentum de emancipatione ad legitimationem, prout arguunt Bar. Bal. & Salic. in l. iubemus C. de eman. libe. cum simi. ut tradit Fran. de Curte in consi. 2 Pūctus de quo quærit. & in emancipatione quæ non fit legitimè facta, spatio longi temporis vitium purgatur. l. post mortem. ubi Bar. & doc. ff. de adop. ergo pariter in ista legitimatione vr̄ dicendum, ꝙ propter longitudinem temporis, omnis defectus purgatus sit. & dicit Bal. in d. l. post mortem, ꝙ speciale est in causa status, ꝙ post 10 annos de nullitate dici nō pōt. & in isto casu elapsi sint 15. vel circa. ad hoc facit tex. in l. qua in prouincia. §. diuus.
b ff. de ri. nupt. & per illum tex. dicit Paul. [b] de Cast. in cons. 266 Videtur dicendum. in fi. ꝙ si duo stant per longum tempus tanquā uir & uxor, videlicet per 10. annos, per ignorantiam iuris status filiorum confirmatur, ut inde nati dicantur legitimi: & cum tali cursu temporis concurrit tacita approbatio dicti testamenti, & prædictæ legitimationis, quæ videtur facta a prędictis nepotibus, ut supradictum est: unde his duobus concurrentibus efficacius prædicti nepotes excluduntur, quia duo vincula magis stringūt. Auth. itaq; C. commu. de successi. & in c. 1. de Treu. & pace. Sed dato, ꝙ prædicti nepotes admitterentur ad impugnandum legitimationem, uidendū est de secundo, videlicet an legitimatio reddatur nulla ex eo ꝙ legitimati erant infantes: & in hoc prima facie uidetur dicendum legitimationem nō valere nec ua-
2 luisse: † quia vt in terminis tradit Ange. in l. fi. ff. de his qui sunt
c sui vel alie. iur. infans legitimari non potest, nisi specialiter [c] Comiti Palatino à principe concessum fuerit. argu. l. iubemus. C. de eman. libe. & hoc videtur etiā sentire Bar. in d. l. fi. dum dicit, infantem posse legitimari. & alleg. dictā. l. iubemus. in qua dicitur de rescripto principis. & ibi etiam Bart. & idem vr̄ uelle Petr. de Anch. in consi. 142. Ex tenore priuilegij, ubi inquit, ꝙ in legitimatione infantis de qua ibi agebatur, requiritur ꝙ pater offerat preces principi, & Bal. in d. l. iubemus. in fi. expresse dicit, ꝙ infans potest legitimari, dummodo fiat per rescriptum principis, & idem vr̄ tenere Ang. in disputatio. Nobilis quidam genere. in 1. dub. in uersi. audi tamen. ubi loquitur in legitimatione mente capti, & dicit ꝙ talis potestas legitimandi solū conuenit Cæsari: in autem Comitibus Palatinis, nisi hoc specialiter eis concedat, & istā partem sequuntur pleriq; Mod. quos latè refert Franc. de Cur. qui nouissime secundū istā opinionem consuluit in consil. 64. Ex seriosā narratione facti. & ibi attestatur istā esse * cōmunem opinionem, à qua in iudicando non uidetur recedendum, & cū in priui-

ADDITIONES.

a ¶ Casus.) Contrarium in simili consuluit Caro. Rui. consi. 77. lib. 3.
b ¶ Paul.) Consi. 354. lib. 1. in nouis.
c ¶ Specialiter.) Idem Bal. in d. l. fi. Ant. Rosel in trac. legitim. quando tractat de causa materiali uel subiectiua. Ro. consi. 94. Præposi. c. per uenerabilem. §. ꝙ autem. char. 16. uersi. consequenter quæritur, an infans Soci. cōsi. 295. lib. 2. & in l. quidam relegatus. in prin. de reb. dub. Caro. Rui. consil. 72. lib. 2. consi. 90. lib. 3. Sed ꝙ infans legitimari potest a principe Bal. cōs. 67. lib. 1. Fran. Cur. Senior. consi. 4. consi. 19. Ias. consi. 125. cum seq. consil. 155. lib. 4. Alci. de uerb. ob. l. 1. in prin. nu. 17. Phil. Dec. l. fi. nu. 5. C. unde legit.

in priuilegio de quo agitur, non sit specialiter data potestas legiti
mandi infantes, vr̄ ꝙ talis legitimatio non debeat habere locum.
Sed tamen his non obstantibus, contrarium in casu isto conclu-
dendum videtur, & hoc saltem virtute ratificationis: ut notat
Salicet. in d. l. iubemus, in versiculo. & adde. ubi loquitur in
legitimatione infantis, & dicit quòd sufficit posteà si ratum
habuerit; alleg. tex. in § & generaliter. in auth. quib. modis natura-
3 les efficiuntur sui. † Et per illum tex. idem tenet Rom. in cõs. 194.
In proposita consultatione. in 4 dub. dũ inquit, ꝙ legitimatio in-
fantis, quæ fuit facta non interueniẽtibus requisitis, redditur nul-
la, nisi ab illo in maiori ætatæ ratificata sit. d. §. & generaliter. & in
l. 1. C. si maior fact. ratum habuerit. & non impeditur talis ratifica
a tio, ẽt si fiat post mortem [a] eius de cuius successione agitur: ut no.
Angel. in disputatio. Nobilis quidam genere. in 1. dubio. & re-
fert & sequitur Alexand. in consil. 139. Eleganter fuit consul-
tum. libr. 1. & dixi in consil. 55. vbi post Soci. consului, & in eo-
dem casu consuluit Cor. in consil. 177. Egregiè discusa est. lib. 1.
vbi concludit, quòd non obstante infantia legitimari, legitimatio
tenet, saltem sequuta ratificatione & idem sequitur Andreas.
Sicul. in consil. 33. lib. 2. & tradit Paul. de Castr. in consil. 226. Di-
cendũ est. & in legitimatione non requiritur præsentia legiti-
mati, nec consensus tempore legitimationis, sed consensus se-
qui potest, & ratificatio sufficit: vt notat Angel. in consil. 71.
Arbiter. in versicul. si quis autem. & in consi. 87. Vlterius, quan-
do scit legitimationem de se factam, tacens vr̄ consentire, ut no-
tatur per glossam in l. in adoptionibus. in gl. fina. de adoption. &
talis ratificatio videtur fieri non tantum verbis, sed etiam facto.
l. Paulus respondet. ff. rem ratam habe. nam plus est facere quam
pronuntiare. l. si tamen. § ei qui. ff. de ædil. edict. & plus est ali-
quid facere facto, quam verbo. capitul. dilecti. el 1. de appella.
vnde si uniuersitas soluit expensas factas in lite per syndicum
non legitimè constitutum, videtur gesta per eum ratificare: vt
notat. Specul. in titul. de synd. in versiculo. sed pone quòd uni-
uersitas. ubi allega. dictam legem. Paulus, & legem penultim. in
fin. ff. de decur. & capitul. ad consultationem. de re iudicata. &
dictum Specul. sequitur Alex. in consil. 175. Perspectis verbis.
in fin. libr. 5. similiter ex perceptione fructuum probatur ratifi-
ficatio possessionis, ut tradit Alexand. in consil. 88. Quoniam,
in princip. eod. libr. 5. vbi alleg. decisionem Rotæ 146 Item licet
amicus. & per receptionem cẽsus, ratificatio contractus indu-
citur, ut notat Bald. in consil. 184. Ad intelligentiam. libr. 2. se-
cundum nouam formam. alleg. l. si præteritus. ff. de contratabu.
l. si proponas. §. 1. ff. de inofficio. testament. & respondens ali-
cui de fructibus videtur ratificare contractum, ut notat idem
Bald. in consil. 103. Videtur in princip. lib. 3. & agens ex contra-
ctu videtur ratificare contractum, vt Bald. etiam tradit in con-
silio 14. Punctus. libro 5. & idem Angel. in consilio 161. Viso
cum similib. ut dixi in l. semper qui non prohibet. ff. de regul. iu-
ris. ex quibus omnibus in casu nostro concludendum est, factam
fuisse ratificationem legitimationis ab istis legitimatis, qui
virtute legitimationis & testamenti, paternam hæreditatem
adiuerunt, & possessionem bonorum longo tempore habue-
runt, & disposita in testamento adimpleuerunt, & æs alie-
num patris testatoris soluerunt. Ex his enim manifestum est, ꝙ
ratificatio inducitur per suprà dicta, & ex isto fundamento rati-
ficationis res clara videtur, quòd legitimatio confirmata sit.
Nec huic fundamento obstare uidetur, quòd ratificatio non vi-
detur cõfirmare legitimationem quæ fuit nulla: quia actus nullus
cõfirmari non potest, ut no. Bar. in l. obseruare. ff. de off. procon.
& lega. in fin. & Petr. de Ancha. in consil. 122. Vnus ex procu-
4 ra. † Quia respondetur verum esse, quòd actus nullus non po-
test ratificari: ita quod confirmetur a tempore quo actus fuit
nullus, sed bene potest ratificari, ut ualeat, prout nunc a tempo-
re ratificationis: ut not. Bartol. distinguit in d. l. obseruare. in 1.
opposition. & sequitur Alex. consi. 78. Viso libr. 5 & ideo satis
est in casu nostro quod tempore ratificationis legitimatio con-
firmata sit. Secundò etiam responderi potest, quòd legitima-
tio non fuit nulla à principio, vt inferius dicam statim, respon-
dendo ad allegata suprà in contrarium: unde non obstat quòd le-
gitimatio infantis fieri non possit à Comite Palatino, absque ex-
pressa & speciali commissione, ut dicit Ange. in d. l. fin. de his qui
sunt sui. cum similibus. suprà allegat. quia respondetur duplici-
ter. Primò, quòd dato, quòd legitimatio à principio fuisset
nulla, per ratificationem fuit confirmata, per supra dicta: & in
isto casu cum actus fuerit nullus ex defectu consensus, quod ab
initio non ualuit, superueniente consensu corroboratur l. per
fundum. ff de serui. rusti. prædiorum ubi Bartol. & notat Dyn. in
regu. non firmatur de regul. iuris, in 6. dicit Angel. in d. l per fun-
dum quod ubicunque ad firmandum actum requiritur consen-
sus alicuius, sufficit quod consensus interueniat ante uel post-
b ea, [b] allegat Inn. in ca. cum consuetudinis. de consue. & idem no-
tat Bartol. in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquirend. hæ-
redita. & Abb. per illum text. in capitul. cura. in ultim. nota. de
iure patronat. & in capitul. suggestum. in ultim. notab. eod. titu.
de iure patronat. facit textus in l. licèt. ff. de iudic. in capitulo.
cum nos. de his quæ fiunt à prælatis. Secundò responderi potest,
quod legitimatio non fuit nulla, quia defectus consensus infan-
tis legitimati, non uidetur præiudicare infanti qui inuitus non
potest legitimari, ut not. Bartol. in l final. ff. de his qui sunt sui
uel alien. iur. quia inuiti non rediguntur in patriam potestatem.
§. generaliter. in authentic. quib. mod. natu. effic. sui. & licèt le-
gitimatio non præiudicet filio legitimato, nisi consentiat, per
hoc tamen non uidetur, quòd legitimatio reddatur nulla, quia
legitimatio est actus superioris, qui legitimationem facit, ut no.
Bartol. in l. Gallus. §. forsitan ff. de liber. & posthumis. Bald. in
consil. 131. Titulus principis. circa fin. libr. 3. & defectus consen
sus qui requiritur pro interesse eius qui debet consentire, non
videtur esse de substantialibus, ex quibus actus reddatur nullus,
vt not. Imol. in l. si quis mihi bona. §. iussum. & ibi Alexand. de
acquirend. hær. & ideo Bartol. in l. Gallus. § & quid si tantùm, de
liber. & posthu. non dicit legitimationem non valere, quando
non fuerunt citati illi, de quorum interesse agebatur, sed dicit
non posse legitimari in præiudicium agnatorum, illis non re-
quisitis: & ideo Pet. de Ancha. in consi. 428. Circa primum quæ-
situm. dicit quòd legitimatio facta ad postulationem patris, non
extenditur ad alium quàm ad ipsum patrem, qui preces obtu-
lit: & sic valet legitimatio, sed non extenditur in præiudicium
agnatorum, & hoc expressè dicit Anton. de Butr. in capitul. per
venerabilem. in fin. in versic. nunc videamus an legitimatus ubi
5 post Iaco. de Bel. quem ibi refert, concludit, † ꝙ ualet legitima-
tio, licet non sit facta mentio de agnatis, sed legitimatus ad eo-
rum successionem non admittitur, præcedens tamen responsio
videtur tutior, & planior, quòd quamuis legitimatio à princi-
pio fuisset nulla, uirtute ratificationis factæ in maiori ætate, con-
ualidatur, ut supra dictum est. Et in tali ratificatione non requi-
ritur rescriptum, prout doctor. dicunt in locis s̄. allegat. in con-
trariũ, quia cũ ratificatio facta sit in maiori ætate, cessat ratio, q̄ in
rescripto ꝯsiderat̄, iuxta l. iubemus. C. de emã. li. & ad hoc bene fa
cit tex. in l. fi. C. si ma. fact. ratum habuer. ubi alienatio facta à mi-
nore sine decreto, non ualuit, & tamen ratificatio facta a ma-
iore simplici consensu absque alia solennitate, confirmat aliena-
tionẽ nullam, & de illo tex. no. Alex. in consil. 117. Viso proces-
su. lib. 5. & Cor. in cons. 36 In hac consultatione. in fi. libr. 2 Bal. in
cons. 211 Qñque contractus, lib. 2. Vlterius in casu isto vr̄ dicen-
dum, ꝙ Comes qui legitimauit, etiã haberet potestatem legitimã-
di infantes, propter verba quæ in eius priuilegio inserũtur, dum
dicitur non obstantibus aliquibus legibus, quibus canet̄, quòd
naturales, bastardi, spurij, incestuosi copulatiuè vel disiũctiuè vel
alij quicunque de illicito coitu procreati, vel ꝓcreandi non pos
sint legitimari & c. quib. legibus & cuilibet ipsarũ uolumus expres
se, & ex certa scientia derogari, ẽt non obstantib. in prædictis ali-
quibus legibus, etiã si essent tales quæ deberent exprimi: & de eis
fieri mentio specialis, quibus ex certa scientia, & de plenitudine
potestatis derogamus. nam per talia verba vr̄ derogatũ disposi-
tioni. d. l. iubemus. & Comes ẽt haberet potestatem legitimandi
infantes, ut latè deducit And. Sic. in consi. 34. lib. 2. & talis clausu-
la in effectu vr̄ apposita in priuilegio de quo agitur, & ꝙ verba
priuilegij vniuersalia includant ẽt infantes, consuluit aliàs Alex.
in consi. inci. In præsenti consultatione. ut dixi consi. 55. & illi cõ
silio se subscripsit Cor. ut patet in eius cons. 177 Egregiè discussa.
& reperio ꝙ hoc idem tradit Bal. in cons. 67. Super 1. artic. libr. 1.
vbi inquit ꝙ Comes, qui habet ptãtem legitimãdi quoscunq;, ẽt
infantem legitimare potest; & ibi rationem adducit quæ genera-
liter infert, ꝙ à Comite infans legitimari possit: quia cũ hoc respi
ciat utilitatem infantis, ipse intelligitur consentire, ut no. in l. si in
fanti. C. de iu. deli. & idem Bal. concludit in consil. 399. Primo est
uidendum lib. 2. ꝙ Comes qui habet potestatem legitimandi in-
fantem legitimare possit, & idem Bal. in consi. 413. Quidam uxo
ratus. eod. lib. 2. in versi. ad primum punctum ubi inquit, ꝙ pater
potest infantem legitimare, cũ hoc fiat à principe, vel ab eo qui
habet authoritatẽ à principe. & ibi in fi. dicit, ꝙ verba illa inserta
in priuilego. non obstantibus legibus, etiam si tales essent de qui-
bus deberet fieri mentio specialis, habentur pro speciali expres-
sione l. omnes. C. de præscr. 30. vel 40. an. & sic videtur specialiter
derogatum d. l. iubemus. vt And. Sic. dicit in cons. s̄. alleg. & cum
s̄. dictis concordat ẽt Bal. in consil. 133. Titulus principis libro 3.
6 † vbi dicit, ꝙ ad requisitionẽ patris, infans legitimari potest: quia
patris

ADDITIONES.

a ¶ Mortem.] Idem Ant. Ros. de legit. libr. 1. Sed contrarium, ꝙ non potest
retrotrahi, tenet Caro. Rui. in casu simili. consi. 72. lib. 3.
b ¶ Postea.] Latè Tiraq. de legib. connubia. gl. 4. in prin.

patris & superioris authoritas omnem maculam abstergit: & qa filius infans vr consentire: quia de utilitate sua tractatur, ut not. in l.2.§.uoluntatem.ff.solu.matrim.vel secundum Bal.in d.consil. 133.dici potest, ꝙ infans efficiat legitimus: sed non sit in potestate, nisi consentiat.& cum prædictis etiam concurrit Pau.de Cast. in consi.229.Viso testamento.ubi concludit legitimati onē factā à Comite Palatino de infante, valere: quia consensus legitimati requiritur,qñ potest consentire:& ita intelligitur tex.in §.generaliter.in Auth.qui.mo.na.eff.sui.secus est in infante qui consentire non pōt l.iubemus.C.de eman.lib.unde per supra dicta allegata in ꝯrium tolluntur pluribus modis.Primò, quia non habet locum sequuta ratificatione in maiori ætate, vt s.dictum est.Secundò alle.s.in contrariū vident procedere quo ad istum effectum, ꝙ legitimatio non præiudicat infanti: quia inuitus non redigitur in ptāte patris,legitimatio tñ valet:qa defectus ꝯsensus legitimati nō est substantialis,& nō impedit validitatē legitimationis, ut s. declaratū fuit:& expresse Bal.in consi.133.s.alle.dicit ꝙ filius infans efficitur legitimus,licet non sit in potestate:& hoc confirmatur:quia licet legitimatio producat effectum,ꝙ filius legitimatus reducatur in potestatē patris.tamen iste effectus est separatus ab ipsa legitimatione,unde licet iste effectus tollatur,non tñ tollitur legitimatio:& in simili casu no.Bal.per illum tex.in l.1.§.interdū. ff.de leg.tu.Tertiò alle.in ꝯrium procedunt, nisi sit derogatum. d.l.iubemus.prout in casu isto vr per illa verba,& si essent tales q̄ deberēt exprimi specialiter,ut no.Bal.in d.cōsi.413.Quidam vxoratus.in fi.lib.2.& And.Sic.in consi.34.lib.2.supra alle.& hoc idē in simili casu tradit Fed.in consil.47.Habita super casu præmisso. Alb.in l.1.circa fi.C.qñ impe.inter pup.Io.de Anan.in ꝯs.56.His quæ in facto.cum si.vt dixi.in consi.165.Quartò & vltimo respōderi potest,ꝙ alleg.s.in ꝯrium non videntur habere locum in legitimatione facta,ad requisitionem patris,prout fuit in casu isto ita videtur sentire Bal.in d.consi.133.Titulus principis libr.3.s.alleg.& hoc ratione cōprobari pōt:quia in legitimatione filij principaliter interesse patris consideratur,vt no.Cy.in l.ingenuum.ff. de sta.ho.Bal.& Sali.in l.2.C.qui.res iu.non no.cū si.ut tradit Ale. in l.sæpe.ff.de re iudi.in ver.aliam limitationem.† Et ideo quan-
7 do fit legitimatio ad requisitionē patris, aliorum citatio non requiritur,ut Bar.concludit in l.Gallus.§.& quid si tantū.ff.de lib.& posth.Bal.in l.fi.C.qui.res iud.non no.cū si.vt tradit Alex.in consi.188 Perspectis verbis.lib.5 Io.de Ana.in consi.29.Visa imperiali.in 5.du.& ista est * *communis* opi.ut Alex.dicit in consi.188.Prę-
allegato.& idem Cu.tradit in consi 98 Supposito tenore.In ipso verò patre citatio esset necessaria,si filius faceret se legitimari,ut sentit Bar.in d.§.& quid si tantum.ubi expresse hoc dicit Alex.& Sal.in Auth.item si quis.C.de natu.liber.& idem expresse decidit Bal.in consi.14 Super legitimatione Michaelis lib.2.& Pe.de Anch.in consi.242.Ex tenore priuilegij.& ista conclusio procedit secundum cōem regulam quæ dicit, ꝙ ad ualiditatem actus requiritur citatio eius, de cuius interesse principaliter agitur, ille vero de cuius præiudicio agitur, in consequentiam citari non debet,notat.per gloss.in l.de uno quoque.in princip.de re iudicata Bart.in l.diem.ff.de aqua plu.arcend.Bald in l.ab eo.in versi.extra quæro.C.quom.& quan.iud.vbi alleg.Innoc.in c.humilis, de ma.& obed.& hoc intelligitur quantum ad hoc ꝙ actus valeat: quia non est opus citare illum, qui prætendit interesse in consequentiam, sed ad hoc ut illi inferatur præiudiciū,debet citari, vt concludit Alex.in d.l.de unoquoq;.in prin.circa fin.& ideo cum fuerit facta legitimatio ad requisitionē patris, ualida fuit legitimatio:quia de interesse patris agebatur principaliter, & aliorum consensus non requirebatur, & ideo consensus filij solum consideratur illo respectu,ne inuitus redigatur in patriam ptestatē; & ut illi inferatur præiudicium requiritur citatio; sed quantum ad validitatem legitimationis nō fuit citatio necessaria: quia sufficit consensus patris,de cuius interesse agitur principaliter, per s.dicta.& ita ad allega.suprà in contrarium pluribus modis responsum fuit: potest etiam responderi ex his quæ tradit And.Sic.in d. ꝯs.34.lib.2.s.alle.sed stantibus s.dictis, non est vlterius insistēdū.

EPITOME Consil. CCCLXVIII.

Per sponsalia de præsenti, tolluntur sponsalia de futuro prius contracta,etiam cum iuramento sponsalia verò de futuro, iuris fictione ita demum transeunt in matrimonium,si interueniat ꝯsensus expressus, vel tacitus, quando ad pubertatem deuentū fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Oscula,amplexus,& receptio munerum,non faciunt,quòd sponsalia transeant in matrimonium.*

2 *Sponsalia de futuro,quot modis constituantur.*

3 *Mulier traducta ad domum mariti præsumitur cognita.*

IN causa matrimoniali per Reueren. Episcopum dñm Episcopum Fanensem,dñm meum obseruādissimum ad me transmissa; viso processu,& diligenter perscrutatis omnib.quæ proponuntur, & in effectu quæritur, cui dña Catharina debeat tanquam uxor adiudicari, Hieronymo de Fulgineo,uel alteri do.Hieronymo Perulo de Fabriano, & cū vtriq; desponsata fuerit per verba de præsenti,quo ad formā verborū talis desponsatio propter minorē ætatem , iuris interpretatione,in utroq; resoluta fuit in sponsalib.de futuro, ut est text.in c.1.§.idē quoq;.de desp.imp.in 6.& no.Cal.in ꝯs.4.Minor.14.an. in tit.de spon.Bald.in consi.392.Incipiam à radice libr.1.Car.in in cle.1.in 18.q.de consan.& affi.& in ꝯs.109.Casus talis.est ergo videndum an dicta sponsalia de futuro transiuerint in matrimonium respectu illius de Fabriano.& videbatur primo motu dicendum ꝙ non; & hoc clarum vr illa existente in minori ætate: quia à sponsalib.prius ꝯtis cū dicto de Fulgineo,durāte minori ætate nō potuisset recedere.c.de illis.& in c.à nobis.de desp.im.& in d. c.à nobis.Abb.dicit.ꝙ sicut ante pubertatē nō licet à veris sponsalibus recedere, ita nec à præsumptis: & sponsalia de futuro non tolluntur per alia sponsalia de futuro: secus si sint de præsenti.ca. sicut.& c.si inter virum.de spon.similiter dato ꝙ prædicta domina Catharina ad pubertatē post dicta sponsalia peruenisset, non tñ in matrimoniū translata videntur:quia hmōi sponsalia cū illo de Fabriano videntur habuisse tacitā conditionē, si ille de Fulgineo,cū quo prius erant ꝯta sponsalia,mortuus esset:prout tunc erat fama publica.& cū talis conditio verificata non fuerit, non vident sponsalia, nec matrimoniū habere locū:quia volūtas erat suspensa in euentum ꝯditionis:ut est tex.in c.de illis.& in c.super eo.de condi.appo.& de prædicta ꝯditione satis constare vr: quia Catharina dicit,& attestatur formaliter,ꝙ nunquam fuit talis intentionis,ut discederet à primo matrimonio cōtracto cum Hieron.de Fulgineo,nisi & quatenus esset mortuus,ut patet in char. 23.& cum uideatur hoc dependere ab animo,& uoluntate dictæ Catherinæ videtur standum eius assertioni, & iuramento, iuxta gl.in §.aliæ.insti.de act.in l.si cui.§ eisdem.ff.de accu.in c.significasti.el 1.de ho.cum si.quæ not.sunt.& de ista uoluntate Catharinę
1 plerique alij testes attestantur, & deponunt.† Et vlterius ista cōclusio confirmari videtur:quia oscula,amplexus,& receptio munerum non faciunt transire sponsalia in matrimoniū,ut no. Ant. de But.& Abb.in 2.no.per illum tex.in c.1.de matri.ꝯcto contra interd.eccl.& dicit Inn.in verbo,amplexata, ꝙ per signa consensus non faciunt sponsalia transire in matrimonium, nisi copula interueniat.c.is qui fidē.de spon.& copula præcisè videt necessaria,quia nisus ad copulam nō sufficeret.c.attestationes.de despō. impu.in c.fi.de spon.& tradit Cald in cons.2.Quæ requirantur.in ti.de spon.& Car.in d.cons.109.Casus talis.Vnde licet in casu isto quam plures testes dicant, ꝙ Heronymus de Fabriano osculatus sit,& amplexatus dictam Catharinā etiam superueniente pubertate,nō per hoc vr, ꝙ dicta sponsalia transiuerint in matrimoniū ex quo copula non interuenit.Nec obst.ꝙ dictus de Fabriano attestetur copulā interuenisse,& offerat se probare velle cum iuramento,cui potius videtur credendum quam dictæ Catharinæ neganti:prout vr tex.in c.continebatur,de despon.imp.quia loquitur ille tex.in muliere quæ fuit traducta ad domum mariti, & cū eo cohabitauit,& ita Abb.ibi declarat illum tex.in glo.2.& Car. ibi in 5.oppositione idē dicit,ꝙ erat præsumptio pro copula, qa cohabitauerat vsque ad pubertatem.& talis habitatio in casu isto non interuenit,& dato ꝙ interuenisset,non fuit libera habitatio: quia non erat in potestate dicti Hieronimi de Fabriano, sed erat cum custodia matris:& quia illo tpe erat minor,quo casu nō statur dicto viri:sed copula debet legitime probari,ut not.ibi in ver. si aut.ubi Car.& Abb.ita declarāt illū tex.& retenta conclusione supra dicta ꝙ sponsalia Fabriani nō transiuerint in matrimoniū, inferri vr, ꝙ sponsalia prius ꝯcta cum Fulgineo transferantur in matrimonium: ex quo ipsa nunc in maiori ætate consentit, & in hoc exploratā habemus eius voluntatē: & ex his videbat dicēdū, ꝙ partes Reueren.domini Episcopi essent in pronuntiando in fauorem primi sponsi de Fulgineo:& certe uoluissem ꝙ iustitia fuisset pro eo secundum intentionem Catharinæ, sed uoluntati repugnat iudicium.Vnde supra dictis minime obstantibus, vlterius & rectè cogitanti contrarium de iure esse arbitror:& concludo partes reuerendi dñi Episcopi esse in pronuntiando pro Hieronymo de Fabriano:& ꝙ illi tanq̄ uxor Catherina debeat adiudicari,& pro vera resolutione considerandū est, ꝙ sponsalia de futuro quantū
2 ad propositū duobus modis ꝯstituunt.† Primo, qñ verè quo ad formā verborū sunt sponsalia de futuro, ut qa vterq; dicat, ego te recipiā in meā,& ego te recipiā in meū, vel similia verba: vt est tex.in c.pe.de spō.& spōsalia sunt futurarū nuptiarū promissio ut dr in c.nostrates.30.q.5 facit tex.in l.1.& 2.ff.de spō.& ista spō q̄ ex verbis & mente ꝯhentiū sunt de futuro nō transeunt in mrimoniū superueniēte pubertate,dato ꝙ oscula & amplexus interueniāt & similia q̄ tacitū ꝯsensum ostendunt:qa hmōi actus videtur fieri spe futuri matrimonij,ut Abb.dicit in c.fi.in vers.sed q̄ro.de spon.& ad hoc alle.tex.in d.c.1.de matr.ꝯc.ꝯ interd ecclesie.ubi tex.ita loquit ibi, nobilē cuidam se daturum.& Car.ibi dicit illū tex.pcedere,qñ sunt sponsalia ex toto de futuro:& in tali

casu

casu idem concludit Cald. in consi. 2. & 4. s. alle. Ant. de But. in c. is
qui fidem. de spon. in fi. & in d. c. 1. de matri. cõtracto cõ interd. eccle-
siæ, & doc. in locis cõ allegandis. & in tali casu habent locũ & pro-
cedunt alle. s. in cõtrium: & de isto casu non agitur in proposito no
stro hic. Secundò modo sponsalia sunt de futuro quantũ ad in-
terpretationem iuris, & quò ad effectũ; sed respectu verborũ
sunt ad præsenti, vt quia pubes & impubes vel duo impuberes p
verba cõxerint de præsenti: sponsalia enim illa iuris iterpretatio-
ne tñ fuerunt sponsalia de futuro, licet verba consensum expri-
mentia de presenti haberent, vt ad literam dicit tex. in c. vnico. in
versi. idem quoq; de despon. impu. in 6. & dixi s. prin. & hoc mo-
do cõtracta fuerunt sponsalia inter do. de Fabriano, & dictam Catha
rinam, vt ex instrumẽto in actis producto, & inserto in charta x.
ibi cõxerunt adinuicem inter se per verba de psenti, & per annuli
receptionem &c. vt latius in dicto instrõ cõtinetur. vnde aut di-
cimus q̃ ista fuerunt spõsalia de præsenti vt verba sonant, & per
spons. de præsenti tolluntur sponsalia de futuro prius cõtracta etiam
cum iuramento, vt est tex. in c. de illis. de spon. in c. sicut, & in c. si
inter. eo. tit. aut dicimus, q̃ ista fuerint sponsalia de futuro per iu-
ris interpretationem pp minorem ætatem, licet verba sonarent
de præsenti, prout est casus in d. ca. 1. in ver. idem quoq; & de tali
casu prout in proposito nostro dicendum vr̃ q̃ superueniente æ-
tate legitima hmõi sponsalia transeunt in matrimonium interue-
a nientibus signis taciti [a] cõsensus, videlicet oscula & amplexus, vt
Abb. concludit in c. fi. de sponsa. & ibi dicit, q̃ de hoc est casus cũ
gl. in d. c. 1. in ver. nisi, in verbo, modum. quæ declarat tex. vt quia
simul cohabitauerunt, vel se coniuges nominabant, & amplexa-
bantur vt cõiuges. & Do. ibi in fi. dicit post Io. And. illam gl. pro-
cedere in casu prædicto qñ fuerunt sponsalia de futuro iuris in-
terpretatione, & de presenti quò ad verba. & hoc ẽt tenet Cal. in
d. cons. 4. vbi in terminis d. c. 1. de despon. imp. in 6. vbi verba fue-
runt de præsenti, sed iuris interpretatione sunt de futuro: tali ca-
su cõcludit, q̃ superueniẽte ætate legitima per amplexus, oscula,
& munera transeunt in mrimonium. & ad hoc ẽt alle. gl. in c. lite-
ras, in uerbo, placere. de despon. imp. & Abb. ibi in fi. & in ista cõ-
clusione residet Ant. de But. in d. c. is qui fidẽ, in fi. de spons. & in
d. c. 1. de matrimonio cõtracto cõ interd. eccl. cum si. vt Aret. tradit in
consi. 143 Ex facto proponitur. in 2. dub. & ibi sequitur istam cõ-
clusionẽ in sponsalibus de præsenti verbis & mẽte cõhentium; sed
futura sunt iuris interpretatione: secus dicit in sponsalibus de fu-
turo quò ad verba & mentẽ, prout dicunt Abb. & Ant. de Bu. in
* locis s. allega. Ex quibus oĩbus liquidò constat istam * *cõem* esse
opinionem, ſm quam in casu isto iudicandum est: quia ex q̃ plu-
ribus testibus probatũ fuit, q̃ post ætatem legitimã dictæ Catha
rinæ inter ipsam & dictum de Fabriano interuenerunt oscula, &
amplexus, hoc primo deponit dña Santolina mater dictæ Catha
rinæ, quæ ab vtraq; parte producitur, quo casu eius persona appro
bata vr̃. l. si quis testibus. C. de testi. & dicit q̃ dictus de Fabriano
habitauit qñq; per mensem, qñque per octo dies in domo Nico-
b lai patris [b] dictæ Catharinæ edendo, bibendo & conuersando
cum dña Catharina vt cum eius vxore vsq; ad reditũ Hieronymi
c de Fulgineo: & tpe [c] dicti reditus Catharina habebat 14. annos:
& sic bene probat: q̃ erat in ætate legitima, qñ dictus de Fabriano
conuersabatur cum dicta Catharina ut cũ eius uxore, merito ex
tali conuersatione inductum fuit matrimonium. Idem deponit
Bernardinus Ser Matthiæ dum inquit. in char. 32. q̃ uidit dictum
de Fabriano cohabitare in domo Nicolai Archangeli per plures
dies, & vidit pluribus vicibus illũ iocari cũ Catharina tanq̃ cum
vxore, amplexando ipsam & osculando, & hoc pluries à tribus
d annis & citra vsq; ad reuersum [d] Hieronymi de Fulgineo idẽ de-
ponit Ludouicus Brozi char. 34. Idẽ Ser Federicus char. 41. Idem
alia Catharina char. 54. in prin. Idẽ Io. char. 63. Idem Margarita
char. 61. Idem Ser Io. Thomas char. 74. Idẽ alia Catharina cha. 74.
Et idẽ bene attestatur Nicolaus Archãgelus char. 80. prædicti de-
cem testes optime attestant de actibus denotantibus tacitũ con-
sensum dictæ Catharinę postq̃ peruenit ad legitimã ætatẽ, ex qui-
bus sponsalia cõtracta cum Fabriano transiuerunt in matrimonium,
quia erant de præsenti quò ad verba: ideo facilius transeunt in
matrimoniũ, quia cessat impedimentũ ætatis, & voluntas præsu-
mitur durare, c. maiores. de baptis. & confirmatur interuenienti-
bus actibus s. dictis: ut doc. cõiter tenent in locis s. alle. Et ista cõ-
clusio maxime & indubitanter procederet si copula cũ dicto Fa-
briano interuenisset prout ipse affirmat & offert se ad iurandum,
quo casu vr̃ standũ eius dicto, vt est tex. in c. continebatur. de de-
spõs. imp. & 33. q. 1. in c. si quis acceperit. & no. Ant. de Bu. in c. fi.
de spon. & in c. fin. de coniug. lepro. cũ si. vt tradit Alex. in consi.
149. Viso processu. lib. 5. & no. Bal. in l. Deo nobis, uer. sed pona-
3 mus. C. de epis. & cle. † ubi inquit, q̃ mulier traducta ad domum
mariti præsumitur cognita à cõiter accidentibus, & in dubio po-
tius credendum est obstetricibus dicentibus mulierẽ esse corru-
ptam, q̃ dicentibus illam esse virginem. & cũ dictus de Fabriano
duxerit dictam Catherinã ad domum suã in castro Fabriani, &
ibi pluribus mensibus morata sit cũ eo, vt ipsa fatetur & plures
testes deponunt, vr̃ præsumendũ pro eo. d. c. si quis vxorẽ. 33. q.
1. ibi, habuit eam aliquo tpe. hoc tñ dictum sit ex abundanti, quia
inhæreo fundamento s. facto, q̃ irrefragabile vr̃: & hoc clarius
constabit rñdendo ad allegata s. in cõtrium. Vnde primo non ob-
stat, q̃ Catharina non potuit recedere à sponsalibus prius cõtractis
cum Fulgineo durante minori ętate: quia recessit superueniente
maiori ætate ex eo quod sponsalia Fabriani transiuerunt in ma-
trimonium à quo sponsalia prius cõtracta ẽt cum iuramento tollun-
tur. c. sicut. c. si inter. de spon. Secundò, quia p p absentiam primi
sponsi potuit Catharina cum alio cõhere. ca. de illis. de sponsa. &
ibi Abb. in 2. nota ponderando verbum liberum. Tertio, quia
actus cõ iuramentum non est nullus, ut no. Abb. per illũ text. in d.
c. de illis. in 3. no. & Cardi. in consi. 46. In artic. ubi alleg. c. sicut. &
c. si inter. de spon. Secundo non obst. qđ in cõtrium allegatur de ta-
cita conditione: quia sponsalia cõtracta cum Fabriano cõtracta fuerunt
simpliciter: & dato q̃ Catharina habuisset istã intentionem, illa
non attenditur: quia propositũ in mente retentum non attendi-
* tur. l. si repetendi. C. de cõdi. ob. cau. & ad hoc est gl. no. q̃ * *cõiter*
approbatur in c. tua nos. de sponsa. in gl. 1. in fi. quæ concludit, q̃
licet mulier protestata fuisset, q̃ omnia quę faceret, nõ faciebat
animo cõhendi matrimonium, si tñ postea cõhat matrimoniũ pu-
blice & simpliciter cum aliquo, valet matrimoniũ: & illa prote-
statio nõ attenditur. & Abb. ibi, rõnem adducit, quia cum matri-
moniũ pendeat à consensu vtriusq;, non valet protestatio unius
in præiudicium alterius, ut no. Bar. in l. non solũ. § morte. de ope.
no nun. & in l. pro hærede. §. Papinianus. de acq. hær. Vltimo non
obstat, q̃ oscula, amplexus, & similia, quę tacitũ consensum osten
dunt, non faciunt sponsalia transire in matrimoniũ: quia rñsio ex
s. dictis colligit: nam alle. in cõtrium pcedunt in sponsalibus, quæ
sunt de futuro quò ad uerba & mentem cõhentium: secus est in
sponsalibus de psenti respectu verborũ, quę iuris interpretatione
pp defectum ætatis iudicantur de futuro, de quibus agitur in ca-
su isto: quia illa transeunt in matrimoniũ vt s. dictum est: & in hoc
cõsistit resolutio huius quæstionis, & à tali matrimonio non põt
Catharina recedere: licet dicat q̃ uelit habere primum sponsum
in maritũ: quia voluntas & protestatio cõ iuris dispositionem non
ualet, ut no. in l. alimenta. C de neg. gest. ubi Bar. Et ideo pro ueri-
tate & iustitia concludendum est in fauorẽ Fabriani: ut s. dictum
est, non obstante quocunq; scandalo: quia potius scandalum de-
bet tolerari quam q̃ ueritas relinquatur. cap. qui scandalizauerit,
de regulis iuris. qui text. intelligitur & procedit in iudice, uel in
teste, ut nota. Inno. in capi. officij. & ibi Abb. in fi. de pœniten. &
remissio. & ideo fiat ius & pereat mundus.

ADDITIONES.

a ¶ Taciti.) Facit idem Dec. j. consi. 509. & consi. 681. Bald. consi. 194. lib. 3. Alex. in l. quod seruus, in prin. de condict. ob cau. & in consi. 149. in fi. lib. 5. Soc. consi. 29. nu. 4. lib. 4. Ludo. Goza. consi. 2. nu. 12.

b ¶ Patris.] Tanto deterius, quia igĩ per modũ familiaritatis, & non serio, ex quo non erat in domo & ptãte viri, sed in domo pr̃is, & custodia matris.

c ¶ Tempore.) Aduerte, non dicit notabili tempore, ante illum reditum quod non omisisset; si verum fuisset.

d ¶ Reuersum.) Sed cur post illum reditum statim desijt illa familiaritas, nisi quòd non fuisset seria.

e ¶ Actus.) Dixi ad eundem Decium c. cum accessissent. num. 7. de consti. ad Alex. consi. 16. nu. 4. lib. 3.

EPITOME Consi. CCCLXIX.

Dispositio facta à testatore casu quo ipse cogitabat id quod post eius mortem eueniret, trahitur ad eundem casum qui in testatoris uita occurrit.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas etiam tacita quæ ex coniecturis colligitur, sufficit in vltimis voluntatibus.*

2 *Clausula codicillaris operatur, quòd venientes ab intestato videantur rogati restituere.*

3 *Clausula codicillaris locum habet, etiam si institutus moritur in vita testatoris.*



VRidicas esse arbitror duas conclusiones superius firmatas à pręclarissimis doctoribus, qui accurate & copiosè in casu proposito scripserunt. Et prima conclusio uidetur optimè p-
* bari ex doctrina Bald. * quæ *communiter* approbatur in l. 1. C.
de his qui ante aper. tab. vbi in uersicul. ulterius quæro. conclu-
a dit quòd fideicommissum cõditionale transmittitur [a] in filios, si
apparcat

ADDITIO.

a ¶ Transmittitur.] Ias. consi. 154. lib. 4. adde j. consi. 574. Et quæ dixi Alex. consi. 30. lib. 2. consi. 252. li. 6. Vide s. consi. 55. nu. 8. 1. consi. 465. nu. 16.

appareat ex aliquibus indicijs, & coniecturis istam fuisse intentionem testatoris. & idem Bal. in l. si pater. C. de insti. & substi. in uersi. quarto quæritur. & facit quod no. idem Bald. in l. 1. in prin.
1 C. vt actio ab hær. † In vltimis enim voluntatibus voluntas etiã tacita quæ ex coniecturis colligitur, sufficit. l. licet imperator. vbi Bart. de leg. 1. l. cùm auus. de condi. & dem. l. cum proponeretur. in fi. de leg. 2. cum simi. vt dixi in consil. 15. & in casu isto debent esse coniecturæ proximæ quæ ex ipso testamento colligatur, vt declarat Soc. in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Treb. quia aliàs casus omissus remanet in dispositione iuris communis. l. commodissime. ff. de lib. & posthu. & non sufficit testatorem ita voluisse, nisi disponat. l. quidam cum filium. ubi Bal. ff. de hære. insti. sed satis dr̃ expressum, quod colligitur ex eo quod expressum reperitur, ut not. Bal. in d. l. 1. C. de his qui ante aper. tab. & ideo in casu proposito dum testator expresse disposuit, ꝙ præmoriente vna ex filiabus eius dotes deuenirent ad alias filias superstites, & earum filios: si ipsæ non superessent, patet quod uoluit testator filios filiarum in portionem matris eorum succedere: & si casus contigisset post mortem testatoris ꝙ Constantia filia mortua fuisset, in eius locum eius filii subrogati fuissent, secundũ expressam dispositionẽ testatoris; pariter vr̃ ꝙ mortua dicta Constantia, viuente testatore, ad suam portionẽ eius filii admittatur, qa dispositio facta à testatore in casu quo testator cogitabat, quod post eius mortem eueniret, trahitur ad eundẽ casum qui in uita testatoris occurrit. l. fi. C. de post. hær. insti. & bene facit text. in l. Titius. §. Lucius. ff. de libe. & posth. & secundum s̃. dictã decisionẽ Bal. in d. l. 1. C. de his qui ante aper. ta. consuluit Soc. in consi. 6. In præsenti cōsultatione. in ver. restat nunc r̃ndere. in 3. libr. & Andr. Sicu. in consi. 10. & in simili casu tradit Cu. in consi. 13. Titius instituit Seium. vbi in substitutione in qua vocati sunt superstites, ẽt includuntur liberi qui ex superstitibus remanserunt ex coniecturata mente defuncti: & in simili ẽt casu consuluit Fulg. in consi. 15. Proponitur, ꝙ montes & cũ ius dotis constitutẽ do. Constantiæ, secundum s̃. dicta transmissum fuerit in filios eius ex coniecturata mente testatoris dicti filii nepotes testatoris nõ dicuntur præteriti, quia successiue in locum matris vocati videntur: & ideo non rumpunt testm̃, iuxta l. posthumorum. ff. de iniust. rup. §. ita demum. insti. de hær. quæ ab intesta. Sed dato quod eorum præteritione ruptum fuisset testm̃, quod negatur per supra dicta, tunc altera cōclusio superius firmata de plano vr̃ procedere, ꝙ per clausulã codicillarẽ substinet testm̃: quia vt Oldr.
2 dicit in consi. 171. Ad primam quæstionẽ. † *omnes* * in hoc con-
* ueniunt, ꝙ virtus clausulæ codicillaris est ꝙ venientes ab intestato videantur rogati restituere scriptis hæredibus. & not. Bar. in l. ex ea §. ex his verbis. ff. de testa. & tradit Alex. in consil. 12. Viso processu. lib. 2. & licet glo. in Auth. ex causa. C. de liber. præte. velit ꝙ clausula codicillaris nõ operetur qñ testm̃ est nullũ ex causa preteritionis. in glo. 1. in fi. & not. Old. in consi. 141. Thema ta
â le est. vbi vr̃ illam glo. approbare. sed communiter [a] reprehenditur, ut Alex. dicit in d. auth. ex causa. & contra illam glos. tenet Bar. in l. 1. in s. q. ff. de iu. codi. Ange. in consi. 99. Viso themate. cum sim. ut late tradit And. Sic. in consil. 54. in vlti. dub. libr. 3. & late dixi in consil. 242. alleg. s̃. per dominum consultorẽ: & ista conclusio in casu isto maxime videtur procedere: quia filij dom. Constantiæ non erant instituendi tempore testamenti de necessitate: quia mater illos præcedebat: quo casu indubitater omnes tenent, ꝙ in tali præteritione clausula codicillaris operetur, ut no. Bal. post Old. in l. Titia filiam. ff. de inoff. testa. & Alex. in cōs. 26. Circa primum dubium. lib. 1. & in consil. 142. Circa primam
3 dubitationem. lib. 2. † Et prædicta clausula codicillaris etiam ha-
b bet locum qñ institutus moritur in vita [b] testatoris, prout in casu isto contingit, vt concludit Alex. in consil. 18. Ponderatis his quæ in themate lib. 3. & Bal. in consi. 319. Quidam Nicolaus. lib. 5. & secundum aliam impressionem in consi. 464. lib. 2. & dixi in d. consil. 242. & ibi plura dixi quæ in præsenti casu conferunt: & gratia breuitatis vlterius non refero: sed de simplici subscriptione requisitus, ut s̃. dictum est.

ADDITIONES.

a ¶ Communiter.) Supra consi. 242. Alex. consil. 26. nu. 5. libr. 1. vbi dixi. Vide quæ dixi ad Alex. consi. 41. nu. 6. li. 1. Carol. Rui. consi. 2. consi. 6. li. 3.
b ¶ Vita.) Quando dicitur si non valet nec valere poterit, secundũ Mathesi. in suis singularibus.

EPITOME Consi. CCCLXX.

L. filios suos hæredes instituit, & casu quo ipsi decederẽt sine filiis, eis substituit filias suas. Qui quidem hæredes decesserunt omnes sine prole, excepto I. qui etiam decessit relicta tamen. G. filia testatoris nepte superstite: quæ petit fideicommissum. Cui filiæ testatoris etiam superstites opponunt, & excipiunt dicentes se preferri debere vi substitutionis. Respon. quod G. neptis testatoris excludit eius filias substitutas amitas suas. ideo ipsa vocata cẽset ad tale fideicommissum.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio testatoris facta in fauorem filiorum in numero plurali, etiam in vno qui solus reperitur, verificatur.*
2 *Filia de iure communi excludit fideicommissarium.*
3 *Testator si in vna parte testamenti mentionem fecit de filijs masculis, in alia simpliciter dixit de filijs, intelligitur de masculis.*
4 *Testator habens duos filios illos instituens æqualiter, & alterum alteri substituens, talis substitutio intelligitur, nisi alter præmoriatur relictis liberis.*



Isto testamento Ludouici de Acerbis de Perusio principaliter quæritur de illa vltima substitutione in qua dicitur, ꝙ si oẽs filij instituti decesserint sine filiis, substituit testator eius filias: An dicta substitutio de filiabus, habeat locum superstite tm̃ Gabriela ex Ioan. Raynerio filio instituto & defuncto. & in effectu dubitatur, an illa cōditio apposita in numero plurali, & in genere masculino sine filiis, impediatur dicta Gabriela superstite. & de iure cōi res non vr̃ habere difficulta
1 tem. † Quia dispositio testatoris facta in fauorem filiorum in numero plurali, ẽt in vno verificatur qñ solus reperitur: vt est tex. in l. pater Seuerinam. §. ita fideicõmisso. de condi. & dem. vbi dr̃ in fideicommisso ita dato volo vt restituas si sine liberis decedas, vno filio superstite conditio deficit ex voluntate testõris. ad idẽ tex. in l. 1. C. de condit inser. in l. iubemus. §. sinaũt C. ad Treb. facit tex. in l. nõ est sine liberis. de ver. sig. & regula. l. vbi numerus. ff. de testi: non habet locum in isto casu p p voluntatẽ testatoris. & quia eadem ratio vr̃ in vno quæ est in pluribus, vt not. Pau. de Cast. in d. l. 1. C. de condi. inser. & dixi in consi. 50. Similiter licẽt dicta conditio cōcepta sit in genere masculino, verificatur tñ in filia: quia in vltimis voluntatibus masculinũ concipit fœmininũ. l. si ita quis. in prin. ff. de testa. tut. l. qui duos de leg. 3. l. seruis legatis. in prin. eo. ti. l. si ita scriptum. in prin. de leg. 1. & in terminis in fideicommisso relicto sub conditione si institutus decesserit sine filiis, ꝙ ẽt relictis filiabus expiret. not. Io. And. in c. Rayn. de test. & ibi Ant. de But. & doctores. Pet. de Anch. in cons. 120. Pro clariori. & Alex. in cons. 55. Ponderatis his. in fi. lib. 3. & de iure cõi, hoc idem Fulg. tradit in consil. 18. Columnutia facit testm̃ & in consi. 38. In proposita quæstione. & s̃m istam conclusionem nouissimè Soci. consuluit in cons. 55. Visis consiliis in 3. li. & in hoc non est laborandum: quia, vt dixi, res clara est. Sed difficultatem
â non paruam in casu isto facit, [a] quia intentio testatoris videtur fuisse, ꝙ filiæ feminæ non debeant excludere fideicõmissum: qa testator tm̃ filios masculos hæredes vniuersales fecit, & filiabus certũ quid iure institutionis reliquit: vnde cũ testator proprias eius filias à sua hr̃ditate exclusérit, verisimiliter non est credendum ꝙ ad eius hr̃ditatem voluerit neptẽ vocare: quia nõ debet neptis melioris condõnis esse, quam essent filiæ propriæ. arg. l. si viua matre. C. de bonis mater. ita in terminis quæstionem ponit Pau. de Cast. in l. 1. C. de condi. inser. vbi refert Fulg. & post eũ cõcludit, ꝙ tali casu filia non excludat substitutũ: & dicit se ita consuluisse: & ꝙ collegium Florentinum, & oẽs aduocati Romanæ curiæ idẽ consuluerunt. & idem Pau. de Cast. concludit in consi. 79. Casus iste frequenter contingit. vbi ẽt refert consuluisse in d. quæst. in fauorem substituti. fatetur tñ ꝙ quæstio videtur dubia, & quod docto. Bononienses, & Perusini collegialiter consuluerunt contrariũ, videlicet pro filia. & quòd idem consuluit collegium Auenionẽse, & dicit ꝙ ipse postea requisitus recusauit pro prima parte videlicet in fauorem substituti consulere, tunc tamen instantia amicorum deuictus, cõcordando opiniones probabiliter, dicit esse distinguendum: quòd aut sunt substituti extranei, & filia seu neptis debet excludere extraneos substitutos: aut sunt substituti descendentes testatoris, & filia excluditur. & secundum istam distinctionem etiam in casu proposito videtur dicẽdum quòd filia seu neptis excludatur: quia substitutæ sunt filiæ testatoris. & secundum prædictam conclusionem etiam consuluit Paul. de Castr. consilio. 357. Viso dicto testamento. & idem in effectu tenet Fulg. in consil. 18. in consil. 38. s̃. allega. & latè idem consuluit Soci. in consi. 40. inter consilia Fran. de Curt. in consi. incip. Cum in præsentiarum. & ita aliàs consului vt habetur in consi. 15. & latè etiam tradit And. Sicu. in consi. 48. Circa hanc dubitationem inter consilia Alexan. lib. 4. & secundum istam conclusionem esset dicendum, quòd dicta Gabriela non faceret

ADDITIO.

a ¶ Facit.) Vide Fran. Curtium iuniorem consi. 35. breuiter dico nullã esse difficultatem quin conditio substitutionis defecerit: quamuis Vincenti Hereula. precio conductus istud consilium impugnare visus sit vt refert Deci. 1. consi. 567. vbi idem quod hic consuluit & bene. Tamen ibi in fin. malè limitat, vt ibi dicam.

faceret deficere fideicommissum: & sic filiæ substitutæ admitte-
rentur. In contrarium autem videlicet quòd filia impediat fi-
deicommissum, à quampluribus docto. consultum fuit, nam vt
s̃. relatum fuit per Pau. de Cast. docto. Bononienses, & Perusini
pro filia consuluerunt. Et pro ista parte faciunt iura s̃. allega. ex
2 quibus patet † ꝙ de iure communi filia excludit fideicommissa-
rium. & ad hoc bene facit text. in l. cum auus, de condi. & demõ.
iuncta. l. cum acutissimi. C. de fideic. nam in d. l. cum auus. dicitur
ꝙ etiam filius testatoris substitutus excluditur, si nepos institutus
grauatus decesserit relictis liberis. & illam. l. interpretatur impe-
rator in d. l. cum acutissimi, tam de fœminis quam de masculis. &
si ibi filia fœmina proneptis testatoris excludit substitutum, qui
erat filius testatoris, & sic erat magis propinquus testatori: pari-
ter ergo in casu nostro videtur ꝙ Gabriela neptis debeat exclu-
de filias testatoris substitutas & pro ista parte consuluit late, &
quamplures rationes inducit dominus Ludouicus Bolog. in cõ-
si. 49. inter consilia. Alex. lib. 4. & istam opinionem pro filia latè
probant Fran. de Cur. in cons. 63. Antiquissima & nobilissima, in
3. prin. q. vbi respondet ad omnia quæ in contrarium adducun
tur. & rationes quæ adducuntur etiam latissimè discutit Soci. in
l. cũ auus. de cond. & dem. in versi. 3. quæritur. & si rationes om-
nes quæ adducuntur, deberent perscrutari, res ista altiorem in-
dagihem postularet: vnde in casu proposito, quia talis disputatio
non videtur necessaria; vt ex infra dicendis apparebit; ideo tali di
sputatione omissa, & studendo breuitati prout consultorem de-
cet, cõcludo & indubitanter arbitror ꝙ dicta Gabriela faciat de-
ficere fideicõmissum, & sic ꝙ filiæ testatoris vltimo loco substi-
tutæ excludantur per dictam Gabrielam neptem testatoris: Et ꝑ
vera & naturali resolutione huius quæstionis habemus conside-
a rare principaliter duos casus.[a] Primus est, quando substitutus es-
set filius testatoris, vel alius qui esset de agnatione & familia te
statoris. Secundus est, quando esset extraneus substitutus, vel
essent substitutæ filiæ testatoris in quibus agnatio testatoris non
conseruatur, prout in casu proposito contingit. Circa primum
casum procedit decisio Paul. de Cast. in d. consilio 79. Casus iste
vbi ita loquitur quando erat substitutus alter filius testatoris,
& tali casu nepris excluditur à substituto patruo: quia dicit Pau.
de Cast. ꝙ testator censetur habuisse respectum ad agnationem
suam, & voluisse bona remanere in familia suorum descenden-
tium masculorum, ex eo quòd filias exclusit ab vniuersali succes
sione: & ita etiam tradit Soci. in consi. 6. In præsenti consultatio-
ne. lib. 3. vbi refert Pau. de Cast. in alio consilio qui idem dicit, &
ibi concludit, quod filię quæ non fuerunt institutę cum masculis
exclusæ fuerũt propter sexum muliebrem: & ista qualitas sexus
ita militat in nepte sicut in filiabus. Non obstāto casu. l. cum auus,
s̃. alleg. quia ibi non erant exclusæ filiæ à successione vniuersali:
ex quo colligitur quod testator voluerit consulere agnationi, ut
3 dicit Pau. de Cast. in d. consi. 79. † Similiter in casu isto videtur ha
bere locum quod doct. dicunt de testatore, qui in vna parte testa
b menti dixit sine filijs masculis: [b] nam licet in alia parte dicatur si-
ne filijs simpliciter, tamen intelligitur de masculis: quia videtur
testator habuisse respectum ad agnationem, & ideo vna pars te-
stamenti secundum aliam declaratur, vt not. Cuma. in consi. 117.
A. in testamento instituit vbi erat facta substitutio alio instituto,
& decedenti sine filijs maribus: & idem dicebatur filio deceden
te sine nepotibus simpliciter: concludit ꝙ de nepotibus maribus
intelligatur, sicut dictum fuit de filijs maribus. & idem Abb. in
consilio. 36. Videtur primò versiculo. nec obst. si dicatur. libro 1.
& dixi in consilio 15. & de isto primo casu non agitur in propo-
sito, ideo vlterius non insisto. Sed deuenio ad secundum casum
de quo agitur: quia substitutæ fuerunt filiæ testatoris, in quibus
non potest dici, ꝙ testator habuerit respectum ad agnationem:
& ideo cessat ratio Pau. de Cast. allegata in casu præcedenti: & in
* isto casu doctor. * *omnes* videntur concordare, quòd neptis de-
beat excludere substitutum vel substitutas: hoc de plano tenent
doctor. qui contradicunt Pau. de Cast. etiam in casu præcedenti
in quo ipse loquitur: & ipse Pau. idem tenet cessante ratione qua
mouetur in casu suo. & sic in casu nostro omnes doctor. conue-
niunt, ꝙ neptis faciat deficere fideicommissum: & intẽtio neptis
fundata videtur de iure communi, per iura s̃. alleg. in prin. & op-
time probatur in d. l. cum auus. & d. l. cum acutissimi. vbi prone-
ptis ex tacita conditione subintellecta excludit filium testatoris
substitutum: quia in illo casu cessat ratio agnationis. & familiæ
conseruandæ. l. maximũ vitium. C. de libe. præte. & declarat Pau.
de Cast. in consi. 79. s̃. alleg. & pariter in casu nostro cessat ratio
agnationis conseruandę, ideo dicta Gabriela neptis debet exclu-
dere filias testatoris substitutas. & ad idem bene facit quod not.
4 Bal. in d. l. cum acutissimi. in fi. versi quæro si pater. † vbi conclu-
dit, quòd si testator habens duos filios, illos instituit æqualiter,
& alterum alteri substituit; quòd talis substitutio intelligitur
nisi alter præmoriatur liberis relictis secundum dispositionem.
d. l. cum acutissimi. & sic secundum Bal. ibi nepos vel neptis ex fi-
lio præmortuo excludit eius patruum substitutum: quia quã cha
ritatem habuit pater ad filium, eandem continuatam videtur ha
buisse ad nepotem, uel neptem. & si hoc est in conditione tacita
in casu d. l. cum acutissimi, à fortiori idem videtur in conditione
expressa prout est in isto casu: merito concludendum videtur, ꝙ
dicta Gabriela excludat eius amitas substitutas. & idẽ quod Bald.
in dicta l. cum acutissimi. tradit Imol. in l. si cui mortis. ff. de dona
tione causa mort. & plura alia in fauorem neptis adducit Franc.
de Curt. in d. consilio. 63. quæ gratia breuitatis non refero. Vlte-
rius tamen ad confirmationem conclusionis firmatę in fauorem
neptis considerandum est, quòd neptis exclusa fuisset propter
agnatum substitutum, per quem bona in familia conseruata fuis
sent secundum intentionem testatoris: ergo remoto agnato ꝗ
non sit substitutus, neptis exclusa non videtur, ut supra dictum
est: quia cessat ratio per quam mouebatur Paul. de Cast. in casu
præcedenti. & hoc in simili casu in renuntiatione dicunt doct.
de filia quæ renuntiauit hæreditati paternæ propter fratres qui
erant tempore renuntiationis, in quibus bona in familia, & in
agnatione conseruata fuissent: nam si contingat quòd dicti fra-
tres viuente patre moriantur, filia ad hæreditatem patris admit-
titur non obstante renũtiatione; ut no. Bal. in l. pactum quod do- 1
tali. in 4. quæst. C. de coll. idem Salic. ibi. & idem tenet Domin. in
cap. quamuis. de pac. in 6. & sequitur Ale. in l. stipulatio hoc mo
do concepta, de uerb. obli. & in consi. 29. Præclarè & subtiliter li
br. 3. & in proposito bene facit qđ no. Bal. in consi. 372. Quędam
puella fuit dotata. lib. 3. alias 427. lib. 1. ubi, in filia quæ excluditur
per renuntiationem, concludit Bal. & dicit esse multum conside
randum utrum extet persona quæ ex præsumpta voluntate pa-
tris excludat renuntiantem, & tunc renuntiatio nocet: puta, si ex
tet filius masculus. l. tale pactum. §. fin. de pac. secus si non super
sit persona quæ excludat renuntiantem ex præsumpta uolunta-
te patris. vnde concludit, ꝙ illa quæ renuntiauit nõ existente ma
sculo, non obstante renũtiatione poterit succedere cum alijs so
roribus conferendo dotem. & pariter in casu nostro dicendum
videtur, ꝙ neptis ex præsumpta uoluntate patris exclusa uidetur
quando pater substituit filium masculum, uel aliquem agnatum 2
secus videtur si extraneum, uel etiam filias in quibus agnatio cõ
seruari non potest: & ideo remanet casus in dispositione iuris cõ
munis, & de iure communi filia seu neptis excludit substitutum
etiam si patruus sit substitutus. d. l. cùm auus. & pari ratione dicẽ
dum est idem esse in amitis de quibus agitur: & in hoc non uidetᷣ
dubitandum: quia res clara uidetur.

ADDITIONES.

a ¶ Casus.] adde Corneum. consi. 197. lib. 3. Soc. consil. 23. consil. 181. lib. 1.
Cur. iunior consi. 33.

b ¶ Masculis.] supra consi. 15. ubi dixi. infra consi. 462. nu. 12. consi. 490. nu.
3. consi. 495. nu. 11.

EPITOME Consi. CCCLXXI.

P. filium suum mutum in omnibus suis bonis hæredem vniuersalẽ
instituit, & quandocunque sine filijs decederet, substituit, & hæ-
redes esse voluit T. & S. Sanè in hac compendiosa substitutione
non comprehenditur exemplaris. Ideo censetur esse fideicom.
in qua hæredis bona non includuntur, sed testatoris solum bona
in ea comprehenduntur.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio sic facta, filium meum hæredem instituo, & ei Titium substi-*
tuo: si filius erat furiosus, quæ sit talis substitutio.
2 *Substitutio in dubio interpretari debet potius vt sit directa, quam fideicõ*
missaria.
3 *Dictio sibi, non impedit substitutionem pupillarem.*
4 *Substitutio in dubio interpretatur directa, non obliqua.*
5 *Substitutio facta quandocunque filius decedat, dicitur compendiosa.*
6 *Substitutio directa fieri debet uerbis expressis.*
7 *Mutus simpliciter non prohibetur testari.*
8 *Substitutio quando late interpretari debeat.*


IN causa magnifici Militis dñi Philippi Buõ-
delmonti vis tota cõsistit in perscru-
tando qualitatẽ substitutionis de qua agitᷣ, an fuerit
exẽplaria vel fideicõmissaria. Et primo motu videba
tur dicẽdũ talẽ substitutionẽ exẽplariã fuisse: nã clarũ est de iure
ꝙ pater illã filio mẽte capto facere pt̃ ad similitudinẽ pupillaris
substitutiõis: ut est tex. I l. humanitatis. C. de impub. & aliis substi.
& in §. qua rõne. inst. de pupil. & pari ratione idẽ vr̃ esse in muto

& surdo à natura, qui non potest facere testamentum .l. discretis. C. qui test. face. pos. & sic eadē ratio uidetur quæ in mente capto. & ideo idem ius debet habere locum, vt Barto. concludit post Guili. de Cun. in l. ex facto. in uersiculo, & quæro pone. de uulga. & pupil. & Alber. in rubr. ff. de vulg. & pupilla. in repetitione, in 11. char. vesicul. item quæro nunquid surdo & muto. & ista uidetur *communis* * opinio: vt Alexan. dicit in d. l. ex facto. in versi. idē adde. est verum ꝙ Ang. in d. l. humanitatis. tenet cōtrarium, sed eius opinio ab omnibus reprobatur in d. l. humanitatis. & in d. l. ex facto. ut An. Are. dicit in §. qua ratione. insti. de pup. col. pe. in ver. quæro quia l. ex facto. & idem sequitur Ang. Are. in trac. de testamentis, in uerbo, & G. si mente capto, in uer. 2. ex dictis Bar. vbi hoc cōprobat: quia tex. in d. l. ex facto. loquitur de surdo & muto, & l. humanitatis. uenit ad interpretationem d. l. ergo intelligi debet in casu in quo loquitur d. l. ex facto. argu. eius ꝙ not. in §. 1. in auth. vt fra. filij. cùm ergo talis substitutio exemplaria patri & filio conueniret, & substitutio compendiosa facta sit dicto filio muto instituto q̃ncunque decesserit sine filijs, consonat ꝙ in ista generalitate compendiosæ substitutionis, exemplaria includatur, ad hoc specialiter facit quod not. Bal. in d. l. humanita-
1 tis, in vltima char. in versi. 2. quæritur. ubi inquit† ꝙ si testator dicat, filium meum hæredem instituo, & ei Titium substituo: erat autem filius testatoris furiosus, tñ testator non fecit mentionem furoris, concludit ꝙ illa indefinita locutio est apta ad vulgarem & ad exemplariam: & si absque liberis moriatur sanæ mētis est apta ad fideicommissariam. à fortiori hoc dicendum vr̃ in casu nostro ubi sunt uerba magis vniuersalia, quandocunque decesserit: & quia fuit facta mentio de muto, ideo uidetur ꝙ debeat iudicari exemplaria. & hoc idem comprobari uidet̃, quia testator obseruauit formā quæ in exemplaria requiritur, uidelicet ꝙ non existentibus filiis, nec descendentibus debent fratres substitui. d. l. humanitatis. in fi. & quod ibi dr̃ de fratribus, idem etiam est de sororibus, vt dicūt ibi Pau. de Cast. & Alex. quia appellatiōe fratris soror continetur. l. tres fratres. ff. de pact. & ideo cum in casu isto sorores substitutæ fuerint, vr̃ testator de exemplaria cogitasse.
2 † Et hoc etiam confirmatur: quia in dubio substitutio debet interpretari, ut potius sit directa q̃ fideicommissaria, ut est text. in c. si pater. de test. in 6. & per gl. in l. verbis ciuilibus. in gl. fi. cum similibus: ut ibi Alex. tradit. ff. de vulg. & pup. & no. Ang. in cons. 125. Hoc est testamentum. & quia substitutio latè debet interpretari secundum regulam quam Bal. ponit & declarat in l. cum proponas. uersi. ulti. scias. C. de hæ. insti. & uerba propriè, & in potiori significatu intelligi debē l. 1. § qui in perpetuum. ff. si ager. vecti. vel emphy. & ideo uidetur ꝙ substitutio de qua agitur, debeat directa iudicari potius q̃ fideicommissaria. quæ propriè nō dr̃ substitutio, ut no. per doc. in rub. C. de impu. & aliis substitutio. Et hoc vltimo suaderi videtur, qa testator vsus fuit verbis directis. dum inquit, substituit, & suos hæredes esse uoluit. Ista em̃ uidentur uerba directa: quia uerbum illud, substituit, ꝙ est commune, declaratur ratione adiuncti: & perinde est ac si tota substitutio facta sit p verba directa, ut no. Bar. in l. Centurio. uer. quarto principaliter quæro. de vulg. & pup. & Bal. in l. precibus. C. de impu. charta. fi. in ver. & prædicta sunt vera. Ang. in cōsi. 110. Cōsiderandum est. in princ. & tradit Alex. in d. l. Centurio. uer itē in quantum Bar. hic. Cum ergo sint uerba directa uidetur ꝙ substitutio fuerit exemplaria, quæ directa est ad similitudinem pupil-
3 laris. † Nec huic conclusioni obstare videtur ꝙ testator dicat, sibi substituit: quia illa dictio, sibi, quæ relata uidetur ad testatorē, non impedit substitutionem pupillarē in qua succeditur pupillo. l. si ita scriptū. § qui filio. ff. de bono. pos. secundum ta. & not. Sal. Paul. de Cast. & Alex. in l. cum quidā, per illū tex. C. de impu. & aliis subst. facit text. in l. 1. & ibi gl. in verbo, mihi. ff. de vulg. & pup. Et pari ratione idem vr̃ dicendum in exemplaria quæ inducta est ad similitudinē pupillaris: & quia illa dictio, sibi, vr̃ relata ad mutum, cui supra pro iure facta fuit substitutio, & nō ad testatorem. Et ista sunt quæ prima facie in hanc sententiam me trahebant, & iudicantem inclinare possunt. Sed tamen prædictis minime obstantibus, ulterius cogitanti contrarium de iure uerius esse arbitror, uidelicet ꝙ ista substitutio fideicommissaria sit, & non exemplaria, & ista conclusio ex pluribus mihi suadetur. Et primo, quia testator in testamento in omnibus, & singulis suis bonis iuribus &c. suum hæredem vniuersalem instituit Laurentium eius filium &c. & cū institutio facta sit à testatore in bonis
a ipsius testatoris, pariter [a] substitutio quæ eodem contextu facta est, in bonis dicti testatoris facta videtur: quia substitutio habet relationem ad institutionem. l. 1. C. de impu. & aliis substitu. quia substitutio dicitur secunda institutio, vt not. per glo. & doctor. in rub. de vulga. & ideo uidetur referri ad bona de quibus institutio loquitur: & sic in effectu cum sit facta substitutio in bonis ipsius testatoris & ipsi testatori non uidetur exemplaria, in qua agitur de bonis furiosi uel mente capti, sicut in pupillari, ad cuius exemplum exemplaria introducta est. d. l. humanitatis. & in d. §. qua ratione. in stitu. de pupil. Secundo istam quæstionem in terminis decidit Pet. de Anch. in cōsi. 8. Difficultas quæstionis principaliter consistit ubi proponit istam quæstionem in simili casu vtrum substitutio esset exemplaris, uel fideicommissaria: & ibi primo dicit ꝙ si sit exemplaris, trahitur ad omnia bona mente capti vndecunque acquisita, sicut est in pupillari l. sed & si plures. §. ad substitutos. ff. de uulg. & pup. & in §. non solum. instit. de pup. Sed in fideicommissaria substitutione succeditur ipsi te-
4 statori & in eius bonis, l. cohæredi. in §. cum filiæ. de uulg. † Et arguit Pet. de Ancha. primo ibi ꝙ substitutio illa esset exemplaris: quia erat facta substitutio compendiosa in qua vr̃ inclusa exemplaris, quia conuenit verbis & personis: & quia in dubio debet interpretari ꝙ sit directa & non obliqua. d. c. si pater. de testa. in 6. In contrarium vero arguit Pet. de Anch. ꝙ dicta substitutio nō esset exemplaria: quia testator instituit filiam mente captam in omnibus bonis suis, & post mortem dictæ mente captæ mandauit omnia sua bona distribui, & dari pro anima ipsius testatoris. Per hoc enim ostenditur apertè ꝙ tantum uoluit disponere de bonis ipsius testatoris, non autem de bonis mente captæ aliunde sibi quæsitis: quia non prodesset animæ testatoris distributio bonorū, quæ ad ipsum non pertinent. c. non putanda. 1. q. 1. & ideo ibi concludit ꝙ talis substitutio non sit exemplaria, ponderata testatoris intentione, quæ in primis attenditur. l. in conditionibus primum locum. in prin. ff. de condi. & demon. Pariter ergo uidetur concludendum in isto casu, ꝙ cum testator solum de bonis suis disposuerit, ut supra dixi, ꝙ talis substitutio non sit exemplaria. & hoc in casu isto comprobatur ex eo, quod in substitutione dicitur, tunc. & eo casu sibi substituit, & suos hæredes esse uoluit. Ista enim verba debent referri ad testatorem, ut no. Bar. in l. cum in testamento. ff. de aur. & arg. leg. in l. ex facto. in prin. ff. ad treb. not. Alex. in consi. 36. Consideratis uerbis lib. 1. Cum ergo dicta substitutio facta sit sibi testatori, non potest dici exemplaria per supra dicta: & uerba prædicta reiterata magis ostendunt exploratā voluntatē testatoris: q primò in bonis suis instituit, &
5 substituit vt s. dixi de idē sibi, & sic ipsi testatori substituit. † Tertio, hoc idem in casu isto probatur: quia testator substituit sorores quandocunque filius institutus decederet sine filijs, quo casu dicitur substitutio compendiosa, per ea quæ not. Bar. in l. Centurio, in vers. secundo opponitur. ff. de vulg. & Ang. in cōsi. 225. supra allegato. & in tali compendiosa continetur fideicommissaria l. precibus. C. de impub. & in c. Raynutius. de testamētis no. Ang. in consi. 202. Quidam Bartholomæus. Alexan. in consil. 165. Circa præsentem. lib. 5. Et ista fideicommissaria non potuisset habere locum, si substitutio exemplaria fuisset: quia mutus grauari nō potuisset, sicut in pupillari substitutione pupillus onere fideicommissi grauari non potest. ut no. in l. ex tribus. C. de inoffi. testam. in l. cohæredi. §. cum filiæ. de uulg. & pup. ita videtur in exēplaria, quæ procedit ad similitudinem pupillaris. d. l. humanitatis. & ideo testator faciendo substitutionem compendiosam in qua fideicommissaria continetur, non uidetur cogitasse de exēplaria quę in isto casu stante fideicommissaria non potest habere locum. Quarto ad idem efficaciter adducitur: quia in testamento sorores substitutæ post eorum mortem sunt grauatæ onere fideicommissi: vnde ex hoc datur intelligi, quod substitutio sororū non fuerit exemplaria: quia substituti exemplariter secūdum forma m. l. humanitatis, non videtur quòd grauari possint: quia videtur principaliter habere bona à lege, & non à testatore, qui tenebatur illos substituere: sicut est in legitima in qua filius grauari non potest. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testamen. licet secus sit in substituto pupillari, qui grauari potest: quia habet bona à testatore qui potuisset alium substituere, ut not in l. fundum per fideicommissum. §. fin. de leg. 1. ubi Bar & docto. Et prædicta confirmantur ex his quæ no. Bal. in cōsi. 217. Quidā Petrus Amādi. lib. 1. vbi in simili casu arguit quod non comprehendatur exēplaria quando apparet factam fuisse fideicommissariam: qa earum natura repugnat, & quia quando testator specialiter nominauit vulgarem, pupillarem & fideicommissariam, non uidetur cogitare de exemplari: & ita videtur in casu isto: quia specialiter dixit de uulgari, & fideicommissaria in duobus locis: ergo non uidetur de exemplaria cogitasse, quia expressisset ubi cadere potuisset, sicut expressit de uulgari, & fideicommissaria quādo potuit habere locum. & licet Bal. in consil. prædicto dicat prædicta arguendo & decidat in casu suo contrarium, ibi alia concurrūt ex quibus motus fuit, & non videtur recedere à rationibus prius
6 allegatis. † Quinto ad confirmationem prædictorum facit, quia substitutio directa de qua agitur, debet fieri verbis expressis,

ADDITIO.

a Pariter.) Hæc sola ratio relationis non valeret vt patet in pupillari, sed aliæ rationes concludunt, excepta etiam quarta ibi quarto.

pressis, ut not. Dy. quem Bal. refert in d. l. 1. §. pro secundo. versiculo & hoc facit ad quæstionem. C. de cad. toll. vbi allegat. l. iubemus. C. de testam. per quem text. hoc idem dicit Paul. de Cast. in l. penult. C. de impube. & alijs substi. vbi inquit quòd papillaris substitutio debet fieri expressè & non per coiecturas, idem ergo videtur in exemplaria quæ est ad similitudinem pupillaris. & idē Paul. de Cast. in l. Titia. §. Seia. de lega. 2. vbi dicit, quod in directa substitutione requiritur expressa voluntas sicut in institutione. & tradit Soci. in consil. 140. Considerato testamento. & ideo in casu nostro non est dicendum factam fuisse exemplariam substitutionem, de qua expressè non apparet. Sextò & vltimò considerandum est intentionem testatoris fuisse conseruare eius bona in familia ipsius testatoris, vt colligitur ex eo quod sorores instituit, & substituit duntaxat earum vita durante, & post earum mortem substituit dominum Philippum eius fratrem, & post eū filios & descendentes masculos dicti domini Philippi. Per masculos enim conseruatur familia quæ in fœminis finitur. l. pronūtiatio. §. familiæ. versi. idemque. & in §. fin. in fin. de verbo. signi. & in l. iurisconsultus. §. 1. ff. de gradi. & facit text. in l. 1. §. penult. ff. de ventre inspicien. & sic testator videtur considerasse rationem, quæ à statuto præferente masculos fœminis, consideratur, iuxta no. per Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de succes. ab intesta. in rub. Alberi. in authen. itaque. C. commu. de suc. Angel. in cōs. 68. Martinus Ioan. de Florentia. & idem Ang. in consil. 99. Viso themate. in consil. 104. Statuto communis Burgi. Paul. de Cast. in consil. 146. Casus præsens. versi. præterea præsumendum est. & in testatore not. etiam Paul. de Cast. in cons. 79. Casus iste frequēter contingit. cum similibus quæ nota sunt. vnde ex ista ratione necessarium est fateri, testatorem voluisse facere duntaxat substitutionem fideicommissariam, per quam successiuè bona conseruantur in familia secundum intentionem testatoris, & voluisse facere exemplariam per quam bona remansissent libera penès sorores, & verisimiliter familiam testatoris exiuisset, vnde videtur testator exclusisse exemplariam, quia qui vult consequens, videtur velle omne necessarium antecedens. l. illud de acquiren. hæredi. l. 2. ff. de iurisdi. omni. iudic. Et certè satis constare videt quod testator non cogitauit de exemplaria de qua notitiam nō habuit, nec fuit certificatus. Et ita ex omnibus suprà dictis concludendum videtur, substitutionem de qua agitur, fideicommissariam, & non exemplariam fuisse. & ista conclusio confirmabitur, & clarior apparebit ex his quæ statim dicam respondendo ad omnia suprà allegata in contrarium, & respondendo omnibus & singulis. Et primò, dum dicitur secundum communē opinionem, ꝙ substitutio exemplaria potest fieri muto & surdo à natura, qui non potest testari. l. discretis. C. qui testa. face. pos. Potest probabiliter dici quòd opinio Angel. in d. l. humanitatis. & in d. l. ex facto. quæ communiter reprobatur, saluari possit in muto & surdo à natura in quo non videtur esse spes quod resipiscat, & ideo in eo non verificantur verba dictæ l. humanitatis. quæ loquitur in vitio sanabili, dum inquit, quod substitutio cessat, si mentecaptus resipuerit, & cum verba dictæ l. non conueniant, non videtur dispositio legis habere locum. l. 4. §. toties. ff. de dam. infe. & in l. hos accusare. § omnibus. ff. de accusationibus Sed tamen retenta communi opinione, non obstat successiuè dum dicitur ꝙ in substitutione compendiosa, quæ fuit facta in isto casu, exemplaria comprehensa videtur, per ea quæ no. Bald. in l. humanitatis, in loco suprà allegato: & prout arguit Petr. de Anch. in consil. 8. suprà allega. & maximè quia facta est mentio de muto. Nam respondetur, ꝙ tale argumētum procederet, nisi in casu nostro alia concurrerent, quæ non conueniunt exemplariæ substitutioni, ut ex suprà dictis colligit: quia substitutio fuit facta a testatore in bonis suis, & sibi: quæ verba repugnant substitutioni exemplariæ, vt suprà dictum est: & quia testator voluit facere substitutionem fideicommissariam, vt bona conseruētur in familia, quæ quidem fideicommissaria non potest concurrere cum exemplaria in substitutione compendiosa, ut no. Bal. in d. l. humanitatis, dum inquit, quod compendiosa, est apta ad vulgarem, & ad exemplariam: & si absque liberis moriatur sanæ mentis, est apta ad fideicommissariam. Durante ergo furore & vitio, prout fuit in casu isto, fideicommissaria non potuisset habere locum: & cum manifestè appareat testatorē voluisse facere substitutionem fideicommissariam vt bona in familia conseruent, & in hoc exploratam habemus testatoris voluntatem, dicendū
7 est non fecisse exemplariam de qua expressè non apparet. † Non ob. quod facta sit mentio de muto: quia mutus simpliciter non prohibetur testari, ut not. in d. l. discretis, & per consequens illi non potest fieri exemplaria substitutio. nam argumentum procederet, si facta mentio fuisset de muto & surdo a natura. Secundò respondetur, quod fuit facta mentio de muto in ipsa institutione ad demonstrandam certitudinem personæ institutæ, & in substitutione nihil dictum fuit de qualitate eius cui facta fuit substitutio, sed simpliciter dictū fuit: Et si dictus eius filius &c. & in dubio verba vsr prolata causa demonstrationis; ut no. Bar. in l. Centurio. versi. sed quid si dixi. ff. de vulg. & ꝙ not. Bart. in l. cum pater. §. mense, vers. quæro quid si testator. de leg. 2. Non ob. quod videtur seruata forma quę in exemplaria substitutione requiritur, ex quo substitutæ fuerunt sorores, ut suprà dicebat: quia non est verum: quia imò forma alterata fuit, vt patet ex eo quod sorores non fuerūt substitutæ simpliciter, prout in d. l. humanitatis, dr: sed fuerunt substitutæ earum vita durante, & illis fuit iniunctum fideicommissum, quod repugnat substitutioni exemplariæ ut s. dixi. Et dato, ꝙ forma dictæ l. humanitatis, seruata fuisset, illa forma non infert substitutionem exemplariam, quia illa forma respicit ordinem succedendi ab intestato, quem testator in substitutione fideicommissaria considerauit. & plura alia concurrunt quæ preponderant, ut non dicatur exemplaria substitutio ut s. dictum fuit. Non ob. ꝙ potius in dubio debet iudicari quod substitutio sit directa q̄ fideicōmissaria: quia responderi pōt ꝙ in casu isto non sumus in dubio: quia ex suprà dictis constat substitutionem exemplariam non fuisse. Secundò respōdetur, ꝙ argumentū vr procedere in substitutione directa de iure cōi. Secus videtur in ista directa exemplaria, quæ inducta fuit de iure speciali intuitu humanitatis, & in locum priuilegii quod impetrabat a princi. l. ex facto. ff. de vulg. & ideo illud quod procedit ex iure speciali, non videtur esse in consideratione l. 4. §. 1. ff. de fideicom. lib. facit text. in l. testamento. C. de testa. mili. & in
8 l. quanquàm. eo. tit. in l. Centurio. de vulga. & pup. † Non ob. ꝙ substitutio debeat latè interpretari: quia verum est quando constat de specie substitutionis, prout loquitur regula quam tradit Bal. in vulgari substitutione: & quia in casu nostro constat de fideicommissaria, quæ vr excludere exemplarem ut s. dictum est. Vltimò non ob. ꝙ substitutio facta sit verbis directis: quia hoc non vr verū cū sit in tali substitutione verbum, substituit, quod est cōe. & Bart. in d. l. Centurio. in loco allegato in p̄rium ponit duas opiniones, & dicit, secundum veriorem & concludit, ꝙ ver
* bum, substituit, referatur ad fideicōmissariam, & docto. * cōiter sequuntur: & quia in casu isto constat de fideicommissaria substitutione, ut dixi, & in claris nō est opus cōiecturis. l. continuus. §. cùm ita. de verb. obl. Et sic remotis omnibus supra allegatis in contrarium remanet firmata cōclusio, ꝙ substitutio de qua agitur, non fuerit exemplaria, sed fideicommissaria. Et huic conclusioni non ob. ꝙ verbum, sibi, ponderatum supra non excludit pupillarem, & pari ratione non vr excludere exemplariam: ut s. in contrarium postremò dicebatur: quia respondetur hoc esse verum qn̄ expresse apparet factam fuisse pupillarem, vel exemplariam, prout iura allegata in contrarium loquuntur: secus autem
a est in dubio [a] prout in casu isto cōtingit, & ita declarat Corneus Perusinus in consi. 152. In casu propositæ consultationis. versic. nec ob. dictæ vltimæ rationi. in 2. lib. vbi dicit tex. in d. l. si ita scriptum. §. qui filio. ff. de bo. pos. secundum tabu. procedere qn̄ apparet de pupillari substitutione. Secus si præcise non constat de pupillari, vt quia sit facta compendiosa: quia tūc non videt procedere tex. in d. §. qui filio, cum si. & ita videtur in exemplaria ut in substitutione compendiosa prout fuit in casu isto, ꝙ in tali cōpendiosa non includatur exemplaria propter verbum illud, sibi & per alia supra dicta Vltimò non ob. ꝙ verbum, sibi, vr posse referri ad mutum institutum, q̄a in dubio debet referri ad testatorem, vt supra dictum fuit: & ideo concludendum est ut s. dixi.

ADDITIO.

a ¶ In dubio.) idem Deci. infra consi. 641 ad fi. in l. pe. in prin. C. de impu. & ali. subst. Phi. Fran. c. 1. cum seq. de testam. in 6. Fran. Ripa l. Centurio. num. 120. de vulg. & pupi. idem de verbis bona mea, & similibus. & hodie moribus, iuribus, & effectibus patrię potestatis, ferè minus præsumitur testator voluisse pupillariter, vel exemplariter substituere, nisi clarè appareat, adde quæ dixi ad Alex. consi. 12. nu. 17. lib. 3.

EPITOME Consil. CCCLXXII.

In statuto ad successionem defuncti, post eius ascendentes & descēdentes vocante fratres, patruos, & eorum filios, horum appellatione veniunt nepotes, qui auunculos excludunt.

SUMMARIUM.

1 *Filius licèt excludat sororem, tamen nepos non excludit amitam.*
2 *Verbum, filij, prolatum a statuto municipali, intelligitur strictius, quàm si proferatur a iure communi.*
3 *Legitima non debetur auunculis.*
4 *Statutum, quod mater excludatur ab agnatis, validum est.*
5 *Ratio quando vnica potest assignari, habetur pro expressa.*
6 *Argumentum a ratione vnica quæ assignari potest, validum est.*
7 *Extensio non dicitur fieri quando militat vna, & eadem ratio.*
8 *Exten-*

8 *Exterſio fit etiam in pœnalibus vbi agitur de intereſſe publicæ vtilitatis.*
9 *Priuilegium datum filijs tranſit in nepotes.*
10 *Dictio, tunc denotat extremitatem temporis.*



Iſis & diligenter conſideratis verbis ſtatuti Peruſini breuiter quæritur, an ſtatutum quo cauetur formaliter quod ſi filij maſculi alicuius morientur ab inteſtato, non exiſtente aliquo aſcendente vel deſcendente, quod omnis eorum hæreditas debeat peruenire, & deuoluatur ad fratres eorum & filios fratrum, ſi ſint, vel ad patruos & filios patruorum, & tunc auunculi non ſuccedant, & excluſi intelligantur, habeat locum in caſu propoſito, in quo de nepotibus patruorũ agitur. Et ſic dubitatur an in tali ſtatuto contra ius commune, dum vocat filios patruorum, appellatione filiorum veniant nepotes. Et primo motu videbatur dicendum ꝙ non: quia tale ſtatutum con-
1 tra ius commune debet ſtricte interpretari. † Et ita in terminis dicit Bald. in l. ſi uero. §. de viro, circa finem, verſi. e contra pone. ff. ſolut. matr. vbi concludit ꝙ licet filius excludat ſororem, non tamen nepos excludit amitam; quia nepos non includitur in verbis prouiſionis ſtatutariæ. arg. l. illam. C. de colla. & idem not. Bal. per illum textum in l. ſed & milites. in prin. ff. de excu. tut. in verſicu hæc autem. vbi priuilegium datum filijs non competit nepotibus, vnde infert ad ſtatutum, quod filius excludat ſororem, ſi præmoritur filius relicto nepote, nepos non excludit amitam: & dicit quòd a iure communi quis nũquam excluditur niſi a perſonis ſpecificatis, & idẽ videtur tenere Bal. in l. Gallus. §. inſtituens verſi. & ex ſuperius dictis. ff. de lib. & poſthu. vbi impugnat rationes eorum qui contrarium dicunt, & iſta concluſio videtur ratione manifeſta comprobari, quia proprie appellatione filiorũ non veniunt nepotes, ut not. Barto. in l. liberorum, in princip. de verbo. ſigni. per l. iuſta. ff. eo. titu. vbi videtur eſſe ex interpretatione: & facit tex. in l. 2. §. non ſolum. ff. de excu. tu. & idem dicit Bal. in l. filium, in 2. notab. ff. de his qui ſunt ſui. quod nepos non dicitur proprie filius, allegat Ioan. And. in cap. ad extirpandas, de filijs presby. & Anto. de Butr. ibi refert & ſequitur. & idem Bald. in l. Gallus. §. inſtituens poſt Dyn. quem ibi refert, concludit, ꝙ de ſignificatione vocabuli, nunquam appellatione filiorum continentur nepotes, & idem Bald. in l. maximum vitium. C. de libe. præteri. vbi refert Barto. in d. l. liberorum, & ſequitur, & ad hoc etiam facit text. in l. quid ſi nepotes. §. j. ff. de teſta. tutel. vbi dicitur quod aliter filij & aliter nepotes appellantur, & idem dicitur in §. fin. inſti. qui dari tuto. teſtam. poſſunt. Cum ergo proprie nepotes non ſint filij, non videtur ſtatutum, quod loquitur de filijs patruorum, habere locum in nepotibus patruorum, quia verba ſtatuti proprie intelligi debent, ut not. Bar. in l. omnes populi, in ultima charta in verſi. iuxta præmiſſa quæro. ff. de iuſtit. & iure. facit quod not. Barto. in l. 1. §. hoc interdum. ff. de ſorti. in l. 3. §. hæc uerba. ff. de negotiis geſtis, & præſertim quando ſunt contra ius commune ſtatuta debent ſtricte interpretari, ut no. Ange. in conſil. 9. Pro euidentia quæſiti, in principio, in conſi. 26. Statutum, in princ. Cum, in conſi. 84. Præſuppoſito, in princip. conſi. 113. Statutum. & ideo dum ſtatutum loquitur de filiis, non vi-
2 detur habere locum in nepotibus. † Et hoc etiam expreſſe dicit Bald. in l. quiſquis, uerſicu. adde ꝙ licet. C. ad leg. iuliam maie. ubi inquit, quod uerbum filij ſi profertur a ſtatuto municipali ſtrictius intelligitur quam ſi a iure communi proferatur ideo non veniunt nepotes, dato quod de iure communi includerentur. Et hoc in caſu iſto uidetur omnino ꝓcedere, quia ſtatutum dicit: Et auunculi tunc non ſuccedant: nam illa dictio tunc quandoque ponitur reſtrictiue: ut not. in l. 1. C. de procur. & ſic uidetur reſtringere hic diſpoſitionem ſtatuti in filiis patruorum, prout loquitur & excludere nepotes de quibus nihil dicitur, & ad idem facit. quia ſi ſtatutum uoluiſſet idẽ diſponere de nepotibus, hoc expreſſiſſet ſicut fecit de filiis ut in ſimili caſu arguit text. in l. 1. §. ſin autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. in cap. ad audientiã, de deci. & quia ſtatutum dicit de filiis fratrum & de filiis patruorum, quod non uidetur abſque miniſterio, & ideo caſus omiſſus a ſtatuto remanet in diſpoſitione iuris commmunis, ut in ſimili caſu notat Bald. in l. ſi plures, in uerſicu. item iuxta hoc quæritur in fin. C. de conditio. inſer. & not. Cuma. in conſil. 97. Stante dicto ſtatuto, in principio cum ſimili. Et de iure communi auunculi præferuntur: quia ſunt in tertio gradu l. auunculo. C. communia de ſucceſ. §. 3. gradu. inſti. de gradi. l. iuriſconſultus. §. 3. gradu. ff. de gradi. & ſic ſunt proximiores quam ſint nepotes patruorum, qui ſunt in quinto gradu. inſtitu. de gradi. §. quinto gradu. in d. l. iuriſconſultus. §. quinto gradu. & hodie proximiores admittuntur ad ſucceſſionem, nulla habita differentia agnationis uel cognationis. §. nullam. in authentic. de hære. ab inteſt. ue. not. in authen. in ſucceſſione C. de ſuis & legi. in l. fin. C. unde legi. & iſta ſunt quæ primo motu in fauorem auunculorum me trahebant, & iudicaturum in hanc partem inclinare poſſunt.

Quibus tamen non obſtantibus, ulterius cogitanti ex mente & intentione ſtatuti contrarium de iure eſſe arbitror, uidelicet ꝙ
a imò nepotes [a] patruorum uigore ſtatuti, præferantur auunculis
3 † Et pro fundamento præſupponẽdum eſt primò, quod de ualiditate huius ſtatuti non uidetur dubitandum: quia auunculi qui excluduntur uocati ſunt ſimpliciter ab inteſtato, & illis nulla debetur legitima, & talis ſucceſſio eſt inducta de iure communi a l. ciuili. l. lege obuenire. ff. de uerb. ſig. l. 1. ubi glo. ff. de acqu. re. do. facit text. in ſti. de legi. agna. ſucceſ. in prin. inſti. de ſucceſ. cogn. in princip. in l. tutelas. ff. de capi. dimi. & in toto titu. ff. & C. ad Tertyl. ergo per ſtatutum talis ſucceſſio tolli poteſt. §. fin. inſti. de iu. nat. facit text. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. & iuri communi a ſtatuto municipali derogari poteſt. l. item eorum, in princip. ff. quod cuiuſq; vniuer. l. prohibere. §. plane. ff. quod ui aut clam, & in l. ut gradatim. §. & ſi lege. ff. de mu. & ho. & in l. 1. C. de eman. lib. cum ſim. imo etiam ualet ſtatutum in quo aufertur ſucceſſio
4 etiam illi cui debetur legitima † Et hoc clarum eſt in matre per quam auunculi coniunguntur, ut notat Ange. in conſi. 105. Statuto cauetur. ubi probat ualere ſtatutum ꝙ mater excludatur ab agnatis: & idem Bal. in l. 1. §. ius naturale circa fi. ff. de iuſti. & iur. dicit quòd legitima auferri poteſt matribus a ſtatuto: quia ius cõpetens matri eſt de iure poſitiuo. & ſequitur Rom. in conſil. 32. Viſa municipali, & tradit etiam Benedictus Capra in conſil. 15. Pro pleniori, & in conſi. 151. Subſcripſi me. in princip. & quod plus eſt etiam filiis legitima per ſtatutum auferri poteſt, ut concludit Dyn. in regula, indultum. de reg. in 6. Cyn. in l. ſancimus, in fi. C. de nup. Old. in conſi. 135. Factum eſt tale. cum ſim. ut dixi in lege, iura ſanguinis. ff. de regul. iur. Ex quibus patet (ut dixi) in caſu propoſito non eſſe dubium de ualiditate ſtatuti per quod auunculi excluduntur. Secundo, præmittendum & perſcrutandũ eſt de ratione prædicti ſtatuti: nam licet Bar. in l. liberorum. ff. de uerbo. ſig. dicat ꝙ in ſtatuto excluſiuo fœminarum, non poſſit argui a ratione ſtatuti quæ non ſit expreſſa. & Bal. refert & approbare uidetur in l. ſi defunctus. in uerſic. quæro ergo. C. de ſuis & leg. & idem Imo. in l. ſi uero, in §. de uiro. ff. ſol. mat. Alex. in conſil. 80. Viſo & animaduerſo. lib. 1. in conſi. 97. Viſo themate lib. 2. & idem Lapus allegatio. 101. In ciuitate Florentiæ. In uerſicu. nõ obſtat tertia ratio. Pau. de Caſt. in cõſ. 123. Super primo quæſito. ubi alleg. Bar. in d. l. liberorum, & Aret. in conſil. 27. Proponitur ex facto. & Alex. in l. ſi conſtante, in princ. in uer. ſed quid ſi petenti extenſionẽ. ff. de ſolu. quamuis dicat ꝙ quando ratio non eſt expreſſa, in dubio extenſio fieri non debet. alleg. Sali. in l. 2. C. de noxa. & Bald. in l. fi. ff. de hære. inſti. dicit quod qñ ratio non ſit expreſſa in ſtatuto, non eſt a uerbis recedẽdum. Tamen ſecundũ
* **communem* opin. ratio finalis ſtatuti, excludentis fœminas & ab eis deſcendentes, uidetur eſſe propter fauorem agnationis, ut bona conſeruentur in familia, ut uoluit Iaco. de Aret. in quadam diſputatione incipiente, Statutum, quam Bar. refert in d. l. liberorũ. & Io. And. ſequitur in addit. Spe. in rub. de ſucceſ. ab inteſt. in uerſi. & eſt ſciendum. idem Iaco. de Aret. Cyn. Alber. & Sal. in l. 1. C. de Adult. Bal. in conſi. 68. Inter conſilia Ange. incip. Martinus, Ioan. de Florentia idem Bal. in l. quod uero. in princ. ff. de legib. in l. certum, in prin. C. unde legi. in l. maximum uitiũ. C. de libe. præt. Alber. in Authen. itaque. C. communia de ſucceſ. Ang. in conſi. 221. Circunſcripto dicto ſtatuto, in conſi. 104. Statuto communis, in ꝯſi. 105. Statuto cauet. Pau. de Caſt. in ꝯſi. 79. Caſus iſte frequenter contigit, & in conſi. 346. caſus Præſens, ubi dicit quod non uidetur, ꝙ alia ratio adduci poſſit niſi propter fauorem agnationis & familiæ & idẽ Pau. de Caſt. in ꝯſi. 83. Præſens caſus in nouis. idẽ Rom. in cõſ. 16. Viſo themate. uer. ſecũdum autem. Card. idem tradit in cõſi. 60. Pro examinatione puncti, & Fulg. in cõſi. 78. Suppoſito ſtatuto. Alex. in conſ. 20. Viſo proceſſu, in uerſi. 6. lib. 1. & in conſi. 101. Super eodem lib. 3. & ad hoc etiam plura cõgerit Franciſc. de Curt. in conſi. 80. Recte præfatus, & cum prædictis concordat Laurentius Calcaneus in conſil. 48. Viſo dicto
5 caſu. † Ex quibus omnibus euidenter patet iſtam eſſe communem opinionem, quod in ſtatutis excipientibus fœminas & lineam fœmininam, illa ſola ratio uidetur poſſe aſſignari, ut bona in agnatione & in familia conſeruentur, & ideo talis ratio debet haberi pro expreſſa, ut in terminis prædicti ſtatuti not. Bal. in l. maximũ uitium. ubi reprehendit rationem Bar. in d. l. liberorum, & concludit, ꝙ quando eſt certa ratio legis licet tacita, poteſt ex illa argui tãquam ex cauſa fina. alleg. l. miles agrum ff. de re mil. & certa eſt ratio in caſu iſto ex quo illa ſola reddi poteſt. argum. l. ſecundæ. ff. de liberis & poſthu. & idem Bal. in l. quamuis. C. de fideicommiſ. in

ADDITIO.

a Nepotes.) Idem doc. in l. venia. C. de in ius vocan. Fran. Cur. Senior conſil. 80. Vide do. Andr. Tira. in tract. de iure primogeniorum. q. 40. num. 46. cum multis ſequentibus facit, 5. conſi. 87.

mis.in princip.per glo.ibi dicit, quòd quando vna ratio tantùm reddi potest, illa debet haberi pro expressa, tam in testamentis quàm in statutis, nec ista est interpretatio extensiua, sed intellectiua, & dicit idem Bald. in l.ea quæ.versicul. 11. quæritur. C. de cond. indе. ꝙ ratio generalis iuris communis trahitur etiam ad statuta, quia vbi in statuto ratio non exprimitur, inest illi ratio naturalis, & ciuilis, & iuris communis si adaptari potest, & ideo in dicto statuto inesse videt ratio agnationis conseruandæ, quæ de iure communi consideratur l. 1.§. penulti. ff de vent.inspi. & hoc modo in statuto excludente sorores, a prædicta ratione præsumpta conseruandæ familiæ, arguit Ro.in consil. 16.suprà alleg. idem Rom.in consil.411. Quatuor sunt. versic.ꝙ autem.ubi rationem dictorum statutorum esse dicit, vt agnatio conseruetur, quæ petit propter inopiam. in authentic. de testi. §. sancimus. l.
6 pietatis. C de suspe.tuto.l.quisquis. C.ad l.iuliam maie. † Aqua quidem ratione quia vnica est & indubitata, licet expressa non sit.argui potest. vt per gloss. in d.l.quamuis, & hoc modo etiam arguit Rom.in consil. 37. Visa. versic. tertio quia hoc statutum, in consil.120.Circa primum, in fin.in consil.404. In casu, & eodem modo arguit Paul.de Cast. in consil. 349. Visa, & in teminis statuti excludentis matrem, ita etiam arguit Paul.de Cast.in consil. 346.s.allega.& Cuman.in consi.2. Proponitur ꝙ ser Blancus, idem Alex.in consi.48.Visis, libro primo, in consi.21.Considеratis verbis, libro quarto, & in terminis prædictorum statutorum, ꝙ ratio pro expressa habeatur cum nulla alia ratio assignari possit nisi fauor agnationis, tradit Angel. Aret. in §. primo, versic.2.addas, insti.de iure natu.& idem Abb.in c.fin.de rescrip. in c.suggestum de appel.Cum ergo ratio agnationis conseruandæ pro expressa habeatur, ut suprà dicti omnes dicunt, talis ratio attendi debet: quia ratio legis dicitur anima legis, uel statuti, quę potius attenditur quàm verba, quæ sunt tanquam corpus, ut no. Bald.in l.si quis seruo.C.de furtis.Et sicut lex uel statutum disponit in his de quibus expresse loquitur, ita ratio statuti pariter dispositionem inducit, ut inquit Bal.in c.dilectus filius, de rescript. & lex est quicquid in ratione consistit, ut notat Abb.in cap nulla ratio.de præben.alleg.glo.in c.consuetudo.1.dist.& vbi mens & ratio omnimoda concurrit, non dicitur extensio fieri, ut no. per glo.in c.1.in verbo Italiæ. de tempo.ordin. in 6.in c.si post-
7 quam, in verbo, mente.de elect.in 6.† Et quando in pluribus casibus est vna & eadem ratio non agitur de extensione: sed sicut genus omnes species comprehendit, ita ratio generalis omnes casus complectitur, ut scribit Paul.de Cast.in consil.332.Præsens casus.& Bald. in authen. post fratres. C.de legi.hære. & maximè hoc est dicendum in ratione expressa in lege, uel statuto: ꝗa tunc ex tali ratione inferre possumus ad omnem casum etiam in materia correctoria, ut notat Bald.in authen quas actiones. versic. sed ego dico. C.de sacrosanc.eccle. quia tacitè cautum intelligitur quando eadem ratio reperitur alle.l.his solis. C.de reuo.dona.& idem not. Alex. per illum text. in l.cum mulier.in 5.not.ff. solu.mat.& idem est dicendum in casu nostro cum ratio pro expressa habeatur per suprà dicta. ex quibus omnibus concludendum est propter rationem statuti, quòd statutum de quo agitur, dicit de filijs patruorum, loquitur pari ratione conseruandæ agnationis, etiam habeat locum in nepotibus, & ista conclusio confirmatur duplici ratione. Prima est, quia saltem largo modo, appellatione filiorum veniunt nepotes; vnde statutum, quod loquitur de filijs subsistente eadem ratione, debet extendi ad casum qui sub lata significatione comprehenditur, ut not Cyn.in l.1.in 4 opposi. C.quæ sit longa consuetud.& Anto.de But.in c. fin.de consuetudi.versic.fallit primo quando verba, & hoc modo arguit Alexand. in l.3.§.si procurator. ff. quod quisque iur. Secunda, quia hoc statutum secundum rationem suprà allegatã, respicit vtilitatem publicam, ut doct dicunt in locis suprà alle-
8 gatis; ergo debet latè interpretari.† quia vbi agitur de interesse publicæ vtilitatis, fit extensio etiam in pœnalibus, ut not. Barto. in l.2. §. exercitum. ff. de his qui not. infa.in l. quemadmodum. C.de agri.& censi.lib.11.& tradit Paul. de Cast in consil. 23 Viso puncto.allegat.l.1.§.fin.C.de cadu.tollen.facit text.in l.si quis in graui. §. hi quoque. vbi Bartol. & Bald. ff. ad Sylla. & pro ista conclusione faciunt plura iura in quibus dispositio facta de filijs, nepotes complectitur. l.filium habeo. ff.ad macedo.l.senatusconsulto. ff de ritu nup.in l. milites.iuncta l. diuo. Marco.C. de quæstio.in l. Lucius.ff.de hære.insti.in l. vxorem §. concubinæ. de legat. 3. Postremò in terminis statuti excludentis filiam, existentibus filijs masculis, quòd extendatur ad nepotes, dato ꝙ statutum dicat simpliciter de filijs, est decisio Bald in l.2. C.de in ius vocan. vbi expresse circa fin. dicit ꝙ tale statutum est fauorabile ex parte masculorum, & late debet interpretari. unde ibi in refert, si statutum dicit quòd filius excludat fœminam, idem erit in nepote alleg.l.Lucius.ff.de hære.insti. & idem sequitur Salic.in d.l. 2. quia videtur factum statutum, ut agnationes in suis bonis & dignitatibus conseruent, ideo debet prorogari, & idem tenet Paul.de Cast.in d.l.2. & in l.si verò. §.de viro. ff. soluto matrimo. Abb.in consi.75.Primo videndum est.lib.1.& de hoc etiã est decisio Bartoli in l.liberorum, in versiculo his præmissis.ff.de
9 verbo.sig.†quia priuilegium datum filijs transit in nepotes: ideo prærogatiua quæ conceditur filijs masculis ut excludant fœminas, etiam uidetur competere nepotibus, & secundum istam cõclusionem etiam consuluit Fulg.in consil.78. Supposito statuto. & ibi in terminis concludit ꝙ filia a nepote excludatur: quia ratio statuti illa sola videtur ut agnationis salua sit dignitas, licet non sit expressa: quæ quidem ratio ita militat in nepote sicut in filio: imò dicit ipse magis, per nepotem generatio augetur, & memoria conseruatur. allegat. l.pronuntiatio.ff.de verborum sig.& idem tenet Roma.in cons.129 Licet magna apud me.in fine, ubi post Barth ol & Baldum, quos refert in locis suprà allegat.concludit ꝙ dictante statuto, ꝙ extante filio, excludatur filia dispositio statuti extenditur ad nepotem: quia statutum ex parte filiorum excludentium est fauorabile, ideo latè est interpretandum, & cum prædictis concordat Angel. Aret.in d.§.primo, in fi.instit.de iure na. Et istam opinionem nouissimè latè comprobat, & sequitur Fran.de Curte in consil. 8. suprà allegat. ex quibus patet, ꝙ decisio Baldi in d.l.2 C de in ius vocan. *communiter approbatur: & cum ista sit communis opinio non videtur vlterius laborandum, & istam communem sententiam esse attestatur Ias. in l.de quibus. ff. de legibus. quæ quidem communis opinio videtur à fortiori in casu nostro procedere: quia doctores in locis suprà allegat. loquuntur in exclusione filiæ cui debetur legitima, in casu isto agitur de exclusione auunculorum quibus legitima non debetur. Et ista conclusio etiam confirmatur: quia suprà statutum dum excludit filiam dotatã, illam excludit etiam si dotata sit a patruo, & descendentes ab ipso patruo, & sic filij nepotes & pronepotes patrui excludunt dictam mulierem dotatam. pariter ergo in casu statuti de quo agitur, videtur, quòd filij & nepotes patruorum debeant auunculos excludere: quia vnum statutum secundum aliud statutum debet intelligi, & statutum potius recipit interpretationem ab alio statuto, quàm a iure communi: quia in habentibus symbolum facilior est transitus, ut notat Petrus de Ancha.in consi.423. Viso puncto, in consil.93.Ista domina.in versic.non ob.facit text.in l.filiabus in princip.de legat. 1.l. verum. ff.de peti. hære. Et ita ex omnibus suprà dictis concludo, quòd auunculi a nepotibus patruorum excludantur vigore statuti, quod in casu nostro locum habere videtur, per ea quæ suprà latè dicta sunt. Non obstant allegata suprà in contrarium: quia ex suprà dictis responsio colligitur: respondendo tamen formaliter. Primo non obstat quòd Baldus in contrarium dicat in locis in contrarium allegatis: quia idem Bald. tenet quod prærogatiua excludendi filios quæ datur a statuto filijs masculis, etiam competat nepotibus. in d.l.2. C.de in ius vocand & ista opinio est verior, & communiter approbatur, ut latè patet ex suprà dictis. Non ob. quòd iure communi quis nunquam excluditur nisi a personis specificatis: quia in casu isto satis dicuntur personæ nepotum specificatæ, propter rationem statuti quæ pro expressa habetur per suprà dicta. Non obst. quòd de proprietate sermonis appellatione filiorum non veniunt nepotes: quia satis est quod veniant largo modo attenta ratione statuti, quæ pro expressa habetur, secundum communem opinionem a qua nõ est recedendum, ut s.dictum est. Et per hoc etiam respondetur ad illud ꝙ dr̃ successiue, ꝙ verba statuti debent stricte intelligi: quia verum est regulariter: fallit in casu isto ꝑ ꝑ rationem statuti quæ expressa reputatur, & per ea quæ s. dicta sunt.
10 †non ob. illa dictio, tunc, posita in statuto: quia denotat extremitatem t pis.l.4.de cond. & dem Non autem vr̃ ꝙ taxatiue intelligatur, & dato ꝙ taxatiue loqueretur statutum, casus similes nõ excluduntur. l.ob æs. C. de præd.mino.l.1.§.1.ff.si mens. fal.mo. dixe.no Bar.in l si constante, in prin.ff.sol.mat.& in l.serui noĩe. ff.de vsuc & in casu isto nepotes vr̃ similes filijs ꝑ ꝑ eandem rationem agnationis conseruandæ per s.dicta. Non ob. ꝙ statutũ expressisset de nepotibus si voluisset sicut fecit in filijs, quia satis vr̃ expressum de nepotibus per rationem statuti quæ habetur pro expressa, & concernit ita nepotes sicut filios per s.dicta. Nõ ob. ꝙ in statuto dr̃ de filijs fratrum, & replicat de filijs patruorum: quia hoc non fuit factum cum mysterio: quia ratio statuti ita militat in nepotibus, sicut in filijs. & quia suprà in alio statuto loquitur de descendentibus patruorum: & sic videtur includere nepotes & pronepotes, & per suprà dicta patet ꝙ iste non fuit casus omissus à statuto, quia vis tota in ratione consistit per suprà dicta. Vltimò non ob. ꝙ de iure communi auunculi præferuntur: quia excluduntur a statuto per ea quæ s. dicta sunt.

EPITOME Consi. CCCLXXIII.

Quod communitas Regii possit molendinum construere, non obstante priuilegio Ducis Ferrariæ.

SUMMARIUM.

1 *Aqua videtur esse illius cuius est locus.*
2 *Aqua quæ ingreditur fundum meum, potest a me concedi cui volo.*
3 *Molendinum habens in flumine priuato, in parte inferiori prohibere non potest ne fiat molendinum in parte superiori.*
4 *Verbum, aliquid, etiam in minimo verificatur.*
5 *Verbum, quoquomodo, includit ea quæ alias non includerentur.*
6 *Iudex sufficit quòd dicat causæ cognitionem interuenisse.*
7 *Clausula ex certa scientia, quid operetur.*
8 *Clausula de plenitudine potestatis, quid operetur.*
9 *Clausula, ac si de ipsis esset facta mentio spetialis &c. quid operetur.*
10 *Concessio facta a principe in dubio, semper intelligitur sine præiudicio tertij.*
11 *Priuilegium impetratum a principe, intelligitur secundum petitionis formam.*
12 *Prohibitio facta a principe intelligitur eo modo quo petitum est.*
13 *Causa falsa vitiat priuilegium, seu gratiam.*
14 *Clausulæ accessoriæ restringuntur ad casum principalis dispositionis.*
15 *Princeps recognoscens superiorem non debet vti plenitudine potestatis sine causæ cognitione.*

a Viso consilio celebratissimi iurisconsulti dñi Caroli Ruyni [a] edito in fauorem inclytæ ciuitatis Regij, & diligenter consideratis rationibus quæ accuratè & longo apparatu inducuntur, iuridicam esse arbitror conclusionem ab eo firmatam, & de confirmatione requisitus ex eo (vt puto) ne dñs consultor ex indulgentia patriæ, motus videatur, agam paucis. Intentio.n. cõitatis fundata videtur ex eo, ꝙ præsupponitur, ꝙ aquæductus sit in territorio ciuitatis, ergo ciui
1 tas vr̃ habere dominium aquæ. † quia cuius est locus eius aqua vr̃ esse, vt no. Bal. in c. cũ omnes. versi. pone ex publico, de consti. & Alex. in consi. 108. In cã & lite vertente. in prin. lib. 2. & idem Bar. tradit in l. quominus, in 14. q. ff. de flumi. vbi inquit, ꝙ qñ. aqua licite intrauit territoriũ alicuius, licet ei in cuius est territorio, de illa aqua facere quicquid velit. & idem Barto. in l. cum essent. §. per
2 plurium. ff. de serui. rusti. præd. † concludit, ꝙ qñ aqua ingreditur fundum meum possum illam concedere cui volo, & cum prædictis cõcordat Bal. in l. aquam in prin. C. de serui. & ibi infert, ꝙ si ex flumine publico duco aquam ad meum molendinum, possum illam aquam ducere quo volo: nec teneor facere gratiam vicino habenti molendinũ inferius, & prædicta omnia allegaui in cõsi. 244. Vbi in simili casu consului vltra montes. Et ex prædictis infertur ꝙ cõitas Regij potest in suo aquæ ductu pro eius arbitrio
3 & voluntate, molendinum facere. † Et est * *communis* conclu-
* sio, ꝙ ille qui habet molendinum in parte inferiori non potest
b prohibere molendinum fieri in parte superiori, [b] & hoc in flumine priuato qñ quis principaliter molendinum facit vt sibi psit: ita Bar. concludit in l. quominus. in pen. q. ff. de flumi. & alleg. tex. in l. fluminum. §. fi. & in l. proculus. ff. de dam. infec. & idem tenet Bald. in l. si quis ex argentarijs. in §. si initium. in fi. ff. de eden. vbi alleg. Bar. in d. l. quominus, de flumi. & idem sequuntur Bald. Ang. & Sal. post gl. in l. si manifeste. C. de seruit. idem Bal. in c. cum ecclesia. in versi. ista etiam gl. facit ad q. de elec. cum sim. vt tradit Alex. in consi. 174 Opportune cõsideratis, lib. 2. & Fran. de Cur. in consi. 33 Potens nobilis. Bal. in consi. 129. Quatuor sunt. lib. 2. in versi. 4. videndum est de aqua, & in consi. 56. Casus talis est. lib. 3. & ad idem facit text in l. altius. C. de seruit. vbi in suo quilibet ædificare potest vsq; ad cœlum pro vtilitate sua, non vt principaliter aliis noceat, & in l. si in casibus. eo. tit. & in l. cum eo. in l. imperatores. ff. de seruit. vrb. præd. Et in dubio quis præsumitur facere
c ad eius utilitatem non autẽ ut alteri noceat, [c] ut no. per gl. in l. flaminum, in verbo non teneri. ff. de dam. infe. & ibi Bar. & no. Bald. in l. item lapilli. in versi. illud autem est no. ff. de re. diui. Imo in l. si in meo. in gl. fin. ff. de aqua plu. arcen. Et si mixta consideratione factum sit vt alteri noceat, & etiam vt sibi prosit, licite hoc facit: quia vincitur animus a iuris licentia. & no. Bald. in d. c. cum ecclesia, de elec. in prin. in versi. sed quid si mixta consideratione. Et ideo cum in dubio, & etiam in casu isto constet hoc fieri propter vtilitatem ciuitatis, non vr̃ dubitandum hoc posse fieri solum difficultatem facit priuilegiũ in plena forma ab illustri Duce impetratum ab aduersarijs, videlicet a do. Iacobo, successore do. Francisci de Saciaris. Vnde videndum de virtute & efficacia dicti priuilegij in quo formaliter dr̃: statuentesq; etiam declarantes & decernentes dictam nostram cõitatem, & homines Regij, nec aliquos priuatos posse neque debere aliqua molendina, siue alia quæcunque ædificia, vnum vel plura facere, & construere vllo vnquam tpe in futurum, in & super, siue prope dictum canale, & aquæductũ molendinorum prædictorum, vt supra permutatorum, nisi per distantiam vnius milliaris a molendinis iam dictis, nec quicquam aliud cuiuscunq; formę aut generis quo ipsis molendinis in aliquo officere possint, neq; contra eos, & ea, aliquid innouare & iuribus suis præiudicare valeant, neque debeant quo quo modo sicq; edicimus, & iubemus, & ordinamus, attentis maxime iuribus & instrumentis ac decreto præmissis & alijs iustis, & bonis de causis & respectibus animum nostrum mouentibus, ac ex certa scientia & plenitudine potestatis nostræ, & non obstantibus oĩbus & singulis alijs dictis rationibus, & ordinationibus factis, & statutis, prouisionibus, ordinamentis, seu reformationibus dictæ nr̃æ ciuitatis Regij aut cõis ibi in ɔ̃rium loquentibus, seu aliter disponentibus quomodolibet, quæ huic nostræ voluntati, dispositioni & decreto aduersarentur, aut cõtraria essent quoquomodo & alijs quibuscunq; in ɔ̃rium facientibus. quibus omnibus & singulis, quantum ad præmissa & respectu præmissorum duntaxat ex certa scientia & de nostrę plenitudine potestatis specialiter, & omnino derogamus, & totaliter volumus & decernimus esse derogatum, ac si de ipsis & quolibet eorum in præsentibus nostris literis, & decreto fieret mentio specialis, ac etiam si talia essent quæ clausulam specialiter derogatoriam exigerent: quia eam hic pro expressa & specificata haberi volumus, & decernimus & c. Ista sunt verba priuilegii quæ videntur præcisa, & exploratam voluntatem Ducis ostendunt, & si priuilegium (vt verba sonant) attendatur, res ista pro cõitate dubia redderetur. Primo.n. præcipitur non solum communitati, sed etiam priuatis hominibus cõitatis, quo casu euitatur illud quod tradit Pet. de Anch. in consi. 205. Visis & ponderatis verbis. Secundo verba prohibitionis & priuilegij clara sunt, quib. cõitas prohibetur molendinum construere, vnde in claris non est opus cõiecturis. l. continuus. §. cum ita. de verb. oblig. & in l. ille aut ille. §. cum in verbis de lega. 3. & verba prohibitionis videntur præcisa
4 ibi, in aliquo officere. & ibi, aliquid innouare. † Ista enim verba etiam in minimo præiudicio intelliguntur: quia verbum, aliquid, etiam in minimo verificatur. l. si seruum. §. prætor ait. ubi Bat. de acqui. hære. facit gl. in cle. 1. in verbo, eorum parte. de fo. compe.
5 † Accedit etiam verbum illud, quoquomodo, sub quo includuntur quæ alias non includuntur. ca. ad nostram. vbi glo. de prob. in verbo, quoquomodo facit tex. in l. pe. de testa. milit. in l. his solis. ff. de cond. inde. in c. si perfodiens. de homi. cum si. vt dixi in d. c. ad nostram. Tertiò, concessio dicti priuilegij corroborari vr̃ ex pluribus clausulis quæ insequuntur. Primo ex illa clausula, & alijs iustis & bonis de causis & respectibus animum nostrum mouentibus. In hoc.n. videtur stãdum assertioni principis cum de facto eius attestetur. cle. 1. de proba. & per illum tex. hoc in tali clausula no. Alexan. in consi. 2. Visis. ibi, si papa narrat se fecisse ex iustis causis lib. 2. & facit dictum Pauli de Cast. in l. cum hi. § si prætor.
6 ff. de transa. † Vbi inquit satis esse, quòd iudex dicat causæ cognitionem interuenisse, ita in genere licet non descendat ad particu-
7 laria. † Accedit clausula illa ex certa scientia. Nam quod factum est ex certa scientia principis, in dubium reuocari non potest: vt no. Bart. in l. conficiuntur in §. codi. ff. de iure codicil. & in consi. 196. Ciuitati Camerini. Oldr. in consi 257 Factum tale est & dicit Bal. in c. 1. §. si quis autem, in prin per illum tex. in tit. de pace Cõstan. quod non debet quis audiri contra illud quod princeps facit ex certa scientia: imo debet repelli quis, & illi perpetuum si-
8 lentium imponi. † Additur etiam clausula, de plenitudine potestatis, quo casu si princeps scribit de plenitudine potestatis nihil opponi potest, quod annullet gratiam, vt no. Bald. in proœmio decre. vbi alleg. Collectorem, & stante tali clausula non potest dici principi, cur ita facis, vt inquit idẽ Bal. in præludijs feudorum, versiculo, sed pauca de principe. & efficacior vr̃ talis gratia ex eo, ꝙ prædictæ clausulæ simul cõcurrunt: quia funiculus duplex potentior ca. 1. de treu. & pac. authen. ita. C. cõia de success. & in terminis nostris in simili casu tradit Fran. de Cur. in consi. 49. Memoriæ recolendæ. Dux Mediolani in 16. charta, in versicu. circa sextum. vbi late insistit, & facit, quod dicitur de verbis geminatis, vt no. Bar. in l. cum scimus C. de agri. & censi. lib. 11. notat in l. Balista. ff. ad Treb cum simi. vt tradit Rom. in l. si vero §. de viro. ff.
9 sol ma. in 31. fal. & Fel. in c si cautio, de fide instrum. † Postremo, derogando contrarijs apponitur illa clausula vt derogatum sit ac si de ipsis esset facta mẽtio specialis, & si essent talia quæ requirerent specialẽ derogationẽ, voluit illa haberi pro expressis: nam talis clausulã operatur ac si specialiter & noĩatim expressio facta fuisset, vt no. Fed. in consi. 47. Habita super casu præmisso & Bal. in c. cum dilecta. de rescrip. vbi inquit, ꝙ qñ papa dicit, quòd tenor hi-

ADDITIONES.

a ¶ Ruin.) contra nobiles de sacrato consil. 98. incip. Quia per priuilegium per 13 lib. 4.
b Superiori.) Cy. Alb. Ioan. Fab. Bald. l. altius. C. de seruit. And. Iser. cap. 1. quæ sunt regal. in vsi. feudo. Alex. consi. 203. lib. 6. Ias. l. a. in fi. prin. sol. ma. Bal. c. cum ecclesia Vulterana. de elect.
c ¶ Noceat.) Tunc non liceret. etiam in suo proprio. Alex. consil. 174. lib. 2. Hiero. Grat. consi. 113. in fi. lib. 1.

nor habeatur pro expresso de verbo ad verbum, nulla obstantia officit. idem Ange. in consi. 273. Non est dubium. in l. omnes. per illum text. C. de præscrip. 30 anno. in l. sed & si quis. §. quæsitum. in fin. ff. si quis caut. Alb. in l. 1. circa fi. C. quando imper. inter pupil. & vid. & Io. de Ana. in cōsil. 56. His quæ in facto sunt visis. Sed tamen prædictis, & similibus quæ adduci possunt non obstantibus, vlterius cogitanti cōtrarium de iure esse arbitror, videlicet, ꝙ virtute dicti priuilegii nullo modo derogatū sit iuribus dictæ communitatis quominus ipsa non possit dictum molendinum

10 construere. † Et pro fundamento præsupponendum est, ꝙ cōcessio facta a principe in dubio semper intelligitur absque præiudicio tertij. c. super eo, vbi Abb. de offi. deleg. l. 2. §. merito. & §. si qs a principe. ff. ne quid in loco publi. in c. ex tuarum. de auth. & vsu pal. in c. quamuis. de rescrip. in 6. & notat. Bal. in l. 1. ff. de constit. prin. Old. in consil. 258. Quæstio est, in prin. Cal. cons. 121. de priui. cum si. vt dixi in d. c. super eo. & potius verba debent impropriari, quam ꝙ tertio præiudicium inferatur: vt dicunt Bald. & Car. in d. c. super eo. & per illum tex. & etiam si agatur de iure ad rem non videtur per superiorem iuri tertii derogari: ut no. Abb. in c. in nostra, in tertio not. de rescri. Domi. in c. si motu proprio, de præb. in 6. in ca. quàm sit. de elec. in 6. in consi. 99. super primo quæsito. Rota 16. decisione de præben. in nouis. facit tex. in l. 2. in fin. ff. de na. resti. quod notat Bal. in l. si constante. C. de dona. ante

11 nup. † Secundò præsupponendum est, ꝙ priuilegium impetratū a principe debet intelligi. & declarari secundum formam petitionis: vt not. Bal. in c. inter dilectos. per illum text. ibi, ex forma petitionis. de fide instrum. Anton. de But. in consil. 19. Quia hic agitur. facit tex. in l. 1. C. de diuer. rescr. & not. Abb. in c. 2. de treug. & pace. Vnde in casu proposito considerādum est, ꝙ in impetratione dicti priuilegij narratum fuit primo, per dictum do. Iacobum de facto se fuisse molestatum a capitaneis, & ab agentibus pro cōmunitate Regij contra formam instrumentorum, & decreti ac debitæ iustitiæ. Secundò, dicit ꝙ temere ac de facto communitas intendit construere aliqua alia molendina in præiudicium ipsius do. Iacobi, quod hoc facere non audeant, nec præsumant. Tertiò, ꝙ ipse princeps & eius camera tenentur prohibere ne prædicta fiant, & teneri ad defendendum dictum do. Iacobum seu eius molendina de iure, & ex forma instrumenti permutationis; & prætextu eorum quę plenius in dicto priuilegio narrata sunt, emanauit prohibitio principis, & præceptum factum communitati, & hominibus Regij ne in futurum construere possint aliqua molēdina: ut supra relatum fuit. Vnde considerandum est, ꝙ talis prohibitio videtur habere rationem ad ea quæ suprà narrata sunt.

12 † Quia prohibitio facta secundum formam petitionis intelligit d. c. inter dilectos, cum sim. suprà alleg. facit tex. in l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interro. act. §. præterea. instit. de inutil. stipulat. & prohibito construendi molendinum vr̄ facta a principe communitati, eo casu, quo communitas de facto molestaret dictum do. Iacobum, & casu quo temere, & de facto uelit molendina construere: vt suprà narratum fuit. Secus ergo si communitas hoc faceret licitè & iure permittente, prout in casu nostro videtur. Nam verbum illud, de facto, ponitur per cōtrarium eius, qđ est iuris: ut colligitur ex not. per Bar. in l. stipulatio. in prin. de verbo. obl. & notat Ange. in consil. 176. Premittendum est. in princi. Bar. in tract. ad reprimen. in verbo, videbitur, in fin. C. de act. em. cum simil. Sic ergo cum prohibitio fuerit limitata ad illud quod fieret de facto, & contra ius & iustitiam, vt in narratione dicitur, nō habet locum in casu proposito, in quo licitè & de iure potest communitas molendina construere, ut suprà dixi, Et talis prohibitio, ne fiat aliquid de facto & contra iustitiam, non videtur priuilegium sed rescriptum, quod ad iuris cōis obseruationem conceditur. l. falso. C de diuer. rescr. no. Bar. in l. fi. ff. de consti. prin. & ideo rescriptum dicitur esse modici præiudicij: vt no. Bald. in l. 1. C. de diuer. rescr. Priuilegium verò dicitur qn̄ scribitur contra ius cōe: vt no. in d. l. 1. C. de iur. & fact. igno. & tale rescriptum nullo modo videtur præiudicare cōitati. Et dato, ꝙ esset priuilegium, fuisset limitatum secundum formam petitionis, vt suprà dictum est: & limitata causa limitatum producit effectum. l. in agris ff. de acqui. rer. dom. l. cancellauerat. ff. de his quæ in testam. delen. Videtur tn̄ prohibitio de qua agitur habere potius naturam rescripti dum prohibet quæ de facto fierent ꝯ iustitiam, & ꝙ princeps & camera eius tenetur prohibere ne prædicta fiant, & defendere molendina eius de iure, & ex forma instrumenti permutationis. Ista omnia respiciūt iustitiam, quod tribuatur vnicuiq;, quod suū est. l. iustitia. §. 1. ff. de iusti. & ex tali narratione causa finalis dictæ prohibitionis colligitur. l. fi. vbi Barto. ff. de hær. insti. l. 1. in princi. ad Maced. & no. Alex. in consi. 7. visis li. 1. & in consi. 55. Quoniā, in prin. lib. 5. & in consi. 119. viso. eo. lib. 5. & ideo cum in casu isto talis causa finalis esset, quia non est verum, ꝙ communitas molestaret de facto dictum do. Iac. ut suprà dictum est, debet cessare dispositio prohibitionis factæ a prin. l. adigere. §. quāuis. ff. de iure patr. capi. cum cessante. de appel. & finita causa priuilegij cessat

13 priuilegium. l. Titia. §. vsuras. de lega. 2. † Et falsa causa in dispositione vel priuilegio vitiat gratiam: vt notat Abb. in cap. quia circa, de consangui. & affin. post glo. ibi, & de vnione facta ex falsa tradit Card. in consi. 69. Videtur, quod vnio. in prin. alle. d. c. quia circa. & Abb. in consi. 101. In quæstione quæ vertitur, lib. 1. & talis prohibitio etiam vitiatur propter subreptionem: quia sicut literæ impetratæ ad beneficia propter subreptionem sunt nullæ. cle. 1. de præb. no. in c. postulasti, de rescript. ita in priuilegijs quæ à principe conceduntur: vt no. Abb. in d. c. ad audientiam. el 1. de rescrip. per l. 1. ff. de na. resti. & idem Abb. in c. super literis. cum simil. vt Soc. scribit in consi 164. Visa bulla Bonifacij, & ratio videtur quia in qualibet concessione gratiosa intelligitur clausula, si preces veritate nitantur. c. 2. de rescript. l. & si legibus C. si contra ius vel vtili pub. & ideo cùm in casu isto falsò narratum sit, ꝙ communitas de facto molestaret dictum do. Iacobum, & quòd temerè, & de facto velit molendinum de nouo construere, prohibitio obtenta à principe pretextu huius mendacij redditur nulla, & certè in hoc non videtur laborandum: quia manifestè apparet intentionem principis non fuisse velle communitati præiudicare in iuribus suis: sed solum voluisse conseruare dictum do. Iacobū in iure, quod sibi cōpeteret: vt colligitur ex narratione facta in dicta prohibitione, ad quam prohibitio quę immediatè sequitur hēt relationem per suprà dicta. Et quia actus qui immediatè sequitur videtur correspectiuus ad illum actum qui immediatè præcedit: iuxta do. Bald. in l. petens, in repe. Perusina. C. de pact. & maximè quia actus narrationis qui præcedit erat ordinatus ad prohibitionem quæ sequitur, & quia in narratione & in ipsa prohibitione est facta relatio ad instrumenta dicti do. Iacobi, vnde datur intelligi & apertè demonstratur principem voluisse iustitiam fieri, & quod do. Iacobo tribuatur, quod suū est, & in iuribus cōmunitatis non vr̄ derrogare: quia verba hoc ostendunt, & ita de principe præsumendum est per suprà dicta. Restat respondere ad allegata supra in cōtrarium, & ista conclusio ex infra dicendis respondendo ad contraria clarior apparebit. Primò ergo non ob. ꝙ verba prohitionis clara sunt: quia verum, sed debent limitari secundum petitionem: videlicet qn̄ de facto & temerè construeretur molendinum in præiudicium dicti Iacobi supplicantis, & cōtra eius instrumenta ad quæ in narratione & in ipsa prohibitione fuit facta relatio: vt suprà dictum fuit. Secus videtur in casu nostro in quo cōitas hoc facit ex iure sibi competenti per suprà dicta. Non obst. ꝙ prohibitio sit præcisa, etiam in minimo præiudicio: vt supra arguitur: quia uerum est in casu in quo prohibitio loquitur: videlicet quando communitas faceret hoc de facto in præiudicium dicti do. Iacobi: secus videtur in casu isto in quo communitas hoc facit licite & de iure, quod sibi

14 competit, & iuri ipsius cōitatis non fuit derogatum. † Non ob. plures clausulæ appositæ ex quibus prohibitio vr̄ corroborari. Quia primo rn̄deri pōtest, ꝙ omnes dictæ clausulæ accessoriè veniunt, & ideo restringuntur in casu in quo dispositio principalis loquitur, & ab illis clausulis dispositio principalis non ampliatur. cle. 1. in fi. de preben. Vnde omnes clausulę restringuntur in casu in quo dispositio principalis, loquitur, & sic eo casu quod de facto, & temerè molendinum construeretur. Secus est in casu nostro in quo cōitas hoc facit iure permittente, & tali casu prohibitio principalis nō habet locū nec clausulæ quæ accessoriè veniūt quia cum sint accessoriæ, sequuntur naturam principalis: vt in regula, accessorium, de reg. iur. in 6. in regula, cū principalis. de re. iur. cum sim. ut dixi ibi, & hoc modo rn̄det in simili Soc. in d. ꝯsi. 164. versi. postremò rn̄deo. Et vlterius singulis rn̄ dendo non obstat illa clausula, & alijs iustis, & bonis de causis, & respectibus animū nostrum mouentibus, quia illa clausula coniungit̄ cū verbis præcedentibus attentis maximè iuribus & instr̄is: vnde cum referat se ad instr̄a vr̄ considerare, ꝙ non fiat præiudicium d. do. Iacobo de facto in iuribus suis. Et pari ratione alia uerba quæ copulatiuè iungūtur, & alijs iustis de causis animū nostrū mouentibus, intelliguntur codē respectu ne fiat de facto præiudiciū d. do. Iac. quia omnia illa uerba debent eodem respectu terminari. arg. l. q̄uis. C. de impu. & in l. iam hoc iure. de vul. & ista vr̄ clara & plana rn̄sio. Non ob. clausula, ex certa scientia: quia nō intelligitur operari aliquid in præiudiciū tertij, ut no. Bal. in præludijs feudorum. idē dicit And. de Iser. & idē tradit Pau. de Cast. in consi. 159. Quęstio ista vertitur. versi. nec ēr obstat. Are. in consi. 15. Reuerendissime pater. & ideo non est dicendū, ꝙ iuri competenti sit derogatum. Secundo, etiam potest rn̄deri, ꝙ cum talis prohibitio facta sit ad solā requisitionē d. do. Iaco. absq; cognitione illa clausula ex certa scientia nihil operatur, & ita rn̄det Soci. in d. consi. 164. versi. sed ad ista dicta. allegat plures quos ibi refert. Tertio, rn̄deri pōt, ꝙ si princeps non habebat notitiam de iuribus competentibus dictæ cōitati Regij, dicta clausula, ex certa scientia, nihil operatur: vt not. Bald. in l. fi. C sen. rescin. non posse. versi. dicas etiā. vbi inquit, ꝙ talis clausula nō operatur in his in quibus princeps non habet notitiam. & idem no. Alex. in consi. 27. Viso processu lib. 5.

15 lib. 5. Soci. in d. consi. 164. versi. 2. respondeo. † Non obst. clausula de plenitudine potestatis: quia respondetur, vt supra dictum est. & vlterius dicitur, ꝙ Dux Ferrariæ qui superiorem recognoscit, non debet neq; potest uti tali clausula nisi cum causæ cognitione: ut tradit Francisc. de Curte in consil. 65. Super præmissa. ex eo, quod no. Bal. in l. si testiu. C. de testamen. in l. rescripta in tertia. q. C. de precibus imperato. offer. Alex in consil. 94. Consideratis magis. lib. 1. & cum hic nulla causæ cognitio adhibita sit, dicta clausula in tali inferiore non videtur præiudicare. Ista tamen omnia ex abundanti dicta sunt: quia prima responsio eneruat, & tollit omnem dubitationẽ, & omnes clausulæ simul remouentur, quia omnes accessoriæ sunt, & corroborant principalem dispositionem in casu in quo loquitur, non autem illam extendũt. d. cle. 1. de præben. in fi & no. Bal in l. eam quam, in vltima charta. in princip. versic. sed pone. C. de fideicommis. & ideo cum in casu isto dispositio principalis facta sit ad remouẽdum molestiã quæ de facto, & temerè fieret in præiudicium iurium dicti dom. Iacobi. in tali casu clausulæ loquuntur, & locum habent, & non in casu nostro in quo cõitas nihil facit de facto, sed vtitur iure sibi competenti, quo casu, nemini iniuriam facit qui iure suo vtitur. l. 3. §. is tamen. ff. de libe. hom. exhi. l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniur in l. nullus videtur. ff. de reg. iur. Et per hoc etiam remouetur vltima clausula allegata supra in contrarium, in qua derogatur contrariis, de quibus specialiter etiam mentio fieri debuisset, qa illa clausula vr̃ adaptari ad concessionem molendinorum quæ fuit facta d. Francisco authori dicti dom. Iacobi, de qua quidem concessione cõitas nunc nihil debet. Sed dato, ꝙ legitimè facta fuisset, illa non obstante cõitas non prohibetur molendinum cõstruere: ut s. dictum fuit Et vlterius considerãdum est, ꝙ illa clausula, quòd habeantur pro expressis, non sufficit secundum * *communem* opinionem ut latè dixi in consi. 165. Viso tenore. & hoc omnino in casu isto dicendum videtur, vbi ista prohibitio, fuit facta ad postulationẽ, quo casu illa clausula, quod habeant pro expressis non sufficit, vt Ang. concludit in l. sed & si quis. § quæsitum, in fi. ff. si quis cautio & idem late tradit Rom. in consi. 317. Istæ sunt rationes. cum similibus vt dixi in dicto consilio. 165. Et ita remotis omnibus allegatis supra in contrarium, conclusio superius firmata in fauorem cõmunitatis de plano videtur procedere, & declarando vt s. dixi, cessant plures difficultates, in quibus do. Consultor laborauit.

EPITOME Consil. CCCLXXIIII.

Pactum inter fratres de soluendo onera & collectas de communi red itu ipsorum, non facit eos in plus teneri, quam antea tenerentur, licet iuramentum interueniat.

SVMMARIVM.

1 *Contractus potius secundum contrahentium voluntatem, quàm conceptionem verborum interpretari debent.*
2 *Contrarietas debet remoueri distinctione.*
3 *Verba generalia intelligi debent secundum mentem, & intentionem contrahentium.*
4 *Verbum prout, facit relationem.*
5 *Priuilegio suo quis nunquam videtur renuntiare, vbi cadere potest alia præsumptio.*
6 *Veneti si promiserunt aliquid non facere sub pœna, non incidunt in pœnã si aliqui tanquam singuli, contra faciunt.*
7 *Verba generalia restringuntur, ne quis indebitè patiatur damnum.*



N casu Proposito faciant difficultatem verba conuentionis quibus dicitur, quod licet ipsi fratres sint diuisi, inter se pepigerũt, quod in euentum, quod aliqua collecta seu onera per duces Mediolani, seu per cõmunitatem Placentiæ, seu aliter quocũque modo fiant, quod ipsæ collectæ, & onera cõmuniter, & de communi redditu ipsorum dominorum fratrum soluantur, prout & hactenus solutum fuit & factum ª extitit. Ab illis enim verbis quæ clara sunt non videtur recedendum. l. si qs stipulatus sit Stichum. de verbo. obli. l. fideiussores magistratuũ. ff. de fideiu. quę iura ad hoc Alleg. Pau. de Castr. in consil. 161. In præsenti causa. in consi 222. Super primo. ad idem tex. in l. fin. C. communia vtriusque iudi. vbi tenor stipulationis inspicitur. & in l si ita stipulatus. § Chrysogonus. de verb. obli. in fi. & verba contractus sunt forma contractus, quæ forma dat esse rei: vt no Bald. in l quoties de suis. & legit. Cum ergo ipse magnificus dom. Antonellus simul cum fratribus suis conuenerit, & contentus fuerit, quod onera quocunque modo imponantur, de communi soluantur, non videtur, quod nunc ipse contrauenire, & reclamare possit. l. sicut. C. de acti. & obli l. in commodato. § sicut. ff. commo. & cum solutio de communi redditu fieri debeat, intelligitur, quòd æqualiter ab omnibus dictis fratribus fiat. l. fi. §. Lucius. ff. de lega. 2. not. Bart. in l. Quintus. ff. de annu. leg. in consilio. 168. Quidam habens communia. Alexand. in consilio. 72. Viso themate. lib. 4. in princip. & ista conuentio videtur habere æquitatem, ut seruetur æqualitas inter fratres: vt not. in l. cum oportet. § j. C. de bonis quæ libe. in l. cum pater. §. euictis. de leg. 2. l. ut liberis. C. de coll. & in l. fi. C. communia vtriusq; iudi Accedit etiam iuramentum interpositum, quod conuentionem efficaciorem reddit. in authenti. sacramenta puberum. C. si aduer. ven. in capitu. cum contingat. de iureiurand. capitul. quamuis de pact. in 6. & quia habet vim specialis consensus l. cum pater. § filius matrem. de leg. 2 ubi Barto. & not Bald in l prima. commoda. Sed tamen, his & similibus quæ adduci possunt non obstantibus, vlterius & rectè, vt puto, cogitans, contrarium de iure esse arbitror, videlicet, quod dictus dom. Antonellus non teneatur, neque debeat in collectis & oneribus publicis plus soluere, & contribuere post talem conuentionem, quam prius ante conuẽtionem teneretur: quia talis conuentio ipsi domin. Antonello
1 in aliquo præiudicare non videtur. † Et pro fundamento præsumendum est, quod etiam in contractibus debemus potius volũtates contrahentium, quàm verborum conceptionem inspicere: vt inquit tex. in l. si in princip. C. quæ res pig. in l. in promittendo. in princi. ff. de iure dot. in l. in conuentionib. de verbor. signi. not. per gloss. fina. in l. si in venditione. C. communia præd. in l. blanditus. C de fideius. Secundo, aduertendum est: quia conuentio, de qua agitur, videtur habere contrarietatem in se, & repugnantiam dum dicitur, quod fratres inter se erant diuisi: conuenerunt tamen, quod collectæ & onera publica soluantur de communi redditu prout hactenus soluta fuerunt: quia stante diuisione facta inter ipsos fratres non videtur, quod solutio fieri possit de communi redditu, cum inter eos diuisos communis redditus non reperiatur, vnde cum verba contractus ita intelligi, & interpretari debeant ne contradicant. capitul. inter dilectos. §. cæterum. de fide instrumen. not. Bart. in l. fi. § idem quæsijt. ff. de condi. inde. cum similib. vt tradit Alex. in l. 1. in princi. ff. ne quis eũ.
2 † & in qualibet dispositione hoc debet obseruari: ut per distinctionem contrarietas remoueatur: ut Alex. dicit in consil. 141. Viso testamento. libr. 2. Dicendum est, quòd in veritate ex quo erat facta diuisio, & nihil inter eos erat commune, non poterat solui de communi redditu, voluerunt tamen, quod talis diuisio esset secreta inter eos, & quantum ad solutionem collectarum, voluerunt solutionem fieri in vna summa simul communi nomine pro omnibus, prout hactenus ante diuisionem factum fuit, & ita contrarietas de plano ex verbis ipsius instrumenti remouetur: quia ut in casu dicitur, agitur de interesse ipsorum fratrum, quod taxatio illis fiat omnibus simul in vna summa, & quantitate, & quod ab illis simul fiat solutio communi nomine in vna summa, propter rationes quæ in puncto narrantur, & propter hoc duntaxat fuit facta talis conuentio. Ideo ista ratio pro expressa haberi debet, cum alia non videtur posse assignari: vt not. Bal. in l. quamuis. C. de fideius. in princip. in l. maximum vitium. de libe. præte. vbi alleg. l. miles agrum. ff. de re milit. & ita etiam arguit Roma. in consi. 32. Visa. in consi. 320. Circa primum. in fin. in consi. 404. In casu, eodem modo arguit Cu. in consi. 2. Proponitur. Pau. de Cast. in consi. 349. Visa, & in consi. 346. Casus præsens. Abb. in capitul. fina. de rescrip. in capitul. suggestum. de appel. Alexan. in consil. 48. Visis lib. 1. in consi. 21. Consideratis ver
3 bis. lib. 4. † Et ad istam rationem verba generalia instrumenti & cõuentionis reduci debent secundum mentem & intentionem contrahentium: vt supra dictum est. Et ex isto respectu ista conuentio satis operatur, non autem dicta verba generalia, quod solutio fiat de communi redditu ipsorum, debent trahi ad hoc vt tollatur priuilegium exemptionis, quod d. domi. Antonello cõpetebat, quia de hoc non fuit cogitatum a partibus. & hoc euidenter patet ex verbis ipsius conuentionis & contractus, dum dicitur, prout hactenus solutum fuit: nam hactenus solutum fuit communi nomine omnium: quia erant omnia communia, & tamen do. Antonellus vtebatur suo priuilegio exemptionis: ergo hoc idem priuilegium vr̃ illi competere post dictam conuẽtio
4 nem ꝑ illa verba, prout hactenus solutum fuit. † Ista. n. uerba faciunt relationem ad solutionem, quę fuit facta ante conuentionem secundum naturam illius dictionis, prout, quę limitat & restringit dispositionem ad illud, quod erat de præterito: ut nota. Bar. in tract. ad reprimen. in uerbo, prout. & in l. edita. C. de edẽ. cum sim. ut tradit Alex. in consi. 46. Visis lib. 1. & quod no. Bald. in l. 1. C. de erro. aduo de illo qui confitetur, prout continetur in tali

ADDITIO.

a ¶ Prout.) Hoc relatiuum facit rem indubitatam, vt non esset opus multiloquio.

talli inſtrumento,limitata videtur talis confeſſio:vt not. Rom.in conſil.294. Hæc confeſſio. Ang in ꝯſi.11.Si dictus ſer.Ioãnes,ibi, prout legauerat dictus ſer Bicius.& Alex.in conſil.3.In cauſa & lite.in prin.lib.2. Vnde ſicut ante iſtam conuentionem ſolutio facta fuit communi nomine cum priuilegio dicti Antonelli, eodẽ modo nunc debet fieri poſt iſtam conuentionem limitatam, &
5 ſic reſpectu priuilegij nihil fuit mutatum.† Et hoc idem comprobatur:quia vt no.concludit Anto.de But.in capit. accedentibus. in verſic. per prædicta conclude, de priui.nunquam videtur quis renuntiare priuilegio ſibi competenti,vbi alia præſumptio cadere poteſt,quam renuntiationis. & Alexan.in conſil.23. Ponderatis his.lib.5.Et ad hoc facit:quia talis renuntiatio priuilegij videt donatio,quæ non præſumitur, vbi alia coniectura ſubeſſe poſſit. l.cum de indebito.ff.de proba. & in cap.ſuper hoc. de renun. Cũ ergo conuentio de qua agitur, potuerit fieri alio reſpectu,quam renuntiationis,vt s̃.dictum eſt. Non eſt dicendum,ꝙ dom. Antonellus priuilegio renuntiauerit. Et hoc idem confirmatur : quia per illa verba generalia conuentionis, ꝙ ſolutio fiat de communi,non videtur derogatum ſpeciali priuilegio,quod dom. Antonello competebat.argumen.l.decurionibus.C.de ſilen.li.12. vbi Barto.poſt glo. & no Bal.in capi.1. ver.pone princeps. de reſcri. vbi loquitur de immunitate alicui ſpecialiter conceſſa, quæ non tollitur ex eo, ꝙ poſtea generaliter onera imponantur. allegat. d.l.decurionibus.& tradit Pau.de Caſt.in conſil.132. Notandum eſt,ꝙ iſta imperialis.col.pen.Ro.in cõſi.436.Quod indultum Petri.verſi.3.princi.ratio.Poſtremò conſiderandum eſt, ꝙ iſta conuentio fuit facta reſpectu reip. & officialium qui collectas imponunt & exigunt pro repu. Vnde non debet nocere ipſi dom. Antonello reſpectu ſuorum fratrum : quia pactum reſpectu vnius perſonæ,ad aliam perſonam non porrigitur.l.ſi vnus.§.ante omnia.ff.de pac.l.1.C.de tranſac.l.Imperatores.ff.eo.titu. & quia illa conuentio fuit facta ab omnibus ſimul conſideratis:vnde non debet alicui ex eis particulariter præiudicare.argument.l.2.ff.quod cuiuſque vniuer.vbi conſtitutus procurator pro vniuerſitate nõ poteſt interuenire pro ſingulis,facit tex.in l.ſicut §.1.ff. quod cuiuſque vni.l.ſed ſi hac §.qui manumittitur.ff.de in ius voc.in l.vitium.§.vniuerſitatis.ff.quod cuiuſque vni.& quod not. Petr. de
6 Anch.in conſil.25.Viſis & ponderatis †vbi concludit,ꝙ ſi Veneti promiſerunt aliquid non facere ſub pœna, non habet locum quando aliqui,vt ſinguli,illud facerent : quia conuentio quæ reſpicit plures intuitu vniuerſitatis, non habet locum in aliquibus conſideratis vt ſingulis:vnde conſultum fuit per Aegydium, vt Thomas refert in 23.dubio ꝙ procurator cõſtitutus generaliter ad ordinem non videtur habere mandatum pro vno conuentu dicti ordinis.ita in caſu noſtro dicendum videtur ꝙ iſta conuentio facta pro omnibus fratribus ſimul, vt nomine omnium ſolutio fiat de communi reditu,habet locum duntaxat quãdo de omnibus ſimul agitur prout conuentio loquitur, & non videtur habere locum quando inter ipſos fratres pro particulari cuiuslibet eorum intereſſe agitur:quia de hoc cogitatum non fuit,nec verba ad iſtum caſum adaptari videntur, per ſuprà dicta. & certè abſurdum eſſet quòd dictus domin. Antonellus deberet eius priuilegium perdere abſque alia cauſa : quia tempore conuentionis non ſuberat aliqua cauſa, quòd illi priuilegium deberet tolli : quia ſine cauſa non debet quis iure ſuo priuari. 56. diſt.c.ſatis peruerſum.& 16.q.vlt.c. iniunctum.facit tex. in l.ſancimus.C.de pœ.& in c.quęſiuit.de his qui fiunt à maio.parte c.& etiam ſi talis renuntiatio priuilegij facta fuiſſet,quod omnino negatur per ſupra dicta,eſſet facta per errorem & deberet retractari.l.is qui plus.ff.de condi.inde.l.qui ſine.ff.de cond. ſine cauſa l.pe.§.mulier.ff.ſol.mat.Et ſic ex omnibus ſuprà dictis concludendum eſt:vt ſuprà dixi. Non obſt.s̃.alleg. in contrarium, & primò dum dicitur,ꝙ verba contractus clara ſunt,& à verbis claris non eſt recedendum : quia reſpondetur hoc eſſe verum eo reſpectu, quo conuentio fuit facta vt nomine communi fiat ſolutio, per rationem ſuprà allegatam,quæ quidem ratio pro expreſſa haberi debet: vt ſuprà dixi, & à ratione illa conuentio debet regulari. l.adigere.§. quamuis.ff. de iure patro.l. quod dictum vbi hac. ff. de pact.l.cum pater.§.dulciſſimis,de leg.2.vbi Barto Secundò reſpondetur,ꝙ verba ſunt limitata & reſtricta prout ante conuen-
7 tionem ſolutum fuit declarando: vt ſuprà dictum fuit.† Tertio, quia dato,ꝙ verba generalia fuiſſent,debent reſtringi ne do.Antonellus indebitè damnum patiatur: vt not.per glo.Bart. & doc. in l.fin.§.in computatione.C.de iure delibe.declarando vt ſuprà dictum fuit:quia in effectu verba nõ conueniunt,quia ſunt limitata.& dato,ꝙ conuenirent,debent reſtringi ſecundum mentem & rationem,de qua ſatis conſtare videtur. & vbi conſtat de mente receditur à verbis:vt no.in l.non aliter.de leg.3. Barto. in l.non dubium,de leg.cum ſi.vt dixi in l.ſemper in ſtipulationibus.ff.de regu.iur. & maximè ne quis indebitè damnum patiatur. vt dixi. Vltimò,non ob.quod dicitur de iuramento,quia iura allegata in contrarium habent locum quando apparet de conſenſu, ſed in caſu iſto deficit conſenſus, quia do. Antonellus nullo modo cogitauit renuntiare priuilegio,quo caſu iuramentum non ſupplet defectum conſenſus.l.fin.C. de non nume. pecu. & plus non extenditur iuramentum,quam extendatur virtus promiſſionis, vt not.Ange.in conſil.315 Statuto cauetur.Old.in conſil. 333. Cum muliere.in conſi.278. Licet quantum Rom.in conſi.269.Non eſt dubium.in princip.& Alexand.in conſi.37. Viſo libr.2. Non obſtat,ꝙ iuramẽtum videtur habere vim ſpecialis diſpoſitionis, ut not.Bald.in d.l.1.C.commo.verſ.2.quæritur.quia Bald. ibi diſtinguit,& dicit hoc procedere vbi non eſt defectus conſenſus, ſecus ergo etiam ſecundum Bal. vbi deficit cõſenſus prout in caſu iſto videtur, & ſic iuramentum habet vim vt ſuppleat ſolennitatem, non vt extendat conſenſum,ut no.etiam Sal.in d.l.1.C. commo. idem Roma.in conſi.517.In caſu propoſitæ.& Aret.in conſi.24. Quatuor dubia.& ex omnibus ſuprà dictis concurro in ſententiã clariſſimi Iureconſulti prædicti dom.Antonelli qui in cauſa eius propria,voluit aduocatum quærere.

EPITOME Conſi. CCCLXXV.

Laudum habet pro ſe præſumptionem, & quando compromitti poſſit ſtante re iudicata.

SVMMARIVM.

1 *Laudum præſumitur rite & iuſtè latum.*
2 *Compromiſſum de re iudi.fieri non poteſt,niſi illi renuntietur.*
3 *Antiquitas temporis facit præſumptionem,quod omnia requiſita in actu interuenerint.*
4 *Executio aliàs petita & incboata,ex diuturnitate temporis præſumitur habuiſſe effectum.*
5 *Reſtitutio non datur aduerſus præſcriptionem quadraginta annor.*



Vridicam eſſe arbitror cõcluſionem do. Conſultoris, vt pronuntiari debeat bene iudicatum & malè appellatum, ex his quæ in allegationib.prius dicta ſunt,& in conſ.repetita.Et prima concluſio clara eſt, ꝙ reſpectu quantitatis florenorum ccccc. obſtat exceptio ſolutionis factæ pro parte in pecunia & pro parte in bonis,quia ſolutum videtur quocunque modo creditori ſatisfactum ſit.l. ſolutum.§.ſolutam.l.ſi rem alienam.§.omnis.ff.de pig.acti. & talis exceptio ſolutionis ſemper opponi poteſt, quia bona fides non patit vt bis idẽ exigatur.l.bona fides ff de reg. iu. & ita dicit Pet. de Anch.conſi.260 Ex verbis.circa fi.& ideo licet ſtatutum præcisè velit,ꝙ ꝯ inſtr.m nulla exceptio opponatur,nunquã tñ exceptio
a ſolutionis,[a]excluditur:ut no.Ang.in l. & non tm̃. §. ꝙ ſi pro emptore ff.de peti.hære & Alex.in conſil.113. Viſo themate.li.5.& tradit Io And.in addi.Spe.in tit.de execu.ſen.§.fin. in verſ.16.in
1 fi.poſt Guid.de Su.quem ibi refert.†Secundo,quo ad ſummã florenorum cccccc intẽtio eorum fundata vr̃ ex laudo abſolutorio nam pro laudo præſumitur,ꝙ iuſte & rite latum ſit:vt not.Dy.in conſi.13.Ptolomæus Cald.in ꝯſi 5 in ti. de arbi.cum ſim.vt tradit Alc.in l.ſciendum.ver.item fallit in laudando.de uer.ob.& in ꝯſi. 119.Quæritur an dñs arbiter.col.fi.lib.2.idem Car. in conſil.140. Factum tale eſt.in 2.dubio. circa fi.in ver.ex qbus ꝯcludo cũ Bart. vbi refert Cald.Pet.de Anc.& Fran.de Rãpo.ꝯſuluiſſe abſoluendum eſſe eum qui hẽt pro ſe laudũ.& Pau.de Caſ.in cõſ.73. Viſis. in 3.dub.in prin.Abb.in ꝯſi.64.Venio ad primũ.li.1.Io.de Ana. in ꝯſi.50.In q.in 3.dub.Cuma.in ꝯſ.50 Stãte ſtatuto circa fi. & facit
2 tex.in c.niſi eſſent,de præb.†Non ob.qđ laudo obijcitur de re iudi.de qua ꝯpromiſſum fieri non põt:quia rñdetur, ꝙ valet ꝯpromiſſum ſi renuntiatum ſit rei iudicatæ: vt quia dicatur non obſtãte ſnĩa:ut no.Bal.in l.ſi diuerſa.C de tranſa.in ver.ex p̃dictis apparet.cum ſi.ut tradit Alc.in l.ſi cã cognita.C.e.tit. & idem Alex.in ꝯſi.22.Viſo inſtr̃o.li.1.in ꝯſi.94.In cã & lite.lib.2 & in caſu iſto ſatis vr̃ renũtiatum ſnĩæ : quia in ꝯpromiſſo dictum fuit occaſione & cã cuiuſdam ſnĩæ.Ex iſtis verbis patet,ꝙ partes reſpectu dictę ſnĩæ de qua ſola agebatur,cogitabant.ar.l.2.ff.de li. & poſth.vnde faciendo ꝯpromiſſum, ꝙ nõ poterat fieri niſi eſſet renuntiatũ ſnĩæ,ſatis illi renuntiatum fuiſſe vr̃ à partibus : ita in terminis qõnis noſtræ Ro.ſcribit in ꝯſi.369. Circa primum.in 3.dub.ver.1.qa
3 aduertendum,ubi alleg.tex.in c.expoſita.de arbi. † & iſta concluſio indubitanter vr̃ procedere p̱p̱ antiquitatem tp̃is, p̱p̱ quam præſumitur, ꝙ omnia requiſita ad ualiditatem laudi,& compromiſſi interuenerint ex eo, ꝙ de antiqua ſnĩa not.Bald. in l. emancipatione.C.de fide inſtrum.verſi.vlterius quæro.ubi inquit ꝙ in ſententia

ADDITIO.

a ¶ Solutionis.) Adde Franc.Rip.l.1.§.ſi quis ita.de verb.oblig.

sententia antiqua præsumuntur acta interuenisse, licèt aliàs pro actis non præsumatur. cap. quoniam contra. de proba. facit, q̃d no. Ang. in l. sciendum, de verb. oblig. cum sim. ut Alexan. tradit & quod no. Pet. de Anch ibi in quæstione ecclesiæ, in fi. & in cõ sil. 135. Ex consiliis. Aret. in consil. 36. Casus talis. Alex. in consil. 79. Circa primum lib. 1. in consil. 45. Visa facti narratione. in fi. li. 3. Maria. in consi. 15. Visis. cum sim. quæ no. sunt. & specialiter in casu nostro facit, quod tradit Pet. de Ancha. in consil. 39. Visa pe
4 titione. † Vbi concludit, quòd cũ alias petita & inchoata fuisset executio sententiæ ex diuturnitate temporis, præsumitur quod illa executio habuerit effectum, & vlterius ex tali sententia quis molestari non debet, & ita videtur in proposito: quia cum virtute talis sententiæ fuerit data tenuta, ut narratur propter diuturnitatem tẽporis præsumitur, quod executio perfecta consummata fuerit, & vlterius nunc non potest peti. Vnde concludendum videtur vel quòd illa sententia propter renuntiationem sublata fuerit uel propter satisfactionem, quæ facta præsumi-
6 tur: & ex vtroque capite rei se tueri possunt. † Et vlterius ista conclusio solidissima redditur ex capite præscriptionis 40. annor. contra quam non datur restitutio secundum ueram &
* * *communem* opinio. ut latè alias consului, ut patet in consil. 29. vbi fuit probatum & conclusum, quòd in rebus priuatorum nullo modo concedatur restitutio post spatium 40. ann. & à fortiori post spacium 40. anno. de quo agitur, secus videtur in rebus ecclesiæ, de quibus non agitur: & rationess & iura non refero gratia breuitatis. & in casu isto iustificatur præscriptio: quia in dubio quis præsumitur esse in bona fide: ut no. per glos. insti. de vsuca. in princip. in verbo, bona fides. in ca. si diligenti, in verbo, bona fides, de præscri. not. Bart. in l. Celsus. de vsuca. cum sim. vt tradit Alex. in consi. 200. Viso & discusso. lib. 2. & de bona fide probatur ex possessione longi temporis 10. ann. vt Alex. concludit in consi. præalleg. ubi alios refert: idem Alexã in consil. 142. Consideratis diligenter. in prin. lib. 1. in consili. 69. Circa primum dubium. libr. 5. & à fortiori hoc est dicendum in possessione 30. ann. de qua agitur: nam ex tali possessione adeò insurgit præsumptio bonę fidei, quod purgatur mala fides, de qua prius constat: vt no. dicit Bar. in l. fi. in fi. C. vnde vi. vbi inquit, q̃d licèt ille qui ingreditur possessionem vacantem præsumatur esse in mala fi-
a de, per illum tex. talis præsumptio tollitur spatio [a] 30. anno. quia tunc præsumitur, quod semper retro fuerit in bona fide. & sequtur Alex. in consil. 6. Viso themate. lib. 1. & Roma. in consi. 107. Cum præsupponatur. in prin. Abb. in consi. 89. In quæstione. lib. 1. Are. in cons. 43. In præsenti consultatione. Et ad quædam quę obiiciuntur, responsum fuit in allegationibus motiuis primi iudicis, qui diligenter omnia percunctatus fuit, & merito sententiam absolutoriã protulit, quæ iudicio meo venit confirmanda.

ADDITIO.

a ¶ Spatio.] Supra consi. 266. in fi. infra consi. 558. in fi.

EPITOME Consi. CCCLXXVI.

Bona pro restitutione dotis obligata, fideicommis. subiecta alienari possunt, licet obligatio restitutionis dotis, post iniunctum fideicommiss. facta fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Bona subiecta fideicommisso obligata sunt pro restitutione dotis.*
2 *Pater, quòd erat facturus si vixisset, censetur voluisse, quòd filius faciat post eius mortem.*
3 *Pater qui obligauit bona sua pro restitutione dotis filij, non potest amplius illam obligationem tollere.*

VIso casu proposito & diligenter consideratis omnibus quæ narrata sunt, videbatur prima facie, quod dispositio auth. res quæ. C. cõmu. de leg. non haberet locum in casu isto: quia vt in puncto dicitur dos fuit recepta à filio post mortem testatoris. qui prius de fideicommisso disposuit, unde non potuit filius mortuo patre obligare bona subiecta fideicommisso in præiudicium fideicommissarii, ut in terminis Ang. scribit in auth. de restit. & ea quæ parit. in prin. uersi. item no. vbi per illum tex. dicit, q̃ ad hoc vt pro dote danda, vel restituenda res subiacentes restitutioni alienari possint, est necesse q̃ obligatio dotis præcesserit grauamen, alias secus. & do. Ias. hoc dictum refert & sequitur in d. authen. res quę versi. quinto limita & plenius in d. auth. in gl. in verbo, obligationem. & ibi rationem adducit: quia pater q̃n viuit tenetur obligare eius bona pro restitutione dotis receptæ à filio: ut no. in l. si cũ dotem. §. transgrediamur. ff. soluto. mat. & ista ratio cessat patre mortuo: quia bona patris non possunt dici esse obligata pro dote, post mortem patris à filio recepta, prout in casu isto videtur.
1 † Sed his non obstantibus contrarium de iure esse arbitror, quod imo pro tali restitutione dotis bona subiecta fideicõmisso obligata sint, & alienari possint, licet obligatio restitutionis dotis facta sit post iniunctum fideicommissum. & hoc aperte probatur in d. auth. res quæ. ubi dicit, quod in bonis & rebus, quæ subiectæ sunt fideicommisso filius grauatus potest constituere dotem p̃ filia. & idem. dicit text. in §. quamobrem, in d. authentic. de restitu. & quæ parit. cum. n. ista iura hoc permittant non obstante, q̃ bona essent subiecta fideicommis. datur intelligi, q̃ loquuntur quando grauamen & onus fideicommissi præcedebat constitutionẽ dotis: quia si constitutio dotis præcederet fideicom. non diceretur filius obligare res subiectas restitutioni, ex quo tempore obligationis pro dote non erat fideicommissum: & cùm hoc habeat locũ in constitutione dotis, pariter in restitutione dotis dicendũ est: ut not. gl. Bar. & doc. in d. auth. res quæ. Et hoc idem comprobatur: quia tex. in d. auth. de rest. & ea quæ parit. dicit, q̃ mulieres fraudabant ignorantia fideicommissi: & propterea in §. quamobrem. fuit facta prouisio ne fraudent ex hoc, q̃ de ignorantia fideicommissi dr̃, vt, q̃ tempore quo dos dabat esset fideicommissum, & ita illum tex. inducit Alexan. in terminis in consi. 64. Visis & ponderatis. in fin. libro 4. & videtur illud consilium fuisse Ioan. de Ana. inter eius consilia in consi. 61. Visis & ponde
* ratis. vbi late ostendit istam esse * *communem* opi. secũdum Bar. Bal. Ang. & Sal. quos ibi refert, & secundum communem opin. etiam latè nouissime consuluit Soci. in consi. 21. in proposita consultatione. in 3. lib. & ibi dicit sæpe consultum fuisse per genitorẽ suum dom. Maria. & aduocatos Florentinos contra Ang. supra alleg. in contrarium. & ibi ad allegata supra in contrarium rectè respondet. Et primo non ob. tex. in §. hæc igitur. in d. authen. per quem præcipuè Ang. mouetur: quia ibi loquitur de augmento dotis, quod fieret in fraudem fideicommissi: quæ ratio cessat in casu nostro vbi agitur de constitutione dotis absque aliqua fraude. Non ob. ratio quam Ias. adducit dum inquit, quòd bona post mortem patris non possunt obligari: quia hoc falsum est, quia
2 vt dicit Pau. † de Cast. in d. auth. res quæ. quod pater erat facturus si vixisset, censetur voluisse, quod filius faciat post eius mortem. & ad hoc bene facit text. in l. cum seruus. versi. nam & si viuus. de cond. & demon. ibi, quod ipse viuus facturus sit, ab hæredibus suis fieri iussisse intelligitur. & idem tradit Paul. de Cast. in l. mulier §. cum proponeretur. ff. ad Treb. in princip. & cum his etiam concordat Paul. de Castr. in consil. 13. Quia per supra scriptum. in princip. vbi inquit, quod ratio d. authen. res quæ, fundatur in obligatione qua pater astringitur obligare eius bona pro restitutione dotis: ut not. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. solut. matr. vnde non potest huic obligationi pater derogare, subiiciendo bona sua restitutioni, quominus ob dictam causam dotis restituendæ diminutio fideicommissi fieri possit. & subiicit Pau. de Cast. ibi, q̃ ista obligatio qua pater tenetur, inhæret bo
3 nis eius, & cum eis transit ad quemcunque illa bona vadant: † & ideo pater si obligasset bona sua pro restitutione dotis filii, non posset illam obligationem tollere, ita etiam si non obligauit, dicendum est: quia pro obligatis habentur ex quo de necessitate pater tenebatur se obligare. arg. l. si finita. §. eleganter. ff. de dam. infec. in l. 2. §. 1. de euict. in l. creditores. C. de fideicommis. & in tali restitutione dotis consideratur tempus restitutionis, non autem tempus dotis datæ: vt concludit Paul. de Cast. in consil. 130. Circa ea quæ superius. & sic ex omnibus suprà dictis concludo pro restitutione dotis de qua agitur bona posse alienari, non obstante, quòd bona essent sub onere fideicommissi, & non obstante, quòd ante receptionem dotis à testatore factum fuisset fideicommissum. & ita si causa esset mihi commissa iudicarem.

EPITOME Consil. CCCLXXVII.

Verius de Medicis instituit N. & C. & casu quo omnes decederent sine filiis, aut descendentibus masculis legitimis & naturalibus substituit fratrem. Ipsisq; omnibus hæredibus & successoribus suis prohibuit alienare patrimonium suum extra familiam. Donatus abnepos testatoris, cui successiue hæreditas obuenit, decedens, instituit matrem in bonis suis: respon. Dec. quia substitutio fuit semel extincta per existentiam filiorum, excluso substituto, mater admittitur ad successionem de iure communi, non obstante statuto excludente matrem extantibus agnatis.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta si decesserit sine filijs & descendentibus masculis, euanescit existentibus filijs masculis tempore mortis.*
2 *Voluntas tacita non attenditur.*
3 *Extensio de persona ad personam fieri non debet, etiam ex tacita & verisimili mente testatoris.*
4 *Fideicommissum an inducatur quando prohibetur alienatio.*

5 *Prohibitio alienationis est odiosa, & facta filijs non porrigitur ad nepotes.*
6 *Fideicommissum solum oritur in casu contrauentionis, quando alienatio est prohibita extra familiam.*
7 *Fideicommissum oritur ex actu ex quo de necessitate infertur.*
8 *Verba enuntiatiua prolata per modum causæ inducunt dispositionem.*
9 *Mater qua admittitur ab intestato, succedere potest non obstante prohibitione alienationis.*
10 *Exclusio vnius personæ locum habet in alia, in qua militat eadem ratio.*

VIsis & diligenter cōsideratis verbis testamenti dom. Verij antiquioris de Medicis, in effectu quæritur an Donatus abnepos prædicti do. Verij qui matrem hæredem reliquit, esset aliquo onere fideicōmissi grauatus, ita ꝙ de bonis dicti testatoris quæ ad eū peruenerunt disponere nō potuerit. Et pro resolutione huius dubitationis erit vidēdum de trib. Primo an habeat locum fideicōmissum, quod expresse factum fuit de fratre testatoris & alijs substitutis, eo casu quo omnes filij masculi instituti decederent sine filijs, aut descendentibus masculis legitimis & naturalibus &c. Secundò, an oriatur tacitum fideicommissum ex prohibitione alienationis de qua agitur. Tertiò dato, ꝙ saltem in casu contrauentionis inducatur fideicōmissum propter illam prohibitionem alienationis, vt * cōiter omnes tenēt, an Donatus, qui decessit instituta matre quæ illi ab intestato de iure cōi succedebat, dicatur ꝯ fecisse prohibitioni alienationis: ita ꝙ alij de familia iure fideicommissi admittātur. Circa primū res clara vř, ꝙ fideicōmissum nō habeat locū: quia substituti vocati sunt conditione illa, si omnes filij instituti decederent sine filijs, & ipsi omnes decesserunt relictis filijs, & sic cum talis ꝯditio defecerit, cessat fideicommissum. hoc in terminis decidit Old. in
1 consi. 21. Thema tale. testator habebat fratrem. † vbi in tali casu, qñ alicui fuit facta substitutio si decesserit sine filijs, & descendētibus masculis, euanescit substitutio super existentibus filijs masculis tempore mortis, quicquid postea de liberis contingat. alleg. l. cum vxori. C. qñ dies leg. ced. & l. ex facto. §. si quis autem. à contrario sensu. ff. ad Trebe. & est regula cōis, ꝙ dispositio facta sub conditione, deficiente conditione non habet locum. l. 1. ff. de de dona. l. si donaturus, in prin. ff. de condi. cau. da. l. hæc venditio, in prin. ff. de contrah. emp. l. necessario. §. 1. ff. de peri. & cōmo. rei uend. & hoc idem in casu nostro substitutionis tradit Io. And. in addi. Spec. in tit. de test. § in primis, in vlti. q. incipiente. Prima quæstio talis est. vbi ponit quæstionem sub hac forma. Testator instituit tres fratres suos hæredes videlicet A. B. & C. & illis institutis sic substituit, si aliquem meorum hæredum sine filijs vel nepotibus vel vlterioribus descendentibus masculis mori cōtingat, eius portio deuoluatur ad cohæredes. morit A. vnus fratrum hæredum relictis filijs masculis, moriuntur etiam prædicti filij B. & C. sine prole, descendentes cohæredum B. & C. petunt admitti ad bona illius A. ex vi substitutionis prædictæ, quæritur an debeant admitti: certum est, dicit Io. And. substitutionem illam fideicommissariam fuisse & illam expirasse quo ad personā illius A. qui cum liberis masculis decessit, quicquid de liberis postea contingat. d. l. cum vulgari. & formaliter concordat cū Old. in consi. 21. š. alleg. Nec prædictæ conclusioni obstant illa verba sine filijs, nepotibus vel descendentibus: quia dicit Io. And. post Old. habent suum intellectū talem, videlicet, ꝙ substitutioni non erit locus dicto A. descendente cum filijs vel nepotibus; non aūt sonant, ꝙ filijs & nepotibus hæredē voluerit substituere. & hoc idē tradit Pet. de Anch. in consi. 119. Pro clariori decisione. vbi pariter cōcludit, ꝙ prima substitutio quæ erat facta in testō extinguitur filijs extātibus tpe mortis. & prædictā decisionem Io. And. refert & sequitur Pau. de Cast. in l. ex facto. §. pe. ff. ad Treb. vbi idē concludit, ꝙ substitutio facta alicui decedēti sine liberis, existentibus liberis tpe mortis substitutio extinguitur: quia qualitas adiuncta verbo, sm tempus verbi intelligitur. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. in l. si Titius ff. de test. milit. & licet filij qui faciunt deficere conditionē, & fideicommissum, ipsi postea moriantur sine liberis, non tñ substitutus admittit: quia substitutio fuit extincta: ut dicit Pau. de Cast. ibi post Old. & Io. And. in locis š. alleg. & idem ēt tradit Pau. de Cast. in consi. 170. Ne improprijs vtamur vocabulis. & cum prædictis concordat Abb. in consi. 40. Venio ad primū dubium. in 1. dub. lib. 1. vbi erat facta substitutio cuidam Federico si non extaret: nā illo existente substitutio extinguitur, nec habebit locum substitutio, d. Federico postea moriente sine liberis: vt ibi Abb. concludit. & idē Alex. in cons. 31. Ponderatis his. in prin. lib. 3. dicit, ꝙ illa conditio si decesserit sine liberis, expirat existete ēt vno filio vel filia. l. 1. C. de cond. inser. in l. nō est sine liberis. de verb. sig. & quamuis ille filius vel filia decedat, non tñ habet locum substitutio. d. l. cū vxori & ideo cum in casu nostro do. Verius testator fecerit substitutionē filijs suis, Nicolæ & Cabiotio institutis casu quo omnes decederent sine filijs, & vterq; ipsorum relictis filijs pluribus decesserit, deficiente conditione fideicōmissi, substituti non admittuntur per š. dicta. Nec ob. si dicatur, licet filij in casu prædicto faciant deficere conditionē fideicommissi, si tñ postea dicti filij moriātur sine filijs, deberet habere locū fideicommissum ex tacita voluntate testatoris: quia qua ratione vocauit substiturum deficiētibus filijs, pari ratione videtur, ꝙ voluerit deficientibus nepotibus, ꝙ substitutus admittatur: & si de hoc interrogatus fuisset testator verisimiliter ita respondisset, iuxta not. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pac. facit text. in l. Titius. § Lucius. ff de liber. & posthu.
2 † Quia ad hoc responde t, quod talis tacita[a] & conjecturata vo-
a luntas non attenditur: vt doc. tenent in locis supra alleg. & ratio videtur: quia non sufficit testatorem ita voluisse nisi disponat; vt dicunt Bal. & Imo. in l. quidem cum filium, per illum tex. ff. de hære. insti. & ad hoc bene facit reguia quam tradit Aret. in l. Gallus. §. & quid si tantum. in ver. 2. adde. ff. de libe. & posthu. vbi inquit, ꝙ licet dispositio testatoris facta in vno casu porrigatur ad alium casum ex tacita & verisimili mente testatoris. d. l. Titius. §.
3 Lucius. in l. fi. C. de posthu. hæred. insti. † Secus dicit Are. si extensio debeat fieri de persona ad personam: quia talis extensio fieri non debet, ēt ex tacita, & verisimili mēte testatoris. inducit tex. in l. si quis ita. §. pen § de testa. tute. & glo. in l. Titius, in princi de libe. & posthu. & ideo substitutio facta filio, si decesserit sine libe
* ris, nō porrigitur ad nepotes: & docto. * *communiter* tenent in locis š. alleg & ista dubitatio de nepotibus non cadit in casu isto in quo nedū filij do. Verij, sed nepotes & pronepotes decesserunt relictis filijs: & sic patet, ꝙ fideicommissum factum expresè à testatore filijs suis expirauit, & non pōt habere locum, & quia in hoc (vt dixi) res clara .. e iure videtur, non est vlterius laborandū.
4 † Non obst. ꝙ in substitutione facta de transuersalibus, fuerunt uocati filij & descendentes, quia illi fuerunt minus dilecti; patet: quia descendentes illos excludunt, & quia testator fecit plura legata deficientibus filijs institutis & descendentibus, & ideo licet in ipsis transuersalibus esset iniunctum fideicōmissum, quod est onus. l. cohæredi. §. filiæ de vulga hoc non debet trahi ad filios & descendentes magis dilectos. Venio igitur ad secundum dubium
b in quo tota difficultas consistit, & in tali prohibitione[b] alienationis fideicommissi primò considerari potest in casu ꝯuentionis,
* & tunc doc. * *communiter* tenent, ꝙ facta alienatione ꝯ prohibitionem testatoris inducatur fideicommissum: ut Alex. concludit in l. qui Romæ. §. cohæredes. vers puto concludendum. de uerb. obli. ubi alleg. tex. in l. peto. §. prædium. de leg. 2. ad idem text. in l. pater filium. §. filiam. de leg. 3. & ibi Bar. dicit, ꝙ si res prohibita sit alienari, fideicommissum conditionale est, si res alienata sit. & in l. peto. §. fratre. de leg. 2. in l. codicillis § instituto. eo. titu. in l. filiusfamilias. § cum pater, de lega 1. ubi testator prohibuit filium hæredem institutum ne fundum alienaret, ut in familia relinqueret: nam facta alienatione in extraneum, inducitur fideicommissum, sed non facta alienatione in extraneum. non oritur fideicōmissum: ut probatur ibi, in vers. sed si omnes. vbi prohibitus alienare extra familiam, potest relinquere vni de familia: quia vt ibi dicitur, verum est in familia reliquisse licet vni reliquisset. ergo datur intelligi, ꝙ non nascatur fideicommissum non facta contrauentione: quia non potuisset vni soli relinquere, vt ibi præsupponitur: quia alij qui erant ibi in eodem gradu reuocassent. & ita ibi probatur distinctio Alex. in d. § cohæredes. & de isto fideicommisso in casu contrauentionis non agitur in isto casu in quo filij instituti, & prohibiti alienare non contrauenerunt. Secundo, in tali prohibitione alienationis considerari potest fideicommissum etiam absq; contrauentione, ita ꝙ ipsi qui prohibiti sunt inter ipsos oriatur absolute fideicommissum, & ꝙ vno mortuo, ad eius portionem alij proximiores superstites admittantur, & in hoc nō parua videt esse difficultas. Et in hoc primo considerādum est, ꝙ ista difficultas non vř in casu proposito habere locum: quia testator prohibuit omnibus & singulis hæredibus & successorib. prædictis venditionem &c. ista verba videnť respicere filios hæredes institutos, & adinuicem substitutos, non autem nepotes & pronepotes, qui non sunt instituti neq; substituti, sed positi in conditione: & non dicuntur vocati, iuxta glo.
5 in l. Lucius. ff de hæred. insti. † Et hoc confirmatur: quia prohibitio alienationis odiosa est, & hic si facta sit filijs, non porrigitur
c ad nepotes.[c] §. nos igitur. cum glo. in auth. de restit. fideicommiss. not. Barto. in l. filiusfamilias §. diui, de leg. 1. cum simil. vt tradit Alexan. in consi. 56. Aldrouandus testamentum. lib. 5. & confirmatur ex eo, quod not. Ioan. And. in tit. de testa. in §. in primis. in loco

ADDITIONES.

a ¶ Tacita.) Supra consi. 187. nu. 7.
b ¶ Prohibitione.) Supra consi. 23. consi. 218. vbi dixi.
c ¶ Nepotes.) Alex. consi. 1. nu. 13. lib. 1. consi. 137. nu. 5. vbi dixi. libr. 6. nisi sit realis. Phil. Dec. supra consi. 182.

loco suprà allegat.in 1.dubio. ubi ad confirmationem decisionis
superius relatę ponderauit, quòd erat facta substitutio per hæc
uerba, si aliquem hæredum meorum, quæ quidem uerba restrin-
guntur ad præsentialiter institutos: sicut qñ dicitur, lego argentū
meum, seruos meos: præsens non futurum tempus ostenditur.l.si
ita de auro & argento leg. & propter hoc infert, ꝙ fideicommis-
sum relictum sub conditione, non respicit hæredes hæredum: sed
restringitur ad hæredes nominatos de præsenti ut verba sonant.
& ad hoc bene facit, quod not.Bar.in l.Gallus, in §.institutionis.
de libe.& posthu.circa fin.ubi dicit, ꝙ quando testator dicit istū
filiū meum, tunc ad alium non fit extēsio: quia solum persona di
cti filij est nominata.alleg. glos. in l.si ita quis. §.1.ff.de test. tuto.
cum ergo substitutio & prohibitio alienationis facta sit hæredi-
bus & successoribus prædictis, talis prohibitio personam filio-
rum nominatorum non egreditur. & notat etiam Bald. in l. vo-
luntas, circa fi. C. de fideicommiss.ubi inquit, quòd si filius pro-
hibeatur, non videtur nepos prohibitus. Nec obst.quòd in casu
isto, ponderando verba prohibitionis, nepotes & descendentes
testatoris uocati videntur, ut colligitur, ibi filios & descendētes
superius substitutes & eorum filios & descendentes: quia ista ver
ba restringuntur per verba sequētia, ibi, secundum modum & or
dinem suprà dictum.ex quib.patet quòd testator noluit alterare
nec mutare ea quæ superius disposuit cum referat se ad modum
& ordinem suprà dictum: verba ista secūdum ordinem suprà di-
ctum faciunt relationem eorum omnium, quæ supra dicta sunt.
l.1.§.deinde.& Bart.ibi in ver.ex hoc edicto.ff.de postu. facit tex.
in §.sanè, in procemio decreta.in l.item quæritur. §.item Iulia.ff.
loca.ibi, vt suprà diximus.& relatio vr̄ facta cum omnibus quali-
tatibus eius: ut no.Bar.in l.1. ff. de recept. in l.1.§.fina. si ta.fur.fe-
cit.di.in l.si quis seruum.§ fina.in versi.sed quæro testator.de le-
ga.2.sic ergo cum ista prohibitio alienationis non sit facta nepo-
tibus & descendentibus testatoris, per suprà dicta, non cadit du-
bitatio, an ex prohibitione alienationis inducatur fideicommis-
sum nec absolute nec in casu ꝯuentionis. Ad maiorē tñ declara-
tionem, & ex abundanti si uolumus hāc quæstionem discutere,
& rationes quæ in utranque partem offeruntur, perscrutari, stu-
dendo breuitati considerandum est, ꝙ in termininis prohibitio-
nis factæ in forma de qua agitur, videlicet prohibuit testator alie
nationē ex eo quia voluit, ꝙ dicta bona omnia perpetuo sint &
remaneāt apud dictos eius filios & eorum filios & descendentes
&c.stantibus his verbis prima facie ex pluribus uidebatur dicen-
dum, ꝙ inter ipsos filios & descendentes do. Verij testatoris, in-
iunctum fuerit fideicommissum etiam absolute: quia talis prohi
bitio facta cū dicta causa expressa, efficacior reddit: vt not.Bar.
in l.pater filium.§.fundum.de leg.3.Paul.de Cast.in consi.232 Vi
sis & cōsideratis.uersi.circa primum.Io.de Ana.in cōsil. 47 Illud
præsupponitur.in fin. & ideo in terminis concludit Aret. in l.qui
Romæ.§.cohæredes.in prin. de uerb. obliga. ꝙ quando fuit facta
prohibitio alienationis cum dicta causa: quia voluit dicta bona
esse, & perpetuo remanere apud filios & descendentes, oriatur fi-
deicōmissum absolutè inter ipsos filios & descendētes.alle.Bart.
in l.si socer.§.Lucius.ff.solu.matrimo.ubi inquit, ꝙ verba enun-
tiatiua prolata per modum causæ inducunt dispositionem per gl.
ibi & idem Bar.in l.qui volebat, in fi.ff.de hæred.insti.& decisio-
nem Aret.sequitur & comprobat Bartho.Soc.in d §.cohæredes.
in versic.quartus & ultimus casus, ubi alleg.Cuma.idem uoluisse
in l.cum ita §.in fideicommisso.de leg.2. & dicit se ita consuluis-
se in fauorem magnifici Alexandri de Bentiuolis: & ita reperitur
in cons.249.Materia præsentis consultationis in versic.circa ter-
tiam principalem qōnem.& idem Soc.in consi.202.Quoniam in
p̄senti.in ver.confirmatur eadem cōclusio.& ratio potissima vr̄
secundum Soc.in locis s̄.alle quia illa ratio quæ adducitur, vr̄ am-
pliare prohibitionem alienationis: ut no Bar.d l.pater filiū.§ fun-
dum.de leg.3.not.in l.cū pater.§ dulcissimis, de le.2.unde cum ex
prohibitione alienationis inducatur fideicommissum in casu ꝯ-
uentionis, ut supra dictum est: ut ista ratio quæ inducitur, & alle-
gatur ad corroborationem prohibitæ alienationis aliquid operet
vr̄ absolutè etiam absq; ꝯuentione inducere fideicommissum. Et
quia differentia vr̄, si dicatur prohibeo alienationem vt bona in
familia relinquantur: tūc illa verba enūtiatiua uidentur apposita
ad ualidandam prohibitionem nudam, quæ non valuisset.l.filius-
familias.§.diui.de leg.1.& tali casu solum in casu contrauentionis
oritur fideicommissum.l.peto §.fratre.de leg.2 l.filiusfamilias.§.
cum pater.de legat.1.Secus est quando testator prohibuit aliena-
tionem cum illa ratione, quia uoluit & c.quia tunc illa verba di-
spositiua absolute inducunt fideicommissum, ut patet ex verbo,
uolo, in l.2.C.commu.de le.in l.cum ita.in §.in fideicōmisso.de le.
1.& secundū prædictam distinctionem etiam Soci. consuluit in
consi.57.In causa filiorum Caroli.lib.3.& illi consilio me subscri-
psi: ut patet in cōsi.meo 38.Circa primum dubium. & idem repe
tit Soci.in consi.43. Visis testamento in fin & in prin. in eo.lib.3.
& idem repetit consulendo Soci in consi.40.inter consilia Fran-
cisci Curtij.in consil.incip. Cum in præsentiarum. & ista conclu-
sio comprobatur autoritate gl.in l.codicillis.§.instituto, de lega.
2.in verbo, filijs.quæ dicit, ꝙ testator vetando alienari vr̄ per fi-
deicōmissum vicissim relinquere.& Imo.ibi dicit diligenter no.
esse, ꝙ ubi testator relinquit rem pluribus, & vetat illos rem alie-
nare, vr̄ eo ipso eis vicissim fideicōmissum relinquere. Prædictis
tamen & similibus quæ adduci possunt, non obstantibus, contra-
rium de iure arbitror, ꝙ in tali casu absolutè non inducatur fidei-
commissum, sed solum in casu contrauentionis, ut suprà di-
6 ctum est. † Nam, prohibita alienatione extra familiam, * *om-*
* *nes* tenent, quòd solum oriatur fideicommissum in casu contra-
uentionis: ut tradit Alex. in d. l. qui Romæ.in § cohæredes.licet
dictæ prohibitioni addatur illa ratio: qa uoluit bona perpetuo re
manere in familia, talis ratio non debet augere nec extendere fi-
deicommissum: quia ratio accessorie venit, & clausula accessoria
non debet ampliare principalem dispositionem: ut est tex.not.in
cle.1.in fi.de præben.Confirmatur hoc: quia ratio habet relatio-
nem ad dictum, cuius ratio assignatur, ideo ratio illa quia voluit,
intelligitur in casu dicti præcedentis. & sic in casu contrauentio-
nis. & hoc idē manifesta ratione ostēdit: quia prohibitio alienan
di extra familiam non prohibet alienationē inter illos de familia.
l.pater filium.§ 15 de leg.3.not.in l.uoluntas.C.de fideic.quia p̄-
hibitio fuit limitata extra familiam, & limitata causa limitatum
* producit effectum.l.in agris.de acq.rer.do.& in l.cancellauerat.
de his quæ in testa. delen. intentio ergo testatoris fuit vt bona in
familia conseruentur, meritò in casu contrauentionis fideicom-
missum inducitur: quia uoluntas testatoris offenditur: sed non fa
cta contrauentione nullo modo videtur, ꝙ oriatur fideicommis-
sum: quia ex prohitione alienationis extra familiam hoc non in-
fertur: quia satis est testatori, ꝙ bona remaneant in familia, ideo
inter ipsos de familia alienatio fieri potest.ex quo datur intelligi,
ꝙ non oriatur fideicommissum: quia alienatio non permitteretur
inter illos de familia: quia stante fideicommisso esset prohibi-
ta alienatio.l.fi.§.sed quia C. communia de leg.& fideicōmissum
deberetur gradatim proximioribus de familia.l.fi.C.de verb.sig.
& in l.cum ita.§.in fideicōmisso.de leg.2.& ista ratio militat & pa
riter cōcludit dato, ꝙ prohibitio facta sit cum illa causa: quia uo
luit &c.quia licet prohibitio alienationis fortior reddatur, prohi-
bitio alienationis extra familiam quibuscunque uerbis facta sit:
quia est limitata extra familiam in filia permittitur, ergo non ori-
tur fideicommissum. & hoc idem comprobatur: quia licet uolue
rit testator bona in familia remanere, non tamen vr̄ illis de fami-
lia iure fideicommissi reliquisse: ut in simili no per gl.in l.Lucius
ff.de hæred.insti.ubi substitutio facta alicui decedenti sine liberis
si liberi supersunt, excludunt substitutū. & sic voluit testator bo-
na apud liberos remanere, & tamen ipsi liberi non dicuntur voca
ti à testatore, nec ueniunt iure fideicommissi, secundum gl.in d.l.
* Lucius.quæ * *communiter* approbat.Hoc idem ēt corroborat ex
eo, quod no.Bar.in l.Centurio.in ver.quæro ulterius, ꝙ si testa-
7 tor.de vulgari.& pupillari. † ubi arguit, quòd fideicommis-
sum oriatur ex actu ex quo necessariò hoc inferatur.l.idemque.§.
interdum.de pecu.lega.sed ex ista prohibitione alienationis quo
cunque modo facta sit: quia limitata fuit extra familiā, nō infer-
tur, ꝙ factum fuerit fideicommissum: ergo non inducitur.& quia
uolūtas q̄ ex facto colligit, eatenus arguit quatenus ex ipso facto
inferatur: ut no.Bar.in l.1.§ si quis hoc interdicto.in fi.ff. de itine.
actuq; priua.in l.si patruus.in fi.C.commu.vtriusque iud.facit gl.
no.in cle.sæpe, in vèrbo, partibus.de uer.sig.cum ergo ex tali actu
prohibitionis non inferatur fideicommissum, non est dicendum,
ꝙ prohibiti alienare grauati sint fideicōmisso, nisi in casu contra
uentionis, ut supra dictum est.& ulterius ad hoc specialiter uidet
text. in l. peto. §.fratre, de lega.2, ubi primo simpliciter domus
fuit prohibita alienari, & adiecta fuit causa ut in familia relinque
retur, & sic illa uerba non minus uiderentur importare fideicō
missum, quam in casu isto in quo testator prohibuit alienatio-
nē ex eo, quia uoluit, quod eius bona in familia remanerent, & ta
men in casu d §.fratre, non inducitur fideicommissum, nisi in ca-
su contrauentionis, & tantum familia uocatur in duobus casibus;
uidelicet facta alienatione inter uiuos, uel extraneo hærede in-
stituto: quia in dictis duobus casibus contrauentum fuit, ergo ab-
sque contrauentione ibi est casus, quod non inducitur fideicom-
missum. & ita per illum text. nouissime late probat, & deducit
Bartho.Soci.in consi. 212.Presens consultatio pulchra est & sub-
tilis.ubi primo late arguit, quòd oriatur absolute fideicommis-
sum, & plures rationes inducit, quas gratia breuitatis non refero
Demum refert solutam eius resolutionem traditam in consilijs su
pra allegatis in contrarium: finaliter tamen contrarium conclu-
dit per tex. in d.l.peto.§.fratre & ꝯsiderat duos casus aliqñ.n. te
stator uult inducere fideicōmissum, ita ꝙ unus post alterum gra-
datim sit grauatus post mortē restituere, & tunc prouidet relin-
quēdo familiæ.l.cū ita.§ in fideicōmisso.de le.2.in l.fi.C.de verb.
sig.& de isto casu non agit hic. Ali ꝗ̄ñ & secūdo testator nō cogi
tat pro-

tat prouidere, ꝙ res gradatim trãseat de vno in alium, sed solum prohibet alienationẽ extra familiam, & addit causam: quia vult, ꝙ remaneat in familia. & hoc casu non inducitur fideicommissum simpliciter, ita ꝙ gradatim proximiores admittantur: sed tantum in duobus contraueniendo: vt in d. §. fratre. vt latius ipse ibi ꝓsequitur. Ex eius dictis manifeste patet ꝙ voluit [a] seipsum corrigere, emendando ea quæ dixit in locis alleg. supra in contrarium, nam excusatur doctor qui consuluit cõtrarium eius, quod alias consuluerat: vt no. Bald. in l. de tutela. C. de integ. restitu. in l. fi. §. sed cum in secunda. in fi. C. de tut. in c. ne innitaris. de consti. vbi refert simile de Sanc. Augustino qui fecit librum retractationum. & de doctore no. Ange. in l. Labeo. in fi. ff. de seruitu. rustic. prædiorum. nam sano vtitur consilio qui reuocat quod male fecit. c. cum cessante. de appell. & ista opinio videtur verior: & cõfirmatur ex rationibus quas superius dixi, & ita etiam alias consului dum essem in Gallia in causa Palauicinorum: vt habetur in consi. 218. & idem postea in consil. 287. per totum. Non obstant rationes supra allegatæ in contrarium: quia responsio colligitur ex supra dictis, & respondendo etiam formaliter. Non obst. primo, quod dixit Bar. in d. l. pater filium. in §. fundum. quia respondetur, ꝙ illa ratio operatur in casu suo in quo loquitur, videlicet in prohibitione alienationis, quæ ampliatur per rationem: sed ad fideicommissum de quo quæritur hoc nihil facit: quia quocunque modo facta sit prohibitio alienationis, non infertur ad fideicõmissum nisi in casu cõtrauentionis: vt supra dictum fuit. Non obst. dictum Are. in d. §. cohæredes. quia intelligitur in casu
8 ꝯuentionis, prout Alex. ibi concludit. † & tali casu videtur procedere ratio quam adducit Are. ꝙ verba enũtiatiua prolata per modum causæ, inducunt dispositionem, verum est in casu contrauentionis, per ea quæ supra dicta sunt. Non obst. quod Socin. idem tenet, ꝙ absolute inducatur fideicommissum in d. §. cohæredes. & in consiliis supra allega. quia idem Soci. mutauit opin. & videtur se corrigere: vt patet in consi. 227. supra alleg. & ibi videtur reprobare distinctionem, quam tradidit in locis supra in contrarium allega. & merito, quia illa cõfunditur ex pluribus rationibus supra alleg. ex quibus patet veriorem esse opi. quam firmauit Soci. in d. consi. 227. Vltimo non obst. gl. in d. l. codicillis. §. instituto, & quod ibi Imo. de leg. 2. quia respõdetur, ꝙ illa gl. intelligitur in casu ꝯuentionis, & ita videtur loqui Imo. ibi, dum inquit, ꝙ oritur fideicõmissum si contingat alterum sine cõsensu alterius alienare, aliter illa gl. nõ esset vera per supra dicta. & sic conclusiuè procedendo remanet ex omnibus supra dictis firma-
b ta cõclusio ꝙ per prohibitionem alienationis quocunq; [b] modo factam nõ inducitur fideicommissum nisi in casu ꝯuentionis. & ita secundũ dubium s. positum absolutũ sit. Accedo ad tertium dubium, retenta conclusione superius firmata, ꝙ prohibita alienatione saltem oriatur fideicõmissum in casu ꝯuentionis: dubitatur an Donatus qui eius matrem instituit, dicatur cõtrauenisse, ita ꝙ sit locus fideicõmisso. & in hoc breuiter habemus cõsiderare duos casus principales. Primus, inspecto iure cõi. Secundus est, attento statuto Florentino, quod matrem in casu isto vr̃ ab
9 intestato excludere. † Circa primum * *communis* opi. est, ꝙ mater
* quæ ab intestato admittitur, non obstante prohibitione alienationis, succedere possit; vt est. in l. cum pater. §. cum inter. secundum cõem intellectum Bar. ibi, de leg. 2. & not. Bar. in l. si ita quis. §. ea lege. de verb. oblig. vbi inquit, ꝙ talis prohibitio alienationis
c extra familiam nõ extenditur ad hæredem legitimum [c] d. §. cum inter. no. per glo. in l. peto §. fratre. de leg. 2. & tradit Alex. in l. qui Romæ. §. cohæredes. de verbo. obliga. & idem Alex. in consi. 56. Consideratis verbis testamenti. lib. 1. vbi concludit istam esse cõmunem opin. a qua dicit non esse recedendum, reiecta opin. Bal. qui tenet cõtrarium in d. § fratre. & idem Alex. concludit in cõsi. 23. Consideratis verbis testamenti do. Leonardi lib. 2. & in consi. 59. Attentis verbis. lib. 3. & idem Rom. in consi. 457. Circa propositam consultationem. & Pau. de Cast. in consi. 28. Visis statutis communis Vicentiæ. & Franc. de Curte in consil. 63. Antiquissima. versi. ad tertium principale obiectum. Et sicut mater ab intestato admitteretur nõ obstante prohibitione alienationis, ita pariter potuit hæres institui a filio: quia in tali institutione exprimitur illud, quod tacite intelligebatur, cuius expressio nihil operatur. l. 3. de leg. 1. l. non recte. C. de fideiussoribus. & ad hoc est glo. no. in l. pater filium. § Iulius Agrippa. de lega. 3. quam ad hoc pro singulari allegauit Imo. in l. si ita quis. §. ea lege, in versicu. sed hic occurrit dubium. de verbo. obliga. & Pau. de Cast. in consil. supra allegato 281. ad hoc etiam allegauit illam gloss. & idem sequitur Alexand. in d. consil. 23. libro tertio. & in dicto consilio quinquagesimonono, libro 3, & cum ista sit communis opinio, ulterius in isto primo casu non videtur laborandum. Venio igitur ad secundum casum de quo agitur: quia s'm statutum, quod Floren
d tiæ viget, mater [d] ab intestato excludit ab agnatis se opponentibus: vnde tali casu cum mater non sit vocata ab intestato, cessat ratio, quæ consideratur a doctoribus in casu præcedenti, & ita cõcludit Soc. in consi. 43. Visis testamento in versi. circa secundum. in 3. li. & hac ratione attenta, iste qui instituit matrem, videtur cõtrafecisse prohibitioni, & in casu contrauentionis secundum omnes haberet locum fideicommissum, per supra dicta. Sed in casu isto aduertendum est quia non videtur, quod mater a prædictis agnatis in casu isto excludatur, quia extant sorores defuncti, quæ cum matre concurrunt: iuxta authen. defuncto. C ad Terty. unde licet mater excludatur, quando ipsa sola cum agnatis concurrit, prout a statuto disponitur, tale statutum non habet locum, quando sorores defuncti cum matre, & agnatis concurrunt, ut in casu isto contingit, quia iste est casus omissus a statuto, & remanet in dispositione iuris communis. hoc in terminis decidit Pet. de Anc. in c. 1. charta pe. in ver. capio nunc quartum membrum. de constit. vbi refert collegium Perusinum consuluisse in tali casu, statuto cauetur, quod extante patruo, mater filio nõ succedat: modo extant mater, patruus, & soror defuncti, de qua sorore nõ est facta mentio in statuto. Quæritur, utrum patruus excludat sororem simul cum matre, uel soror cum matre succedant excluso
10 patruo. † Et arguit, ꝙ soror excludatur: quia videtur eadem ratio conseruandæ agnationis: & quia exclusa vna persona, alia excludi debet, in qua sit eadem ratio excludendi, vnde exclusa matre excluditur auus maternus, & exclusa filia excluduntur nepotes ex ea. Sed his non obstantibus contrarium, & recte dicit consuluisse collegium Perusinum: quia iste casus omissus a statuto remanet in dispositione iuris communis, & concludit, ꝙ soror simul cum matre admittatur. authen. defuncto. C. ad terty. & rationem adducit: quia mater, & soror veniunt ad hæreditatem diuerso iure & una nõ succedit ex persona alterius: secus est in auo materno, qui uenit ex persona matris, uel in nepotibus ex filia, & sic etiam si statutum excludat auum maternum existente patruo, si cum auo materno auia materna concurrit, patruus non succedit, sed auus, & auia quia iste casus est omissus a statuto, ut decidit Bal. in l. quicunque. in ver. sed quid si extat. C. de ser. fugi. & decisionem Pet. de Anc. supra alleg. qui in terminis loquitur, sequitur Alex. in l. illam. C de collat. & in consi. 30. Videtur lib. 1. & dixi in cons. 71. Cum ergo in casu nostro, ab intestato mater, & sorores admittantur, in effectu sumus in primo casu, in quo secundum communem opinio. non dicitur testator contrafecisse prohibitioni testatoris, instituendo matrem succedentem in isto casu ab intestato, & ita tertium dubium breuiter absolutum sit.

ADDITIONES.

a ¶ Voluit.) Scilicet ipse Soci. adde Soci. in consi. 150. li. 1. Phi. Dec. l. edita. nu. 11. C. de eden. l. precibus. C. impub. & alijs substi. ubi dixi.

b ¶ Quocunque.) Idem Caro. Ruin. consi. 227. nu. 12. lib. 1. Quamuis idem Ruinus aliter dicat in consi. 110. nu. 5. consi. 119. consi. 122. consi. 125. lib. 2. & Soci. inter consilia Curtij Sen. consi. 40. col. ulti. & Ludo. Gozadi. consi. 102. aliter dicant & male.

c ¶ Legitimum.) Nisi testator aliter satis expresserit se intelligere de familia agnatorum uel a tali descendentium uel hoc ex communi & uniformi usu loquendi probetur.

d ¶ Mater.) Imo stante tali statuto Florentino mater nõ succedit, sed soror & agnati in partẽ matris quæ est inhabilis ab intestato, & sic locus est fideicommisso quicquid Philippus Decius dicat in hoc consi. sed saluatur per id quod addit in fine consilij sequentis, quòd mater non excluditur in totum, & sic non est inhabilis, licet sit limitata ad certam quotam uidelicet quadrantis.

EPITOME Consi. CCCLXXVIII.

Cùm hic tractetur de eadem materia præcedentis cõsilij illius argumentum huic quoque conuenit.

SVMMARIVM.

1 *Institutio simpliciter facta, non includit bona prohibita alienari.*

2 *Statutum quod mater excludatur ab agnatis, intelligitur casu quo ipsi agnati succederent.*

3 *Statutum quòd masculi succedant, exclusis fœminis, intelligi debet si masculi sunt hæredes.*

VIso motiuo excellentissimi domini Fabiani asserentis ꝙ casus de quo agitur, non erat a statuto omissus: quia statutum etiam excludit matrem, sorore existente, ut in princip. statuti colligitur, ideo Donatus qui matrem hæredem instituit videtur contrauenisse prohibitioni factæ in testamento, & locus videtur fideicommisso iuxta l. peto §. fratre. de leg. 2. Ad hoc responsio primo habetur ex his quæ in consi. dicta sunt: quia prohibitio alienationis fuit restricta & limitata in filijs hæredibus institutis: & quia odiosa non habet locum in nepotibus. iuxta glo. in auth. de resti.

de restit.fidei.no.Bar.in l.filiusfamilias.§.diui.de lega. 1. cum si.ut Alex.tradit in cons.56.Aldrouandus.li.5.& no.Bal.in l.voluntas, de fidei.vbi inquit ꝙ si filius prohibeatur,non videtur nepos prohibitus,à fortiori in casu isto,vbi Donatus est abnepos testatoris, & maxime, quia prohibitio fuit facta prædictis hæredibus vnde in personis nominis restringitur,per ea quæ no.Bar.in l. Gallus.§.

1 instituens.in fi.de lib.& posthu.† Secundo respondetur ꝙ Donatus instituit matrem simpliciter in bonis suis. vnde in tali institutione facta simpliciter non videntur includi bona prohibita alienari,vt no.Bar.in codicillis. §.instituto.de leg.2.Bal.in l.1.C.quæ res pig.cum simi.vt tradit Alexan.in consi.168.Requisitus.lib.2. Nec obst. ꝙ talis institutio videtur comprehendere etiam bona prohibita alienari,ne decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus.l.ius nostrum.ff.de re.iur.quia ad hoc respondetur,& cõsiderandum est, ꝙ illa institutio facta de bonis suis porrigitur ad illa bona prohibita alienari per ius accrescendi,quod fuit introductum ne quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus. §.non autem. insti. de hæred. institutio. vbi text. istam rationem adducit. not. per gloss. in l. si seruus communis extero. ff. de acqui. hære.Bar.in l.1.§.his ita.C.de cadu.tol.in l.re coniuncti.versi. 4 quæro.de leg 3. Istud autem ius accrescendi principaliter à lege inducitur.l.si in testamento.ff.de vulg.& pupil.l.interdũ §.paterfamilias.ff.de hæ.insti.& dixi in rub.C. quando non peten. par.& ideo in hoc quod principaliter prouenit à lege Donatus non dicitur contrafacere prohibitioni testatoris,sicut non dicitur contrafacere quando instituit vocatum à lege ab intestato. l. cum pater. §.cum inter.ubi Bar. de leg.2. cum simi.ut dictum fuit in consi.& considerando hoc modo ista responsio optime accommodari potest.Non obst. ꝙ contrarium videtur probari in d.l. peto.§.fratre.vbi instituendo extraneum videtur contrafacere:quia intelligitur quando specialiter in rebus prohibitis alienari instituit ut colligitur ibi.domum alienauerit, uel extero hærede instituto decesserit,nam vna pars alternatiuæ secundum aliam intelligitur.l. 1.vbi Bar.ff.de reb.dub.vnde consonat quòd sicut in prima parte alternatiuæ loquitur specialiter de domo,quæ fuit alienata, eodẽ modo altera pars alternatiuæ de institutione intelligi debet. Et hoc à ratione superius inducta comprobatur: quia non dicitur contrafacere ille qui dispositionem legis sequitur. d. l. cum pa-

2 ter.§.cum inter.† Tertio responderi potest, ꝙ statutum quo cauetur,ꝙ mater excludatur ab agnatis qui sunt intra octauum gradum,intelligitur statutum:casu quo ipsi agnati succederent:quia in eorum fauorem fuit factum statutum: & ideo si agnati ipsi non succederent,mater nõ debet excludi, vt no.Bar.in l.seruo legato.§.si testator de leg. 1.& idem Bar.in l.2 §. si duo. in fin. ff. de col.bono.in l.2 in §.videndum.ff ad Terty.& idem no. Bal.in l.in

3 substitutione.in ver.& facit ad statutum.† dicens statuto dictante ꝙ masculi excludant filiam, debet statutum intelligi, si masculi

a sint hæredes,[a] per illum tex.& tradit Alex.in consi.69 Super primo dub.in prin.li.1.& idem sequitur Imo.in l.Gallus.§. & quid si tantum circa fi.de lib. & posthu. vbi concludit ꝙ filia non excluditur per statutum, quando agnati non sunt instituti, sed extranei.& idem Roma.in l. vt liberis.C.de colla. Aret.& Mod.in d.§. & quid si tantum.& Soci.in consi.35 Visa narratione puncti. lib. 4.Cor.in consi.342.Multa scribuntur.in princip.lib.1. vbi inquit

* hoc esse * *commune* dictum quòd ad hoc ut persona excludens ex forma statuti excludat,requiritur vt ipsa succedat, aliàs si non succedit non excludit.alleg.Bar.in l.1.§.filium.ff. de contratabul. in l.2.§.sed si sint.ff.ad Terty.Idem Corneus in consi.48. De pluribus.lib.2.in cons.206.Viso suprà scripto themate.lib.3. in consi. 42 Videtur prima facie. lib. 4 & in consi. 61. Licet videatur prima facie.eo.li.4.ex quib.patet istam esse communem opi. sed ita est in casu isto quia agnati in octauum gradum non succedunt, quia à sorore defuncti excluduntur ut in prin. statuti disponitur, ergo dicti agnati qui non succederent, non debent matrem excludere per s.dicta & secundum hoc iste casus vr̃ omissus à statuto, & sic videtur procedere fundamentum factum in consil. quia vr̃ casus omissus respectu agnatorum de quibus agitur. Non ob. ꝙ mater excludatur à sorore vt in prin.statuti dr̃: quia uerum est in successione ab intestato,prout statutũ loquitur, sed mater venit virtute testamenti, & hoc à statuto non prohibetur sicut in filia, quæ extantibus masculis prohibetur ab intestato succedere & ex testamento admittitur,vt no.Bar.in l.fin.uer. pro hoc inducto.C.de pac.r.t respectu sororis non cõsideratur prohibitio alienationis, quæ fuit facta vt bona permanerent in familia. ista.n.ratio respicit agnatos & respectu agnatorũ, qui sunt ultra octauũ gradum,mater non dicitur exclusa,ex quo illi non succedunt: & quo ad illos mater admittitur:quia iste casus qñ agnati non succedunt est omissus, & remanet in dispositione iuris communis, per s̃.dicta. Quarto & vltimo aduertendum est, ꝙ testamentum domini Verij,& prohibitio alienationis fuit facta de anno. 1393.die 12.mensis Augusti. vnde talis prohibitio non videtur ꝙ durare debeat vltra centum annos,sicut in simili dicimus de relicto perpetuo, quod restringitur ne excedat tempus centum annorum, vt no.Bar.in l.annua.§.fi.ff.de annu.le. & per illud dictum Bar.cõcludit Alex.in l.2.in prin.ff.sol.ma.ꝙ relictum ecclesiæ perpetuo spatio centum annorum terminetur, & dicit se ita consuluisse,& ita reperitur in consi.60.Omisso multiloquio.in prin.li.j.& idem tradit Io.de Ana.in consi.39.Præsupposito ꝙ legatum.& ista prohibitio videtur à die mortis testatoris debere cõputari, uel à die aditæ hæreditatis,iuxta no.per gl.& doc.in l.fi.§. in uerbo delatã. C.de iure delibe.Quinto responderi potest ad dictum.§ fratre, ꝙ loquitur in eo qui absolute extraneum hæredem instituit, unde cum materia ista prohibitionis odiosa sit, non uidetur habere locum in isto casu,in quo etiam mater stantibus agnatis, pro quarta parte admittitur,ut in statuto dicitur: quia non potest mater absolute dici extraneus hæres, sed secundum quid verba autem intelliguntur simpliciter & non secundum quid. l. hoc legatum ubi Bar.de leg.3.

ADDITIO.

a ¶ Hæredes.] Supra consi.296.ubi dixi.

EPITOME Consi. CCCLXXIX.

Hippolyta mediante dote constituta,renuntiauit cum iuramẽto hæreditati paternæ,maternæ fraternæ,& auitæ,remittendo iura ei competentia & competitura, reseruato iure succedendi decedentibus fratribus sine liberis. Accidit Elegium eius auunculũ decedere sine liberis.Respon.non obstantibus dictis renunciatione,& reseruatione H.ad successionem.E.pro sua parte admittendam.Et cum in dictis renunciationibus plurium hæreditatum,ipsa fuerit enormiter læsa, iuramenti relaxatione obtenta,eis proculdubio contrauenire potest.

SUMMARIUM.

1 *Linea materna quæ sit.*
2 *Renunciatio filiæ dotatæ facta cum iuramento ualet.*
3 *Renunciatio est stricti iuris,& in ea non ueniunt nisi expressa.*
4 *Coniuncti uerbis ex latere,non sunt ex nostra linea.*
5 *Linea proprie intelligitur illa,quæ est recta sursum & deorsum.*
6 *Consensus limitatus non porrigitur ultra.*
7 *Filia dotata à patre,non excluditur a bonis maternis.*
8 *Stante statuto quòd filia dotata non succedat patri, matri, & fratribus, sufficit quòd ab uno istorum sit dotata.*
9 *Renunciatio generaliter facta etiam per verba quæ respiciunt futurum, an comprehendat hæreditatem postea deuenientem.*
10 *Iuramentum facit ut renunciatio porrigatur ad ius de futuro.*
11 *Verba,quomodocunque,sunt generalia & prægnantia.*
12 *Clausula generalis immediate & simpliciter apposita generaliter intelligitur.*
13 *Filia exclusa à statuto ab hæreditate patris debet competenter dotari.*
14 *Dos competens non debet esse minor legitima.*
15 *Iuramentum in muliere est captiosum & iniustum quando iurauit non cõtrauenire,ideo per episcopum relaxari debet.*


Equisitus pro consilio in causa magnificæ dominæ Hippolytæ Carrafæ,sublistebã more iurisconsulti in l. seruum quoque. in prin.ff.de procu.l.si me Titium.ff.si cer.pet.propter sentẽtiam absolutoriam latam in fauorem reorum conuentorum ab inclito imperiali consi. Neapolis residenti, cuius autoritas debuit me deterrere ne auderem contradicere: amicorũ tñ precibus deuictus, & concitatus studio ueritatis,quæ omnia vincit. 8.d.c. consuetudo.cum bona venia, & sub correctione grauissimorum consiliatorum dicã breuiter pro ueritate & iustitia quod mihi vr̃. Et pro uera resolutione uidendum est principaliter de duobus. Primo an renunciatio facta per Hippolytam in forma quæ exhibetur, extẽdatur ad hæreditatẽ magnifici Elegij de la Marra, de qua agitur. Scd'o dato ꝙ Hippolyta uirtute renunciationis excludatur, an tanq̃ enormiter læsa reclamare, & ꝯuenire possit ratione enormis læsionis.Circa primũ ut distinctè procedamus. Primo dicen-

a dũ est,an includat de ui,& proprietate verborũ, quæ specialiter[a] exprimuntur. Secundò an cõprehendatur ꝑ ꝑ uerba generalia[b] b

quæ ad futura iura referuntur.Et studendo breuitati in primo,dũ specialiter dr̃ in renũciatione de successionibus, & hæreditatibus paternis,

ADDITIONES.

a ¶ Specialiter.] Dec.& Rui.tenent quod non,& bene.
b ¶ Generalia.) Dec.& Rui.tenent etiam quòd non,& male,ut dicam infrà. nume.11.

paternis, maternis, & auitis vtriusque &c. in istis verbis clarum
est ꝙ hæreditas Elegij auunculi non comprehenditur: quia illa
non dicitur hæreditas patris nec matris nec fratris nec aui. Et da-
to quod originem ab auo materno habuisset, posteaquam fuit
acquisita per dictum Elegium, dicitur eius propria hæreditas, &
sic dicitur hæreditas auunculi, & non dicitur amplius hæreditas
aui, vt no. per glo. in l. 1. §. veteres ff. de acqui. poss. in glo. magna.
ff. de acqui. poss. in l. per hereditarium. ff. de acq. re. do. in l. hæres
per seruum. de acqui. hære. in l. eius qui. in verbo. hæreditate. ff. si
cer. pe. & no. Bar. in l. 3. in prin. ff. de bo. pos. vbi dicit in fin. ꝙ po-
steaquam adita est hæreditas, confunditur cum patrimonio hęre
dis. l. sed si plures. §. si filio. de vulg. & ideo in terminis in renuncia-
tione quam facit filia de hæreditate patris. per illam non exclu-
ditur ab hæreditate fratris qui mortuus sit adita hæreditate pa-
tris: quia post talem aditionem non dr̃ vlterius hæreditas patris,
vt in terminis Ang. consuluit in consi. 52. Dominus Gilius. cũ si.
vt tradit Alex. in d. l. j. §. veteres. & idẽ in terminis in renunciatio
ne, Rom. scribit consi. 168. Circa primum, in prin. Pau. de Cast.
in l. Paulus. §. 1. ff. de acqui. hæred. & sequitur Aret. ibi per tex. in
lege qui filij. de his qui. vt indig. idem Aret. in consi. 161. In præ-
senti consutatione. Benedictus Capra in consi. 12. Et si viso. Cor-
neus in consi. 205. In hac consultatione. lib. 4. vnde ex prædictis
indubitanter concludendũ est, ꝙ illa verba renuntiantis, quæ di-
cunt de hæreditatibus paternis, maternis, fraternis, & auitis, nul-
lo modo complectuntur hæreditatem Elegij de qua quæritur:
& quia in hoc non videtur difficultas, vlterius non insisto. Sed
capio aliud verbum, in quo videtur maior dubitatio, dum dicit
de linea materna. Cum enim renunciatio facta sit successionibus,
& hæreditatibus deuoluendis tam ex linea paterna, & materna,
quam fraterna & auita vtriusque sexus, non videt ꝙ negari pos-
sit quominus hæreditas dicti Elegij auunculi dicatur ex linea ma
1 terna prouenire; † quia linea materna vr̃ linea sub qua uel in qua
mater ꝯtinetur, & hoc modo linea contentiue accipitur, & etiã
transuersales comprehenduntur: vt not. Bal. in consi. incipiente,
In quæst. quæ vertitur. prout Socin. refert in l. Gallus. §. nunc de
lege. de liberis & posthumis. & sic videtur quod hæreditas domi
ni Elegij auunculi in tali materna linea includatur cum ipse me-
diante matre coniũgatur. & hoc etiam confirmatur ex eo quod
in dicta renunciatione dicitur, de linea auita vtriusq; &c. quæ q-
dem linea auita incipit a primo descendente. capit. quod dilecto,
& ibi gloss. capit. fin. de consang. & affinit. & tradit Alexander in
consilio 43. Consideratis his. libro tertio. ergo videtur quod sub
tali linea comprehendantur domina Bernardina mater Hippo-
lytæ, & eius matris frater dominus Elegius qui sunt primi descẽ-
dentes ab auo materno. Et ista conclusio videtur comprobari ex
eo, ꝙ Hippolyta in eius renuntiatione sibi ius reseruauit succedẽ
di in vno casu, videlicet decedentibus fratribus sine liberis: quo
casu exceptio facta in vno casu, videtur firmare regulam in alijs
casibus. lege quæsitum. §. denique. de fun. instructo. §. vt autem,
vbi glo. in authen. de non alienan. & in terminis in renunciatio-
ne facta per filiam hoc modo arguit Petrus de Ancharano in cõ
2 silio 434. Postquam ista domina. † vbi specialiter ad propositum
loquitur de renunciatione facta cum iuramento ex eo quòd fuit
bene dotata, & reseruauit sibi ius succedendi decedentibus fra-
tribus eius sine liberis, concludit quòd talis renunciatio debeat
inuiolabiliter obseruari. Sed tamen his non obstantibus vlterius
a cogitanti contrarium [a] de iure esse arbitror, quod in verbis supe
rius ponderatis, hæreditas dicti domini Elegij non comprehen-
3 datur. † Et pro fundamento præsupponendum est quod ista re-
nuntiatio est stricti iuris, & in ea nõ veniunt nisi ea quæ expres-
sa sunt, vt not. Calder. in consilio 5. in titu. de præbend. & dicit
Cardin. in consilio 120. Titius obligauit se. in fin. quòd debet fie-
ri stricta interpretatio: quia tales renunciationes sæpe fiunt cum
parua causæ cognitione, & quod ex quadam consuetudine no-
tarij apponunt clausulas pleniores, & in dubio non præsumitur
quòd quis velit iuri suo renunciare. capitul. super hoc. de renun-
ciatio. not. Bald. in l. 1. in vltim. not. C. de edict. diu. & ideo cum
in tali renuntiatione non sit expressum de hæreditate Elegij ad
illam non extenditur, & hoc modo in tali renunciatione arguit
Roman. in consilio 168. Circa primum in principio. Non ob-
stat quod suprà dictum est de linea materna: quia dicit dominus
Nellus in tractat. bannitorum. in 9. quæstio. primi temporis. cir-
ca fin. frater licet fratri collateralis sit, & sit de latere patris, non
tamen est de latere fratris, nec de linea fratris: quia vnusquisque
4 ex fratribus propriam lineam facit: † & ibi concludit quòd con-
iuncti nobis ex latere non sunt ex nostra linea, licèt sint ex linea,
patris vel aui: allega. Bartol. in consilio incipien. Quia factum. &
ideo Elegius licet esset frater matris, non dicitur ex linea mater-
na. Et dato quod illa verba, de linea materna, duobus modis in-
telligi possint. vno modo, pro linea in qua est mater respectu pa
tris vel aui, & isto modo collaterales dicuntur de eadem linea,
& hoc modo allegata supra in contrarium videntur procedere.
Secundò intelligi possunt de linea, quæ ab ipsa matre procedit,
& tunc non veniunt collaterales, & ita in dubio materia stricta
& odiosa interpretatio debet fieri, vt concludit Nellus in loco
præallegato, in fin. & in simili casu tradit Socin. in consilio 35.
Circa præsentem consultationem. in tertio libro. vnde cum re-
nuntiatio ista sit stricti iuris, vt dictum est: in dubio debet inter-
pretatio fieri vt Hippolyta ab hæreditate auunculi collateralis
5 non excludatur. † Et hoc idem confirmatur, quia linea proprie
intelligitur illa quæ est recta sursum & deorsum vt not. Bald. in
consilio 273. Testamento cauetur libro 3. allega. l. qui liberis. §.
hæc verba. ff. de vulga. facit text. in l. iurisconsultus. §. parentes.
ff. de gradi. & tradit Socin. in consilio supra alleg. & ibi ad propo
situm dicit, quòd licet auus, & proauus maternus sint de linea
materna. l. 2. C. de bon. ma. descendentes tamen ab auo & pro-
auo non dicuntur esse de linea materna. allega. Bartol. in consi-
lio 56. In quæstione prædicta. & ideo dominus Elegius non dici-
tur de linea materna dominæ Hippolytę, & per consequens non
comprehenditur hæreditas eius in renunciatione, quæ debet
strictè interpretari. Et vlterius, ista conclusio comprobatur,
quia causa finalis renunciationis fuit ex eo quòd fuit dotata à
fratre, & patruo de paragio, & vltra paragium, vt ipsa confi-
tetur in proœmio renunciationis, ex quo causa finalis renun-
ciationis colligitur, vt not. Bartol. in l. fina. ff. de hæred. instit. per
illum text. in l. 1. in princip. ff. ad Macedo. cum similibus vt tra-
dit Alexand. in consilio 7. Visis lib. 2. in consilio 55. Quoniam in
princip. in consi. 119. Viso. libro 5. vnde videtur restricta renun-
ciatio ad bona eorum à quibus fuit dotata. quia causa renuncia-
tionis inspicitur, & restringit renunciationem, vt in terminis in
tali renunciatione scribit Areti. in consilio 163. Verum est quod
comicus. & 5. vbi alle. l. cum pater. §. dulcissimis. de leg. 5. & quod
6 not. Angel. in consilio 190. Visa dicta quietatioue. † Et ad id facit,
quia consensus mulieris qui fuit limitatus, vlterius non porrigi-
tur. l. iubemus. C. ad Velleian. not. Roman. in consil. 131. Vt retu-
lit. in fin. facit tex. in l. qui cum tutoribus. in princip. ff. de transa-
ction. in l. si de certa. C. eodem titu. & videmus in simili in statu-
to quod excludit donatam, nam intelligitur ab hæreditate dotan
tis nisi vlterius procedat, vt not. Bald. in l. 1. C. de legi. hæred. per
glo. ibi. not. Pet. de Ancha. in consilio 79. Retento ordine quæ-
sitorum. & hoc habet locum nisi statutum vlterius procederet
exprimendo etiam alias personas à quibus dotata non fuit, vt
not. Roman. in consilio 485. In casu propositæ consultationis.
& idem Pau. de Cast. in consilio 336. Pręsupposito quod dictum
7 statutum. † vbi concludit quod dotata a patre non excluditur à
bonis maternis: quia limitata causa limitatum effectum produ-
cit, & exclusio debet restringi ad causam eius. l. cancellauerat. ff.
de his quæ in testamen. delen. sed causa exclusionis fuit dos data.
l. qui volebat. ff. de hæred. instit. ideo debet restringi ad hæredi-
tatem dotantis. vt dicit Bald. in d. l. 1. & hoc quando statutum lo-
8 quitur simpliciter. † Si verò statutum specificaret personas à
quarum hæreditate mulier dotata excludatur, puta dicit statu-
tum quòd non succedat patri vel matri, fratri vel patruo, tunc
sufficit quòd dotata sit ab vno ex nominatis & excluditur ab hę-
reditate omnium nominatorum, vt dicit Roman. in consilio
præallega. & ita pariter dicendum est in ista renunciatione, quòd
licet renunciatio non restringatur ad hæreditatem dotantis, ta-
men restringitur in hæreditatibus nominatorum, videlicet in
hæreditatibus paternis, maternis, fraternis, & auitis, de quibus in
casu isto non agitur: & ideo hæreditas auunculi de qua agitur
cum nominata nõn fuerit, in prædicta renunciatione non inclu-
ditur: & sic ex omnibus supra dictis apparet quòd de vi & pro-
prietate sermonis & verborum, quę specialiter expressa sunt in
renunciatione, de qua agitur, heręditas dicti Elegij non compre-
hendatur. Ad allegata suprà in contrarium responsio ex suprà
dictis colligitur: quia propriè hæreditas Elegij non dicitur ex li-
nea manerna, & quia causa renuntiationis in tali hæreditate ada-
ptari

ADDITIO.

a ¶ Contrarium.) Idem in hoc eodem themate fusius & accuratius tenet
Carol. Ruin. consilio 98. Visa renunciatione libr. 1. & bene, si non sit a-
liud in facto. Sed neuter tangit punctualem rationem decidendi, quæ est
quod non apparet Aegidium consensisse, nec ratam expresse habuisse hanc
renunciationem, & sic non valet quantum ad eum. Alexand. in l. stipulatio
hoc modo concepta, de verbo. obligatio. Fulg. in l. pactum quod dotali. &
ibi Alexan. C. de colla. Fulg. consi. 73. paterfamil. Alexand. consil. 165. in fi.
vbi in anno. dixi lib. 7. vnde si Aegidius consensisset, & in eo consensu per-
seuerasset, esset omnino exclusa, alias non. Et hæc vbi agitur de exclusione
conuentionali, de qua hic: sed si ageretur de exclusione statuti tunc dicta
verba generalia paulo supra num. 1. omnino eam excluderent, quia dictus
Aegidius est verè de linea auita, quicquid Decius & Ruin. sophisticatione
verborum nitantur.

ptari non potest: & quia talis renuntiatio quæ strictè debet intel
ligi, non habet locum nisi in personis nominatim expressis. Non
obstat illa specialis reseruatio, quàm Hippolyta sibi fecit dece-
dentibus fratribus suis sine liberis, quæ videt̄ firmare ipsam re-
nuntiationē in omnibus alijs casibus non expressis: quia respon-
detur hoc esse verum quò ad alios casus qui sub regula, & sub re
nuntiatione erant comprehensi. Secus si non erant comprehen-
si in renuntiatione, prout in casu isto videtur per suprà dicta; q̃a
licet exceptio firmet regulam in casibus non exceptuatis, non ta-
a men videtur ampliare regulam [a] ad ea quæ aliàs non facta exce-
ptione sub regula non comprehenduntur. l. generali. §. vxori. ubi
Bar. ff. de vsufructu legato. not. Bar. in l. Lucius. §. 1. ff. ad Trebel-
lianum. Abbas in c. in nostra. de sepul. Imo. in consi. 84. Visa. Ro-
manus in consi. 107. Circa id. Abbas in consilio 20. Casus in effe-
ctu. in fi. lib. 2. cum sim. ut dixi in l. 1. ff. de regu. iur. & per hoc re-
spondetur ad dictum Pet. de Anch. in consi. 434. allegato suprà
in contrarium: quia ipse loquitur in bonis comprehensis in re-
nuntiatione, secus est in casu nostro per suprà dicta, & ita primū
9 dubium absolutum sit. † Venio ad secundum, an propter verba
generalia renuntiationis quæ respiciunt futurum dicta hæredi-
tas domi. Elegij comprehensa videatur. Et prima facie argui po-
test ꝙ sic, ex eo ꝙ ista renuntiatio fuit facta per pactum perpe-
tuum & reale, solemni stipulatione vestitum, vt in renuntiatio-
ne dicitur, quo casu per pactum etiam ius de futuro tolli potest.
l. 1. C. de pactis, & ibi Bart. dicit ꝙ quando verba pacti in futurū
porriguntur hoc modo, si quo tempore res ad me pertineret, in
futurum facio pactum de non petendo, valet pactum & tollit
ius de futuro; & quia in casu isto interuenit Aquiliana stipulatio,
& in simili casu Roman. consuluit in consil. 22. Pro propositę. &
ibi etiam ponderauit quòd renuntiatio erat facta iuri competen
ti, & competituro, prout etiam in casu isto in pleniori forma:
quia domina Hippolyta remittit iura competentia & competi-
tura, & quæ habet & posset habere: quo casu talia verba porri-
guntur ad futurum, ut no. Bartolus in l. qui Romę. §. duo fratres.
in sexta quæstione. ff. de verborum obligationibus. ista enim re-
nuntiatio ita generalis videtur preiudicare, vt no. Baldus in lege
pactum quod dotali. C. de collationibus. in decimasexta quæ-
stione. vbi admonet contrahentes quod caueant à generalibus
renuntiationibus. facit text. in lege qui iure militari. ff. de testa-
mento militari. per quem dicit Baldus in lege sub prætextu la
secunda. C. de transactionibus. quòd satis est si in renuntiatione
fuerit cogitatum in genere, & quòd sub verbis generalibus om-
nia comprehenduntur. & idem Bal. in l. tres fratres. in quarto no-
tabili. ff. de pactis. cum similibus ut tradit Alexander in consi. 42.
10 Super præmisso themate. lib. 1. † Accedit etiam iuramentum cu-
ius virtute renuntiatio porrigitur ad ius de futuro, ut not. Ale.
post Cuma. in l. is qui hæres, in principio. ff. de acquirenda hære-
ditate. quia iuramentum facit valere actum omni meliori mo-
do quo potest. lege cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. 2. vbi
Bart. & ideo facit valere renuntiationem in vim pacti quod ad
ius de futuro porrigitur. & idem Alex in l. sed & si q̄s §. q̄si ū. ff. si
q̄s cautionib. Nec ista renūtiatio vr̄ impediri ex eo q̄d mr̄ Hip-
politæ viuebat tēpore renuntiationis, quæ ipsam Hippolitam
præcedebat: quia verum est rebus sic stantibus: sed cum renun-
tiatio facta sit per pactum, & cum iuramento, trahitur ad ius
quod postea superuenit, ut tradit Roma. in d. consilio 22. Sed
prædictis & similibus quæ adduci possunt non obstantibus, con-
trarium de iure in casu isto dicendum videtur, videlicet quod
sub verbis generalibus dictæ renuntiationis nullo modo hære-
ditas Elegij comprehendatur, per ea quæ suprà dicta sunt: quia
talis renuntiatio debet stricte intelligi, & quia secundum cau-
sam renuntiationis expressam debet limitari & restringi: fuit em̄
facta renuntiatio à domina Hippolita propter dotem sibi da-
tam, vnde talis renuntiatio debuisset restringi ad hæreditatem
dotantis, & vlterius ad hæreditatem aliorum qui exprese no-
minati sunt, ut suprà dictum est. cum ergo dominus Elegius no-
minatus non sit, ad eius hæreditatem renuntiatio non porrigi-
11 tur. † Et quia verba, quomodocunque, sint generalia & pręgna-
tia ius futurum remittendum, habent relationem ad ius futu-
rum quod competeret in hæreditatibus suprà nominatis, vi-
delicet in hæreditatibus paternis, maternis, fraternis & auitis: &
ideo clarum est quòd ius hæreditatis auunculi per dictam re-
nuntiationem non excluditur: quia renuntiatio limitata in per-
sona & in hæreditate vnius ad hæreditatem alterius non trahi-
tur, vt tradit Rom. in d. consil. 168. Circa primum. in principio
cum similibus suprà in principio late allegat. & per hoc tollun-
tur omnia quæ suprà in contrarium allegat. sunt, & allegari pos-
sunt: & hoc clarius apparebit respondendo specialiter ad alleg.
suprà in contrarium. Primò ergo non obstat quòd per pactum
ius etiam de futuro remittat, quia illud verum est quando con-
stat de tali iure quod remittitur, prout loquitur text. in dicta le-
ge prima. C. de pact. sed hic non constat ꝙ ius hæreditatis dicti
Elegij remissum fuerit. Non obstat quòd illa verba generalia re-
lata in futurum, tollunt ius futurum, ut Barto. dicit in d. l. 1. C. de
pact. quia Bart. ibi loquitur quando fuit dictum, si quo tempo-
re res ad me pertineret, etiam ex causa de futuro, & hoc in isto
casu non habetur. Præterea illa renuntiatio in qua iura compe-
tentia, & competitura remittuntur, intelligitur de iuribus com-
b petituris ex causa de præsenti, [b] ut not. Bart. in l. qui cum tuto-
ribus. in principio. ff. de transact. & in l. post emancipationem.
§. illud. ff. de libe. lega. ubi dicit quòd ille qui remittit ius quod
habet, uel habere sperat, in tali re videtur remittere ius ꝙ sperat
in futurum ex causa de præsenti. idem Bart. in l. si vxor. §. diuus.
ff. de adul. & in tali renuntiatione non consideratur spes succe-
dendi ab intestato, per illum text. & idem not. Bart. in l. fin. in fi.
C. de pact. cum similibus vt tradit Alex. in consi. pen. Perspectis.
in fi. lib. 5. & per hoc respondetur ad no. per Roma. in consil. 22.
alle. s̄. in ɔ̄rium: quia in casu suo non erat ius fundatum in spe suc
cedendi simpliciter, sed in instrumento concessionis in emphy-
teusim. & s̄. dicta maxime videntur procedere in casu isto vbi
verba relata ad futurum sunt coniuncta cum illis verbis, iuribus,
hæreditatibus, & successionibus paternis, maternis, fraternis, do
tibusq; maternis, & auitis vtriusq; sexus. quæ verba, ut suprà di-
ctum est, ad hæreditatem Elegij adaptari nō possunt: & ex his ēt
tollitur quod suprà in contrarium allegatur de clausula genera-
li, quæ generaliter intelligit̄: quia in casu isto clausula generalis
fuit restricta & limitata, ut patet ex prædictis. & vlterius etiam
responderi potest secundum doctrinam Ange. in l. obligatione
12 generali ff. de pig. in gl. in verbo, nō fuisse. † Vbi post Iac. de Aret.
concludit, ꝙ si clausula generalis apponatur immediate & sim-
pliciter, generaliter intelligitur. l. emptor. in §. Lucius, cum glo.
ff. de pact. secus si clausula generalis apponatur post expressio-
nem alicuius rei specialis; quia tunc illa generalitas restringitur
secundum causam præcedentem. & ita fuit in casu isto, ut patet
ex suprà dictis. Vltimo non obstat illud quod suprà dictum est
de iuramento: quia dato ꝙ propter iuramentum renuntiatio tra
heretur ad ius de futuro, hoc haberet locum in hæreditatibus no
minatis, vt dixi: & non haberet locum in hæreditate de qua agit̄.
Præterea illud dictum Cu. non videtur verum: quia semper iura-
mentum habet illam tacitam conditionem, quā habet promis-
sio super qua interponitur. & ad plus non extenditur iuramen-
tum, quam extendatur virtus promissionis. ita Ang. dicit in con-
sil. 315 Statuto cauetur. facit text. in l. fin. C. de non nume. pecun.
& idem tradit Oldr. in consil. 228. Cum mulier. in consil. 278. Li-
cet quantum. ubi alle. d. l. fi. C. de non nume. pecun. idem Bald. in
consil. 29. Casus, vir donauit. lib. 3. Roma in consil. 279. Non est
dubium, in princip. Alexand. in consil. 37. Viso lib. 1. vnde si re-
nuntiatio non trahitur ad ius de futuro per iuramentum amplia
ri non videt̄. Non ob. ꝙ iuramentum facit valere actum eo mo-
do quo potest: quia verum est in eo quod agitur; sed in tali casu
non agitur de iure quod in futurum competeret, ut natura re-
nuntiationis ostendit: & natura iuramenti est confirmare quod
actum est, & non extendere. Et ita ex isto dubio & præcedenti
remanet firmata conclusio in primo dubio principali, quod uer
ba renuntiationis specialia nec generalia non videntur compre-
hendere hæreditatem, de qua agitur. & stante ista conclusione
nō esset opus insistere in secūdo dubio principali. Sed tñ ex abū-
danti & ad maiorem declarationem, dato ꝙ Hippolita esset ex-
clusa p̱p̱ renuntiationem, videndum est an tanquam enormiter
læsa contrauenire possit. vnde videndum est de duobus. Primo
an dicatur Hippolyta enormiter læsa. Secundo dato ꝙ sic, an cō
13 trauenire possit. † Circa primum studendo breuitati de enormi
læsione constare videtur: quia dos quæ sibi data fuit erat sibi de-
bita in hæreditate patris quia dato ꝙ filia excludatur ab hæredi-
tate patris à statuto, vel consuetudine, debet tamen competen-
ter dotari, ut not. Bald. in l. fin. versicul. sed pone statuto. C. de
dotis.

ADDITIONES.

a ¶ Regulam.) Alex. consil. 28. nu. 11. lib. 1. vbi dixi & apud Deci. lib. 1. nu. 28. de reg. iur.

b ¶ De præsenti.) Et inspecto statu præsenti. Sed tempore dictæ renuntiationis viuebat mater Bernardina, quæ præcedebat Hippolytam in successione Aegidij, & sic hæreditas Aegidij non poterat tunc ad Hippolytam deuolui. Postea vero contigit matrem prius tolli de medio, & sic Hippolytam inueniri in prima causa successionis Aegidij, vnde ad hunc casum qui postea superuenit, dicta generalis renuntiatio non extenditur, ita hāc solutionem vrget & colorat Caro. Rui. in d. consil. 98. numer. 8. lib. 1. Sed quicquid dicant hæc euasio nimis frigida est, quia dicta renuntio intelligitur si contingat ad eam successionē deuolui, & in hunc euentum confertur vt tradit Alexand. d. l. pactum quod dotali. ad fi. C. de colla. ergo in d. verbis generalibus continebatur, & est verum, sed aliter soluendum est, vt dixi supra numer. 2.

dotis promiſ.quia hæredes patris etiam extranei ad quos perue-
niunt bona, tenentur filiam dotare, ut no. Bar. in l. ſicut in §. ſi de-
bitori. ff. qui. mo. pig. vel hypo. ſol. in l. poſt dotem. ff. ſol. matri.
cum ſimilib. ut tradit ibi Alexand. in verſicul. item inquantum
Barto. hic. eſſet enim abſurdum quòd filia careret dote & ſucceſ-
ſione, ut dicit Paulus de Caſtro. in l. ſi ſocer. in prin. circa fi. ff. ſol.
* matrimo. & in caſu iſto de plano * *oẽs* fatentur quòd filia debet
maritari de congruo paragio, id eſt, ut conſtituatur dos pro nu-
mero filiorum, & ſecundum dignitatem familiæ, & pro modo
facultatum: argum. l. ſi filiæ. de leg. 3. & in l. compos. §. gener. ff. de
iure dot. & in effectu talis dos debet regulari & commenſurari
ad legitimam, ut concludit And. de Iſer. in conſtitutione inci-
4 piente, in aliquibus. † Et videtur procedere ſecundum * *commu-*
* *nem* opinionem, quæ habet quòd dos competens non debet eſ-
ſe minus quàm ſit legitima, ut not. Salic. in authentica res quæ in
2. not. C. communia. de legat. in authentic. nouiſſima. C. de inoffi-
cio. teſtamen. in l. ſancimus. in fin. in verſicul. quinimo. C. de nup.
cum ſimilib. ut tradit Alexand. in conſilio 69. Super dubio pri-
mo. lib. 1. & in conſilio 7. Viſis. lib. 2. & in conſilio 83. Viſo ſta-
tuto. lib. 4. Et in iſta concluſione concordant communiter Mo-
dern. Bald. Nouellus in ſuo tracta. de dote. in charta. 31. Franciſ.
de Curte in conſilio 27. Magnificus vir. in quarto dubio. in con-
ſilio 38. Viſo ſtatuto. Soci. in conſilio 183. Licèt filia. Corne. in
conſilio 197. Circa primum. lib. 1. in conſilio. 106. In hac conſul-
tatione. lib. 2. cum ſimilib. ut dixi in conſilio 180. Viſa renuntia-
tione. Ex quibus indubitanter conſtat iſtam eſſe communem
opinionem, & licèt diſputatiuè multa poſſent dici per ea quæ
Soci. ſcribit in conſilio 288. Circa primam quæſtionem. ſatis eſt
nobis iſtam eſſe communem opinionem, a qua in conſulendo
& iudicando non eſt recedendum, & vera reſolutio videtur ꝙ
talis dos præciſè vt legitima peti non poſſit: quia cum filia ex-
cludatur ab inteſtato, non debetur illi legitima, quæ commen-
ſuratur ad ſucceſſionem ab inteſtato. Sed ex æquitate & arbi-
trio boni viri iudicandum eſt, quòd non habeat minorem do-
tem quàm eſſet legitima; & ideo in caſu iſto conſiderandum eſt
ꝙ dos quæ fuit data Hippolytę, conſideratis bonis paternis tan-
tum non aſcendebat ad legitimam eius, & dato, ꝙ reſpectu hæ-
reditatis paternæ in renuntiatione quàm facit Hippolyta, non
fuiſſet enormiter lęſa, & ꝙ renuntiatio deberet habere locum re
ſpectu hæreditatis patris: ſecundum diſpoſitionem c. quamuis.
de pa. tamen cum ipſa renuntiauerit bonis peternis, maternis, &
dotibus matris, & bonis fraternis. & auitis vtriuſque ſexus, nega-
ri nõ põt quin valde enormiter fuerit læſa: quia excepta hæredi-
tate paterna ex cuius bonis habuit dotem nulla ſuberat cauſa re-
nuntiandi in hæreditatibus aliorum: idcirco talis renuntiatio eui
denter enormiſſimam continet læſionem. Et hoc in ſimili caſu
tradit Petrus de Anch. in conſi. 38. Pro clariori deciſione, vbi con
cludit, mulierem enormiter eſſe læſam quæ pro vna dote, renun
tiauit hæreditati patris, matris, fratrum & ſororum. & ſic breui-
ter in hoc primo dubio concludo, quod do. Hippolyta enormi-
ter læſa fuerit. Supereſt alterum dubium, an ꝓpter dictam enor-
mem læſionem dicta Hippolyta reclamare & contrauenire poſ-
ſit, & circa hoc multa poſſent dici, ut aliàs latè conſului in d. con
5 ſil. 180. † Sed nunc abſoluendo rem, paucis concludendum eſt,
ꝙ propter dictam enormem læſionem dicta Hippolyta tanquã
circunuenta contrauenire poſſit, nõ obſtante renuntiatione fa-
cta cum iuramento: quia tale iuramentum in muliere eſt captio-
ſum & iniuſtum, & debet per epiſcopum relaxari; ut not. Bal. in
rub. C. de rer. permu. & ſtante tali enormi læſione non habet lo-
cum text. in c. 2. de pa. in 6. vt in terminis concludit Pet. de An-
cha. in conſi. 38. Pro clariori deciſione. ubi inquit ꝙ tex. in d. c. 2.
quod incipit, quamuis, habet locum & procedit prout loquitur
quando filia habuit dotem competentem in bonis patris cuius
hæreditati renuntiauit: vnde non videtur habere locum in hæ-
reditate matris à qua filia nihil habuit: & pari ratione idem vi-
detur in hæreditatibus aliorum à quibus nihil habuit: & maxime
quando pluribus hæreditatibus renuntiauit pro vna dote, prout
in caſu iſto contingit, & idem de enormi læſione in filia tradit
Pet. de Anch. in conſi. 341. Pro maiori intelligentia. in conſi. 376.
In ſuprà dicta quietatione, in conſi. 82. Viſis. in conſi. 180. Viſa.
& in d. c. quamuis. in c. 1. de conſti. char. 22. ver. ego etiam conſul
ui in ciuitate Senarum. & in regula. acceſſorium. in 3. cha. in ver.
pro declaratione prædictorum. Ex quibus patet ꝙ Pet. de Anch.
firmiter in iſta opinione perſiſtit, & in eadem ſententia concur-
rit. Fed. in conſi. 199. Quæritur an domina Margarita. Cal. in con
ſil. 8. Duæ puellæ. in ti. de iureiu. Ant. de But. in conſi. 45. Iuris ri-
gor. & idem Ant. de But. in c. cum contingat. ver. quartus caſus
principalis. de iureiu. & idem Abb. ibi cha. pe. in ver. nonus caſus
eſt Cu. in conſi. 180. Videtur prima fronte. Pau. de Caſt. in conſi.
Contra ſuperius conſulta. in ver. non ob c. quamuis. idem Abb.
in conſi. 8. Laurentia mulier. lib. 2. ubi refert & ſequitur Pet. de.
Anch. in d. c. 1. de conſti. idem Abb. in conſi. 107. Quatuor ſunt.
in 2. dub. lib. 2. idem Are. in conſi. 93. Viſo legato. ubi refert & ſe-
quitur Pet. de Anc. idem And. Sic. in ɔſ. 21. li. j. in ɔſ. 53. li. 2. idem
Pet. Philippus de Corneo in ɔſ. 11. In præſenti conſultatione, &
in conſi. 124. Multum diffuſè. lib. 3. & latè in conſi. 214. Viſo pun
cto eo. lib. 3. & in conſi. 147. Omiſſo. lib. 4. ex quibus patet con-
* cluſiuè iſtam eſſe * *communem* opinionem, & ad ea quæ in con-
trarium adduci poſſunt reſpondetur, ut dixi in dicto conſi. 180.
& quia hoc in caſu iſto ex abundanti dictum eſt, non fuit opus
vlterius inſiſtere, cum ſ. euidenter demonſtratum ſit, ꝙ renun-
tiatio Hippolytæ nullo modo hæreditatem Elegij complecta-
tur, & ex omnibus ſuprà dictis concludo, ꝙ dicta Hippolyta ad
ſucceſſionem Elegij, pro portione ſua admittatur: & ita ſi cauſa
eſſet mihi commiſſa, iudicarem.

EPITOME Conſi. CCCLXXX.

Primò contrafaciens actui cui appoſita eſt pœna punitur, non ſe-
cundo contrafaciens, & an ſecundo contrafaciens pœnam pe-
tere poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Pœna appoſita in contractu, non debetur ſi per aduerſam partem om-
nia non ſint obſeruata.*
2 *Pax ſi fuit facta inter duos & pœna adinuicem promiſſa, ſi alter alterũ
offendat, offenſus contraueniendo, pœnam non incurrit.*
3 *Pœna non debetur niſi liquida ſit cauſa ob quam petatur.*
4 *Contraueniens pœnam petere non poteſt.*



Onclusio ſuperius firmata per clariſſimũ con
ſultorem ſatis clara vr̃, & de plano
ꝓcedit præſuppoſito ꝙ Hieronimus actor prius cõ-
trauenerit: quo caſu primus ad pœnam agere nõ po
teſt, ut no. Bar. in l. cum pater. §. libertis. in fi. de le. 2. in l. 1. in §. cũ
arietes. ff. ſi qua. pauper Abb in c. quemadmodũ. in 3. no. de iure
iu. & iuſto caſu procedit doctrina Bar. in l. quæro. §. inter locato
1 rem. ff. loca. † vbi inquit ꝙ in oĩb. ɔ̃ctib. in quib. vltro citroq; ali-
quid promittit, ad pœnam quis non obligatur ſi per aduerſam
partem oĩa obſeruata non ſint, & ad idem tex. in l. Iulianus. §. of-
ferri. ubi Bar. ff. de act. empt. Ang. in conſi. 43. Fratres ſeruorum.
in fi. & tex. in l. cum par. §. illi. ff. de reg. iur. & tradit Cor. in cõſi.
344. In cauſa vertente. li. 1. Sed in caſu iſto prima facie difficulta
tem facit: quia, ut narratur, Baldaſar ipſe prius non impleuit lau-
dum, quia non remouit totum murũ aquarij, prout in laudo cõ-
tinetur: quo caſu ipſe vr̃ in pęnam incidiſſe: & Hieronymus po-
2 ſtea ɔ̃ueniendo aliquam pęnam incurrere non vr̃, † ex eo ꝙ do-
* cto. * *cõiter* concludunt ꝙ qñ inter duos ſit facta pax, & pęna ad-
inuicem promiſſa, ſi poſtea vnus offendit alterum, & ſic ɔ̃uenit
& fregit pacem: alter offenſus ſine metu pęnæ poteſt ɔ̃uenire; qa
ſecundus non tenetur ſeruare ɔ̃ctum illi, qui nõ obſeruauit. l. cũ
proponas. la 2. C. de pact. in c. peruenit. el 2. de iureiu. no. Bal. in d.
l. cum proponas. cum ſi. vt ibi Alex. ſcribit. & idem Abb. in c. 1.
de treu. & pa. in c. quemadmodum. in 3. no. de iureiu. Ro. in cõſ.
155. Præmiſſum laudũ, in ɔſ. 183. In caſu propoſito, & in ɔſ. 208.
In caſu propoſitæ. Et ſm iſtam ɔcluſionem quæ cõiter approba
tur, eſſet dicendum ꝙ dictus Baldaſar qui primo ɔ̃uenit, incide
rit in pęnam, non aũt dictus Hieronymus qui impune potuit
ɔ̃facere. Sed tñ his non obſtantib. vlterius cogitanti ɔ̃rium de iu-
re eſſe arbitror, videlicet ꝙ dictus Baldaſar nullo modo ad pęnã
3 petitam condemnari poſſit, ut ſ. cõcluſum fuit: † quia qui agit ad
pęnã debet agens ꝓbare ſe ex parte ſua impleuiſſe, aliàs repellit:
a quia liquida [a] debet eſſe cauſa ut pęna petatur: ita Bal. dicit in c.
1. in ti. qua. domi. ꝓprie. feu. priue. & ibi dicit ꝙ liquidiſſima dẽt
eſſe probatio in petitione pęnæ. alle. l. in teſtõ. la 1. de ɔd. & dem.
Cum ergo iſte Hieronymus tpe quo agit ad pęnam ɔ̃ueniſſet, re
pelli debet. Et ꝓ reſolutione eorũ quę ſ. in ɔ̃rium allegata ſunt,
conſiderandũ eſt ꝙ qñ vterq; ɔ̃uenit, & non ɔſtat quis prius ɔ̃fe-
cerit, neuter tenetur, ut no. Bar. in d. l. 1. §. cum arietes, & in d. l. cũ
pater §. libertis, in fi. & Abbas. in d. c. 1. de treu. & pa. aut cõſtat ꝙ
Hierony. prius ɔ̃uenerit, & clarum eſt ꝙ ipſe pęnã petere nõ p̃t,
per ea quę ſ. dixi in prin. Aut probatur ꝙ Baldaſar cõuentus pri
mo ipſe ɔ̃uenerit: & tali caſu Hieronymus impunè ɔ̃facere po-
tuit, per ea quæ ſ. in ɔ̃rium dicta ſunt Et iſto caſu licet impune ɔ̃-
facere potuerit, non tñ ad pęnã agere põt: quia non dẽt vtrunq;
conſequi: poſſe ɔ̃uenire, & etiam pęnam petere. l. reſcriptum. §.
ſi pacto. ff. de pact. & ita Alex. concludit in l. ſemel mora. ff. ſolu.
ma. poſt alios quos ibi refert. Et iſta concluſio comprobatur du-
plici ratione. Prima eſt, quia iura abſolute dicunt ꝙ ille qui con-
trauene-

ADDITIO.

a ¶ Liquida.} Supra conſil. 290. vbi dixi.

trauenerit, pęnam petere non poteſt, ut ſ. dixi. facit tex. in l. qui
fidem. ff. de tranſ. in l. cum proponas. 2. C. de pact. & in noſtra.
queſtione not. Imo. in d. l. ſemel mora. Secunda. quia ſi alter co-
a geretur pœnam ſoluere, illa eſſet loco [a] obſeruationis, ut not.
Cy. in l. petens, C. de pact. in 2. q. Bal. in d. l. cum proponas, in verſ.
cederem tamen. cum ſim. ut tradit ibi Alex. in quarta limitatio-
ne, & ita quo ad effectum iuris, ille qui ſoluit pœnam, dicitur ob
ſeruare contractum, quo caſu offenſus non poſſet cōtrauenire,
ex quo datur intelligi ꝙ primo cōtraueniente, alter poteſt alter-
natiuè pœnam petere, uel contrauenire, & ſi pœnam petat con-
trauenire non debet: quia pœna eſt loco obſeruationis. arg. l. fi.
4 ff. de præt. ſtip. † Si verò cōtraueniat, pœnam petere nō poteſt:
& ideo cum in caſu noſtro etiam ipſe Hieronymus cōtrafecerit
laudo, concludendum eſt ꝙ pœnam petere non poſſit, & ſic par
tes domini iudicis ſunt in abſoluendo dictum Baldaſarem, & in
dubio etiam in fauorem rei pronuntiandum eſt. l. Arrianus. ff. de
act. & obli. c. ex literis de proba. in l. fauorabiliores. ff. de reg. iur.
& maximè in caſu iſto in quo agit de pœna quæ odioſa eſt, & in
dubio debet interpretatio fieri vt pœna non habeat locum. l. ſi
præſes. l. interpretatione. ff. de pœ. & de pœni. diſtin. 1. & in c. pę-
næ, & caſus pœnales ſunt ſtricti iuris, & non recipiunt interpreta
tionem extenſiuam, vt not. Bal. in l. cùm proponas, C. de hære.
inſti. & ideo in pœnis, quia liquida & plena probatio requiritur,
nunquam defertur iuramentum in defectū probationis, ut not.
Bar. in l. 1. in ver. & ex hoc patet, C. de his quæ pœn. no. Et prædi-
cta præſertim in pœna conuentionali videntur procedere ex eo,
quod no. Bal. in c. 1. in uer. & ſume hic argumētū. qua. domi. pro
prie. feu. priue.

ADDITIO.

a ¶ Loco.) Bal. in l. 2. C. de iure emphy. dixi ad Philip. Deci. in d. l. cū proponas. 2.

EPITOME Conſi. CCCLXXXI.

In legato auri & argenti non comprehenditur pecunia numerata. Appellatione tamen mobilium, venit pecunia numerata, prẹter tim in legato.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia non eſt aurum vel argentum.*
2 *Verbū pecunia numerata comprehēdit omnes pecunias qualeſcunq; ſint.*
3 *Exceptio in vno caſu facta confirmat regulam in aliis.*
4 *Pecuniæ veniunt in legato mobilium.*
5 *Nomina debitorum non veniunt in legato bonorum mobilium.*
6 *Legatum mobilium an comprehendat allumina fabricata poſt mortem teſtatoris.*

VIſis his quæ accuratè & plenè dicta ſunt à cele-
berrimis doctoribus cōſulentibus in eo
rum ſententiam concurro, circa primum dubium, an
in prelegato facto filijs de auro, argento, & gemmis,
comprehendantur pecuniæ numeratæ. Breuiter concludēdum
a eſt ꝙ non, [a] ut eſt tex. in l. cùm aurum, in prin. ff. de aur. & arg. le.
& in l. Quintus. § 1. ff. eo. titu. ut ſ. dictum eſt. licèt enim pecunia
ſit de auro & argento, & tantam vtilitatem debeat habere in for
ma quantum in materia l. 1. cum glo. ff. de contrah. empt. & Bar.
in l. 2. § 1. ff. ſi cer. pe. in l. Paulus in 2. q. de ſol. cum ſim. tamen vt
dicit text. in d. l. Quintus § primo. non facile quiſquam argēti nu
mero nummos computat: quia illa indefinita diſpoſitio facta de
auro & argento, non trahitur ad pecuniam numeratā. in qua di-
uerſa ratio videtur, arg. l. quæſitum. §. illud. de lega. 3. & per Dy.
1 in rub. de reg. iur. in 6 † Et quia pecunia non eſt aurum, vel argen
tum ſimpliciter, ſed ſecundum quid arg. l. hoc legatum. de leg. 3.
& hoc maxime videtur dicendum in caſu iſto in quo teſtator vo
luit ꝙ in alio generali legato mobilium comprehendantur pecu
niæ numeratæ, ut colligitur ibi Ex bonis ipſius teſtatoris mobili-
bus tam in nominibus debitorum, quàm in pecunijs numeratis.
Ergo datur intelligi ꝙ ſub illo præcedenti legato auri & argen-
ti, non includantur pecuniæ numeratæ, quas teſtator in ſequen-
ti legato mobilium reſeruauit: quia actus qui ſequitur, declarat
voluntatem præcedentem. §. pauonū, inſti. de re. diui. & not. Bar.
in l. cætera, §. ſed & ſi parauit. de leg. 1. vbi allegat l. ſed & ī §. pin
2 de. ff. ad Mace. † Et ſub illis verbis, in pecunijs numeratis, cōprehē
dunt oēs pecunię qualeſcūq; ſint: ad hoc eſt tex. in l. ſi chorus. §.
1. de lega. 3. ubi dicit his verbis: quę mobilia mea erūt, do, lego, nū
mos repoſitos vt mutui darentur non eſſe legatos Proculus ait:
at eos quos præſidij cauſa repoſitos habet ut quibuſdam bellis ci
uilibus factitaſſent, eos legato contineri, & ſępe audiuiſſe ſe ruſti
cos ſenes ita dicentes, pecuniam ſine peculio fragilem eſſe: pecu-
lium appellantes quod præſidij cauſa reponeretur. Et ex iſto te-
xtu tres concluſiones colliguntur ad propoſitū. Prima eſt quod
in tali legato non veniunt nummi deſtinati vt mutuò dentur, &
cùm ſolum excipiantur nummi qui mutuari debent, datur intel
ligi quod omnes alii nummi qualeſcūque ſint in dicto legato in-
3 cludantur: † quia exceptio facta in vno caſu, confirmat regulam
in caſibus aliis non exceptuatis l. quæſitum. §. denique. ff. de fun.
inſt. ubi Bar. cum ſim. ut dixi in l. 1. ff. de re. iu. Secunda concluſio
eſt, ꝙ in tali legato veniunt nummi repoſiti, cauſa præſidij, & ſic
comprehenduntur nummi repoſiti in ſpecie. Et hoc confirmat:
quia (ut dixi) ſolum excipiuntur nummi qui mutuo dandi ſunt
4 ergo omnes alij remanent in legato. † Tertia concluſio eſt, quod
b in legato mobiliū veniūt pecuniæ, [b] vt ſpecialiter colligitur hic:
& idem not. Ange. per illum tex. in §. quia parū. in auth. de nup.
in uerſ. in tex. ibi, aliis mobilibus. Cum enim pecunia tractari, &
moueri poſſit meritò ſed legato mobilium comprehenditur: ut
not. per glo. in l. mouentium. per illum tex. ff. de verb. ſigni. & tra-
dit Maria. ī libello octauo. in 8. q. in tracta. de oblationib. & Spe.
in ti. de fructibus & intereſſe, in verſi. ſed pone prælatus, ubi pp
hoc infert ꝙ veniunt fructus ſeparati à ſolo, pro quibus datur
actio furti l. ſi fur. ff. de vſufru. quæ quidem actio furti non datur
niſi pro rebus mobilibus. §. quod autem inſti. de vſuca. & in tali
legato mobilium veniunt animalia, & alia ſe mouentia, vt dicit
Spe. in loco præallegato, in verſic. 3. quæritur, ut no. per glo. in l.
à diuo Pio §. in vēditione, in verbo animalia ff. de re iud. Et in ta-
li legato mobilium, licet alias nomina debitorum non cōprehen
derentur: quia pro tertia ſpecie ſeparata à mobilibus & immobi
libus proprie accipiuntur, ut not. Bar. in d. l. mouentium, & in l.
5 poteſt. de auth. tu. cum ſimilib. ut dixi in conſil. 237. † Et in termi
nis, ꝙ in legato bonorū mobilium non veniunt nomina debito-
rum, tradit Alex. in conſ. 68. Quia conſultationem hanc. li. 6. tā
in caſu iſto includuntur propter expreſſam voluntatem teſtato
ris qui diſpoſuit, & declarauit bona mobilia intelligi tam in no-
minibus debitorum quam in pecuniis numeratis. & ab iſta volū-
tate teſtatoris non eſt recedendum: quia voluntas eius totum fa
cit. l. ex facto. ff. de hære. inſt. l. cùm queſt. in fi. C. lega. cum vulga
ribus. Et pari ratione in dicto legato mobilium comprehendun
tur mercantiæ ex voluntate teſtatoris, qui diſpoſuit ꝙ nomina
debitorum exigantur & mercantiæ vendantur tàm pro ipſius Si
giſmundi, quàm pro ipſius teſtatoris filiorum vtilitate. unde ex
hoc euidenter patet ꝙ teſtator voluit vt mercantiæ in tali legato
mobilium includātur: & ideo licet alias in generali legato res væ
c nales [c] non includantur. l. 1. C. de uerb. ſig. in l. generali. §. vxori.
ff. de vſufr. leg. & no. Bar. in l. diuus. ff. de bo. dam. cum ſi. tamen
qū contrarium apparet de voluntate teſtatoris, etiam res vena-
les comprehenduntur in legato, vt eſt tex. in l. ſeruos. §. fi. de leg.
3. ubi ſerui venales in legato non veniunt, niſi euidens fuerit vo-
luntas teſtatoris ꝙ in legato veniant, prout in caſu iſto contin-
git: & ideo propter voluntatem teſtatoris concludendum eſt, ꝙ
6 in tali legato mobilium etiam mercantię includantur. † Vltimò
dubitatur an in tali legato mobilium, veniant allumina fabricata
poſt mortem teſtatoris Et dubium facit: quia teſtator retulit ſe
ad bona mobilia, quæ tpe obitus ipſius teſtatoris reperirentur.
Et certè ſi iſta verba de ſe ſimpliciter deberent conſiderari, intel
ligerentur de mobilibus quæ extarent tempore mortis & poſ-
ſent uideri & tangi. unde inuentarium tutoris dicitur reperto-
rium eorum quæ reperiuntur in hæreditate. l. tutor qui reper-
torium. ff. de admini. tuto. & reperta dicuntur inſtrumenta quę
extant & exhibentur. l. ſub prætextu. C. de tranſa. vnde iſta verba
non conueniunt nec adaptari poſſunt alluminibus quæ non erāt
tempore mortis teſtatoris: quia ꝙ non eſt, reperiri non poteſt.
arg. l. ſeruum. ff. de act. empt. Sed tamen his non obſtantibus, con
trariū in caſu iſto de iure eſſe arbitror, ut ſuprà à præclariſſimis
conſultoribus. late concluſum fuit. & clariſſimum videtur illud
fundamentum: quia verba ſ. ponderata in contrarium, nō ſunt
prolata ſimpliciter ſed ſecundum quid: quia dictum eſt de mobi
libus quæ reperirētur tempore mortis teſtatoris in nominibus
debitorum. & iſtud nomen debitoris quo mediante poſt mortē
fabricata fuerunt allumina, erat tempore mortis: & hoc ſufficit
quia in legato mobilium, ut ſuprà dictum eſt, veniunt nomina
debitorum: quia teſtator ita diſpoſuit. Et iſta concluſio confir-
mata fuit ſupra ex eo quod not. Paul. de Caſt. in l. procuratoris.
§. non autem, poſt Bald. ibi. ff. de tribu. Et quod tradit idem Paul.
de Caſt. in l. quam Tuberonis. §. in peculio. ff. de peculio. Indu-
citur

ADDITIONES.

a ¶ Quod non.) Idē And. Alci. in l. ſingularia. ſi cert. pet. And. Tira. tract. de retrac. proximi. §. 1. glo. 20. niſi propter alium vſum loquendi: ut apud Gallos in lingua Gallica.

b ¶ Pecuniæ.) Idem Decius infra conſi 472. nu. 7. & in l. ſingularia. nu. 21. quamuis Alc. ibi contra & malè, ut ibi dixi ad Decium, adde latè do. And. Tiraq. in tract. de retract. proximit. §. 1. gl. 7. nu. 102.

c ¶ Venales.) Imo veniunt niſi diſpoſitio reſtringatur ad res exiſtentes in certo loco. ut dixi ad eundem Dec. in l. 2. nume. 18. de reg. iur.

citur etiam quod not. Dom. in cap. 2. in princip. de reb. eccle. non alie. in 6. post Fede. in consi. 12. Fratres prædicatores. Quibus omnibus addo primo ꝙ illud ius conductionis quod testatori competebat in dicto legato mobilium comprehenditur: quia erat nomen debitoris: & in terminis de iure conductionis Alex. scribit in consi. 59. Visis verbis. in prin. lib. 6. ubi concludit ꝙ etiam si conductio facta sit ad modicum tempus, illud ius conductionis, & actio, & obligatio, quæ competit pro tali conductione venit appellatione bonorum. l. bonorum appellatio. §. in bonis. l. princeps bona. ff. de verb. sign. & per Bar. in l. Quintus. §. argento. ff. de aur. & arg. leg. & licet Alex. loquatur in appellatione bonorum simpliciter, idem tamen est in casu isto in appellatione bonorũ mobilium ex quo veniunt nomina debitorum, vt supra dictum est. Secundo pro ista conclusione bene facit, quia allumina post mortem testatoris fabricata fuerunt virtute conductionis & iuris quod testatori tempore mortis eius competebat, ideo ad tẽpus mortis referri debent: quia quando finis habet necessariam consequentiam ad principium, attenditur principium. l. 3. §. scio. ubi glo. ff. de mino. l. damni infecti. §. sabini. ff. de dam. infect. Tertiò facit quod no. Bal. in l. 1. C. de nundi. ubi inquit, ꝙ si de rebus emptis in nundinis non soluitur gabella, si res emptæ sunt in nundinis & post nundinas extrahuntur, gabella non soluitur. Quartò & ultimo accedat quod not. voluit Ang. in l. si possessor. ff. de peti. hæredi. in ver. redactæ. ubi concludit, ꝙ si iudex ex forma statuti debet habere certam partem cõdemnationum & exactionum, & vnus condemnauit, alius iudex executionem fecit, illud lucrum debetur primo officiali qui condemnauit: quia illa exactio trahitur retro, sicut quando finis trahitur ad principium si ab eo necessariam habet consequentiam. d. l. 3. § scio. Et ita ex omnibus prædictis ut s. conclusum est, de subscriptione requisitus.

EPITOME Consi. CCCLXXXII.

Pater & filij in eadem oratione substituti, pro una tantum parte uocati censentur: dummodò in ea non sit apposita dictio aliud indicans, aut si de mente testatoris aliter appareret, quia tunc in viriles admitterentur.

SUMMARIUM.

1 *Nominati propriis nominibus in testamento admituntur pro virili.*
2 *Verbum, æquè, appositum in institutione facit ut instituti sint vocati pro virili.*
3 *Distributiuum facit ut singuli habeantur pro nominatis & expressis.*
4 *Argumentum à ratione expressa validum est.*
5 *Nomen appellatiuum filiorum quod præcedit nominationem factam propriis nominibus attendi debet.*
6 *Dictio. quisquis. attribuit actum unicuique insolidum.*

VErba testamenti de quo agitur, dicunt ꝙ bona deueniãt & deuoluãtur ad Magnificum dominũ Vlixem de Magnano, & ad eius filios legitimos & naturales: uidelicet dominum Matthæum, Vrsinum, Danesium, Gabrielem, & ad Ioannem Corradum nepotem dicti domini Vlixis. His verbis stantibus quæritur, quam portionem in dictis bonis debeat habere Magnificus dominus Io. Corradus vltimò nominatus: ut aliàs dixi.[a] verba prædicta triplicem possũt habere intellectum. Primus, ꝙ admittatur pro uirili ad sextã partem: quia sunt sex nominati proprijs nominibus. Secundus intellectus, ꝙ vocatus sit pro tertia parte, & dominus Vlixes pro alia tertia parte. Tertius intellectus accomodari potest, ꝙ dominus Vlixes cum filijs succedat pro parte dimidia, & pro altera parte dimidia dictus Ioan. Corradus admittatur: & iste ultimus intellectus aliàs magis placuit: quia pro isto intellectu uidetur casus in l. fi. C. de impu. & aliis substi. ubi in secunda quæstione dicitur: Si quis ita hæredem scripserit: Titius una cum filiis suis & Sempronius hæredes mihi sunto. ꝙ Titius cum filiis debet habere dimidiã partem, & alteram dimidiam Sempronius. Cum ergo in casu nostro dictum sit quòd bona deueniãt ad dominum Vlixem eiusq; filios legitimos & naturales & Io. Corradum nepotem dicti domini Vlixis, uidetur ꝙ restitutio fieri debeat domino Vlixi eiusque filiis pro dimidia, & dicto Ioan. Corrado pro altera dimidia: per illum tex. in d. l. fi. ubi uidetur casus, & per rationem quæ ibi allegatur: quia patet cum filijs pro eadem persona reputatur. Nõ obst. ꝙ in d. l. fi. dicatur cum filiis, & in casu isto dicitur eiusque filios: quia non est differentia an dicatur illi & illi cum Meuio, an illi & illi & Meuio, ut dicit tex. in l. si quis Titio. in fi. ff. de usuf. ac. in l. Titiæ textores. §. nihil differt. de legat. 1. in l. illi cum illo. ff. de usufr. leg. in l. si quis inquilinos. §. si ita legatum. de lega. 1. Similiter in d. l. fi. nihil facit quod dicitur, una: quia etiam absq; illa dictione idem esset, ut glo. ibi & doct. dicunt. & de his latius patet in cõ si. 320. incip. Dum legerem Paduæ & secundum istam conclusionem ꝙ dominus Ioan. Corradus consequatur partem dimidiam dictorum bonorum, Romæ, ut intelligo à doctoribus excellentissimis, & consummatissimis iudicatum fuit. Nunc uero consilium meum à quibusdam reuocatur in dubium, & sunt nonnulli qui tenent ꝙ tex. in d. l. final. non videtur procedere in casu isto: quia illa lex loquitur quando pater fuit nominatus cum filijs sub nomine appellatiuo simpliciter, sed in casu isto nomina propria filiorum exprimuntur, ibi, filios legitimos & naturales, uidelicet
1 dominum Matthæum, Vrsinum, Danesium, Gabrielem, † quo casu nominati proprijs nominibus, quilibet pro uirili admittitur. l. nonnunquam. ff. ad Treb. ubi gl. l. ita liber. §. Labeo. ff. de sta. lib. cum simi. in consi. allegatis. Nec obst. ꝙ in isto casu cum nominibus proprijs cõcurrit nomen appellatiuum, quod præcedit, quo casu attenditur nomen appellatiuum quando præponitur. l. si cõmunis seruus ita stipuletur. in fi. de stipul. seruo. cum si. in consi. allega. & attento nomine appellatiuo oẽs habentur pro uno. l. interdum. in prin. ff. de hær. insti. cum si. quia isti respondent & dicunt ꝙ in isto casu nomini appellatiuo uidetur derogari per expressionem factam de proprijs nominibus, & hoc secundum eos probatur per l. interdum præalleg. vbi si dicatur, primus & fratris mei filij hęredes sunto: filij fratris pro uno habentur, & habent dimidiam, & primus alteram dimidiam si tamẽ dicatur primus, & filij fratris mei æque hæredes sint, filij fratris ueniunt in
2 uirili propter illam dictionem æquè, † quæ facit haberi pro nominatis, ut dicit Pau. de Cast. in d. l. fi. ergo multo fortius quando propria nomina sunt expressa, debent admitti pro uirili: quia nõ debet plus operari fictio, quam veritas. l. filio quem pater. de libe. & posthu. quia si propter dictionem æque, habentur pro nominatis: & propter hoc singuli æqualiter succedunt: à fortiori uidetur hoc dicendum quando uere & expresse nominati sunt. & hoc idem ab eis confirmatur: quia si dicatur quisquis mihi hæres erit, & Titius sit hæres filio meo: illi hæredes non habentur ꝑ uno sed pro pluribus, & singuli in virilem succedunt cum Titio: quia habentur pro nominatis ratione illus distributiui. quisquis. d. l. fi. vbi Bar. & doct. idem ergo uidetur dicendum in casu isto à fortiori, quia non habẽtur pro nominatis, ut in suprà dictis casibus, sed expresse sunt nominati. Et in dictis casibus nomen collectiuũ habetur pro non expresso: & prinde habetur ac si nomẽ proprium duntaxat expressum fuisset, quia quando distributiuum exprimitur cum nomine collectiuo, illud habetur pro non apposito, qđ patet: qa qñ aliquid ꝑmittit annuatim sub expressa dinumeratione annorũ, quot sunt anni, tot sunt stipulationes. l. pluribus. §. j. ff. de uerb. obl. & ibi no. & tamen si promittitur singulis annis, & sic per distributiuum stipulatio est una. l. Stichum. §. 1. ff. de uer. obli.
3 & Bar. ibi opp. † quia ex natura distributiui singula habentur pro expressis & nominatis. d. l. fi. C. de impu. Bar. non solum sed Alex. ibi, Bal. Imo. & Rom. respondet & dicit ꝙ uerum est, ꝙ propter distributiuũ stipulatio censetur multiplex, s. respectu præstationum: quia plures debent fieri præstationes. Sed quantum ad uerborum conceptionem, una dicitur stipulatio, & conclusio est in effectu: ꝙ sicut propter distributiuum quando dicitur quisquis mihi hæres erit; habentur hæredes pro nominatis & ueniunt in uiriles: pariter idem dicendum est in casu nostro, propter expressam personarum nominationem. arg. d. l. filio quem pater. ut supra dictum est. Non obst. d. l. si communis seruus ita stipuletur, in fi. ubi attenditur nomen appellatiuum quod præcedit, quia distinctio illa non videtur procedere ubi agitur de pluralitate rerum, uel personarum, & de effectu, qui immediate sequitur ex illa nominatione rerum uel personarum: quia specialis vel singularis expressio nominum de qua agitur, consideratur siue præcedat nomen appellatiuum vel collectiuum, siue sequatur. unde licet qñ ꝑmittitur vel legatur familia seruorũ, uel octo serui sint promissi vel legati, stipulatio sit vna, & legatum sit vnum. l. scire debemus, de uer. ob. l. si ex toto. § fi. de leg. j. Si tñ quis ꝑmitteret octo seruos vel familiã, videlicet talem & talem, exprimendo nomina omnium, absq; dubio videtur ꝙ essent plures stipulationes, quãmis nomen collectiuum præcedat, quia una cõceptio, q̃ poterat resultare ex nomine collectiuo uel appellatiuo præcedenti, resoluta est in plures, idcirco dicuntur esse plures stipulationes. s. d. l. scire. sicut dicitur de pluralitate quæ resoluitur in singularitates. l. falsa. §. fi. de condi. & dem. Nec quantũ ad hoc ꝯriũ dr̃ in d. l. si cõis seruus. §. fi. & in l. nonnunquam. ff. ad Treb. Sed potius idẽ quia in illis casibus domini & hæredes considerantur ut plures, & stipulatio

ADDITIO.

a ¶ Dixi) Suprà consi. 420. & aduerte, ꝙ ut liquet ex fine huius consilij, iste Corradus non erat nepos ex filio sed ex fratre Vlixis. Et sic Decius bene consuluit per d. l. ulti. alias male consuluisset per eandem legem.

pulatio nō est vna:sed tot dicuntur stipulationes quot sunt dñi.l.1.§ si cōmunis seruus. Et expressio nominis appellatiui quæ præcedit in illis casibus,non operatur quominus personæ nominatæ habeantur pro pluribus,& ut plures considerari debent cum qualitate tamen expressa:& sic quod dicatur seruus stipulatus pluribus veluti dominis,& ꝙ plures tanquam hæredes grauati dicantur.& ibi attenditur qualitas quoad effectum qui pendet ab illa, sicut est ꝙ acquiratur pro portionibus dominicis:& ꝙ unus dicatur grauatus pro portionibus hæreditarijs:& sic ut qualificet partes,& ut illas minuat vel augeat in substantia,sed non in numero & quantum ad hoc ut habeantur nominati pro una persona:& ꝙ portiones ad numerum diminuantur hoc non operatur nomen appellatiuum præcedens: & de tali effectu agitur in isto casu, in quo quot sunt personæ nominatæ,tot debent esse portiones.Nō ob.l.fi.C.de impube.quia loquitur quando filij vocati sunt collectiuè,& non uidetur habere locum quando sunt nominatim vocati cum alio in eadem oratione,ut in casu nostro ꝯtingit.Et hoc ultimo comprobari uidetur ex præsumpta uoluntate testatoris: quia cum à testatore nominatim uocatus fuerit dominus Ioan. Corradus expresso nomine proprio, videtur uocatus pro virili. d.l.si communis seruus.& d.l. nonnūquam. pariter idem videtur dicendum de filijs domini Vlixis,de quibus sub vna & eadem determinatione loquitur:arg.l.quamuis.C.de impu.& in l.iam hoc iure.ff.de uul.& pu.Et ad idē facit:quia si filij domini Vlixis cum patre simul pro una parte admitterent,& dominus Io Corradus nepos domini Vlixis ex fratre pro alia dimidia,esset longè melioris conditionis nepos ex fratre qui est remotior,quàm essent filij dñi Vlixis, qui sunt proximiores: quod non uidetur dicendum. arg.l.si uiua matre.C.de bon.mat.& ideo propter uoluntatem testatoris,quæ in primis attenditur.l.in conditionibus primum locum.ff.de condi.& dem. uidetur concludendum,ꝙ omnes virili ter uocati sint:& istæ sunt rationes quibus isti opinionem meam oppugnare conantur,moti, ut puto, non studio contradicendi, nec pro lucro sed zelo veritatis indagandæ:& ideo si rationes suprà dictæ essent apud me efficaces,non erubescerem mutare sententiam,prout quandoq; maximi doctores fecerunt.Sed quia rationes quæ suprà inducuntur leues & omnino à casu nostro alienæ videntur:illis nullo modo obstantibus, puto me aliàs pro veritate & iustitia consuluisse.Tunc enim requisitus à Reuereñ.domino Cardinali de Vrsinis scripsi breuiter & conclusiue: quia inter partes de concordia & compositione (ut mihi tunc relatum fuit) tractabatur.Nunc vero uisa istorum contradictione, expedit magis diligenter rem perscrutari.Dico ergo prout aliàs dixi; quòd Magnifi. dominus Io. Corradus omnino ꝓ parte dimidia debet admitti:per text.in d.l.fi.C.de impubi est casus qui cauillari
a non potest & dico illum text.procedere dato [a] ꝙ filij nominati sunt proprijs nominibus. Et hoc probatur efficaciter inducendo illum tex.subtiliter.Primo,quia testator ibi scripsit hæredes hoc modo:Titius una cū filijs suis,& Sempronius hæredes mihi sint. ibi ergo Titius & Sempronius qui nominati sunt proprijs nominibus debuissent pro uirili admitti, iuxta dictam l. nonnunquam. cum si.& tamen Titius cum filijs habet unam dimidiam & Sempronius alteram dimidiam: ergo patet ibi ꝙ illa decisio, ꝙ pater & filij pro una persona habentur,procedit non obstante expressione proprij nominis.Et hoc idem secundo comprobatur per rationem quæ ibi in tex.assignatur: quia natura pater & filius eadē persona reputatur:certe ista ratio pariter videtur procedere, da-
4 to, quòd filij proprijs nominibus nominati sunt.† Valet.n.argumentum à ratione expressa.glo.nō.in auth.ut hi qui oblig.§.1.in verbo, ad curationem notat.Bald.in authen.quas actiones.C.de sac.san.ec. facit tex.in l.his solis.C.de reuo.do. & hoc ꝓcedit etin materia pœnali,ut no. Alex.in l.cum mulier.ff.sol ma.in 5.not.& Dom.in c.si ciuitas.§.1.de sent.excom.in 6.Tertiò ad idem facit: quia illa regula quæ habet ꝙ uocati proprijs nominibus ueniant in uiriles d.l.nonnūquam,cum si.est generalis,& dispositio.d.l.fi. est specialis in patre nominato cum filijs:ergo illa quæ est specialis attendi debet,ut in regula,generi per speciem.de regu.iu.in 6. Nam quando leges sunt generales,illa quæ est minus generalis ꝓ specie reputatur.ut not.Dyn.in d.regula generi.& Barto.in l.1.§. hoc autem interdictum.de ope.nou.nun.Et si leges sint speciales, illa quæ specialior sit attēditur: quia indiuidua derogant speciei, ut not.Bal.in l.hac consultissima.C.qui testa.fac.poss. & paruum genus magno generi derogat, vt Bald. dicit in l. executorem. in ver.redeo ad materiam propriam.C.execu.rei iud. & ibi ēt concludit ꝙ illa qualitas quę paucioribus competit,facit dispositio-
5 nem magis specialē.† Quartò accedit:quia licet filij proprijs nominibus nominati sint, tñ nomē appellatiuum filiorū præcedit: quo casu illud attenditur & præualere debet.d.l.si communis seruus in fi cum simili.in consilijs allegatis. Et ista conclusio omnino uidetur in casu isto procedere, in quo cum nomine appellatiuo concurrit illa qualitas specialis patris cum filijs, qui cum patre pro uno reputantur:& huic rationi non derogatur, licet propria nomina filiorum exprimantur, ut suprà dictum est.& suprà dicta maximè uidentur habere locum in isto casu ubi propria nomina filiorum declaratiuè exprimuntur, non per viam principalis dispositionis,ut patet ibi dum dicitur:filios legitimos & naturales,uidelicet dominū Matthæum &c. verbum enim uidelicet, hic declaratiuè ponitur & non restrictiuè, cum omnes filij nominati sint,& exprimitur quod tacite intelligebatur, ideo declaratiue ponitur.ad hoc facit tex.in cap.ex literis, de proba ibi videlicet actoris & rei.& nō ibi Arc.ad idem tex.cum gl.in cle.causam in verbo.de elect.& qui declarat nihil noui facit.l.hæredes palā. §.si quid post. ff. de test.ergo vr̄ quod talis expressio de proprijs nominibus facta per modum declarationis non attendatur:quia nomina propria tali casu demonstratiuè posita sunt,ut probatur in d.l.si communis seruus.in fi ff.de stipu.ser. & hoc indubitanter vr̄ dicendum:quia omnes filij domini Vlixis sunt nominati,ut dixi aliud fortè esset,si aliqui tantum essent nominati: quia tunc illa dictio.videlicet.staret restrictiuè:sed in casu isto declaratiuè ponitur:ut probatur in iuribus,s.alleg.facit tex.in capi.nouimus. de ver.sig.l.filio quem pater.ff.de lib.& posthum.in l.uidelicet.ff.ex quib.cau.ma.in c.transmissæ.de eo qui cog.consan.vxo.in c.2.de priui.in 6 in c.Romana.in §.caueat.in prin.ubi Domi.de sen.exc. in 6.Et ex prædictis responsio ad omnia allegata s̄ in contrarium colligitur.sed ad maiorem declarationem respondetur specialiter. Et primo non ob.regula quæ habet, ꝙ nominati proprijs nominibus admittuntur in viriles,ut suprà arguitur.d.l.nonnunquā quia illa regula non uidetur habere locum in casu isto quādo nominatus est pater cum filijs,prout est casus in d.l.fi. C.de impub. inducendo ut s.dixi:quia vt patet ibi nominati sunt Titius & Sēpronius & tamen non admittūtur in uiriles: quia Titius pater cū filijs pro parte dimidia vocati sunt,quia pro uno habent,& Sempronius pro alia dimidia admittitur.Et hoc comprobatur per rationem quæ ibi allegatur,quæ est generalis:& uidetur procedere dato ꝙ filij proprijs nominibus nominati sint:& quia illa dispositio d.l.fi. videtur magis specialis quæ derogat generi,ut s.dixi,& quia nomen appellatiuum præcedit in casu isto,quod præualere uidetur.d.l.communis seruus.in fi. maxime in casu isto in quo ꝑ modum declarationis nomina propria filiorum exprimuntur,ut s.dictum est. & ex his concludendum vr̄, ꝙ nomini appellatiuo filiorum cum patre nullo modo vr̄ derogari per expressionem factam de proprijs nominibus filiorum.Non ob.alia similia quæ s. in contrarium adducuntur: quia ueniunt a remotis. & primo non obst.successiue dum inducitur text. in l.interdum.ubi illa dictio.æquè.facit ꝙ filij fratris æqualiter pro uirili admittātur:quia ibi apparet de uoluntate testatoris,ut text. ibi dicit propter illam dictionem. æque. sed ista declaratio voluntatis non habetur ex eo ꝙ filij nominati nomine appellatiuo sint nominati etiam proprijs nominibus;quia præualet prior nominatio facta nomine appellatiuo,ut suprà dixi,& maxime,quia nominatio facta nominibus proprijs uidetur facta per modum declarationis:& quia cum nomine appellatiuo filiorum est nominatus pater, qui cum filijs pro uno habetur.& ista ratio militat dato ꝙ filij nomine proprio
6 nominati sint,vt suprà dictum fuit.† Et his modis respondet ad illud quod dr̄ de illa dictione.quisquis.quia illa attribuit actum unicuique in solidum:quia in casu isto non est illa dictio, quisquis.quę de sui natura attribuit actum in solidum. Non ob. dum arguitur quòd in dictis casibus filij pro nominatis habentur:ergo à fortiori in casu nostro idem dicendum est, in quo expresse sunt nominati proprijs nominibus.arg. l. filio quem pater. quia respondetur,ꝙ in dictis casibus habentur filij pro nominatis,vt admittantur pro virili, quia constat de uoluntate testatoris propter illam dictionem æque,& dictionem.quisquis.& ista declaratio uoluntatis non habetur ex simplici nominatione facta proprijs nominibus,maxime in casu isto,in quo nominatio facta per propria nomina est facta per modum declarationis,præcedente nomine appelatiuo,& in casu speciali de quo agitur quando nominatus fuit pater cum filijs,per s.dicta.Non obst.successiue dum dicit,si quis promitteret familiam exprimendo nomina propria seruorum, uidelicet talem, & talem, videntur esse tot stipulationes, quot sunt serui nominati:quamuis nomen appellatiuum familiæ præcedat.quia in tali casu ꝯsiderandū est an plures conceptiones verborum factæ sint,& erunt plures stipulationes,ut no.d.l.scire debemus de uer. obli. si uerò una conceptio uerborum hoc modo, promittis familiam: uidelicet nominando omnes de familia, esset una stipulatio:quia verbum illud. videlicet.staret declaratiue, prout in casu nostro dictum est: & de quæstione nostra est casus. in d.l.

ADDITIO.

a ¶ Dato.] Et in hoc bene sed aduertendum,in illo tex.uis est in duplici conceptione coniunctione:secus si filij fuissent eque principaliter coniuncti, tunc fuissent æquales patri & Sempronio.

in d.l.fin.de impu. inducendo vt s.dixi.vnde in prædictis non est instandum, quia veniunt à remotis. Vltimo non obst. ꝙ dicitur de voluntate testatoris, quia de tali voluntate nõ constat, & non est verum ꝙ Dom.Ioan. Corradus vocatus sit pro virili, ex eo ꝙ nomen proprium expressum sit: quia contrarium probatur in d.l.fi. vbi Sempronius est nominatus nomine proprio, & tamen non admittitur viriliter sed pro dimidia: quia pater cũ filijs pro vna parte vocati sunt: & ita ibi videtur casus huius quæstionis. Non obst. quod dominus Io. Corradus nepos ex fratre Vlixis videtur remotior quam sint filij Vlixis: quia verum est quantum ad Vlixem, de cuius hæreditate non agitur, secus quo ad testatorem de cuius hæreditate agitur. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. quantum enim ad testatorem Vlixes & pater Io. Corradi erant pares: ideo vocauit dominum Vlixem cum filijs pro vna dimidia, & dom. Io. Corradum filium alterius fratris pro altera dimidia, cogitans ꝙ filius fratris intraret locum patris. §. cum filius. insti. de hære. quæ ab intesta. Et istam considerationem videtur testator
a habuisse, quia in dubio videtur velle [a] illud quod à iure disponitur, ut not Bald. in l. 2. in fi. C. de condi. inser. in l. precibus. char. fi. C. de impube. no. in l. si duo. ff. de acq. hær. vbi Bal. in 2. no. & tradit Pau. de Cast. in l. fi. per illum tex. C. de ver. sig. Et hoc clarum est, & videtur constare in casu isto in quo testator vocauit dñm Vlixem cũ filijs, & dictum do. Io. Corradũ natum ex fratre dñi Vlixis. unde in claris non est opus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. de ver. obli. Et remotis omnibus s. allegatis, in ꝯrium, liquido constat me pro veritate & iustitia cõsuluisse, quia est casus in d.l.fi. qui tergiuersari non potest considerando, & inducendo, vt supra dictum fuit, ad laudem Dei omnipotentis. Amen.

ADDITIO.

a ¶ Velle.) Supra consi. 257. vbi dixi.

EPITOME Consi. CCCLXXXIII.

Dictante statuto Florentino quòd extantibus filijs masculis naturalibus, & legitimis, & nepotibus ex fratre, filiæ non admittantur ad patris successionem: per filium legitimatum, aut pronepotes qui non succedunt, nequaquam excluduntur filiæ, & fœminæ ab intestato vel facto testamento.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus ab intestato non habet excludere fœminas, vigore statuti quòd stantibus masculis fœminæ non succedant.*

2 *Statutum quòd stantibus masculis fœminæ non succedant, an locum habeat in filio legitimato instituto hærede.*

3 *Stante statuto quòd filii masculi excludant filias, an habeat locum in nepotibus.*

4 *Filius masculus uigore statuti ita demum excludit fœminas, si succedat, aliter non.*

5 *Filia exclusa à statuto, dicitur exhæredata.*

VIso Puncto qui longo apparatu proponitur, & diligenter perscrutatis verbis statuti, & testamento Raynerij de Deis, in quibus tota vis consistit, studendo breuitati solito more meo videndum est an filię dicti Raynerij excludantur ab eius hæreditate, & in tali exclusione tres casus considerari possint. Primus, an abintestato. Secundus, an ex testamento in quo Petrus filius legitimatus institutus fuit, excludantur. Tertius erit casus, an propter filios fratris testatoris
1 prohibeantur succedere vigore statuti. † Circa primum casum de successione ab intestato res clara videtur, quod legitimatus non habeat prærogatiuam statuti, vt debeat filias excludere, vt in terminis concludit Anto. de But. in cap. per venerabilem. in pen. char. vbi loquitur de effectu legitimationis. in ver. sed posset esse dubium. & ibi dicit quod tale statutum non intelligitur de filijs legitimatis per rescriptum, prout agitur in isto casu, licet secus dicat si sit legitimatus ex matrimonio subsequenti, vt in c. tanta. qui filij sint legitim. & istam opinionem approbat Pau. de Cast. in consil. 223. Super eo quod primo loco quæritur. in fin. & in l. cum acutissimi. C. de fideic. in l. fi. C. de his qui ve. æta. impe. idem Fulg. in consi. 62. Stante statuto ciuitatis Veronæ. cum sim. vt late tradit Francisc. de Curt. in consil. 73. Super memorata. in 5. char. in versi. transeamus modo ad tertiam dubitationem. & in consi. 16. Clarus uir. & idem sequitur & comprobat Socin. in consil. 246. Eleganter & subtiliter. & alias ita consului Florentiæ vna cum primarijs doctoribus Florentinis, vt patet in cõsi. meo. 52. Viso eleganti consi. Et quamuis hoc possit reuocari in dubium: quia ple-
a rique doct. [a] contrarium dicunt, tamen ista dubitatio in terminis statuti Florentini cessat propter verba statuti, quæ vlterius procedẽdo expresse dicunt, quod statutum intelligatur de filijs legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio natis. quo casu cũ appareat de mente statuti, indubitanter concludendum est, ꝙ prædictæ filiæ à Petro filio legitimato non excluduntur: nam et dato ꝙ esset legitimatus ex matrimonio subsequenti, verba statuti non verificantur quæ de natis ex legitimo matrimonio loquuntur: ut no. Bal. in l. filium. in secunda lectura, in primo not. ff. de his qui sunt sui uel alieni iur. Et sic in isto primo casu res clarissima est ꝙ ab intestato dictæ filiæ nõ debent priuari successione paterna. Sed quia de isto casu non agitur, quia Raynerius pater fecit testamentum: ideo videndum est de secundo casu: an stante testamento in quo Petrus legitimatus institutus fuit, & filiabus dotes reliquit, debeant filiæ acquiescere testamento patris, ita ut contrauenire non possint. Et prima facie uidebatur dicendum ꝙ testamentum debeat obseruari ut uerba sonant, & filiæ conqueri non possint propter statutum in quo disponitur, ꝙ si pater testatus decessit & aliquid reliquerit quouis titulo mulieri, debeat esse contenta, & plus nullo modo petere possit. A uerbis enim statuti quæ clara sunt non uidetur recedendum. l. quod constitutum. ff. de testa. milit. ubi Bart. Et cum expresse in statuto dicatur, quouis titulo, remota uidetur dubitatio quæ fieri solet, utrum debeat in tali casu relinqui filiæ titulo insti. de quo Alex.
2 scribit in l. fin. §. in computatione. C. de iure delib. † Sed breuiter contrarium vr̃ dicendum de iure ꝙ filiæ à prædicto statuto non excluduntur: quia statutum loquitur in eo qui sit testatus relicto filio masculo legitimo & naturali: & hoc intelligitur ꝙ natus sit ex legitimo matrimonio vt statutum inferius expresse dicit: vnde patet quòd tale statutum non habet locum in eo qui testatus sit relicto filio masculo legitimato, prout in casu isto contingit: quia qualitas requisita à statuto non concurrit iuxta no. per Bar. in l. 1. §. ait prætor. ff. ne quid in flu. pub. facit quod no. Io. An. in c. 1. de homi. in 6 & in tali statuto no. Bart. in consi. 31. Quidam decessit intestatus. in fi. vbi concludit ꝙ si filia dotata excluditur, illa quæ non sit dotata, exclusa non videtur. & idem no. Bald. in l. si plures, in versi. iuxta prædicta formatur talis quæstio. in fin. C. de condi. inser. vbi inquit, ꝙ si non sit dotata, est casus omissus à statuto: & remanet in dispositione iuris cõmunis. & idem concludit Pau. de Cast. in consi. 108. Super eo de quo quæritur. dicens ꝙ cum statutum loquatur cum ista qualitate ꝙ dotata sit, cessante tali qualitate non habet locum statum. allegat l. Fulcinius. §. cum autem. ff. ex quib. cau. in poss. ea. & idem tradit Ro. in consi. 542. Vt decisionem, in prin ideo in casu nostro cum statutum loquatur in eo qui testatus decessit relicto filio masculo ex legitimo matrimonio, in filio legitimato remanet casus omissus in dispositione iuris cõmunis, & sic per Petrum filium legitimatum filiæ prędictæ non excluduntur ab intestato nec facto testamento: unde cum sint præteritæ in effectu in tali testamento, testamentum videtur nullum. §. 1 insti. de exhær. lib. & in l. inter cætera. ff. de libe. & posthu. & licet aliquid relictum sit filiæ alio titulo quam institutionis, dicitur pręterita, & testamentum est nullum: quia non fuit relictum titulo institutionis: prout requiritur. §. aliud quoque capitulum. in Authen. ut cum de ap. cogno. & not. Angel. in consi 94 Pro parte negatiua. in consi. 136. In quæstione uertente. Cuma. in consil. 126. Visa copia. Romanus in consi. 516. In casu propositæ cum simi. ut dixi in consi. 105. Et huic conclusioni non obst. statutum ꝙ quouis titulo relinqui possit: quia habet locum in casu suo, vt s. dixi: videlicet in eo qui testatus sit relicto filio masculo nato ex legitimo matrimonio: secus uidetur in filio legitimato de quo agitur: quia iste casus omissus remanet in dispositione iuris communis. l. si cum dotem. in prin. ff. sol. matr. & in l. si extraneus. ff. de cõdi. cau. da. Et de iure communi filiæ quæ non sunt institutæ reddunt testamentum nullum per s. dicta. ex quibus patet quod s. dictæ filiæ per dictum Petrum legitimatum in primo casu ab intestato, nec in secũdo casu facto testamento non
3 excluduntur. † Superest tertius casus in quo videtur difficultas, an filii fratris qui sunt ex legitimo matrimonio nati excludant filias dicti Raynerij. Et primo motu videbatur dicendum ꝙ sic, propter uerba statuti quæ excludunt fœminas existentibus nepotibus ex fratre. Et ista conclusio de plano procederet, si tales nepotes ex fratre ipsi succederent ex testamento vel ab intestato. Sed in casu isto difficultatem facit: quia dicti nepotes non succedunt facto testatoris, qui filium suum Petrũ legitimatum hæredem substituit: vnde videndũ est an dicti nepotes qui non succedunt, excludant tñ filias Raynerij & impediant illas succedere, & pri-

ADDITIO.

a ¶ Doct.) Bald. l. eam quam. l. cum acutissimi. C. de fideicom. Et alii [redacted]

& prima facie videretur dicendũ ꝙ sic: quia statutum loquitur cum ablatiuis absolutis, vt colligitur ibi, Existentibus ex defuncta persona aliquo filio &c. & ibi, Aut nepote ex fratre carnali &c. & tales ablatiui faciunt cõditionem. l. à testatore. de condi. & dem. vbi Bart. & no. Cald. in consi. 1. in tit. de verb. sig. & talis conditio expressa dicitur, vt not. Bar. in l. 1. de cond. & demon. & ideo verba statuti resoluuntur hoc modo, ꝙ filiæ excludantur si extarent nepotes ex fratre: & talis conditio videtur impleta extantibus simpliciter dictis nepotibus, dato ꝙ ipsi non succederent, vt est tex. in l. filiusfa. §. cum quis. de leg. 1. vbi rogatus restituere per fideicõmissum sub ista conditione, si decesserit sine liberis, existentibus liberis deficit fideicommissum, dato quòd liberi non succedant. Et ratio videtur secundum Bart. in d. §. cum quis. post Cyn. quem ibi refert: quia in conditionibus consideratur factum simpliciter. l. qui hæredi. in prin. l. Mæuius. de condi. & dem. ideo satis est quòd conditio impleta sit, ut verba sonant. Pariter ergo in casu nostro cõcludendum videtur, quòd nepotes ex fratre si extent & superstint simpliciter dato quòd ipsi nõ succedant, tamen videntur filios excludere: quia satis est quòd conditio in facto verificata sit. Secundo hoc idem probari videtur ex doctrina Bar. quam tradit in l. prima. §. si pater. ff. de coniung. cum emanc. libe. vbi distinguit quòd quandoque actus priuationis alicuius præcedit actum assignationis factæ alteri de eadem portione qua ille est priuatus, gratia exempli, si quis primo exhæredatus fuit: ecce primus actus priuationis: secundo, portio exhæredati alteri assignatur, & tunc habent locum supra dicta, quòd exhæredatus nõ impedit alium succedere. quandoque dicit Bartol. actus assignationis alteri factæ, & actus priuationis alterius, est vnus & idem actus, & tunc procedit contrarium de dicta l. prima. §. fina. quia testator potest libertum assignare cui velit, & ex illo actu assignationis sequitur priuatio alterius, & ille priuatus facit partẽ alijs. Vnde ex hoc infert ad quæstionem, stante statuto quòd mater nõ succedat filio habenti fratres carnales ex patre, pone quòd vnus filius decessit fratre præterito, extraneo non turpi persona instituto, concludit quòd mater non admittatur, quia ille frater priuatur successione facto defuncti, qui extraneũ instituit, & actus priuationis non præcedit actum translationis in alterum, quia est vnus & idem actus, ideo ille frater ita impedit matrẽ sicut si ipse succederet. dicta lege prima. §. fina. & sequitur Paul. de Cast. in consi. 348. Super primo puncto. Alex. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de libe. & posthum. Pariter ergo in casu isto dicendum videtur, quia vnus & idem actus assignationis & priuationis fuit, eo enim ipso quòd pater filium Petrum legitimatum hæredem instituit ex eodem actu exclusi, & priuati fuerunt nepotes fratris, ideo licet ipsi succedant, tamen videntur prædictas filias excludere. Tertio ad hoc idem facit, quia uerba statuti simpliciter dicũt, existentibus, & sic videntur solã existentiam considerare, idem colligitur ibi. Non existente aliquo ex prædictis, & ibi fratri existant, & in reformatione dicitur. Dummodo tales habeat coniunctos, & in pluribus alijs locis statutum semper loquitur de existentia, quod non videtur factum sine misterio, & satis est quòd statutum verificetur, ut uerba sonant, quia à uerbis statuti non uidetur recedendum, lege quod constitutum. ubi Bartol. ff. de testamen. milita. Quarto facit statutum quod vniuersaliter loquitur dum inquit, mulier contenta sit, & nullo modo plus petere possit. quo casu ꝓpter uerba uniuersalia uidetur quod filiæ omnino excludantur a personis nominatis in statuto, siue tales personæ succedant siue non, ut tradit Corneus in consilio 95. In hac
4 consultatione. in fi. lib. 2. † Prædictis tamen non obstantibus ulterius cogitanti contrarium arbitror esse, & concludo quòd filiæ prædictæ à nepotibus ex fratre nõ succedentibus nullo modo excludantur, quia priuatio successionis factæ propter masculos intelligitur casu quo masculi, in quorum fauorem fuit facta priuatio, admittantur, vnde si alij instituti sint, statutum non habet locum, & ita in terminis Alexand. dicit in consilio 69. Super primo dobio. in prin. lib. 1. allegat nota. per Bart. in l. seruo legato. §. si testator. de legatis primo. vbi inquid quòd si statutum dicat quòd filia non succedat extantibus masculis, licet in statuto expresse non disponatur quod masculi succedant, tamen quia eorum fauore factum fuit statutum, ipsis videtur ius succedendi competere. l. fideicommissa. §. cum esset. de legatis tertio, & idem notat Barto. in l. secunda §. si duob. in fin. ff. de colla. bon. & in l. secunda §. videndum. ff. ad Tertyl. & fuit ista opinio Imo. in l. Gallus. §. & quid si tantum. circa fin. de libe. & posthum. vbi concludit quòd filia non excludatur per statutum quando agnati non sunt insti[redacted] sed extranei. & sequitur Roman. in l. vt liberis. C. de colla. & [redacted] ad Tertyl. in l. li e [redacted]

tus. ff. de bonis libe. Et quia priuilegium cõcessum à statuto agnatis vt filia excludatur, non debet extraneis communicari. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de inofficio. testamen. l. 3. C. de inofficio. testamen. l. fina. C. communia vtri. iudi. Et quia limitata fuit potestas patris à statuto vt filium præterire possit respectu agnatorum: ideo limitatum debet habere effectum. argum. l. in agris. de acquirend. rer. domin. ideo quo ad extraneos debet cessare statutum: quia tale statutum habet duo capita correlatiua: vnum inclusiuum agnatorum, & alterum exclusiuum fœminarum, vt not. Bart. in lege secunda in §. videndum. ff. ad Tertyl. vnde cum caput inclusiuum non habeat locum, debet etiam cessare caput exclusiuum. argumen. l. fi. C. de indi. vidui. tollen. & facit text. in l. alteri. ff. de adi. lega. & secundum istam conclusionem plerique doctores maximæ authoritatis consuluerunt Florentiæ, vt Socin. refert. in dicto §. & quid si tantum. & idem nouissimè Socin. tradit in consilio 35. Visa narratione puncti. lib. 4. Et cum ista conclusione concordat Corne. in consil. 342. Multa
* scribuntur. in princi. lib. 1. vbi inquit quòd est * *commune* dictum quod ad hoc vt persona excludens ex forma statuti excludat, requiritur quòd ipsa succedat: alias si non succedit non excludit. allega. Barto. in l. 1. §. filium. ff. de contratab. & idem Barto. in l. 2 §. sed si sint. ff. ad Tertyl. vbi inquit quòd statuto disponente quòd filia non succedat extãtibus liberis, intelligitur si liberi succedant patri, per illum tex cum similibus, vt ibi per eum. & idem Corne. in consilio 48. De pluribus. lib. 2. vbi repetit quòd statuta exclusiua fœminarum vendicant sibi locum si masculi succedant, aliàs secus. & in consilio. 206. Viso supra scripto themate. versicu. Et huiusmodi statuta. lib. 3. & in consi. 61. Licet videatur prima facie. lib. 4. & idem Corne. in consilio 42. Videtur prima facie. lib. eodem. ubi allegat Bald. in l. in substitutione. ff. de vulg. & pupill. vbi expresse dicit in versicul. & facit ad statutum. quod si statuto cauetur quod masculi excludant filiam, debet intelligi si masculi sint hæredes. per illum text. Et ad cõfirmationem prædictorum accedat quod not. Bald. in l. fina. C. de impube. & alijs substitu. vbi limitando illum text. in quo dicitur quod substitutio facta duobus fratribus non habet locum altero moriente, & frater qui superuixit succedit fratri præmortuo ab intestato, excluso substituto. dicit Bald illum tex. procedere prout loquitur, quando frater potest succedere fratri præmortuo ab intestato, secus si frater præmortuus fecisset testamentum, & extraneum hæredem instituisset: quia tunc substitutus admittitur, & non impeditur a fratre superstite qui erat vocatus ab intestato: quia non succedit. & idem not. Fulgo. in dicta lege penulti. cum similibus ut tradit Alexand. in consilio 92. Super eodem. lib. 3. Pariter ergo in casu isto ex omnibus supra dictis concludendum videtur; quod filiæ prædictæ non excludantur à prædictis nepotibus ex fratre qui succedere non possunt. Non obstant allegata supra in contrarium: & primo tex. in dicta l. filiusfami. §. cum quis. declarando, vt supra dixi: quia ille text. procedit vbi agitur de implemento conditionis simpliciter: & ideo filij ibi impediunt alios succedere ex solo implemento conditionis, nõ ex eo quod haberent potentius ius in successione. Secus videtur in quæstione nostra: quia filii masculi obstant fœminis: quia habent ius potentius in successione: & ideo consideratur quod ipsi succedant & aliter fœminas non excludunt, vt not. Barto. in l. 1. §. filium. in 5. quæst. ff. de contratab. Et in casu nostro masculi in effectu videntur inuitati, & in eorum fauorem fuit factum statutum: vnde si ipsi non succedant, videtur cessare ratio statuti: & tali casu filiæ non excluduntur, vt supra late dictum fuit: quod non videtur quando agitur de implemento conditionis simpliciter, ita quod liberi non sunt inuitati: vt in d. l. filiusfam. §. cum quis. & tradit Corneus in consil. 98. In hac consultatione. lib. 2. & in consi. 12. In hac consultatione lib. 1. vbi concludit quod licet cõditionaliter fœminæ non excludantur, tamen excluduntur: quia masculi habent ius potentius vigore statuti: ideo requiritur quod ipsi succedant, vt declarat Bar. in d. §. filium. in 5. q. Secundo non obst. doctrina Bart. in d. l. 1. §. si pater. de coniungen. cum eman. libe. quia primo per illum tex. non infertur quod Bart. dicit, filij enim patronorum succedunt per capita & non in stirpes. §. multis. in fi. instit. de succes. libe. l. vt iurisiurandi. in §. si liberi. ff. de ope. lib. modo in d. l. 1. in fin. ff. de assi. libe. dicitur quod erant duo patroni, quorum vnus duos habebat filios, & alter vnum: & patronus qui duos habebat filios vni ex illis duobus assignauit libertũ: & sic alter fuit exclusus: dicitur ibi quod de hæreditate liberti debent fieri tres partes: & sic videtur ꝙ exclusus faciat partem ad exclusionem filij alterius patroni, qui remoto excluso debuisset succedere pro dimidia: & ibi dicitur ꝙ habeat tertiam: & ille cui libertus fuit assignatus habet duas partes: est ergo considerandum quod in d. l. 1. in fi. testator habebat liberam potestatem disponendi: in q̃stione nostra testator habet potestatẽ limitatam vt possit filiam excludere in fauorẽ agnatorũ: & iste fauor cessat ex quo agnati non admittuntur. & in d. l. 1. §. fi. exclusus priuatur lucro,

lucro, quia illi non erat debita legitima sicut debetur filiæ de iure communi, & in casu nostro extranei vocati sunt contra mentem statuti, quod uoluit vocare agnatos filia exclusa. in d. l. 1. §. fin. ille cui fuit assignatus libertus est eiusdem qualitatis cum excluso, & propter prædictas diuersitates dicunt Areti. Soci. & Mod. in d. §. & quid si tantum. quòd per illum tex. in d. l. 1. §. fin. non bene infertur ad quæstionem Bart. in d. l. 1. §. si pater. de coniungen. cum eman. liber. & in d. l. 1. §. fi. non videtur quod exclusus faciat partem, sed vr potius quod illa assignatio operetur quod filius alterius patroni pro tertia parte admittatur, & sic concludendum videtur quòd illud dictum Bar. non sit verum, per ea quæ suprà dicta sunt. Vlterius etiam diligenter aduertendum est, quia dato quod illa doctrina Bar. in d. §. si pater esset vera, in casu nostro nihil facit, sed potius
5 in contrarium retorqueri potest, † nam in quæstione nostra agitur de exclusione filiæ, quæ cum excludatur à statuto, dicitur exhæredata, vt no. Bar. in l. 1. §. sciendum. ff. de suis & legi. & talis exhæredatio est separata ab institutione facta de extraneis, vnde tali casu etiam secundum Bar. exclusus non facit alteram partem. & videmus quòd filiæ exclusæ à statuto non faciunt alijs partem in legi
* tima, vt est * *communis* opinio, vt Alex. dicit in l. si pluribus. §. si duobus. in fin. de lega. 1. not. Ange. in consi. 300. Punctus talis est. Anto. de But. consi. 40 In quæstione ista. Cuma. in consi. 30. Stante statuto. Pau. de Cast. in consi. 254. Quoniam fundamentum. & tradit Socin. in consi. 150. in versi. postremo & in consi. 82. In causa vertente. lib. 4. & quicquid de dicto Bar. in d. §. si pater. solidũ, & irrefragabile videtur esse illud fundamentum, quòd tale statutum factum sit in fauorẽ masculorum, & quòd ipsi inuitati sunt ad succedendum, & illis non succedentibus non uidetur quòd filia excludatur secundum mentem statuti per supra dicta, ex quibus ista opinio verior videtur, & maiorem habet æquitatem. Et ex suprà dictis etiam responsio colligitur ad illud quod in contrarium suprà tertiò allegatur de verbis statuti, in quibus videtur simpliciter considerari quod adsint personæ quæ filias excludũt: quia secundum rationem & mentem statuti verba intelliguntur, ita quod succedant cum effectu: per ea quæ superius dicta sunt. Vltimo non obst. quod quando sunt verba uniuersalia, videtur quod filiæ excluduntur à personis nominatis, dato quod non succedant, secundũ Cor. in d. consi. 95. lib. 2. quia hoc dictum non videtur verum in casu isto, in quo apparet statutum factum fuisse in fauorem masculorum: & iste fauor cessat si ipsi non succedãt. & ista ratio procedit, dato quod statutum loquatur uniuersaliter: quia illa vniuersalis restringitur in casu in quo loquitur statutum ne filiabus inferatur præiudicium: quia uerba prægnantia, & vniuersalia restringũtur, ne quis indebitè opprimatur, ut no. in l. fin. §. in cõputatione. C. de iure deliberan. in l. vt gradatim. §. & si lege. ff. de mune. & ho no. & quod no. Bar. in l. filiusfamil. §. fi. ff. de procu. & in simili casu tradit Ang. in consi. 6. Lata est sententia. in versi. nec obstat. cũ simi. quæ nota sunt.

EPITOME Consi. CCCLXXXIIII.

Testator suos filios & descendentes hæredes instituit, qui si decederẽt sine filijs voluit sua bona ire per lineam masculinam vsque ad tertiam generationem, subijciendo clausulam codicillarem: M. eius nepos hæreditatem sibi obuentam adit: qui deinde decedit relictis patruo & matre. Respon. hanc substitutionem resolutam esse in vulgarem, quæ per aditionem M. expirauit, ideo eius prætextu nullo modo auunculum admittendum fore. Sed mater vocatur ad huiusmodi successionem L.

SVMMARIVM.

1 *Clausula codicillaris operatur, quod substitutio facta per uerba directa ualeat ut fideicommissaria. & nu. 2.*
3 *Copula aliquando non stat proprie propter subiectam materiam.*
4 *Testator quando instituit nominatim filios & eorum filios in stirpes, filij filiorum proprie intelliguntur substituti eorum patribus.*
5 *Verbum, instituit, relatum ad filios importat institutionem, & respectu nepotum, substitutionem.*
6 *Verbum, instituit, quandoque ponitur pro uerbo, substituit.*

IN casu Proposito in quo agitur de interpretãdo substitutionem factam in testamento dom. Malatestæ de Monaldinis Rauennatensis, & in effectu quæritur, an per mortem Malatestæ iunioris, nepotis testatoris vocatus sit Oppizonus patruus virtute substitutionis factæ in dicto testamento, uel mater eius ab intestato admittatur. Et prima facie videbatur dicendum, quod dictus Oppizonus patruus debeat succedere: constat enim quod dictus Malatesta nepos testatoris fuit honoratus, quia testator eius filios & descendentes hæredes instituit, & merito tanquam honoratus grauari potuit, ut not. in l. ab eo. C. de fideicommis. in l. ciuitatibus. §. fi. de leg. 1. Et grauatus vr in substitutione facta à testatore filiis
a & nepotibus nascituris, decedentibus sine filijs.ª talis enim substitutio est compendiosa: quia illa verba, si sine filijs decesserit habẽt tractum successiuum, ut no. Bar. in l. Cẽt. uer. 2. opponitur ad prædicta. ff. de vul. & pupil. & probatur in l. generaliter. in prin. C. de insti. & substi. vbi Are. in 2. no. & in compendiosa, fideicommissaria substitutio comprehenditur, vt no. Bar. in d. l. Centurio. in loco præalleg. not. in d. l. generaliter. in prin. in l. precibus. C. de impu. in c. 1. de test. in 6. in c. Ray. de test. & tradit Ang. in consi. 204. Quidam Barthol. circa fi. Alex. in consi. 165. Circa præsentem. li. 5. & sic cũ dictus Malatesta nepos testatoris in effectu fuerit grauatus sub conditione. si decesserit sine filijs: & conditio verificata sit, & in tali casu uocati sint superuinentes nominati, ut in testamento dicitur, vr quod Oppizonus prædictus qui suprà nominatus est, & uiuit, iure fideicommissi admittatur. Secundo, hoc idem cõprobari vr: quia dato quod prædicti nepotes honorati non fuissent, tamen ex quo nominatim grauati fuerunt, testator iniungendo illis onus fideicommissi, videtur tacite & in cõsequentiam eos honorare, ut no. Bar. in d. l. Centurio. vers. quæro vlterius quid si testator. argu. l. denique. §. interdum. de pecu. leg. & Pau. de Cast. sequitur in consi. 38. Dubium facit. Ang. Are. in § fin. insti. de pup. cum si. ut tradit Corneus in l. ab eo. C. de fideic. Tertio hoc etiã probatur propter manifestam voluntatem testatoris, qui expresse dicit quod bona vadant per lineam masculinam vsque ad tertiam generationem, uidelicet filios, nepotes & descendentes. & ab ista voluntate testatoris, de qua constat, non uidetur esse recedendum: quia uoluntas testatoris totum facit. l. ex facto. la grande. ff. de hæred. institu. facit tex. in l. in conditionibus primum locum. in prin. ff. de condition. & demonstration in l. cum quæstio.
1 C. de lega. in fin. cum simi. † Adeo quòd etiam receditur à proprietate verborum, ut uoluntas testatoris seruetur, vt not. Bar. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. sequitur Alex. in l. 3. C. de lib. præte.
2 † Quarto prædicta conclusio confirmatur ex clausula codicillari, quæ operatur, quod substitutio facta per uerba directa valeat, ut fideicommissaria, ut not. Bal. in l. verbis ciuilibus. ff. de uulg. in fin. cum simi. ut tradit ibi Alex. & in consi. 82. Perspectis. lib. primo. & hoc pro notabili dicto ponit Matthæsi. in no. 141. Nota mirabilem doctrinam. & idem voluit Pet. de Anch. in consi. 17. Non seruato ordine dubiorum. in prin. Sed tñ prædictis non obstantibus ulterius cogitanti, contrarium de iure esse arbitror, videlicet quod dictus Oppizzonus nullo modo admittatur, sed quod mater dicti Malatestæ ab intestato uocata sit. Et pro fundamento huius conclusionis inuestigandum est de uirtute, & efficacia institutionis factæ in testamento in qua dicitur, quod suos hæredes vniuersales Oppizzonum, Ioann. & Petrum eius filios masculos & descendẽtes ab eis legitimo matrimonio in stirpes, & nõ in capita instituit &c. & sic instituti sunt copulatiue filij & descendentes: & tali casu uidentur uocati descendentes siue nepotes in casu necessitatis, ne, si contingat quòd filij instituti tollãtur de medio, nepotes reperiantur prœteriti, & destituatur testamentum. l. posthumorum, in prin. ff. de iniusto rupto. & in §. posthumorum autem. institu. de exhære. libe. & ideo ueniunt dicti descendentes ordine succes-
3 siuo. † Et illa copula, &, non stat proprie propter subiectam mate
* riam, & ita tenet gl. Bar. & doct. * *communiter* in l. Gallus. §. quidã. recte. de libe. & posthu. & Ang. in consi. 38. Quidam Ioan. ubi inquit, quod qñ copula ponit inter personas inter quas cadit affectio ordinata, intelligit ordine successiuo, & dr ordinata affectio qñ sic erant successuri ab intestato, allegat. l. cum pater. §. pen. de lega. secundo. & gl. & Bar. in d. §. quidam recte. sequitur Matthæsila. in no. 167 Nota si decedens. ubi quantum ad propositum concludit, quod si pater instituit filiam & nepotem ex ea, vr institutionem fecisse ordine successiuo, ut primo filia sit sola uniuersaliter instituta. Secundo quod illi nepos sit uulgariter substitutus. & idem Cu.
4 tradit in consi. 118. Testator instituit. ubi in fi. † ad propositum dicit, quod qñ testator instituit filios nominatim, & eorum filios in stirpes, ut in casu isto contingit, filij filiorum proprie intelliguntur patribus substituti, & in dicto casu uerbũ, instituit, exponitur, substituit: ut notatur per gl. in d. l. Gallus §. quidam recte. facit gl. in l. si pater filio. in uerbo, instituit. de uulg. tex. in l. potest. eo. tit. & in l. mulier. §. fi. ff. de condi. instit. ubi Bar. in l. si quis mihi bona. §. fi. in
5 versi. idemque. ubi Bald. ff. de acq. hære. † Et sic uerbum instituit, relatum ad filios importat institutionem, & respectu nepotum, substitutionem: ut no. Pau. de Cast. in d. §. quidam recte. facit tex. cũ gl. in l. 2. ff. de officio proconsul. Et retenta conclusione, de qua non vr dubitandum quod nepotes in tali institutione vocati sint ordine successiuo, ista verba, ordine successiuo, ſm Pau. de Cast. in d. §. quidam recte, possunt intelligi duobus modis. Vno modo negatiue per vulgarem, quod si filij instituti non erunt hæredes, nepotes succedant.

ADDITIO.

a ¶ Filiis.) Scilicet ipsi nepotes videntur grauati in casu quo fuerint honorati, id est in casu quo immediate successissent testatori per vulgarem, & sic locum filiorum tenuissent, ut apud Alex. consi. 9. lib. 1. ubi dixi.

succedant. Secundo affirmatiuè, ꝙ existentibus filijs hæredibus post eorum mortem nepotes admittantur. fatent tñ Pau. de Cast. quod in casu nostro vbi agitur de prouisione ne rumpatur testm̃, verior sit primus intellectus, ꝙ in effectu nepotes sint vulgariter
* substituti: prout gl. Bar. & doc. * *communiter* tenent in d.l. Gallus.
6 §. quidam recte. † Et ista conclusio confirmatur: quia vt dictum est, verbum instituit, exponitur pro substituit, & perinde habetur ac si testator dicat: filium instituo & nepotem substituo: & resoluitur in vulgarem: vt declarat Bar. in d. §. quidã. in versic. quartus modus. & idem no. Bar. in d.l. Centurio. in d. versi. secundo opponitur. in fi. & facit quod not. Bar. in l. Lucius. de vulg. & est text. in l. iam hoc iure. in prin. de vulg. ibi, ut in vulgarem tãtummodo casum. de vulg. quem tex. ad hoc dicit Alex. esse meliorem de iure in d.l. Gallus. §. 1. & idem Alex. in consi. 22. Visis & perlectis. lib. 3. In alio casu vbi non esset ordo necessitatis in conseruando testamentum, dicit Pau. de Cast. haberet locum alter intellectus, ꝙ affirmatiuè nepotes post mortem filiorum per fideicommissum admitterentur. Sed in hoc reprehenditur opinio Paul. de Cast. per Alex. Aret. & Soci. in d. § quidam. & alias dixi in cõsi. 205. In casu istorum. Et quia de isto casu non agitur nunc, vlterius non insisto. nobis sufficit istam esse communem opinionem, ꝙ in casu necessitatis de quo agitur, substitutio nepotum resoluatur in vulgarem, vt suprà dixi, & in hoc etiam cõcordat Pau. de Cast. vt suprà dixi. & talis substitutio vulgaris expirauit, quia filij hæreditatem adieuerunt. l. post aditam. C. de impube. fit enim vulgaris substitutio sub conditione, si institutus non erit hæres. institu. de vulg. in prin. & ideo adita hæreditate cessat, & per aditionẽ primi gradus omnes alij gradus extinguuntur, ut no. Bar. in l. 1. in versi. itẽ quæro. ff. de vulgari. per tex. in l. cum in testõ. in prin. ff. de hæred. insti. in l. si mater. §. 1. ff. de vulg. Et discurrendo hoc modo patet euidenter ꝙ in isto primo gradu institutionis, filij nec nepotes grauati non fuerunt, quia dicta substitutio in vulgarem resoluitur, quæ non conuenit fideicommissariæ. Non obstant allegata s. in contrarium: & primo dum dicitur, ꝙ dictus Malatesta fuit grauatus in illa substitutione quæ fuit facta filijs & nepotibus decedentibus sine filijs: quia hoc vr̃ procedere respectu filiorum qui instituti simpliciter fuerunt, sed respectu nepotum hoc non habet locum, quia ipsi vulgariter substituti fuerunt: vt s. demonstratum fuit: & casu quo habuisset effectum vulgaris substitutio, grauari potuissent. Sed ex quo adita hæreditate per filios, vulgaris substitutio extinguitur, nepotes qui non sunt honorati, grauari nõ potuerunt. l. ab eo. C. de fideicommiss. illud ergo grauamen iniunctũ filijs & nepotibus debet intelligi referendo singula singulis, iuxta gl. in l. fi. vbi Ang. C. de fideicom. & idem gl. in l. 1. § si nautem quis sub conditione in uerbo, fortuna. C. de cadu. tollen. in l. generaliter. in prin. C. de reb. cred. in verbo, non expectata. in l. qui in futurum. in gl. fi. ff. de pac. instit. de excep. in prin. in uerbo, in factum. & in auth. de exhiben. reis. in principio, in verbo, decretis. & referendo singula singulis hoc modo substitutio fideicommissaria intelligitur ꝙ filii pure instituti, grauati sint si decesserint sine filijs: nepotes verò cum ipsi vulgariter substituti sint, secũdum resolu-
a tionem s. factam, videntur grauati casu quo [a] vulgaris substitutio locum habuisset. cum ergo talis substitutio expirauerit, vt s. dixi, vr̃ pariter cessare onus quod illis nepotibus iniunctum fuit, & ita tollitur manifeste quod supra primo in contrarium allegatur. Secundo, non obstat quòd ex quo dicti nepotes expresse grauati sunt, videntur tacite in consequentiam honorati, secundum Bar. in d.l. Centurio. cum simi. quia ad hoc respondetur ꝙ in casu isto non apparet quod prædicti nepotes præcise grauati sint, prout Bar. loquitur. Sed in casu isto videntur grauati nepotes, casu quo ipsi virtute vulgaris substitutionis successissent, secũdum suprà dicta. & sic ista opinio Bar. in casu isto nihil facit. Secundo
* respondetur ꝙ contra Bar. est * *communis* opinio: vt Alex. concludit in l. Centurio. char. fin. & ibi dicit se ꝯ Bar. sæpius consuluisse, & patet in consi. 185. Viso titulo quæstionis lib. 2. in consi. 219. Viso testamento. eo. lib. 2 & in consi. 22. Visis lib. 3. in consi. 55. Perspectis his. lib. 4. cum simi. ut tradunt Modernio. in dicta l. Centurio. & gratia breuitatis non insisto: & quia non expedit stante responsione suprà dicta. Tertio non obstat, ꝙ vr̃ constare de volũtate testatoris, dum dicit ꝙ bona transeant vsque in tertiam generationem, uidelicet in filios, nepotes, & descendentes: quia dispositio testatoris fuit limitata ut suprà narratur: ibi, Filios, nepotes & descendentes, ut suprà. Ista enim dictio facit relationem ad suprà dicta: vt not. Bart. in l. 1. §. hoc edicto. in fine. ff. de postulã. Et sic uidetur testator habuisse relationem ad substitutiones præcedentes, & quòd veniant nepotes & descendentes secundum ordinem suprà datum: & sic per vulgarem substitutionem ut suprà dictum fuit: non autem inducitur noua dispositio ex quo refert se ad suprà dicta. Non obstat ꝙ voluntas testatoris attendatur, quia uerum est qñ apparet de tali voluntate dispositiua, aliàs non sufficit testatorem ita voluisse, nisi disponat. l. quidam cũ filium. ubi Bal. & Imo. ff. de hæredi. institu. facit tex. in l. 1. §. si nautem ad deficientis. C. de cadu. tollen. vbi Bal. dicit ꝙ illud quod testator non loquitur, velle non præsumitur. vnde videmus ꝙ grauatus a testatore si decesserit sine liberis, extãtibus liberis cessat fideicommissum: & dato ꝙ liberi qui faciũt deficere fideicommissum postea moriantur sine liberis, non tñ admittitur substitutus, quamuis verisimiliter ista fuisset intentio testatoris: tñ quia vlterius nõ disposuit, non admittitur substitutus. vt tradit Old. in consi. 21. Thema tale est: idem Io. And. in addi. Specula. in tit. de testa. §. in primis in vltim. q. quem Pau. de Cast. refert & sequitur in l. ex facto. §. pe. ff. ad Treb. & in consi. 170. Ne improprijs utamur vocabulis. Abb. in consi. 40. Venio ad primum. in 1. dub. lib. 1. Alex. in consi. 31. Ponderatis his. in prin. lib. 3. Vltimo, non obstat quod dicitur de clausula codicillari, quia respondetur ꝙ dictum Bal. in d.l. verbis ciuilibus. procedit in substitutione compendiosa: prout ipse loquitur, & alij qui illum sequuntur: & quia in compendiosa fideicommissaria includitur. l. precibus. C. de impub. cum si. supra alle. apparebat testatorem voluisse facere substitutionem fideicommissariam: & licèt verba directa, quibus vsus fuit testator repugnent, conseruatur voluntas testatoris propter clausulã codicillarem, quæ tendit ad conseruandum volũtatem testatoris: ut no. Bal. in l. fi. C. de codicillis. Secus est in casu isto vbi agitur in effectu de vulgari substitutione, vt s. dictum est, quo casu in vulgari nullo modo fideicommissaria comprehenditur: & testator qui fecit vulgarem non vr̃ cogitare de fideicommissaria. Et hoc confirmatur, quia verba dictæ clausulæ non videntur adaptari idũ dr̃, si non ualet iure testamenti, valeat iure codicillorum; & sic talis clausula habet relationem ad illud quod testator disposuit vt cõseruetur, vt verba sonant, ergo non vr̃ comprehendere fideicommissum de quo s. cogitatum non fuit; quia solum dictum est de vulgari: & quia clausula illa accessoria est, & respicit executionẽ eorum quæ disposita sunt, vnde non debet ampliare sed solum confirmare & corroborare, quod factum est, vt est tex. no. in cle. 1. in fine, de præben. & hoc in simili casu per illum textum, tradit Imo. post Antonium de Butrio. in c. quoniam Abbas. de off. dele. cum si. vt tradit Alex. in l. & quia. ff. de iurisdictione omnium iudicum. Feli. in c. licet, de offi. ordina. & ista interpretatio suadetur, vt tollatur fideicommissum quod est onus. l. cohæredi, §. cũ filiæ. de vulgari & pupillari. & ne in dubio mater excludatur à luctuosa hæreditate filij. l. fi. C. de institu. & substi. & quod Oldra. in cõsi. 142. Factum tale est.

ADDITIO.

a ¶ Casu.) Idem Alex. consi. 24. lib. 3. ubi dixi & ad Decium supra consi. 205.

EPITOME Consi. CCCLXXXV.

Stante statuto, quod à duabus sententijs conformibus appellari non possit, in quo sententiæ debeant esse conformes, vt statutum habeat locum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, quod non liceat appellare à duabus sententiis conformibus, intelligitur siue sint conformes in totum, siue pro parte.*
2 *Dictio, quatenus, est limitatiua.*



Vridicam esse arbitror conclusionẽ ab eminentissimis doctoribus s. firmatam, & ad confirmationem eorum quæ dicta sunt; facit quod no. Cardi. post Zen. & Guil. de Monte laud. in cle. 1. in prin. de re iudi. post gl. ibi in uerbo alicuius, ubi tenent, ꝙ dispositio illius clem. quæ loquitur de tribus sententijs latis in eadem causa, procedit etiam in sententijs quæ non essent in totũ conformes: quia in eo in quo conueniunt & sunt conformes, dicta clementina debet obseruari: & tradit And. Sicu. in consi. 10.
1 Mihi videtur aperto iure. lib. 1. Sic † ergo statutum de quo agitur, dum prohibet appellationem si duæ sententiæ conformes sint, intelligi debet siue sint cõformes in totum, siue pro parte: quia pro illa parte in qua conueniunt, habebit locũ statutum, vt appellari non possit. Et ista conclusio indubitãter procedit in casu isto propter verba statuti in quo dr̃ ꝙ si sententia alicuius iudicis appellationis concordauerit cum prima uel quatenus concordauerit: & primam ꝯfirmauerit in eo quatenus confirmata fuerit, non pos-
2 sit appellari. Illa † n. dictio, quatenus, est limitatiua, & exponitur, id est in quantum. l. si quis crediderit. vbi gl. ff. de pac. tex. in l. Sticum qui meus erit. de lega. 1. & in cap. placet. de conuersi. coniug.
a & merito, quatenus [a] sententiæ de quibus quæritur, fuerunt conformes,

ADDITIO.

a ¶ Quatenus. ¶ Idem Pan. consi. 163. proponitur. lib. 2. Cur. Iunior consi. 30. Aymo. consi. 183. facit Alex. consi. 77. lib. 2.

formes, ut supra declaratum fuit: eatenus transiuerunt in rem iudicatam, & non potuit appellari, nec iudex qui postea iudicauit, potuit dictas sententias quatenus erant cōformes reuocare, statuto vetante: & sicut tali casu appellari nō potest, ita nec de nullitate dici pōt: vt in simili casu de decreto not Bal. in consi. 200. Considerato compromisso. in fine libr. 1. Et vlterius in casu isto considerādum est, ꝙ dato ꝙ ista cōformitas quæ in proposito cōsideratur, non fuerit continuata de prima sentētia in secūdā, sed interpollata sit: vt quia prima sententia habeat conformitatem cum tertia, hoc sufficit, quia satis est quod duæ sententię sint cōformes: ita in simili casu concludit Car. post Stephanum in d cle. j. de re iudic. in 18. q. dicens ꝙ illa clemētina, quę loquit̄ de tribus sententijs, qa loquit̄ gn̄aliter: generaliter intelligit̄ siue latę sint successiuè, siue interpollatè, & idē tradit Cardin. in clem. fi. in 6. q. de appellatio. Et ad quædam similia quę in contrariū possunt adduci, non loquuntur in terminis & diuersam habent rōnem a casu nostro: & ideo bene procedit cōformitas quæ. s̃. inter primam, & tertiā sententiam cōsideratur. Non omitto tn̄ ꝙ prima facie videbatur dicendum ꝙ dicta tertia sententia cum prima nullo modo sit conformis: quia prima dicit tenutam non tenere, & nullam esse: tertia dicit cōtrarium tenutā tenere & valere. Itē prima annullat tenutam, tertia illā suspendit, quo ad effectum: est enim aliud annullare tenutam, & aliud suspēdere: quia annullata tenuta erit opus noua tenuta, quo ad primam sentētiam. Secus in tertia quę tenutam suspendit: quia post suspensionem agitur de eadem tenuta. ut no. Innocen. in cap. cum inter. de consuetu. vbi Bald. & idē Bal. in l cum alijs. C. de cur. fur. Ang. in l. si unus §. si cum reo. ff. de pac. cum similib. ut dixi in cap. ad hæc quoniā, de appellatio. & ideo superueniētibus probationibus, tenuta habebit locum secundum tertiam sententiam. & hoc in prima dici non pōt, quæ tenutam annullauit; unde nulla uidetur conformitas cum dictæ sententiæ sub contraria & diuersa forma prolatæ sint. & etiam si res esset dubia uidetur pronuntiandum non esse conformitatem. quia tale statutum est contra ius commune, vt in titu. ne lice. tertio prouo. ideo debet stricte intelligi, ut de isto statuto tradit Cor. in consil 14. In hac consultatione. lib. 4. & notat Bartol. in l. 2. C. quo appella. quòd iura quæ prohibent appellationem debent stricte intelligi. & idem Bartol. in consil. 165. in quæstione qua quæritur. Angel. in consil 107. Iacobellus & Lucas, in principio & in simili casu in statuto de quo agitur, interpretatur. Corneus sententias non esse conformes in dicto consil. 14. lib. 4. facit quod tradit Alexand. in consilio 77. In causa & lite vertente. libro secundo. His tamen non obstantibus non puto recedendum à conclusione superius firmata; considerata mente statuti, quę fuit quòd quando duæ sententię concordāt, & conueniunt in totum vel pro parte, quòd ulterius non possit appellari, quia præsumitur à statuto quòd rectè iudicatum sit, & videtur esse præsumptio iuris & de iure, ex eo quod probatio in contrarium non admittitur, ut not Bartol. in consilio. 100. A domino Cyno de Bononia. Angel. in l. fina. in principio. ff. quod metus caus. no. in l. finali. C. arbit. tutel. & in tali conformitate secundum intentionem statuti debent considerari effectus, & nō verba: argumen. l. filiusfamilias § 1. ff. quod cum eo. notat Bart. p illum textum. in lege tertia C. de institu. & substitu. facit tex in l. 1. §. hæc autem verba. ff. ꝙ quisque iuris, in capitulo relatum de cleric. non residen. & in effectu, quatenus est conformitas in duabus sententijs, non potest appellari, prout statutum expresse dicit, & in casu isto negari non potest quin sit conformitas in dicta tertia sententia cum prima, in hoc ꝙ rei conuenti non debeant molestari, non factis aliis probationibus: nam in dicta sententia tertia dicitur ꝙ effectus tenutę suspēditur donec in alio iudicio pro parte agentium, fuerit facta clara probatio de bonis fideicōmissi. Illa enim dictio, donec, facit conditionem: quia suspendit actum futurum incertum: ut no. Bar. in l. 1. ff. de condi. & demō. vbi allegat l. sufficit. ff de cond. & indeb. & facit tex. in l. fœminæ. ff. de senato. l. siue manifestus § tandiu. ff. de condi. furt. in l. Titius. in prin. & quod ibi Bald. ff. de excus. tutor. Vnde ante euentum conditionis non debent nec possunt molestari, & inspecto præsenti statu rei conuenti, possunt de rebus quas tenent & possident, disponere, sicut in hærede qui res subiectas fideicommisso conditionali, alienare potest. l. fin. §. sin autem sub conditione. C. commu. de leg. Et hoc maximè dicēdum est in casu isto, quia per istam conditionem res non sunt affectæ neque obligatæ. & licèt status eorum, eueniente conditione nouæ probationis, alterari possit, tamen considerato statu præsenti, dicuntur esse in casu certo ut molestari non possint. ad hoc facit quod not. Bart. in l. Iulianus, in fi. ff. de condi. inde. vbi ponit quæstionem si facta sit reformatio ꝙ omnes represaliæ reuideantur per duos bonos viros, quod antequam reuideantur, executio represaliarum fieri pōt: quia verba reformationis non habent vim exclusiuam de præsenti. Et in simili de eo qui confitetur se debitorem in decem & plus, & minus, prout apparebit in libris rationum: illa enim confessio de decē, est certa de præsenti, licet in futurum alterari possit: vt no. Bal. in rub. C. depo. in 6 quæstione. Bar. in l. Publia. §. fi ff deposi. facit tex. in l. hęc venditio. in fi. ff. de contrah. emp. Sic ergo in proposito rei conuenti de præsenti non debent molestari secundum tertiam sententiam, & hoc idē in prima sententia dicitur. Vbi dicitur ꝙ tenuta est nulla, quia intentio non est in tali modo probata ꝙ possit haberi certitudo quæ sint bona quæ fideicommisso subiaceant; & rei absoluuntur cum reseruatione iterum agendi & probandi: & sic de præsenti apparet ꝙ rei non debent molestari. Et in isto effectu tertia sententia cum prima est conformis: ideo habet locū statutū dum loquitur quatenus sunt conformes, vt s̃. dictum est. Non obstant allegata s̃. in ꝯ̃rium: qa verum est ꝙ absolutè tertia cum prima nō est conformis, sed satis est, ꝙ sit conformitas respectu reorum conuentorū, & differētia quæ s̃. pōderatur inter annullare, & suspendere, procedit cōsiderato futuro euentu, & superueniētibus nouis probationibus sed reb. sic stantibus & præsenti statu attēto, idem effectus resultat in fauorem reorum ex suspēsione, & annullatione, vt interim non debeant molestari. Non obst. ꝙ statutum de quo agitur, sit ꝯ̃ ius cōe, & in dubio sit strictè interpretandum: quia nos hic nō sumus in dubio: quia ꝯstat de mente statuti disponētis quatenus sint cōformes. Et ēt dici pōt ꝙ tale statutū sit fauorabile, vt litib. finis imponatur. c. finem litib. de dolo & ꝯtuma l. properandū, in prin. C. de iudi. & in l. quidam æstimauerunt. ff. si cer. pet. Nō obs. quod tradit Corneus in d. consi. 14. lib. 4. quia ibi non erat statutum quod præcisè loqueretur, quatenus sententiæ essent conformes, & in illo casu sententiæ nullo modo erant conformes.

EPITOME Consi. CCCLXXXVI.

Alienatio bonorum fideic. subiectorum ad tempus prohibita pendente tempore facta, reddit alienationē nullam. Post tempus vero elapsum facta, dispositioni iuris cōis subiicitur. In quo fideicommisso dos materna includitur, præsertim vbi statuto cauetur, sicuti Parmæ, quòd filij in dote materna succedant.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio facta pendente conditione fideicommissi, illo purificato, resoluitur.*

2 *Dictio nisi, quam præcedit oratio negatiua, ponit & affirmat.*

3 *Alienatio ad tempus prohibita, videtur post tempus concessa.*

4 *Prohibitioni alienationis factæ propter minorem ætatem, renunciari non potest.*

5 *Exceptio facta per dictionem, nisi, tollit & limitat prohibitionem alienationis.*

6 *Prohibitio facta à testatore tollere videtur tacitam prohibitionem à lege factam.*

7 *Dictio, sed si, significat diuersitatem in iure & in facto.*

Icet in controuersijs quæ occurrūt à pluribus annis citra recusauerim consulere, eorum tamē authoritas reseruata intelligitur, qui mihi iubere & possunt & debent: requisitus itaque a reuerendo & illustri gubernatore Bononiæ & Romandiolę domino Bernardo de Rubeis episcopo Triuisano, vt dicam pro veritate & iustitia, quod mihi videtur in quadam causa quę Parmę agitatur, agā paucis. Quia res discussa satis videtur à præclarissimis doctorib. ita vt solum supersit maturo iudicio eligere, quæ opinio verior videatur, & resolutio propositæ quæstionis in duobus principaliter consistit. Nam primo quæritur, an Ioannes Petrus filius & hæres dominæ Gasparinæ de Alymis, attenta dispositione testamenti potuerit libere & irreuocabiliter bona subiecta fideicommisso alienari. Secundo, an in tali fideicōmisso vniuersali de quo
1 agitur, dos ipsius dominæ Gasparinæ includatur. † Circa primū
de iure cōi res non haberet dubitationē: quia licet pendente cō-
ditione fideicommissi, bona alienari possint, tamē purificato fi-
deicommisso alienatio facta resoluit̄, & bona vendicari possunt,
vt est casus in l. fi. §. si aūt auaritiæ. C. commu de lega. sed in casu
isto difficultatem facit: quia testator prohibuit dictum filiū Ioan
nem Petrum, vt nunquam possit vendere, alienare &c. nisi prius
compleuerit ætatem 25. annorum. Et stante tali prohibitione vi
debatur prima facie, ꝙ post illam ætatem libere haberet potesta-
2 tem alienandi & irreuocabiliter: quia † vbi præcedit oratio nega
tiua; dictio, nisi quam sequitur, ponit & affirmat, vt in regula, pec
catum, de regulis iuris in 6. nota. in l. actione C. de transac. & per
consequens omnis alienatio quæ fuerat prohibita ante illam æta
tem, post illam ætatem concessa vr̃, & ita inducitur in fauorem
3 reorum pro concludenti † Secundò hoc idem cōfirmatur, quia
alienatio prohibita ad tempus, videtur post tempus concessa. l.
pater filium §. fundum. de legat. 3. vbi Bartol. in summario hoc
dicit: no per gl. & Bart. in l. peto §. fratre. de legat. 2. facit text. in

l. hoc

l.hoc iudicio.§ ſi cō nueniat.ff.commu. diuid. in l. Imperator.
ff.de poſtulan. ergo videtur quòd abſolutè poſt tempus aliena-
tio fuerit permiſſa. Tertiò ad idem adducitur, quia expreſſa di-
ſpoſitio teſtatoris facit ceſſare tacitam quæ à lege inducitur.l.cū
ex filio.§.primo.ff.de vul.& pup.ſubſtitut.ergo videtur quod iſta
expreſſa prohibitio alienationis facta à teſtatore,tollat illam ta-
citam prohibitionem,quæ alias ratione conditionalis fideicom
miſſi à lege inducitur,& cū talis prohibitio iuris communis ſub-
lata ſit poſt minorem ætatem finitam, non videtur qđ de nouo
ſuperuenire & reuiuiſcere poſſit.l. qđ ab initio.de reg.iu. & in l.
qui res.§ aream.ff.de ſolut.& in ſimili tradunt docto.in l.precib.
C.de impu.& aliis ſubſtitu.de tacita pupillari quæ contra matrē
non admittitur: dicunt quod tacita pupillaris continetur in ex-
preſſa vulgari,licet non habeat effectum,quia ſi non continere-
tur mortua matre ſubſtitutus non admitteretur, cuius contrariū
expreſſe dř in l.fi.C.de inſti.& ſubſti. ſi enim ab initio non ineſſet
non poſſet poſtea reuiuiſcere, d.l.quod ab initio. Sed prædictis
nullo modo obſtantibus contrarium de iure proculdubio eſſe
arbitror,videlicet, ꝙ imo in caſu iſto bona alienata vēdicari poſ
ſunt,ut eſt text.in d.l.fin.§ ſi autem auaritiæ,cuius quidem diſpo
ſitio non alteratur propter illam prohibitionem alienandi factā
in filio à teſtatore ante ætatē 25.annorum, vt in terminis tradit
Pau.de Caſt.in conſi 263.Circa primum quæſitum, in nouis, in
ſecundo dubio,in verſicu.ſed ad primum reſpondetur,ubi inquit
quod in tali caſu eſt duplex prohibitio, una expreſſa a teſtatore,
altera tacita quæ inducitᷓ a lege, ex eo ꝙ bona ſubiacent reſtitu-
tioni fideicommiſſi.Prima fuit temporalis ante ætatem 25.anno
rum,quæ fuit facta in fauorem ipſius filii, ne propter fragilitatē
minoris ætatis inconſultè in præiudicium eius alienaret,& iſtam
voluit teſtator habere locum etiā ſi filius prohibitus liberos ha-
beret:& ſic non extaret caſus quo bona reſtitutioni ſubiacerent:
quia etiam tunc ſubeſt cauſa prohibitionis l.2. C. pro empto.&
talis expreſſa prohibitio redderet alienationem nullam ipſo iu-
re, & ſtatim poſſet retractari:ut notatur per gl.in l.cum pater.§.
4 in liberis.de leg. 2. † Et cum talis prohibitio facta ſit propter mi-
norem ætatem,illi renunciari non poteſt:ut notatur. in d.l. 2.C.
pro empto.& hoc expreſſe tenet Bar.in l.filiusfamilias.§.diui.de
lega.1.& tradit Aret.in conſi.22. Diligenter & maturè conſidera
tis,verſicu.venio ad ſecundū.Secunda vera prohibitio,dicit Pau
lus de Caſtro in dicto conſi.263.eſt tacita & legalis,& concernit
fauorem deſcendentium, quorum bona reſtitutioni ſubiacebāt:
& iſta non reddit alienationem nullam à principio,ſed tunc de-
mum adueniente caſu reſtitutionis.l fi.§ ſin autem.ſupra allega-
to.Cum ergo dictæ duæ prohibitiones diuerſæ ſint, & tēdant ad
diuerſos effectus,altera per alteram non tollitur, nec de vna in-
fertur ad aliam : argumen.l.Papinianus exuli.ff.de minoribus, in
l.fi.ff.de calumnia unde licet expreſſa prohibitio teſtatoris facta
ſit ad tem pus,& poſt tempus uideatur teſtator permiſiſſe aliena
tionem : hoc intelligitur dummodo non euenerit caſus reſtitu-
tionis fideicommiſſi,alias eſſet ſibi contrarius diſponendo quod
bona reſtituerentur deſcendentibus filii prohibiti,& quod filius
prohibitus potuiſſet alienare:unde ut talis cōtrarietas remouea-
tur, dicendum eſt quod poſt ætatem 25. annorum filius poſſit a-
lienare, cum hac tamen conditione ſi deceſſerit ſine liberis, ut
formaliter concludit Paulus de Caſtro in conſilio præallegato,
& iſta interpretatio Pauli de Caſtro confirmatur, quia verba in-
ſtrumenti ita interpretari debent.capi.inter dilectos.§.ceterum
de fide inſtrumen.& in contractibus no Bar.in l.fi §.idem quæſi-
it.ff.de condictio indebi.cum ſimilibus vt Alexan. ſcribit in l ſi.
in princi.ff.ne quis eum,& in omnibus diſpoſitionibus hoc pro-
cedit,ut per diſtinctionem contrarietas tollatur,ut Alexan.con
cludit in conſilio 141.Viſo teſtamento,libro ſecundo cum ſimi-
libus vt dixi in conſilio 195. Studendo breuitati.& in teſtamen-
to bene facit textus in l.non ad ea.ff.de condition.& demonſtrat.
vbi incontinenti non præſumitur teſtator ſe voluiſſe corrige-
re.Et hoc idem euidenter ſtatim demonſtrabitur reſpondendo
ad allegata ſupra in contrarium,quæ nihil faciunt, & in præſen-
ti caſu non merentur allegari, vnde non obſtat ꝙ teſtator prohi
bendo alienationem ante 25. annum, uidetur a contrario ſenſu
permittere,& concedere alienationem poſt illam ætatem, pon-
derando dictionem nisi, quia in hoc profecto non poſſum non
admirari quod a viro doctiſſimo factum fuerit tale fundamen-
tum,& occurrit illud quod dici ſolet, quandoque bonus dormi
tat Homerus,& ultra ea quæ circa hoc accuratè dicta ſunt à prę
clariſſimis doctoribus,dico aduertendum eſſe,& diligenter con-
ſiderandum quod nullo modo dici poteſt quod poſt ætatem 25.
annorum, teſtator videatur concedere alienationem a contra-
rio ſenſu: quia tale argumentum a contrario debet colligi ſtri-
a ctè ad limites [a] verborum, quæ in ſenſu directo ponuntur : vt
dicit Anto.de Butr.in capitulo cum apoſtolicam, in vltimo no-
tab.de his quæ fiunt a præla.ideo cum teſtator prohibeat aliena-
tionem ad tempus poſt tēpus a contrario ſenſu bene ceſſat pro-
hibitio & remanet res in terminis iuris communis,ſed nō infer-
tur quod poſt tempus concedat alienationem: quia aliud eſt vl-
terius non prohibere : & a contrario ſenſu bene ſequitur : aliud
eſt concedere alienationem, & hoc a contrario ſenſu nullo mo-
do infertur.Et hoc duplici ratione.Prima,quia,ut dixi,argumen
tum a contrario reſtringitur ad limites verborū,quæ ſunt in dire
cto ſenſu:vnde cum ante tempus prohibeatur,ergo poſt tempus
non prohibetur. Iſta conſequentia valet, ſed non poteſt inferri
quod concedatur alienatio poſt tempus, quia verba in directo
ſenſu expreſſa non conueniunt. Secunda ratione hoc compro-
batᷓ,qa intentio teſtatoris, qui prohibuit alienationē ante tēpus,
fuit reſtringere facultatē alienandi quæ de iure cōi cōpetebat, &
poſt tēpus illa prohibitio q̄ fuit limitata relaxatᷓ: & ſic ceſſat ꝓhi
bitio & nō infertᷓ ꝙ a teſtatore concedatᷓ alienatio : quia inducta
ad unū finē non dēt operari ꝯriū.l. legata inutiliter. de adimen.
leg.& in l.qđ fauore.C.de legi.& hoc nouiſſime late declaraui in
l.j.ff.de offi.eius. in vlti.notab.& ſpecialiter in caſu iſto bene fa-
cit qđ voluit Pau.de Caſt.in conſi.273.Incipiendo & ſecundo di
co.in prin in antiquis,vbi concludit ꝙ ſtāte ſtatuto ꝙ minor 20.
annis non poſſit obligari, niſi ſeruata certa ſolennitate vltra ius
commune:a contrario ſenſu poſt illam ætatem 20.anno. ceſſabit
illa ſolennitas requiſita a ſtatuto ultra ius commune : ſed a con-
trario ſenſu non poteſt inferri ꝙ ſtatutum poſt illud tempus vi-
deatur concedere liberam facultatem contrahendi abſque ſolen
nitate iuris communis: quia de tali ſolennitate iuris communis
non loquitur:ſtatutū iō caſus iſte tanq̄ omiſſus remanet in diſpo-
ſitione iuris communis.l.commodiſſime.ff.de lib.& poſthumis.
Et in ſimili caſu ēt conſului Florentiæ,ut patet in conſi.110. Ve-
rè,ut puto,in princ. Et ita pariter in caſu iſto concludendum in-
dubitanter videtur, ꝙ cum iſta prohibitio alienationis facta ſit
ad tempus vltra ius commune, poſt tempus ceſſabit talis prohi-
bitio.Et nullo modo dicendum eſt ꝙ derogatum ſit tacitæ pro-
hibitioni quæ a lege inducitur.Sed caſus iſte remanet in diſpoſi-
tione iuris communis, & per conſequens ꝙ bona alienata reuo-
cari poſſunt,cum caſus fideicommiſſi euenerit,& iſta videtur cla
ra & aperta reſolutio huius controuerſiæ, quæ cauillari nec ter-
giuerſari poteſt.Et ex his reſponſio colligitur ad omnia ſupra al-
legata in contrarium. Reſpondendo tamen formaliter non ob-
ſtat primo,quod ſupra dicebatur inducendo dictionem,niſi, ꝓ-
pter quam videtur poſt illam ætatem 25. annorum conceſſa fa-
cultas alienandi,quia ut patet ex ſupra dictis,hoc non eſt verum
quia regula negatiua quæ præcedit,prohibet alienationem,& il-
la dictio,niſi,quæ ponit exceptionem tollit prohibitionem poſt
tempus. Sed per hoc non videtur concedere alienationem vltra
quam de iure communi concedatur : quia prohibitio alienatio-
nis inducta ad diminuendum per teſtatorem,non debet operari
contrarium, ut ſupra dictum eſt. Et hoc confirmatur, quia illa
dictio,niſi,quæ facit exceptionem, intelligitur ꝙ talis exceptio
ſit de regula ſecundum naturā exceptionis : ut notatur per Dy.
in rub.de reg.iur.in 6.in fi.notat Bart. in l.in his.ff.de legib.in l.1.
5 ff.de reg.iu.† Vnde cum regula ſolum contineat prohibitionem
alienationis,exceptio facta per illam dictionem, niſi, tollit & li-
mitat prohibitionem alienationis:non autem inducit conceſſio-
nem & nouam poteſtatem alienandi: quia in hoc excederet natu
ram regulæ.Et ita ex ſupra dictis euidenter patet, ꝙ illa prima ra-
tio inducta ſupra in contrarium pro ratione concludenti nihil fa
cit.Et eodem modo ſecunda ratio ſ. allegata in contrarium re-
mota uidetur:quia dum dicitur ꝙ alienatio prohibita ad tēpus,
poſt tempus conceſſa videtur.Nam hoc non eſt uerum, qa poſt
tempus uerum eſt ꝙ ceſſat prohibitio: nam autem inducitur no
ua conceſſio alienandi:quia hoc eſſet contra intentionem prohi-
bentis ut ſupra dixi, & ideo poſt tempus ceſſante prohibitione
caſus remanet in diſpoſitione iuris communis, ut ſupra dictum
6 eſt.† Tertio & vltimo non ob.dum dicebatur ꝙ illa expreſſa pro-
hibitio facta a teſtatore videtur tollere tacitam prohibitionem
quæ a lege inducitur,arg.d.l.cum ex filio.§.1.ff.de vulg. & pupil.
quia illud verum eſt quando expreſſum tendit ad eundem finē
& effectum, ad quem erat tacitum ordinatum: prout loquitur
tex.in d.l.cū ex filio.§.j.ſecus eſt in caſu iſto,in quo expreſſum &
tacitū reſpiciunt diuerſos effectus. Nā prohibitio teſtatoris fuit
facta in fauorem filij, & tacita prohibitio reſpicit fauorem fidei-
commiſſarij, cui erat reſtitutio facienda : & cum tendant ad di-
uerſos effectus,una prohibitio per aliam non tollitᷓ,ut dicit Pau.
de Caſt.in conſil. ſupra allegato. Et in ſimili dicitur, ꝙ prouiſio
b hominis tollit [b] prouiſionem legis quando ſunt circa idem : ſe-
cus ſi tendunt ad diuerſa,ut no.Alb.poſt antiquos quos refert in
l.fin.circa finem. C.de pac.con.Secundò reſpondetur, ꝙ dato ꝙ
expreſſa

ADDITIONES.

a ¶ Limites. ¶ Supra conſil.232.vbi dixi.& ad Dec.in l.pecuniam.
b ¶ Tollit.) Alex.conſi.118.in fi.lib.5.vbi dixi.

expressa prohibitio testatoris tolleret dispositionem legis, intelligitur pro tempore quo durat illa prohibitio quæ fuit limitata ad tempus: unde post illud, casus remanet in dispositione iuris communis, ut dicit Pau. de Ca. in d. consi 263. In nouis. Tertio respondetur, ꝙ de iure communi non erat prohibita alienatio ante conditionem fideicommissi. d. l. fin. §. sinautem auaritiæ. C. cõmu. de leg. sed solum alienatio facta veniente conditione resoluitur, ut d. l. si dicitur. Ergo non potest dici ꝙ prohibitio testatoris tollat prohibitionem legis, quæ non erat tempore prohibitionis factæ à testatore. Quartò responderi potest secundum quod s. dictum est, quod prohibitio testatoris facta ad tempus, cessat finito tempore, non autem concedit alienationem: quia inducta ad vnũ finem, non debẽt operari ꝯriũ vt supra dixi, & ita primũ dubium absolutum sit. Venio ad secundum dubium, quod in effectu pendet ex doctrina Paul. de Cast. in l. si cum dotem in prin. ff. sol. ma. in vers. & idẽ in statuto vbi in statuto Florẽtino ꝙ vir lucreẽ dotẽ vxore ꝑmortua sine liberis: si aũt cum liberis, succedãt liberi. in dote propter illud uerbum, succedant, concludit ꝙ liberi ueniunt iure hæreditario ex testamento si fecit testamentum; uel ab intestato si non fecit testamentum: ita ꝙ tali casu mater poterit disponere de dicta dote, salua legitima filiorum. secus si statutum dicat, liberi lucrentur vel habeant, quia liberi illam lucrantur, & de illa mater disponere non potest. est ergo videndũ & perscrutandum quibus uerbis utatur statutum Parmæ, quod in tali materia loquitur, & prima facie videbatur dicendum, ꝙ liberis dos materna ex causa lucratiua acquisita sit: quia statutum dicit, dos ad eos pertineat, sicut si dicatur ꝙ filii illam lucrentur vel habeant, & quia uerbum, pertineat, est generale: & in potiori significatu intelligi debet. arg. l. j. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectig. Secundo hoc confirmatur, quia statutum vult ꝙ si exrẽt filii uxoris primi matrimonii, ꝙ illa succedant in legitima: & tota alia pars pertineat marito. Certum est autem quod in tali casu maritus uocatur ad lucrum per verbum, pertineat, ergo pariter videtur ꝙ tale verbum, pertineat, in alia parte statuti intelligatẽ ut lucrum tribuere intelligatur: quia una pars statuti secundum aliam partem intelligitur. l. verum. de petit. hæred. l. qui filiabus. de legat. 1. l. seruus. §. fin. eo. tit. Tertiò hoc idem comprobatur quia statutum disponit ꝙ elapso anno maritus lucretur totam dotem, deinde aduersatiuè dicit, sed si dictus maritus ex ea vxore haberet filios, uel filias unum, vel plures, dicta dos ad eos per-
7 tineat. † Vnde considerandum est ꝙ licet illa aduersatiua significet diuersitatem in iure & in facto. ut nota. in l. hoc amplius §. de his autem. ff. de damn. infect. tamen in tali aduersatiua videntur repetitæ qualitates casus præcedentis, ut no. per Bald in l. omnes populi. de iust. & iu. & Alex. in l. filius à patre. de lib. & post. vnde ex qua causa datẽ dos marito in præcedenti casu, ex eadẽ causa videtur data filiis, & sic omnes videntẽ causa lucri habere. Quarto ad hoc videtur decisio Paul. de Cast. in consi. 441. Pro declaratione eius quòd quæritur. in antiquis secundum nouam formã. vbi concludit in secunda & tertia conclusione, ꝙ si statutũ velit ꝙ mater extantibus filiis solum possit de quarta parte dotis disponere, & ꝙ aliæ tres partes inter filios diuidantẽ: filii ad illas tres par tes vocati sunt ex dispositione statuti, & nõ tanq̃ hæredes matris: secus si statutũ diceret, ꝙ filii succedãt. ut ibi latius tradit. Pariter ergo vr̃ in isto casu dũ dr̃, dos ad eos ꝑtineat, & vigore statuti illi acqiratẽ ita ꝙ de illa mater disponere nõ possit. Prædictis tñ nõ obstantibus cõtrariũ de iure esse existimo, uidelicet ꝙ in isto casu filii uocati sint ad dotem matris iure hæreditario, & per consequens ꝙ talis dos in dicto fideicommisso uniuersali includatur Et pro fundamento præsupponendum est, ꝙ intentio statuti de quo agitur, videtur solum disponere de lucro dotis in fauorem mariti: & non in fauorem filiorum. hoc colligitur ex rub. de dote per maritum lucranda, vxore præmoriente. nam de filiis nihil dicit, & rub. demonstrat & declarat intentionem statuti; vt not. Bal. in l. j. versi. quia modo. in gl. C. ne lic. tertio prouo. ubi hoc dicit in rubr. statutorum. cum simi. ut tradit Alexan. in l. j. ff. si certpet. in consi. 15. Circa primum lib. 3. & not. Bal. in l. fi. in 2. no. per illum tex. dicens, quòd ex præfatione statuti mens & ratio statuti probatur. cum simi. ut Alexan. scribit in consi. 7. Visis. lib. 1. & ideo cum intẽtio statuti fuerit conferre lucrum marito nõ filiis: illa verba, quod dos pertineat ad filios, debent intelligi iure hæreditario, & hoc confirmatur, quia talia verba fuerunt prolata ad exclusionem mariti, & non principaliter in fauorem filiorum. & dato ꝙ verba quia generalia sunt, dupliciter possint intelligi: cũ statutum sit contra ius commune, debet intelligi ut iuri communi minus derogetur, argu. c. cum dilectus, de consue. in l. si quando. in prin. C. de inoffi. test. & quia si filij dotem lucrarentur, ma ter de illa non posset testari, & iniquum esset auferri matri facultatem testandi: ut est tex. in l. ex facto, in prin. ff. de vulga. & pup. ubi in simili casu iureconsultus priuilegium datum à principe interpretatur: pariter vr̃ quod hocmodo statutum debet interpretari. & quia præualere debet intellectus qui rubricæ statuti conueniat, ut no Anto. de But. in proœ. decret. in §. sanè. & Abb. in c. ad audientiam. in 2. no. de reb. ecc. non alie. facit gl. in c. super gratia, de offi. deleg. in 6. in cle. 1. eod. tit. & hoc in terminis, pluribus rationibus probat & concludit Ang. in consi. 81. Domina Maria de Bastariis. & inter alia mouetur ex duabus rationibus supra dictis, videlicet ut minus iuri communi derogetur, & ne aliis præiudicium inferatur, & præsertim matri quæ non posset de dote disponere, ut latius Ang. in consil. præallegato prosequitur. & idẽ Cu. in consi. 48. Statutum Florentiæ. in fi. ubi concludit, ꝙ in dubio statutum uidetur conseruasse filiis ius legitimæ successionis: vt no. in l. Lucius. ff. de hære. insti. Vltimò ista conclusio clarissima redditur quando statutum utitur uerbo, succedat: ut Pau. de Cas. dicit in d. l. cum dotem. in prin. & refert se ita consuluisse. & idem commemorat Pau. de Ca. in consi. 82. In hoc regio. in antiquis secundum nouam formam: ubi inquit, ita consultum fuisse Florentiæ per omnes fere doc. Italiæ in causa Corradi de Gilian filiaccis. sed ita est, ꝙ statutum in casu isto utitur uerbo, succedãt dum inquit, ꝙ filii alterius matrimonii in legitima dictæ dotis tantum succedant. Pariter ergo dicendum est de filiis eiusdem matrimonii, ꝙ ad eos dos pertineat iure successionis: nam cum uerbum illud pertineat, sit generale, declaratur per uerbum illud succedant. & hoc patet in statuto præcedenti, in quo, ut narratur, absolute dicitur, quod filii in dote succedunt. ex quibus omnibus patet istam conclusionem æquitati & iustitiæ consentaneam esse. & ex supra dictis responsio ad allegata in contrariũ colligitur. Nam primo non obst. ꝙ verbum, pertinere, in potiori significatu intelligi debet: quia illud haberet locum, quando prolatum esset simpliciter, & non appareret ex aliis, ꝙ tale verbum generale iure hæreditario intelligatur, prout in casu isto cõtingit: quia hic plura alia concurrunt q̃ præponderant: ut ex omnibus supra dictis patet secundò non obst. ꝙ sicut maritus uocatẽ ad lucrum per uerbum illud, pertineat, ita etiam dicendum sit in filiis, quia respondetur, ꝙ in filiis alia ratio videtur: quia ipsi vocati sunt de iure communi ad dotem matris: & isto respectu videtur moueri statutum, dum ad exclusionem mariti uocat filios per ea quæ supra dicta sunt: secus est in marito q̃ tantum ratione lucri admittitur. & istam rationem diuersitatis inter maritũ & filios considerat Cuma. in consi. 43. supra alleg. circa fin. Tertiò non obst. quod illa uerba aduersatiua, sed si dictus maritus, intelligi debent repetita qualitate præcedentis casus, ut supra arguitur: quia ista ratio posset adaptari respectu mariti de quo supra loquitur: nam etiam in aduersatiua si de marito loqueretur illa qualitas lucri uideretur repetita: sed in filiis de quibus supra statutum nihil dixit, non potest dici quod talis qualitas sit repetita. & etiam in filiis alia ratio videtur quam in marito, ut supra ꝓxime. & illa repetitio quæ in aduersatiua intelligitur, non habet locum non existente eadem ratione. ut declarat. Alexand. in consilio 66. Viso testamento. libro secundo Quarto & vltimo non obstat decisio Pau. de Cast. in dicto consilio 441. quia ibi de mente statuti constabat, ex quo mater ibi tantum de quarta parte dotis poterat disponere: unde patet, ꝙ aliæ tres partes non poterãt filiis iure hæreditario deferri. secus in casu isto videtur in quo mater non est exclusa. & fatetur etiam Paulus de Castro in dicto cõsilio quod etiam in illo casu si statutum dixisset, quod filii succederent, quod tanquam hæredes matris venirent. Cum ergo in casu isto statutum utatur verbo, succedant, ut supsa dixi, & per alia quæ supra dicta sunt, indubitanter concludendum videtur ut supra dixi.

EPITOME Consil. CCCLXXXVII.

Legatarius particularis certarum rerum non tenetur ad debita hæreditaria. Id enim ad hæredem vniuersalem pertinet.

SVMMARIVM.

1 *Legatum de rebus mobilibus factum, dicitur esse legatum particulare.*
2 *Legatum videtur certarum rerum quando legatur tertia pars bonorũ mobilium & immobilium.*
3 *Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates validum est.*
4 *Verbum bonorum, non est verbum iuris, sed corporum.*
5 *Legatarius bonorum mobilium & immobilium, non tenetur satisfacere creditoribus.*



Væritur Andñs Sigismundus legatarius ꝓ duab. partib. tertiæ partis bonorũ mobiliũ, ut in testõ Magnifi. Augustini Chisij continetẽ, debeat pro rata portionis sibi relictæ, subire onera hr̃ditaria, & creditorib. hr̃ditatis satisfacere. In quo primo motu videbatur dicendũ ꝙ sic, quia cui pars bonorũ applicatur, ille pro illa parte bonorum creditoribus satisfacere tenetur. l. 1. C. de fideiusso. ibi, pro parte

te bonorum quam retinuit, creditoribus obligatus est. & idē probatur in l. si marito. in princip. ff. solut. matr. in l. 2. C. de leg. l. Iulian. de vi pub. ibi, si tertia pars bonorum fisco vendicata est, tute læ actionem pro ea portione aduersus fiscum dirige. facit tex. in l. si vt proponis. C. de bo. proscrip. in l. penul. C. de sent. pass. & hoc in legato certæ partis hæreditatis clarum est, quòd pro illa parte hæreditatis tenetur respondere creditoribus: vt est tex. in l. si quis seruum. §. fin. de leg. 2. idem ergo uidetur in legato certæ partis bonorum, quia bonorum appellatio sicut hæreditatis, vniuersitatem significat. l. bonorum appellatio. ff. de verbo. signific. ergo quod dictum est de parte hæreditatis, idem videtur in parte seu quota bonorum quæ legata sit. Nec ob. quòd bona dicuntur deducto ære alieno. l. sub signatum. §. bona. ff. de verb. signifi. l. mulier bona. ff. de iure do. l. cum emancipato. §. illud. ff. de colla. bono. in l. non amplius. in princip. de lega. 1. & ideo tex. in d. l. si quis seruum. §. fin. cum l. sequenti. facit differentiam inter legatū certæ partis hæreditatis, & certæ partis bonorum: qa ad hoc potest respondere secundum Paulum de Cast. in d. l. si quis. §. fin. ꝙ non minus in effectu habebit legatarius partis hæreditatis, quàm legatarius partis bonorum facta solutione æris alieni: solum. n. in hoc videtur differentia; quia in legato partis hereditatis ipse legatarius soluit æs alienum: in legato partis bonorum hæres soluit nō legatarius: sed in effectu non plus consequitur legatarius certæ partis bonorum, quàm certæ partis hæreditatis: & uterque uidetur in effectu obligatus oneribus hæreditarijs pro rata suæ portionis. Sed prædictis non obstantibus contrarium de iure procul dubio esse arbitror: & concludo ꝙ dominus Sigismūdus debeat habere duas partes tertiæ partis bonorum mobilium absque alio
1 aliquo onere. † Et moueor principaliter, quia legatum de quo agitur, dicit esse legatum particulare de rebus mobilibus, quæ repe-riuntur in hæreditate: ita expressè decidit Bartol. in d. l. si quis seruū. §. fin. ubi concludit ꝙ in dispositione facta à testatore de omnibus suis bonis, tūc cum oneribus creditorum illa dispositio facta intelligitur: alias absurdum sequeretur, ꝙ legatarius totum haberet commodum, & heres deberet omnia onera sustinere argum. l. si non fuerit. §. fin. ff. pro socio. secus dicit Barto. quando pars bonorum relinquitur, quia tunc cessat dictum inconueniēs, quia tali casu est legatum particulare. ita expressè ibi Bartol. dicit, & idē tradit Bartol. in l. fin. ff. de vsufru. leg. in versic. quærò quid si lega-
2 tur. ubi dicit, † quòd si legata sit tertia pars bonorum mobilium & immobilium, uidetur legatum certarum rerum, quia iura & actiones non continentur. & propter hoc Barto. in d. l. fin. & in d. l. si quis seruum. §. fin. concludit, quòd legatarius certæ partis bonorum non sit grauatus ære alieno. Et hoc à fortiori in casu isto dicēdum videtur, vbi dicitur de bonis mobilibus. & per ista verba uidetur plana decisio huius quæstionis. & hoc idem confirmatur, quia legatum est donatio à defuncto relicta. l. legatum. ff. de leg. 2. & in donatione non obligatur donatarius creditoribus, sed hæres donatarij. l. æris. & l. si pater. C. de dona. l. de rebus. C. de dona. ante nup. l. 2. C. de reuo. his quæ in fraud. credi. ergo pariter vi-
3 detur in legato, quod est donatio: & † quia de contractibus ad vltimas voluntates valet argumentum quādo sit eadē ratio, prout in casu isto videtur. l. pactum inter hæredem. ff. de pact. l. seruum filijs. §. eum qui chirographum. de leg. 1. & instit. de lege Fusia cani. & non solum in donatione particulari, sed etiam in vniuersali donatione facta pro parte, uidetur hoc procedere. l. si quis argentum. §. sed & si quis. C. de dona. vbi tex. dicit valere donationem uniuersitatis vel dimidiæ substantiæ seu tertiæ, seu quartæ, cum sim. ut dixi in consi. 237. In casu proposito. & in casu nostro non est insistēdum in similibus: quia (vt dixi) agitur de legato par-
4 ticulari certarum rerum: † verbum enim bonorum, non est uerbum iuris, sed corporum: vt dicit Paulus de Cast. in d. l. si quis seruum. §. fin. post Barto. ibi & maxime videtur in casu isto hoc procedere in quo non dicitur de parte bonorum simpliciter, sed bonorum mobilium: & etiam si dictum sit de bonis mobilibus & immobilibus, non veniunt nomina debitorum: quia non occupant locum cum sint incorporalia quæ tangi non possunt. instit. de rebus cor. & incor. & ideo tertiam speciem constituunt, vt not. Bartol. in l. potest. ff. de author. tuto. in l. mouentium. ff. de verbor. signific. & probatur in l. quam Tuberonis. §. in peculio. ff. de pecul. in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. cum simi. quæ nota sunt, & dixi in dicto consilio 237. & Alexand. in consi-
5 lio 68. Quoniam lib. 6. † Et ex hoc infert Bartol. in d. l. fin. de vsufruc. legat. quòd legatarius bonorum mobilium & immobilium non tenetur satisfacere creditoribus: quia in eum non transeunt actiones actiue nec passiuè. Et à fortiori ita concludendum est in casu nostro in quo solum dicitur de mobilibus: ut supra dixi. & talia bona mobilia absque aliquo onere debentur do. Sigismundo: quia ut supra dictum est, agitur de legato particulari in quo legatarius solum utilitatem sine onere consequitur. l. si hæreditatē. ff. mandati. & in §. si quis vna. instit. de fideicomm. hære. Non obstant allegata supra in contrarium: & primo text. in d. l. 1. C. de fideiuss. in d. l. 2. C. ad l. Iul. cum simi. supra allega. quia habent locū & procedunt in dispositione legis: quia bona à lege pro parte cōfiscata sunt, secus est in dispositione hominis de qua agit: ita Pet. & Cyn. dicunt in d. l. 2. & Bald. ibi refert & sequitur. & ad hoc facit, quia in publicatione vel confiscatione bonorum delinquentis habetur respectus ad hæreditatem ipsius qui deliquit, & absurdum esset ꝙ bona deducto ære alieno publicarentur: & ideo tali casu bona propter subiectam materiam accipiuntur pro hæreditate, & pars bonorū quæ fisco applicat, est quota hæreditatis, secus vt in casu isto, quia est quota bonorū & est legatū particulare, vt supra dictum est. Secundo potest responderi, ꝙ allegata in contrarium loquuntur in parte bonorum simpliciter delata in fiscum; hic autem agitur solum de bonis mobilibus in quibus, vt supra dictum est, legatum particulare constituitur, per s. dicta. Et ex his etiam secundo respondetur ad dictum Pau. de Cast. in d. l. si quis seruum. §. fin. dum concludit, quòd in effectu non sit differentia inter legatum partis hæreditatis & partis bonorum: nam
a potest primo dici ꝙ hoc dictum non sit verum, [a] quia text. in d. l. si quis. §. fin. cum l. seq. manifestam facit differentiam. Præterea loquitur Pau. de Cast. in legato partis bonorum simpliciter; nos hic loquimur in legato bonorum mobilium, inter quæ legata videtur differentia. vt patet ex s. dictis, & ita vt dictum est.

ADDITIO.

a ¶ Verum.) Imo verum est, sed hic sumus in legato particulari. Tamen in Gallia qui capit mobilia in vim consuetudinis tenetur ad debita mobiliaria, ut dixi in consue. Parisien. §. 128.

EPITOME Consi. CCCLXXXVIII.

Laudi verba intelligi debent secundum naturam causæ de qua agitur. Vnde arbitri electi ad diuidendum hæreditatem, si arbitrentur, quod paries domus hæreditariæ sit inter compromittentes communis, intelligitur quod sit communis pro indiuiso.

SVMMARIVM.

1 *Paries communis quomodo dicatur.*
2 *Verba sententiæ strictè interpretari debent.*
3 *Indefinita æquipollet uniuersali, vbi eadem est ratio.*
4 *Verba accipiuntur secundum naturam contractus & secundum subiectā materiam.*
5 *Verba intelliguntur secundum subiectam materiam, etiam verba impropriando.*

VErba Laudi de cuius interpretatione agitur dicunt cum hoc ꝙ dictus paries sit commu-
1 nis. † Ista enim communio parietis intelligi potest duobus modis. Vno modo, ꝙ sit communis pro indiuiso, ita ꝙ quilibet habeat partem in qualibet minima parte: vt not. in l. 2. in princip. C. quando & quibus quarta pars. lib. 10. Se-
a cundo modo ꝙ sit communis pro diuiso, [a] ita ꝙ vnusquisq; habeat dimidiam parietis à latere suo, ut declarat Bartol. in l. damni infecti. §. cum parietem. ff. de dam. infect. & idem Barto. in tract. de insula. in vlti. figura. in prin. cuius dicta reassumit Barthol. Veronen. in tract. de serui. vrb. prædior. in c. de pariete seu muro. Et inter istos casus est magna differentia: quia si paries sit communis pro indiuiso, vnus non potest altero inuito altius tollere parietem communem. l. Sabinus. ff. comm. diuidun. l. parietem. ff. de serui. vrb. præd. Secus si communis sit pro diuiso: quia quilibet potest pro parte sua altius tollere: vt not. Angelus in l. hoc quod dictum est. in § si ex tribus. per illum tex. secundum unam lectu. ff. de serui. vrb. præd. Et ratio clara videtur, quia ædificat super suo pariete. Et subiicit Ange. ibi not. & quotidianum esse, ꝙ paries per directam lineam inter duos uicinos sit communis pro diuiso, ita ut vnusquisque vicinorum versus se intelligatur habere dimidietatē parietis: & super illam dimidietatem quatenus illam pūctualiter prætendit ædificia superimponere, & tigna immittere potest. Et hoc secundum eum intelligitur si paries sit ita grossus, ꝙ vnusquisque vicinorū versus se ædificare possit in sua dimidia, non tangendo partem alterius: & præsupponendo quòd paries sit huius qualitatis, prout narratur: indubitater esset cōclu. quod domina Blanca eius partem altius tollere, & eleuare possit: sed tota vis

ADDITIO.

a ¶ Diuiso. [Paulus consi. 334. lib. 2. Phil. Cor. consil. 74. consi. 213. lib. 1. Soci. consil. 44. libr. 3. Cępo. causa ciui. consil. 35. & dixi in consue. Paris. titu. 3.

ta vis consistit in perscrutando illa verba laudi, quòd dictus paries sit communis an intelligatur quòd sit communis pro diuiso an pro indiuiso. Et prima facie videbatur dicendum, ꝙ sit communis pro indiuiso: quia communio proprie videtur illa quæ habet partes pro indiuiso: vnde dicit Ange. in d. l. hoc quod dictum est. §. si ex tribus. quòd impropria videtur loquutio quòd res cōmunis sit pro diuiso: quia nihil diuisum est commune.
2 † Cum ergo verba sententiæ debeant strictè interpretari, ut not. Bartol. in l. si expressim. ff. de appel. in l. Iul. ff. de condi. indeb. & idem in laudo arguit Ange. in consi. 71. Arbiter & arbitrator. in princip. videtur dicendum, quòd verba laudi propriè intelligantur: & sic ꝙ sit communis pro indiuiso. & hoc comprobari videtur, quia solum super quo constructus fuit paries, nō apparet quòd diuisum fuerit: ergo videtur, quòd remanserit commune pro indiuiso: quia de pariete videtur idem quod de solo debeat iudicari: argumen. §. cum in suo. institut. de rer. diui. in l. si supra, de acquir. rer. dom. in l. 2. C. de rei vend. Præterea dato quòd esset communis pro diuiso, non videtur quòd altius tolli possit: quia videtur destinatus pro clausura, & non videtur ad vsum ædificandi institutus, ut dicit Bartho. Veronen. in d. capitu. de pariete seu muro. in fin. vbi refert, Fulg. ita consuluisse. Sed his non obstantibus contrarium de iure esse arbitror, quòd illa verba laudi intelligantur, ꝙ paries sit communis pro diuiso. & pro fundamento præsupponendum est, quòd arbitri & arbitratores qui laudum protulerunt, electi & assumpti fuerūt à dictis partibus ad diuidendū, & diuisionē faciēdū de bonis & rebus hǣditatis quondā Ser Alexādri, vt expresè in principio laudi dr̄. ista uerba posita in principio laudi, finalē cām laudi ostēdūt, q̄ fuit hæreditatē cōem dicti Ser Alexandri diuidere. argumen. eius quod not. Bart. in l. fin. per illum text. ff. de hæred. institu. in l. 1. in princip. ff. ad Maced. cum simi. vt tradit Alexand. in consi. 7. Visis. lib. 2. in consi. 55. Quoniam in princi. & in consil. 119. Viso lib. 5. & ista intentio principalis diuidendi hæreditatem dicti Alexandri, uniuersaliter intelligitur: quia hǣditas est ius succedendi in uniuersum ius defuncti. l. hæreditas. ff. de re-
3 gu. iur. † Et quia indefinita æquipollet uniuersali ubi sit eadem ratio, prout in casu isto uidetur, ut not. in l. si pluribus. de lega. 2. vbi Bartol. & per Dyn. in rubr. de reg. iu. in 6. & hoc consonat in hoc iudicio familiæ ercíscun. argumen. l. in hoc iudicio. ff. fam. erci. & ideo, ut omnia diuisa essent secundum intentionem arbitrorum, dicendum est, quod illa verba laudi intelligantur vt sit communis pro diuiso: & quia verba laudi secundum naturam causæ de qua agitur intelligi debent: vt not. Cum. in consi. 142. Sed Petrus.
4 Et verba accipiuntur secundum naturam contractus, & secundū subiectam materiam l. si vno. in princip. vbi Bartol. ff. locati. facit text. in l. si stipulatus. ff. de vsur. in l. insulam. ff. de præscrip. verb. ex quibus iuribus concludit Alexan. in consi. 5. Puto de iure. li. 5. quòd verba accipiuntur secundum subiectam materiam, etiam uerba impropriando. & etiam in materia in qua debeat fieri stricta interpretatio: merito consonat quòd cùm subiecta materia sit, ut fiat diuisio, ꝙ illa verba accipiantur pro diuiso. & facit regula quæ habetur in l. quoties idem sermo. ff. de regulis iuris. quod quoties idem sermo duobus modis intelligi potest, accipitur sensus qui rei gerendæ aptior sit. & specialiter pro isto intellectu induco text. in l. qui neque. §. fina. ff. de rebus eor. nam bona minorum diuidi possūt licet alienari non possint. l. 1. §. si communis. ff. de reb. eo. & in d. l. qui neque. §. fin. dicitur quod quamuis diuisio sit permissa, non tamen obligatio fieri potest: quia diuisio permittitur vt tollatur communio, non autem vt inducatur: sic ergo in proposito videtur, quod illa verba, communis sit, intelligātur pro diuiso vt communio tollatur per diuisionem quæ commissa fuit arbitris: non autem intelligi debent ut communio inducat, quæ sequeretur, si res esset communis pro indiuiso: ad idem specialiter induco text. in l. & puto. §. 1. qui incipit, Iulianus ait, si eum vni vsusfructus fundi assignatus sit, & alteri idem fundus simpliciter assignetur, usufructus fundi inter eos est communis. l. si alij. ff. de vsufru. lega. modo in d. l. 1. §. 1. dicitur quod si iudex coram quo agitur iudicio fam. erci. vni vsumfructum fundi, & alteri fundum simpliciter adiudicauit, non erit inter illos communis vsusfructus, quia vt gloss. ibi dicit, iudici non erat commissum vt cōmunicaret, sed quòd diuideret. pariter ergo in casu isto dicendū videtur, quod cum arbitris commissum esset ꝙ diuiderent, non quod communicarent, ꝙ verba laudi non debent intelligi, ꝙ res sit communis, sed diuisa: quia ad eorum officium pertinebat diuidere per illum tex. qui optime facit. Et hoc idem suadetur, vt tollatur occasio discordiæ quæ ex communione induci solet. l. cum pater. §. dulcissimis. de leg. 2. & ex his comprobatur quod ad propositum specialiter Corneus scribit in consi. 184. Licet prima facie. lib. 1. ubi inquit, quòd in dubio res debet iudicari communis pro diuiso. & idem dicit in consil. 90. Viso processu agitato. lib. 2. ubi erant uerba conuentionis, quod paries sit communis, interpretatur quod sit communis pro diuiso propter subiectam materiam. & ista cōclusio saltem videtur procedere in casu isto, per ea quæ supra dicta sunt, ex quibus omnibus indubitanter ita concludendum videtur. Non obstant allegata supra in contrarium, quia responsio ex supra dictis colligitur. Nam primo non obstat quod uerba proprie intelligi debent, & quod impropria videtur locutio, si dicatur res communis pro diuiso, imo uidetur quædā
5 repugnantia, quia respondetur, ut supra dixi, † quod uerba intelliguntur secundum subiectam materiam, etiam verba impropriādo, ut Alexand. dicit in cōsi. 5. lib. 4. supra alleg. & in casu isto subiecta materia ostendit quod verba intelligantur ut sit communis pro diuiso, per supra dicta. Nec uidetur uerū quod sit quædam repugnantia, ut Ange. dicit si res dicatur communis pro diuiso, quia nihil diuisum est commune, quia habito respectu ad totam rem, si pro una parte sit mea, & pro alia parte etiam diuisa sit tua, satis dicitur communis, quia nec mea nec tua absolutè dici potest, ut per gloss. in l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. & notant Bar. & doctores in l. serui electione. §. 1. de leg. 1. Sed quicquid sit, satis est nobis, quòd secundum intentionem, & subiectam materiam uerba intelliguntur per supra dicta, quia uerba debent deseruire intentioni. capitu. intelligentia de uerborum significat. & eo. tit. in capit. propterà, dicitur, quod plerunque si uerborum proprietas attendatur, sensus perimitur, & sententia debet præferri uerbis sicut anima præfertur corpori, in cap. sedulo. 38. distinct. 1. in capitu. Melchion. & 22. quæst. 5. in capitu. humanæ aures. Secundo non obst. quòd solum sit commune in quo paries cōstructus est, quia hoc negari potest cum non appareat, quod solum sit cōmune, sed de solo coniuncto parieti debet iudicari idem, quod de pariete, argumen. l. eum qui ædes. ff. de usucap. unde sicut paries dicitur cōmunis pro diuiso per supra dicta, idem pariter dicendum uidetur de solo, ut nihil indiuisum remaneat. Vltimo nō obstat dato ꝙ esset communis pro diuiso, non uidetur quod super eo ædificari possit, cum non sit destinatus ad usum ædificādi, quia respondetur, quod hoc haberet locum si esset communis pro indiuiso, per l. Sabinus. ff. commu. diuid. secus est si cōmunis sit pro diuiso, quia pars diuisa est propria, in qua tanquam dominus quis ædificare potest, ut Angelus tenet in d. l. hoc quod dictum est. §. si ex tribus. per illum tex. in causa quæ uertebatur Mutinæ. 1521. die 14. Septembris. Pisis.

EPITOME Consi. CCCLXXXIX.

Borsius Ferrariæ Dux concessit Comitatum in feudum M. eum inuestiendo pro se & filijs. hic duos habuit filios G. primogenitum, cui in testamento assignauit dictum feudum eum grauando ad soluendum certam pecuniæ quantitatem E. secundo genito. Post cuius decessum G. vi ordinationis paternæ, instituitur de ipso feudo pro se & filijs suis primogenitis. Deinde ipse decedens reliquit A. qui institutus de Comitatu fecit transactionem cum E. à quo fuit ei remissum omne ius suum. Tandem G. decedit relicto Gib. pupillo, qui virtute paternæ & auitæ inuestituræ adeptus est possessionem ipsius feudi. Sed habet E. contradictorem, qui etiam in Comitatu succedere volebat, virtute primæ inuestituræ factæ G. suo patri pro se & filijs de quorum numero ipse est. Dec. consultus respon. quòd Gib. non debet molestari in bonis feudalibus de quibus agitur: sed venit absol. ab impetitis & conclusis in eum ex parte E. emissis.

SVMMARIVM.

1 *Pater qui feudum acquisiuit, non potest unū ex filijs alijs præferre in illo.*
2 *Filij quādo sunt expresè nominati in inuestitura feudi, acquiritur eis ius ex eorum persona.*
3 *Feudum marchionatus vel ducatus diuidi non potest.*
4 *Princeps in dubio non uidetur derogare iuri alteri quæsito.*
5 *Causa feudalis non comprehenditur in renuntiatione generaliter facta.*
6 *Feudatarius habet vtile dominium.*
7 *Ducatus Ferrariæ defertur primogenito.*
8 *Agnatus proximior qui debuit inuestiri de feudo, si consensit vel patiatur agnatum remotiorem inuestiri, & possidere per annum priuatur iure suo.*
9 *Verba enuntiatiua probant inter partes contrahentes.*
10 *Verba dispositiua faciunt indubitatam probationem.*
11 *Causa feudalis an ueniat in uniuersali dispositione.*

VIsa Longa serie informationis transmissæ, & diligēter considerato tenore concessionis feudalis factæ per illustrem Ducem Borsium, Magn. do. Marco de Pijs, quæ renouata & confirmata fuit per illustrem Ducem Herculem, in qua vis tota consistit. Videbatur primo motu dicendum, quòd domi. Aeneas qui solus superest ex filijs dicti Magni Marci, habeat intentionem fundatam: quia cùm dom. Marcus inuestitus fuerit pro se & filijs suis, post eius mortem

mortem æqualiter omnes filii admittantur.c.1.§.quia vidimus,
1 in uer.quod hodie.& in c.1.in prin.de suc.feu.†Et pater qui feudum acquisiuit,non potest vnum ex filiis aliis præferre,ut probatur in d.c.in prin.& no.Bald.in consil.394.Quod consentiente dño.lib.1.nam qñ princeps.cocedit feudum Titio & liberis eius, mortuo Titio uocantur liberi ex propria persona.non ex persona patris: unde et si pater vellet non pôt illos priuare, quia non habent feudum ab eo, sed à principe, postea'q fuerunt expressè nominati in inuestitura:ita dicit Paul.de Cast.in consil.353.Visis omnibus punctis.alie.no.per Bar.in l.iusiur.§.si liberi.ff. de oper.
2 lib.† Quando.n.filii sunt expressè nominati in concessione,ius ef
a ficacius illis acquiritur: quia tali casu delictū [a] patris, non nocet filio:ut no.Bar.in l.eum qui.de inter.& releg.Cy in l.2.C.de lib.& eo.lib.Bal.ibi,in prin.idem Bal.in c.1.§.hoc quoque,in ver.pone, ego recepi feudū pro me & filiis meis.de suc.feu.& Pau.de Castr. in consi.162.Circa id quod primò quæritur.& cum s̄.dictis.concordat Bal.in c.imperialem,in prin.in uersi.quæro vtrum pater. de prohi. feu.alie.ubi concludit, ꝙ pater non pôt in testō vni filiorum feudum assignare nisi fratres approbarent testm. & ideo quędam asserta ordinatio facta per Mag. dictum Mar.in eius testa. de dictis bonis feudalibus valida non videtur, in qua vr̄ assignare castra,& bona feudalia Giberto primogenito, grauando illum ad soluendum,& præstandum certam quātitatem pecuniæ singulis eius fratribus,ut in inst.transactionis continetur: nam talis ordinatio in bonis allodialibus locum habere potuisset,ut tradit Paul.de Cast.in consilio.163.In causa quam Magn.do.Tit.in prin.sed non in bonis feudalibus quæ æqualiter omnibus filiis debentur,ut supra dictum est:& inter eos diuisio fieri potest.c.1.§. omnes filii.si de feu.fue.contro.inter do.& agn.& no.Spe.in tit. de feu.§.quoniam.uer.34.Quæritur easdem.in consi.12.in tit.de feu.& And.de Iser.in c.1.§.item si fuerint duo.in tit.qui mo.feu. amit.ubi concludit, ꝙ feu.regulariter potest diuidi inter filios de iure communi sicut hæreditas, nisi datum sit a concedente eo tenore vel lege municipali inductum sit,ꝙ primoge.succedat & refert & sequitur Alex.in consil.7.In consulta. præmis.libr.5.
3 † Non ob.ꝙ hoc uidetur feudum Marchionatus uel Comitatus, quod diuidi non potest.c.imperialem.§.præterea ducatus.de.p hi.feu.alie.per Fed.& no.doc.in l.pręalle.quia respōderi potest ꝙ ille.§.non seruatur de consue.ut not.Io.And. in addi.Spec.in rub.de feu.uersi.nō omit.ubi inquit,ꝙ cōmuniter in Italia & in cæteris partibus Alamaniæ Ducatus, & Marchionatus,& Comitatus,& omnes dignitates preter regales, diuiduntur.& idem dicit Old.in consi.237.Perlectis.& hoc præsertim seruatur in Lombardia,ut inquit And.de Iser.in d.c.1.§.omnes filii. quem refert & sequitur Alex.in consi.18.Visis c.li.2.& idem Alex.in consil. 60.Visis dubitationibus.in prin.lib.2.consi.27.Attentis narratis lib.5.& tradit Soci. in consi.165.instrumentis.& in consil.278.In
4 q.vertente.cum simi.† Similiter iuri quæsito d.do.Aeneæ agenti non videtur derogatum per inuestituram postea factā in do. Gib.primogenitum prædicti do.Marci,& successiue in Alex.filium primoge.dicti Gib.quia in dubio non præsumitur, ꝙ princeps voluerit d. Aeneæ præiudicare.l.2.§.merito.& in §.si quis à principe.ff.ne quid in lo.pub.in c.super eo,de off.deleg.in c. quā uis,de rescrip.in 6.& in simili casu de secunda inuestitura tradit Pau.de Cast.in cōs.150.Viso & examinato puncto vt latè in alio simili casu scribit Alex.in consi.3.Ex his quæ in themate narran
5 tur.lib.5.& in consil.23. Viso processu.eo.lib.5.† Eodem modo non videtur prædicto Aeneæ agenti præiudicare quædā renuntiatio, facta ab eo in contractu transactionis: quia ibi de iure feudali nihil dr̄,& in generali renūciatione cā feudalis nō comprehenditur, nisi specialiter exprimatur. arg.c.1.§.in generali. in titu.si de feu.fue.contr.inter do.& agna.& hoc expresse dicit Bal.in auth.in success.in fi.C.de suis & leg.ꝙ per generalem renūtiationē quis non præiudicat sibi in feudo.& idē Bal.in c.1.uers. Sed quid si filius.in tit.an agna.uel fi.Sic etiā in generali facultate legitimandi,quæ alicui à principe conceditur, non vr̄ data po
b testas legitimandi ad feudum: [b] ut no.Signorolus in consil.218. Quidam dictus Ianolus.& cū prædict. concordat Soci. in consil. 74.Super controuer.uer.4.conclu.li.3.& hoc idem comprobatur,quia renuntiatio fuit facta respectu hereditatis,& quo ad bona hæreditaria dicti Magn.Marci,ideo non porrigitur ad feudū quia non est quid hr̄ditarium. vnde si quis renuntiauit hæreditati paternæ,& quietationē fecit de omni eo, quod petere possit in hæreditate paterna,non excluditur quominus possit feudum petere,ut Bar.post Dy.conclu.in l.itē uidendū.§.fi. ff.de pet.hæ. Sed tñ prædictis, & similib. quæ adduci possint non obstan. vlterius cogitanti ꝯrium de iure arbitror, videlicet ꝙ dictus Gib.pupillus nō possit molestari in bonis feudalib.de quibus agitur, sed ꝙ veniat omnino absoluendus: quia in talibus bonis Gib. auus eius inuestitus fuit iure nobilis feudi pro se,& eius filiis primogenitis,& possessionē dictorum bonorum habuit & retinuit usque ad eius mortem,quo mortuo eius filius Alex.primoge. secundū tenorē inuestituræ successit in dictis bonis, in quibus et Alex fuit inuest.& cū nunc decesserit relicto Gib.eius filio pupillo qu virtute inuestituræ factæ eius patri,& auo succedit in dictis bonis & possessionē adeptus est,apparet illum habere fundatā intē
6 tionē in possessione & dñio vtili: † quia feudatarius habet utile dominiū,& pro forma & conclusione tradit Bal.in c.1.§. præterea,de ca.co.& in c.1.in quibus cau.feu.amitt. & Abb. post Inn. in c.si diligen.in 3.no.de præscr.& cū dictū sit in concessione, ꝙ primogenito acquiratur,forma concessionis attenditur. text.in c.1.in fi.de duo.fra.à ca.inue.ubi Bal.& no.Bal.in prælu. feu. in 4. diuisione.in uer.porro.in c.j.§.deniqȝ.in tit.quæ fuit prima cau. benefi.amit.in l.1.uer.sed & si quis.C.de lati.li.tol.& paria sunt, ꝙ primogenitus uocatus sit à l.munici.uel ex tenore inuestituræ ut no.And.de Iser.in d.c.1.§.item si fuerint duo.& Alex.in d.cōsi.7.lib.5 Et ista indubitanter procedere videntur in bonis feudalibus ex permutatione acquisitis:de qbus in dictis inuestituris agitur,& in qbus nō pôt dici esse aliquod ius quæsitū d.do. Aeneæ & eo.mō vr̄ fuisse feudū concessum in prima inuestitura dicto Magn.do.Marco pro se & filiis,ut intelligatur de primogenito: qa vr̄ fuisse feudū March. uel comitatus, ꝙ diui non pôt,sed primoge.reseruatur d.c.imperialem.§.præterea ducatus.& no. per gl.fi.in l.si hæredes.de testa.in c.licet.de uoto.Abb.ibi,in gl.fi.cōcludit, ꝙ in regno & comi.& in aliis dignitatibus secularibus idē sit, ꝙ non diuidantur,sed primogenito debentur.& dicit hoc introductum fuisse propter bonum publicū ne dignitas diminueretur:& quia multitudo principum mala est, vnde in ordine naturæ vnus debet esse princeps:c.in apibus.7.q.1.& latè Old.scribit in consi.94.Eleganter.Pet.de Anch.in consi.341.Pro maiori intelligentia.& Alb.in proœ.digestorum.in §.discipuli.uersi. est igitur no.pariter concludit ꝙ in regno primogenitus succedat: ut est tex.in d.c.licet.& dicit rationem esse, quia regnū, ducatus marchionatus & comitatus diuidi non debent. §. præterea ducatus. & ibi,in uer.quantum igitur,concludit,ꝙ sicut in regno primogenitus aliis præfert,idem est in ducatu, marchionatu, & comitatu;qa sunt dignitates indiuisibiles.& hoc cōfirmatur: quia in inuestitura dr̄ ꝙ Dux Borsius inuestiuit dictum dñm Marcum iure feudi ad usum regni: nam ista uerba duobus modis intelligi possunt.Primo ꝙ sit feudum regale sicut est feudū ducatus,marchionatus,comitatus.c.1.de feu.marchio.in prin.& no. Iac. Alua.in 1.diuisi.feud.in proœ.dum loquitur in feudo regali. Vel secundo modo dicta uerba intelligi pāt ad vsum regni: quia sicut in usu est,ꝙ in regno primoge.succedat,d.c.licet,de uoto.eo.modo de tali feudo dicendum sit.& iste secundus intellectus suadet ex eo, qa in aliis posterioribus inuestituris expresse dr̄ de primogenito:vnde ista declaratio facta in sequentibus ostendit istā et fuisse intentionem principis in prima inuestitura:quia actus qui sequitur,declarat uoluntatem præcedentem.§.pauonum. insti. de re.diui.not.Bar.in l.cætera.§.sed si parauerit.de leg.alleg.text.
2 ecclesia post mortem dictorum filiorum : † vnde cũ sit facta prouisio à testatore qui vlterius processit prouidendo post mortem dictorum filiorum, vr̃ cessare dispositio d.l.cum auus ; cũ si.vt in simili no.Bar.in l.liberto.§.Lucius.ff.de annu.leg.ꝙ Bal.in l.dictam
3 legẽ.C de condi.ob. cau. † Accedit ẽt qđ est substituta ecclesia, quo casu excepta legitima magis fauendũ est ecclesiæ q̃ liberis : ut no.Bar.in l.1.uer.circa primũ.C.de sacrosa.eccl.Pet.de Anch.in consi.54.Prima facie. Ant.But.in cons.25.Ad primũ.Are in cõsi. 21.In causa Nicolai. Alex.in l.pactum qđ dotali.C.de pac. vnde cũ in casu isto non agatur de legitima, vr̃ ꝙ ecclesia descendentibus præferatur. Prædictis tñ non obstantibus, ulterius cogitanti ꝯriũ de iure esse arbitror, videlicet,ꝙ imo p̃dictus Antonius nepos admittatur exclusa ecclesia : quia in isto casu appellatione filiorum dicti Bartholomæi,veniunt nepotes,ex eo qđ no.Bar.in l. liberorum.ff.de uer.sig. ubi concludit ꝙ qñ testator loquitur de filijs dispositiuè, appellatione filiorũ veniunt nepotes l. Lucius. ff.de hære.inst.& opi.Bar.sequit̃ Ant.de But. in c. in quibusdam. de pœnis.Car.in c.2.de uerb.sig.Pet.de Anch.in cle.1.de baptis. cum si.ut tradit Alex.in cõsi.9.Visis uerbis testamenti. lib.1. & in consi.5 Circa primũ.lib.3.& And.Sicu.late in cõs.11.lib.2. Et ista conclusio saltem vr̃ omnino procedere in casu isto in quo verba sunt relata in futurum : quia substituit testator filios Bartholomæi tam natos, q̃ nascituros,quo casu qñ dispositio testatoris est collata in futurum euentum, in quẽ verisimiliter põt esse dubiũ, an tunc extarent filij vel nepotes, tunc appellatione filiorum veniunt nepotes, quia præsumitur ꝙ par affectio tali casu fuerit ad nepotes,vt concludit Io.de Imo. in l.Gallus.§.instituens, uersi. vel potes dicere.ff.de libe. & posth.& ibi p p hoc infert post Bal. ꝙ si testator instituit fratrem,& si decesserit sine filijs dedit substitutum, ꝙ substitutus excludatur existentibus filijs vel nepotibus ex fratre.& sequitur Alex.in consi.26.Videretur fortasse.ubi dicit saltẽ isto casu procedere opinionem Bart.s̃. relatam. & idem Alex.in d.consi.9.lib.1.& in d.ꝯsi.5.li.3.& idẽ Corneus.cõsi.207. De pluribus.li.2. vnde cũ in ista parte testamenti appellatione filiorum ueniant nepotes, eodẽ modo verba substitutionis factæ de ecclesia post mortem dictorũ filiorum intelliguntur & nepotum : quia se refert ad filios, de quibus s̃.dictum est. arg.l.ait prætor.§.si iudex.ff.de re iudi.l.asse toto. ff. de hæredibus institueẽ.& quia vna pars testamenti s̃m aliam intelligitur.l. qui filiabus.§.1. de lega.1.in l.utrum.ff.de petitio. hæred. in l.si seruus plurium.§. fin.de lega.1.& ista conclusio confirmatur : quia qua ratione filij Bartholomæi excludunt ecclesiã substitutam : pari ratione idem vr̃ esse dicendum de nepotibus.l.cum auus.de condi.& demon. d.l.cum acutissimi.& d.l.generaliter. §. cum aũt.& hoc modo in simili casu arguit Corneus in consi.92. Primo consultus.lib.1.vbi inquit,illa iura maximè habere locum in ascendente, prout ẽt in casu isto agitur, & qñ fuit facta mentio expressa de filijs, prout ẽt in casu proposito cõtingit, non vr̃ dubitandum ꝙ illa iura habent locum in matre & in linea materna,ut no.per glo.& doc.in d.l.generaliter.§.cum aũt Bar.in d.l. cum auus.& probatur in d.l.
4 cum acutissimi,in verbo, si quis. † Illa.n.dictio, si quis, fœminam sicut masculum cõplectitur.l.1. ubi Bar.ff.de ver. sig l.si quis maior.C.de transac.cũ gl.in l.si quis in tantam, in gl.fi. C.unde vi.& quia sumus in materia indifferẽti, quo casu in dispositione legali masculinum semper cõcipit fęmininũ, ut notat Ang.in cõs.289. Viso testõ.& quia materia l.cũ auus.est fundata in cõiectura pietatis,vt ibi dr̃,& in matre est æqualis pietas cum patre,licet potestas sit inæqualis, vt dicit tex.in l.furiosæ matris.ff.de curat furio. & habet locũ ẽt qñ instituta fuit filia,& de filijs,nepotibus,pronepotibus,& in omni posteritate, ut dicit text. in d. l. fideicõmissi.
5 ideo concludenũd est ꝙ in casu nr̃o indubitanter procedat.† Superest solum rñdere ad allegata s̃. in ꝯtrarium :& in hoc vis tota consistit.vnde primo nõ obst. ꝙ in substitutionibus appellatione
* filiorum non ueniunt nepotes : quia * *cõis* opinio vr̃ in ꝯtrarium s̃m opinionem Bar.s̃.allegatam:quæ cõiter approbata vr̃,ut colligitur ex s̃.dictis. & ideo non vr̃ uerum qđ Soc. dicit in d.consi. 104.in prin.li.3.Et hoc saltem in casu isto indubitanter vr̃ procedere in quo uerba ad statutum referuntur, ut s̃.dixi. Et ẽt in casu isto vr̃ habere locum dispositio d.l.cum auus.cum si.ut s̃.dictum est. Non obst.ꝙ substitutio vr̃ esse restricta ad filios nominatos: quo casu non ueniunt nepotes s̃m Bar.in d.l.Gallus.§.instituens. & in d.l.liberorum.quia loquitur Bar.qñ nomen filij restringitur in noĩe proprio alicuius filij,prout loquitur tex.quẽ alleg. Bar.in locis præalleg.in l.si quis ita.in princ ff.de testa.tu. Sed in casu nostro sunt noĩati filij simpliciter,& ideo dictũ Bar.nihil facit.& q̃a cũ relatio facta sit ad dictos filios s̃.dictos:& suprà filij cõprehendunt nepotes, ergo pariter illa substitutio relata ad filios debet comprehendere nepotes, ut suprà dictum est Non obs.ꝙ ecclesia sit prohibita alienare descendentibus, & sic vr̃ ꝙ descendentes &
6 per consequens nepotes excludantur ab ecclesia. † Quia ad hoc respondetur, & considerandũ est ꝙ uerba testamenti ita debent intelligi ne contradicant.l. non ad ea.de condi. & dem.facit tex. in c.inter dilectos §.cæterum, de fide instrumen.cum sim.tradit

Alex.in l.1.ff.ne quis eum & in consi.112.Viso testamento.lib.2. vbi dicit ꝙ in omnibus dispositionibus hoc habet locū, vt per distinctionem ꝯrietas remoueatur.& ideo in casu nostro illa alienatio quæ permittitur fieri descendētibus dictorum hæredum, intelligitur de descendentibus nō vocatis ante ecclesiam: sed cum nepotes dicti Bartholomæi vocati sint ante ecclesiam, vt s̄.deductum est, ipsi admittuntur exclusa ecclesia: & non cadit ꝙ in eos fuit alienatio, & ista vr̄ clara & aperta responsio, quæ non habet dubitationem. Secundo responderi potest, ꝙ cum vocata sit ecclesia post mortem dictorum filiorum,& nullis remanētibus singula singulis referēdo:& cum in diuersis bonis facta sit institutio, & in quibusdam vocata sit Ioanna filia & filij nepotes eius in alijs bonis vocati sint filij Polixenæ alterius filiæ & eorum filij.Illa verba singula singulis referendo, videntur importare ꝙ ecclesia substituta sit,deficiente linea alterius filiæ:& hoc modo tollitur contrarietas:quia ecclesia quę succedit deficiente linea vnius filiæ poterit illa bona in descendētes alterius filię alienare. & hoc in simili casu, de ista clausula singula singulis referendo,tradit Ang. in l. fi.C.de fideicom.per gl. ibi in verbo, suæ.ad idem facit gl.in l.1.§. sin autem quis sub conditione,in verbo, fortuna. C.de cad.tol.in l.generaliter,in prin.in verbo,non expectata.C.de reb.credit.in l. qui in futurum.in gl.fi.C.de pac.instit.de excep.in prin.in uerbo, in factum.& in auth.de exiben.reis.in prin.in verbo,decretis.prima tamen responsio planior vr̄. Successiuè non obstat ꝙ dispositio l.cum auus.& d.l.cum acutissimi, nō videtur habere locum in casu isto in quo cogitauit de nepotibus: quia respondetur, ꝙ cogitauit de descendentibus, in quos permittitur alienatio fieri in eorum fauorem, vnde hoc non debet in eorum odium retorqueri,vt p p hoc nepotes excludantur:argu.l.quod fauore.C.de legi. & in casu isto non cogitauit respectu substitutionis de qua agitur: quia si cogitasset: idem verisimiliter de nepotibus voluisset arg.gl.in l.tale pactum.§.fi.ff.de pac. quæ secundum Bal. ibi ēt procedit in dispositione testatoris: facit text. in l. Titius. in l.Lucius.ff.de lib. & posthu.in l.fi.C.de posth.hære.instit. Secundo respondetur, ꝙ in casu isto sunt expresse vocati filij, & pariter vocati uidentur nepotes, vt s̄. dictum est. & per hoc etiam rn̄detur ad illud ꝙ sit facta prouisio à testatore, quia illa prouisio facta vr̄ in defectum filiorum & nepotum:vnde sicut filij excludunt ecclesiam, idem est dicendum de nepotibus per s̄. dicta. Vltimo non obstat ꝙ sit substituta ecclesia; quia fuit limitatè substituta post mortem filiorum & nepotum dicti Bartholomæi,& nullis remanentibus filijs & nepotibus dicti Bartholomæi vt supra dictum fuit:merito super existente dicto Antonio nepote, ecclesia excluditur.& sic in isto casu videtur cessare disputatio,quæ fit an dictę leges.s.cum auus,& cum acutissimi,habeant locum,si ecclesia substituta sit:quia hic vr̄ constare de mente testatoris,quæ totum facit.l. ex facto, la grande. ff.de hær.insti. in l.in conditionibus primum locum,in prin.de cond.& dem.cum vulga.Præterea etiam

* secundum * *communem* opinionem iura præallegata procedunt, etiam si ecclesia substituta sit,ut in terminis Bal. concludit in d.l. cum acutissimi.in versic quæro quid sit pater.& non videtur verum

a ꝙ[a] excepta legitima,magis fauendum sit ecclesię quam liberis,quia iura absolute dicunt,ꝙ hæreditas patris debetur filijs instinctu naturæ l.fi.in prin ff.de bo.damna.l.scripto.in fi ff.unde liberi. & secundum consilium Augustini magis fauendum est filijs quam ecclesiæ.c.fi.17.q.4.& no.per gl. in l. si quis ad declinandā. C de episc.& cleri.& in l.Papinianus.§.1.ff.de inoffi testa. & illud dictum Augustini de consilio intelligitur secundum glo. in locis præalleg.& in consi.non est necessitas.14.q.1.in c. quod præcipitur.ideo non videtur ꝙ illud consilium restringatur respectu legitimæ, in qua est necessitas: quia auferri non potest sine causa. §. aliud quoque capitulum.in auth. vt cum de appe. cognoscitur. & in materia.l.cum auus.& l.cum acutissimi, hoc probatur in d.l.cū acutissimi, ubi text.prouidet liberis nepotibus & posteritati,quibus non debetur legitima, quia stantibus filijs, nepotes & alij descendentes non debent institui neque exhæredari. l. Gallus. §. in omnibus.in fin.ff.de libe.& posthu.& in l.posthumorum. in prin. ff.de iniusto rupto.& quicquid sit,opinio Bald.in d l.cum acutissimi.approbatur cōmuniter a Pau.de Cast.ibi ,& alijs quos Soci. refert in d.l.cum auus,in vers.secundum correlarium est.& ibi respondet ad ea quæ in contrarium adduci possunt, & gratia breuitatis non refero.& quia non expedit stantibus supra dictis.

ADDITIO.

a ¶ Verum.] Infra consi.426.& Decius l.licet.C.de pac.ubi dixi.

EPITOME Consil. CCCXCII.

Filia à paterna successione exclusa extantibus masculis, per statutum quale est Bononiæ, potuit nihilominus petere supplementum legitimæ,non obstante dote ei constituta, aut legato ei a patre prohibente nihil amplius petere relicto, præsertim vbi filius legitimatus extaret,qui eam excludere non potest.

SVMMARIVM.

1 *Filia exclusa à statuto propter masculum, si fuit incompetenter dotata, agere potest ad supplementum congruæ dotis.* & *nu. 2.*

3 *Statutum excludens filias propter masculos, an locum habeat in filio legitimato.*

4 *Legitimatio facta extantibus filijs legitimis & naturalibus, ad hoc ut ualeat, requiritur quòd hoc expresse dicatur in priuilegio.*

5 *Legitima non tollitur per generalem renunciationem.*

6 *Beneficia propriè dicuntur gratiæ præter ius concessæ, sine tamen alterius præiudicio.*

7 *Legitimatus utrum gaudeat beneficio statuti, quòd stantibus masculis fœminæ non succedant.*



QVæritur an filia legitima & naturalis admittatur ad supplementum legitimæ contra filium legitimatum institutum stantibus statutis Boloniæ,in quibus filiæ fœminæ extantibus masculis excluduntur, & stante efficaci & plena forma secundæ legitimationis, in qua legitimatus specialiter vr̄ habilitatus ad exclusionem filię s̄m formam statuti. Et prima facie videbatur dicendum, ꝙ a filia nullum supplementum peti possit.Primo,quia cum filia per statutum ab intestato excludatur, illi non vr̄ legitima, nec legitimæ supplementum competere: quia legitima est portio eius in quo quis est successurus ab intestato l.Papinianus.§.qm̄ autem quarta.ff.de inoffi.test. no.in l.parentibus.C.eo.tit.vnde qui non succedit ab intestato illi non debetur supplementum legitimæ,vt Alex. concludit reiecta opinione Sali.in l.Gallus.§.& quid si tm̄ ff.de lib. & posthu. & idem Alex.in consi.65.Circa præmissam consultationē lib.4. idē Cuma.in consi.224.Dominus Antonius,& in consi.188. Spectabilis miles.vbi refert opinionem Sali & dicit, ꝙ cōiter seruatur ꝯrium eius quod voluit Sali.& quod exclusus ab intestato excludatur a legitima no Ang.in consi.105.Statuto cauetur.Pau.de Cast. in consi.103.Super eo de quo quæritur, in prin. cum simi. ut dixi in consi.299. In causa mihi commissa,& tradit Soci.in consi.288. Circa primam quæstionem,& late scribit Brunus in tract.statu.ꝙ

1 extantibus masculis filia fœmina non succedat,in artic.9. † Secūdo hoc idem probatur, quia hic pater filiæ fecit testm̄, quo casu facto testamento si filiæ aliquid relictum sit iure institutionis. ēt si minus sit quam legitima, ꝯ filium masculum vniuersaliter institutum reclamari nō potest,nec ꝯ testm̄,vt latius precise in statuto disponitur in rub.de success.liberorum condito testō,& cum tali dispositione statuti etiam concurrit dispositio testatoris, qui dictæ filiæ reliquit ultra dotem aureos quadringentos, casu quo approbauerit testm̄. & non aliter: & hoc pro omni legitima sibi debita iure naturæ,ut latius in testamento continetur. Tertio etiā concurrit legitimatio quæ fuit facta specialiter s̄m formam statuti respectu exclusionis legitimæ: prout in statuto disponitur. Sed tm̄ his non obstantibus ꝯrium de iure esse arbitror, & concludo ꝙ prędicta filia non obstante statuto,nec dispositione testatoris ad supplementum legitimæ & congruæ dotis agere possit: in hoc enim filia vr̄ habere intentionem fundatam, per text. in l. si qn̄ §.fi.C.de inoffi.testa.vbi filius vel filia cui minus in testō a patre relictū sit quam sit eius legitima ad supplementum agere potest, quamuis pater in testō prohibuerit ꝙ ulterius nihil petere possit,& Bal. ita ibi decidit,in ver. quæro pater.& adhoc alle. tex. in auth.ut cum de appel.cognō.in §.cæterum,& no.Bar. in l.Papinianus.§.si conditioni.ff.de inoffi testam.cum similibus, ut tradit Alex.in ɔsi.69.Super primo dubio.lib.1.& Soci.in cons 1. Franc.

2 Donati.in prin. ulti. lib. † Et qn̄ filia excluditur a statuto propter masculum,si sit incompetenter dotata agere potest ad supplemē

a tum[a] congruæ dotis,ut decidit Bal.in l.fi in versi. sed pone quod ista filia.C.de dotis promi.& Pau.de Cast.in cons.129.Licet ista. & qn̄ filia a statuto excluditur dos congrua dicitur quæ non sit minor q̄ sit legitima,ut no.Salic.in auth.res quæ. in 2 no.C.cōia. de leg.cum similibus,ut Alex.scribit in consi.69.s̄.alleg. in consi. 7.Visis lib.2 cum similibus quæ nota sunt. Non obstant allegata

3 supra in contrarium in quibus vis tota consistit. † & primo, non obstat statutum ꝙ excludit fœminas propter masculos: quia tale statutum non videtur habere locū in filio legitimato de quo agitur:quia filio spurio licet legitimato non uidetur data talis prærogatiua,ꝙ debeat filiam ex legitimo matrimonio natam excludere,ut in terminis decidit Ant de Butr.in c.per uenerabilem charta penul.ubi loquitur de effectu legitimationis: in uersi. sed posset esse dubium,qui filij sint legi.& sequitur Pau.de Cast.in cōsi. 221. Super eo.& idem concludit Pau.de Cast. in l.cum acutissimi,contra Bald.ibi,& dicit opinionem Anto.de But.esse ueriorem contra Bald. & ita aliàs consului ut patet in consil. 52. Viso eleganti consilio. & late secundum istam opinionem nouissime consuluit domi. Franc. de Curte. in consi.16. Clarus uir. ubi alios adducit,qui

ADDITIO.

a ¶ Supplementum.] Supra consi.203.ubi dixi.

cit, qui idem tenent: & idē Fran. de Cur. in consi. 35. Statuto. ver. venio modo ad secundum, & in consi. 73. Super memorata. char. 5. in versic. transeamus modo ad tertiam. & ex eius dictis in locis
* præallegatis apparet istam * *communem* esse opinionem a qua nō est recedendum, vt Mod. concludunt in l. si is qui pro emptore, ff. de vsuc. char. 15. in versi. ex prædictis apparet istam secundam esse magis cōem opinionem, & ideo cessante statuto in casu isto attendi debet ius cōmune, quo attento pater nihil potuit in præiudicium legitimæ disponere. Non ob. ꝙ per legitimationem videtur habilitatus specialiter ad dispositionem statuti Bononiensis præferentis masculos, ut colligitur in legitimatione, ibi, etiam ex dispositione statuti Bononiensis masculis extantibus fœminas excludentis: quia videndum est an comes Palatinus d. Agamemnon de Grassis talem potestatem habuerit: & in hoc vis tota consistit. Et prima facie videretur dicendum ꝙ sic: valet. n. priuilegium comitis super legitimatione, vt no. Bal. in l. 1. in prin. ff. de tuto. & curat. datis ab his, & tenor priuilegij comitis debet attendi, vt tradit Paul. de Cast. in consil. 227. Super primo, in princ. facit tex. in c. porro, in ca. recepimus, de priuilegijs, & in priuilegio expresse dicitur ꝙ habilitare possit legitimatum ad beneficia statutorum municipalium: ergo videtur ꝙ potuerit legitimatum habilitare secundum dispositionem statuti Bononiensis excludentis fœminas. Et quia in priuilegio dr̄, & ad omnes & quoscunq; alios similes vel dissimiles vel maiores actus, etiam si tales essent qui expressam & specialem mentionem requirerent. quæ verba videtur operari perinde ac si specialis expressio facta fuisset, vt not. Ang. in l. omnes, per illum text. C. de præscri. 30. anno. Federi. in consi. 47. Habita. Alber. in l. 1. in fin. qñ impera. Anto. de
4 But. in consi. 2. Visis. Bald. in c. cum dilecta. de pręscri. † Sed tñ his non obstantibus contrarium videtur dicendum de iure: & concludo ꝙ supplemētum legitimæ peti possit per supra dicta: quia nec statutū in casu nostro vetat, nec testator prohibere potest, & pariter non videtur ꝙ per legitimationē tale ius legitimæ tollatur nec auferri possit, & pro fundamento considerandum est ꝙ ad hoc vt legitimatio facta extātibus filijs legitimis & naturalibus valeat, requiritur ꝙ hoc in priuilegio expresse dicatur: ita dicit Bal. in l. cum filius. ff. de testa. milit. & no. Pau. de Cast. in consi. 223. Super eo. & in tali casu solum agitur de præiudicio: quia portio legitimæ prolis minuitur, & legitima non tollitur: à fortiori in casu isto videtur dicendum, ꝙ cum agatur de exclusione legitimæ secundum statutum, quod hoc debeat exprimi in priuilegio legitimationis specialiter, & hoc confirmat̄: quia legitima non tollitur filijs nisi hoc specialiter exprimatur, vt est tex. in l. si quā-
5 do. C. de inoffi. testa. §. fi. † Et si in ipso cui debetur legitima, generalis renuntiatio facta ab eo non sufficit, sed specialis renuntiatio requiritur: à fortiori videtur, ꝙ in ipso comite Palatino specialis potestas requiratur, quia minus tribui debet comiti Palatino in præiudicium filij legitimi & naturalis, quam ipsi filio concedatur, ut in simili notat Bar. in l. societatem, §. arbitrorum. ff. pro socio. vnde illa uerba generalia quę in priuilegio comitis habentur ad beneficia statutorum municipalium, nō uidentur adaptari ad statutum hoc, ꝙ extantibus masculis fœminæ excludantur à legitima: quia in hoc erat necessaria specialis expressio, per supra dicta, & ad hoc facit, quia illa uerba generalia debent absq; graui præiudicio filiarum intelligi, secundum regulam quæ est, ꝙ beneficia cōcessa à principe restringi debent, ne tertio præiudicium inferatur. c. super eo. cū si. ibi in gl. allegatis, de offi. dele. facit tex. in c. quamuis. de rescrip. in 6. in c. ex tuarum. de autho. & vsu pal.
6 & quia habilitatur ad beneficia statutorū. † Nam proprie dicuntur beneficia gratiæ concessæ præter ius, sine alterius præiudicio, vt no. Abb. in c. olim. de verb. sign. in gl. fi. & tradit Alex. in consi. 160. Viso themate lib. 2. & hoc non verificatur in casu nostro in quo agitur de graui præiudicio filiarum quibus auferetur legitima, & licet qñ a statuto filia excluditur etiam a legitima excludatur absque speciali expressione, vt supra in contrarium dicebatur: quia fortior videtur exclusio quæ fit a lege, vt patet in deportato, spurio & emancipato, qui a lege prohibentur succedere: & pariter excluduntur a legitima: secus est in exclusione quæ fit ab homine, in qua specialis renuntiatio requiritur. d. l. si quando §. fi. & ita declarat & distinguit Soc. in consi. 150. in ver. sed ad hanc responsionem, & in casu isto non agitur de exclusione legis: quia statutum non habet locum isto casu: sed exclusio fit ab ipso Comite qui legitimauit: & sic ab homine qui non videtur in tali casu ptātem habuisse per ea quæ supra dicta sunt. Nō ob. ꝙ iste casus debet haberi pro expresso: quia talis clausula non sufficit vbi specialis dispositio requiritur, ut not. Cyn. in l. 1. C. quando im-
i pera. Feder. in consi. 233. Casus talis Pau. de Cast. in consi. 53. Passus iste. & in consi. 302. Quoniam adiectione non indiget. Cald. in consi. 11. in tit. de priuileg. Card. in consi. 51. In præmisso dubio. [redacted], cum si. ut dixi in consil. 165.
* Viso testatore, & ex ibi dictis apparet esse * *communem opinionem*, in qua nunc gratia breui[redacted]non insisto: & reassumendo breuiter quæ supra dicta sunt, apparet ꝙ filia a supplemento legitimæ nullo modo excludatur, non a statuto quod non habet
7 locum in filio legitimato, vt supra dictum est: † Non ex testamento patris, qui non potest filiam priuare legitima sine causa quæ hic non apparet. Similiter ipsa excludi non potuit a Comite Palatino qui legitimatum habilitauit secūdum statutum ꝙ filiam extantibus masculis excludit: quia a Comite non potuit dispositio statuti extendi ad casum in quo statutum non loquitur, & ad confirmationem huius conclusionis facit: quia licet facta sit legitimatio viuente patre, tamen respectu legitimæ cui pater prædicare non potest, filia legitima debuisset citari, & cum citata nō fuerit, legitimatio prædicta illi non nocet, vt in terminis Socin. tradit in l. Gallus. §. & quid si tantum. ver. ex quo alias inferebam. ff. de lib. & posthum. & generaliter dicit Bal. in l. nam ita diuus, in princ. ff. de adopt. ꝙ pater non potest legitimare spurium inuitis filijs legitimis & naturalibus: ideo debent citari, & idem no. Bal. in auth. præterea. C. de natur. lib. idem Pet. de Anch. in consi. 242. Ex tenore priuilegij, in vers. 2 pro hoc facit, & tradit Alex. in l. ex facto, in versi. & licet Bart. ff. de vulg. vbi refert se ita Florentiæ consuluisse, sed respectu legitimæ de qua agitur indubitanter cōcludendum est, ꝙ supplementum legitimæ dictæ filiæ omnino debeatur, per supra dicta.

EPITOME Consi. CCCXCIII.

Dictante statuto quòd extantibus masculis, fœminæ non succedant, filia non excluditur per legitimatū quominus saltem æqualiter cum ipso ad paternam successionem admittatur.

SVMMARIVM.

1 *Clausula sine præiudicio venientium ab intestato, apposita in legitimatione qualiter intelligatur.*
2 *Pater non potest plus relinquere vel donare filio legitimato, quàm habeat vnus ex filijs qui minus habeat.*
3 *Legitimari quis pluries potest, & ex pleniori legitimatione iuuatur.*
4 *Princeps potest legitimare in præiudicium agnatorum quibus delata sit hæreditas.*
5 *Legitimatio facta ad requisitionem patris viuentis, non requirit aliorum citationem.*
6 *Legitimatio facta de cōsensu patris requirit citationem aliorum filiorum.*
7 *Legitimatio filij non nocet filiæ legitimæ & naturali, quæ citata non fuit.*
8 *Legitimatio facta a Comite vt valeat, existentibus filijs legitimis & naturalibus, requiritur quòd hoc sit expressum in priuilegio Comitis.*
9 *Verba in testamento vel ab intestato, quòd possit succedere legitimatus, intelliguntur non extantibus filijs legitimis & naturalibus.*
10 *Legitimatio facta de filio spurio genito a patre vxorato, dicitur dispensatio.*
11 *Legitimatio quæ dispensatio dicitur requirit causam, aliàs non valet.*



Consului Superioribus diebus ꝙ filia legitima & naturalis possit agere, & consequi supplementum legitimæ, non obstante statuto Bononiensi, nec dispositione testatoris, nec legitimatione facta de spurio, & in hoc res visa fuit satis clara per ea quæ in consilio dicta sunt. Sed nunc reuocatur in dubium, & absolute quærit̄ de validitate legitimationis: & in hoc maior videtur dubitatio; & ut distinctè procedamus videndum est, Primo, de legitimatione facta à summo Pontifice Iulio secūdo Secundo, de legitimatione facta postea in pleniorio forma à
1 Comite Palatino dño Agamemnone de Grassis. † Circa primam breuiter ɔsiderandū est, ꝙ illa legitimatio fuit facta a summo Pōtifice, vt legitimatus possit succedere, absq; tñ præiudicio venien
a tium ab intestato, quo casu ista clausula a vario modo a doctori-
* bus interpretatur: sed s̄m * *cōem* opinionem intelligitur, quod ab intestato non possit succedere in præiudicium venientium ab intestato: sed ex testamento habilitatus vr̄ vt possit capere illud quod in testamento sibi relictū sit, vt tradit Pau. de Cast. in cons. 85. Præsupposito ꝙ iste pater in fi. & in consi. 225. Videndum est primo uersi. quarto videndum est, vbi inquit, ꝙ venientes ab intestato conqueri non possunt, cum ipsi bona consequi non possint nisi ex tacita volūtate eius de cuius successione tractatur: iuxta l. si cum nullum, de iure codicil. & idem tenet Pet. de Ancharan. in consilio 242. Ex tenore priuilegij, versi. præterea posito, & Bald. in consi.

ADDITIO.

a ¶ Clausula.) Supra consi. 52. infra consi. 476. consi. 610. consi. 698. Alexan. consi. 52. libr. 1. [redacted] adde Curt. seniorem consi. 17. consi. 18. consi. 19. consi. 73. Ias. consi. 202. lib. 2. Car. Rui. consi. 72. lib. 3. Lancelot. Galiau. in l. Gallus. §. & quid si tantū. nu. 88. de lib. & posth. Hier. Gratus consi. 63. li. 1

in consi.inci.verba autē,inter consi. Ang.reperitur in consi.265. idem Bal.in consi 173.Casus quæ tionis. in fi lib.1.& idem quantum ad casum nostrum in effectu tenet Fulg.in consil.16. Casus talis est.Cu.in consi.98 Supposito tenore.& Benedictus Capra in consi.157.Et si de pluribus,in fi.& alii non videntur discrepare ab ista conclusione,quos refert Alex.in consi.188 Perspectis verbis lib.5.Corneus in consi.3 Domi Bal.lib.1.Fran de Curte consi.73. Super memorata Soc.in consi.205.Nulli dubium est.lib.vlt.& secundum istam conclusionem si non esset factum testamentum, filia ab intestato succederet. & non esset exclusa: & hoc de plano procederet.sed difficultatem facit,quia filius legitimatus fuit hæres institutus,& ex testamento videtur habilitatus, vt supra dictū est,& sic videtur, ꝙ institutio facta de legitimato debeat habere locum. Sed ad hoc respondetur, ꝙ quamuis legitimatus secundum formam supra dictam possit capere ex testamento, non ta-
a men videtur, ꝙ plus capere possit quam filia [a] naturalis & legitima habuerit,ex eo quod no. Ange.dicit in §.& quoniam varie,in auth.quib mod nat.effi.sui in prin.vbi per illum text.dicit singu-
2 lariter not. † ꝙ filio legitimato pater non potest relinquere vel donare plus quam habeat vnus filiorum qui minus habeat:& dicit hoc procedere siue sit legitimatus per oblationē curiæ prout loquitur ille tex.siue alijs modis nisi ex subsequenti matrimonio sit legitimatus.& idem per illum tex.in d.§.& quoniam, dicit Bal. in c.per tuas.de maior.& obed.ꝙ legitimatis non potest relinqui nisi quantum vni legitimorum cui minus relinquitur, & sic debet intelligi priuilegium imperatoris, quo cauetur ꝙ succedant vna cum legitimis, vnde si statuto disponatur, ꝙ filia non succedat nisi in vna vncia, talis filia limitat filium legitimatū.& sequitur Alex.in l.sed si hac.§.patronum.el 2.ff. de in ius vocan.& in l. necessarij,in prin.ff.de acq.hære.& in l.ex facto.§.si quis rogatus, ad Treb.& Soc.in l Gallus.§.& quid si tantum.de libe.& posth. & Franc.de Curte in consi.16.Clarus vir.& Ias.in l.1.C. quando
* non peten.par. ex quibus patet istā esse * *communem* opinionem, quæ videtur bene probari in d.§.& quoniam, quia cum ibi hoc disponatur in legitimato per oblationem curiæ, quæ quidem legitimatio fauorabilior vr̄.l.cōmunium.§.& quoniam omnino. C.de natura.libe.& ad hoc facit:quia talis legitimatio curiæ æquiparatur legitimationi, quæ fit per matrimonium quod subsequitur.§.fin.institu. de nuptijs. vnde si non potest legitimato per oblationem curiæ plus relinqui quam dictum sit, à fortiori idem dicendum vr̄ in legitimato per rescriptum.& ideo institutio vniuersaliter facta de filio legitimato,non vr̄ habere locum: quia nō debet legitimatus plus habere quàm filia naturalis & legitima d. §.& quoniam.& in d.l.communium.§.fi de natur.lib.& ita patet, ꝙ virtute legitimationis factæ à summo Pontifice non potest legitimatus ab intestato succedere: quia sola filia veniret,nec etiā ex testamento potest maiorem habere portionem quam ipsa filia habitura sit:& propter hoc, quia de hac prima legitimatione non confidebant impetrata fuit secunda legitimatio à comite
3 Palatino in pleniori forma de cuius validitate vidēdum erit.† Et non vr̄ dubitandum, ꝙ quis pluries potest legitimari, & ex pleniori legitimatione iuuatur, vt tradit Pau. de Cast. in consil.227. Viso testamento reliquiani.& Bal.in consi.131.Titulus principis. lib.3.vbi consuluit ꝙ fiat secunda legitimatio si de prima dubitatur. Et discurrendo hanc secundam legitimationem prima facie videbatur dicendum illam validam & efficacem esse. Et hoc ex pluribus quæ ponderari possunt,& primo quia in d.cta legitimatione absolute dicitur ꝙ succedere possit in bonis paternis ex testamento vel ab intestato,ergo videtur, quod etiam in totum ex testamento succedere possit: quia ꝙ generaliter dicitur, generaliter intelligitur.l.1.§.& generaliter.ff de lega.præstan.l.1.§.quod autem.ff.de aleato.& ideo dicit Paul.de Cast in l. Gallus in §.& quid si tantum.de lib.& posth. ꝙ pater filio legitimato relinquere potest quod velit, dummodo legitima filiorum legitimorum non minuatur; ergo videtur ꝙ institutio facta de legitimato valeat ex quo legitima filiæ naturali & legitimæ reseruatur. Secundo, hoc videtur expresse probari ex verbis legitimationis dum dicitur,ꝙ possit succedere cum filiis legitimis & naturalibus, nisi Comes minores partes sibi dari vel aliter illum succedere decreuerit.nam cum prius supra proxime dixerit de prtione æquali & minori,illa verba, vel aliter: videntur maiorem portionem importare,cum portio debeat esse maior, minor, vel æqualis.facit tex.in l.qui lancem.de aur.& arg.leg.& in §.1.insti.de capi.dimi. & quod not.in l.legato generaliter.de lega.1. Tertio hoc idem probatur: quia iste legitimatus fuit & habilitatus specialiter, vt tanquam masculus ab intestato excludat filiam secundum dispositionem statuti Bononiensis: & hoc vr̄ à Comite potuisse fieri: quia in eius priuilegio dicitur ꝙ legitimatus comprehendatur in statuto, consuetudine, uel decreto loquente uel disponente de legitimo uel naturali, vel de legitimo matrimonio nato & procreato.& cum ita specialiter dictum sit in priuilegio Imperatoris non videtur dubitandum ex eo quod not.per gl.in c.naturales.in
4 fi.in tit.si de feu.fuer.contro.† Et quia potest princeps in præiudicium agnatorum quibus delata sit hæreditas legitimare: & pariter comes Palatinus si hoc dicatur in priuilegio, vt no.Bald.in l. cum filius.ff.de test.mili.& Pau.de Cast in consi.227.Super primo dubio.& cum ista legitimatio facta sit expresse etiam cum præiudicio venientium ab intestato, in hoc plenior est ista secunda legitimatio quā prima, & valida uidetur per supra dicta. Quarto, confirmatur ista legitimatio quia fuit facta causa agnationis conseruandæ,quæ quidem per masculos conseruatur, vt in legitimatione dr̄: & ad hoc facit quia agnatio conseruatur per legitimationem, vt tradit Alex.in consi.2.Visis codicillis.in ver.ad prædicta benefacit.lib.j.& ibi ad hoc alleg. Sal Quinto, quia in hac legitimatione fuit facta mentio de filia naturali & legitima, & narratum fuit qualiter illi prouisum fuit secundum voluntatem patris: vnde non potest legitimatio impugnari ex eo ꝙ nō sit facta
b mentio [b] de filijs legitimis & naturalibus,iuxta not.per Anto.de But in c.per uenerabilem, in 5.char.in versi credo tamen.qui filij sint legi.Pau de Cast.in consi.223.Super eo.in ver.2.ratio.cum si. vt tradit Alex.in consi.25.Circa primum.lib.1.& Pau.de Cast.in l.Gallus.§.& quid si tantum.de lib.& posth.Are.in consi.166.Magnifici. & in priuilegio expressum fuit ꝙ legitimare possit extantibus filijs legitimis & naturalibus,prout requiritur, ut no. Bal.in
5 l.cum filius.de testa.milit. Pau.de Cast.in d, consi.224.† Sexto & ultimo ad confirmationem prædictorum accedit, ꝙ prædicta legitimatio fuit facta ad requisitionē patris viuentis,quo casu aliorum citatio non requiritur, ut not. Bart.in d.l Gallus.§.& quid si tantum,de libe.& posth.& idem Bald.in l.fin.C.quib.res iud.non nocet.cum si ut tradit Alex.in consi.188.Perspectis uerbis.lib 5.
* & ibi dicit quod * *cōiter* doc. ita tenent: & idem Rapha. Cu.in consi 98.Supposito tenore.& Io de Ana.in consi.29.Visa imperiali.& maxime hoc uidetur dicendum in isto casu, in quo in priuilegio dicitur citatis uel non citatis illis ad quos hæreditas spectare posset uel spectaret: & ex his prima facie uidebatur ꝙ secūda legitimatio deberet omnino habere locū Quibus tamen non obstantibus ulterius cogitanti contrarium de iure in casu proposito dicendum uidetur: uidelicet ꝙ dicta secunda legitimatio prædictæ filiæ legitimæ & naturali non præiudicet quominus saltem ipsa cū dicto legitimato æqualiter admittatur, ut s̄ in prima legitimatione dictum est.& pro fundamento cōsiderandum est ꝙ in legitimatione facta etiam ad patris requisitionem, differen-
6 tia est inter ipsos filios † & alios uenientes ab intestato: quia alii uenientes ab intestato qui non sunt filij non debent citari in legitimatione facta à patre: secus est in filijs,ut Bal.concludit in l.nā ita diuus.ff de adopt.in princ.& idem Bal. in auth. præterea. C.de natu.libe.Pet.de Anch.in consi.242.Ex tenore priuilegij.in versi. 2.pro hoc facit.& Alex.in l.ex facto.in uersicu. & licet Bart.ff.de uulg.& pupil.ubi refert se ita Florentiæ consuluisse,& specialiter in casu nostro in filia exclusa à statuto concludit Soc.in l Gallus.
7 §.& quid si tantum,in uersi.ex quo alias inferebam,† ꝙ legitimatio filij non nocet filiæ legitimæ & naturali quæ citata non fuit.& idem Soc.in d.§.& quid si tantum.uersic.2.alias limitabam.concludit ꝙ non sufficit in legitimatione filij masculi quod sit facta mentio filiæ, nisi exprimatur ꝙ fœmina excludatur ex forma statuti à masculis: & si hoc specialiter non sit expressum, illa legitimatio nō nocet filię,potuit.n.princeps credere ꝙ filię,de quibus simpliciter mentio facta fuisset, ꝙ pariter cum masculis succederent secundum dispositionē iuris cōis, iuxta l.maximum vitium. C.de liber.præte. unde difficilius concessisset talem legitimationem si sciuisset ꝙ filia naturalis & legitima excluderetur, & consequenter legitimatio videtur subreptitia.arg capi postulasti. de
8 rescrip.† Et hoc confirmatur: quia ad hoc ut ualeat legitimatio facta existentibus filijs legitimis & naturalibus, requiritur ꝙ hoc exprimatur in priuilegio Comitis,vt no.Bald.in d.l.cum filius.ff. de test.mil.& Pau.de Cast.in d.consi.227.quia tali casu tractatur, quod portiones legitimorum minuantur: à fortiori ergo vbi agitur de exclusione filiæ legitimæ & naturalis specialiter de tali exclusione exprimi debet, & hoc maxime uidetur habere locum respectu legitimæ in qua pater non potest filio præiudicare:nam remota legitimatione legitima filiæ quæ erat patri vnica,erat tertia pars omnium bonorum patris, ut not.in authen.nouissima C. de inoffic.testam.& stante legitimatione esset sexta pars, & cum in dicto priuilegio Comitis non sit dictum specialiter de exclusione filiæ,talis legitimatio nō nocet filiæ quæ citata nō fuit,quominus habeat tertiā partem omnium bonorū pro legitima, & ultra legitimam non nocet filiæ quæ citata non fuit, quominus ipsa admittatur ad successionem simul cum legitimato uirtute primæ le.

ADDITIONES.

a ¶ Quam filia.] Supra consi.284.[redacted]

b ¶ Mentio.) Supra 288 nu.5.[redacted]

mæ legitimationis, ut suprà dictũ est: & late hoc in terminis Soci. tradit in consil. 246. Eleganter. vers. circa secundum. ubi late ex pluribus concludit, ꝙ citatio filiæ sit necessaria & per secũdam legitimationem quantum ad casum nostrum addi nihil videtur & hoc respondendo ad allegata suprà in contrarium inferius apparebit & in hoc his tota consistit, unde primò nõ obstat, quod quis potest se iuuare ex secunda legitimatione si prima non ualet: quia illud uidetur procedere quando prima non ualet: secus si prima ualida sit: quia non videtur, quod legitimatio reiterari possit. arg. l. 2. C. de ma. uin lict. & quod ibi Bal. & late tradit Fran. de Curte in consi. 16 Clarus uir. Secundò potest responderi, ꝙ in casu isto secunda legitimatio non ualet, ut infrà dicã. Tertiò respondetur, dato ꝙ ualeret, non nocet neque præiudicat filiæ quæ citata non fuit ut suprà dictum est. & ad hoc facit quod notat Ant. de But. in c. per uenerabilem, uers. nunc videamus an legitimatus. ubi post Iac. de Bel quem refert, dicit ꝙ ualet legitimatio licet non sit facta mentio de agnatis & Bart. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de lib. & posthu. dicit non posse legitimari in præiudicium agnatorum illis non requisitis, non autem dicit legitimationem non valere, nam legitimatio est actus superioris qui legitimationem facit, ut not. Bar in l. Gallus §. forsitan. de li. & posth. Bal. in consi. 131. Titulus principis. in fi. lib. 3. & defectus consensus qui requiritur pro interesse eius qui debet consentire non videtur esse de substantialibus ex quibus actus reddatur nullus, ut not. Imo. in l. qui aliena. §. iussum. de acq. hære. & ibi Alex. & sic in proposito non est uis in validitate huius secundæ legitimationis. quia sufficit ꝙ filiæ non citatæ non præiudicet. Successiue non obstant ea quæ in ipsa secunda legitimatione dicuntur. Et primò dum absolute dicitur ꝙ possit succedere in bonis paternis ex testamento uel ab intestato: quia istud dictum generale debet restringi secundum naturam legitimationis, quę est quod plus non possit relinqui filio legitimato, quam filio naturali & legitimo, ut supra dixi in prima legitimatione. & ad hoc bene facit text. in l. si quã. in princ. C. de inof. test. ubi verba generalia restringuntur secundum dispositionem iuris cõmunis † Secundo
9 respondetur, ꝙ illa verba ex testã, uel ab intestato, intelliguntur non extantib. liberis l[illegible]mis & naturalibus: quia inferius postea dicitur, ꝙ possit etiam succedere cum filiis legitimis & naturalibus uel aliis uenientibus ab intestato: ergo datur intelligi ꝙ superius loquebatur liberis non extantibus: quia actus qui sequitur declarat intentionem præcedentem. §. pauonum, insti. de rer. diuisio. & no. Bar. in l. cætera. § sed & si parauerit. de lega. 1. ubi alle. l. sed & Iulianus. §. proinde. ff. ad macedo. Non ob. dictum Paul. de Cast. in d. §. & quid si tantum. quia non videtur uerum, ut supra dictum fuit in primo dubio. ubi secundum Bal. Ang & alios ibi relatos non potest plus legitimato relinquere quam vni legitimo & naturali relictum fuerit. Secundo non obstat, ꝙ illa verba, uel aliter decreuerit, videntur importare ꝙ legitimato maiorem portionem tribuere possit inducendo, ut s. dictum est: nam ad hoc uidetur ꝙ uerba priuilegii non videntur considerare portionem æqualem, minorẽ & maiorem, ut s. in ꝯrium arguitur: sed ibi ponitur regula ꝙ legitimatus possit succedere cum filiis legitimis & naturalibus, & ista regula conformat cum iure cõi: quia legitimatus succedit simul cum legitimis & naturalibus, ut no Bal. per illum tex. in l. si te parens. C. de suis & legi. ab illa regula exceptio ponitur ibi, nisi vos q tales legitimaueritis in legitimatione minores partes sibi dandas vel eos vel eas aliter succedere decreueritis. in illa. n. dictione, nisi, ponitur exceptio, ut no. in regula. peccatum. de reg. iur. in 6 in l. actione. C. de transac. & in tali exceptione duo continentur ꝙ legitimatus minorem habeat portionem in quantitate vel in qualitate, vt colligitur ibi, aliter succedere decreueritis: illa. n. dictio, aliter, designat modum & qualitatem: & non quantitatem. l. j. §. quod autem. ff. ne quid in flumi publico & hoc modo in dicto priuilegio nõ probatur de maiori summa. & illa maior summa non conueniret exceptioni in qua regula supra dicta minuitur, & augeri non debet arg. l. legata inutiliter. de leg. 1. l. legata. ff. de adi. leg. Tertiò non ob. ꝙ iste legitimatus habilitatus fuit specialiter vt tanquam masculus excludat filiam secundum dispositionem statuti: quia respondetur quod comes hoc facere nõ potuit: quia in eius priuilegio ista potestas sibi data non videtur, dum simpliciter dicitur quod legitimatus comprehendatur in statuto vel consuetudine: quia de isto statuto debuisset fieri mentio specialis per ea quæ supra dicta sunt: & non sufficit quod generaliter dicatur quod in statuto comprehendatur: sed qualitas statuti excludentis filiam debuit specificari per suprà dicta. Quarto non obstat quod legitimatio fuit facta causa agnationis conseruandę: quia ista ratio videtur procedere in masculis legitimis & naturalibus, non autem in legitimatis secundum * *communem* opinionem, quæ est quod statutum exclusiuum fœminarum non habet locum in legitimatis, ut supra dictum est in consilio de supplemento legitimæ. & ad hoc etiam aliter infra respondetur. Et vlterius ad confirmationem omnium supra dictorum considerandum est, quod dominus Agamemnon comes qui legitimauit, non vr̃ in casu isto potestatem habuisse: quia cum esset prius legitimatus à summo Pontifice, non erat spurius nec naturalis simpliciter: quia per illam legitimationẽ omnis macula tollitur. l. imperialis. C. de nupt. vbi Bal. & Sal. & ideo verba priuilegij non conueniunt. in quibus verbis datur potestas legitimandi bastardos, naturales, spurios & c. quæ quidem verba in casu isto non videntur adaptari. & ita in terminis Soc. tradit in consi. 246 s. alle, Eleganter & subtiliter. versi. 2. principaliter. & ibi alias rationes adducit quæ ad casum nostrũ conferunt. Et hoc idem confirmatur: quia ex quo prima legitimatio fuit facta à summo Pontifice, non vr̃ ꝙ inferior potuerit in tali casu manum apponere. c. vt nostrum. de appel. facit tex. in c. cum venissent. de iudi. & no. Inn. in c. cum M. in fi. de const. Lapus in allegatione. 33. Anfrater minor. & ideo si Papa prouidet
a alicui de beneficio, quamuis prouisio sit nulla, tñ [a] ordinarius nõ potest de illo beneficio aliquid disponere, ut tradit Pet. de Anc. in consi. 58. Circumscriptis. & latè Ro. in cons. 335. Circa primũ, cum si. ut dixi in d. c. ut nostrum. & istam rationẽ in terminis nostre quæstionis inducit Franc. de Curte in consil. 16. Clarus vir. ver. quartò comprobantur. & ibi latè in fauorem filiæ cõsuluit, & cùm ipse summus Pontifex noluerit legitimare cum præiudicio venientium ab intestato vr̃ hoc etiam aliis prohibuisse: ex quo manum apposuit, & legitimationem limitauit, per suprà di
10 cta. † Vltimo considerandum est, ꝙ legitimatio de qua agitur, fuit facta de filio spurio genito à patre vxorato: quo casu dr̃ dispensatio & non legitimatio: quia cum inter illos nõ potuisset esse matrimoniũ tali casu non vr̃ propriè legitimatio, sed dispensatio: ut declarat Pau. de Cast. in consi. 219. Super puncto isto. in ver. item certum est. vbi refert collegium ita consuluisse, ut latius refert & sequitur Franc. de Curte in consi. 73. Super memorata. in 7 charta. in versi. veniamus ad secundam dubitationem. & ista dispẽsatio est odiosa, licet vera legitimatio fauorabilis sit, vt dicit Pet. de Anch. in cõsi. 242 Ex tenore priuilegii. in princ.
11 & in consi 528 Circa primum quæsitum in prin. † & in tali legitimatione quæ dr̃ in effectu dispensatio causa requiritur: quia sine causa dispensatio fieri non debet: ut not. 7. q. 1. in §. nisi rigor. & in c. de multa de præb. & no. Pau. de Cast. in consi. 115. j. Notandum est ꝙ adulterium in ver. præterea dispensatio. Pet. de Anc. in d. cons. 252. & hoc vr̃ saltem habere locũ in inferioribus à principe, prout est comes Palatinus, de quo agitur in isto casu: nam ipse comes Palatinus non potest legitimare sine causa, vt concludit Ant Rosellus. in suo trac. de legitimatione. in d. c. de causa materiali. in ver. sed hic dubitatur. ubi inquit ꝙ licet imperator legitimare possit simpliciter: & in eo propter supremam potestatem sola voluntas habeatur pro causa c cum nostris. §. nos verò. de conces. præb. secus est in comite in quo causa requiritur, & propter hoc multę legitimationes destrui possunt secundum eum: & hoc idem voluit Ant. de But. in c. per venerabilem qui filii sint legi. in c. cum inter. de renun. cum si. ut late prosequitur Franc. de Curte in d. cons. 16. in versi. tertio mouet me. & in cõs. 64 Seriosa narratione. & in d. consi. 73. charta 7. in versi. veniamus ad quartam dubitationem. & istam differentiam etiam Bal. tradit in l. si testamentum. C. de testa. ubi no. dicit quod in principe causa præsumit: sed in inferioribus quibus data est potestas quæ est in ipso principe, intelligitur, ꝙ ipsi vtãtur tali potestate ex causa quæ appareat. & idem no. Bal. in l. rescripta. in 3. q. C. de preci. impera. offeren. & tradit Alex. in cõs. 94. Consideratis his. lib. 1. & hoc maximè in casu isto dicendum est, ubi non est propriè legitimatio: sed dispensatio per supra dicta. est ergo perscrutandum & videndum, an ista secunda legitimatio siue dispensatio facta sit ex causa. prout requiritur. Et discurrẽdo legitimationem in ea dicitur ꝙ facta fuit cum plenissima causæ cognitione: & quia interest reipublicæ ciuitates legitimis impleri & fauore agnationis quæ per masculos conseruatur. vnde videndũ est an prædictæ causæ probabiles sint ad iustificãdum legitimationem de qua agitur. Et certè, concludendum est ꝙ nõ, maxime in isto casu: nam cùm non possit comes sine causa hoc facere nõ statur assertioni suæ ꝙ causa interuenerit, per ea quę no. Bar. in l. si forte. de castren pecu. & per gl. & doc. in l. si dona. C. de colla. & tradit Pau. de Cast. in consi 91. Super eo quod quæritur. cum simi. vt dixi in c. qm̃ cõtra. de proba. Et illa ratio ꝙ repleatur ciuitas legitimis, est generalis, quæ habere debet locum in quolibet legitimato: & nõ est causa specialis, prout requiritur. similiter illa ratio agnationis cõseruandæ, non est cã sufficiens: quia est generalis & in quolibet legitimato haberet locum & semper diceret legitimatio facta ex cã: & ita istã rõnem impugnat Fran. de Curte in d. cons. 16. vers. sed scrupulus restat. Et ad hoc etiã suprà responsum

ADDITIO.

a ¶ Tamen.) [redacted]

sponsum fuit:quia statutũ, quod excludit fœminas propter masculos, non habet locum in legitimatis secundum communem opinionem,ergo datur intelligi quod agnatio consideratur in naturalibus & legitimis,& non in legitimatis. Præterea considerandum est ꝙ omnes pdictæ rationes militabãt in prima legitimatione facta à Pontifice:& tñ noluit legitimationem facere in præiudicium venientium ab intestato:& vlterius concurrunt aliæ rationes s̃.allegatæ:quia comes non vr̃ habere potestatem in isto casu, in quo papa manum apposuit: & quia cum esset legitimatus à papa non erat spurius : & verba priuilegij in isto casu non videntur adaptari per supra dicta . Ex quibus omnibus concludendum est legitimationem prædictam non valere:& ita omnia allegata s̃.in ɔ̃rium remota videntur.Quintò successiuè non obstat, ꝙ fuit facta mentio de filio naturali & legitimo: quia respondetur ꝙ hoc nõ sufficit:sed specialiter requiritur ꝙ exprimatur vt filia ex forma statuti excludatur vt s̃.dictum fuit. Vltimo non obstat ꝙ legitimatio fuit facta ad requisitionem patris,quo casu aliorum citatio non requiritur:quia respondetur hoc procedere in alijs ueniẽtibus ab intestato, qui non sint filij, secus est in filijs & præsertim in filia quæ excluditur à statuto, vt dictum fuit: & cõcurrunt aliæ rationes s̃. dictæ : ex quibus dicta secunda legitimatio redditur nulla, vel saltem non præiudicat dictæ filiæ.& cõclusio finalis est, quòd dictus legitimatus nihil plus habere vel consequi possit de bonis patris quàm filia, & in effectu , quòd æqualiter admittantur.Et ista conclusio iustitiam & æquitatem maximam habere videtur .

EPITOME Consi. CCCXCIIII.

Verba testamenti dicunt , ꝙ Bartholomæus testator sibi hæredes vniuersales instituit Franciscum, Iacobum, & dominum Felitium ipsius filios legitimos & naturales:& si contigerit aliquem vel aliquos ex ipsis suis filijs fortè prædecedere ipsi testatori sine liberis masculis legitimis & naturalibus:& ex legitimo matrimonio procreatis:aut cum liberis masculis prædictis superstitem seu superstites ex eis , & prædecedentis vel prædecedentium liberos legitimos & naturales , vt supra superstites ex prædecedente vel prædecedentibus instituit & substituit vulgariter,pupillariter,& per fideicommissum æquis portionibus inter eos in stirpes tamẽ, & non in capita. mortuo testatore prædicti tres filij immiscuerũt se hæreditati patris ; deinde decessit Iacobus relictis sex filijs: similiter decessit Felitius quatuor filijs superstitibus : vltimo decessit Franciscus sine filijs & hæredes instituit filios Iacobi exclusis filijs dicti Felitij , qui instant ꝙ ipsi admitti debeant pro parte ad hereditatem dicti Francisci eorum patrui iure fideicommissi, quod filijs videtur competere ex testamento Bartholomæi primi testatoris, Quæritur quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Dictio,ut supra,facit relationem ad superius dicta.*
2 *Causa limitata limitatum producit effectum:*
3 *Determinabile unum respiciens plura determinabilia, ea pariformiter determinat,si est eadem ratio,secus si diuersa.*
4 *Substitutio facta filio prædecedenti ipsi testatori, an locum habeat quãdo filius moritur post testatorem.*
5 *Prorogatio si fiat, intelligitur facta cum omnibus qualitatibus rei prorogatæ.*
6 *Substitutio vulgaris quando locum habeat.*
7 *Substitutio facta in uno casu,ad alium non porrigitur,quando persona substituti uariatur.*
8 *Dispositio testatoris facta in uno casu , licet extendatur ad alium casum ex uerisimili mente testatoris , non tamen extenditur de persona ad personam.*
9 *Clausula codicillaris nihil operatur ubi est defectus uoluntatis.*
10 *Dispositio testatoris extenditur ad casum,in quo verisimiliter testator idẽ disposuisset,si cogitasset.*



PRO Vera resolutione casus propositi videndũ est de duobus. Primo, an prædicti filij Felitij vocati sint ad fideicommissum ex verbis ipsius testamenti. Secundò . an per extensionem quæ fieri solet de casu ad casum admittant. Circa primum,quia res clara vr̃,paucis con-
a cludendum [a] est, ꝙ de vi verborum nullo modo vocati sint:quia licet quo ad personam dicti Francisci euenerit casus substitutionis , quia ipse decessit sine liberis , non tñ ex parte substitutorum verba testatoris verificata sunt.à testatore enim fuit facta substitutio , si contigerit aliquem ex filijs institutis prædecedere ipsi testatori:& iste casus non euenit:quia nullus ex dictis filijs institutis mortuus est in vita testatoris, cum ergo conditio non sit purificata,non habet locum dispositio.l.legata [illegible] conditione. ff.de condi.& dem.l.cedere diem.ff.de verb.sig.no.in l.1.C.de [illegible]

sti.cum si. & quia substitutio fuit facta & limitata in certo tempore,si aliquis filiorum decesserit viuente testatore,vnde non trahitur ad dictum Franciscum qui decessit post mortem testatoris: quia substitutio collata in vnum tempus non trahitur ad casum alterius temporis.l.si ita quis.de vul.& pu & per illum tex.no. in l.si mater. §.fi.in fi.eo.ti. de vulg.& in terminis in casu isto vr̃ decis.Pet.de Anch.in consi.136.Principaliter ponderandum est. in prin. vbi concludit, ꝙ si testator substituit filio instituto nepotes casu quo contingeret dictum filium decedere testatore viuente: talis substitutio euanescit si filius superuiuat. alleg.l.1. § in 1.& §. pro 2.C.de cad.toll. & ad hoc facit regula legis. comm odissimè. ff.de lib.& posth.vbi casus omissus à testatore remanet in dispositione iuris communis. & per illũ text. in simili casu substitutionis tradit Old.in consi.142.Factum tale est. Ang.in consi.93. Visis & inspectis omnibus.Pet.de Anch.in cons.358.Ex serie testamenti. in ver.2.hoc probatur.& Pau.de Cast.in consi.14.Visis.cum sim. Et ista voluntas testatoris quæ fuit limitata eo casu quo aliquis filiorum decederet viuente testatore , etiam confirmatur ex verbis sequentibus dum dicitur, prædecedentis & prædecedentium liberos vt s̃.superstites ex prædecedente vel prædecedentibus instituit & substituit.Cum.n.referat se testator ad s̃. dicta.patet, ꝙ
1 loquitur de filijs decedentibus in vita testatoris:† quia illa dictio, vt supra,facit relationem eorũ quæ superius dicta sunt.l. 1.§. hoc edicto. ubi Bar. ff.de postu. similiter illa verba , prædecedentis & prædecedentium liberos , ostendunt ꝙ testator loquatur de decedentibus in vita testatoris prout s̃.dixit: & isto respectu dicuntur prædecedere,quia moriuntur ante testatorem. facit quod de prædecessore not. Archi.in c.fin.de pac.in 6. & ibi Domini.& ita euidenter patet,ꝙ semper testator loquitur de filijs suis prædecedentibus ipsi testatori:& iste casus nõ occurrit, merito cessat substitutio per s̃.dicta. Et vlterius ad maiorem declarationem considerandum est, quod filio prædecedenti ipsi testatori sine liberis, vt in casu isto contingit, testator substituit superstitem seu superstites ex eis & prædecedentis vel prædecedentium liberos.Primo quantum ad superstitem vel superstites ex eis vr̃ loqui de filijs, 2
& tales filij superstites non admittuntur in isto casu duplici ratione . Prima, quia, vt supra dixi, substitutio fuit limitata in filio vel filijs decedentibus in uita testatoris:& hoc in Francisco nõ verificatur,qui superuixit testatori.Secũda ratio est: quia alij filij, videlicet Iacobus & Felitius mortui sunt ante Franciscum de cuius hæreditate agitur:vnde dato, ꝙ aliquod ius fideicommissi prætẽdissent in bonis dicti Francisci, illud erat conditionale , si Franciscus decederet sine liberis:vt in testamento dr̃.& cum ipsi mortui sint ante euentum conditionis ius fideicommissi expirauit & in hæredes non transmittitur.l.1.§. sin autem aliquid sub conditione.C.de cadu.toll.l.hæres meus. de cond. & dem. l. si cum hæres. & in l.huiusmodi.ff.qñ dies lega.ced.& notat Bar. in l.is cui. ff. de acti. & obli. vbi dicit hoc ẽt procedere si filius sit hr̃s . & propter hoc reprobat gl.quæ ibi dicebat ɔ̃rium.& idem Bar.in l.j.de leg.j. & in l.1.post gl.ibi,C de his qui ante aper.ta.& probatur in l.heredes mei.§.cũ ita.ubi Alex.inducit illum tex.in vlt.no. ff ad Treb. cum si.vt ibi per eum.& no.Old.in consi.131. Quidam habẽs tres filias.in primo dubio.Ro.in consi.17.Viso puncto.in consi. 224. Idem concludendum.in fi.in consi.480.In casu propositæ consultationis.in prin.& Alex.in consi. 165.Circa præsentem consultationem,lib. 5.in consi.49.Viso themate. & consi.198. Perspectis his.in prin. li.6. Quantum autem ad aliam partem substitutionis quæ fuit facta de liberis prædecedentis uel prædecedentium, etiã clarum est,ꝙ talis substitutio non potest habere locum:quia militat ratio superius allegata, ꝙ substitutio fuit limitata in filijs decedentibus in uita testatoris : & cum prædictus Franciscus superui-
2 xerit testatori cessat substitutio :† quia limitata causa limitatum effectum producit.l.in agris.de acq.rer.do.l. cancellauerat. ff.de his quæ in test.delen.Et aduertendum est:quia in tali insti. & substi. liberorum prædecedentis uel prædecedentium in vita testatoris,prout in testõ dr̃, vr̃ testator uoluisse prouidere ne testm̃ eius rumpatur, sm̃ consilium Galli Aquilij: vt in l.Gallus, in prin.de libe.& posthu.& in l.posthumorum.ff.de iniu.rup. test. & cogitauit,ꝙ si aliquis filiorum institutorũ decesserit sine liberis, alij filij superstites admittantur ad portionem eius qui prædecessit:si uero cum filijs decesserit in locum patris eius liberos instituit & substituit:nam institutio fuit facta ne ipsi nepotes , qui mortuo patre in vita testatoris reperientur præteriti, rumperent testm̃.d l.posthumorum.& in §. posthumorum.insti.de exhære. libe. & cum tales nepotes uocati sint in locum patris, etiam substituti fuerunt simul cũ patruis ad portionem illius filij qui decessisset sine filijs, & uocati

ADDITIO.

a ¶ Concludendum.) Et bene,ita etiam tenet Deci.hic. & in fortioribus terminis Caro.Rui.consi.92.consi.96.consi.100.consi.102.lib.2.

& vocati sunt æqualiter inter eos & in stirpem & non in capita: quia repræsentant patrē, & in hoc dispositio testatoris conformatur cum dispositione iuris communis:ut est tex. in §. cum filius.insti.de hære.quæ ab in test.uel aliter etiam uerba dictæ substitutionis declarari possunt,q̄ in tali substitutione testator considerauit duos casus quando aliquis filiorum in vita patris decesserit sine filiis vel cum filiis: & post vtrumq; casum facit substitutionem hoc modo sub vna determinatione vocauit superstitem seu superstites ex eis & prædecedentis vel prædecedentiū liberos, vnde, vt congrua sit talis substitutio debet hoc modo intelligi & declarari, q̄ si moriatur vnus ex filijs institutis sine filiis, quod alij filii superstites admittantur. & hoc modo prima pars substitutionis intelligitur.si verò moriatur vnus ex filiis institutis cum liberis, q̄ tunc liberi in locum patris succedant ne testām rumpat. & sic in isto casu vna determinatio debet diuersimodè determinari propter diuersitatem rationis, nam regula quæ habet, q̄ vna determinatio respiciens plura determinabilia debet æqualiter determinare.l.iam hoc iure.de vulg.& pup.l.in
3 testō.C.de test.mili.l.quamuis.C.de impu.cum si.† procedit vbi sit eadem ratio,secus est quando diuersa ratio reperitur:ut not. Ang.in §.hinc nobis.in auth.de hære.& falcid.in fi.Imol.in l.Caius.ff.sol.matr.& Alex.in d.l.in testamento.& in consi.189.Viso processu.lib.5.& ita videtur in casu isto.esset.n.absurdum,quod si unus ex filijs institutis, viuente testatore cum filijs moriatur, q̄ in locum eius admittantur fratres defuncti cum filijs qui ex defuncto superfunt:quia prima causa est liberorum:auth.in suc cessione.C.de suis & legiti. §.1.insti.de hære. quæ ab inte. & in auth.eod.tit.§.1.& ideo consonat,q̄ substitutio intelligatur: ut dixi,q̄ moriente vno ex filijs instituti sine filijs, alij filij eius fratres superstites admittantur:si verò vnus ex filijs institutis moriatur cum filijs, eius filij, & sic nepotes testatoris in locum patris eorum succedant, & ita verba dictæ substitutionis intelligi debent,referēdo singula singulis:ut no.per gl.in l.fi.in verbo,vniuersitatis.& quod ibi Ang C.de fideicom.idem gl.in l.1 § fin aūt quis sub conditione.in verbo,fortuna.C de cad.toll.in l.genera liter.in prin.C.de reb.cred in verbo,non expectata.in l.qui in futurum.in gl fi.ff.de pac.cum si Et quicquid sit,circa intellectum substitutionis,quantum ad propositum nostrum, nobis sufficit illud,quod negari non potest,quod substitutio fuit restricta & limitata in casu in quo aliquis ex filijs institutis p̄decederet ipsi testatori:& iste casus non contingit,ut supra dictum est,ergo videtur cessare substitutio per s̄.di.& cum verba testatoris non conueniant dicto Francisco, qui mortuus est post mortem testatoris,non debet habere locum substitutio.l.4 §.toties. ff. de dam. infe.l. hos accusare.§.omnibus.ff.de accusa.c.indemnitatibus §. pe.de elec in 6.& illud quod testator non loquitur, velle non præsumitur:vt not.Bal.in l.1.§ sin autem ad deficiētis. per illum text.C.de cad.toll. & non sufficit ēt testatorem ita voluisse nisi disponat:ut no.Bal.& Imo.per illum tex. in l.quidam cùm filiū. ff.de hære.instit.& ex verbis testatoris debet percipi.& declarari volūtas eius.l Gallus.§.quidam rectè,ibi,ut eo casu valeat qui ex verbis concipi possit.quem tex ad hoc allegauit Bal.in c.2 requiris,de appel.Et ita ex omnibus suprà dictis in hoc primo dubio indubitanter cōcludendum est.q̄ filii dicti Felitij nullo modo vocati sunt ad fideicommissum ex verbis ipsius testatoris:& quia in hoc res clara vr̄,non est vlterius laborandum: sed capio secundum dubium in quo maior vr̄ esse dubitatio An prædicti filii vocati sint per extensionem quæ fieri solet in substitutioni-
4 bus de casu ad casum.† Et primo motu plura offeruntur ex quibus videretur dicendum,q̄ substitutio quæ fuit facta filio prędecedenti ipsi testatori etiam habeat locum,& extendat ad casum qn̄ filius decedat post mortem testatoris ad hoc vr̄ tex.in l.fi.C. de posthum. hære. instit. vbi institutio facta de posthumo nascituro post mortem,trahitur ad posthumum qui nascatur in vita, ergo pariter econtrà in casu nostro vr̄ dicendum,q̄ institutio & substitutio facta filio prædecedenti in vita testatoris,ēt extendatur illo decedente post mortem testatoris, quia contrariorum eadem est disciplina.l.si ex toto.in prin.de leg.1.l.fi de leg. 3. Secundò facit text in l.Titius.in §.Lucius.de libe.& posth.vbi institutio facta de eo qui post testām factum nasceretur, porrigitur ad illum qui erat natus t̄pe testamenti.Tertio quia institutio facta de nepote in casu mortis filii extēditur ad alios casus similes morti.l.Gallus & § quid si tm̄.ff.de li.& posth Quartò, hoc cōfirmatur per text.in l.fi.C de instit. & substit. vbi substitutio facta sub conditione,si posthumus natus non erit,extenditur ad casum in quo nascatur & mortuus sit.ad idem facit tex.in l.3.C.de insti.& substit.& in l mulier,in prin ff ad tre.vbi conditio illa, si filius efficiat sui iuris per mortem patris,habet locū per emācipationem si sit liberatus à patria potestate: quia idem est in effectu.Quinto,hoc idem efficaci ratione vr̄ probari in casu isto,qa fuit facta substitutio vulgariter, pupillariter & per fideicōmissum,vt patet in testō:& talis substitutio per fideicōmissum non vr̄ q̄ verificari possit nisi substitutio trahat ad casum in quo filius decesserit post mortem testatoris,& ēt post aditam hęreditatem:quia nisi adita sit hæreditas, fideicommissum non potest habere locum.l.ille à quo.§.si in testō.ff ad Treb.not.Bar.in l.1. de vul.in versi vlterius quæro an testm̄.& in l.quandiu, vltima. in fi.ff.de acq.hære.ut ergo talis substitutio fideicōmissaria quā constat testatorem fecisse, verificari possit,necessarium est, q̄ substitutio porrigatur ad casum in quo filius decesserit adita hæreditate patris, quia viuente eius patre hæreditas adiri non pot. l.qui hæreditatem.l.neminem.l.qui superstitis.ff.de acq hær.l.1. §.si impuberi.ff.de coll.bo.& hoc cōfirmatur ex clausula codicillari,quæ in testamento apponi solet,& eius virtute si substitutio facta sit per verba directa,trahitur ad fideicōmissum:ut not. Bal in l.verbis ciuilibus.in fi.de vulg.Pet.de Anch in cōs.17.Nō seruato ordine.in princip.Alex in consi.82.Perspectis his.lib.1. Matthæsil.in not.141.Not mirabilem doctrinam. Sexto & vltimo idem suaderi videtur ex verisimili mente testatoris: quia sicut substituit filio decedenti viuente ipso testatore, ita si cogitasset,q̄ aliquis ex filijs institutis post mortem eius decederet sine liberis,pariter voluisset, q̄ alij filij superstites admitterentur, & hoc debet haberi pro ex presso,iuxta glo.in l tale pactum §.fi. ff.de pact.vbi Bal.dicit etiam illam procedere in testamentis.& facit tex.in d.l.Titius §.Lucius cum alijs supra allegatis.Sed prędictis & similibus quæ adduci possunt, non obstantibus, quæ à proposito nostro aliena sunt, contrarium de iure esse arbitror, quòd dispositio testatoris limitata in vita testatoris nullo modo extendatur ad casum quando vnus ex filijs institutis decederet post mortem testatoris. & pro fundamento præsupponendum est,q̄ extensio de qua agitur, est prorogatio prioris dispositionis quæ debet esse eiusdem formæ,& naturæ: vt not per gl. in ca.hi qui autoritate.de præben.in 6.in gl.fi.vbi Domi.per textum in l.sed & si manente.ff.de precario.& not.Barto.in l.1 §.&
5 post operis.ff.de operis noui nuntiatione.† Vbi inquit q̄ prorogatio facta intelligitur cum omnibus qualitatibus rei prorogatæ
a [a] alleg.tex.in l.2.ver.sed si iudex ff. de iudi facit tex. in l.fin.C. de inofficiosis dona in l electio. §.is quem. ff. de noxalibus.in l. inter socerum.§.cū inter.ff.de pac.dota. & eadem lege & pacto prorogatio facta vr̄:vt dicit Bal.in l.si constante.C.de dona ante nup.& tradit Imo.in consi 11. In casu pręmisso. Hoc præmisso dico,q̄ in casu isto extentio non cadit nec fieri potest: quia testator substituit filio instituto præmorienti liberos eius, ita q̄ liberi in locum patris eorum subrogētur: sed in casu nostro agitur, q̄ filij Felitij,qui sunt nepotes dicti Fr̄acisci ex fratre Felitio,ipsi Francisco patruo succedant: de quo casu nullo modo testator cogitauit,& ad talē casum extensio adaptari non potest:quia est penitus nouus casus in quo qualitas substitutionis factæ à testatore non concurrit,prout in extensione requiritur per supra dicta.& istud vr̄ clarissimum fundamentum, quod omnem tollit dubitationem.Secundo, q̄ talis extensio fieri non possit, etiam alia efficaci ratione probatur: quia testator substituit liberos filij in eius locum ne testamentum rumperetur: iuxta l. posthumorum,in prin de iniusto rup.cum si supra alleg.& prædicta ratio cessat in nepotibus respectu patrui: ideo cessante ratione cessat dispositio testatoris:arg.c. cū cessante. de appel.in c.magnæ. in fi de voto.in l.adigere § quamuis, de iurepat. & tali casu non est tractandum de extensione, quia illa solum cōsideratur subsistente eadem ratione: alias secus, vt per glo.in c.fi.de elec.in 6. Fundamentum enim extensionis est in ratione, quæ debet militare etiā in casu extensionis: vt patet in omnibus casibus in quibus iura extenduntur: vt not.in authen.quas actiones.C.de sac. sanct eccl.bonus tex.in l.fi.C. de inter.ma.si enim cessante ratione cessat dispositio, à fortiori extensio cessare debet,argu.auth. multòmagis.C.de sac.sa.eccl. Tertio, etiā ex alio respectu substitutio facta à testatore ad casum, de quo agitur trahi non pōt, quia substitutio fuit vulgaris,ex eo quòd testator substituit liberos filio præmorienti: vt no.Bar.in l.Centurio,in versi.secundo opponitur ad prædicta.in fin.ff.de vulga.& pupil. vbi concludit quòd substitutio facta filio, hoc modo: filio meo talem substituo.tantum. continet vulgarem & non fideicōmissariam alleg. l Gallus.§.1.ff.de libe.& posth.& Bar.ibi in vers.quartus modus. vbi repetit,quòd si testator dicat filium instituo,& nepotem ex eo substituo: substitutio dicitur vulgaris. & similiter breuiloqua verba illa, vos inuicem substituo, continent vulgarem & non fideicommissariam: vt idem Bart. dicit in l. Lucius.de vul. & pupilla. cum similib. vt dixi in consilio 206. In causa istorum nobilium.

ADDITIO.

a ¶ Prorogatæ.) Idem Dec.l.certi condictio §.si numos.in fi.si cer.pe. Fel. c.1.de iureiu.Cæpo.consi.8.Cur.Senior consi.56. Ias.i.lecta.si cert.peta.l. cum stipulatus s̄m mihi à Proculo.de verb.ob.l.1. in fin. C. de iud.Matt. Affl.in decis.Neapol.decisio.110.And. Tiraq.trac.de retrac.conuen.§.1. gl.7.nu.28.Limitat Hipp.Mar.sing.300.

nobilium. † Et talis substitutio vulgaris non debet neque potest extendi ad fideicommissariam quæ repugnat vulgari: quia vulgaris habet locum si institutus non erit hæres:& post aditam hæreditatem expirat.l.post aditam. C.de impuber.& alijs substitu. fideicommissaria verò requirit aditionem hæreditatis,vt suprà dictum est:& tradit Alex.in consi.17.Ponderatis libro 3.cum ergo sint diuersæ qualitatis & naturæ, extensio fieri non potest. † Quartò,hoc idem comprobatur:quia substitutio facta in vno casu ad alium casum non porrigitur qñ persona substituti variatur:vt dicit Imo.per illum tex.in l. si pater filium impuberem. ff. de vulga.& pup.& no.Bar.in l Gallus.in prin.in ver. præterea illud,quod dr.ff.de libe.& posthu. cum simil.vt Soci.tradit in l. 1. ver 2.limita. ff.de vulg.& pup.& in consi.77. Visis testamento. lib.3. Et ista conclusio aperte & omnino vr in casu isto procedere in quo uariatur substitutio non solum ex persona substituti, sed etiam ex persona eius cui fuit facta substitutio: nam testator substituit liberos: & sic nepotes ipsius testatoris filio instituto: vnde non debet extēdi ad nepotes ex fratre qui uolunt eorum patruo succedere; & sic ex utroque capite variatur substitutio per suprà dicta. Quinto facit regula l.commodissimè,de lib.& posthum.cum simil.in 1.dub.suprà allega.& in simili casu tradit Fulg.in consi.49.Ex facto proponitur.& Alex. in consi.188.Viso processu agitato.lib.2.& Socin.in d consi.77.lib.2. suprà alle
8 gato. † Sextò & vltimo ad confirmationem prædictorum accedit regula quam Are.facit in l.Gallus.§.& quid si tantum,de libe. & posthu.in versi.secundo adde.vbi inquit,ꝙ licèt dispositio testatoris facta in uno casu extendatur ad alium casum ex verisimili mente testatoris l. Titius.§.Lucius.de lib.& posthu in l.fi. C. de institu.& substi. secus dicit Are si extēsio debeat fieri de una persona ad aliam:quia talis extensio fieri non debet etiam ex tacita & verisimili mente testatoris; inducit text. in l. si quis ita. §. pen.ff.de testamen.tute.& gl.in l.Titius.in prin de libe.& posthum. cum ergo in casu isto agatur de extensione quæ debet fieri de persona ad personam, vt suprà dictum est:concludendum est, ꝙ talis extensio fieri non possit, per omnia quæ suprà dicta sunt.Non obstant alleg suprà in cōtrarium: quia ex suprà dictis responsio apertè colligitur respondendo tamen specialiter,Primo non obst.tex.in d.l.fi.C de posthu.hæredi.insti. quia ibi agebatur de certo posthumo, tunc ex illo partu instanti nascituro, & cogitabat testator ibi se moriturum statim:vt dicit Bar. in d.l. commodissimè,& in d.l,fi.vbi Alex. dicit istum esse magis communem intellectum. & ideo intentio testatoris non fuit limitare institutionem: sed absolute voluit posthumum instituere: & ibi agebatur de eodē posthumo:secus in d l.commodissimè, ut ibi in prin. declarat Alex. post Bar. & alios.& ita videtur in casu nostro: quia variatur persona instituti, vt suprà dictum fuit. Et non agitur in isto casu de extensione: sed de nouo casu de quo testator non cogitauit; & ratio, quæ fuit motus testator ad substituendum liberos filio prædecedenti,non militat in nepotibus ex fratre respectu patrui: vt patet ex supra dictis. Ex his modis etiam respondetur ad tex. in d.l. Titius.§. Lucius.in l. Gallus.§. & quid si tantum,de libe.& posthu.ad l.fi.C de insti. & substitu. & in omnibus dictis casibus fit extensio de casu ad casum, nō sic in casu isto in quo variatur persona substituti & eius cui fit substitutio,& de persona ad personam non debet fieri extensio,maxime cessante ratione per suprà dicta. & ad idem facit: quia ista clausula est accessoria, quæ nō debet alterare principalem dispositionem.cle.1.in fi de preben Successiue non ob.quod suprà dicitur de substitutione facta per fideicommissum,quæ præsupponit aditionem hæreditatis:quia respondetur, dato quod hoc esset verum, procederet in liberis substitutis eorum patri, prout loquitur substitutio,& non haberet locum in nepotibus ex fratre respectu patrui:quia de isto casu testator nullo modo cogitauit, nec de casu in quo testator disposuit, extensio ad casum nostrum congrua videtur, per suprà dicta. Secundo potest responderi,ꝙ illa clausula apposita fuit de stylo notarij,qui impertinenter dictam clausulam apposuit: vnde attendi non debet vt not. Bar.in l.1.ff.de iu codic.in sexta q.in fi. & in simili not. Bald.in l. quoties.C.de hære instit.in fi.& Anto. de But.in c.quintauallis. char.pe.& Abb.ibi,cum sim.vt tradit And Sicu. in consi. 42. in consi.43.in consi 58.libro 1.& licet Ioan.de Imo.in l. filio præterito,de iniusto rup.dicat ibi,in vers sed certe, ꝙ imo talis clausula videtur apposita de voluntate testatoris coram quo legitur
* testamentum,tamen dictum Bar. videtur * *communiter* approbari: vt not. Andre.Sicu.in d.consi.58.& idem in simili casu Abb. concludit in disputatione incip. Stante statuto cōdito in Italia. & hoc saltem in casu isto videtur omnino habere locum in quo non videtur, quòd substitutio fideicommissaria conueniat nec adaptari possit:quia agitur hic de substitutione vulgari, quæ nullo modo conuenit fideicommissariæ,ut suprà dictum fuit:vnde illa clausula videtur apposita ex stylo notarij,& præter intentionem testatoris qui faciendo vulgarem, nullo modo cogitauit de fideicommissaria.& hoc patet dum etiam dr, ꝙ substituit pupillariter, & cum filij omnes essent puberes non potuit fieri pupillaris: vt no.in l.2.in prin.ff.de vulg.Ergo patet,ꝙ illa verba inconsulte & inaduertenter apposita fuerūt à notario & ineffectu resoluuntur, ꝙ substituit vulgariter, pupillariter & per fideicōmissum,casu quo vulgaris & pupillaris vel fideicommissaria potuisset habere locum,ita ꝙ subiecta materia hoc pateretur: sicut in eo qui concedit ius, quod habet in tali loco intelligitur casu quo probetur,& appareat de tali iure:ut no Bar.in l. si sic.§.1.in fi.ff.de leg.1 Old.in consi 164. Viso priuilegio cum simil.ut tradit Alex.in l.locus.ff.de acq.poss & in consi.187.In hac causa.in fi.lib.2.Et ex his etiam respondetur ad id, quod suprà in ꝯrium dictum est de clausula codicillari: quia illa nihil operatur in isto casu in quo agitur de vulgari,quæ non trahitur ad fideicommis
9 sariam ex defectu voluntatis. † Quo casu vbi est defectus voluntatis clausula codicillaris nihil operatur:ut no. Bart.in l.1. in 4.q. ff.de iu.codic.& tradit Soc.in consi 77.sup.alleg. Et hoc confirmatur:quia clausula codicillaris tendit ad conseruandum voluntatem testatoris:vt no.Bald.in l.fin.ver.nunc aliqua.C.de cod.& uerba dictæ clausulæ hoc ostendunt,dum dr:Si nō ualet, quod testator disposuit iure testamēti,ualeat iure codicillorum. & sic uerba dictæ clausulæ referuntur ad illud,quod testator disponit. Cum ergo intentio testatoris qui fecit uulgarem, non cogitauerit de fideicōmissaria, dicta clausula in isto casu nihil operatur. Non obstant allegata s.in ꝯrium: quia Bald.& doc.in locis s.in contrarium allegatis loquuntur in substitutione compendiosa, in qua etiam fideicommissaria comprehenditur:vt no.in l.precibus.C.de impub.vnde licet uerba directa non conueniant fideicommissariæ, conseruatur voluntas testatoris propter clausulā codicillarem: quia uoluntas testatoris qui fecit compendiosam cogitauit facere fideicommissariam: vt latius nouissimè dixi in
10 d.l.precibus.& in consi.106.in fi.† Vltimo non obstat, quòd dispositio testatoris extendatur ad casum in quo verisimiliter idē disposuisset si cogitasset: quia responsio ex supra dictis colligitur.Hic enim non cadit extēsio:quia agitur de casu nouo de quo non fuit cogitatum à testatore, & verba testatoris non conueniunt, & non militat ratio qua fuit motus testator ad faciendum substitutionem vulgarem: & in casu isto variatur persona substituti & eius cui fuit facta substitutio:ut suprà dictum fuit. Merito ex omnibus suprà dictis remanet firmata conclusio, ꝙ Franciscus potuit liberè testari de omnibus suis bonis,& quòd filij dicti Felitij nullum ius fideicommissi prætēdere possunt: & si causa esset mihi commissa,ita iudicarem.

EPITOME Consi. CCCXCV.

Feudi antiqui & non hæreditarij,alienatio facta absque agnatorum consensu non ualet:aut saltem reuocari potest.

SVMMARIVM.

1 *Feudum longo tempore possessum,præsumitur antiquum.*
2 *Alienatio prohibita si conceditur in unum,non censetur concessa in aliū.*
3 *Vasallus etiam si renuntiauerit feudum in manibus domini,talis renuntiatio non præiudicat agnatis.*
4 *Feudum quando dicatur hæreditarium.*
5 *Feudū hæreditariū si sit,de eo iudicatur sicut de alijs rebus hæreditarijs.*
6 *Verbum, hæredibus ex tuo corpore legitime descendentibus, intelligitur de liberis.*
7 *Verbum,hæredibus masculis:intelligitur de descendentibus, non de collateralibus.*
8 *Filia exclusa à statuto stante hærede masculo,intelligitur de filio.*
9 *Verbum hæredibus in feudis,intelligitur de liberis.*
10 *Renuntiatio generaliter facta de omni eo, quod petere possit de hæreditate paterna,non comprehendit feudum.*
11 *Feudum non est hæreditarium si datum sit pro se & hæredibus.*
12 *Facultas reuocandi feudum quanto tempore durat.*

IN causa Magnifici & excelsi dom. Ioan. de Luna [a] uoluissem habere pleniorem casus informationem quā colligi possit ex quibusdam allegationibus transmissis: tamen secundum ea quæ proponuntur more Scæuolæ Iurisconsulti dicam breuiter,quod pro veritate & iustitia dicendum videtur Et pro constanti præsupponitur feudum de quo agitur antiquum esse: iuxta nota. per Iacob. Aluarot. in præludijs feudorum, in 6. diuisione.

ADDITIO.

a ¶ Luna.) Filij fratris,qui vult reuocare feuda alienata à patruo.

diuisione & c.1 §.hoc quoq;.in vltimo notabili post Bald.ibi de succeff.feu.cum sim.ut tradit Alex.in consi.30.Quoniam omne
1 datum.li.1.† Et cum longo tpe tale feudum possessum fuerit ab illis de agnatione & familia, antiquum præsumitur: vt no. Bal.in c.1.per illum text.si de feudo fuerit controuer. inter dominum & agnat.& Alex.sequitur in consi.15. Visis narratis.lib. 5.& in tali feudo videtur. ꝙ alienatio facta abique consensu agnatorum non valuerit, uel ꝙ saltem reuocari possit,& ꝙ non valeat, videtur tex.in c.primo.in principio.de alien feu.pater. & not.Ioan. de Ana.in consi.47. Illud præsupponitur. in fine.& Bal.in consi. 33.Ad euidentiam præmittendum est. lib 1.Et licentia alienandi quæ fuit data à Vicerege non excludit consensum agnatorum, vt specialiter Alex.scribit.in conf.104.Viso themate instrumenti.versi.Postremò non ob.lib.4.alleg.Specu.& Io. And. in tit de
2 locat.§.nunc aliqua.in ver.94.† Et talis licentia debet diligenter obseruari, put loquitur:quia si concedatur, ꝙ vni alienatio fieri possit, in alium fieri non potest: vt no.per gl.in c.Imperialem. in prin.de prohi.feu.alie per Fede.in verbo sine permissione.& non trahitur extra terminos in quibus licentia côceditur:ut tradit Maria.in consi.19 Pro decisione prædictæ consultationis ubi inducit no.per Bal.in c.1.in prin.in versic.quæro vasallo concessum à domino.de prohi.feu.alie. p Fede. & illud saltem, vt s̄.dixi, videtur indubitanter verum, ꝙ post mortem alienantis talis alienatio per proximiorem agnatum reuocari potest: vt est tex. in c.1.§.Titius filios.si de feudo fue.controuer.inter do.& agn.& in c.1.§.sed etiam res. p quos fiat inuesti. & in c. 1.§. porrò.in fi. qualiter olim feu.alie poterat.facit tex.in d.c.1 de alien. feu. pater Et procedit ista conclusio etiam si alienatio facta sit in remotiorem agnatum: quia proximior agnatus ad reuocandum ad-
3 mittitur:& ita loquitur tex.in d.§ Titus.† Et etiam si vasallus renuntiaret feudo in manibus domini , talis renuntiatio non præ-
a iudicaret agnatis:[a] vt not.Bal.in c.1.§ hoc quoq;, in versi. prima conclusio.de success.feu.& idem Bald.in c.1.de alien.feud.paterni.& tradit Iac.de Ardizone in eius summa feudali, in secunda parte.in c.si vasallus refutauerit feudum.& in d.c.j.§ hoc quoq;, in 6.quæst. concludit Bal. ꝙ consensus domini in alienatione nõ præiudicat agnatis. Et ita in omnibus suprà dictis agnatus filius fratris videtur habere fundatam int̄e ionem,ut feudum de quo
4 agitur recuperare possit.† Sed in casu isto difficultatem facit qa feudum de quo agitur,hæreditarium uidetur,vt ex tenore inuestituræ colligitur: quia vt narratur concessum fuit pro se & suis hæredibus.quo casu feudum hæreditarium dicitur,quando fuit concessum pro se & hæredibus:ut no. And.de Iser.in c.1.in prin. an agna.vel fil.in prin.ibi,si dixit Titio & hæredibus:tunc est feudum hæreditarium,quod venit in petitione hæreditatis & idem dicit in c.1.§.hoc quoq;,in ver.si feudum datum est, de succ.feu. cum sim.ut Alex.tradit in consil 51.Perspectis his lib.4. & idem Alex.in consi.decimonono.Super eo de quo quæritur.lib.5 ubi refert And.de Isern.in d c. primo, an filius uel agnat & maximè dicitur hereditariũ si dicatur de omnibus hæredibus ex eo quod no.Bal.in c in præsentia.in versi.nota, ꝙ nomen hæredis.de probationib.& pariter si dicatur pro suis heredibus quibuscunq;:ut no.Bal.in l.cum virum.C.de fide.com.in l.1.in 34.q. ff.de rerum diuisione.& in c.imperialem,in principio.in versi.sed quid si cõ-
5 cessum.de prohibi.alien.feu. p Fede.† Et in tali feudo hæreditario iudicatur idem,quod de alijs rebus hæreditarijs , ut no.Bald. in dicta l.cum virum. dicens, ꝙ feudum hæreditarium venit in restitutione fideicommissi, sicut cætera bona. & idem And. de Isern.in dicto capitulo primo,an filius vel agna.Bar. in l iurisiurandi.§.si liberi.in versi.& ideo feudi.ff.de oper.liber. Alex.in cõsil.decimonono.Super eo.lib.5. Et pari ratione vr. ꝙ tale feudũ hæreditarium possit alienari in præiudicium aliorum:ut Ale.dicit in consi.decimooctauo. Attentis narratis, in versiculo & potuit.lib.5.& in consi.26.Ponderatis his.in versi. ex quo infertur. eodem lib.5. & ideo fundamentum s̄ factum de dicto c.1.§.Titius.cum sim.s̄.allegatis, non videtur procedere in tali feudo hereditario per s̄. dicta. Accedit etiam: quia in feudo hæreditario quis non admittitur,nisi sit hæres; ut not. Iacobus de Beluisio in capitulo primo, de eo qui sibi & hæredibus suis masculis. & refert & sequitur Alex. in consi. decimotertio. Perspectis his.lib. 5.& in consi decimonono.Super eo.& in consi.decimooctauo. Attentis narratis.eodem lib.5.facit,quod nota Bartolus.in dicta l.ut iurisiurandi. §.si liberi. de oper.liber. idem Alex in consilio decimo. Ponderatis. lib. 3. Vnde si iste nepos ad reuocationem feudi alienati per patruum admitti velit:debet accipere hæreditatem dicti patrui, & tali casu adeundo eius hæreditatem non videtur, ꝙ dictæ alienationi contrauenire possit: quia hæres factum defuncti approbare tenetur. l. cum à matre. C. de rei ven. Et hoc,nisi fecisset inuentarium, quia tunc aditio hæreditatis sibi non noceret:ut no. Bald.in l.qui se patris. ver. item quæritur. C.vnde lib.& dictum Bald. tamen in casu nostro in feudo hæreditario non procederet,quia in feudo recepto pro se & hæredibus confectio inuentarij non prodest:ita limitando & declarando dictum Bald. Alexand.concludit in consil.19 suprà allegato. lib. 5.versi.nec ob.& in consi.28.In causa & lite.eo.lib.5. & sic in casu isto tenendo, ꝙ feudum sit hæreditarium, videtur indistin-
6 ctè,quod hæres nullo modo contrauenire possit.† Prædictis tamen non obstantibus conclusio superius firmata in fauorem dicti nepotis uidetur de iure verior. & pro fundamento tenor inuestituræ debet perscrutari.c.1.in fi.de duo. fratr.à capi.inuesti. vbi Bal.& idem Bal.in præludijs feudorum, in quarta diuisione, in versi.porrò.in l.1.versi.sed & si quis.C.de lat.lib.tollen.in c.1. §.denique.in tit.quæ fuit prima causa benefic.amit.& dicit Bald. in consi.119.Considerandum est.in fin. lib. 1. ꝙ tenor inuestituræ nõ est restringendus,sed definitè interpretandus prout verba sonant.alleg.tex.in d.c.1.de duo.fratri.à capita.inuest. & totum instrumentum debet legi.ut no.Bald.in l.inciuile. per illum tex. ff.de legi.& secundum quod narratur uerba concessionis dicũt pro se & suis hæredibus & successoribus utriusque sexus de suo corpore legitimè descendentibus. & stante tali forma concessionis considerandum est, ꝙ si feudum concessum fuisset pro
b se & liberis, [b] non esset feudum hæreditarium: sed dicitur acquisitum ex facto & prouidentia concedentis: ut not. And. de Iser.in d.c.1 §.hoc quoque, de succes.feu.& in d.c. 1.in princip. an agnat. Alexan.sequitur in consilio 19.in consilio 26.in consilio 28.supra allegat. libro 5.& idem And.de Iser. in cap.1.& §.si libellus.in uersic.quid ergo si dictum sit tibi & liberis tuis,de alie. feu.pater.concludit quòd tali casu uidetur dari filijs ex pacto & prouidentia concedentis.& ibi subijcit idem esse si dictum sit hæredibus, si probetur , quòd intellexit de filijs. & ita uidetur in casu isto:quia licèt dictum sit pro se & suis hæredibus , apparet,quod intellexit de filijs per uerba utriusque sexus de suo corpore legitimè descendentibus. Ista enim uerba manifestè osten-
c dunt, ꝙ intellexit de filijs.& in terminis hoc dicit And. de Iser.[c] in dicto cap.1.§.& si libellus de aliena.feud.paterni.in uersic. sed quid si acquisiuit.ubi inquit,quod si dictum sit,damus tibi & hęredibus tuis ex tuo corpore legitimè descendentibus. tali casu uerbum hæredibus, exponitur, id est liberis.alleg.t gloss.Ioan.
7 in l.si quis Titio.ff.de usufruc accrescen.†Et hoc etiam in simili[d]
d probatur: quia si dicatur de hæredibus masculis, intelliguntur ista uerba pro liberis & descendentibus , ut tradit Ray.de Forli. in disput.incipiente: Quidam habebat duos filios. quem refert & sequitur Bal.in l.Caius ff.solut.matrim.& in l.Gallus.§.etiam, in princip.ff.de liber. & posthum.& idem Bald.in l.liberti,libertæque.in uersicul.quid ergo.C.de oper.liber.ubi dicit, quod illa adiectio,de hæredibus masculis, refertur ad descendentes. & sequitur Alexand.in d §.etiam ubi ad idem allegat Ioan. And.in addi Specu.in rub.de testamen in fine.& idem Alexan. sequitur in l.quod dicitur, de uerborum obligationib. in sexta charta,in uersi.adde circa hoc.& in conf.105 Perspectis uerbis,lib.1,& no.
8 Paul.de Cast. in consilio 97. Proponitur in castro.† ubi concludit.quòd si filia excludatur à statuto extante hærede masculo intelligitur de filio.& in feudo de quo agitur est text,in cap.primo, §.& si clientulus , de alie. feud.& in capi.primo. de eo qui sibi & hæredibus suis masculis. & secundum istam conclusionem alias consului ut patet in consi io 185. Et si hoc est in hæredibus ma-
e sculis,à fortiori[e] in casu isto dicendum est, in quo dicitur de hæredibus

ADDITIONES.

a ¶ Agnatis.) Dixi in consuetu.Parisi.ti.1.§ 22.quæst. 26.§.30. quæstio.36.

b ¶ Liberis.) Hoc est indubitatum , sed fallitur Dec. quia multum differt hoc casu vbi verba inculcata pro se & suis hæredibus & successo.vtriusque sexus de suo corpore,non plus important quam liberis & hæredibus,quo casu vtraque qualitas requiritur secundum communem vt dixi ad Alexand.consil.44.consil.120.libro 1. & supra consil. 185.quæ opin. inualuit in iudicijs vt testatur Matth.Afflict. decisi. Neapol. 140.decisio.240.numero 10. quamuis quòd nihilomagis requiratur qualitas hereditaria tenuerit idem Matth. Afflict.in c.1.qui.mod.feud.amitt. Et sic communis est contra Deci.hic. Secus si non sit verbum hæredibus, sed verbum horis lingua Gallica scriptum,quia t unc iunctis alijs facilius limitat ad descendentes etiam non hæredes, vt dixi de inuestitura facta per Lud.11. Anno. 1478.de oppido sito prope Tornacum in causa nunc. 1551. pendente in magno consi.Imperatoris.

c ¶ Iser.) Imò And.Iser.ibi dicit oppositum & expressè facit differentiam an dicatur tibi,& liberis tuis,& tunc sit feudum ex prouidentia , an vero dictum sit tibi & heredibus tuis,ex tuo corpore legitimè descendentibus, & tunc requiratur vtraque qualitas videlicet quòd sit de liberis & hæres. Et sic tenet Iser. ꝙ vendicanti alienata obstat exceptio.l.vendicantem.& Deci. nimis audacter decipit iudices & partes vt & supra consilio 208, in fin.

d ¶ Simili.) Imo tunc non est simile,sed valde dissimile ob limitationem ad masculos tantum. Vide Anto.Rub.in l.Gallus.§.quidam rectè.de liber.& posthum.

e ¶ Fortiori.) Imo non a fortiori,vt dixi supra eo.nu.6.

redibus vtriusque sexus de suo corpore descendentibus;quia ista verba magis clara sunt,& tergiuersari non possunt quominus de
9 liberis intelligantur.† Imo quòd plus est, etiam si dictum sit sim-
a pliciter de hæredibus,[a] in materia feudali de qua agitur de liberis & descendentibus intelligitur,vt probatur in c.1.§.& si cliẽtulus. de alie.feud.vbi verbum sine hærede, in materia feudali sine filio intelligitur.& ad idem tex.in c.1.§. similiter.versi. profectò.de lege Corra.& ibi gl & no Bar.in lege Gallus.§.etiam. de libe. & posthu.Bal.in l.1.in 48.q.de rerum diuisione.& in lege etiam, in fin. ff.solu.mat.vbi inquit,ꝙ intelligitur de hęredibus proprij corpo
* ris,& dicit,ꝙ ista est * *communis* opi.& Cald.in consi.15. & in tit. de verborum significatio. etiam affirmat, ꝙ ita communiter tenetur.& idem not.Bar.in lege pro hærede.§. si qu id tamen.de acqui.hæredi.Fulg.in consi.218.Petrus quondam. Cardin.in consi. 64.Quod domina Nera.& Abb.in consi.3.Nitar. in tertio dubio. libro secundo.cum similib. vt dixi in c. in præsentia. de proba. & in dicto consi.185.Et sic patet ex suprà dictis, ꝙ in effectu in casu isto feudum videtur concessum fuisse pro se & liberis: quo casu non dicitur hæreditarium esse feudum: sed acquisitum videtur ex facto & prouidentia concedentis. & ita indubitanter concludendum videtur.Et in tali casu habet locum, & procedit text. in dicto c.1.§.Titius filios.dum ibi reuocatio alienationis conceditur agnato proximiori; nam intelligitur in feudo recepto pro se & liberis, & sic ex pacto & prouidentia concedentis, vt not. ibi And.de Iser.in fi.& refert & sequitur Alexan.in consi.26.Ponderatis his.circa finem.libro quinto. & tale feudum transit ad filios vt filios,& non vt hæredes:& ideo agnatus etiam repudiata hæreditate ad feudum admittitur.c.1.in prin an agna.vel fil.& ibi Andre.de Isern. & sequitur Alex.in d. consi decimonono,libro 5.
10 †Et tale feudum est omnino separatum ab hæreditate,vnde qui fecit generalem refutationem de omni eo quod petere possit in hæreditate paterna,non obstante tali renuntiatione non prohibetur feudum petere,vt no.Bar.post Dyn.in l.item videndum.§. fi.ff.de petitione hæreditatis. Similiter tale feudum non venit in restitutione fideicommissi:quia nõ habetur iure hæreditario sed beneficio domini concedentis:vt no.Bar. post Dyn. in lege si patroni.in prin.ff.ad Trebel.& in tali feudo acquisito pro se & liberis non habet pater qui acquisiuit potestatem disponendi. c.1. in prin.de succes.feu.no.Bald.in consi.394.Quod consentiente domino.circa fi.lib.1. quia liberi vocantur ex persona propria, non ex persona patris:vnde etiam si velit pater non potest illos priuare:quia non habent feudum ab eo sed à principe: vt tradit Pau.de Cast.in consilio 353.Visis omnibus punctis. & in consilio centesimosexagesimotertio. In causa quam magnificus. in princip.& Bald.in c. Imperialem. in versic. Quæro vtrum pater. de prohib. feu. alien. per Federic. cum si. Ex quibus omnibus suprà dictis remanet corroborata conclusio superius in prin firmata,in fauorẽ dicti nepotis vt reuocare possit alienationẽ feudi ab eius patruo factam. & ad allegata suprà in contrarium responsio ex supra dictis aperte colligitur, tamen ad maiorem declarationem singulis respondetur.Et primo non obstat, quod feudum de quo agitur, videtur hæreditariũ ex quo dicitur pro se & suis hæredibus: quia hoc posset habere locum si talia verba prolata fuissent ita simpliciter prout doctor. loquuntur in locis suprà in contrarium allegatis.Sed in casu isto sunt alia verba ex quibus patet, quod de liberis loquitur,dum dicitur de hęredibus & successoribus utriusque sexus de suo corpore legitime descendentibus per supra dicta: quæ etiam comprobari videntur per illa uerba utriusque sexus, quæ tantum liberis videntur conuenire.Sed omnem dubitationẽ tollunt illa verba de suo corpore legitime descẽdentibus,& cum in effectu sit feudum receptum pro se & liberis non dicitur hæreditarium, sed ex pacto & prouidentia concedentis acquisitum, prout intelligitur text.in dicto ca.1.§.Titius filios. & per hoc corruunt omnia quæ suprà in contrarium dicta sunt de feudo hære-
11 ditario.† Præterea,etiam si inuestitura dicat simpliciter pro se & heredibus, non videtur feudum hæreditarium: quia in materia feudali, quod dicitur de hæredibus de liberis intelligitur secundum communem opinionem,vt suprà dictum fuit:& ideo Bald. in d.l. cum virum. C. de fideicommiss. dicit feudum hæreditariũ esse quando quis accepit feudũ pro se & suis hæredibus quibuscũ
b que, quia per illam adiectionem quibuscunque, [b] feudum extenditur ad quemlibet hæredem.& eodem modo loquitur Bald.in l. 1.ff.de rerum diuisio.in 34.quæst.cum simil.suprà allegat.& non congruit,quod suprà in contrarium dicebatur de dictione maxime: vt hæreditarium sit maxime quando dicitur de quibuscunq; hæredibus:quia secundum Bal. solum dicitur hæreditarium propter illa verba vniuersalia, de quibuscunque hæredibus, vel si dicatur de omnibus hæredibus:vt not Bald.in d.capi. in præsentia. Et cum ista verba non sint in casu isto non videtur esse feudum hæreditarium: ista tamen disputatio cessat in casu nostro in quo sunt alia verba ex quibus euidenter patet,quod loquatur de liberis, vt suprà dictum est. Non obst.quod in feudo hæreditario non admittitur quis nisi sit hæres: & tali casu non potest venire contra factum defuncti,vt suprà in contrarium arguitur: quia allegata in contrarium habent locum in feudo hæreditario, prout loquitur:sed in casu isto non est feudum hæreditarium: sed acquisitum fuit ex pacto & prouidentia concedentis in quo agnatus admittitur, dato quod non sit hæres d.c.1. an agnat. vel fil. cum sim. supra allega. & in isto casu etiam si adiret hæreditatem agnati.cum inuentario prodesset sibi inuentarium: vt no. Bal.in d.l.qui se patris.etiam secundum declarationem Alex. in consilijs suprà allegatis.de quo late dixi in consilio 175 Sed non cadit, ideo non insisto, sed in casu proposito concludendum est, vt supra dixi.
12 † Postremo non videtur omittendum, quod talis facultas quæ datur proximiori agnato: vt possit feudum alienatum reuocare, durat solum per annum,vt est tex.in d.c.1.§. Titius.in fi.& Bald. ibi circa finem not.illum tex.& tradit Pau.de Cast. in consi. 159. Quæstio ista vertitur. Et hoc procedit quando alienatio sit facta in agnatum remotiorem, prout loquitur text. in d.§. Titius. Se-
c cus [c] si alienatio facta sit in extraneum,prout in casu nostro contingit:quia tunc talis facultas durat 30.annis.vt not. glo. concludit in d §.Titius.& illa glo.est * *communiter* approbata: ut Alexan. dicit in consi.15. Visis narratis.libro 5.Et ulterius esset considerandum an iste agnatus qui intendit reuocare dictam feudi alienationem, fuisset natus tempore alienationis quia agnatis nascituris non currit tempus; vt late concludit Iacobus Aluaro. post And. de Isern.quem refert in capit. 1 §. hoc quoque. de succes. feu. in versi. quæro ab extra. In his quia non sum de hoc requisitus nec habeo plenam notitiam casus vlterius non insisto: & concludo, ut supra dictum est.

ADDITIONES.

a ¶ Hæredibus.] Idem contendit Matt.Affl.c.1.quib.mod.feu.amit. Sed tamen communis opi.inualuit,ut tunc sit mere hæreditarium, ut dixi supra. consi.181.

b ¶ Quibuscunque.) Adde supra consi.208.∫.consi.529.consi.599.Andr. Tiraq.de retract.proximi.§.1.gl.7.nu.21.cũ seq.tetigi ad Phil.Dec.c.in presentia nu.48.ubi quoddam consilium Ruini reprobaui.

c ¶ Secus.] Idem s.consi.144.consi.208.And.Tiraq.de retract.proxi.§.1.gl. 10.nu.9.tetigi ad Alex.consi.15.nu.10.lib.1.Et intellige annum à tempore scientiæ.gl.Alu.in d.§.Titius.Roma.consi.70.Iasl.prætor ait.in fi. de ope. no nun.consi.93.consi.159.lib.1. Sed triginta annos etiam contra ignorãtes per ea quæ dixi in consue. Pari.§.173.

EPITOME Consi. CCCXCVI.

Filia primi matrimonij licet excludatur per statutum à successione, admittitur tamen ad bona quæ deferuntur filijs primi matrimonij in pœnã patris vel matris transeuntis ad secunda vota.

SVMMMRIVM.

1 *Filia primi matrimonij licet excludatur per statutum à successione admittitur tamen ad alia bona.*

2 *Filia renuntians hæreditati an excludatur à bonis quę acquiruntur sibi patre uel matre transeuntibus ad secunda uota.*

3 *Filia quę renunciauit hæreditati etiam cum iuramento, an excludatur à lucro, quod sibi defertur in pœnam transeuntis ad secunda uota.*



Visis his quæ accurate & copiose scripta sunt ab excellentissimis doctoribus vti fratribus maioribus honorandis, neruus præsentis consultationis videtur consistere in decisione Sal. in d.l.fœminæ.in §.illud.in ver. quid dicemus,& in versi.quid igitur dicendum.C.
1 de secund. nupt.† Vbi concludit, ꝙ filia primi matrimonij licet excludatur à successione per statutum loci, tamen admittitur ad bona quæ deferuntur filijs primi matrimonij in pœnam patris vel matris transeuntis ad secunda vota. & sic in effectu ampliatur, quod dicitur in d.§ illud, ibi, His qui supererunt ex priore susceptis matrimonio filijs: vt etiam habeant locum in filia quæ vigore statuti à successione excludatur,& si ista decisio est uera, res non videtur habere difficultatem,vt s. dictum est: dictum Sali. sequitur Maria. Soci.in consi.34.Prosequendo ordinem,& Barth. Soci. in consi. 263. Capio primum, & ego idem tenui consulendo: vt patet in consi.87.s.alleg. Nunc vero prima facie videbatur, ꝙ hoc in dubium reuocari possit.Primo,ex eo quod not.Ange.in §. optime vero.in versic.nota singulariter istum tex.in auth. de nup.vbi dicit, quod filia quæ à statuto excluditur, non admittitur ad illud lucrum,

lucrum, quod debetur filijs in casu. l. hac edictali. in prin. C. de secun. nup. pariter ergo idem in casu isto dicendum videretur. 2 † Secundò, cõprobatur ex eo, quod tradit Pau. de Cast. in consi. 312. Viso puncto s. scripto. in fi. vbi concludit, quod filia quæ renuntiauit hæreditati & successioni, etiam excludatur ab illis bonis quæ acquiruntur filijs primi matrimonij in pœnam patris vel matris, quæ ad secundas nuptias transiuit: & sic vr secundum Pau. de Cast. quod tale lucrum debeat secundum successionem regulari. Tertio, ad hoc facit tex. in d. l. fœminæ §. illud. ubi tex. loquitur de filijs simpliciter secundum dispositionem iuris communis, quæ est, quod regulariter parentibus filij succedant non habita sexus differentia. l. maximum uitium. C. de lib. præt. l. lege duodecim tabularum C. de legit. hæredi. vnde ille tex. qui continet pœnam, non debet extẽdi ad alium casum: ut in regula, in pœnis, de reg. iu. in 6. cum simílib. Quarto, hoc confirmatur: quia filij primi matrimonij à talibus lucris propter ingratitudinem repelluntur. authen. hæres. C. de secun. nup. & in §. soluto. in authen. de nup. & hoc non vr alia ratione, nisi quia filij propter ingratitudinem à successione parentum repelluntur. §. aliud quoque capitulum. in authẽ. vt cum de appell. cogno. Pariter ergo vr, quod filia exclusa à statuto in casu nostro non admittatur secundum Sal. & alios. nec obstat, quod talia lucra reseruentur filijs primi matrimonij: etiam dato quod non sint hæredes patris uel matris: vt est tex. in d. auth. hæres. quia illud dictũ vr procedere quando non sunt heredes, quia nolunt: secus vr si non possunt, per suprà dicta. Prædictis tamen non obstantibus resideo cũ opinione Salic. quam vti veriorem, alias fui sequutus, & iterum amplector. Et pro fundamento præsupponendum est, quod illa bona quæ reseruantur filijs primi matrimonij in pœnam, in casu dict. l. fœminæ. §. illud, reseruata sunt filijs vti filijs, & propter hoc ad talem acquisitionem admittuntur filij primi matrimonij, licet non sint hæredes: vt not. Ange. per illum text. §. soluto igitur, in versi. item not. per istum tex. in auth. de nup. & hoc confirmatur: quia text. in dicto §. illud. loquitur de liberis progenitis superstitibus ex eodem matrimonio, quibus fit iniuria per transitum ad secunda uota: & propter hoc pœnas incurrit. §. prospeximus, in authen. de non eligen. secundo nub. & in §. soluto, in prin. in authen. de nup. & ideo illis consentientibus pœna remittitur: quia volenti non fit iniuria. l. cum donationis. C. de transact. & in regula, scienti. de reg. iur. in 6. & ad hoc est gl. no. & ibi Ange. in d. authen. de non eligend. circa medium, in verbo copulantur, & no. Ange. in consilio 396. Doctor insignis. Rom. in consi. 219. Ex themat. e, cum simil. Ex quibus patet, quod in isto casu filij seu liberi, vt dictum est, considerari debent ut filij & nõ vt hæredes, & adhoc adduco singularem decisionem quam tradit Old. in cõsilio 294.
3 Vltra iam dicta. vbi concludit, † quod filia quæ renuntiauit hæreditati cum iuramento, iuxta c. quamuis, de pactis, in sexto. non excluditur à lucro, quod illi defertur in pœnam transeuntis ad secunda uota: quia hoc ius post renunciationem superuenit. argu. l. Aurelius. § testamento, de lib. lega. & quia procedit ex diuersa causa quæ separata est à renuntiatione: quia renuntiatio respicit successionem quæ ex uoto parentum defertur. l. scripto. ff. vnde liberi. hic autem consideratur culpa transeuntis ad secunda vota, & iniuria illata filijs primi matrimonij: ut latius in d. consi. Oldra. prosequitur, & hoc idem voluit do. Guido Papæ in q. 228. Ex dicto processu, ubi tñ non facit mentionem de Old. sed mouetur alijs rationibus, & inter alia allegat, quod renuntiatio non porrigitur ad illud, quod quis postea sua culpa amittit, & idem nota. Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres, in versi. & hoc facit ad quæstionem, de verb. obli. & ita etiam alias consului, ut patet in cõs. 230. Proponitur, in secũdo dubio. Ex quibus omnibus apparet, quod tale lucrum est omnino separatũ ab hereditate, & ideo licet filia excludatur per statutum ab hæreditate, non tamen dicto lucro priuari debet: & quia quando plura iura vni competunt, si vnũ remittatur aliud non tollitur: ut no. Bar. in l. si dominus, per illum text. de seruit. vrba. præd. facit tex. in l. si prius, in prin. ff. de aqua. plu. arcen. not. in l. suum. C. de iu. delibe. & in l. quoties duplici iure. ff. de reg. iu. & sic remanet comprobata opinio Sali. quod filia exclusa ab hæreditate admittatur ad lucrum de quo agitur. Non obst. allegata suprà in contrarium: & primo dictum Ange. in d. §. optime uero, quia non loquitur in casu nostro, uidelicet in d. l. fęminę. §. illud. Et dato, quod in terminis dici hoc vellet, non est verum, quia, ut supra euidenter demonstratũ fuit, successio est omnino separata a tali lucro, quod defertur filijs primi matrimonij in pœnam transeuntis ad secunda uota, & in hoc opinio Sali. videtur verior & * *communiter* approbata, & per hoc etiam non videtur verum, quod videtur voluisse Pau. de Cast. in d. consi. 312. quòd tale lucrũ debeat a successione regulari, quia imo ista sunt iura separata & de vno ad alterum non infertur, ut patet ex supradictis. Non obst. quod text. in d. l. fœminæ. §. illud. loquitur in filijs & uidetur considerare filios prout de iure communi considerantur, quia argum. retorquetur, quia cum ibi simpliciter de liberis dicatur, videtur considerare liberos seu filios uti filios, quibus vti filijs fuit facta iniuria & de hæreditate nulla consideratio habetur, vt supra deductum fuit. Vltimo non obstat, quod suprà dictum est de ingratitudine, quia vr speciale propter ingratitudinem, ergo alij non ingrati indistincte debent admitti, quia specialitas in vno casu arguit regulam in contrarium, vt no. in l. 1. ff. ad municipalem. ingratitudo enim habet in se culpam quæ in casu isto non concurrit, & ita ex omnibus suprà dictis firmata remanet opinio Salice.

EPITOME Consi. CCCXCVII.

Paria sunt non esse in testandi ætate, & in ea esse, sed testari nõ posse. Cæterum fideicom. conditionalis ius in hæredem non transmittitur, nisi aliter de testatoris voluntate appareret.

SVMMARIVM.

1 *Mentecaptus æquiparatur furioso, & non potest testari.*
2 *Dispositio testatoris facta in uno casu an porrigatur ad alium ex uerisimili uoluntate testatoris.*
3 *Testator si reliquerit aliquid nepoti, adiecto quod si decesserit sine liberis relictum reuertatur ad hæredem vniuersalem, si hæres interim decedat, restitutio cessat.*
4 *Iudex in dubio iudicare debet secundum regulam.*
5 *Ius fideicommissi conditionalis regulariter non transmittitur in hæredem nisi ex coniecturis aliter appareat uoluisse testatorem.*
6 *Coniecturæ ex quibus testator censetur uoluisse, quòd ius fideicommissi conditionalis transmittitur ad hæredem quæ sint.*
7 *Dispositio testatoris intelligitur secundum statutum & consuetudinem loci.*
8 *Statutum excludens filiam stante filio masculo, locum habet etiam in nepote.*
9 *Ius primogenituræ transit in filios etiam uiuente patre.*



Viso puncto, & considerato diligenter tenore testamenti Antonij Ferret, pro resolutione casus occurrentis videndum est de duobus. Primo, an Laurentius si uiueret admitteretur ad fideicommissum de quo agitur. Secundo, an in defectum eius filij qui ex eo supersunt, debeant admitti excludendo Michaelem patruum successiue post Laurentium substitutum. Circa primum vocatus fuit dictus Laurentius, si primus filius Rayn. decederet sine prole legitimata, vel cum prole non perueniente ad ætatem condendi testamentum. Et ista conditio verificata non videtur, quia decessit cum prole legitima quæ peruenit ad ætatem faciendi testamentum, & illam excessit.
1 † Sed erat mente captus qui non poterat testari, quia mente captus æquiparatur furioso. l. 2. vbi Bald. C. de curat. furio. & ideo iste casus videtur omissus qui remanet in dispositione iuris communis. l. commodissime. de lib. & posth. facit tex. in l. si cum dotem, in prin. ff. solu. mat. & in l. si extraneus. ff. de condic. causa data. Sed breuiter prædicta ratione non obstante contrarium de iure videtur, quòd si dictus Laurentius viueret, indubitanter admitteretur, propter manifestam voluntatem testatoris qui considerauit ætatem condendi testamentum isto respectu vt testamẽtum facere possit: & ideo si non potest facere testamentum, vt in mente capto vel furioso contingit: est omninò eadem ratio: vt Laurentius substitutus admittatur etiam post ætatem faciendi testamentum: & ideo casus non vr omnino omissus: quia colligitur ex eo, quod fuit expressum: vnde pro expresso habet: vt no. Bald. in l. 1. C. de his qui ante aper. tabu. Secus est quãdo casus omnino omissus sit: vt d. l. commodissimè, & pro ista cõclusione facit tex. in l. Titius. §. Lucius. ff. de libe. & posthu. in l. fin. C. de posthu. hære. insti.
2 † Vbi dispositio testatoris facta in vno casu porrigitur ad alium casum ex verisimili voluntate testatoris: & facit tex. in l. 3. C. de insti. & substi. & in l. mulier. §. 1. ff. ad Trebel. Et hoc maxime videtur procedere in proposito in quo videtur tractari de eodẽ casu quem testator cogitauit, videlicet, quòd filius qui facit defi cere fideicommissum possit testari. Secus si non potest testari propter ætatem, vel alium defectum: quia tunc substitutus admittitur: & ideo indubitanter si Laurentius substitutus viueret: admitteretur: & quia in hoc non videtur dubitandum, vlterius non insisto. Sed venio ad secundum, in quo difficultas videtur consistere. Nam per Viceregem Sardiniæ lata fuit sententia in fauorem Michaelis, exclusis filijs dicti Laurentij prioris substituti. Et prima facie talis sententia iustificari videtur, ex eo, quòd dictus Laurentius decessit pendente conditione fideicommissi: vnde succedit communis regula, quòd ius fideicommissi conditionalis non transit in hæredem si fideicommissarius substitutus ante euentum

euentum conditionis fideicommissi moriatur: prout in casu isto contingit.l.1.§.finautem aliquid sub conditione,C.de cadu. tol.
a & Bal.ibi [a] inducit illum tex.in ver.quæro nunquid, & no.per gl. Bar.& doc.in l.1.C.de his qui ante aper. ta.in gl.fi. idem tenet gl. fi.in l.hæredes mei.§.cum ita.in gl.fi.ff.ad Treb.& no Old. in 9si. 131.Quidam habens tres filias est verum, φ gl. in filijs tenet 9triũ
* in l.is cui.ff.de ac.& obli Sed * *communiter* illa gl.reprobatur. per Bar.ibi post antiquos,quos refert,idem Bar. in l.1. de leg 1.Bald. in l.si in persona,in prin.C.de fideic. & idem concludit Bal. per illum tex.in l.in causæ la 2.§.Pompon.quoque. ff.de mino. vbi inquit,φ restitutio quæ debet fieri alicui sub conditione,non trans-
3 smittitur ad hæredem conditione cessante.† Vnde infert φ si testator reliquit aliquid nepoti, & adiecit, φ si decederet sine liberis reuerteretur relictum ad heredem vniuersalem:nam si pendẽte conditione hæres moriatur,illa restitutio nõ debetur, & sequitur Alex.in l.Gallus § etiam,in fi.ff.de lib.& posthu.& in l.qui liberis.§. hæc verba,in versicu.& faciunt ista ad quæstionem. ff.de vulg.& pu.& cum s.dictis concordat Roma. in consi. 124.Idem
b cõcludendum vr̃,& in consi.380. In casu proposito.& Alex.[b] in
4 consi.92.Super eo de quo quæritur.lib.3.† Et ex his sententia lata per Vice regem vr̃ potuisse fundari inhærendo regulæ, s̃m quam in dubio iudicandum est,ut no.Bal.in c.1. de alie. iudi.mu. causa facta.in l.si tutor,in fi.C.de communi ser.ma.no.in l.qui restituere.ff.de rei ven facit tex.in l.ab ea parte. ff.de prob. in l.suus quoque.in ver.puto generaliter.ff.de here.insti.cum si.ut dixi in
5 l.1.ff.de reg.iu.† Sed suprà dictis non obstantibus ulterius cogitã
c ti 9trium in casu isto de iure esse arbitror,[c] videlicet, φ filij dicti Laurentii admittantur,excluso eorum patruo Michaele:quia licet ius fideicommissi conditionalis regulariter non transmittatur in hæredem,per ea quæ suprà in 9trium allegata sunt: Hoc tñ fallit & limitatur qñ ex coniecturis apparet voluntatem testatoris fuisse, φ fideicommissum conditionale transferatur in filios: ut Bal no.concludit in l.1.ver. ulterius quæro. C.de his qui ante aper.tab.Et ista conclusio de plano procedit: quia in vltimis uoluntatibus sufficit voluntas testatoris etiam tacita, quæ ex coniecturis colligatur.l.licet Imperator. vbi Bar. ff.de leg. 1.l.cũ auus. de conditionib.& demon.l.cum proponeretur.in fine. de lega.2. Et hoc confirmatur:quia testator potest facere, φ illud, quod est transmissibile non transmittatur. l. in conditionibus primum locum.in §.hæc scriptura.de condi.& demon. vbi Imo. no illũ tex. ita etiam,econtra potest testator facere,φ illud, quod non transit in hæredem transmittatur:vt no.Bal.in l.si pater.C.de insti.& substi.in 4.quæst.|Meritò in casu isto non vr̃ esse dubitandum, φ ex coniecturis,quæ habentur de voluntate testatoris, fideicom-
d missum conditionale transmittatur. [d]† Sed difficultas vr̃ quæ
6 & quales sint coniecturæ ex quibus talis transmissio inducatur. Soc.in l.hæredes mei.in §.cum ita.ff.ad Treb.declarando illud dictum Bal.in d.l.1.C.de his qui ante aper. tab. dicit, φ debent esse coniecturæ quæ ex ipso testamento colligantur, & exemplum ponit Bal. in d.l.si pater.in 4.q. quando testator facit mẽtionem de filio, & de hæredibus eius. Pariter idem in casu isto dicendum vr̃:quia ex testamento constat,φ testator fecit mentionẽ de filijs ab eo institutis & eorum filiis,& uoluit & disposuit,quod filii instituti excludant substitutum, & ita disponitur in persona primi instituti, & successiue in omnibus aliis successiue substitutis, & ideo cũ substitutus fuerit Laurentius & illo decedente sine filiis uocatus sit Michael filii Laurentii qui nominati sunt excludunt Michaelem substitutum,& ex euidenti coniectura uidetur testator ius fideicommissi conditionalis in filios dicti Laurentii uoluisse transferri,secundum Bal. in d.l.si pater in dicta quarta quæstione.facit tex.in l.Lucius,la secunda.ff.de hæredi.instit. in fi.dũ ibi dicitur,quòd non solum prætulit fratrem substitutis, sed & liberos eius,& cum supra dictis concordat.Bal.in l.1. in prin. C. ut actio ab hære.& contra hæredes.ubi repetit, φ si testator uelit legatum uel fideicommissum conditionale in hæredem transmitti tur: & hoc videtur velle testator quando in hæredem dispositio confertur:vt in d.l.1.& in casu nostro, vt dictum est:quia voluit, φ filii dicti Laurentii excludant substitutum,& hoc in simili casu tradit Cuma.in cõsi.13. Titius instituit Seium.vbi in substitutione facta de Seio illo præmortuo eius filii in locum patris admittuntur.de quibus satis cogitatum fuit ex eo φ adiicit testator cõditionem,si Seius decederet sine liberis,prout fuit in casu isto, & in simili casu etiam Fulgo scribit in consi. 15. Proponitur, quòd montes,in fi vbi inducit dictam l.Lucius,in fi.ff.de hæredi. insti. & secundum istam conclusionem etiam consuluit Soci. in consi. 6.In præsenti consultatione, in versi. restat nunc respondere, in 3.libro. & ita ex omnibus suprà dictis videtur concludendum in fauorem dictorum filiorum Laurentii ad exclusionem dicti Michaelis Secundo,principaliter in casu isto considerandum est,φ testator in isto testamento videtur habuisse respectum ad ius primogeniti: quia primo filium maiorem natu primogenitum Raymundum hæredem instituit, deinde successiue alios natu maiores,ut apparet ex serie testamenti,& uidetur testator habuisse respectum ad consuetudinem quæ viget in tota Hispania,qd primogenitus succedat:vt in simili scribit late And. Sicu.in consi.10.
7 Sapienter scribitur. in prin. & per totum, in 2.lib.† Et ad hoc facit: quia dispositio testatoris intelligitur secundum consuetudinem uel statutum loci:ut no.per Bar.in l.hæredes mei §.cum ita. ff.ad Treb.in l.ut iurisiurandi.§ si liberi.ff.de ope.lib.& tradit Pet. de Anch.in l.tres fratres.ff.de pact.& refert.Alex.in l.Gallus.§.1. in fi.& in d.§.cum ita. Et hoc maxime videtur procedere in isto casu in quo testator disposuit expresse de primogenito: cum ergo testator videatur respectum habuisse ad ius primogeniti, considerandum est, φ tale ius, quod primogenito competit, in eius
e filium transfertur: [e] quia honor, & prærogatiua quæ data est primogenito, porrigitur ad filios primogeniti. argu.l.milites. C.de quæst.l.diuo Marco.C.de pœ.& nepos ex propria sua persona illud ius consequitur remoto filio: ut late probat Pau. de Cast. in consi.161.In præsenti causa,& præsertim inducit,quod no.Bart. in l. liberorum, in uersic. pone statuto cauetur, quòd filia. ff. de
8 verbo.significatio.† vbi concludit, quòd sicut filius masculus ex forma statuti excludit filiam,pariter nepos ex filio excludit,quia illud beneficium datum filio porrigitur ad nepotes, & idẽ quòd dictum est de filio primogeniti tradit Ab.in consi.85 In præsenti quæst. lib.1. ubi in prin. concludit,quòd ius succedendi, quod primogenito a statuto vel à consuetudine tribuitur,continet certam spem quæ tolli sibi non potest, & talem spem firmam & irreuocabilem transmittit primogenitus in filium:ut ibi late probat. pro quo facit, quia illud ius primogenituræ potest cedi alteri.ca. quam periculosum.7. quæstio.1. vnde si potest cedi, ergo transmittitur.l.ex pluribus.ff.de admini.tut. & in isto iure non procedit regula l.1.§.finautem aliquid sub conditione.C.de cad tollen. ut ius fideicommissi conditionalis non transeat in hæredem: sed potius videtur procedere,quod dicitur in §.ex conditionali.institu.de uerbo.obligatio.ut Abb.declarat in dicto consi.85.lib.1.& idem tradit And.Sicu.in dicto consi.10.lib.2.& idem Abb. in ca. licet.de uoto.in ver. sed dubium est.ubi refert Oldra. consuluisse propter hoc,quòd filius primogeniti succedat in regno,excluso
9 secundo genito eius patruo. † & ibi secundum Abb.colligitur, φ ius primogenituræ transit in filios etiam uiuente patre. & late Oldra. scribit in consi. 224. Istæ sunt allegationes. & Ioan.And.in rub.de feud.in addi.Specu.& Albe. in procemio Digestorum.in §.discipuli.in ver.denuò in ista materia. & Pau.de Cast. in l.is potest.ff.de acqui.hære.& idem late & subtiliter Aret. in consi. 164. Diligenter & maturè. cum sequentibus. et idem concludit Pet. de Ancha.in cap.licet,de voto.versiculo,ultimo induco iustum textum.ubi tenet pro nepote. et ista conclusio in fauorem nepotis saltem in casu isto uerior videtur: quia concurrit uoluntas testatoris qui uoluit, φ filij primogeniti instituti excluderent patruum substitutum,ut suprà dictum fuit.ex quibus omnibus concludo,φ filii dicti Laurentii in fideicommisso de quo agitur, præferantur dicto Michaeli patruo substituto.

ADDITIONES.

a ¶ Bal.) Ibi. Et consi.154.lib.1.
b ¶ Alex.) In consi.16.consi.206.consi.250.consi.252.lib.6.Soci. consi.94.lib.4.Philip.Dec.supra consi.287.
c ¶ Arbitror.) Et benè per ea quæ dixi ad Alex. consi.109.lib.2.consi.77.in prin.lib.5.ita etiam tenet Barthol.Chassaneus consi.67. Aymo. consi.101.
d ¶ Transmittatur.) Idem Bal.in l.1.in prin.C.ut actiones ab hæredib.& cõtra hæredes.Curtius Senior consi.76.nume.74. Philip.Dec.in d.l. si pater, in fin.
e ¶ Transfertur.) Dixi in consuet.Parisi.§.8.q.ultima.& gl.3.q.1.

EPITOME Consi. CCCXCVIII.

Impetrans beneficium uiuentis,eo deinde mortuo,illud impetrare non potest.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans beneficium uiuentis excusatur si fama erat de morte.*
2 *Impetrans beneficium uiuentis an possit amplius illud impetrare.*
3 *Impetrans beneficium uiuentis scienter, si postmodum sequuta morte illud impetrauit a Papa non facta mentione de præterita occupatione, collatio non ualet.*



N causa domini Benedicti de Grolea, contra dominum Christoforum de Saliente Vicarium reuerendi Episcopi Valentiæ in Delphinatu principaliter quæritur, an prædictus dominus Christoforus qui primo impetrauit per mortem rectoris qui uiuebat,

qui uiuebat, reddatur inhabilis. ita quod postea mortuo rectore potuerit beneficium de nouo sibi conferri. & vt intelligo, à quibusdam clarissimis doctoribus responsum fuit de iure, quod non redda
1 tur inhabilis licèt non valeat impetratio facta de beneficio † viuentis, & impetrans puniatur. c. 1. de conces. præbend. tamen ex quo erat fama de morte excusatur, vt in terminis Oldrad. scribit in consi. 304. Infrascriptæ. & gloss. in d. c. 1. videtur hoc tenere in gloss. 2. in princip. & idem dicit gloss. 2. q. in c. in primis. in verbo, repellatur. & ad hoc facit. quia fama excusat à dolo, ut no. Bartol. in l. cum quidam. §. quod dicitur, de acqui. hæred. in versic. & sic facit. & in l. 1. in princi. ff. ad turpi. & est regula communis, quod quælibet causa etiam iniusta excusat à dolo. l. igitur. ff. de lib. cau. not. per gloss. in l. plagij la 1. in verbo, iuxta. C. ad legem Iul. de plag. Ange. l. 1. ff. de eo per quem factum est. cum similibus. & certè hoc videtur verisimile quòd credidisset rectorem beneficii mortuum esse: & quod vacaret beneficium per mortem quam expectabat, & quod possessionem beneficij acceperit credens illum mortuum & propter iustam credulitatem non uidetur incurrisse pœnam. d. cap. 1. de concess. præbē. Sed tamen his non obstantibus contrarium de iure uidetur. & pro uera resolutione considerandum est, quòd in d. capi. 1. aliquæ pœnæ extrinsecæ imponuntur: quia impetrans beneficium uiuentis priuatur communione ecclesiastica, & efficitur infamis, & deponi debet, ut Abb. ibi tradit. & ab istis pœnis excusari uidetur propter ignorantiam
2 & probabilem credulitatem per supra dicta. † Et de prędictis pœnis extrinsecis non agitur in casu proposito: sed est alia pœna de qua quæritur, quia ille qui impetrauit, & occupauit beneficium uiuentis, non potest amplius beneficium illud obtinere sine dispensatione Papæ, vt not. Abb in d capitu. 1. in secundo nota. & etiam si impetraret postea illud beneficium a Papa quando vacaret, non facta mentione de occupatione præterita, non ualeret collatio tanquam subreptitia. quia si Papa sciuisset, non contulisset vel saltem non ita de facili. argu. c. postulasti. de rescrip. & idem Abb. dicit in c. cum iam dudum. de præb. Cald. in consil. 13. de rescrip. cum simil. ut Feli. tradit in c. in nostro. de rescrip. in primo correlario. & Dominicus in c. eum qui §. insuper. de preben. in 6. Et ista cōclusio uidetur procedere etiam quando quis ignoa ranter,[a] id est quando non erat certus de morte intrauit beneficium uiuentis prout fuit in isto casu: ita expresse Abb. uoluit in
3 d. cap. 1 de succes. præben. † dum inquit, quòd si quis occupauit beneficium uiuentis, maxime scienter, si postea sequuta morte illud a Papa impetrauit, non facta mentione de occupatione prę terita, nō ualet collatio. Dum ergo dicit, maxime si scienter hoc fecit includit idem tamen si ignoranter fecisset: quia dictio, maxime, includit. & ad hoc etiam facit ratio quæ allegatur per Cal. in d. consi. 13. de rescrip. & per Abb. in d. ca. 1. de conces. præben. quod si Papa sciuisset de tali occupatione & intrusione, non ita de facili concessisset: nam ista ratio etiam uidetur habere locū, dato quod hoc ignorāter factum fuisset. Ex hoc enim quod non expectauit certitudinem mortis uidetur in tali beneficio ambitiosus, & propter hoc gratia redditur subreptitia, & Abb. dicit in d. cap. cum iamdudum. de præb. ambitio enim reprobatur. c. quia in tantum. de præb. adeo quòd propter vitium ambitionis quis repellitur a beneficio, ut no. Ab. per illum tex. in d. c. cum iamdudum. in prin. & certe non uidetur quod Christoforus de Saliente, in hoc casu a uitio ambitionis se tueri possit cum sæpius impetrauerit tale beneficium, & pluralis sit in beneficijs. Et ad confirmationem prædictæ conclusionis, facit illa regula de uerisimili, quę est in 28. regula. ubi annullat impetratio beneficij uacantis per mortem nisi ab hora mortis tantum tempus effluxerit, qđ uerisimiliter ad notitiam conferentis peruenire potuerit. Ex tali enim regula inferri uidetur quod nō ualet collatio facta de beneficio qđ in ueritate uacat, nisi notitia haberi potuerit. Merito in casu isto collatio facta dicto Christoforo redditur nulla: ex quo facta fuit tali tempore quo notitia mortis haberi non potuit. Nec obstat quod dicta regula non uidetur habere locum in ordinario, quia loquitur in summo pontifice, quia ultra ea quæ ab alijs dicta sunt respondetur, quod cum illa regula emanauerit ad obuiandum fraudi
b bus, late[b] debet interpretari, & extendi a paritate rationis: quia etiam si materia odiosa, fit. extēsio fit a paritate rationis: ut fraudes remoueantur: ut probatur in c. ciuitas. de sen. excommu. in 6. glo in c. quanquam. de usur. in 6. in glo. fi. & ita iudicatum fuit in parlamento nostro Delphynatus Grationopolis residenti.

ADDITIONES.

a 1 ¶ Ignoranter.] Ita etiam firmat Philippus Decius. in l. vlti m. nu. 17 C. de pact. vbi refert ita se præsente iudicatum fuisse in parlamento Delphinali, ita etiam hoc casu tenet, & firmat Ludo. Gomesi in regu. Cancella. 20. de impetrant. beneficia viuent. q. 3. Quamuis enim circa principium videatur Decium acriter impugnare, tamen sese more suo intricat & in fine statuit aperte cum Philip. Dec. hic. & in d. l. vlti. Et contra Panor. in c. post electionem. de conces. præben. concludit. Sed in quantum dicit, quod Panor. hoc expresse tenuit in d. capit. de conces. præben. non est verum: quia imo Panor. expresse se declarat in c. post electionem, not. 4. de conces. præben. vbi dicit hoc intelligendum de supina ignorantia, secus si probabiliter ignorabat, quia tunc non sit inhabilis Et est verum cessante etiam alia culpa, vel notabili suspitione, vt tenet Gomes. in d. q. 3. & bene. Si autem beneficium viuentis, scienter occupasset, non posset allegare, quod prius bona fide impetrauerat. Sed hic sciens impetrauerat, & erant circunstantiæ malæ fidei, dixi etiam regu. Cancella. 28. de verisimili notitia. q. 3.

b ¶ Late.) Idem Ludo. Gomes. in regul. 20. de impetrant. benefic. viuent. quæst. 1. Ias. consi. 104. in fin. lib. 1. Franciscus Ripa. l. prima. num. 65. si certum peta. & in cap. 2. in fin. de rescript. Et de leg. & long. consue. responso. 16. Philip. Dec. l. prima. C. de pact. Ioan. Sylua. in tract. de beneficio. par. 3. quæst. 46. Ioan. Igneus l. 3. §. sed v trum, nu. 33. cū seq. ad Sylla. Matthæus Bac. in tracta. de Mandat. char. 96. glo. pragmatica. tit. de collatio. §. 5. ver. facientes. Quamuis contrarium consuluerit Steph. Bertran. consi. 128. lib. 1. Sed male & oscitanter, vt ibi in annotat. tetigi. Et ex professo super d. regu. Cancel. q. 1.

EPITOME Consi. CCCXCIX.

Filij adoptiui an excludant fideicommissarium uel substitutum.

SVMMARIVM.

1 *Filij adoptiui an fideicommissarium excludant.*
2 *Filius spiritualis an excludat substitutum.*
3 *Filius adoptiuus an admittatur in feudo.*
4 *Immunitas quæ datur patri propter filios, an locum habeat in filijs adoptiuis.*
5 *Legitimatus vere & proprie dicitur legitimus.*
6 *Legitimatus excludit substitutum.*
7 *Verba improprie accipi debent, vt voluntas testatoris locum habeat.*
8 *Clausula insolita apposita in contractu inducit suspicionem falsitatis.*
9 *Adoptio facta in loco insolito præsumitur fraudulenta.*

Conclusionem plene & subtiliter superius firmatā per celebratissimū V. I. doctorem dn̄m Franciscum Curtium uti fratrē maiorem honorandum amplector, quia uoluntati testatoris consentanea est, quod si intus & in cute perscutari uo
1 luerimus, † ratio nulla suadet quod filij adoptiui debeant excludere fideicōmissarium: ideo lex interpretatur dispositionem testatoris nō habere locum in adoptiuis. l. si ita quis. §. is cui. de leg. 2. l. fideicōmissum. ff. de condi. & dem. nam si aliter diceremus de facili fraus fieri possit adoptando filios, quos postea statim emancipare posset, ut in not. q. tradit Io. And. in addi. Spe. in tit. de suc. ab intest. in uer. nec ob. & ad hoc bene facit tex. in l. fi. §. ex bonis. ff. de bo. dam. & tradit Bar. in l. si cognatis. ff. reb. dub. ubi inquit, quod filij adoptiui nō excludunt substitutum: ne sit
2 in potestate grauati facere alium admitti ad fideicōmissum. † Et sicut filius adoptiuus non excludit substitutū pariter nec filius spiritualis, ut no. Bal. in auth. nisi rogati. uer. sed tunc ergo quæro.
3 C. ad Tre. † Sic ēt in feudo adoptiuus non admittitur. c. 1. §. adoptiuus. in tit. si de feu. fuerit cōtro. Nec in emphyteusi, ut no. Spe. in tit de loca. §. nunc aliqua in uer. 68. & Alex. in l. adoptiuū. ff. de in ius uoc. Et pariter in statuto excludente filias p p masculos nō
a haber locum in adoptiuo,[a] ut tradit Io. de Ana. in consi. 27. Viso
4 casu. Et immunitas quæ datur † patri p p filios, non habet locum in adoptiuis l. sextum §. adoptiuus. ff. de uacatione munerum. & in §. 1 uersi. sed adoptiui. insti. de excu. tut. nā in dictis casibus de facili fraus adhiberi potest, ut s. dictum est de fideicōmisso. & dispositio. l. si vnquam. C. de reuo. do. nō habet locum in filijs adoptiuis, ut Alex. concludit in consi. 40. Super eo. in 4. dubio. lib. 4. Ex quibus videtur fundata intentio substituti, ut non excludatur propter filios adoptiuos, sed difficultatem nō paruam facit, quia substitutio fuit facta a testatore totaliter, quòd videtur cogitasse etiam de liberis adoptiuis, dum dicit, liberi masculi naturales & legitimi, uel legitimati uel legitimi tantum: nam legitimi a legitimatis distinguuntur quia ut Sali. expresse dicit in l. etiā. C. de appel. in secundo no. aliud est, quod filius legitimus sit, aliud quod legitimatus sit. alleg. l. sed si accepto. ff. de iure fisci. & legitimus tantum pro adoptiuo intelligitur, ut no per glos. in l. ex facto. § si quis rogatus. ff. ad Trebel. in uerbo, ex uoluntate. in fin. & tradit Azo. in sum. C. de natu. lib. in princip. & quales liberi sint qui excludant substitutum, pendet à uoluntate testatoris. d. §. si quis rogatus. & cum uerba testatoris clara sint, quia loquitur de legitimis tātum non debent cauillari. l. 3. C. de liber. præter. Et hoc uidetur præsertim

ADDITIO.

a ¶ Adoptiuo.) Idem Georg. Nata in tract. statu. excluden. fœmi. par. 3. q. 3. Alber. Bru eo. tract. arti 12. q. 1.

fertim procedere, quando adoptio facta fuisset a testatore vel de eius uoluntate, vt no. Bar. in l. si cognatis. ver. quare dico sic. ff. de reb. dub. & sequitur Imo. in l. fideicommissum. ff. de cōdi. & demonstra. & ex his responsio colligitur ad allegata supra in contrarium: quia hberent locum nisi aliter appareret de voluntate testatoris, prout in casu isto videtur per supra proxime dicta. & voluntas testatoris totum facit, vt dicit tex. in l. ex facto. la grande. ff. de hære. insti. facit tex. in l. in cōditionibus primum locum de condi. & demon. in l. cum quæstio. C. de leg. Et vere si ista esset voluntas testatoris, non esset laborandum: vnde diligenter perscrutandum est quænam videatur volūtas testatoris fuisse in isto casu. & certe consonat & rationi congruum videtur, quòd noluerit testator substitutionē ab eo factam impediri, propter filios adoptiuos grauati, per ea quæ supra in princip. allegata sunt: nam testator in dubio videtur voluisse se conformare cum dispo

a sitione iuris, [a] vt no. Bal. in l. precibus. C. de impube. ubi allegat l. si duo. ff. de acquiren. hæred. vbi etiam Bal. in 2. not. & idem Bal. in l. 2. in fin. C. de condi. inser. Pau. de Cast. in l. fin. C. de verbo. signifi. per illum tex. facit quod not. Barto. in l. hæredes mei. § cum ita. ff. ad Trebel. in l. vt iurisiurandi. §. liberi. ff. de oper. lib. cum similib. ergo videtur in dubio voluisse quòd filij adoptiui non excludant substitutum, prout iura supra allegata dicunt. & ad hoc facit: quia verba in dubio naturaliter accipi debent. l. fin. C. de his qui ve. æta. impe. Et respondendo ad allegata supra in contrariū. considerandum est quod dum testator instituit filios suos legitimos seu legitimatos, clarū est quod in tali institutione, verbum illud, legitimos, non potest intelligi de adoptiuis: quia erant filij naturales legitimati: & sic ibi legitimati legitimi appellantur. & hoc idem colligitur in dicto testamento, dum prohibet testator dictos eius filios vt non possint vendere vel alienare: quia vsque in infinitum voluit bona sua permanere in dictos filios suos eorumq; suorum filiorum liberos masculos tantum, legitimos vel legitimatos. Nam cum dicta verba relationem habeāt ad dictos filios, qui erant legitimati, etiam ibi apparet quòd legitimati appellantur legitimi, & non mirum: quia terminus, legitimos, generalis est, nam conuenit natis ex iusto matrimonio, quia dicuntur naturales & legitimi, vt hic in eodem testamento dicitur; ibi, naturales & legitimi, & conuenit adoptiuis vt supra dictum est. † Pa-

5 riter conuenit legitimatis: quia legitimatus vere & proprie [b] di-

b citur legitimus, vt not. Barto. in l. si is qui pro emptore. in tertia principali quæstione, vbi loquitur de fictione inductiua. in versi. & si tu opponis. ff. de vsuc. Bal in l. nuper, in fi. C. de natu. lib. cum simi. vt tradit Alex. in consi. 2. Visis codicillis. lib. 1 Et ideo testator in dicta institutione pro eodē habuit dum inquit, Flios suos legitimos seu legitimatos. quia illa dictio, seu, disiungit verba & sensum coniungit, sicut quando dicitur Alexand siue Paris, vt not. per glo. in l. ad protegendum. C. de in lit. iur. not. Barto. in l. si quis ita. de auro & argen. legat. & habetur. C. de exce. seu præscri. & declarat Ange. Aret. insti. de excep. in rub. Et eodem modo loquitur in vltima substitutione ibi, naturales & legitimi, vel legitimati seu legitimi, vt supra dictum fuit. vnde cum in duob. locis testator legitimatos appellauerit legitimos, & nō intellexerit de adoptiuis, eodem modo in alia parte legitimi pro legitimatis accipi debent, & non pro adoptiuis; quia vna pas testamenti secundum aliam intelligi & declarari debet. l. qui filiabus. in princip. de lega. 1. vbi Bar. not. in l. qui non militabat. §. Lucio. ff. de hære. institu. in l. nummis, in fi. de lega. 3. ibi. Neque ex contextu testamēti possit apparere. facit tex. in l. vtrum. de peti. hære. vbi Ange & ideo si testator facit mentionem in vna parte testamenti de filijs masculis: licet in alia parte de filijs simpliciter dicat de masculis intelligitur, vt Abb. tradit in consi. 36. Videtur primo li. 1. & late dixi in consi. 15. Et ex his rñdetur ad illa verba legitimati vel legitimi, vt idem significent: quia legitimti legitimi sunt, & perinde videtur ac si dixisset legitimati seu legitimi, vt supra dictū est: & nullo modo de adoptiuis intelligatur, per supra dicta. Non obstat illa dictio, tantum: quia responderi hoc modo potest vltra superius dicta, quòd illa taxatiua tātum, respiciat illud quod supra proxime dictum fuit copulatiue; ibi, naturales & legitimi. addit quòd non solum filij copulatiue naturales & legitimi faciunt deficere fideicommissum, prout sunt illi qui nascuntur ex legitimo matrimonio, sed etiam alternatiue legitimi tantum, seu legitimati qui pro eiusdem habentur, per supra dicta, & sic illa dictio, tantum, videtur respicere illud quod supra proxime copulatiue dictum fuit de filiis naturalibus & legitimis. Et suadetur iste intellectus: quia concordat cum iure communi, vt a filijs adoptiuis substitutus non excludatur d. l. fideicommissum. cum simili. supra alleg. & iste intellectus præualere debet, per quem iuri communi minus derogatur, vt not. Abb. in cap. cum dilectus, de consue. Et ad confirmationem prædictæ interpretationis facit: quia intentio testatoris videtur bene procedere in legitimatis, prout erant filij testatoris ab eo institui, idem ergo videtur verisimiliter voluisse de nepotibus legitimatis. argumen. eius quod tradit Pet. de Ancha. in consil. 341. Pro maiori intelligentia. in versic. 3. quod proles fœminea. vbi interpretatur donationem etiam fœminas comprehendere, quia procedebat a fœmina: quia in habentibus siymbolum facilior est transitus, & in hoc etiam conformatur

6 cum iure communi. † Quia secundum * *communem* opinionem

* legitimatus excludit substitutum, [c] vt late tradit Alexā in consi.

c 2. Visis lib. 1. & istam communem opinionem esse dicit Imol. in l. ex facto. §. si quis rogatus. in fin. ff. ad Trebel. Alexan. refert in d. consi. 2. idem dicit Alexand. in consil. 121. Viso themate. lib. 2. & in l. generaliter. §. cum autem. C. de institu. & substit. secus est in adoptiuis, qui non excludunt substitutum, de quibus non videtur testator cogitasse: quia de adoptiuis nullum verbum in testamento habetur, sed solum dicitur de legitimis quod quidem verbum verificatur in legitimatis etiam proprie, vt supra dictum est:

7 & quia cum ista sit voluntas testatoris per supra dicta, † Etiam verba improprie accipi debent vt voluntas testatoris habeat locum, vt not. Barto. in l. in ambiguo. ff. de rebus dub. Alexand. in l. 3. C. de liber præte. Paul. de Castr. in consilio. 18. Quidam testator. & ad hoc facit: quia verba debent deseruire intentioni, & non intentio verbis. 22. quæst. 5 in capitu. humanæ aures. & in ca. intelligentia. de uerbor. significa. & ideo uerba de legitimis, debent intelligi de legitimatis secundum mentem & intentionem testatoris. Et hoc etiam suadetur, quia insolitum est, & contra iura quod dicatur in institutionibus de legitimis tātum intelligendo de adopiuis, & hoc patet ex inspectione aliorum testamentorum ex eo quod not. Bald. in l. 1. C. ad uelleia. in uersi. sed hic quæro. facit quod no. Bal. in l. 1. in princip. C. ad Mace. Ang. in consi.

8 140. Quidam Matthæus. in fin. † Et talis clausula insolita inducit suspicionem falsitatis, ut no. Bald. per gloss. in l. si quis sub conditione, in fin. ff. de condi. insti. facit text. in c. quam graui. de crimi. falsi. Nam testator non præsumitur uelle id quod non est consuetum fieri, ut no. Bal. per illum tex. in l. fideicommissa. §. si seruo de legat. 3. & ibi infert quòd si in literis Papæ continetur illud quod est inconsuetum, non præsumitur factum de mente Papæ, etiam si motu proprio factum dicatur. sic etiam concludit Bal. in l. scripturæ. C. de fide. instru. ꝙ instrumentum continens illud quod non est uerisimile præsumitur falsum. & idem Bald. in l. 1. C. de ser. fug dicit quòd illud ꝙ distat a uerisimili est quædam falsitatis imago. Et augetur suspicio falsitatis: quia dicta uerba continentur in apostilla ad testamentum, ut supra narratur: quæ quidem apostilla non habet requisita in instrumento, ideo facit fidem, ut not. Bald. in l. si unus. C. de test. in uersi. scias tamen. & Pau. de Ca. ibi, in fin. pro no. dicto hoc sequitur, & idem tradit Ioan. And. in tit. de instr edi. § ostenso. in addi. incip. dicit Rolandinus. Pau. de Cast. in consi. 36. Dubium facit. cum similib. ut tradit Feli. in c ex literis. in uersi. ubi autem. de fid. instrum. Et ex his suadetur quòd dicta uerba, legitimis tantum, scripta sint a notario præter uoluntatem testatoris ex quadam cōsuetudine, & non intelligit quod dicat, ut in simili casu no. Bal. in l. quoties in uer. modo reuocatur in dubium in fin. C. de hæred. institu. & facit quod not. Barto. in l. 1. in 6. quæst. ff. de iure codi. in fin. ubi inquit, quòd clausula illa codicillaris si non ualet iure testamenti &c. apponitur magis de consuetudine notariorum quā ꝙ testator intelligat quid importet. & not. Abb. in cap. quintauallis. in 4 char. de iureiuran. ubi loquitur de renuntiationibus, quę in compromissis apponuntur ex consuetudine notariorum, & facit quòd not. Sali. in l. 2. in 19. q. C. de iure emphy. & tradit An. Sicu. in consi. 52. Scripsit luculenter. & 3. lib. 2. & in consi. 43 Sempiterna. eod. lib. 2. Vel etiam dici potest quod verba supra dicta prolata sint ex quadam inculcatione uerborum, quæ solet fieri a notarijs, & omnia uerba inculcata idem significant, per gloss. secundam in l. certi condictio. in princip. ff. si cert. peta. & not. Specu. in titu. de procur. §. hoc autem. uersicu. sed opponitur de illa clausula, fecit, constituit, ordinauit suum procuratorem. & idem Abb. in q. stante statuto. in fi. char. Pau. de Cast. in l. testamentum. C. de test. Aret. in consi. 163. Verum est quòd Comicus. uer. potest etiam responderi. Postremo considerandum est, ꝙ testator semper loquitur de liberis & agnatis proximioribus masculis, quæ quidem verba non conueniunt adoptiuis: quia non sunt proximiores masculi per ea quæ habentur in l. filio quē pater. de libe. & posth. & illa qualitas masculini sexus, respicit descendentes, nam si facta sit mentio de hęredibus masculis non ueniūt hæredes extranei, sed tantū descendentes: ut concludit Ray. de Forli. in disputatione inci. Quidam habens

ADDITIONES.

a ¶ Iuris.) supra consi. 257. vbi dixi.

b ¶ Proprie.) Idem Dec. s. consi. 257. & in l. liberos. C. de colla io. late And. Tiraq. in repe. l. si vnquam, char. 252. & seq. & seq. & in tract. de mort. falsif. leuis. cha. 76. sed vide quæ dixi s. consi. 284. & ad Alex. consi. 87. lib. 2.

c ¶ Substitutum.) Idem Carol. Ruin. consi. 76. et consi. seq. lib. 3. dixi in cōsuetud. Parisi. §. 8. gloss. 1. nu. 44. et ad Alex. consi. 127. lib. 1.

habens duos filios. quem Bal. sequitur in l. Caius. ff. solu. matri. & in l. Gallus §. etiam. de lib. & posth. cum simi. ut tradit Alex. ibi. & nomen descendentium est nomen appellatiuum naturæ, ut Soc. tradit in consi. 251. Quoniam in præsenti consultatione uersi. succedit nunc quarta difficultas, per ea quæ not. Bart. in l. tutelas, in prin. ff. de cap. dimi. & ideo in talibus uerbis nullo modo adoptiui comprehenduntur, & quia testator expressè excludit filias fœminas, ergo pariter filij & nepotes dictarum filiarum exclusi uidentur, ne sint melioris conditionis quam mater. arg. l. si iuiua matre. C. de bon. mater. & not. Bal. in l. fi. in fi. C. de uer. sig. & Io. An. in Addi. Specu. in tit. de test. in rub. cum similib. supra allegatis. & idem dicunt Bald. & Ang. in l. sed si hac. §. liberos. ff. de in ius uoc. & tradit Soci. in d. consi. 251. uersic. confirmatur ista conclusio. cum ergo filij adoptiui a lege repellantur ut non excludant substitutum. d. l. fideicommissum, & pariter dicti nepotes ex filia simul cum matre repellantur a testatore nullo modo dicendū est, ꝙ per uiam adoptionis admittantur: quia de filiis adoptiuis nihil dicitur, sed de legitimis: quod quidem uerbum precise non infert ad filios adoptiuos cùm etiam in legitimatis uerificari possit per supra dicta. Et ne uideatur testator recedere a priori uoluntate, quæ fuit excludere matrem, & filios eius, & incontinenti se corrigere. l. non ad ea, in princi. de condi. & demon. & quia resultaret contrarietas, unde interpretatio debet fieri, ut supra dictum est: quia ex tali interpretatione contrarietas tollitur, & quælibet dispositio debet sic intelligi, & distingui ne sit contraria, ut tradit Alex. in consi. 141. Viso testamento. lib. 2. ubi ad hoc plura inducit, & dixi in consi. 195 Studēdo breuitati. Et conclusio supra dicta maximè uidetur procedere in adoptione de qua agitur, quæ uidetur facta in fraudem per supra dicta. primo enim fraus arguitur ex eo ꝙ clandestinè facta fuit. l. non existimo ff. de admi. tuto. not. Bar. in l. Barbarius ff. de offi. prętο. & clam fieri dicitur si quis celauit actum, & aduersario cuius controuersiam timuit, non denuntiauit: ut dicit tex. in l. 3. § fi. ff. quod vi aut clam. & not. Bar. in l. 2. C. de his qui ex plu. ratio. libr. 10. ubi inquit clam factum esse quicquid taliter fit, quod nō ueniat in notitiam eius cuius interest, prout in casu isto contingit: quia fuit facta adoptio ignorante substituto, de cuius interesse agebatur. Et quia fuit adoptio in loco insolito facta ex quo etiam fraus præsumitur, ut supra dictū

9 est de clausula insolita. † Et quia diu fuit occulta, fraus etiam præsumitur, ut not. Bal. in l. fraus. ff. de legi. ex quib. omnibus uidetur dicta adoptio facta in fraudem: quia ex coniectura fraus deprehenditur. c. 1. de renun. in 6. & cum facta sit in fraudem, non debet nocere substituto, ut doct. dicunt de illo qui ingreditur monasterium in fraudem substituti, ut not. per glo. in auth. nisi. C. ad Trebel. cum simili. ut dixi in cap. in præsentia, de proba. char. 6. uersi. quid autem si quis non bono zelo & in simili de matrimonio contracto in fraudem substituti ꝙ non preiudicet substituto, not. Angel. in l. sed & quæsitum. ff. de libe. & posth. ubi inquit ꝙ licet constitutus in articu. mortis possit matrimonium contrahere ad hoc ut filij legitimentur, hoc non habet locum quando fie-

a ret in fraudem [a] substituti. & idem Ange. in l. nuper. C. de natura lib. & tradit Alexan. in l. si quis posthumos. in princip. ff. de libe. & posthu. Ex quibus omnibus conclusio habetur quòd filij adoptiui non excludunt substitutum, & maximè in isto casu in quo adoptio in fraudem facta uidetur per supra dicta.

ADDITIO.

a ¶ Fraudem.) Idem Ioan. Fabr. in l. cū quis. in fi. C. de natu. lib. Caro. Ruin. consi. 211. lib. 1. nec est verum quod Caro. Ruin. consi. 78. lib. 3. dicit simpliciter ob hoc non præsumi fraudem, sed dicēdum vt distinguit Ant. Rosel. in tract. de legitimatio. lib. quem sequitur Ang. Areti. insti. de nup. §. vlti.

EPITOME Consil. CCCC.

Nouatio non fit hodierno iure, nisi specialiter & expressè dicatur, aut quando contractus se non compatiuntur, aut quando ex coniecturis apparet partes voluisse nouationem facere.

SVMMARIVM.

1 *Consilium alicuius collegij maiorem præsumptionem habet pro se, quam consilium particularis personæ.*
2 *Nouatio non inducitur per prorogationem termini, quam facit creditor debitori ad soluendum.*
3 *Possessio iuris probatur ex detentione facti.*
4 *Possessio probatur ex habitatione domus.*
5 *Mulier soluto matrimonio per mortem mariti, potest retinere domum, quā habitabat viuente marito, pro interesse dotis.*
6 *Ius sibi dicere propria authoritate, quando quis sibi possit.*
7 *Possessor primus quando scit alium possidere, ut detur eius possessio interrupta.*
8 *Præsumptio tollitur quando de veritate in contrarium apparet.*
9 *Colonus constituendo se alieno nomine possidere, non interuertit possessionem domino.*
10 *Sententia lata contra reum non nocet fideiussori contractus, nec etiam laudum arbitratoris.*

VISO Eleganti consilio præclarissimi iurisconsulti domini Horatij Cęlij, quòd tamen consilium approbatum non fuit a præstantissimis iudicibus Rotæ Florentinæ, qui, vt narratur, contrarium concorditer retulerunt: vnde requisitus ab his, quibus nihil quod meæ facultatis sit denegari potest, vt dicam quod mihi in tali contrarietate de iure videtur. Primo motu, authoritas dominorum iudicum me in eorum sententiam procliuiorem reddebat: quia firmius reputatur iudicium plurium quam vnius cap. prudentiam in prin.

1 de offic. delega. † Et ideo magis præsumendum est pro consilio alicuius collegij, quam pro consiliis particularibus, vt Abb. dicit. Et vlterius perscrutari possunt rationes, quibus moueri potuerunt negando in casu isto factam fuisse nouationem, & hoc fundatur ex regula quæ ponitur in l. fin. C. de noua. vbi non fit hodie nouatio nisi specialiter & expresse dicatur. Et ista conclusio generaliter procedit, vt hodie non fiat nouatio nec ipso iure nec ope

* exceptionis secundum veriorem & * *communem* sententiam, vt concludit Maria. Socin. in consi. 21. Visis. per illum tex. in d. l. fin. ibi, nihil penitus prioris cautelæ innouari. ponderando verba illa, nihil, & penitus: & allegat Imo. qui hoc idem tenet in l. 2. ff. de noua. & in l. pen. versi. item aduerte quòd plus posset attentari. de præto. stip. & inter alia etiam inducit decisionē dominorum de

2 Rota in decisione 444 vbi concludunt quòd † per prorogationem termini quam fecit creditor debitori ad soluendum nō in-

a ducitur nouatio, nec fideiussores [a] qui erant prius obligati liberantur, & istam opinionem vti veriorem sequitur Alexan. in l. qui vsumfructum. de verbo. oblig. & mouetur rationibus supra allegatis. & idem Alexan. in consi. 10. Visis dispositionibus, ver. eodem modo respondeo. lib. 2. & in consi. 13. Visis & consideratis. in versicu. 3. respondeo. eod. lib. 2. & in consi. 72. Visis & diligenter ponderatis. eod. lib. 2. in princip. vbi attestatur istam esse

* * *communem* opinionem contra Bart. in l. pen. ff. de præto. stip. & secundum istam late consuluit Fulgo. in consi. 130. Matthæus cimator. & ibi refert Iacob. de Belui. ita tenuisse in disputatione sua incipiente, cauetur l. municipali. quam refert Alberi. in l. pacto quo pœnam. C. de pact. & cum supra dictis etiam concordat Alexan. in consi. 58. Visis. lib. 6. & in consi. 73. habita oportuna. eod. lib. 6. & in consi. 173. Visis. lib. 7. & Soci. in consi. 267. præsens consultatio in fi. & in consi. 89 Dubium est. in versi. sed contra hanc conclusionem, lib. 3. vbi loquitur in terminis de laudo emologato. fatentur tamen doc. in locis supra allegatis, etiam hodie nouationem fieri, quando euidenter ex coniecturis manifestis apparet partes voluisse nouationem facere, vt in terminis in quib. loquitur glo. in d. l. 2. ff. de noua. dum allegat l. pen. de præto. stip. est ergo videndum an in casu isto adsint tales coniecturæ ex quibus nouatio inducatur & prima facie videretur dicendum quod nō: quia cum domina Bartholomæa mater dicti Ludouici esset obligata pro obseruatione prioris transactionis, non cōsonat nec verisimile videtur, ꝙ creditores de Manellis voluerint recedere a tali obligatione illis acquisita, prout in simili casu arguit & concludit Maria. in d. consi. 21 & in terminis quòd per laudum arbitratoris emologatum non sit facta nouatio, tradit Soci. in consi. 89. lib. 3. quia secundum eum nouæ actionis fit ad veterem accessio: sicut dicitur de sententia, vt not. in l. ge. 1. C. iudi. & latius pluribus rationibus probare conatur: sed gratia breuitatis non refero. & ex prędictis videtur, quòd relatio dominorum iudicium iustificari possit. Quibus tamen non obstantibus vlterius cogitanti mihi videtur ꝙ consultatio celebratissimi iurisconsulti domini Horatij approbata a quampluribus verior sit de iure, & sic consequenter quòd vitiosa sit possessio occupata ab illis de Manellis, & ista conclusio illo clarissimo fundamento probatur: quia Ludouicus ipse de Gazetis re ipsa, & cum effectu habuit semper tenutam, & possessionem dictorum bonorum, & fructus percepit, ex his enim probatur possessio. † Primò, ex detentione facti, possessio iuris probatur, vt no. Bar. in l. stipulatio ista. §. hęc quoque de verb. obli. & idem Bal. in tit. de pace Constan. in verbo, possessiones. in ver. sed qualiter probabitur possessio. in l. solam. in ver. 4. quæro. C. de te. cum simi. vt tradit Alex. in d. § hæc quoque. & in consi. 133. Viso processu. in princi. lib. 1. & in consi. 51. Viso & discusso. eodem lib. 1. Secundò, ex perceptione fructuum probatur possessio, vt nota. Bart. in l. 2. C. de acquiren. poss. Bald. in l. 3. C. finium regun. in versicu. quæro qualiter probetur possessio. & in l.

ADDITIO.

a ¶ Fideiussores.) Suprà consi. 93. vbi dixi.

in l.indicia.C. de rei uendic.ubi inquit ꝙ possessio probatur per
effectum, putà per fructuum perceptionem.not. in l. Titia.vbi
Bar.ff.de sol.& tradit Cuma.in consi.104.Quæritur in prin.Fulg.
in consi.161. In causa Iacobi.in princ. Alex.in consi 161. Viso.in
4 fin.lib.6.† Tertiò accedit habitatio domus quam semper habuit
Ludouicus,ex qua etiam possessio probatur, vt tradit Alex.in d.
consi.51.Viso.lib.1.& cum ex suprà dictis possessio esset apud di-
ctum Ludouicum,illo uiuente isti de Manellis nũquam propria
authoritate dictorum bonorum possessionem occupauerũt: sed
tunc demum mortuo Ludouico illam propria authoritate acce-
perunt,& hoc quidem facere iuridicè non potuerunt: quia post
mortem Ludouici vxor eius remansit in dictis bonis, & posteà
est reuersa in ciuitatem retinendo penes se claues dictæ domus
existens bono animo cõtinuandi possessionem propter eius do-
tes donec dos sibi restitueretur, ut in casu proposito narratur:
quo casu uxor propter eius dotem iuridicè potuit possessionem
a bonorum mariti retinere [a] & accipere:nam licet uiuente marito
vxor eius esset in possessione bonorum iure familiaritatis. l. qui
iure familiaritatis. de acqui. possess.ubi Imo. Ro.& Alex hoc di-
cunt de vxore: tamen mortuo marito vxor habet retentionem
bonorum mariti pro dote, ut Bart. dicit in l si filio la 1.ff.solut.
5 mat.& Bal.in l.pen.C.de pign.act. † ubi concludit ꝙ mulier solu.
mat.per mortem mariti potest retinere domum,quam iure fami
liaritatis habitabat uiuente marito pro interesse dotis suæ.& idẽ
repetit Bal.in l.cum tibi.C.qui pot.ꝙ mulier potest mortuo ma-
rito possidere bona mariti pro dote sua.& idem Bald.in l.pen.C.
de non nu.pec.& in l.1.C.de ser.pig.da.ma.in fi.ubi dicit ꝙ uxor
hoc facere debet,antequam hęres mariti apprehendat possessio-
nem,prout in casu isto cõtingit quia non apparet aliquis qui ue-
lit esse hæres dicti Ludouici:si enim constaret de hærede qui he-
reditatem apprehendisset, uxor nõ potest ingredi possessionem
etiam rerum dotalium hæredibus mariti non consentientibus,
ut est text.in l.dotis actionem ff.solut.matri. sed cum in casu isto
non sit aliquis hæres,uxor potuit possessionem,quam in uita ma
riti habebat iure familiaritatis,in bonis mariti mutare pro inter-
esse dotis suę:quia ex causa potuit mutare sibi causam possessio-
nis, ut not.in l.cum nemo.C.de acqui.possess.in l.3.§.illud.ff.eo.
tit.Nec obstat quod debet probari ꝙ uxor uoluerit mutare cau-
sam possessionis,ut in terminis tradit Soci.consi.131.In præsenti
consultatione. in princ. lib.1. ubi concludit ꝙ uxor in dubio non
uidetur mutare sibi causam possessionis post mortem mariti, ex
eo quod uixit cum hæredibus sicut uiuebat cum marito:quia re
spondetur ꝙ illud posset habere locum in terminis,in quibus So
cin.loquitur,uidelicet quando uxor mortuo marito eodem mo-
do uixisset familiariter cum hæredibus, sed in casu isto non sunt
hæredes, & satis constat ꝙ dicta uxor retinuit, & accepit posses-
sionem dictorum bonorum mariti pro eius dote: quia mortuo
marito cessat familiaritas mariti: quia mors omnia soluit.§.dein-
ceps.in auth.de nu.& cum ipsa uxor retinuerit claues domus exi-
stentis in dictis bonis uidetur accepisse possessionem.l. clauibus.
ubi Bar.ff.de contrahen.emptio.& ad idem tex.in l.1.C.de crimi.
expila.hæredi.ubi Bal.& idem not.Bal.in l.2.C.de uerb.sign.& ta-
lem possessionem uxor accepit pro dote sua, ut supra in puncto
narratur, & ita uidetur etiam præsumẽdum ex quo alio iure hoc
facere non potuisset.arg.l.meritò.ff. pro socio. & cum ipsa uxor
esset in possessione dictorum bonorum, illa non requisita, non
potuerunt isti de Manellis eorum propria authoritate possessio
nem occupare: quia non debet quis propria authoritate ius sibi
dicere.l.meminerint.l. si quis in tantam.C.unde vi.l.fina.C.si per
uim uel alio modo. cum simil.ut tradit Alex.in consi.83.Visa fa-
cti narratione. lib. 2. sunt enim certi casus in quib. permissum est
alicui sibi ius dicere, ut per Spe.in tit.de aduo.§.1.in ver.qui vult
propria authoritate.not.per glo.in l.extat.ff. quod metus causa.
& per Bal.in c.1.§.1.de pace iuramen.firman. & casus iste non est
6 de illis.† Et ideo dicit glo.in c.iusgentium. 1.distin.quod tunc de-
mum potest quis sibi propria authoritate ius dicere, quãdo alio
modo non potest ius suum consequi.& tradit Alex in consi.135.
Circa primum.lib.1.& idem no.Fulg.in consi.148 Super eo not.
de quo quæritur.ubi allegat text.16.q.6.in c.placuit.& in ca.eum
qui.de præben.in 6.& est etiam tex.in l.extat.ff. quod metus cau-
b sa.& possessor etiam iniustus [b] non debet possessione priuari,nisi
cum causę cognitione.l.2 C.ut nemo priua.l.meminerint.C.un-
de vi.in l.1.§.qui à me vi.ff.de ui & vi arma.cum simi.ut Fulg. tra
dit in consi.2.Petrus.in fi.ad idem tex.in c.licet episcopus.de præ-
ben.in 6.in c.in literis.de restitu.spol.& not. Inno.in c.inter qua-
tuor.in prin.de maio.& obedien.& Bald. per illum text.in l. si de-
serta.C.si propter publi.pensi.in princ.cum simi. ut tradit Maria.
in consi.12.Quoniam in præsentiarum.in fi.idem Cardi.in consi.
82.Duo sunt uidenda.in 2.dub.in princ.Alexan.in consi.83.Visa
facti narratione.lib.2.& in consi.30.Ponderatis narratis.lib.5.&
Bald.in consi.443 Non tangendo. lib.1. Vlterius etiam conside-
randum est: quia etiam dato quòd uxor non fuisset in possessio-
ne dictorum bonorum,& quòd hæreditas dicti Ludouici iacens
fuisset,non potuerunt prędicti de Manellis possessionem dicto-
rum bonorum propria authoritate occupare: quia non dicitur
possessio uacans, hæreditate iacente, ut notat Bald.in l fin.C.de
edicto diui.sed debuerunt seruare formã statuti Florentini pro-
uidentis,quomodo agendum sit contra hæreditatem iacentem,
& cum illa forma non sit seruata de facto,illa bona occupata de-
bent relaxari de facto: iuxta not.per glo.in l.minor.in princip.ff.
de euictio.& not. Bald.in l. si pacto quo pœnam.C. de pact.cum
similib.ut tradit ibi Alexan.in consi 5.In causa & lite.lib.2.& Pet.
de Ancha. in consi.294. Videtur prima facie. in princip. Roma.
in consi.158.Circa articulum.& in consi.220.Circa primum.Cu-
man.in consi.246. Simon. Et contra hæreditatem iacentem not.
Bald.in rub.C.de succes.edict.uersic.& si quid in prædictis. & si-
cut non fuit seruata forma statuti contra hæreditatem iacentem,
ita etiam nõ fuit seruata forma quę de iure communi requiritur:
quia debuisset dari curator hæreditati iacenti,qui creditoribus sa
tisfaceret, ut not.Bar.in l.si bona.in fin.C.de bon.auth.iudi.possi.
Bald.in l.cum debitoris C.de iudi.cum simili. ut tradit Alex.in l.si
constante.§.si exhæredato.in princi.ff.solu.mat. ista tamen dicta
sunt ex abundanti:quia ex supra dictis constat possessionẽ fuisse
apud Ludouicum,eo uiuente,& postea apud eius uxorem: in cu
ius præiudicium non potuerunt isti de Manellis possessionem di
ctorum bonorum occupare: & ideo tenentur possessionem quã
de facto acceperunt, relaxare per supra dicta. Solum superest ad
quædam supra allegata in contrarium respondere, quib.omnib.
& singulis dominus Consultor bene & plenè uidetur respõdisse.
& ad maiorem declarationem dico,quòd ad omnia quæ in con-
trarium allegata sunt & allegari possunt respondetur. Et primò
illa responsio concludens uidetur, & omnem tollit dubitationẽ:
quia dato quòd Franciscus habuisset possessionem dictorum bo
norum, illa fuit priuatus,ex quo Ludo.eo uiuente semper re ipsa
uerè habuit possessionem, & nunquam admisit dictum Francis-
cum,& dictus Franciscus tolerauit dictum Ludouicum possiden
tem, & illo uiuente nihil innouauit, ideo ut s.narratur, uidetur
possessionem ciuilem sibi competentem amisisse ex eo quod no.
Bar.in l.si de eo.§.si forte.ff.de acq.posses.ubi concludit ꝙ si scio
possessionem meam ab alio occupatam si negligo per modicum
tempus, perdo ciuilẽ:quia uideor suspicari me posse repelli arg.l.
quod meo.§.fi.ff.de acqui.posses. cum aliis per eum ibi allegatis.
& secundum istam conclusionem consuluit Petr. Philip.de Cor-
neo in consi.27.In primo consultationis articu.lib.4.& no.Bal.in
7 l. non ignorat.C.ad exhib.† ubi dicit ꝙ quando primus possessor
scit alium possidere uidetur eius possessio interrupta.l.clam pos-
sidere.§.qui ad nundinas.ff.de acq.posses. & licet ille qui prius ha
buit possessionem, etiam præsumatur possidere, ut not.per glo.
& doct.in l. siue possidetis.C. de prob.ista cõclusio procedit nisi
probetur,ꝙ post talem possessionem alius habuerit possessionẽ,
ut in casu isto contingit, & ita nouissime Bartholomæus Socin.
8 scribit in consi 13.Insignis doctor.lib.ulti.† & ratio manifesta ui-
detur: quia præsumptio tollitur, quando apparet de ueritate in
contrarium, cum in claris non sit opus coniecturis.l. continuus.
§ cum ita.de uerb.obli.l.ille aut ille.§.cum in uerbis.de leg.3.prę-
sumptio enim transfert onus probandi in contrarium.l. genera-
liter.§.si petitum. de fideicom. lib.sed à præsumptione receditur
propter probationem quæ in contrarium apparet.l.fi.in prin.ff.
quod met.causa.l.nuptura.in fi.ff.de iure dotium.l. si chyrogra-
phum.ff.de proba.l. cum de indebito.§.1.eod.tit. cum simili b.&
ista ratione ut puto dictus Franciscus uiuente dicto Ludouico
non accepit possessionem,quam post eius mortem occupauit,&
hoc facere minime potuit:quia uxor dicti Ludouici erat in pos-
sessione dictorum bonorum, ut supra dixi.& dato ꝙ ipsa non ha
buisset possessionem nõ erant bona uacantia: quia donec aliquis
possit adire dicitur hæreditas, & non dicuntur bona uacantia,ut
not.Barto.in l. postquam, in princip.ff.ut lega.nomi.caue.& pro
dicto Bar.est tex.in l.uacantia.C.de bon.uacan.lib.10.& idem no.
Barto.in l.fideiussor obligari.§.fi.ff.de fideius. ubi inquit ꝙ tunc
hæreditas dicitur quando est spes quòd adeatur, sed cum omnes
deficiunt, & nulla sit spes adeundi: tunc dicuntur bona uacantia.
l.2.in princip.& in §.an bona.ff. de iure fisci.& not. Bald.in auth.
ingressi.uersic. super hoc fundamento.C. de episcop.& cleric.&
tradit Ioan. de Platea.in l.1.C. de bon.uacan.lib.10.in princip.&
ideo tanquam uacantia occupari non potuerunt, nec eo prætex
tu quod haberet possessionem: quia dato quòd illam habuisset,
illa

ADDITIONES.

a ¶ Retinere.) Suprà consi.232.vbi dixi.
b ¶ Iniustus.) Hippo. Marsil.sing.195.Alexan.consi.5.lib.2.vbi dixi.Idem Hiero. Grat.consi.90.lib.1.vbi extendit ad detentorem.

illa priuatus fuit Ludouico viuente: quia illum nunquã admisit ad possessionem dictorũ bonorũ: quo casu tali resistentia facta per Ludouicum fuit priuatus possessione si illã habuisset, ut Alex. tradit in l. si quis rem. ff. de acqui. poss. vbi ad hoc plura iura induicit: & hoc in colono tradit Bar. in l. malè agitur. C. de præscript. 30. anno, quãdo dominum, venientẽ non admittit: & quia ipse Ludouicus semper habuit ueram possessionem per ea quæ s. dixi: & cum esset priuatus tali possessione, debuit agere iuridicè ad recuperandum dictam possessionem, non autem propria autoritate illam occupare. l. si de possessione. C. unde ui. in l. si quis a se fundum. C. ad legem Iul. de vi. & in l. si quis in tantam. C. unde vi. cum simil. & per istam viam res uidetur clarissima de iure; & non esset opus vlterius insistere: ad maiorem tamen declarationem, secundò principaliter ad ea quæ obiiciuntur, respondetur quod etiam dato ꝙ Franciscus nõ fuisset priuatus possessione, nunquam videtur dictus Franciscus in dictis bonis possessionem talem habuisse, quòd dicta bona propria authoritate occupare potuisset. Non obstat dum dicitur, quòd uidetur adeptus possessionem vigore statuti Florentini, quo cauet quod missus in tenutã lucretur fructus ad rationem quinque pro centenario: per quod statutum videtur possessio trãslata in ipsum detinentem, ut not. Bal. in l. consentaneum, uersic. idem fortè si statutum. C. quomodo & quando iudex. & in l. acceptam. C. de usuris. in q. 18. & in l. 2. §. si absens. in 6. q. ff. si ex causa noxa. agat. & in c. cõsultationibus, de offi. deleg. versi. sed nunquid ualeat statutũ: quia respondetur ꝙ hoc haberet locũ quãdo actualiter iste Franciscus habuisset tenutam dictorum bonorum, & re ipsa fructus percepisset, prout præsupponit Bal. in locis præallegatis: secus videtur in casu isto in quo vere & realiter fructus non percepit. dispositio enim statuti facit ꝙ fructus debeantur: sed non inducit actualem perceptionem, quæ in facto consistit, argu. l. cum hæredes. in prin. ff. de acquir. possess. facit text. in l. 1. §. si vir. ff. eod. titu. & quia ius petendi, quod in iure consistit est separatum à possessione, quæ in facto versatur. l. sciendum. §. si fundum. ff. qui satisda. cogan. facit tex. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acqui. poss. vnde licèt transferatur dominium, non transit possessio, ut per gl. in l. fi. in uerbo, in rem. C. de sacrosan. eccle. & in l. cum duobus. §. idem respõdet. el 2. in uerbo, dominium. ff. pro soci. tota enim vis uidetur consistere in actuali perceptione fructuum quæ non habetur vigore talis statuti, sicut etiam per solum constitutum non percipiuntur fructus, ut Alexand. dicit in l. quod meo. in prin. de acqui. possess. cuius dictum ex suprà dictis confirmatur, & no. Bart. in l. sicut. §. superuacuũ. circa fi. ff. quib. modis. pign. nam in possessione consideratur usus & exercitium quod in facto consistit, vt no. Pet. de Anch. in c. 1. per illum tex. de religio. domi. Accedit etiam quod iste non videtur verè & actualiter habuisse tenutam in dictis bonis: quia admissus nunquam fuit, & ideo non uerificatur quod præsupponit Bal. in locis suprà dictis, qui loquitur & præsupponit illũ qui debet lucrari fructus tenutam habere & tenere, & cum præsuppositum in casu isto non sit verum, eius dictum non videt procedere: iuxta notata per Iaco. Butrig. Sali. & Fulg. in l. mancipia. C. de seruis fugitiuis. Roma. in singulari. 486. Statutum puniens. Secundò nõ obst. ꝙ videtur translata possessio ex eo quod data fuit tenuta vigore instrumenti guarentigiati, vnde sicut missus in possessionem ex causa iudicati, consequitur possessionem, ut no. Barto. in l. a diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudi. in fin. idem ergo videtur in instrumẽto guarentigiato: istam æquiparationem facit Alexan in d. §. si super rebus. ad hoc est dictum Bar. in l. post rem. ff. de transactio. in l. si causa cognita C. de trãsactio. in l. eleganter, in princip. ff. de cond indebi. quia etiam ad hoc breuiter respondetur quod cõtra Bar. in d. §. si super rebus, est verior & * *communis* opinio, ut patet ex his quæ Alex. ibi refert & gratia breuitatis non refero. & qa in isto casu dictus Franciscus verè & re ipsa non habuit tenutam, ut suprà dictum est.

9 † Tertiò nõ obstat recognitio facta per colonos pro dicto Frãcisco: quia per illam non videtur translata possessio: ex eo quod no. Bal. in l. 1. in uersi. quæro nunquid colonus. C. communia de vsuca. ubi concludit quòd colonus solo verbo, putà ab alio cõducendo uel constituendo se pro alio precario tenere, nõ interuertit possessionem: sed per actum facti, putà alium inducendo in possessionem & ipse recedendo, & facit quod no. Bar. in l. malè agitur. C. de præscrip. 30. annorum. dum inquit colonum interuertere possessionem quando dominum venientem non admittit: ex quo ergo Franciscus non fuit inductus in realem possessionem non videtur in eum possessio translata. & hoc etiam comprobatur: quia ille qui possidet per eius colonum non priuatur possessione nisi expulsus fuerit colonus, ut no. Bar. Ang. & Alex. post alios. in l. peregrè. §. quibus per illum text. ff. de acquir. poss. & tradit Aretin. in consil. 32. Diligenter consideratis. Quartò & ultimo, non obstat illud quod allegatur de constituto per quod uidetur possessio translata. l. quod meo, in prin. ff. de acqui. poss. in l. certè §. 1. ff. de preca. & huic possessioni non videtur derogatum ex eo quod postea creditor tenutam in bonis possessis acceperit, ut not. Bar. in l. si quis ante. in fin. ff. de acquiren. poss. quia ad hoc etiam respondetur pluribus modis. Primo, quod ab eo qui in constituto fundatur debuit liquidari &

a probari [a] quod ille qui constituit se precario nomine possidere tempore constituti possideret, ut not. Ang. in l. quamuis. §. si cõdictor. ff. de acquiren. poss. & Alex. sequitur ibi, & admonet ad uocatum eius qui agit uirtute constituti, ut debeat probare cõstituentem possidere tempore constituti, & idem not. Ang. in l. 2. in fi. C. de acquiren. poss. in l. quædam mulier. ff. de rei. uendic. Bal. in l. 1. C. quando lice. ab emp. disce. Alex. consi. 13. Viso processu. lib. 4. & nõ sufficit ꝙ constituens detinet et ut not. Bald. in rubri. C. de contrahen. emp. quæst. 16. & cum in casu isto nõ fuerit probatum de possessione existente tempore constituti apud ipsum constituentem constitutum non uidetur dictorum bonorum possessionem probare. Secundo respondetur, quod etiam dato quod constitutum probaret possessionem, illa possessio fuit interrupta per mortem constituentis, ut no. Ang. in l. quamuis. §. 1. uersicu. & ex hoc dico. ff. de acquir. poss. & Alex. ibi sequtur. & idem Alex. in consi. 82. Perspectis. his lib. 2. & ideo cum tẽpore quo dictus Franciscus propria autoritate dicta bona occupauit mortuus esset ille uel illa quæ se præcario nomine tenere constituit per mortem possessio interrupta fuit. l. cum hæredes de acquirend. poss. & ideo non videtur vigore talis constituti ꝙ propria autoritate potuerint bona occupari. Tertio respondetur, & considerandum est ꝙ cum possessio dictorum bonorum esset apud Ludouicum ipso uiuente, ut suprà dictum est, constitutum quod Francisco competebat uigore promissionis sibi factæ ab eius matre, nõ poterat habere locum: quia Franciscus priuatus fuit possessione ex quo non fuit admissus per dictum Ludouicum, ut probatum fuit, unde cum esset priuatus possessione non potuisset uti tali constituto, & ideo uiuente Ludouico hoc nunquam attentauit, & eo mortuo, possessio fuit apud eius uxorem pro restitutione dotis suæ in cuius præiudicium nõ potuit dicta bona occupare: quia fuerat priuatus possessione, ut dixi. Quartò respondetur, quòd ex quo Ludouicus negabat & nõ admittebat Franciscum ad possessionem dictorum bonorum, & super hoc pendebat iudicium, lite pendente non potuit uti precario, & propria autoritate bona occupare, ut no. Bald. concludit in l. 2. in 10 quæst. C. de serui. & aqua. ad hoc etiam facit: quia in instrumento fuit facta reseruatio vt quantitas promissa posset defalcari, & propter hoc fuit motum iudicium quod pẽdet, meritò videtur suspensa uirtus precarij lite pẽdente, ut Bal. dicit in d. l. 2. unde ex omnibus prædictis patet quod nunquam possessio fuit apud dictum Franciscum, & dato quòd aliquãdo fuisset illa priuatus fuit, vt suprà dictum est. Et his stantibus non esset opus insistere circa nouationem de qua suprà in cõtrariũ allegabatur, tamen ex abundanti ad maiorem declarationem ostenditur in casu isto factam fuisse nouationem: quia quãdo cõtractus se non compatiuntur etiam hodie uidetur facta nouatio, ut not. Bald. in l. fin. C de noua. allegat tex. in l. pen. de præto. stipu. & ita uidetur in casu isto: nam cõpromissum sequuto laudo ratificato, ut in casu isto contingit, dicitur transactio propriè, ut not. tradit Petr. de Ancha. in disputatione cum C. laicus. quem refert & sequitur dominus Ioannes de sancto Seuerino in tractatu suo. de transactio in 3. quæst. circa fi. & ideo de tali cõpromisso laudo sequuto & ratificato, idem per omnia dicendũ

b est quod de propria transactione: [b] cum ergo in tali compromisso expressè dictum sit quod ueniant omnia & quęcunq; instrumenta liquida, & clara, & cum potestate & facultate laudãdi & c. non obstantibus dictis sententijs, laudis & quibuscunq; aliis iuribus quantumcunque liquidis & claris, & quòd prædicta iura possit retractare, & reformare tam in totum quam in parte, ista verba non compatiuntur se cum priori instrumento: ergo videtur facta nouatio, ut Bal. dicit in d. l. fi. & per transactionem causa antiqua quæ fuit delegata fuit finita, ut no. Bald. in rubri. extra de transac. in prin. & de instrumẽtis quæ per transactionem tolluntur est tex. in c. 1. de transa. & no. Bal. in consi. 389. Per sententiam arbitralem. lib. 4. vbi ad propositum dicit quòd per arbitramentum est facta nouatio, cum ipsum arbitramentum sit transactio, & ideo fideiussores prius dati liberati sunt. alleg. l. pen. de præto. stip. & idem tradit Bal. in consi. 62. Quidam dominus Galeatius. eodem lib. 3. vbi etiam repetit ꝙ per laudum arbitratoris fit nouatio voluntaria: quia est species transactionis, & ideo fideiussores ope exceptionis liberati sunt. & facit quod no

10 Aretin. in consil. 78. In hac causa domini Petri. † ubi concludit ꝙ sicut

ADDITIONES.

a ¶ Probari.] Phil. Dec. in l. contractus de reg. iur. ubi dixi.
b Transactione.) Suprà consi. 198. nu. 4. vbi tetigi.

ꝙ sicut sententia lata contra reum non nocet fideiussori contra-
ctus, ut per Barto. in l. 1. ff. iudica. sol. multominus laudum arbi-
tratoris non debet nocere fideiussori, ut ipse ibi latius deducit.
Et etiam si compromissum sit factum præsente & tacente fide-
iussore, illud compromissum & laudum sequutum non præiu-
dicat fideiussori, ut Alex. dicit in consil. 131. In causa pertente,
lib. 2. & hoc latius suprà deductum fuit per dominum Consul-
torem & gratia breuitatis ulterius non insisto. Solum superest
respondere ad suprà allegata in contrarium. Et primo nõ obstat
quod præsumendum sit pro clarissimis rotæ Florentinæ audito-
ribus. quia plures sunt, quia à tali præsumptione receditur, quan-
do in contrarium efficaces sunt rationes, prout in casu isto ex su-
prà dictis liquidò constat, & pro maiori numero præsumitur
cæteris paribus quando omnes & singuli parem adhiberent dili-
gentiam & hoc quidem in tali casu non uidetur: quia quod com
muni nomine plurium fit non ita exacta diligentia absoluitur ex
eo quod dici solet, quod commune est, negligitur. lib. 2. C. quan
do & quibus quar. pars lib. 10. Accedit ꝙ ipsi ex tali relatione ni-
hil lucrantur, quia salarium habent de publico: & quia eorum
motiua non scripserunt, fortè non potuerunt propter multitu-
dinem causarum: nam eorum officium fuisset adducere ratio-
nes propter quas a consultatione reuerendi domini Horatij ab
eis uisa recesserunt. Non obstant adducta in contrarium circa
nouationem: quia illa opinio quæ uidetur communis moderno-
rum quod etiam hodie non fiat nouatio ope exceptionis: secun-
dum omnes non habet locum quando sunt efficaces præsum-
ptiones in contrarium quod facta sit nouatio prout in casu isto
uidetur per suprà dicta. Secundò etiam potest responderi, quod
illa opinio non uidetur communis: quia solus Imo. & alij poste-
riores hoc dixerunt; sed ante Imo. Bar. & alii tenuerunt nouatio
* nem fieri ope exceptionis: & ab ista opinione tanquam * *commu-
ni* dicit Fulgo. non esse recedendum in consi. 130 Matthæus. in
fi. & secundũ illam ꝯsuluit latè An. Sicu. in cons. 86. lib. 4. & Cor
neus in consi. 33. Visa copia. lib. 2. & istam communem esse opi-
nionem deducit Soc. in d. l. qui vsumfructum sed tamen quia ta
lis disputatio stantibus suprà dictis, non est necessaria, ut suprà di
xi, vlterius non insisto, & ex omnibus supra dictis concurro in
sententiam præclarissimi doctoris domini Horatij Cœlij vti fra
tris maioris honorandi.

EPITOME Consi. CCCCI.

Omnia necessaria potest facere curator datus hæreditati iacenti.

SVMMARIVM.

1 *Dictio cum, facit conditionem.*
2 *Curator datus hæreditati iacenti potest facere ea quæ sunt necessaria.*
3 *Dictio penitus, habet præcisam naturam.*
4 *Verbum quodlibet in contractibus positum etiam minimum, debet ali-
quid operari.*



Icet In causis occurrentibus non sim solitus
scribere: requisitus tamen efficaciter à
magnifico Maris consule Antonio Benintende,
visum fuit me non posse eius precibus refragari,
Visis igitur dubitationibus quæ a præclarissimo
appellationum iudice excitant, quibus sufficien
ter responsum fuit per celebratissimum iurisconsultum dñm
Hormanocium vti fratrẽ maiorẽ honorandũ, & confirmando
eius conclusionẽ hoc modo considerandum est: negari non põt
quin promissio facta per dictũ Antonium fuerit ꝯditionalis, ut
ex ꝯtractu apparet dũ promittit soluere quãtitatẽ florenorũ 225:
cum hoc tñ ꝙ dictus Perfranciscus teneatur facere, ita & taliter
ꝙ pro dicta summa dictus Vrsinus sit liberatus penitus a dictis
societatibus & socijs: uel à quocunq; qui aliquod prætenderet
interesse vel facere & curare, ita & taliter cũ effectu ꝙ d. do. An
1 gelica liberabit in forma iuris valida &c. † illa. n. dictio, cũ hoc fa
cit cõditionẽ. l. huiusmodi. l. quodcunq; §. fi: de ver. obl in l. qui
promisit. ff. de cond. indeb. no. Bar. in l. 1. versic 2. quæro. de con-
di & demon. Bal. in l. ex his C. qñ dies lega. ced. cum si, ut tradit
Alex. in d. l. quodcunque. §. fi. & talis conditio dicitur expressa,
ut not. Bal. in rub. C. de insti. & subst. & ideo ista conditio debet
liquidari per aduersarium agẽtem: & ideo instrũm conditionale
non meret executionem, ut no. Bal. in l. si quidem. per illum tex.
C. de excep. facit tex. in l j C. si manc. ita alie. fue. ne prost. & Bal.
ibi, & per illum tex tradit Bar. in l. creditores. in 3. q. C, de pig. &
in simili quæstione no. Bal. in l. per diuersas. in 10 q. C. manda. cũ
si ut Areti. scribit in consi. 32. Diligenter cõsideratis his. in prin.
Alex. in consi. 20. Viso processu. lib 6. Est ergo videndum in ca-
su isto an sufficienter & legitimè fuerit facta liquidatio ita quod
Antonius soluere teneatur. Et certè videtur dicendũ quod nõ,
quia licèt illi detur fideiussor de conseruando illum indemnẽ,
non tñ debet compelli ad soluendum per regulam quæ est, ꝙ ne
mo ideo obligatur, quia recepturus sit ab alio quod præstiterit,
ut dr̃ in regula, nemo. ff. de reg. iur. & in l. suprà iter. §. apud sero-
cem. ff. de aqua plu. arcen. & melius est non soluere, quam solu-
tum postea repetere. argu l. fi. C. in quib. cau. in integ. resti. non
est necessaria. & in l. j C. quãdo lice. vni sine iudi. se. vin. ista enim
regula limitatur in quibusdam casibus, propter necessitatem &
impossibilitatem, & ita procedunt allegata in contrarium text.
in d. l. huiusmodi. §. si ita. de leg. 1. & in l. si mandato. §. item si dũ
negotia. ff. manda. & quod tradit Alex. in consi. 65. Omissis ar-
gumentis. in fi. lib. 5 ut suprà dictum fuit, & extra illos casus spe-
ciales remanet firma regula in qua intẽtio Antonij fundata est,
ut no. per glo. in l. omnis diffinitio. ff. de regu. iur. in c. 2. de dilatio
Bar. in l. 2. ff. si quis in ius voca. in l. quoties. ff. si quis cau. & tradit,
Matthæsi. in no. 19. no. ꝙ sententiã. & ideo secundum regulam
pronuntiandum est, nisi contrariũ probetur, ut Bald. dicit in c. 1.
in 2. de alien. iudi. mutan. causa facta cum simi. ut dixi. in l. 1. ff.
de reg. iur. & in casu isto non subest illa necessitas, quæ in casibus,
allegatis in contrarium deprehenditur, nec videtur subesse talis
difficultas ut à communi regula recedatur: quia licet hæreditas
sociorum sit iacens potest dari curator hæreditati iacẽti, qui cre
ditoribus satisfaciat, ut no. Bar. in l. si bona. in fi. C. de bon. autho.
iudi. possi. & Bal. in l. cum debitoris. C. de iudi. cum si. ut tradit
Alex. in l. si constante. §. si exhæredato. in princ. ff. solut. ma. facit
text. in l. si diu. in fi. ff. ex quib. caus. in pos. ea. & in l. 1. ff. de cura.
bon. dã. & pariter potuisset talis curator dictam liberationem fa
cere: quia videtur liberatio necessaria, ex quo soluit Antonius
4 pro eius rata & portione. † Et curator datus hæreditati iacenti,
põt facere ea quę sunt necessaria, ut no. Ang. in consi. 92. Mor-
tuo debitore. ubi propter hoc concludit, ꝙ possit facere com-
promissum necessarium ex forma statuti, licet secus dicat in vo-
luntario. & idem Ang. in consi. præcedenti. 192. Quæritur an de
iure, circa fi. in versi. illud tamen sine dubio. & circa hoc ẽt faci-
lius prouident statuta Florẽtina. accedit etiam ꝙ conditio fuit
alternatiua, ut suprà colligitur ibi, vel facere ꝙ d. do. Angelica
&c. & satis erat ꝙ conditio alternatiua in altera parte impleta
fuisset, regula, in alternatiuis. de regu. iur. in 6. in c. inter cæteras,
de rescri. in l. si ita quis stipulatus fuerit. de verb. obli. cũ si. & at-
tentis. omnib. prædictis non videtur subesse talis difficultas, ut
Antonius contra regulam debuerit condemnari ad soluẽdum,
oblato sibi fideiussore indemnitatis, per s. dicta. & hoc idem cõ-
firmatur ex verbis contractus, in quib. præcisè dr̃ ꝙ teneatur ita
& taliter facere ꝙ dictus Vrsinus sit penitus liberatus a dictis so-
cietatibus, & socijs. illa. n. verba geminata, ita & taliter, efficacẽ
intentionem partis ostendunt ex eo quod not. Bar. in l. cum sci-
mus. C. de agri. & censib. lib. 11. Abb. in c. si cautio, de fide instru.
3 † Et illa dictio penitus præcisam habet naturã, ut supra dictũ est:
& tradit Alex. in l. qui vsumfructum. de verb. obl. & in simili ca
su Ang. scribit in consi. 31 Viso laudo. in fi. dicens ꝙ verbũ, peni
tus, est præcisum, & nullam recipit limitationem seu modifica-
tionem. ex quib. inferri vr̃ ꝙ isto casu dato ꝙ Perfranciscus fecis
set quicquid potuisset apud societatẽ & socios, ut Vrsinus esset
liberatus, si tamen effectus liberationis non esset secutus, nõ fuis
set excusatus dictus Perfranciscus: quia in isto casu partes de ef-
a fectu [a] cogitauerunt, & patet ex verbis in secunda parte alterna-
tiuæ dum dicitur, vel facere & curare ita & taliter cum effectu,
& eodem modo prima pars alternatiuæ intelligit: quia vna pars
alternatiuę secũdum aliam debet declarari. l. j. ubi Bar. ff. de reb.
dub. cum ergo partes cogitauerint ꝙ re ipsa effectus sequatur,
præcisè iste effectus attenditur, ut concludit Are. in l. si ita stipu-
latus. § possum. de verb. obl. ubi ponderat illa uerba, ita & taliter
cum effectu, & facit quod no. Soci. in consil. 288. Circa primam
quæstionem. in 5. q. in uersi. 3. principaliter. & isto casu nõ fuisset
excusatus Perfranciscus, dato quod ipse fecisset quicquid potuis
set. iuxta no. per Fede. in consi. 122. Martinus promisit. Anto. de
But. & Abb. in c. Gemma. de sponsa. cum si. quia illa uerba, ita
& taliter, cum effectu hoc important, ut in terminis Are. dicit
in d. §. possum, per text. in l. si non mortis. in fi. ibi cum effectu.
4 ff. de inof. testa. & per l. 1 in fi ff. quod quisque iur. † & hoc con-
firmatur: quia in contractibus quodlibet uerbum etiam mini-
mum debet intelligi ut aliquid operetur, ut not. Bald. in rubri. C.
de contrahen. empt. in 9. q. a fortiori ergo in casu isto in quo
Perfranciscus non fecit quod potuit, non debet excusari quo-
minus teneatur ad interesse, quod est ut Anto. non teneatur sol-
uere nisi prius liberatus sit: & ex abrupto, & absque alia liqui-
datione non debuit Antonius grauari ad soluendum oblato fi-
deiussore indemnitatis. per supra. dicta Et etiam in iurib. allega
tis

ADDITIO.

a ¶ Effectu] Dixi supra consi. 2. & ad Phili. Decium. l. quod te nu. 13. si cer.
pet. & ad Alex. consi. 157. nu. 2. lib. 6.

tis in contrarium liquidatio videtur necessaria in terminis in quibus loquitur: nam in casu d. l. huiusmodi §. si ita. erit probandum tabulas non extare. prout ibi præsupponitur, & in casu d. l. si mandato. §. item si dum negotia. erit probandum quod creditor nolit mutare obligationem, & pariter in casu quo loquitur Alex. in d. consil. 65. in fi. tunc demum admittitur fideiussor indemnitatis, quando debitor fecit quicquid potuit vt impleret formaliter quod promisit, & in subsidium deuenitur ad fideiussorem indemnitatis ex quadam necessitate, vt dicunt Bal. & Sal. in l. 2. C. de sen. quæ sine cer. qu anti. quos Alex. add ucit in d. consil. vnde in prædictis casib. in primis deber probari, & liquidari illud quod est fundamenti intentionis, vt s. dictum est & quia qualitas in qua fundata sunt infra s. allegata debet probari, iuxta no. per Ioã. Andr. in c. 1. de homi. in 6. & quod no. Bart. in l. 1. §. ait prætor. ff. ne quid in flu. pub. cum simi. & cum in casu proposito non sit facta illa liquidatio, quæ in legibus allegatis suprà in contrarium erat necessaria, non haberẽt locum dictæ leges: & dato quòd facta debita liquidatione procederent, ex illis ad casum nostrum inferri nõ põt: quia vt s. dictũ est in dictis casibus, illud fit ex necessitate, & propter quandam impossibilitatem: quia aliter non poterat prouideri, secus uidetur in casu nostro in quo aliter ordinario iure prouideri potest, petendo dari curatorem hæreditati iacenti, vt suprà dixi: & ex omnibus suprà dictis arbitror in fraudem dicti Antonij pronuntiandum esse.

EPITOME Consi. CCCCII.

Per promissionem factam de dote restituenda secundum consuetudinem magnatum, qui integrè dotem restituunt, non censetur esse renuntiatum lucro dotis, quòd à statuto locali marito attribuitur. Et si renunciatum illi fuisset talis promissio vti erronea reuocari deberet, quamuis appareret de consuetudine, quæ tamen regulariter ab eam allegante probari debet.

SVMMARIVM.

1 *Satutum quod viget in domicilio mariti, attenditur circa lucrum dotis.*
2 *Maritus promittens restituere dotem integrè, an videatur renuntiasse lucro dotis sibi prouenienti vigore statuti.*
3 *Renuntiatio non præsumitur nisi appareat.*
4 *Maritus qui ex forma statuti certam partem dotis retinere potest, si simpliciter promisit restituere dotem, poterit tamen retinere portionem sibi à statuto datam.*
5 *Remissio lucri dicitur donatio.*
6 *Donatio non præsumitur quando alia coniectura etiam leuis capi potest.*
7 *Maritus in lucro dotis quod sibi à statuto tribuitur, dicitur habere causam onerosam.*
8 *Maritus soluendo magis præiudicat in beneficio sibi competente, quam promittendo.*
9 *Procurator constitutus cum libera & amplissima potestate donare non potest.*
10 *Consuetudo generalis & notoria non indiget probatione.*
11 *Consuetudo debet probari ab eo qui ipsam allegat.*
12 *Iudex quando possit se de consuetudine informare.*
13 *Consuetudo magnatum & principum est quod dos integrè restituatur.*
14 *Testis qui deponit consuetudinem ita esse non probat.*
15 *Testes singulares non probant consuetudinem.*



a IN causa Illustrissimi principis Plũbini, contra quem latę fuerunt duæ [a] sententiæ conformes ab illis consummatissimis Rotæ curiæ Romanæ auditoribus, quorum magna est apud me authoritas, & meritò illis multum tribuo, & propter hoc sub sistebam, more iurisconsulti in l. si me & Titium. ff. si cert. pet. & in l. seruum quoque. in prin ff. de procu. verum ne frustra secunda appellatio à iure cõi permissa sit, & amicorum precibus deuictus cum bona venia dominorũ auditorum, dicam in casu proposito quod pro ueritate & iustitia mihi dicendum videtur. Et primò, de iure communi in lucro dotis de quo agitur, intentio
1 excelsi domini Plumbini fundata videtur: † quia attenditur sta-
b tutum quod uiget in domicilio mariti [b] l. exigere dotẽ. ubi Bart. ff de iudi. & idem Bar. in l. 1. versicu. ex prædictis. C. de sum. trini. Bal. in l. fi. C. si a non compe. & in rub. de consuet. uer. de consue-
* tudine dotis. & ita * communiter tenetur, ut idem Bal. dicit in ca. 1. §. fi. de inuestit. de reb. alie. fac. & secundum istã conclusionem consuluit Bald. in consil. 229. Statuto ciuitatis. lib. 1. & in consil. 405. Doctor. nostri dicunt. eo. lib. 1. Cuma. in consil. 26. Cum statutum. in consi. 72. Visis pactis. & in consi. 109. Domina Ioanna, Alex. in consi. 129. Super. 1. dub. lib. 7. ubi repetit quod ita communiter tenetur, & ideo sm statutũ uel consuetudinem Plumbini maritus debet dotem lucrari, & de iure communi non esset dubitãdum. Sed in casu isto difficultatem facit: quia contractus ex conuentione partium legem accipiunt, vt in regula. contractus. de reg. iu. in 6. in l. contractus. ff. e. tit. sed sic est quod in contractu dicti matri-
c monij in capitulis firmatis formaliter in vulgari sermone dicit. [c] *E fa cauta la dita S. Principessa & soi hæredi e successori de tutte integre le ditte dote de ducati 28. milia quatrocẽto, e quelle tenere, cõseruare, e restituire secondo l'uso e consuetudine de li proceri magnati Conti e Baroni di questo Regno di Sicilia*, circa forũ iure Francorũ & more magnatum viuentium. Et stante more & consuetudine, quod inter magnates fieri debeat integra restitutio dotis, sol. mat. dñs Plumbini ad integram dotis restitutionem vr ex sua conuentione obligari, vnde perscrutando diligenter uerba quæ s. proximè relata sunt, in quibus tota vis cõsistit, ut distinctè procedamus, quatuor j. scripta dubia excitari possunt. Primum est, an per illam promissionem videatur Illustrissimus dominus ius, quod sibi in lucro dotis comperebat, remisisse. Secundò, dato quod remisisset an tanquam errore ductus posit vel potuisset talem promissionem reuocare. Tertiò, an talis remissio lucri habeat locum dato quòd illa consuetudo magnatum de integra restitutione dotis non probetur. Quartò, dato quod deberet probari an sufficienter probata sit
2 ex testibus plurib. qui inducuntur, Circa primum videbat primo motu dicendum, † quod renuntiatum fuerit lucro dotis quod maritus sperare potuisset quia videtur promisisse dotem integrè restituere, quo casu quando maritus promittit dotem integrè restituere, vr renuntiare lucro dotis, quod sibi competit: ut in terminis Bald. dicit in l. quod nomine. uersi. sed quid si ex consuetudine. ff. de cond. indeb & idem tradit Alex. in l. post dotem, in fin. ff sol. mat. Secundò hoc idem probat, quia cùm promiserit dotem restituere secundum consuetudinem magnatum quæ uiget in regno tali casu nõ habet locum dispositio d. l. exigere dotẽ, ita in terminis dicit Ant. de But. in c. 1. in 3 not. de spon. & Feli. ibi sequitur in uersi. 7. & ultim. limita. & hoc idem tenet Signo. de Mediolano in consi. 69. In quæstione Bladisię. in uersi. uenio ad quartam, quia dicit ipse quod consideratur tunc locus ad quem relatio facta fuit. l. asse toto, ff de hære. insti. l. illa institutio, de condi. instit. & idẽ in terminis Fulgo. scribit in consi. 203. Visis instrumento, dum inquit quod cum factum esset pactum in instrumento dotali, restitutionẽ dotis debere fieri secũdum formã statutorum Pisauri, perinde est ac si cautum esset quòd in ipsa municipij. l. dispositum est, l. ait prætor. §. 1. ff. de re iud. & ideo cũ in casu isto dictum sit quod debeat restitutio dotis fieri secundum usum & consuetudinem magnatum regni, illa consuetudo attendit: quia illa dictio, secundum, uidetur limitare promissionem ad consuetudinem q. in tali loco uiget. argu. auth. præsbyteros. C. de episcop. & cler. c. ibi sm leges in l. pe. C. de institu. & substit. & facit quod no. in l. edita. C. de edend. & p Bar. in tracta. ad reprimendam, in uersic. prout. Sed tamen prædictis non obstantibus ulterius cogitanti contrarium de iure esse arbitror: quia in tali restitutione dotis p
d missa, nulla est facta mentio [d] de lucro dotis, quod mortua uxo
3 re marito competebat. † Vnde tali lucro non uidetur renuntiatum nisi appareat; quia renuntiatio non est uerisimilis, nec præsumitur quod quis uelit iuri suo renuntiare. cap. super hoc de renun. & not. Bald. in l. 1. in ulti. not. C. de edi. diui Adria. tol. ubi inquit quod constare debet quod cũ effectu renuntiatio facta sit: quia non præsumitur, & not. Imo. in consi. 49. In casu præmisso. in fi & ex aliquo actu etiam proximo non inducitur renuntiatio nisi expresse agatur, c. sane, cum gl. in verbo sustinere, in fine de renun. & no. Card in consi. 30. In hac dubia & renuntiatio est stricti iuris, in qua non venit, nisi illud quod exprimitur, & ideo qui renuntiat liti & causæ, non per hoc videtur renuntiare titulo beneficij, vt no. Cald. in consi. 5. An habens, in fi. in ti. de præb. & in terminis in casu isto videtur decisio Bal. in l. fi. C. ad legem fal. in ver. &
4 est argumentum. † vbi concludit quod vir qui ex forma statuti potest retinere certam partem dotis: si promisit simpliciter dotem restituere potest non obstante tali promissione, retinere illã partem dotis, quæ sibi à statuto conceditur, & hoc idem in terminis decidit Ang. in l. damni infec. la vltima, in §. cum parietem. ff. de dam. infe. vbi Imo & Ro. sequũtur, & ad hoc bene facit text. in l. si prior. ff. solut. matr. vbi si primus maritus promittat dotem secundo marito simpliciter, in ista generali promissione non tollit benefi-

ADDITIONES.

a ¶ Duę.) Et bene, quicquid dicat Decius qui hic male & sophisticè consuluit.

b ¶ Mariti.) Suprà consi. 183. vbi dixi.

c ¶ Dicitur.) Sequens clausula conuincit Decium in gratiam principis, vel lucri, pessimè consuluisse.

d ¶ Mentio.) Satis est relationem esse factam ad consuetudinem, quæ illud non admittit, nec hic opus erat renuntiatione, quia matrimonium non erat contractum sed contrahendum.

beneficiũ m̃,quod marito competebat,ne conueniatur ultra quã facere po ssit, & facit quod not.Bald.in l.2.C.de bon que lib. ubi inquit ꝙ indefinita promissio restituendi dotẽ non derogat spe ciali consuetudini.argu.l. quod si nolit §.qui assidua.ff.de ædili. edic.Non obstant allegata suprà in contrariũ:quia pro respõsio ne ad omnia quæ obijciuntur,considerandum est,ꝙ illa promis sio facta de restitutione dotis de necessitate restringi debet in ca su in quo dos restituenda sit.hoc euidenter probatur:quia si ver ba quæ sonant generaliter acciperentur sequeretur quod constã te matrimonio dos deberet restitui quod omnino absurdum vr̃, contra l.nam absurdum.ff.de bon.li.in l.fi.ff.de manu.vin.in cap. quemamodũ.de iureiu.quia debet dos deseruire oneribus matri monij,in l.pro onerib.C de iu.do. Et quia promisit dotem duca torum viginti millium octocentum restituere:& non habuit nisi partem dictæ dotis in qua fuit condemnatus, ideo illa promissio facta generaliter,intelligit̃ in casu quo dos restituẽda sit. Et hoc etiam probatur per illa verba,tenere,conseruare,& restituere:nã ne talia verba contraria sint,intelligi debent in casu quo restitu tio debeat fieri,vnde talis promissio non vr̃ habere locum in ca su nostro,in quo dos non uenit restituenda pro illa parte quam lucratur maritus:& quia sub illa generalitate restituendi dotem, non excluditur lucrum dotis quod debetur marito per suprà di cta.Et quia talis restitutio promissa potest intelligi quando ipse maritus esset præmortuus,& tunc in totum deberet restitutio fie ri:non autem illa generalitas restituendi dotem,debet trahi ad ca sum in quo maritus deberet lucrari dotẽ:quia indefinita nõ æq pollet uniuersali,ubi non sit eadem ratio, vt per Dy.in rub.de re gu.iur.in 6 not.Bart.in l.si pluribus,de leg.2.& hic non est eadem ratio per quam marito in tali lucro præiudicium inferat̃, & quia verba debent interpretari contra illum qui fundatur in verbis. l.
5 ueteribus.ff.de pac.† Et hoc etiam confirmatur:quia ista remis sio lucri in effectu est donatio,ut not.gl.& Bar. in l.si inter.in ver bo,donationis.C.de sol no.Ang.in l.pacta quæ cõtra.C.de pac. vbi ad hoc allegat tex.in l in ædibus.ff.de dona.Et ideo in tali re missione insinuatio requiritur secundum glo.in l. si quis obliga tione.ff.de reg.iur.Bar.in l.Modestinus.ff.do cũ si ut tradit Alex. in l.si mulier.ff de cond causa data,& in l.creditori.C.de pac.ubi
* dicit istam esse * *communem* opinionem.† Vnde succedit, ꝙ do
6 natio nõ præsumit̃,quãdo alia [a] cõiectura etiam leuis haberi po
a test,vt no.Bal.in l 1.C.ad Treb.facit text.in l cum de indebito. ff. de prob.in l.Campanus.ff.de ope.lib.Et ad hoc bene facit:quia p contrauentionem factam priuilegio, nunquam uidetur quis re nuntiare priuilegio,nisi hoc necessario inferatur, & ideo ubi po test capi alia præsumptio quam renuntiationis nunquam præsu mit̃ renuntiatio ut dicit Anto de But.in c.accedentibus.de priuile. ver. & per p̃dicta,post antiquos quos ibi refert & sequit̃ Alex. in ꝯs.33.Ponderatis his.lib. 5 Pariter in casu isto cõcludendum ui detur ꝙ cum illa promissio restitutionis dotis, alijs modis ueri ficari possit , non est inferendum ad remissionem lucri de quo non apparet à partibus cogitatum fuisse.Et ex prædictis tollũtur omnia quæ in contrarium adduci possunt,& ad maiorem decla rationem responderi potest specialiter. Primò non ob.ꝙ quãdo maritus promittit dotem integram restituere, uidetur lucrum dotis remittere,secundum Bald in d.l.quod nomine.quia loqui tur Bal.quando talis promissio fuit facta ex certa scientia,quo ca su apparet ꝙ uoluit donare ex quo cogitauit de tali lucro & sciẽ ter dotem integrã promisit l.cuius per errorem.ff.de regu.iu. se cus vr̃ in casu isto,in quo nõ apparet de tali certa scientia,nec de illa præsumit̃,& ideo requirit̃ ꝙ hoc exprimat̃, ut not. per gl.in ca.statutum,in uerbo literarum,de res.in 6.in cle.& principalis, in gl.fi de rescriptis,& tradit Alex.in consi.38. Viso statuto libr. 4.& cũ hic agatur de donatione,ut s̃.dictum est, in dubio potius
b error [b] quam donatio præsumitur:ut no.per glo.in l.generaliter, in uerbo,causam.C de non num.pec.ubi Bal. in 4 oppo. & Ang. ibi dicit ita consuluisse,& not.Imo.in l.à Titio,de uer.obli.cum si.ut tradit Alex.in consi 13. ex his quæ in themate lib.1.& in cõ si.19.In his quæ in themate lib.4.Præterea in casu isto non promi sit integram dotem restituere:quia uerbum,integre,respicit cau tionem dotis,ut colligitur ibi, *E fa cauta la dita Illustrissima S.de tut te integre le dite dote.* Deinde restitutionem simpliciter promittit. quo casu,ut s̃.dictum est,per generalẽ promissionem dotis resti tuendæ non uidetur derogatum lucro quod marito debetur.Se cundò non ob.ꝙ qñ quis promittit dotem restituere secundum statutum uel consuetudinem alterius loci,ex conuentione dero gatum uidetur dispositioni. d.l. exigere dot. quia hoc uerum est qñ factũ sit ex certa scientia.& uerba præcisè hoc inferunt:nã ta li casu cogitauit ille q̃ p̃misit dotẽ restituere de morte uxo.de lu cro ꝙ ei deferẽ à statuto,& de statuto ad qđ se refert de quo ueri similiter vr̃ notitiam habuisse,secus est in casu isto in quo nõ ap paret de ista certa sciẽtia:nã de lucro ꝙ marito cõpetebat, uerbũ nullũ nec de morte uxoris, sed simpliciter promisit dotem resti tuere secundum cõem vsum magnatum,& talis promi ssio inte ligitur in casu restitu.vt s̃. dictum est:& sic quo casu sit facienda restitutio more magnatũ fieri dẽt,sed in casu isto non est facien da restitutio quia maritus illam retinere debet. Et illa promissio verificari põt,& vr̃ habere locum si maritus ipse præmoriat̃,vn de ex tali generalitate non infertur ad lucrum dotis,quia esset do natio quæ non præsumitur,& potius error præsumitur , vt s̃.di ctũ est Et ista conclusio comprobatur ex his quæ dicã in sequen ti dubio & secundum istam conclusionem idem esset dicẽdum, dato ꝙ de illa consuetudine magnatum constaret,& probaretur quia p hoc non infert̃ ꝙ habeat locum in casu nostro,in quo nõ sumus in casu restit.ex quo maritus illam lucrat̃, vt s̃.dictum est. Et in ꝯ̃ctu matrimo.nihil dicitur.de resti.dotis.sed solum dr̃ do. Marina de Aragonia &c.more magnatum & iure Francorum vi uens,ut dixit.ex quibus verbis non infertur ad restitutionem do tis;quia ibi dr̃ de ip sa sola quæ viuit more magnatum, & hoc ni hil facit ad resti.& quia hoc non affirmatur dum inquit,ut dixit, sicut qñ dicitur vt asseritur,quo casu non vr̃ quod dictum est ap probari c.ad hæc,vbi Anr.de But.in 1.no.facit tex. c. iur. de pro ba .cu m si.vt dixi. Et in capitulis licèt promis.restit.dotis facta sit inconsultè,& per erro.facta vr̃ vt statim dicam; vnde qđ incau tè factum est pro non facto habet̃,& generalis pro missio nõ tra hitur ad id de quo non fuit cogitatum,ut no.Bald. per illum tex. in l.1.in 3.& 4.no.ff.de his quæ in test. delen. & hoc inferius dicã in dubio seq. Venio ad 2.dubium.Nam dato, ꝙ ex promissione s̃.dicta lucri dotis remissio facta sit (quod omnino negatur per s̃.dicta) quæritur an t alis remissio tanquam erronea & indebitè facta reuocari possit,& prima facie videbatur dicend ꝙ nõ:quia in facto proprio de quo tractari videtur error probabilis non vi detur l.quanquam ff.ad Velle.l.quisquis.C.de rescin. ven.in c.ab excommu.de resc.& cum lucrum dotis à statuti Pumbini marito superstiti deferatur,de tali statuto præsumitur Illust.dom. Plum. notitiam habuisse cum ibi oriundus sit, & ibi moretur: vt de sta tu.muni.no.Bar.in l.quod Nerua versi.iuxta prædi.quæro.ff.de po.& ignorantia iuris non excusat vbi agitur de lucro & acquisi tione,l.iuris ignorã.ff.de iur.& fac.ign.l.quamuis l.si eman.C eo. tit.& in l.iur.igno.C.qui admi.cum si.His tamen & simi.minimè obst.contrariam senten.veriorem de iure existimo, & pro fun
7 damento præsupponendum est † ꝙ in lucro dotis [c] quod à stat.
c marito tribuitur,maritus dicitur habere causam onerosam:quia propter onera matrimo illud lucrum à statuto cõceditur,vt no. per gl.in l.si donaturus.§.fi.in verbo,duntaxat,& Bal.ibi in 2.no. & idẽ Bald in auth.p̃tereà.ver.restat videre.C.vnde vir, & vxor. & in l.cum multæ.C.de dona.ante nup.in versi.inter don.ob cau sam.& in l.hac edictali.in prin.C.de secũ.nupt.& prob in l.1.§.si verò.ubi Ang.C.de impo.lucra.descr.lib.10 & tradit Alexan.in consi.162.Visis his.in ver.item respondeo.lib.6.Et ex hoc infer ri videtur ꝙ de tali lucro dẽt idem iudicari, ꝙ iudicatur vbi agit̃ de dam.euitãdo:& ita Ale.ꝯcludit in d.l.iuris. ignortiã. vñ iuris ignorãtia in damno euitã. excusat l.iuris,la 2.ff de iur.& fa.igno. pariter in tali lucro excusare debet, & facit quod not Imol.in l.si duo,per gloss.ibi.ff.de acqui.hæred.& quod no.Bar.in l.Clodius, de acqui.hære.per l.fideicommissũm.de leg.2.his præmissis con siderandum est ꝙ vbi tractatur de damno euitando,etiam in fa cto proprio ignorantia toleratur vt not.Bart.in l.sed si me putẽ. ff.de condi.indeb.& in l.non fatetur,in ver. si verò in facto pro prio.ff.de confes.vnde cùm maritus illust.dominus fecerit talem promissionem cogitans se teneri ad totalem restitutionem do tis,& in veritate non tenebatur,propter statutum illa promissio tanquam erronea condictione indebiti reuocari debet. l. si qui plus.ff.de condi.indebi.l.qui sine.ff.de con.sine causa,& in l.pen. §.mulier.ff.sol.ma.sicut enim qui soluit per errorem repetit. l.1. l.quod indebitum.l.eleganter.§.fin.ff.de condi.indeb.ita pariter ille qui indebitè promittit debet liberari. ut probatur in iurib.s̃.
8 primò allegatis & facit text.in l.fi.C.ad l.falc.† Vbi à pari proce dunt solutio & promissio,& maritus magis præiudicat sibi soluẽ do in beneficio sibi competenti quam promittẽdo:ut no.per gl. & Bar.in l.nã & si maritus.ff.de condit inde.per l.ꝙ si maritus.ff. de constit.pecu.ubi si maritus dotem promittat restituere, non præiudicat

ADDITIONES.

a ¶ Alia.] Pet.Anch.consi.33.consi.181.Imo. consi.19. Alexan. consi.143.in fin.ubi dixi lib.3.consi.133.nume.5.lib.7. Sed hæc omnia argumenta perperam,& ad tenebras iudicibus effundendas adducũtur,quia Dux Plumbini nihil adhuc in his iuris habebat,nec habere poterat nisi prout placeret contrahenti,& contractus sunt uoluntatis.

b ¶ Error.] Transeant in quæsitis quæ sine causa remittuntur, secus in quærendis.

c ¶ Dotis.) Scilicet iam constitutæ.sed hic limitatum ad dictam consuetudinem constituebatur,& ob id verisimiliter aucta est,quicquid sit non fuisset aliter contractum.

præiudicat sibi quominus vtatur priuilegio: licèt sit secus in solutione dotis facta à marito. d. l. nã & si maritus, & in casu isto duobus concurrentibus error probatur qñ agitur de damno euitando prout in effectu hic iudicatur, & qñ probetur res aliter se habere, his duobus concurrentibus error præsumitur etiam in facto proprio: ita Bal. scribit in consi. 99. in causa nobilium lib. 1. al leg. l. sed si me p utẽ. cum ibi nota. de condi. indebi. vbi Bart. idem dicit & tradit Alex. in consi. 202. Visis & ponderatis, versi. circa aliud dubium. lib. 1. & Ang. in consi. 136. In quæst. vertente, & certè cum in contractu & in capitulis dicti matrimonii nunquã de lucro dotis aliquid dictum fuerit, & verisimiliter de tali lucro cogitatum non sit: & ad consuetudinem magnatum est facta relatio simpliciter, & non fuit expressa qualitas dictæ consuetudinis per ea quæ supra dicta sunt de renuntiatione: satis aperte colligitur ꝙ talis promissio restitutionis dotis, secundum consuetudinem magnatum regni, incautè & per errorem facta sit: quia si maritus de lucro dotis cogitasset, verisimiliter talem promissionem non fecisset, per supra dicta & ideo illa promissio tanquam erronea debet reuocari per iura supra allegata, & ad allegata supra in contrarium responsio ex supra dictis apertè colligitur: quia in casu isto etiã in facto proprio ignorantia toleratur & probabilis vr, vt ex supra dictis patet, & quia erat minor in quo ignorantia præsumitur l. 2 ff. ad Macedo. vbi Bar. & ex omnibus supra in primo & secundo dubio deductis conclusio habetur, ꝙ non sit renũtiatum lucro dotis, quod à statuto marito tribuitur, & dato ꝙ illi renuntiatum fuisset, illa promissio vti erronea debet reuocari, & talis conclusio procedit dato qđ illa consuetudo magnatum de totali restitutione dotis probata sit, ut etiam in primo dubio dictum fuit. Tertiò, principaliter alio efficaci, & clarissimo fundamento ostenditur, ꝙ Illustrissimus dominus Plũbini ad integram dotis restitutionem non tenetur: quia ipse talem promissionem dotis restituendæ secundum consuetudinem magnatũ non fecit, sed facta fuit ab eius procuratore seu procuratoribus, ut in ipsis capitulis patet, quo casu non videntur dicti procuratores habuisse potestatem remittendi tale lucrum dotis, quod illustri domino Plumbini competebat: quia remittere est donare, in l. in ędibus. ff. de donat. & not. gloss. & Bald. in l. si inter. C. de solutio.
9 cum sim. supra allegatis. † Et donatio nunquam videtur data neque concessa procuratori, dato ꝙ liberam & amplissimam hẽat potestatem. l. contra iuris. §. si filius. ff. de pactis. l. si filiusfamilias, in princip. ff. de donationibus, not. Bal. in l. si procurator, in vers. conclude ergo. C. de procurato. ubi inquit quòd tria sunt vocabula quæ idem important, plena, libera: & si dicatur quòd idem facere possit quòd dominus, & etiam si dicatur, concedo tibi totalem potestatem, nunquam tamen in dictis verbis donatio includitur, facit textus in l. creditor. §. Lucius. ff. manda. & notat Bar. in l. fin. in princip. ff. de his quæ in fraudem creditorum, dicens ꝙ procurator cum generali mandato non potest renuntiare exceptioni peremptoriæ: quia renuntiare est donare, & idem Bald. in cap. cum olim. el primo, in versi. quæro nunquid procurator. de offic. delega. Barto. in l. si quis delegauerit. ff. de noua. facit tex. in l. prima, in princip. ff. de tute. & ratio. distra. in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. in capitulo secundo. de dolo. Cum ergo in casu nostro non appareat procuratores qui fecerunt capitula matrimonii habuisse specialem potestat. remittendi lucrum dotis, quod marito competebat non potuerunt illud remittere: dato quod cum libera & totali potestate constituti fuissent, quia illa potestas dato quod amplissima sit ad remittendum & donandum non extenditur per supra dicta. Et istud fundamentum clarissimum uidetur de iure. Capio tertium dubium in quo quæri-
10 tur an illa consuetudo magnatum probanda sit † Et prima consideratione videbatur dicendum quod non: quia talis consuetudo in regno videtur notoria, quo casu generalis & notoria cõsuetudo probatione non indiget, ut not. Bal. in l. 3. C. de seruis fugitiuis, & in tali consuetudine notoria, iudex supplere potest, vt dicit Bald. in l. filiusfamilias. §. ueterani, ff. de procurato. Et iudex etiam parte absente, & non citata potest se informare de consuetudine, & si repetit ita esse etiam per solam famam sufficit, ut notat Cyn. in l. 2. in versiculo. secundò quæritur. C. quæ sit longa cõsuetudo. refert & sequitur Alexand. in consil. 14. Viso processu. in princip. libro. 5. & nota. Bald. in l. Iulianus. ff. de testi. vbi inquit quòd iudex potest à seipso informare se de consuetudine. & tradit Bald. in l. j. in fin. C. vt quæ desunt aduocatis. cum similibus. Et vlterius in præsenti casu aduertendum est: quia quando maritus promittit integram dotem restituere secũdum consuetudinem magnatum constat de voluntate mariti qui sibi potuit præiudicare: vnde videtur maritus in tali casu obligari, etiam dato quod illa consuetudo magnatum non probetur ex eo quod not. Barto. in l. admonendi. in versicu. & hoc facit ad quæstionem. ff. de iureiur. ubi concludit ꝙ si à statuto imponatur pęna quanti pluris secundum formam antiqui statuti: licèt statutum antiquum non reperiatur, tamen illa pœna quanti pluris habebit locum quia cõstat de voluntate statuentium eodem modo si iudex condemnat aliquem ad soluendum vnum par caponum singulis annis secundum quòd eius antecessores soluebãt, non est opus probare ꝙ dicti antecessores soluissent: quia apparet de voluntate iudicis q̃ sola inspicitur, ut not. Bar. in l. eum qui § Iulianus. ff. de consti. pecun. & idem est in contractibus, & in qualibet materia, ut idem Bart. tradit in tractatu ad reprimendam, in verbo, prout. Bal. in l. 1. in fi. C. de sacrosan. eccle Pau. de Cast. in consi. 120. in causa de-
11 cima. Aretin. in consi. 76. Diligenter visis. in 3. dub. † Prædictis nullo modo obstantibus contrariam opinionem tanquam veriorem amplector; & concludo ꝙ dicta consuetudo debeat probari secundum regulam, quæ est ꝙ alleganti consuetudinem onus probandi incumbit, ut notatur per glo. in l. 1. in verbo, probatis. C. quæ sit longa consuetudo. & Bal. ibi in 1. notab. dicit ꝙ allegãs cõsuetudinem debet eam probare. & idem dicit Bart. in l. 2. q 27. in fin. C. quæ sit longa consuetudo. Bal. in c. cum dilectus, de consuetu. Alex. in consil. 67 In causa. lib. 6. non obstant allegata supra in contrarium. Et primò ꝙ dr̃ de consuetudine notoria: quia talis consuetudo non videtur notoria multa enim dicuntur notoria quæ non sunt, vt dicit tex. in cap. consuluit. de appellationib. & ideo super hoc ꝙ aliquid notorium sit sententia declaratoria requiritur, ut no. Bar. in l. fi. in princip. ff. si certum petatur. in l. stipulatio. §. habet. ff. de operis noui nuntiati. cum simil. ut tradit in l. exitus. ff. de acquiren. possessio. Rom. in consi. 93. Visis. in fin. & consi. 211. Allegationes. vers. quinimo. Aret. in consil. 165. Sicut Ioannes. Et hoc præsertim videtur procedere in isto casu in quo agitur de consuetudine alterius prouinciæ, per ea quæ notat An
12 to. de But. in c. fi. in vlti. char. de consuetu. † non obstat dum successiue dicitur ꝙ iudex se informare potest de consuetudine: qa illud procedit in consuetudine quæ respicit ordinem iudicii in qua agitur de modico præiudicio. Secus in consuetudine quæ respicit decisionem litis de qua agitur in proposito, quia illa debet plenè probari, ut Bar. distinguit in l. de quibus. ff. de legi. in 4. quæstio. prin. in uersic. secundò probatur consuetudo per testes. & sequitur Bar. Socin. in cons. 39. Capio primum. in fi. in vltimò lib. Vltimò nõ obstat, quod ex quo maritus integram dotem restituere promisit secundum consuetudinem magnatum regni, talis consuetudo non debet aliter probari: ex quo constat ꝙ maritus integram restitutionem promisit per allegata supra in cõtrariũ. Quia ad hoc potest responderi. Primò ꝙ non promisit maritus integram dotem restituere: quia vt s. dixi, uerbum illud integrè respicit cautionem dotis, & non restitutionem, quæ fuit promissa simpliciter secundum consuetudinem magnatum: quo casu non apparet certitudo promissionis nisi constet de consuetudine; ideo talis consuetudo debet probari, ut not. Bar. in d. l. 1. in fi. C de episcop. & cleri. Secus est quando certitudo habetur: quia tunc relatio non attenditur prout doct. loquuntur in locis in cõtrarium suprà allegatis. Secũdò respondetur ꝙ etiam dato ꝙ integrè maritus dotem restituere promisisset secundum consuetudinem magnatum; si consuetudo talis non reperiatur, vr maritus errore inductus ad talem promissionem cogitans ꝙ ita esset consuetudo, ideo talis promissio erronea in effectu non obligat: vt in simili casu concludit Alex. in consi. 9. Ponderatis his. versic. & hoc saltem in casu nostro procedit. lib. 5. & idem Car. in consi. 11. Singulis. & dixi in c. 2. de rescrip. Et ita ex omnib. supra dictis concludendum est ꝙ talis consuetudo in qua promissio videtur fundata debeat plene probari. Superest quartum & vltimum dubiũ an talis consuetudo plene prout requiritur probata sit ex at-
13 testationibus plurium testium, qui inducuntur. † Et prima facie videbatur dicendum ꝙ sic saltem ex eo quòd quamplures testes iurisperiti deponunt talem esse consuetudinem magnatum, ꝙ dos integra, vxore præmortua restituatur. quo casu in terminis dicit Bar. in l. de quibus. in repeti. uersi. Sed quid si testes dicunt. ꝙ in testibus peritis puta aduocatis vel procuratorib. probatur cõsuetudo si ipsi dicunt ꝙ ita est consuetudo, quia ipsi intelligunt quomodo inducatur consuetudo, & peritis in arte credendũ est l. 1. §. 1. ff. de vent. inspi. l. semel. C. de re mi. lib. 12. Et ad hoc facit quod doctori asserenti in scriptis suis de consuetudine creditur: vt no. Bar. in d. l. de quibus. in versic. quartò principaliter quærit quia poetæ & aliis professoribus creditur in professione sua. l. si pater. ff. solutio. l. 7. ff. de statu. homi. in l. antiqui. ff. si pars hęred. peta. Ergo pariter excellenti doctori credendum est s̃m Bar. & sequitur Cuma. in consi. 56. Monasterium. in fi. & in consi. 169. Viso testamento. Bar. Veronẽsis consi. 40. Lucius & in cons. 56. Pau. Faber. Lanfrã. de Brixia in repe. c. quoniam contra. de prob. facit quod tradit Pau. de Cast. in consi. 161. In præsenti cã. in princ. Sed his & similibus quæ adduci possunt non obstantibus & remotis, vt infrà apparebit contrarium de iure esse arbitror, ꝙ talis consuetudo non bene probetur, & dato ꝙ probata sit, p ꝑ hoc non infertur ꝙ illustris. domino Plumbini. lucrum dotis in isto casu tollatur. quod autem consuetudo non rectè probata sit, demonstratur: nam probatio consuetudinis est valde difficilis consideratis

deratis his quæ in ea probanda requiruntur,ut dicit F.lg.in consil.6.Quidam emphyteuta.circa fi & Aob.in consi.53.Attingendo dicta dubia.lib.2.vnde considerandum est ꝙ testes omnes attestantur ita esse de consuetudine magnatum, ꝙ vxore præmortua sine liberis dos integra hæredibus mulieris restituenda sit. sic primus testis tanquam vnus ex magnatibus regni dicit,ꝙ semper vidit ita practicare prout in articulo continetur, & recordatur ita fuisse sententiam in sacro Concilio regio Neapolitano,& specialiter in causa domini Marchionis Piscariæ.Idem.29 testis qui in causa scientiæ interrogatus dicit, ꝙ ita continuè vidit, & etiã audiuit ita obseruari, & specialiter in causa Caroli de Aragonia. sic & tertius,& quartus testis,& oẽs alii testes successiuè ita deponunt:& certè hoc modo consuetudo non probatur: [a] quia testis qui dicit extare consuetudinem attestatur de iure,quia consuetudo est ius non scriptum.§.constat.institu.de iure natura. & testis non debet deponere de his quæ iuris sunt: quia hoc est potius iudicare quam testificari,quod ad testem non pertinet,ut not.Bar. in l.quam testamento.§.si ff.de testa. & in terminis de consuetudine ꝙ testes hoc modo deponentes nõ probent, tradit Io. An. in summa sua de consuetudine,& Car.in c.fi.in 40.q.de consuet. & Bar.in d.l.de quibus, vbi solum dicit hoc procedere in testib. peritis de quib.infra dicam.& idem Alexan. concludit in consil.

14 45.Visis attestationibus.in princip.lib.2.† vbi inquit ꝙ testis qui deponit consuetudinem esse,non probat,quia non attestatur de facto sed de iure,ideo nõ probat,vt supra dictum est.si n.hoc modo posset probari consuetudo probaretur de facili, & non esset illa difficultas quam doct.esse dicunt in probando consuetudinẽ Ad probandum enim consuetudinem requiritur ꝙ testes deponant de visu actus cuius consuetudo allegatur, & de actuum frequentia, & de temporis diuturnitate, & tales actus factos fuisse ita & taliter ꝙ appareat interuenisse tacitum consensum populi vel maioris partis,ut magistraliter tradit Cy.in l.2.in versicu.sed quæro quid deponunt.C.quæ sit long.consuetu.& not.Bal.in l. de quib.in versi.postremò qualiter consuetudo probetur. ff. de legi.& sequitur.Alexand.in d.consilio 45 lib.2.suprà allegato.in versi.item ad hoc.& idem Alex.in consi.131.In causa vertente.in versi.nec obstat.si diceretur.eodem lib.2.& in consil.136. In causa & lite.in versic.quinimò.eodem lib.2.& latè idem Alex.in cõsil.163.Viso diligenter.lib.6.& idem tradit Ange.Aretin. in §.ex non rescripto.in versicul.quæro an testis,institutio.de iure natura.& not etiam Bar.in l.2.C.quæ sit long consue.in q.28.Et ideo testes omnes qui deponunt dictam consuetudinem esse,non pro

15 bant.†Et hoc idem comprobatur, quia testes examinati videntur singulares; quia de diuersis actibus & personis videntur deponere: quo casu * secundum *communem* opinionem testes singulares non probant consuetudinem,ut no.Cy.post Pet.in l.secunda.C.quæ sit long.consuetu.Bart.in d.l.quibus,versic. sed pone testes.cum simil.ut Alex. scribit in consi.194.In causa & lite vertente,in versic.non obstat quintum argument.lib.tertio. & latè Alexand.in consilio.175.Inspecto diligenter,libr. secundo & in consi.116.Viso testamento.lib.2.& tradit Cor.in consil.85.Visis actis lib 1.Et pro ista conclusione ꝙ non sit probata consuetudo bene facit; quia ad inducendam consuetudinem actus debent fieri eo animo,& illa intentione vt consuetudo inducatur, vt notat per glo.in c.consuetudo.prima distinct.& in cap. frustra.8.distin.& not.Abb.in c.fi.de consue.char.fi.in vers.7.quæritur. Vnde licèt in pluribus casibus testes dicant integram dotem restitutam fuisse,hoc non infert ad consuetudinem,quia potuit illa restitutio fieri vigore pacti & conuentionis, & non est deductum neq; probatum ꝙ illud factum sit prætextu consuetudinis,& ex omnibus supradictis euidenter patet non esse probatam consuetudinem.& ad hoc conferunt ea quæ Ab.scribit in dicto consil. 53.lib.2.Alex.in d.consi.45.lib.2.in d.consi.173.libro.6. Superest respondere ad allegata suprà in contrarium.Et primò,nõ obstat illud quod in contrarium allegatur de testibus peritis: quia respõdetur ꝙ illud dictum non videtur verum. quia licèt testes periti sint, debent tamen deponere de his quæ in facto consistunt & ad eos non spectat iudicare, vt ipse idem Bart.declarat in l.j.C.de vsur circa fin.in l.sciendum,de verb.obli.& sic illa ratio quæ allegatur in aliis testib. ẽt in peritis procedit. Non obstat ꝙ doctori asserenti de consuetudine credatur ſm Bar.in d.l.de quibus.quia loquitur Bar.in doc.excellenti qui scribendo in eius lecturis hoc attestetur, non autem loquitur in teste prout hic in casu isto agitur & in testibus non videtur differentia, ut suprà dixi. Secundò respondetur quòd illud dictum Bar.non vr̃ verum per ea quæ latè Ale. contra Bar.inducit in l.post dotem.in uersi.iuxta hoc quæri potest.ff.solut.mat.& ibi præsertim alle.Bal. in l. consentaneũ, in §.oppo.in fi.C.quomodo & quando iud. vbi concludit,nõ esse standum dicto glo. quæ dicat consuetudinem esse nisi probet. Et idem concludit Aret.in consi.132.In causa quæ vertitur.& cũ his concordat Cor.in consilio.83.Circa primum lib.4.& tenent Francis.de Curte in consi.68.Domina Franciesina.in fine, & Mo

* der.in l. de quibus. ff. de legib. Ex quibus. patet istam esse * *communem* opinionem modernorum quæ ratione efficaci probatur quia testi cuiuscunque qualitatis non creditur absque iuramento:probatur in religiosis in c.tuis.de testi.in episcopo.in cap. fin. de iura.calum.& etiam reuerendissimo Cardinali non creditur si deponat absque iuramento ut not.per glo. in c.cum olim.el 1.in verbo fratrum.& ibi Abb.de priuil.& idem Abb. in ca. nuper de testi multominus vr̃ credendum alicui doctori absque iuramẽto & ad hoc facit quod no. Ab.in consil. 53 in 2.libr.supra allegato.ubi concludit ꝙ non creditur literis potestatis in quibus atte

16 stetur de consuetudine loci. † Postremo aduertendum est quia: testes qui inducuntur ad probandum consuetudinem, adducunt exempla aliorum quæ non probant, quia non est iudicandum exemplis.l.ne mo.C.de senten.& quamplures ex dictis testibus asserunt se esse de magnatibus,quibus non videtur credendũ: quia in eorum fauorem deponunt ꝑ ea quæ Alex. dicit in dicto consil.45 lib.2.in prin.Et dato ꝙ ꝑsonæ essent habiles:clarum est ꝙ in dictis deficiunt in ꝓbando ꝯsuetudinẽ,ut s̃,dictũ est & s̃.dicta ẽt procedunt respectu iocalium:quia in iocalibus videtur probata consuetudo:in hoc tamen non est laborandum, quia in iocalib. non fuit promissa restitutio secundũ consuetudinem magnatum sed solum in dote, & in dote non est probata consuetudo.& dato ꝙ probaretur,procedunt alia fundamenta superius facta. Ex quib.omnib.supra dictis concludo quòd Illustris dominus Plumbini nullo modo priuari debeat lucro dotis, quod sibi secundũ statutum Plumbini debetur.

ADDITIO.

a ¶ Non probatur.)Imo satis probatur.vide no.supra consi.215.

EPITOME Consi. CCCCIII.

Rerum immobilium minoris venditio, sine causæ cognitione & iudiciali decreto facta,non ualet.Et si aliter fiat etiam iuramento accedente,retractari debet.impetrata tamen prius iuramenti absolutione.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei immobilis facta per minorem 25. an.cum iuramento valet, licet omissa sit solennitas in tali alienatione requisita.*
2 *Ciuitas superiorem non recognoscens,locum principis tenere videtur.*
3 *Potestate generali non comprehenduntur ea quæ principi reseruata sunt.*
4 *Potestate condendi legem data alicui,non debet contra ius commune nec contra legem superioris aliquid statuere.*
5 *Inferior non potest tollere legem superioris.*
6 *Reseruata principi non competunt magistratui temporali,secus in perpetuis magistratibus.*
7 *Dux Mediolani habet plenitudinem potestatis sicut Imperator.*
8 *Domini inferiores & ciuitates præscribere possunt ea,quæ principi reseruata sunt.*
9 *Princeps cum aliquid facit de plenitudine potestatis, nihil opponi potest quod annullet gratiam.*
Nec dici potest principi,cur ita facis.nu.10.
11 *Bona immobilia minoris alienari non possunt,sine causa necessaria aris alieni.*
Et per quos & quorum licentia venditio fieri debeat,& quæ alia interuenire debeant.num.12.
13 *Instrumentum Imperatoris contra testamentum non valet.*
14 *Testamentum quò ad substantiam eius,est de iuregentium; quo ad formam verò & solennitatem,de iure ciuili.*
15 *Priuilegiũ concessum intelligitur & declaratur secundũ formã petitionis.*
16 *Gratia impetrata a concilio populi intelligitur si preces veritate nitantũ.*
17 *In gratia incumbit onus probandi de veritate eorum quæ dicta sunt in supplicatione.*
18 *Permissa contra regulas iuris communis pro aliqua necessitate, eatenus permissa intelliguntur quatenus illa necessitas vrget.*
19 *Minor qui alienauit bona immobilia non seruata solennitate iuris communis,potest alienata reuocare cum fructibus.*
20 *Decretum ex falsa causa interpositum,nullum est.*
21 *Datio in solutum vitiatur in totum,si vltra debitum factum sit.*
22 *Simplicitas præsumitur in minore & muliere, & si iurent, iuramentum captiosum est,& per episcopum relaxari debet.*
23 *Filij an possint renuntiare dispositioni testatoris in eorum fauorem factæ.*



Vamuis In casu proposito à præclarissimis doctoribus cosulentibus cumulatissimè scriptum sit. Non mihi videtur conclusio superius firmata absque dubio procedere. Primò, inspecto iure communi. Secundò attenta habilitatione obtenta ab inclyto populi Lucensis concilio ob supprematn eius potestatem.
1 Nam primò de iure communi considerandum est † ꝙ licèt res immobilis

immobilis prout est domus de qua agitur, per minorem viginti quinque annis absque causa & solennitate alienari non possit. l. magis puto. §. ne passim. ff. de rebus eo. l. non solùm. C. de præd. mino. Tamen interposito iuramento si alienatio facta sit sine dicta solennitate, valet: ita dicit Imo. in c. cum contingat, cha. penul. vers. pater in minore. de iureiu. Et sequitur Alexand. in consilio 96. Viso & opportune consi. lib. 6. & Corne. consil. 71. quod non ualeat lib. 3. consil. 36. In hac consultatione lib. 2. Vnde cum in casu isto interuenerit iuramentum; videtur quod debeat inuiolabiliter obseruari, ut dicitur in authentica sacramenta puberum. C. si aduer. venditio. Secundo, dato quòd de iure communi venditio domus ualida non fuisset, per dispensationem cōcilij generalis cōfirmata uidetur: quia de plenitudine potestatis dicti concilij generalis habilitatus fuit domin. Ioannes Baptista ad contrahendum, obligandum & alienandum bona immobilia. Nam de uoluntate constat, & de potestate concilij non uidetur dubitandum: quia concilium repræsentat totā ciuitatem, ut per gloss. in rub. C. quæ sit long. consue. Et notat Ang. in consil. 63. Si prouiso. in princip. Alexand. in consil. 101. Visis instrumentis. in princip. lib. 1. Et ciuitas ipsa videtur tene-
2 re locum principis, cum superiorem † non recognoscat, ut no. Bart. in l. penul. §. de qua re. in fi. ff. de posthu. in l. infamem. in fi. de pub. iudi. & in l. hostes. in fi. ff. de capt. cum simil. Ideo uidetur habere illam potestatem quæ principi attribuitur. Et in terminis de statuto ciuitatis an possit habilitare minorem ut pro maiore habeatur, tradit Salic. in l. 2. C. de his qui veni. æta. impe. vbi loquitur de statuto Pistoriensi, & dicit se ita consuluisse. Nec obst. ꝙ ista habilitatio respectu ætatis uidetur quædam impetratio ueniæ ætatis, quæ principi reseruata videtur: ut not. in l. 2. C. de his qui veni. æta. impetra. Ideo non videtur ꝙ statutum hoc concedere possit, ut no. Bar. in l. non ambigitur. ff. de legi. & in l. omnes populi, in tertio, quæst. 3. quæstionis prin. in fin. quia ad hoc respondet Salic. in d. l. 2. ꝙ specialis concessio veniæ ætatis est principi reseruata, non illa generalis quæ à statuto conceditur uirtute regulæ l. omnes populi. ff. de iustit. & iu. Ista modo non uidetur bona, quia sententia Bart. in dicta l. non ambigitur, & regula d. l. omnes populi. non uidetur habere locum in reseruatis principibus. Et idem Bart. ibi dicit in 3. quæst. princip in 3.
3 quæst. in fine. † Et ad hoc facit, quia in generali potestate non ueniunt ea quæ principi reseruata sunt. c. quod translationem. de offic. legat. & facit text. in l. formam. C. de offic. præse. præto.
4 † ubi potestas condendi legem data alicui intelligitur, ꝙ contra ius commune & contra legem superioris aliquid statuere non
5 possit. † Et quia inferior non potest tollere legem superioris, cle. ne Romani de electio. Facit text. in cap. cum inferior. de maio. & obed. & in capitul. inferior. 21. dist. unde tenendo opinionem Sali. ad argumentum suprà factum in contrarium, aliter quam
6 suprà factum sit, responderi potest. Primo, † ꝙ reseruata principi non competunt magistratui temporali. dicto c. ꝙ translationem. cum si suprà alleg. Secus in officiali perpetuo prout sunt Comites, Marchiones, & Duces: quia isti dominij constituuntur, & reseruata principi excercere possunt, ut notat. distinguit Paul. de Cast. in cons. 227. Super primo dubo, in fine. Et idem concludit Angel. in cons. 217. In causa accusationis, in uersi unde sicut
7 imperator. † ubi loquitur in Duce nostro Mediolani, qui habet plenitudinem potestatis, sicut Imperator: & in simili casu Roma. tradit in consilio 59. Ad discutiendum ueritatem. Et ideo cum ciuitas Lucensis habeat perpetuam iurisdictionem & dominium ciuitatis, dicendum est, ꝙ illi, omnia principi reseruata, uideantur competere. Secundo respondetur, ꝙ cum ipsa ciuitas longissimo tempore à quo initij memoria non est in contrariū, exegerit gabellas, & fecerit alia quæ sunt principi reseruata, illi uidetur ius quæsitum fuisse: quia talia præscribi possunt spatio temporis cuius memoria non sit in contrarium, ut est text. in c. super quibusdam §. præterea. de uerb. sig. & Abb. ibi dicit illum
8 tex. ad hoc non esse alibi, ex quo infert † ꝙ domini inferiores, & ciuitates præscribere possunt potestatem legitimandi spurios, creandi tabelliones, & restituendæ famæ: & alia quæ principi reseruata sunt: & no Ang. in cons. 290. Thema. Tertio respondetur, ꝙ suprà alleg. in contrarium procedunt in ciuitate quæ superiorem recognoscit. Secus videtur in ista ciuitate quæ superiorem nō recognoscit, cui omnia iura principis tribuuntur, ut suprà dictum est. & tradit Paul. de Cast. in l. pen. C. de his qui veni. æta. impe. Ex omnibus prædictis uidetur ꝙ dictus Ioannes Baptista iuridice à concilio populi habilitari potuerit ut pro maiore habeatur. Et cùm talis habilitatio facta sit de plenitudine pote-
9 statis ut expressè in ea dicitur. †. Quando enim princeps aliquid facit de plenitudine potestatis, nihil opponi potest quod annullet gratiam, ut Bald. dicit in proœmio decretalium. ubi allegat
10 Collectarium: † & non potest dici principi, cur ita facis: ut idem Bal. dicit in præludijs feudorum, in versi. 53. pauca de principe & licet habilitatus simpliciter à principe. ut pro maiore habeatur ad contrahendum, non videatur habilitatus ad alienationem bonorum immobilium, ut notat in l. 1. C. de his qui veni æta. impe. & Paul. de Cast. in l. 2. C. eo. ti. Et idē Pau. de Ca. in consi. 102. Non est dubium. cum si. & Soc. tradit in cons. 130. Visa contingentia facti. In casu isto cessat dubitatio: quia expressè dicitur ad contrahendum, obligandum & alienandum bona immobilia: vnde in claris non est opus coniecturis l. continuus. §. cum ita, de verb. obli. l. ille aut ille. §. cum in verbis, de leg. 3. Nec etiam præmissæ conclusioni obstare videtur, ꝙ vltra prohibitionem iuris communis concurrit dispositio patris testatoris, qui uoluit ꝙ filij essent sub cura vsq; ad ætatem 25. anno. quia videtur ꝙ cum talis dispositio facta sit in fauorem filiorum: ꝙ ipsi possint ordinationi testatoris factæ in eorum fauorem renuntiare, ut Old. tradit in cons. 241. Factum tale est. & hoc saltem videtur dicendum accedente iuramento, ut Aret. concludit in cons. 22. Diligenter & maturè ad sententiam qua quæritur, & ex his omnibus suprà dictis prima facie videbatur, ꝙ uenditio dictę domus nullo modo retractari possit: & maximè quia enormis læsio, in qua domini consulentes potissimum faciunt fundamentum, in casu isto probari non videtur, quia licèt extarent alia bona ex quibus potuisset satisfieri creditoribus, ꝙ vna res potius quàm alia vendatur, non videt enormis læsio, & uenditio valet quamuis possit appellari, ut not. Bart. in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. Abb. in c. quo ad consultationem, de re iudi. cum si. ut tradit Corne. in consi. 285 Super duobus libro quarto. Prędictis tamen non obstantibus vlterius cogitanti contrarium de iure esse arbitror, videlicet ꝙ dominus Ioannes Baptista domum ab eo venditam recuperare possit, & ut distinctè procedamus, tria dubia formari possunt. Primò, an dicta uenditio procedat inspecto iure communi. Secundo, considerata dispositione statuti Lucen. Tertio, accepta prouisione concilij generalis. Circa primum, clarum est, ꝙ de iure communi talis venditio nō valet:
11 † quia bona immobilia minoris non possunt alienari sine causa necessaria æris alieni. lege. magis puto. §. ne passim. ff. de reb. eo. l. ob æs. C. de præ. mino. & decretum iudicis requiritur l penul. in princ ff. de reb. eor. in l. lex quæ tutores. C. de admi. tut. & magistraliter tradit Specu. in tit. de empt. & vendi. §. nunc dicendum
12 restat. in versic hoc quoque. † ubi inquit ꝙ venditio debet fieri de licentia tutoris uel curatoris ut ob æs alienum, aut ob euidentem vtilitatem pupilli cognitam, ꝙ ita sit, & ꝙ non sint res mo-
a biles in hęreditate quę cōmodè uendi possint: & ꝙ subhastentur[a] legitimè, id est publicè pręconizentur in loco publico, & ꝙ plus offerenti dentur, & quod præsens sit creditor qui recepturus est pecuniam prætij ubi uenditur ob æs alienum; & quod talis uenditio fiat coram iudice decretum interponente, & Specu. refert, sequitur Alex. in cons. 53. Visis li. 3. Cor. in cons. 71. Quod non ualeat. in prin. 3 lib. & idem tradit Roma. in cons. 321. In casu propositæ consultationis, ubi inquit ꝙ in alienatione bonorum immobilium minoris quando æs alienum urget, iudici incumbit excutere, an aliunde æri alieno possit satisfieri: & si apparet non posse solui aliunde: tunc permittet distrahi bona immobilia, adhibita cognitione, ut res quæ sit minus utilis pupillo distrahatur. d. l. magis puto. § ne passim. & d. res mobilis, quæ gratia æris alieni distrahit, debet subhastari. l. & sine. §. 1. ff. de min. l. ordo. ff. de execu. rei iudi. ut latius per Rom in consilio pręall. & cum prædictis concordat Imol in cons. 98. In causa quæ vertitur, ubi dicitur ꝙ illa causæ cognitio, quæ requiritur in alienatione bonorum immobilium minoris iuxta dictam l. magis puto. §. ne passim. est de substantia alienationis, & necessario requiritur, & subijcit ꝙ iura quæ dicunt ꝙ propter æs alienum res immobilis minoris uendi possit, probatur in d. l. magis puto. §. si æs alienum, vers. proinde, & ibi Bar. per illum tex. ibi, sed ita demū si vrgeat æs alienum, & ideo non est credendum tutori uel curatori asserenti de ęre alieno, sed veritas vlterius per iudicem debet perscrutari ab illis qui notitiam habent de statu minoris, ut Imo. ibi concludit. Et ideo secundum eum omissio dictæ solennitatis ipso iure uitiat alienationem: & prædicta omnia procedūt, nisi decretum iudicis interpositum sit, quia tunc omnia præsumuntur ritè & rectè facta fuisse, ut latius prosequitur Imo in ꝯs. præal. & cum in isto casu decretum iudicis non fuerit interpositum, nec adhibita fuerit causæ cognitio, s̄m ea quæ s. dicta sunt: liquide constat dictam venditionem nullam fuisse. Non obstat, quod s. in contrarium allegatur de iuramento: quia inferius responsio apparebit. Et ita primum dubium absolutum sit. Venio ad secundum, in quo dispositio statuti debet considerari: & in hoc paucis concludendum est, ꝙ talis uenditio sit nulla: quia nō fuit serua

ADDITIO.

a ¶ Subhastentur.) Hoc de iure non requiritur, nisi consuetum sit in loco, quia tunc non debet omitti.

fuit seruata forma statuti: quo cauetur, quòd res vendenda debeat subhastari: & per 20. dies exponi venalis & intimari in concilio generali,& decretum iudicis etiam requiritur, & talis forma tradita à statuto in dubio dicitur esse substantialis, vt no. Bal.in l.comparationes.C.de fid.instrumen. & maximè quia in casu isto videtur probari de dolo emptoris, vt inferius dicam, & stante dolo, statutum disponit quòd res vendita possit vendicari: & sic etiam secundum statutum venditio videtur nulla: & in hoc etiam casus modicam videtur habere dubitationem. Ideo consequenter capio tertium & vltimum dubium, in quo vis tota consistit: videlicet an dictus Ioannes Baptista habilitatus fuerit vigore decreti generalis. Et ex suprà allega.in contrarium conclusum fuit ꝙ sic. Sed tamen remotis s.allega. vt infrà apparebit, contrarium concludendum est, quòd nullo modo habilitatus sit, & quòd dicta venditio non valeat. Et hoc duplici ex capite. Primò ex defectu potestatis. Secundò ex defectu voluntatis. Primò circa potestatem considerandum est, quòd in tali prohibitione alienationis concurrit dispositio legis, & iuris communis, & testatoris qui voluit filios esse sub cura vsq;
a ad ætatem 25. anno. quo casu ex tali concursu [a] legis & testatoris prohibitio fortior videtur, ita ꝙ alienatio quę in alios in quibusdam casib. fieri permittitur non obstante iuris dispositione quando concurrit dispositio testatoris, talis prohibitio reddit præcisa vt nullo modo alienatio fieri possit. vt not.per glo.in c. verum,de condi.appositis,quæ alleg.tex.in §.sanctissimas.C.de alie.& emphy.& no. Imo.in l.filiusfa,§.diui.de leg.1.versi.extra gl.cum sim.vt tradit ibi Alex.Et idem Bal. in §. præterea. versic. quæro si est appositum pactum.de capi.Corra.& sequitur Are. in consi. 22. suprà alleg. & non videtur ꝙ in tali casu contra voluntatem testatoris concilium populi Lucensis habeat potesta-
13 tem,cum etiam imperator hoc facere non possit,† quia instrumentum imperatoris contra testamentum non valet, l. si testamentum. C.de testa.& facit tex.in l.instrumenta. C. de precibus
b impe.off.& hoc confirmatur quia [b] testamentum † quo ad sub-
14 stantiam eius est de iuregentium licèt quò ad formam,& solennitatem sit de iure ciuili, vt not.Barto.in l.interdum.ff.de condi.indeb.Pau.de Cast.in l.testandi.C.de testa. Et propter hoc dicit Ful.in d.l. si testamentum. se consuluisse in ciuitate Tridentina quòd imperator non possit testamento derogare, cùm sit contra iusgentium, cui absque causa derogari non potest, vnde ciuitas absque causa,alicui dominium rei suæ auferre nō potest:vt no.Bar.in procem.digestor. vbi alleg. Inn.in c. quæ in ecclesiarum.de constit.Et idem not.Bart.in l.receota. C. si contra ius. Ang.in consi.139. Visis omnibus.Bart.in l.quicunque.C.de fund.patri.lib.vndecimo.Pet.de Ancha.in consi. 252. Pro intelligentia. Alex.in consi.89 Excellentissimi,libro quinto, cum simi. quæ not. sunt, & cum talis derogatio non possit fieri nisi ex causa:vt doct.omnes dicunt in locis prealleg. de tali causa constare debet,nec statur assertioni partis,iuxta no. per gl. in l.si donatione.C.de colla.& per Bar.in l.si fortè.ff.de castr.pecu. cum simi.& in effectu talis causa in casu isto probata non videtur, & sic ex defectu potestatis non videtur, quòd gratia facta per concilium populi valida fuerit. Secundò, principaliter ex defectu voluntatis dicta gratia impugnari potest. Nam dicta habilitatio concessa per concilium populi obtenta fuit in omnibus & per omnia prout continetur in suprà scripta supplicatione, & hoc
15 est secundum supplicationem iuris:† quia priuilegium concessum secundum formam petitionis intelligitur & declaratur, vt notat Bal.in c.inter dilectos, & per illum text.ibi ex forma petitionis,de fi.instru.& cum dicatur in omnibus & per omnia, fortior uidetur dispositio.l.2.§.furiosus.ubi Ange. C.de iure codi. in c.fundamenta.§ proinde.de elect.in 6.& tradit Alex.in l.1.de leg. 1. Est ergo videndum de veritate eorum quæ dicuntur in
16 supplicatione;† quia gratia impetrata à concilio populi intelligitur si preces veritate nitantur.cap.2.de rescrip. in l. præscriptione.C.si contra ius vel uti.pub. Vnde si falsum sit quod in supplicatione continetur,gratia dicitur subreptitia:& ipso iure nō valet.c.ad aures. in fi.c,ad audientiam,el 2.de rescrip, ubi Abb. post alios:& no. Bald.in consi.49 5.Præsupposito lib.4 & tradit Oldra.in consi.81.Quod processus in princ.facit tex.in c.si motu proprio,de præbendis in 6.in cle. 1.de præb. & ad illum qui
17 fundamentum facit † in gratia incumbit onus probandi de ueritate eorum quæ d.cta sunt in supplicatione,ut no.Ioan.Andr. in c.1.de lit.contest.in 6.& Dom.ibi sequitur. Abba.in cap. 2.in 2.not.de rescript.in cap.quia circa,in 2 not.de consan. & aff & in consi.70.Id de iure quæritur.lib.2. & in supplicatione de qua agitur,duo principaliter narrata sunt: primò, quòd erat opus alienare non nulla bona pro dote sororis nuper nuptæ, & etiā vt se ab interesse abstineret expediebat, supplicationem alienandi ad contrahendum, obligandum & alienandum bona immobilia, primò quantum ad dotem intelligitur quòd fieret alienatio secundum formam iuris.argum.l.si quando.G. de inoffic. testa.uidelicèt facta discussione quòd in hæreditate non essent res mobiles ex quibus potuisset dos solui. & casu quo res immobiles alienari potuissent, debuit causæ cognitio adhiberi per iudicem, vt res immobilis quæ minus vtilis sit distrahatur, & ꝙ res venalis præconizetur in loco publico, & plus offerenti detur, & forma est substantialis, quæ cum obseruata non fuerit, alienatio videtur nulla: & præsertim cum forma statuti obseruata non fuerit,vt suprà dixi in primo articulo de iure communi. Secundò, quantum ad interesse de quo dicitur, quòd esset grauatus,debuit liquidari quòd creditores vrgerent,& instaret, & quòd esset præsens creditor cui deberet satisfieri; & in veritate debuit constare de ære alieno, & non statur assertioni supplicatis,vt suprà dictum est. & prædicta quæ necessariò requiruntur probata non sunt, nec statur assertioni notarij de ære alieno, & ꝙ necesse sit deuenire ad alienationem bonorum immobilium, & quòd nihil aliud habeat quod commodius alienari possit, quo tempore instrumenti fieri non potuerunt, nec pendent à dispositione contrahentium:vt no. Barto.in authen.si quis in aliquo. C.de eden.in l.sciendum, de verbo.obli.in l.1.C.de fid.instru.& iure hastæ fisca.lib.10.cum simil. vt tradit Alex.in consi. 17. Viso instrumento lib.4.& in consi.101. Visis instrumentis. uersic. præterea dato libro 1.& in simili casu Abb. scribit in consil. 41. Videndum est in effectu,in prin.lib.1 Card.in conf.31.Cum inter religiosos, & in consi.72. Singulariter.cum similibus ut dixi in cap. quoniam contra.de probat. & in dicta authen. si quis in aliquo,& ideo secundum Pau.de Cast.in cōs.91. Super eo quod quæritur. debent fieri duo instrumenta se parata, vnum de causę cognitione interposita,alterum de alienatione, & cum supra dicta probata non fuerint,gratia impetrata à concilio populi fuit subreptitia.Cogitauit enim concilium quòd vera essent narrata in ipsa supplic.& quod petitio esset iustificata secundum dispositionem iuris communis, quod propter æs alienum bona minoris possint alienari, ut narratū fuit: & cum legitime hoc narratum non sit,gratia fuit subreptitia, & ex defectu uoluntatis concilij ipso iure non valet. & vlterius in casu isto aduertendum est: quia pretium dictæ domus venditæ secundum veritatem (vt intelligo) non fuit totum assignatum creditoribus, qui in defectu emptor habuit dilationem quinquennij pro mille aureis, ex quo euidenter patet quòd non vrgebat necessitas, vt domus tanti pretij deberet alienari: quia cum talis alienatio fieri debeat propter necessitatem æris alieni, eatenus debet fieri quatenus permittit & vrget necessitas, vt not. Bart.in l.1.§.nun-
18 ciatio.de oper,no.nunc. vbi inquit † quòd quando aliquid permittitur contra regulam iuris communis pro aliqua necessitate, eatenus permittitur,quatenus illa necessitas instat, & vrget, & non vltra alleg l.1.in fin.ff.de fer.l.Senatus.ff de offi.præsi. & facit tex 1.q.1.c.quod pro necessitate. & 1.q.7. ca. quod pro remedio. & ideo non debuit vendi res pro maiori pretio, quam necessitas postularet; & cum pretium rei venditæ saltem in totum non sit datū creditoribus prout supplicatio indicabat; indubitanter gratia videtur subreptitia, & talis contractus saltem pro parte fuit simulatus: quia fuit pretium apparenter solutum, & in veritate postea restitutus, & habita fuit fides de pretio ex quinquenio prout ex scripturis priuatis dicitur constare. Nam simulatio probatur ex coniecturis,& præsumptionibus, vt not. Bald.in l.& qui.in fin. C.de distra.pig.in l. emptione.C.plus vale,quod agi.Pau.de Cast.in cōsi.82. Visis his.in conf.327. In causa mota. Et tali casu emptor videt fuisse in dolo, qui simulauit emere domum cum vera pretij numeratione:& in veritate fuit habita fides de pretio,& ex indicijs, & præsumptionibus dolus probatur.l.dolum.C.de dolo.in c.2.de renun.in 6. quo casu minori,contra emptorem qui sit in dolo, datur rei vēdicatio, pro-
19 ut in statuto disponitur. Et idem est de iure communi:† quia minor ipse qui alienauit bona immobilia non seruata solennitate iuris communis potest rem alienatam repetere cum fructib.l. si prædium.l.non solum.l.prædiorum.C.de prædijs mino. Postremò considerandum est, ꝙ decretum concilij permittentis alienationē bonorum immobilium minoris factū fuit sine causæ cognitione:& ita præsumit, nisi de causæ cognitione exprimat: & ideo non valet: vt dicit Pau.de Ca.in l.cū hi §.si pretor.ff.de trāsac, & in d.cō.91. Super eo quod quærit.cū si.vt Cor. scribit in in consi 98. Videtur prima facie lib.1.& in conf.135. Sup duob. lib. 4. & in consi.207. Videtur prima facie. lib.3. & ꝙ causæ cognitio adhibita non fuerit, colligitur ex breuitate temporis: quia porrecta supplicatione statim obtenta fuit gratia, ideo videtur

ADDITIO

a ¶ Concursu.) Alex.consi.93.nu.8.lib.7.vbi dixi adde Carol. Rui. consil. 82.nu.4.lib.5.Hier.Grat.consi.91.lib.1.

b ¶ Testamentum.) Suprà consi.371. nu.6.vbi dixi. idē Theop.antiquus Paraphrastes Græcus.insti.de iur.natu.gent.& ciui.& in fi.de testa.

detur nulla: prout in terminis huius quæstionis arguit, & tenet Imo. in consil. 98. sup. alle. in uer. pro prædictis. ubi alleg. dictum Bart. in l. prolatam. C. de sent. in fin. vbi ex breuitate temporis arguit causæ cognitionem non interuenisse. & in alienatione facta per minorem no. Pet. de Anch. in consi. 82. Visis diligenter. & in simili casu idem Pet. de Anch. in consi. 35. Visa quadam petitione. & in consi. 181. Visis consilijs. cum sim. quæ not. sunt. & certè constare videtur apud concilium populi nullam causæ cognitionem interuenisse, sed ad talem concessionem faciendam inductum concilium videtur ex supplicatione porrecta, præsupposita ueritate eorum, quæ in illa narrata sunt; & cum legitimè non fuerint probata, impetratio redditur subreptitia, & ipso iure nul-
20 la, ut s. dictum fuit. & est regulare, † ꝙ decretum ex falsa causa interpositum sit nullum. l. cum verò. §. subuentum. ver. proinde. ff. de fideic. lib. l. 1. §. hæc verba. ver. proinde. ff. ne uis fiat ei. vbi Bar. & in terminis nostris est tex. in l. magis puto. §. si æs alienum. vers. proinde. ff. de re eo. & not. Bart. in l. Seiæ egressæ. ff. de tuto. & cura. da. ab his. in l. iuste possidet, ff. de acq. pos. cum si. & in tantum hoc procedit, ꝙ si decretum interpositum sit ex causa vera pro parte, & falsa pro alia parte, in totum vitiatur decretum, ut no. Bar. in l. si non sortem. §. si centum. ff. de condi. indebi. ubi in-
21 quit, † ꝙ datio in solutum uitiatur in totum si vltra debitum factum sit: & Bal. ibi in prin. generaliter dicit hoc procedere in decretis iudicum, ut in aliquo non valeat: si partim ob uerum, partim ob falsum debitum interpositum sit: quia decretum est indiuiduum, ut no. idem Bal. in l. certi condictio §. quoniam. vers. secundus si iudex. ff. si cer. pet. & sequitur Roma. in consi. 454. In re præsenti. §. quinimo. Fulg. in cons. 137. Quia ex facto. in fi. Et ideo in casu nostro concludendum est, ꝙ venditio, quæ fuit facta ex falsa causa æris alieni in totum uitietur per suprà dicta. solum superest respondere ad allegata suprà in contrarium, dum dicebatur ꝙ talis alienatio confirmatur iuramento, quod interpositum fuit. Ad hoc respondetur per dominos consulentes, quod stante enormi læsione prout in casu isto videtur, iuramentum non impedit, quominùs minor enormiter læsus contrauenire possit petendo ad cautelam absolutionem à iuramento: quia tali casu iuramentum esset iniquitatis vinculum, & non debet obseruari. c. si verò, de iureiu. Et ita dicit Pet. de Anch. in consil. 82. Visis diligenter. circa fi. & in consil. 180. Visa. in fi. vbi repetit, ꝙ auth. sacramenta puberum. non habet locum, si dolo re ipsa contractus arguatur. Idem Pet. de Ancha. in consilio 341. Pro maiori intelligentia. & in consil. 376. In suprà dicta quietatione. ubi inquit, quod iuramentum non debet esse iniquitatis vinculum. c. quanto. de iureiu. 22. quæstione 4. c. inter cætera. & debet habere tres comites, veritatem, iudicium, & iustitiam. c. animaduertendum. 22. quæst. 2. & ideo in minore, qui reipsa apparet læsus, iuramentum debet relaxari. & idem Bald. in rub. C. de re. permu.
22 in uer. item quæritur. dicit † quòd in minore, & muliere simplicitas præsumitur: & si iurent, iuramentum est capriosum. & debet per episcopum relaxari. Idem Bald. in c. 1. §. item sacramenta. de pa. iura. fir. Cald. in consil. 8. in tit. de iureiu. An. in consi. 46. Iuris rigor. Cuma. in consi. 180. Videtur prima facie. Abb. in consil. 8. Laurentia mulier. lib. 2. & in consil. 107. Quatuor sunt. in 2. dubio. eod. lib. 2. Paul. de Cast. in consi. 177. Contra superius consulta. Are. in consil. 92. Viso legato. ex quibus, & per alios, & per
* dominos consultores alleg. apparet istam esse * *communem* opinionem, secundum quàm superius consului, ut suprà relatum est. Non obstat, quod suprà in contrarium dicebam, quod non videtur enormis lęsio, ꝙ vna res pro alia vendatur, ut not. in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. quia potest responderi, ꝙ aliud est in casu nostro in alienatione bonorum immobilium minoris, de qua agitur, aliud in casu. d. l. à diuo Pio. §. in venditione, ut Corn. tradit in dicto consil. 185. lib. 4. & in casu nostro forma est substantialis, ut suprà dixi secundum Imo. in dicto consi. 98. & in casu nostro videtur enormis læsio propter tria, quæ currunt. Primo, quia domus alienata, fuerat patris, & suorum maiorum: quo casu reputatur hoc non esse modici præiudicij: quia datur restitutio in integrum minori. l. si in emptionem. ff. de mino. quæ quidem restitutio non datur pro modico damno. l. scio. ff. de in integ. restit. & facit text. in l. lex quæ tutores. C. de admi. tuto. & in l. 1. §. sed si rem. vers. & aliàs videamus. ff. si quid in fraudem patro. & in l. libertus qui soluendo. §. fin. ff. de bon. libe. Secundò, quia domus fuit vendita minus iusto pretio, cùm esset (vt dicit) æstimatiõis quatuor millium ducatorum. Tertio, quia fuit vendita propter æs alienum: & æs alienum non vrgebat, & in veritate pro parte habita fuit fides de pretio. Et certe his concurrentibus videtur, quòd dictus Ioannes Baptista enormiter fuerit læsus, ideo contrauenire potest non obstante iuramento per supra dicta. Secundo quò ad iuramentum aliter respondet, quòd intelligitur stantibus narratis veris: & sic vrgente necessitate æris alieni prout dicitur in instrumẽto uenditionis. & hoc quidem falsum est, ut patet ex suprà dictis: ergo iuramentũ non astringit. arg. l. fi. ff. qui satis. cog. in l. libertus de ope. lib. & in l. fin. C. de non nu. pecu. in c. peruenit. in c. quemadmodum, de iureiu. & facit tex. in l. oratio. §. inter locatorem. ff. loc. & facit quod in simili casu no. Oldr. in consi. 238. Cùm mulier. Bal. in consi. 29 Casus, uir donauit. lib. 3. & Ang. in cons. 315. Statuto cauetur & Old. in cons. 278. Licèt quantum. versi. ad tertiam quæstionem. Rom. in consi. 269. Non est dubium. & Are. in consi. 24. Quatuor dubia allegata supra in contrarium procedunt, quando iuramentũ interuenisset absque narratione, & absque tacita, uel expressa conditione, quæ debeat impleri, & uerificari. Tertiò respondetur, ꝙ in casu isto interuenit simulatio: quia pro parte solutio fuit tunc simulata: & in effectu habita fuit fides de pretio, ut supra dictum fuit, & iuramentum quod super contractu simulato interponitur, est nullum, ut not. per gloss. in l. emptione. & ibi Bal. C. plus uale. quod agi. & Ang. ibi dicit quod tali casu non est petenda absolutio a iuramento. Et idem Ang. in l. 1. C. de dote cau. non nume. Abb. in c. ad nostram, in 3. no. de emp. & vendi. & Bal. in l. rogasti. §. si tibi. ver. itẽ si iuramentũ. ff. si cer. per. cum similib. ut tradit Alex. in l. nemo potest, de leg. 1. Quartò respondetur, & considerandum est, ꝙ iuramentum præstitum à minore iuxta auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vendit. si simpliciter interpositum sit, put in casu isto vr̃, solùm operatur & tollit. beneficium ætatis: quia non poterit petere restitutionem in integrũ: non aũt tollit alios defectus, ut not. per glo. fi. in versic. sed quid. in c pen. de emp. & vend & Abb. ibi, nisi essent verba prægnantia, ut quia cum iuramẽto promittat non contrauenire ratione minoris ętatis vel quacunque alia ratione: ut no. Bar. in l. 2. versi. quæro quid si min. in fi. C. de resc. ven. quæ quidem uerba prægnantia hic non reperiuntur: & hoc quidem concludit Imo. in cõsi. 1. In casu præmisso. versi. sed ad dicta iura. vbi inquit quòd d. authen. sacramenta puberum, loquitur quãdo contractus inualidus sit ratione minoris ætatis, secus si alia ratione. Idem Abb. in consi. 31. Causa. lib. 2. ubi alleg. gl. in d. c. penu. & Bar. in d. l. 2. C. de rei vend. & cũ prędictis concordat Bal. in l. fi. §. filijs autem C. de bon. quæ lib. dicẽs quod dicta auth. sacramenta. non habet locum vbi sit alia prohibitio quàm ætatis. Et idẽ Bal. in d. l. 2. q. 8. C. de rescin. ven. & in c. 1. §. item sacramenta. versi. pone adultus læsus. de pace iur. firm. Cum ergo in isto casu contractus sit nullus ex defectu solennitatis omissæ: & ex defectu causæ requisitæ: iste defectus non remouetur per iuramentum simpliciter interpositum, per suprà dicta & maximè quia emptor vr̃ fuisse in dolo, ut suprà dictũ est: quo casu iuramentum nihil operatur. c. quamuis. de pac. in 6. ibi, non vi, non dolo præstito. & in c. cum contingat. de iureiuran. Quintò põt responderi secundum declaratione Paul. de Cast. in cons. 70. Viso puncto. in versi. quarto loco videndum est. vbi concludit quòd quando minor est certus de facto, & ignorat aliquod ius sibi competere putà restitutionem in integrum, tali casu iuramẽtum excludit illud beneficium quod sibi datur a lege. Si verò iurans non est certus de facto, tunc iuramentum non supplet ignorantiam facti: & ita videtur in casu isto: quia minor non habebat notitiam de valore domus, & putabat subesse vrgentem causam alienandi: prout narratur in contractu & in veritate non erat, ut supra dictum fuit. Sextò ẽt respondetur, & aduertendum est, ꝙ iuramentum de quo agitur, fuit assertorium; quia iurauit omnia & singula supra dicta vera esse: quo casu tale iuramentum non valet: quia videtur appositum in fraudẽ, ut no. Bar. in l. cùm quis decedens. §. Titia. de leg. 3. in l. Aurelius. §. fi. de libe. leg. Bal. in l. 1. C. de inoffi. don. cum sim. ut tradit Alex. in l. si donatione. C. de colla. Et idem Ro. in consi. 255. Quo ad primum. in princ. in consi. 293. Præsupposito in 2. dub. & ita videtur in proposito, ꝙ cum talis alienatio non possit fieri sine causa, de tali causa debet constare, nec statur assertioni ẽt cum iuramento, ut per doc. in locis præall. & facit quod no. in l. qui testamentum. ff. de prob. Septimò alia responsio habet per Ang. in cons. 94. Cùm lis & qõ. vers. ad quintum. sed stantibus s. dictis ulterius non insisto. † Non. ob.
23 quod filij possint renuntiare dispositioni testatoris quæ in fauorem eorum facta sit, secundum Old. in cons. 241. supra alleg. quia hoc non uidetur uerum in filijs minoribus, quia ipsi propter eorum facilitatem non possunt renunciare præcepto testatoris, licèt in ipsorum fauorẽ factũ sit, ita Bar. in terminis dicit in l. filiusfa. § diui. de lega. 1. dum oppo. de leg. 2. C. de usucap. pro empto. Non obstat quod talis renuntiatio etiam in minore vr̃ iuramento confirmari: ut no Are. in d. cons. 22. qa ad hoc sup. plenè respõsum fuit. Et ita ex omnibus supra dictis concurro in sententiã dominorum cõsulentium, quòd venditio dictæ domus possit & debeat retractari prius ad cautelam impetrata absolutione a iurõ.

EPITOME Consi. CCCCIIII.

Contractus cum camera apostolica introitus de sedis apostolicæ rebus est firmus & perpetuus. Adeo quod per mortem summi Pontificis non alteratur, nec extinguitur.

SVMMARIVM.

1 Camera apostolica est illa quæ habet potestatem colligendi, & distribuendi introitus ecclesiæ & apostolicæ sedis.
Et obtinet vicem personæ, ut vniuersitas. nu. 2.
Et camera apostolica intelligitur pro officialibus administrationem habentibus.
3 Ciuitas intelligitur pro ancianis, & prioribus, quibus ciuitatis administratio commissa est.
4 Officiales cameræ apostolicæ perpetui sunt: nec officium eorum per mortem Papæ expirat.
Et habent mandatum generale cum libera. nu. 5.
Item habent potestatem contrahendi. nu. 7.
6 Mandatum generale cum libera sufficit in speciale mandatum requirentibus.
8 Princeps vtitur iure communi in contractibus.
9 Iuramentum facit valere actum meliori modo quo potest.
Et habet vim specialis expressionis. nu. 10.
11 Testes de tractatu deponentes non probant.
12 Contractus tota vis in conclusione consistit.
13 Mandatum vicarij licet extinguatur morte Papæ, licentia tamen celebrandi in domo à vicario data non expirat.
14 Licentia de non residendo ad tempus data ab episcopo, per mortem episcopi non tollitur.

Viso eleganti consilio excellentis, & clarissimi Iurisconsulti do. Hormannotij de Dectis vtr. fratris maioris honorandi, & diligenter perscrutatis his quæ accuratè ab eo inducuntur iuridicam esse arbitror conclusionem ab eius excellentia firmatam, videlicèt, ꝙ ꝯtus celebratus inter Reuerendos officiales Cameræ apostolicæ pro vna parte, & Magnifi. Iacobũ de Saluiatis pro alia parte, debeat inuiolabiliter obseruari, & quod ꝑ mortem maximi Pontificis Leonis X. nullo modo extinguatur nec alteretur. & studendo breuitati ꝓut Romæ optimo more fieri ꝯsueuit, ista conclusio de iure clarissima vr̃ consideranda, ut statim dicam.† Nam Camera apostolica est illa quæ habet potestatem colligendi & distribuendi introitus Ecclesiæ, & Apostolicæ sedis, vt de camera Paduæ scribit Iac. Alu. in §. sciendum. de feu. cog. declarando tex. ibi, in ver. camera. & de camera apostolica no. Pau. de Cast. in cons. 106. circa quæ s. scripta sunt. in notis.† Vbi inquit ꝙ obtinet vicem personæ sicut vniuersitas uel hæreditas. & Camera Apostolica intelligitur pro officialibus, ꝙ habent administrationem Cameræ: † sicut ciuitas intelligitur ꝑ ancianis, & prioribus, quibus administratio ciuitatis cõmittit, ut Bar. dicit in l. principalibus ff. si cer. pet. & idem dr̃ in concilio generali ciuitatis in quo tota ciuitas repræsentatur: ut not. ꝑ gl. in rub. C. quæ sit longa Bar. in l. ciuitas. in prin. ff. si cert. pet. Ang. in cons. 63 Si prouisio. in prin. in cons. 196. Ex themate & Alex. in consi. 101. Visis instrumentis. in princ. lib. 1. † Et prædicti officiales Cameræ perpetui sunt, & eorum officium non expirat per mortem summi Pontificis, ut est tex in cle. 2. in versi. Eo tamen prouiso. de elect. & Cardi ibi, in 7. quæst. rationem adducit. vbi ita statutum fuit vt nõ negligantur redditus temporales ad Romanam sedem pertinentes, sine quibus spiritualia diu esse non possunt 1. q 3. c. si quis obiecerit. & cum isti officiales perpetui sint, & eorum officium non extinguatur per mortem Papæ: uidentur officiales apostolicæ sedis q̃ nõ moritur. c. si gratiosæ, de rescri. in 6.† Et prædicti officiales Cameræ Apostolicæ, qui habent administrationem publicam, videntur habere mandatum generale cum libera, ut not Bart. per illum text. in l. præses. C. de transact. & uidentur posse expedire etiam ea quæ mandatum speciale requirunt, ut not. Bald in l. 1. in versic. 2. quæritur. post Iac. de Aret & Cyn. quos ibi refert in ca. etiam. de procu. & illud idem Bald. in l. illud. ff. de mino. † vbi dicit quòd in requirentibus speciale mandatum sufficit generale cum libera. & dicit Alex. in d. l. præses. in princi. quòd ista decisio reputatur notabilis. † & ideo prædicti officiales Cameræ habuerunt potestatem contrahendi: quod etiam probatur: quia collegium eorum videtur approbatum à summo Pontifice: iuxta nota. per Bart. in l. cum senatus. in fi. ff. de reb. dub. & quod no. Bar. in l. 1. ff. quod cuiusque vniuer. Et ideo potuit dictorum officialium collegium contrahere ex decreto ipsius collegij absq; alia authoritate superioris: nec fuit opus iudicem constituere, ut notat Bar. in l. 1. §. siautem ff. ad T rebell. Cùm ergo, ut narratur in instrumento, congregatis Reuerendis patribus præsidentibus Cameræ habitum fuit maturũ colloquium, & solennis consultatio, super locatione de qua agitur, Reuerendus Vicecancellarius de consensu & voluntate præsidentium, & clericorũ Cameræ deuenit ad cõuentiones, & firmauit pacta & capitula de quibus agitur cum procuratore Magni. Iacobi. Et iam clarum videtur ꝙ talis ꝯtus & pacta in eo inserta debeant secundum formã eorum inuiolabiliter perpetuo obseruari: nam ex parte Magnifici Iacobi contractus est perpetuus qui obligauit se & eius hæredes: & quamuis hoc expressum non fuisset de hæredibus, ex natura pacti & contractus intelligebatur. l. si pactum. ff. de proba. & in l. veteris. C. de cõtrah. & commit. stip in l. si necessarias. in §. de vendendo. ff. de pigno. act. & facit tex. in l. iurisgentium. §. pactorum. ff. de pact. pariter etiam ex parte Vicecamerarij & clericorum Cameræ intelligi debet, quod contractus sit perpetuus ut seruetur æqualitas, quæ in contracti-
8 bus etiam cum principe seruari debet † quia in contractibus princeps vtitur iure communi, vt dicit Bal in l. ex imperfecto. C. de testa. & hoc etiam suadetur ex qualitate ipsorum officialium qui sunt perpetui, & eorum officium, ut suprà dixi, non expirat per mortem Papæ: & propter hoc videntur officiales apostolicæ sedis, quæ non morit. c. si gratiosæ, de rescr. in 6. & per consequens nomine apostolicæ sedis, cuius sunt officiales, videntur dictum cõtractum fecisse. & ad hoc facit: quia Camera apostolica appellatur, & ipse Papa in capitulis appellat Cameram apostolicam, & non dicit cameram nostram, & sic propter naturam contractus, propter æqualitatem quæ inter ipsos contrahentes seruari debet, & propter qualitatem officialium cameræ qui perpetui sunt, indubitanter concludendum est, quod talis contractus perpetuus sit, & non alteretur per mortem summi Pontificis Leonis: & hoc negaret nullus, & res esset sine dubio si mandatum sanctissimi Leonis non interuenisset: sed inferius euidenter apparebit, ꝙ tale mandatum ad dictum contractum nihil facit: & fundamentum suprà factum, efficax & irrefragabile remanebit: & illud solum sufficeret pro victoria istius causæ. Secundò principaliter conclusio superius firmata ex alio principali capite fundari põt; & considerandum est, ꝙ in capitulis datis à summo pontifice exprimitur vtrunque nomen pontificis, & apostolicæ sedis: quo casu attenditur illud nomen quod in ordine literæ præcedit. l. si seruus communis ita stipulatus. in fi. de stipu. seru. & ibi Bar. & idem Bar. in l. & quia, in fi. de iur. om. iu. Abb. in c. mandata, de præsum. cum simi. Et ista regula non vr̃ habere locũ in isto casu: quia quãdoque in capitulis nomen Papæ prius ponitur: & quandoque econtra nomen Apostolicæ sedis prius exprimitur, ibi, *commodo & beneficio alla sedia Apostolica & alla sua santità*: & ibi, *hanno à restare perpetuo alla sedia apostolica, & alla sua santità*. vnde concordando talem variationem, probabiliter dici potest, ꝙ viuẽte ipso summo Pontifice eius nomen attendatur: sed illo mortuo, sedes apostolica consideretur: & hoc modo contractus per mortem Papæ non esset extinctus. Secundò, alia conclusio habetur, ꝙ qñ actus redderetur nullus, tunc vr̃, ꝙ in dubio illud nomen contemplatum sit ꝙ facit valere dispositionem: arg. l. quoties. de reb. dub. Ita Bar. in d. l. si seruus communis. idem Bart. in l. si vnus. §. seruus. ff. de pactis. sequit Imo. in l. quod dr̃ de verb. obl. Alex. in l. 1. C. de lib. præte. Et pari ratione idem videtur dicendum qñ actus efficacior redderetur, & hoc videtur saltem procedere in-
9 teruenient e iuramento, ꝙ in isto casu interpositum fuit, † quia iuramẽtum facit valere actum eo meliori modo quo potest. l. cùm pater. §. filius matrem. de leg. 2. ubi Bar. & Matth. in not. 26. no. regulam. dicit, quòd iuramentum facit valere actum valere prout potest melius, per dictum. §. filius matrem. & no. Bart. in l. si quis maior. C. de transact. in l. si quis pro eo. versic. ad vnum tamen aduerte.
10 ff. de fideiusso. † Et ideo iuramentum habet vim specialis expressionis, ut no. Bal. in l. 1. ver. 2 quæritur. C. comm. Et idem Bal. & Ang. in l. quando in §. illud. C. de inoffi. testam. cum simil. ut tradit Alexand. in consi. 181. Perspectis instrumentis. lib. 5. vnde virtute iuramenti videtur probabiliter dicẽdum, quòd nomine apostolicæ sedis sit factus contractus, quia hoc modo efficacior redditur: quia per mortem Papæ non extinguitur. d. c. gratiosæ. de resc. in 6. Tertiò hoc idem probatur: quia Papa noluit talem contractum expedire: sed commisit officialibus Cameræ totum negotium: & cum ipsi sint officiales perpetui, & consequenter officiales Apostolicæ sedis: consonat quòd voluerit ab ipsis officialibus talem contractum nomine Apostolicæ sedis fieri, ita quod per eius mortem non extinguatur secundum naturam cõtractus & qualitatem officialium Cameræ. Vltimò hoc confirmatur: quia materia de qua agitur, videtur inspicere interesse sedis Apostolicæ: quo casu expressio nominis proprij non attenditur, sed debet materia subiecta considerari, ut no. Bal. in c. dilecti. de fo. cõp. in gl. 1. Domini. in d. c. gratiosæ. versi. quid si appellaui. & Bar. in l. terminato. C. de fruct. & lit. expen in ver. quæro quid si iudex. Et cum exprimatur vtrunque nomen, & materia cõueniat vtrique nomini, vr̃ ꝙ vtrunque nomen contemplatum sit, & ꝙ mortuo Pontifice iste contractus ad sedem Apostolicam referat: & hoc modo res ista nullam haberet dubitationem. Inhæreo tñ principaliter primo fundamento, ꝙ clarissimum est, & irrefragabile & confirmatum remanebit ex his quæ statim dicam respondendo ad ea quæ opponuntur. Non obst. ergo, ꝙ contractus factus cũ officialibus Cameræ emanauit ex mandato Papæ proprio, eius nomine, quo casu mandatum morte mandantis soluitur & expirat. l.

rat.l.mandatum C.manda.& in § recte.eo.tit.& in c.relatum.de offic.deleg.cum si.Et quia concessio facta Magnifi.Iacobo fuit facta (vt narratur) ad beneplacitum Leonis Papæ, vnde per mortē beneplacitum expirat.l.4.ff.loca.& tradit Ange.in consi.217.In causa accusationis. vbi loquitur de quadam suspensione facta ad beneplacitum domini Bernabonis qui erat Vicarius Imperialis curiæ:quia ad ista & similia respondetur pluribus modis. Et primo constat, quòd ipse summus pontifex Leo 10. noluit ipse hoc negotium expedire, sed in totum voluit contractum istum fieri ab officialibus Cameræ, vt patet ibi: *& de tutte le predette conuentioni e patti promette il nostro signore farne contratto dalla camera Apostolica.* Vnde considerandum est, ꝙ ipsi officiales, & administratores Cameræ iure proprio habeant potestatem contrahendi in isto casu absque alia commissione pontificis, vt suprà dictū fuit: & ita ipsi ordinario & proprio iure simpliciter contractum fecerunt, non virtute mandati & commissionis Papæ: quia Papa illis per eius commissionem nouam potestatem non tribuit, sed illā potestatem, quæ de iure proprio competebat, excitauit, sicut quādo scribit ordinario pro iustitia, non facit illum delegatum. sed eius iurisdictio excitatur.cap.licet.vbi Abb.post alios.de off.ordi.& no.Bar.& doc.in l.& quia.ff.de iurisd.om.iud.facit tex.in cap. cum aliquibus.de rescri.in 6.in versi.si vero.vbi si Papa scribit capitulo habenti à seipso potestatem recipiendi, quòd aliquem recipiat in canonicum, non apostolica, sed recipientium censetur autoritate receptus Sic ergo in proposito iste contractus, non obstante commissione summi Pontificis Leonis, videtur factus ab ipsis officialibus Cameræ, quibus facultas contrahendi iure proprio competebat.& idem dicunt doc. de nuncio cui à iudice cōmissa fuit executio: potest etiam finito officio iudicis, qui commissionem fecit, executionem facere, vt not.Bar.in l.feudi partē.in fi.ff.de acq.poss.in l.& quia.ff.de iurisd.omn.iud. in versicu.& per hoc dico. vbi rationem adducit: quia nuncius prius habebat potestatem, & non recepit potestatem exequendi ab illa commissione sibi facta à iudice.& idem no.Bal.in l.si de interpretatione.ff.de leg.dum inquit, ꝙ est nuncius officij & non personæ. & Abb.in d.c.relatum.vbi hoc declarat & rationem adducit. Cùm ergo contractus de quo agitur, non sit factus authoritate Papæ, sed ordinaria potestate officialium Cameræ Apostolicæ, nihil habet commune cum ipso pontifice, & ideo per eius mortem non extinguitur, neque alteratur. & ista responsio tollit omnem dubitationem. Secundò respondetur, ꝙ ex quo Papa voluit talem cōtractum fieri à Camera Apostolica, vt s̄. dictum est, omnia prius dicta & facta ab ipso Pontifice non attenduntur, sicut quādo agitur de cōtractu quòd debeat fieri in scriptis, nihil actum videtur nisi contractus in scriptis sit perfectus & consummatus.l. contractus.C. de fid.instru. insti. de contrahen.emp §.his autem.& not. Pau.de Cast.in l.cum res.C.de collat.& in l.qui bis idem.de verb. obli.& in d.l.contractus.& tradit Are.in consi.160.Longa est.in secundo dubio. Confirmatur hoc: quia illud quod dictum fuit & ordinatum à summo Pontifice in capitulis, fuit quędam præparatio, & tractatus futuri contractus, & talis tractatus nihil facit:
11 & testes † qui deponunt de tractatu non probant, vt not Bal.in l. cum allegas.C.de vsur.& in l.multum interest.C.si quis alteri vel
12 sibi.& idem Bal.in l.si de iuram.calum. † nam tota vis cōtractus in conclusione consistit: vt no.Bal per ipsum tex.in l.si voluntate. C. de rescin. vend. Et ideo cum conclusio contractus facta sit ab officialibus Cameræ, illa sola inspicitur: & ista secunda responsio etiam clara & plana videtur. Tertio respondetur, quòd iura omnia allegata supra in contrarium, & quæ allegari possunt, procedunt prout loquuntur, ꝙ per mortem mandantis mandatum expiret re existente integra, secus si res non sit integra, vt omnia iura dicunt.& res integra non videtur quādo inchoata sit, vel factæ sint præparationes, vt no.per gl.insti.mandati §.recte.& in d. l.mandatum. C.mand. cum sim. vt tradit Alex. in l. si pecuniam. ff.de condi.cau.data.& Ange. Are.in d.§.recte.Et in casu isto nedum præparationes, vel res factæ sunt, sed ex toto perfecta est & consummata: quia secundum mandatū pontificis factus fuit iste contractus, & in totum absolutus ab officialibus: & executio fuit facta, quia pluribus annis talis contractus obseruatus fuit: ideo vana videtur dubitatio an per mortem Papæ extinguatur. Et facit ad prædicta quod tradit Rota in decis.480.Camerarius, in an-
13 tiquis.vbi concludit, † ꝙ licet per mortem Papæ mandatum vicarij extinguatur, licentia tamen quę data fuerat à vicario celebrandi in domo non expirat: alleg quod no. Arch. in c.licet canon, de
14 elec.in fi. vbi tenet, † quòd licentia data ab episcopo de non residendo ad tempus, per mortem episcopi non tollatur: quia durat causa, propter quam dispositio facta fuit in terminis illius capituli. Vltimo non ob.vnum quod objicitur: quia in capitulis dicitur, quòd si aliqua controuersia nasci cōtigerit, terminari debeat per S.Dom.Nostrum Leonem 10. vnde illo mortuo, hoc non potest habere locum: & quia à persona non receditur. l. si quis arbitratu.ff.de verb.oblig.videtur ꝙ contractus resoluatur d.l.si quis.& l.in compromissis. ff.de arbi.l.fi. C.de contrahen.empt.Nam ad hoc etiam respondetur, ꝙ iura præalle.habent locū quando substantia contractus remissa fuit arbitrio alicuius, & ita dicta iura loquuntur: secus est si substantia cōtractus certa sit, & super aliquo accidenti, vel accessorio remisso facta sit, vt Barto. dicit in d.l.si quis arbitratu.in ver.formo tibi vnam quæstionem. vbi inquit, ꝙ si vendidi fundum pro centum cum pacto, quòd si appareret fundum emphyteuticum esse, fieret diminutio pretij arbitrio Lucij Titij, si mortuus sit Lucius Titius receditur à persona, & recurritur ad arbitrium boni viri, scilicet iudicis: quia ex eo contractus erat formatus: alleg.tex.in l.domum.ff.de contrahen.emp. & sequitur Ang.& Cu.& idem Bald.in d.l.fi C.de contrahen.emp.cū sim.vt tradit Alexan. qui concludit istam opinionem procedere quando partes fecerunt contractum purum de præsenti, & pactum illud addiderunt super aliquo accidenti, prout in casu nostro contingit: & secundum istam conclusionem Bart. consuluit Roma.in consi.502.In casu propositæ consultationis. Et ita remotis & enarratis omnibus contrarijs, magis firma & corroborata remanet conclusio superius firmata: quæ videtur profecto maximam habere æquitatem & iustitiam: ex eo quòd Magnificus Iacobus omnia pro parte sua adimpleuit, & magnum damnum pateretur, si talis contractus resolueretur: & hanc æquitatem & iustitiam summus pontifex Adrianus pro eius solito, & optimo more amplecti debet: & quia res agitur cum ecclesia, quæ est cultrix & auctrix iustitię, vt dicitur in c. 1.§ 1.de alie. feud. ideo ipsa tenetur quatenus facta sit locupletior, vt no.per glo.& Bar.in authen.qui res.in verbo, enim.C.de sac.san. eccle.& Bald. in l.iubemus.§ sanè.in prin.C.de sac.san.eccl.in l.si prędium.in prin.C.de præd mino.Abb.in c.si quis præsbyterorum, in fin.de reb eccle. non alienan. Alex.in cons.4.Viso processu.lib.3.& ne quis indebitè damnum patiatur, datur actio de dolo, etiam ex pacto nudo.l. eleganter.§ seruus pactionis.ff de dolo.vbi Bar.& Bal.no. Ang.in consi.1.Visis.Ista tamen dicta sunt ex abundanti: quia ex suprà dictis euidenter constat cōclusionem superius firmatam de stricto iure procedere: & indubitatam iustitiam continere.

EPITOME Consi. CCCCV.

Gratia regressus non habet locum, nisi impletis conditionibus in eo requisitis.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, ex nunc, prout ex tunc, reddit gratiam magis efficacem.*
2 *Conditio impossibilis non uitiat ultimam uoluntatem.*


Idebatur Primo motu dicendum, quod gratia facta Reuerendissimo Cardinali Sancti Vitalis super regressu legationis Perusiæ nūc deberet habere locum: nā de voluntate summi Pontificis constat, & de eius potestate non vr̄ dubitandum. Et hoc præsupposito, prout narratur, ꝙ ecclesia Nouariensis euicta saltē de facto fuerit: hoc enim in casu isto sufficit: quia ita expresse in gratia dr̄: & sic non vr̄ habere locū, quod hr̄ in l.fi.C.de act.empt. in l.si per imprudentiam, in prin.ff de euic. Et cum dicta gratia facta sit ex certa scientia, & de plenitudine potestatis: non vr̄, ꝙ aliquid opponi possit, vt no Bar.in l conficiuntur.in §.codicil. de iure codicil.Bal in c.1 §.si quis autem.in prin.de pace Constan.& in procemio decreta.& in præludijs feudorum, cum si. quæ nota
1 sunt. † Ad hoc etiam accedit clausula illa, ex nunc, prout ex tunc, quæ gratiam magis efficacem reddit: iuxta gl in cle.1.in verbo, ex nunc.de concess.præbē.& no Ang.in l.huiusmodi.de verb. sign. cum sim.vt ibi tradit Alex. concurrit etiam ꝙ talis gratia fuit facta motu proprio, ideo fauorabilior redditur, & plenior interpretatio fieri debet.c.si motu proprio.§.si pluribus.de præb.in 6. cle.si Romanus.de præben.facit etiam illa clausula, in omnibus & per omnia; quæ nō parum operatur.l 2 §. furiosus. de iu.codi. in c.grandi.de sup.negli.prela.cum sim.in 6.vt Alex.scribit.in l.1. §.1.de leg.1.Non obst.illud in quo vr̄ difficultas dum dr̄, ꝙ tali regressu vti non possit nisi prius, antequam Ecclesia Nouariensis ab eo euincatur, iuri sibi in illa competenti cesserit in manibus summi Pontificis in fauorem dicti Bernardi Cardinalis: & talis cessio nunc fieri non potest, cum vterque illorum mortuus sit: quia ad hoc vr̄ posse responderi dupliciter. Primo ꝙ talis gratia requiparatur vltimæ voluntati.c. authoritate Martini. de concess. præb.
2 in 6. Vnde † sicut conditio impossibilis non vitiat vltimam uoluntatem.l.1.de condi.insti.pariter non vr̄ vitiare gratiam, prout arguit & concludit Rom.in consi 348.Quæritur.in fin.Secundo, ꝙ talis cōditio à principio erat impossibilis: vnde intelligitur, ꝙ impleatur, si potest, & superueniente impossibilitate propter mortē excusatur.l si decesserit.ff.qui satisd.cog.l.non ideo.C.de his qui. vt ind.&

vt ind. & hoc præsertim vr habere locum: quia ista conditio erat potestatiua, quo casu si impeditur per mortem eius in cuius persona debuit impleri, pro impleta habetur. l. turpia. §. 1. in versic. sed & si serui mors. de leg. 1. in l. quæ sub conditione. in §. quoties. de condi. insti. Prædictis tn̄ & similibus quæ adduci possunt non obstantibus, ɔ̄trium suaderi vr, videlicet, ꝙ gratia dicti regressus nō possit habere locum nisi impletis conditionibus, quæ in eo requiruntur, quæ in effectu tres conditiones videntur necessariæ. Prima est, ꝙ de iure vel de facto in perceptione fructuum dictæ ecclesiæ impediatur, & nisi ista cōditio prius impleta sit, regressus peti non potest. l. cedere diem. de verb. sig. l. 1. de insti. & substi. l. hæc venditio. ff. de ɔ̄hen. emp. l. necessario. § 1. ff. de peri. & com. rei ven. & ideo instr̄m conditionale non meretur executionem: vt no. Bal. in l. si quidem. per illum tex. C. de excep. & Bal. in l. j. per illum tex. C. si manci. ita alie. fue. & tradit Barto. in l. creditores. in 3. q. C. de pign. Et facit quod not. Bal. in l. per d uersas. in 10. q. C. manda. cum sim. vt tradit Are. in consi. 32. Diligenter consideratis his, in prin. Alex. in consi. 20. Viso processu. lib. 6. & non sufficit etiam conditionē esse purificatam, sed hoc debet iudici & superiori liquidari, vt no. Bal. l. in cū in testamento. in fi. C. de ma. test. Secunda conditio fuit, ꝙ tunc demum regressus habeat locum nisi de æquiualenti recompensa similis valoris, in duos menses proximè futuros dicta authoritate prouisum fuerit: vnde reuerēdus Cardinalis S. Vitalis qui regressum petit, s̄m tenorem gratię debet probare dictam cōditionem impletam fuisse: quia hoc est fundamentum intentionis suæ: iuxta no. per Imo. in ca. quod super his, de accus. Bar. in l. hoc iure. ff. de verb. obl. vbi tradit istam regulam: & in l. pen §. docere. ff. ne quis eum. Pet. de Anch. in ɔ̄si. 255. Super primo quæsito. cum sim. & talis conditio intelligi debet si reuerendissimus Cardinalis talem recompensam sibi fieri petierit, ex eo quod not. Pau de Cast. in consi. 168. Videtur ꝙ dictus Ioan. vbi concludit, ꝙ ille qui promisit aliquem præsentare intra octo dies, intelligitur casu quo hoc ab eo petatur. & idem Pau. de Cast. post glo. ibi, in l. vniuersa. C. de preci. impe. offe. cum simil. vt ibi Mod. congerunt: & de tali petitione non apparet. & dato ꝙ hic petatur tempus duorum mensium, intra quod debet recompensa fieri, non vr isto tempore, scilicet vacante sede currere. c. 1. § de quarta. & c. auditis de præscrip. & facit text. in l. 1. in fi. C de anna. exce. l. 1. in fi. C. de bo. ma. & in c. quia diuersitatem. de conces. præben. & in prædictis duabus conditionibus agitur, ꝙ saltem de præsenti regressus locum habere non possit. Tertia est conditio, per quam regressus ex toto excludi vr, dum dr̄, ꝙ tali regressu vti non possit nisi antequam dicta ecclesia Nouariensis euincatur, dictus Cardinalis iuri quod in ea sibi competit in manibus nostris in fauorem dicti Bernardi Cardinalis cesserit. & ista conditio ab eo impleta non fuit; & cum nunc talis conditio propter mortem impleri nō possit, vr defecisse: ideo dispositio facta de regressu, cessare vr propter defectum conditionis. l. necessariò. § j de peri. & commo rei vendi. cum si. s̄. allega. Non obstant allegata suprà in contrarium. Et primo quod in tali gratia conditio impossibilis reijciatur, sicut in vltimis voluntatibus: quia in casu isto non erat conditio impossibilis sed possibilis, & in potestate reuerendissimi Cardinalis S. Vitalis: ideo debuit ab eo impleri quam primum potuit. l. hæc cōditio, si in capitolium ascenderit. de condi & dem. vel saltem in casu isto debuit impleri antequam dicta ecclesia ab eo euinceretur prout expresse in gratia dr̄. Secūdo ꝙ nunc conditio impleri non potest: & ꝙ superueniente impossibilitate vr excusari, & præsertim in conditione potestatiua, quæ pro impleta habetur, si per casum mortis impleri impediatur: quia ad ista respondetur. & considerandum est ꝙ text. in d. l. si decesserit, cum si. vr procedere in reo, prout loquitur vt excuset à mora: secus vr in casu nostro in actore, qui mediante implemēto conditionis vult consequi ius ad regressum, quo casu magis strictè proceditur: & ideo in tali implemento conditionis purgatio moræ non admittitur. l. Thais § intra l. intra quinquennium. ff de sta. lib. & ratio vr, quia implementum conditionis tendit ad actionem acquirendam: quo casu in fauorem actoris mora purgari non potest, vt no Bar. in l. si insula. de verb. obliga. & in l. hæc conditio. in fi de condi & dem. Secundo respondetur, ꝙ tex. in d. l. si decesserit, procedit qn̄ mors superuenit ante moram: & ita loquitur: secus est si post moram prout in casu nostro contingit. & per hæc etiam respondetur ad iura vltimo allegata suprà in contrarium: in quibus dr̄, ꝙ conditio potestatiua pro impleta hr̄, qn̄ impeditur impleri per mortem Nam dicta iura procedunt nisi ille qui debuit implere conditionem ante casum mortis fuerit in mora, & ita iura prædicta limitat gl. in l. 1. C. de instit. & substi. vbi alleg. ex. in l. pe. §. 1. de cond. & demon Nam conditio potestatiua debet impleri quam primum potest l. hæc conditio. s̄. alleg. & in casu isto debuit impleri. saltem antequam dicta ecclesia Nouariensis euinceretur, & ita dr̄ integra: vnde cum hoc factū non fuerit dr̄ esse in mora: & ideo per mortem postea superuenientē nō debet excusari: facit tex in l. quod te. ff. si cer. pet. & in l. si ex causa legati. de verb. obli. Non obst. ꝙ in isto casu in implemento conditionis mora considerari proprie non possit: quia vbi non est obligatio, ibi non est mora. l. si pupillus. ff. de verb. obli. & in conditionis implemento non est obligatio: quia ea quæ sunt in ɔ̄ditione, non sunt in dispositione. l. si quis sub ɔ̄ditione. ff. si quis omissa causa testa. quia r̄ndetur, ꝙ mora hic accipitur largo modo s̄m subiectam materiam pro simplici negligentia, qn̄ quis ɔ̄ditionem potestatiuam non impleuit qn̄ potuit, vt per gl. in d. l. j. de inst. & substi. & talis mora dr̄ cessatio, ut declarat Pau. de Cast. in consi. 295. Visis & cōsideratis oībus. in fi. & in casu isto est data forma, ꝙ cessio deberet fieri antequam ecclesia Nouariensis euinceret: & cum ista forma impleta non fuerit, regressus non vr habere locum. Et ad alia alleg suprà in ɔ̄trium responsio ex suprà dictis habetur: quia gratia fuit limitata, vt suprà dictum est: & limitata causa limitatum effectum producit. l. in agris de acq. rer. domi. Et ista sunt quæ in magna temporis angustia occurrunt in fauorem reuerendissimi Cardinalis Cortonensis.

EPITOME Consi. CCCCVI.

Promissio facta de non offendendo personaliter sub pœna, non dicitur verificata ex solo insultu, quinimo requiritur quod offensio fiat in corpore.

SVMMMRIVM.

1 *Insultus fieri in personam quando dicitur.*
2 *Verbum, aliquo modo, in minimo uerificari potest.*
3 *Offensus in personam quando quis dicatur.*
4 *Iniuria personalis dicitur, quando quis tangit uestes clerici iniuriose, non tamen dicitur fieri iniuria in personam.*
5 *Iniuria in personam non fit nisi corpus sentiat.*
6 *Verbum duplicem habens interpretationem, in materia stricta & stricte & proprie intelligi debet.*
7 *Casus pœnales sunt stricti iuris, & nō recipiunt interpretationem pœnalē.*



Icet à præclarissimis Doctoribus suprà scribentibus multa dicta sint, non tn̄ eneruari vr difficultas quæ in casu proposito fieri potest: tota. n. vis presentis consultationis in hoc breuiter consistit. An promissio facta de non offendēdo personaliter sub pœna verificata sit ex solo insultu, ita ꝙ pœna committatur. & certe prima facie negari non potest, quin ex insultu videatur offendi persona: quia insultus dr̄ in alium saltus: vt no. Bar. in l. respiciēdum. §. delinquunt. ff. de pœnis in l. pœna §. cum arietes. ff. si qua. pauper. fecisse dicatur. Bal. in c. 1. §. similiter. quib. mod feudum amit. Iac. Alua. in c. 1. §. ꝓtereà in prin. in tit. quæ fu. prima cau. benefi. amit & tradit Nellus in tract. suo bannitorum, in secunda parte secundi temporis q 54. & Corn. in consi. 107. Visa inquisitione.
1 lib. 1. & dicit Iaco. Alua. in d. c. 1. §. similiter. ꝙ † insultus dr̄ in personam fieri, qn̄ possunt se percutere: & tali casu illa dictio, in, ponitur pro ɔ̄, vt qn̄que reperitur. in l. Manichæos C. de hæreticis. ubi gl. in l. raptores C. de epis. & cler. & sicut offensio dr̄ facta in
2 personam mediante insultu, pariter dr̄ facta personaliter: † quia vt suprà dictum est, personaliter & in personam idem sunt: & augetur difficultas p p verbum illud, aliquo modo, ꝙ etiam in minimo uerificari potest. l. si seruum. §. prætor ait. ff. de acq hære. ubi Bar & Ang. & facit quod no. gl. in cle. 1. de foro compe. vnde nō videtur posse negari, quin talis offensio sit aliquo modo in personam. Sed tamen his non obst. placet conclusio superius firma-
3 ta: † quia propriè offensio in personam dicitur fieri, quando persona tangitur, & ipsum corpus percutitur, ut expresse dicit Bal. in l. si qua per calumniam. C. de episco. & cleric ubi post Guliel. de
4 Cu. inquit, † ꝙ si quis tangit vestes [a] clerici iniuriosè dicitur iniu-
a ria personalis, sed non in personam, ex eo quòd corpus non tan-
5 gitur. & idem Bal. in rub. ff. solu. mat. idem repetit, † quòd non dicitur iniuria in personam nisi corpus sentiat. & probatur in l. sed quæstionis. ff de iniu. vbi expresse dicitur, quòd iniuria illata uestibus, non dicitur illata corpori: quia corpus non tangitur, & illum text. ad hoc Aret. inducit. in l Gallus. §. ille casus. de liber. & posthu. ad idem facit text. in l. 1. § hæc autem verba. ff. de his qui deiec. vel effu. ibi, sed ad ea quæ in corpus eius admittuntur cum simi. vt tradit Aret. in d §. ille casus. Et retenta ista conclusione quæ videtur verissima, insultus esset medium ad offensionem personalem quo casu pœna quæ imponitur offendenti personam, non habet locum in insultu, ut in sim li not. Badl. in l. pen. §. decem. in fin ff. ne quis eum. ubi inquit si statuto cauetur: quod si quis violenter ingrediatur ecclesiam puniatur in mille: nunc quidam armata manu iuerunt vsque ad medium iter uel vltra: sed non in-

ADDITIO.

a ¶ Vestes. ɔ̄ide Philippum Decium. c. peruenit. de appellation. ubi dixi.

non intrauerunt fines ecclesiæ, isti inchoauerunt delictum, sed non consummauerunt: meritò dicit, non incurrunt pœnam statuti per illum tex. Et idem Bald. in l. 1. in versic. & per hoc determinatur C. si rector. prouin. ubi inquit si prohibitum sit aliquid reformari in fauorem bannitorum sub pœna, statutum non habet locum in proponentibus si reformatio non sequatur: quia statutum pœnale non recipit extensionem. & facit gloss. not. in clemen. 1. de consang. & affini. in uerbo, contrahere. quæ uoluit, quòd pœna imposita contrahenti matrimonium non habet locum in sponsalibus. & alia similia tradit Alex. in consi. 194. Consideratis uerbis instrumenti. lib. 2. & fin. Non obstant allegata supra in contrarium: quia procedunt ut dicatur offensio in perso-
6 nam largo modo sed non propriè & strictè: † & quando uerbum aliquod duplicem habet interpretationem, in materia stricta, debet strictè & propriè intelligi tex. qui allegatur ad hoc in cap. Rodulphus, de rescrip. & in isto casu agitur de materia stricta ut pœna euitetur. & dicit Bald. in l. cum proponas. de hæred.
7 di. institu. † quòd casus pœnales sunt stricti iuris, & non recipiunt interpretationem extensiuam: alleg. l. in testamento. la 1. de condit. & demonstra. & per illam etiam dicit Bald. in cap. 1. qua. domi. propriè feud. priue. quòd in pœnis liquida debet esse probatio ut pœna committatur: & ista uidetur clara resolutio præpositæ quæstionis. Et ex prædictis responsio etiam colligitur ad illa uerba, aliquo modo, quia uerba relata uidentur ad illud quod supra proximè dictum est, de non offendendo per se uel per alium aliquo modo: ita quòd aliquo modo per alium fieret offensio. Et iste intellectus debet capiut pœna euitetur per supra dicta. Et in dubio debet interpretatio fieri, quòd treugua uel pax non sit rupta, ut in notabili quæstione tradit Bal. in l. si prædium. C. de ædil. act. & Roma. in consilio 183. In casu proposito. in fine. Et ex prædictis concurro in sententiam præclarissimorum doctorum supra consulentium.

EPITOME Consi. CCCCVII.

C. erat debitor ratione locationis in certa pecuniarum quantitate domino Plumbini. Cuius terra fuit nomine sedis apostolicæ a Duce Valentino occupata. Huic tunc C. soluit dictam quantitatem, & ei fuit renouata locatio ad tempus præfixum a Camera apost. mediante summa solui promissa domi. Plumbini. Deinde summus Pontifex liberat C. de illa summa. Respon. Deci. C. non esse a debito liberatum per solutionem V. factam, nec liberationem Papæ nocere domi. P. qui ea uelut inualida non obstante habeat actionem contra C. ad exigendam summam pro ipsa locatione solui promissam.

SUMMARIUM.

1 *Soluens intruso ex contractu facto prius cum vero prælato, non liberatur.*
2 *Error communis non excusat illum qui scit de illo errore.*
3 *Inuitus facere quis dicatur.*
4 *Instrumentum non probat in fauorem tertij.*
5 *Scriptura publica notarij non facit fidem nisi in eo de quo rogatus fuit à partibus.*
6 *Scriptura facta extra iudicium à notario non probat nisi inter illos qui mandauerunt illam fieri.*
7 *Liga si sit facta inter duas ciuitates per quinquennium, an si post quinquennium præstent sibi adinuicem fauorem, liga tacitè reuocata intelligatur.*
8 *Contractus renouatus videtur fieri secundum formam prioris contractus, si de diuersitate non apparet.*
9 *In dubio videtur prouideri illi cuius magis interest.*
10 *Liberatio præsupponit obligationem.*
11 *Ius an quæratur absenti.*
12 *Stipulari potest iudex & officialis publicus alteri.*
13 *Stipulationis actus voluntarius est, & stipulari potest officialis alteri & sibi non subdito.*
14 *Notarius ratione officij stipulari potest omnibus quorum interest.*
15 *Notarius quando est stipulatus pro omnibus quorum interest, non videtur quòd possit rogari propter incertitudinem.*
16 *Filius institutus in vno nummo uirtute illius institutionis consequitur supplementum legitimæ, & reputatur institutus in totam legitimam.*
17 *Gratia solo verbo facta non expirat, si post ipsam gratiã Papa moriatur.*
18 *Priuilegium concessum non subdito non potest reuocari.*
19 *Clausula, motu proprio, tollit & purgat vitium subreptionis.*
20 *Nihil tamen operatur in præiudicium tertij.*
21 *Motus proprius tollit vitium subreptionis.*
22 *Clausula motus proprij, non tollit falsitatem causæ expressæ summo Pontifici.*
23 *Motus proprius non operatur quòd gratia tollat ius alterius.*
24 *Papa contra non subditum non potest vti plenitudine potestatis.*
25 *Actus declarat voluntatem etiam si sit nullus.*

Visis & diligenter consideratis his omnibus quæ in occurrenti consultatione narrata sunt, pro vera & breui resolutione vidẽdum est de tribus. Primo, an illi de Chisijs liberati fuerint per solutionem factam Duci Valentino pro duobus annis, prioris conductæ super existentibus. Secundo, an sint obligati pro alijs decẽ annis secundæ conductæ, & dati, quod obligati essent. Tertio quæritur, an liberatio facta a sanctissimo Leone X. motu proprio, ualuerit in præiudicium magnifici domini Camilli fratris illustris do. Plumbini, cui solui debuisset. Circa primum res non videtur habere difficultatem: quia cum Dux Valentinus non esset verus domi. Plumbini, sed de facto occupator & tyrannus, solutio facta illi
a non liberauit debitores soluentes: [a] & hoc quando soluitur ex contractu facto cum uero domino, ut in casu isto contingit. l. si vrbana, ubi tex. ff. de condi. inde. facit tex. in l. filiæ. in fi ff. de solu.
1 in l. qui hominem. §. si prædio. eod. titu. de solu. † Et idem dicunt doct. in solutione facta prælato intruso: quia soluens ex contractu prius facto cum uero prælato non liberatur, ut not. Bart. & doct. in d. l. si verbana. Imol. in c. nihil. de elect. dum alleg. c. si quis deinceps 16. q. 7 & Abb. in d. cap nihil. ubi alleg. d. l. si urbana. & idem Abb. in c. qual ter in prin de electio. & idem tradit Bart. in tract. de tyrannide. in 7. q. in uersi. circa quod dicendum. & maximè ista conclusio videtur procedere in istis Chisijs qui erant debitores quantitatis in genere, quo casu nõ videntur liberari etiã si iustam causam soluendi habuissent, ut nor. Fulgo. in d. l. si urbana. in uersi. urbana. in uersi. ulti. per hanc legem. & idem videtur tenere Alex. in consi. 103. Visis scriptis. lib. 2. quia etiam casus fortuitus non liberat debitorem quantitatis. l. incendium. C. si cert. peta. Et licet Bar. in d. l. si urbana, uelit contrarium, opin. eius etiã reprobat Aret. in consi. 35. Viso themate. ubi dicit opin. Bar. non
b procedere in debitore quantitatis: quia etiam si ex iusta [b] causa soluat debitor quantitatis, non liberatur: all. g. gloss. & Barto. in l. si quis uxoris §. Labeonem. ff. de iure iur. & tex. in l. imperatores. §. fi. ff. de transac. & idem no. Bald. in l. si is cui, in l. falsus. ff. de furt. hoc tamen dictum est ex abundanti: quia isti de Chisis nullam iustam causam soluendi habuerunt: ideo concludendum est, quod nullo modo per talem solutionem liberati sint. Præterea & cum ipsi scirent illud, quod notorium erat, Valentinũ ducem tyrannico more occupasse Plumbinum expulso uero domino, nullam penitus uidentur habuisse excusationem scienter soluẽdo, ut no. Ang. in d. l. si urbana, & idem Pau. de Cast. ibi per l. filiæ, in fi ff. de sol. & in l. si pro parte. § uersum. in fi. ff. de in rem uerso & ad hoc
2 facit: † quia communis error non excusat illum, qui scit de illo errore: & ita limitatur tex. in l. Barbarius. ff. de offic. præto. ut no. Card. in cap. ad probandum. de re iudi. ubi Abb. col. pen. & in c. si duobus. de appel. in cap. post cessionem, de proba. Et hoc pro singulari dicto refert Rom. in singu. 760. Lex Barbarius cum si. quæ no. sunt, & congerit Fel. in d. c. ad probandum, & in isto casu non cadit illa quæstio, an debitor, qui inuitus cogitur soluere ciuitati vel domino, sit liberatus, de qua no. Bart. in l. cred tor. ff. de solu. Raph. Cuma in consil. 135. Ser Laurentius. Paul de Cast. in consi. 280. Visis his. Abb. in consi. 21. quæstione lib. 2. quia talis quæstio hic non cadit duplici ratione. Prima est: quia illa disputatio habet locum in solutione facta per subditum qui a ciuitate sua poterit compelli: secus est in debitore non subdito, vt expresse dicit Bar. in dicto tract. de tyrannide, in loco supra alleg. to. Vnde infert non habere locum in debitore alterius ciuitatis, cui tyrannus uel ciuitas uiolentiam inferre nõ potest. Et idem dicit Cum. in consi. supra alleg. Et ita uidetur in casu isto, quia Valentinus qui Plumbinum occupauit non poterat Chisijs violentiam inferre, qui erant Romæ, & licet Valentinus Romæ haberet magnam authoritatem, non tamen erat dominus: & dominus Augustinus Chisius etiam erat Romæ non paruæ authoritatis, ita ꝙ ibi uerisimiliter uiolentia illata non fuisset. arg. l. uerisimiliter, quæ est l. fin ff. quod met. causa. Secunda ratio est: quia etiam in subdito debitore, cui uiolentia inferri potest, soluendo non excusatur, sed debet resistere quantum potest, ut nor. Bald. in l. falsus. C. de furtis. in versic. in summa tamen. ubi concludit, quod debitor erga creditorem suum debet bonam fidem, & legalitatem obseruare, & debet resistẽre etiam facere, & pati aliquid antequam soluat, vt passio sit fidei testimonium non tñ debet tormenta sustinere nec uiolentiam: sed agat quicquid potest salua salute sua, & honestate l. nepos periculo. ff. de uerb. sig. & idem tradit Pau. de Cast. in l. 2. in prin. circa fin. ff. de iudi. ubi dicit de facto quæstionem habuisse: & concludit quod quãdo debitor habuit præceptũ de soluendo, & nullam

ADDITIONES.

a ¶ Soluentes.] Alex. consi. 120. nu. 7. lib. 5. vbi dixi.
b ¶ Iusta.] Imo ex quo soluit haberti publicam administrationem. fa. Caro. Rui. consi. 150. nu. 7. lib. 1.

& nullam facit resistentiam, præsumitur sponte soluisse per illum text.ibi,si,cum restitisses, & idem consulendo sequitur Pau. de Cast.in consi.290.suprà alleg.Visis his.& Roma.in d.consilio 185.in fin.ubi allega.& sequitur Bald.in d.l.falsus.& facit quod not.Bal in d.l.parentes.ver.sed nonne testis.C de test.vbi inquit,
3 † quod citatus simpliciter non dicitur inuitus facere: sed tunc demum quando citatus comparet & facit resistentiam opponẽdo exceptionem & postea compellatur, dicitur tunc inuitus facere: & ideo cùm in casu isto appareat istos de Chisijs nullam resistentiam fecisse,ut narratur, videntur sponte soluisse: & per consequens non fuerunt liberati: ideo domino Plumbini seu eius fratri soluere tenentur per suprà dicta,& in hoc quia res clara videtur,secundum ea quæ proponuntur,vlterius non insisto. Sed venio ad secundum dubium in quo videtur difficultas,& prima facie videbatur dicendum, quòd domino Plumbini seu domino Camillo actio non videatur competere contra dominum Augustinum Chisium, vel eius hæredes virtute locationis factæ, & renouatæ domino Augustino, anno 1400.in quo quidem nouo contractu nihil actum videtur cum do.Plumbini seu fratre eius: sed solùm cum camera, ut ex verbis capituli propositi constare videtur:unde tanquam agentes sine actione admitti non debẽt. l.si pupilli.§.videamus.ff.de neg.gest.in l.quoties.§.item si tem-
4 porali.ff.de admi.tut.† nam instrumentum non probat in fauorem tertij,ut not Bart.in l.admonendi,versic.item quæro si instrumentum.ff.de iureiur.quia illa confessio respectu tertij videtur facta parte absente,quę non probat l.certum.§.si quis absente.ff. de confes.Et speciale videtur in dote:ꝙ verba enuntiatiua prolata inter alios probant dotem in fauorem mulieris absentis, ut tradit Bart.in consilio 123.Titius & Seius.in primo dub.Et idẽ Pau. de Cast.in consi 83.Vnus de Bellanis.& sequitur Alex.in d.l.admonendi.in versi.quærit etiam hic Bart.& in consil.4.Videretur versic.quod istud sit verum lib.2.Vnde si est speciale in dote:ergo in contrarium videtur ius commune.l.1.ff.ad muni.Et hoc etiam confirmatur:quia ab illo tertio absente non potest dici, ꝙ notarius rogatus fuerit. ideo quò ad illum tertium instrumentũ non valet:quia requiritur quod notarius rogatus sit.§.nos autẽ. in auth.de tabel.& gloss.ibi,& not.Bart.in auth.si quis in aliquo.
5 C.de eden.in fi.vbi inquit,† scriptura publici notarij non facit fidem, nisi in eo de quo rogatus sit a partibus.alleg.dictum §.nos autem.& idem Bald.in rub.C.de fide instrum.in versic.sequitur
6 videre.dicens † quod nulla scriptura facta extra iudicium a notario probat nisi inter illos qui mandauerunt illam fieri:quia notarius debet esse rogatus,ut suprà dictum est:& ideo videtur quod instrumentum de quo agitur,non probet obligationem in fauorem dominorum de Plumbino, à quibus notarius rogatus non fuit.Et vlterius ista conclusio comprobari videtur: quia promissio videtur facta cameræ, ut verba sonant capituli & non domino Plumbini uel fratri eius;vnde videtur quod camera ipsa cui facta fuit promissio debet agere; ipse autẽ dominus Plumbini seu frater eius qui debet solutionem recipere, agere non potest, sicut in eo qui adiectus est solutioni cui non datur actio, licet solutionem recipere possit,ut not.in l.eum qui ita.§.qui sibi ff.de verbo.obliga in l stichum.§.quæsitum est ff.de sol.in l.Gallus.ff. solu.mat.& facit tex.in l.liber homo.§.fi.el 2 de verb.obliga. Vltimò considerandum est,quod dato quod intentio partium voluisset renouare contractum cum domino Plumbini seu eius fratre,debuit hoc expresse fieri cùm primus contractus per stipulationem factus fuisset:& non sufficit quod tacitè, & ex coniecturis hoc colligatur:ex eo quod not.Bald.in titul.de pace constan. in versicul.item societatem.vbi not.ponit quæstionem in uersic.
7 quæro facta sit liga.ubi dicit,† quod si inter duas ciuitates facta sit liga per quinquennium,vtrum, si post quinquennium præstent sibi adinuicem fauorem,liga tacitè renouata intelligatur. arguit quod sic:argu.l.item quæritur.§.qui impleto.ff.loca.Contrarũ concludit per illum text.& in l.si cum Hermes.C.loca.Et præsertim dicit hoc procedere si liga prima per stipulationem facta fuisset: quia stipulationes uerba desiderant: & ista sunt quæ in casu isto probabilem faciunt dubitationem, omissis aliis quæ ueniunt à remotis.Quibus tamen non obstantibus ulterius cogitanti contrarium de iure esse arbitror,quod dominus Plumbini,seu frater eius agere, & petere immediatè possit contra hæredes domini Augustini Chisij summam duorum mille ducatorum de carlenis uigore capituli contractus in quo dicitur, *che la camera sia obligata durante detto tempo di detti anni 12.tenere serrate le lumere del signore di Piombino, & per detto serrare detti apaltatori promettono di pagare ducati duoi millia l'anno di carlini dieci per ducato: secundo è obligata ditta camera al signore di Piombino prefato ò a gli fratelli.* Perscrutando enim uerba dicti capituli diligenter,& attenta subiecta materia, & inspecta mente partium, & maxime considerata æquitate conclusio suprà proximè dicta ex infrascriptis iuridica liquido apparebit. Primo Camera Apostolica intelligitur pro officialibus qui habent administrationem Cameræ, sicut ciuitas intelligitur pro anciantis & prioribus quibus administratio ciuitatis committitur,ut notat Bartol.in l.principalibus.ff.si certum petatur.& idem dicitur de concilio generali ciuitatis,in quo tota ciuitas repræsentatur,ut per gloss.in rub.C.quæ sit longa consuetu.Bartol.in l.ciuitatis.in princip.ff.si cert.petat.Angel.in consilio 93.Si prouisio.in princip.in consilio 196.Ex themate. Alexand.in consilio 101.Visis instrumentis in princip.libro primo. Et prædicti officiales Cameræ perpetui sunt, & eorum officium non expirat per mortem summi Pontificis.clemen.2.in uersicul. eo tamen prouiso.de elec.& ibi Cardi.quæst.7.Et cum dicti officiales publicam habeant administrationem, uidentur habere generale mandatum cum libera,ut not.Bartol.in l.præses,C.de transac.& ideo possunt etiã expedire illa in quibus speciale mandatum requiritur,ut not.Bald.in l.1.in uersicul.secundò quæritur,post Cyn.& antiquos quos ibi refert.C.etiam per procuratorem,& idem Bald.in l.1.§.1.ff.de mino.ubi inquit,quod generale mandatum cum libera, sufficit in requirentibus speciale mandatum,& sequitur Alexand.in d.l.præses.dicens quod ista decisio reputatur not.& ideo de potestate dictorum officialium non uidetur dubitandum. Secundò in uerbis dicti capituli interpretandis debemus mentem & intentionem ipsorum contrahentiũ inspicere: quia etiam in contractibus mens potius quam uerba attenditur,ut not.per gloss.in l.blanditus.C.de fide.& causam uerborum magis quàm uerba inspicimus.secundum gloss.in l.in uenditione.ad fin.ff.com.prædi.& est text.in l.fin.C.quæ res pigno.ibi, cum iustum sit uoluntates contrahentium magis quàm uerba inspicere.& not.Bald.in l.1.C.plus uale.quod agitur.in l. quamuis.C.de fideicom.& facit quod not.per gloss.in l.tale pactum.§.fina.de pact.ubi Bald.dicit illam etiam procedere in contractibus.Tertiò ad mentem contrahentium perscrutandum cõsiderandum est, quod in alio primo contractu facto tempore Innocentij anno 1490.pro 12.annis apaltatores erant obligati soluere immediatè domino Plumbini & fratribus quantitatem prædictam duorum mille ducatorum, ut clausam tenerent allumeriam,& ita soluerunt per decem annos,& pro constanti præsupponitur.deinde post decem annos,cum duo anni prioris locationis super essent, fuit facta noua locatio per Cameram apostolicam tempore Alexand.anno 1500.Augustino Chisio cum verbis capituli supra relatis.vnde his præmissis considerandum est, quod pro primis duobus annis nouæ locationis,qui de priori locatione restabant, clarum videtur, quod Augustinus esset obligatus soluere domino Plumbini:quia ipse erat subrogatus in locum illorum qui ex priori contractu tenebantur soluere dicto domino Plumbini seu fratri eius: quia erat illi ius quæsitum ex priori contractu, quod per Cameram auferri non potest, quia etiam princeps ipse ex contractu obligatur.cap.1.de prob.in ca. 1.de nat.feud.Vnde consonat,quod Camera voluerit conseruare dominum Plumbini in iure sibi quæsito: quia Camera repræsentat ecclesiam, quæ est cultrix & auctrix iustitiæ, ut dicitur in d.cap.1.de alie.feud Et ne inde nascantur iniuriæ, vnde iura procedunt c.qualiter.el 1.de accus.& in l.meminerint.C.vnde vi.Et ideo illa verba capituli *dicti apaltatori promettono di pagare*, intelligitur domino Plumbini pro primis duobus annis,ne ius sibi quęsitum tollatur: & pariter pro alijs decem debet intelligi, quod fieri debeat solutio do.Plumbini,ne illa verba *promettono di pagare*,diuersimodè accipiantur,cum sit vna promissio, quæ non debet diuerso iure censeri.l.eum qui ædes.ff.de vsu.Et quia talia verba debent pariter determinari.arg.l.iam hoc iure.ff.de vulg.& in l.quamuis ff.de impub.& in l.in testa.C.de testa.milit.Con-
8 firmatur ista conclusio:† quia contractus renouatus,videtur fieri secundum formam prioris contractus, si de diuersitate non apparet:ut not.Bar.in l si mihi & Titio.circa fin.ff.de verb.oblig. Bal.in l.1.in ver.sed quid si dominus.C.quando non pe.par.cum simi.vt tradit Alexand.in consi.105 In causa Nicolai.lib.4.& in consil.2.Quoniam.lib.5.& idem dicit Bald.in l.legem.C.loca. quod videtur facta renouatio sub eisdem pignoribus,pœnis, renuntiationibus, & clausulis quæ erant in priori contractu, & refert Alexand.in consilio.27.Ponderatis.in fi.lib.4. Cum ergo in priori contractu locationis actum fuisset, quòd apaltatores essent obligati soluere do.Plumbini seu eius fratri,consonat,quod etiam verba renouatæ locationis ita debeant intelligi: & ita illa verba impersonalia, *promettono di pagare*, debent suppleri do. Plumbini secundum formam prioris contractus. Tertiò, hoc idem probatur: quia Camera expressè promittit *di tener serrate le lumere del signore di Piombino*, & hoc intelligitur mediante ipso domi.Plumbini ad quem hoc spectabat: quia Camera immediate hoc facere non potuisset:& *per dicto tener serrato dicti apaltatori promettono di pagare ducati duoi millia l'anno di carlini*. Cum ergo talis promissio facta sit correspectiuè al tener serrato: ergo vt facta dño Plumbini cui hoc incumbit, & ipsi saltem immediatè vt actio competere ut circuitus euitet.l.dñs testõ.ff.de cond.ind.in cle.auditor.de resc.Et ideo euitato circuitu de æquitate datur actio

ctio illi qui esset in damno, contra illum cum quo nullum est gestum negotium, ne lucretur cum iactura alterius, vt probatur in l. si enim seruũ. in l. si me & Titium, in l. si fundus. §. seruum tuũ. ff. si cer. pet. Vnde in casu isto cum dominus Plumbini seu frater eius tenuerit clausas lumerias, ex quarum clausura dictus Augustinus seu hæredes eius non parum lucrati fuerunt, ne isti hæredes lucrentur cum iactura domini de Plumbino seu fratris eius, ex æquitate euitato circuitu contra dictos hæredes immediatè actio competere videtur, vt no in iuribus suprà alle. & ista videt fuisse intentio partium, quæ attenditur per suprà dicta. Quartò ad idem bene facit: quia ad iudicandum cui actio videatur competere, consideratur ille de cuius interesse agitur, & ipse actionẽ habet, & si alius esset nominatus, vt est tex. no. in l. fideicommissa. § interdum. ff. de leg. 2. & ibi Bar. dicit per illum tex.† ꝙ in du
9 bio videtur prouideri illi cuius magis interest, vt actio illi detur: prout tex. ibi loquitur: & licet loquatur ille tex. in vltimis voluntatibus, tamen etiam habet locum in contractibus, vt no. Bar. in l. si ita stipulatus. §. possum. de ver. ob. Et ideo cum agatur principaliter de interesse domini Plumbini siue fratris eius, qui cũ graui eius præiudicio tenuit clausam lumeriam, in dubio iudicandũ est, ꝙ illi vel illis actio acquirat, & sic illa verba impersonalia, *prometteno di pagare*, in dubio debent intelligi, ꝙ promissio facta sit domino Plumbini, de cuius interesse principaliter agebat. Quintò, hoc idem suadetur: quia verba dicti capituli clara sunt, si rectè intelligantur. Camera enim se obligat & promittit durante termino dictorum 12. annorum, tenere clausas allumerias domini de Plumbino: & hoc certè non erat in potestate Cameræ, sed solum talis clausura erat in facultate domini de Plumbino, q est dñs loci: vnde consonat & verisimile est, ꝙ Camera prius cõuenisset cum domino prædicto dare illi dictam summam pro dicta clausura, & prout in priori contractu illi soluebatur: & isto prætextu Camera promittit tenere clausas allumerias, durante dicto termino 12. ann. & pro tali clausura quæ concernit vtilitatem apaltatorum, ipsi apaltatores promittũt soluere dicta duo millia ducatorum secundum ꝙ est obligata dicta Camera domino Plumbini: illa dictio, secundum, relationem facit l. pe. C. de inst. & sub. in l. si pars. ff. de inoff. test. in l. quidam Hyberus. in l. fistulam. de ser. vrb. præd. in l. cum quis. §. qui testa de leg. 3. in cap. Abbate sanè. de verb. sig. & illud dicitur contineri in scriptura referente, quod cõtinetur in eo ad quod relatio habetur l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iud. l. si in testa ff de cond. & demon. & relatio videtur facta cum omnibus qualitatibus eius, vt not. Bar. in l. 1. ff. de recep. in l. 1. § fi. ff. si fa fur fecis dic. in l. si quis seruum §. fi. de leg. 2. Et sic videtur hic relatio facta ad obligationẽ Cameræ cum omnibus qualitatibus suis: & cum Camera obligata sit domino Plumbini vt patet in c. ibi secundo *e obligata ditta Camera al Signore di Piombino*. Ergo videtur ꝙ apaltatores teneantur soluere do. Plumbini secundum ꝙ Camera ipsa tenetur: & ꝙ illa verba impersonaliter prolata *prometteno pagare*, referantur domino Plumbini, quasi Camera voluerit ponere apaltatores in eius locum, & se exonerare, vt circuitus euitetur per suprà dicta, vnde ex omnibus suprà dictis satis constare videtur, ꝙ promissio fuerit facta domino Plumbini, & per consequens, ꝙ illi ius agendi acquisitum sit. Sextò & vltimò, ad confirmationem prædictorum accedit, ꝙ dictus Augustinus petijt se liberari ab obligatione qua tenebatur domino Plumbini, & liberationem obtinuit à summo Pontifice Leone, ergo videtur confiteri se
10 obligatum: † quia liberatio præsupponit obligationem l. decẽ. de ver. obl. l. sub conditione. ff. de solu. Et cum talis confessio in scriptura appareat, etiam parte absente, præiudicat, quia scriptura semper loquitur. l. Arriani. C. de hæ. & no. Bar. in l. nuda ratio. ff. de dona cum sim. vt Alex. tradit in consi. 90. Circa primum lib. 4. in princ. Solum difficultatem facit: quia dato, ꝙ Camera & apaltatores voluerint, ꝙ domino Plumbini actio acquiratur, ex quo ipse erat absens, non videtur ꝙ illi absenti † ius quæsitũ
11 fuerit: quia per liberam personam alteri non quæritur. l. solutũ. § per liberam. ff. de pign. act. in l. stipulatio ista. §. alteri. de verb. obli. adeo ꝙ etiam loco pio ius non acquiritur, nisi quis pro ea recipiat, vt not. per glo. in l. illud. & ibi glo. ff. de sacrosan. eccle. Ad hoc breuiter respondetur, primò, ꝙ officiales Cameræ, qui publicum gerunt officium, potuerant domino Plumbini stipu-
12 lari: quia † iudex & officialis publicus alteri stipulari potest, ut no. per glo. in §. si quis alij. institu. de inuti. stipu. Bar. in auth. generaliter. C. de epis. & cle. Bal. in l. 1. §. huius studij. in ver. quæro de magistratu. ff. de iust. & iure. Abb. in c. ad reprimendum. in penu. notab. de offi. ordi. & in c. pastoralis. § 1. circa fin. de offi. ord. vbi dicit, quòd officialis potest stipulari alteri etiam sibi non subdi-
13 to: † quia actus stipulationis voluntarius est. & idẽ notat Ange. in l. emancipari. ff. de adoptio. in ver. per hanc legem. dicens ꝙ per stipulationem iudicis quæritur nobis actio: quia stipulatio est actus ordinariæ iurisdictionis. Secundò respondetur, quòd Camera potuit stipulari ꝙ soluatur domino Plumbini seu domino Camillo eius fratri: quia agebatur de eius interesse, vt ipsa Camera esset liberata à domino Plumbini vel eius fratre cui er at obligata propter clausuram alluminum: cùm ergo ageretur de interesse Cameræ stipulantis, ualuit stipulatio. l. stipulatio ista §. si stipuler. de uerb. obl. facit tex. in l. liber h omo. la 2 §. fi. de uerb. obl, & tradit Alex. in consi. 72. Visis. lib. 2. Tertiò respondetur, ꝙ ex quo notarius, vt narratur, pro omnibus nominatis in instrumento, & pro omnibus quorum interest stipulatus fuit & recepit, domino Plumbini vel eius fratri actio acquisita fuit cũ de
14 interesse suo tractaretur. quia † notarius [a] ratione officij omni
a bus quorum interest stipulari potest: ut no. Bart. in d. l. stipulatio ista. §. si stipuler. de verb. obli. in ver. tertiò. alleg. l. 1. §. exigere. ff. de mag. conue. in l nec ei. ff. de adop. & idem concludit Barto. in l nec ei. §. eorum. vers. quæro nunquid tabellio. ff. de adop. in l. 2. ff rem pup. sal. fo. cum si. vt Alex. scribit in d. §. si stipuler. vbi di-
* cit ꝙ ista est * *communis* opi. & tali casu transit actio sine cessione, vt no. Bar. in d. l. 2. vbi alle. l. 2. C. de mag. conue. & idem Bald. in l, Caius. ff. de vsur. cũ si. vt per Alex in d. §. si stipuler. & ita de facto & consuetudine seruatur, vt dicit Bal in d. l. Caius. & in d. l non aliter. ff. de ado. & no. Abb. in proœmio decre. & Soci. in consi. 125. Visa in fi. & Cor. in consi. 50. Videtur in hac consultatione lib. 1 Et ista generalis stipulatio sufficit pro omnibus quorũ interest, vt probatur in c quanquàm. de vsur. in 6. in §. cũ aũt, inst. de adopt. in l. non aliter. ff. de adop, & ibi Bal. in prin. Quartò põt responderi, ꝙ illa quantitas soluatur domino Plumbini pro clausura, & sic uidetur solui pro pẽsione rei suæ, quo casu illi acquiritur actio. vt per glo. in c. quanquam. de vsur. in 6. in hoc tamen non insisto: quia non expedit ex suprà dictis, ex quibus difficultas superius mota ex toto remota videtur. & conclusio superius firmata corroborata videtur. Et ad allegata suprà in contrarium ex supra dictis responsio colligitur, tamen respondendo specialiter, Primò, non obstat ꝙ dominus Plumbini non sit nominatus in instrumento; quia imò expressè fuit nominatus, vt patet in uerbis capituli, & illi actio videtur quæsita per supra dicta. Secundò non obstat, ꝙ a domino Plumbini notarius nõ fuerit rogatus: quia satis est ꝙ a Camera rogatus fuerit, de cuius interesse principaliter agebatur: quia Camera erat obligata domino Plumbini, & volebat se ab illa obligatione eximere, & ꝑpter hoc in fauorem Cameræ quæ rogauit notarium. actio immediatè fuit quæsita domino Plumbini per supra dicta. Secundò re-
15 sponderi potest, ꝙ quando † notarius est stipulatus pro omnibus quorum interest, non videtur ꝙ rogari possit propter incertitudinem prout est in d. c. quanquam. alleg. in contrarium procedunt, quando est certa persona a qua notarius rogari potest. Tertiò non obstat, ꝙ dominus Plumbini possit solutionem recipere, sed non videtur quod agere possit, prout dicitur in dicto adiecto solutioni. quia respondetur, ꝙ non uidetur adiectus solutioni simpliciter dominus Plumbini, sed illi uidetur quęsita obligatio propter illa uerba, *prometteno di pagare*, quæ ad ipsum referuntur: & quia apaltatores promittunt soluere secundum obligationem Cameræ, quæ tenebatur soluere dicto domino Plũbini seu eius fratri, ut supra dictum fuit. Quartò & ultimo nõ ob, dictum Bal. ꝙ renouatio debeat expressè fieri: quia in casu isto fuit facta renouatio expressè Augustino Chisio, & etiam uidetur expressè actum ꝙ apaltatores debeant soluere domino Piũbini, ut supra deductum fuit: uel saltem hoc venit in consequentiam ad illud quod expressum est, ut supra dixi: & ideo expressum totum reputatur, quia testamentum dicitur totum in scriptis, quando propter aliqua verba expressa & scripta alia intelliguntur. l. 1. §. sinautem ff. de hær. instituen. & notat Bar. in l. 1. ff.
16 de his quæ in testamen. delen. & ideo † filius institutus in vno nummo: quia uirtute illius institutionis consequitur supplemẽtum legitimæ reputatur institutus in tota legitima, vt notat Bal. in l. hac edicta. i. in uer. & primo quæro. C. de secun. nup. cũ simi. ut dixi in l. fin. C. de edi. diu. Adria. tollen. Et sic remotis contrarijs purificata remanet conclusio superius firmata quæ profecto maximam habet æquitatem, ne isti Chisij qui multũ lucrati sunt propter clausuram alluminum, quam dominus Plumbini semper continuauit, retineant lucrum cum graui iactura ipsius domini de Plumbino seu fratri eius: & ista æquitas maximè apud ecclesiam debet habere locum. dicto capitul. primò. de alien. feud. & ex his diligenter secundum dubium absolutum sit. Superest tertium dubium: uidelicet retenta conclusione quòd domino Plumbini vel eius fratri actio competeret contra Augustinum Chisium uel hæredes eius, ut supra conclusum fuit: quæritur, an liberatio quæ fuit facta a Leone decimò prosit hæredibus in præiudicium domini Plumbini

ADDITIO.

a ¶ Notarius.] Dixi ad eundem Decium l. 1. C. de pact. vide quæ postea fusissime scribit do. And. Tiraq. in trac. de constit. posse.

bini & fratris eius. & in hoc primo considerandum est, quòd talis quæstio cessaret stante eo quod narratur, quòd idem Leo Papa postea voluit ꝙ dicta liberatio ad terminos iuris reduceretur: & talis reuocatio liberationis videtur fauorabilis: quia ad ius commune reuertitur, iuxta glo. in c. statutum. in verbo, numerandum. de præben. in 6. Et licèt ista posterior concessio præsentata non fuerit, tamen debet habere locum: quia gratia solo verbo perficitur: vt no. Bar. in l. humanũ. in fin. C. de legib. in l. fi. in prin. C. communia de ma. in l. fi. C. sent. rescin. non poss. in l. si qua per calumniam. C. de episc. & cler. & in l. falsus. C. de furt. & si post gratiam factam solo verbo, Papa moriatur, non expirat, vt dicit Bal. in d. l. humanum. in fin. & est tex. in c. si sup gratia. de offi. deleg. in 6. Sed dato etiam ꝙ talis liberatio facta motu proprio à summo Pontifice, deberet per se simpliciter cõsiderari, non videtur, quòd valida fuerit talis gratia: quia etiam de plenitudine potestatis non potest Papa tollere ius acquisitum alicui ex contractu, vt no Bal. in c. 1. §. ad hæc, versiculo. item in titu. de pace iura. fir. & Pau. de Cast. idem dicit in l. digna vox. C. de legib. Confirmatur hoc: quia cùm tale ius esset quæsitum ex contractu locationis qui est à iuregentium. l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iur. non potuit Papa sine causa domino Plumbini seu eius fratri auferre, vt notat Bar. in l. fi. versiculo, secundò quæro. in fine, & in versiculo tertiò quæro in princ. C. si contra ius vel vtil. pub. & in proœ. fforum. versiculo quæro, secundum Iacob. de Aret. in fin. ibi: sed tu dic, vt tradit Pau. de Cast in consi 156. alias in consi. 158. Viso in fine, Pet. de Anch. in consi. 352. Pro intelligentia. in fi. Angel. in consi. 139. Visis omnibus. Anto. de But. in cõsi. 67. In facto proponitur. Ioan. de Anania, in cons 81. Viso instrumento. dum loquitur de iure quæsito ex contractu. Alexand. in consi. 101. Visis instrumentis. lib. 1. & in consi. 107. In causa. versiculo, item non obst eodem, lib. 1. cum aliis simi libus quæ nota sunt. Et maximè ista conclusio videtur procedere in laico, & non subdito Romano Pontifici, prout sunt dominus Plumbini & frater eius, quibus non subditis Papa nullo modo potuit præiudicare, vt tradit Pau. de Cast. in consi. 218 Præsuppositо. versiculo sed dubium est. & in consi. 285. Primum du

18 bium. † Et ideo si concedatur priuilegium non subdito, non potest reuocari, vt notat Inno. in cap. nouit, de iudic. cum similibus, vt dixi ibi. Cùm ergo Papa non haberet potestatem in isto casu talis liberatio non valuit: non obstantibus quibuscunque clausulis quæ nihil operãtur stante defectu potestatis. Præterea etiam ex defectu voluntatis dictæ clausulæ in casu isto nihil vi-

19 dentur operari. † Primò, clausula illa, motu proprio, tollit & purgat vitium subreptionis. cap. si motu proprio, de præben. in

20 6 in clementina si Romanus. de præben. † Sed in præiudicium tertij nihil operatur; quia princeps concedẽdo alicui motu proprio, non videtur propter hoc velle tertio præiudicare, vt est dictum Host. in c. causam quæ. el 2 de testib. & Abb. ibi post Abb. sequitur in fi. in versi. & not. bene ex hoc dicto Hostien. & facit

21 glo. in d. c. si Romanus. in verbo, validam. quæ dicit, ꝙ † motus proprius tollit vitium subreptionis, & non aliam inhabilitatem:

22 & ideo † clausula, motus proprij, non tollit falsitatem causæ expressæ summo Pontifici, vt in nota. casu tradit Petr. de Anch. in consi. 188. Visis consilijs. & idem Cardin. in consi. 96. Videtur. vnio præmissa, in principio, & in consi. 142. Videtur dicendum. versi. & si dicatur. Et idem Card. in consi 136. Præmitto. dicit,

23 ꝙ † motus proprius non operatur, quòd gratia tollat ius alterius. alleg. glo. in clem. 1. de præben. & ideo in proposito concludendum est, ꝙ dicta clausula non videtur derogare iuri quæsito domino Plumbini vel fratri eius. Et etiam si talis gratia concessa fuisset ex certa scientia in casu isto talis clausula nihil operatur, quia intelligitur in his in quibus præsumitur Papam noti-

a tiam [a] habuisse, sicut illa quæ in iure consistunt: secus in his quę ignorare præsumitur, vt sunt facta particularia de quib. agitur: vt no. Bal. in l. fin ver. dicas etiam, quòd illa clausula. C. senten. rescin. nec etiam si Papa attestaretur se notitiam habuisse, isto casu non esset illi credendum: iuxta clem. 1. de probat. quia illa clemen. non procedit vbi agitur de præiudicio tertij, vt Abb. cõcludit in d. clem in fin. & in c cum à nobis. de testi. Et idem Pau. de Cast. in consi. 156. Viso & examinato puncto. versi. sed aduertendum similiter si apposita in tali gratia fuisset clausula de plenitudine potestatis, in tali casu nihil operatur: quia dominus

24 Plumbini non erat subditus, † & contra non subditum Papa nõ potest vti plenitudine potestatis, vt notat Imol. post Antoniũ de Butrio quem ibi refert in clem. pastoralis. in vers. cæterùm de iudi. & Soc. sequitur in consi. 163. Visa bulla. in 7. versi. quartus casus est. Vltimò, in dictis clausulis, ex certa scientia & plenitudine potestatis, considerandum est, ꝙ huiusmodi clausulæ tunc demum effectum producunt, quando processum fuit cum causæ cognitione: secus si absque causæ cognitione aliquid factum sit, vt notabiliter colligitur ex decisione Rotæ quæ habetur in decisione 230. Papa confirmando ex certa scientia. vbi ad hoc alleg. Specula. in titu. de le. §. nunc ostendendum. in versic. 18. & nouissimè tradit Soc. in d. consi. 164. in vers. sed ad ista dicta respondeo. Et ideo cùm talis gratia liberationis impetrata fuit à dicto August. Chisio absque causæ cognitione: quia pars citata non fuit, non videtur illi prodesse in graui præiudicio domini Plumbini. & maximè quia Papa declarauit eius voluntatem, vt talis gratia ad terminos iuris reducatur: & talis declaratio volun

25 tatis etiam in actu inualido attenditur: quia † actus etiam nullus declarat voluntatem. l. fin. ff. de reb. eo. vbi Barto. l. quià patre. vbi Bald. ff. de confir. tut. cum simi. Et ita tertium dubium absolutum sit.

ADDITIO.

a Notitiam.] suprà consi. 198. num. 6. vbi dixi.

EPITOME Consil. CCCCVIII.

Bonorum diuisio per errorem facta, etiam cum iuramento & clausula rei notitiæ habitæ, & de non contraueniendo, probato errore reuocari põt. Clausula, salua gradus prerogatiua, operatur, ꝙ vna persona in locum alterius non subrogatur.

SVMMARIA.

1 *Diuisio facta cum aliquo tanquam cohærede, qui non erat, cognito errore reuocatur.*
2 *Falsa causa in contractibus parit repetitionem.*
3 *Per errorem aliquid facienti subueniri debet.*
4 *Notario asserenti de scientia creditur.*
5 *Confessio non præiudicat stante errore.*
6 *Error iuris non nocet in damno euitando.*
7 *Scientia partium errorem excludit.*
8 *Iuramentum refertur solum ad casum in quo dispositio loquitur.*
9 *Iuramentum semper habet illam tacitam conditionem, quam habet actus & promissio cui adhæret.*
10 *Iuramentum non auget obligationem, sed solùm addit vinculũ religionis.*
11 *Donatio habet tacitam conditionem si donans filios non habuerit.*
12 *Iuramentũ non obstat quominus diuisio facta per errorẽ possit retractari.*
13 *Filius in fideicõmissi successiõe tenet locũ p̃ris, et succedit simul cũ patre.*



N præsenti consultatione plenè scriptum fuit per excellẽtissimum dominum Consultorem, sed studendo breuitati tota vis videtur principaliter consistere in tribus conclusionibus. Prima est ꝙ dictus Hannibal præferatur nepotibus suis p̃ p̃ illa verba testatoris, salua semper inter ipsos omnes & quem libet dictorum casuum prærogatiua, vt suprà dictũ fuit; & hoc confirmatur per tex. in auth. defuncto. C. ad Tertullianum. vbi per illum textum ibi, salua gradus prerogatiua, dicit Pau. de Ca. ꝙ stantibus dictis verbis vna persona in locum alterius non subrogatur; & ideo filij fratris in isto casu non veniunt cum patruo intrando locum patris. Secunda conclusio sit, ꝙ iuri competenti dicto Hannibali non fuit derogatum per diuisionem factam ab ipso Hannibale cum nepotibus suis: quia tanquam erronea retractari debet. hoc probatur in lege cum putarem. ff. fam. er-

1 cisc. † vbi diuisio facta cum aliquo tanquam coherede, qui non

a erat, cognito errore reuocatur. [a] ad idem tex. in l. si post diuisionem. C. de iuris & facti ignorantia facit tex. in l. maioribus. C. cõmunia vtriusque iudi. Alex. in cons 168. Põderatis narratis his. in princi. lib. 5 & Pau. de Cast. in l. fin §. quæsiuit. ff. de cõd. indeb. refert per illum tex. consuluisse, ꝙ cum quidam fratres inter se diuisissent bona fratris præmortui, & promisissent in plena forma non contrauenire, & postea apparuit ꝙ tantùm bona spectabant ad alterum fratrem vtroque latere coniunctum, concludit ꝙ illa diuisio facta per errorem debeat retractari non obstante pacto de non contraueniendo. & ita in casu isto videtur. Fuit. n. facta talis diuisio eo prætextu, ꝙ bona essent communia, & hoc non erat verum: ideo vitiatur contractus ex defectu causæ finalis, vt no. Bal. in l. nec apud. C. de hered. insti. & not. Bar. in l. demõstratio falsa. §. quod autem. ver. 6. quæro. de condit. & demonst.

2 † dicit, ꝙ falsa causa in contractibus parit repetitionem: & tradit Fulgo. in consi. 23. Hengelbertus. in fin. & facit quod notat Pau. de Cast. in cons. 36. In casu præsenti. in fin. & ex iusta causa

b erroris etiam post sententiam [b] auditur, vt Raph. Cuma. concludit in cons. 156. Visa serie. nihil enim est tam contrarium cõsensui quàm error. l. si per errorem. ff. de iurisdi. omn. iud. l. 2. §.

3 1. ff. de iudi. & ideo † subueniri debet illi qui facit aliquid per errorem & non per malitiam; vt not. Abb. in l. qui testamento. ff. de excus. tut. Et ista & similia de plano ꝓcederẽt nisi aliud obstaret q̃d in casu isto difficultatẽ facit: quia in dicto ꝯtu diuisionis fuit

ADDITIONES.

a ¶ Reuocatur.] Suprà consi. 351. vbi dixi.
b ¶ Sententiam.] Et rem iudicatam in qua hoc non fuit discussum.

nis fuit expresse dictum bona erant communia: & ita Hannibal ipse confessus fuit. quæ cõfessio videtur illi præiudicare cum facta sit parte præsente: vt no. in l. certum. §. si quis absente. ff. de confessis. Et vlterius dicitur, quòd partes habebant scientiam & notitiam, quòd bona essent communia, quòd factum ex certa scientia, non uidetur quòd per errorem reuocari possit, vt notat Bal. in l. 2. in 7. q. in fin. C. de rescin. vend. in l. mater, in 3. col. C. de
4 rei vendi. & ibi in versi. quid si tabellio, dicit, quòd † creditur notario asserenti de scientia & intelligentia, & tradit Alex. in consi. 61. Viso processu. lib. 2. accedit etiam iuramẽtum quòd in dicta diuisione interpositum fuit propter quod contractus confirma-
5 ri videtur, sed ad ista & similia respondetur, † quòd stante errore confessio non præiudicat. l. non fatetur. ff. de confessis, & hoc intelligitur siue sit error facti, siue iuris, vt not. Paul de Cast. in d. l. si post diuisionem, & in d. l. non fatetur. vbi dicit hoc saltem procedere in confessione extraiudiciali de qua agitur: & glo. ibi idem dicit per l. error. in fin. ff. de iur. & facti igno. vbi dicit, quòd in
6 † damno euitando iuris error non nocet, & in l. iuris ignorantia. eo. tit. & in fideicommisso de quo agitur, iuris ignorantia non nocet, vt est tex. in l. quæ fideicommissum. de leg. 2. & not. Bart. in l. Clodius. de acquiren. hæred. quia agitur de iure quæsito, ut Bart. ibi dicit, quo casu de lucro acquisito idem quod de damno iudicatur, vt not. per glo. in l. 1. §. si quis autem, in verbo, per in integrum restit. ff. de iti. actu. Bald. in l. cum test. C. de dona. ante nup. cum similib ut Alexan. tradit in l. 3. ff. de dam. infec. Eodem modo non ob. quod supra dictum est de scientia partium quæ erro-
7 rem excludit, † & quòd credatur notario: quia ad hoc respondetur, quòd prædicta videntur procedere in dubio, & præsumptione, sed non tollitur quominus contrarium probari possit, ut no. Bald. concludit in l. sed & si quis. §. fin. in fin. ff. si quis cau. & sequitur Alexand. in l. si dari, in prin. ff. de uerbo. obligationib. Et de errore probatur in isto casu duobus concurrentibus: quia (ut dixi) in effectu hic agitur de damno euitando: & probatur res se aliter habere, hoc modo error probatur, vt no. Bart. in l. sed si me putem. ff. de condi. indeb. in princ. & l. non fatetur. ff. de confes. cum similibus: ut Alex. tradit in consil. 102. Visis & ponderatis. libr. 1. Et idem not. Bald. in consilio 99. In causa nobilium. libr. 1. Angel. in consilio. 136. In quæstione vertente. Vltimo non obst. quod dictum est de iuramento: quia respondetur iuramen-
8 tum † solum refertur ad casum in quo dispositio loquitur, & secundum illam iuramentum restringitur. vt not. Bart. in l. sed & si quis. §. quæsitum, in fi. ff. si quis cau. per l. fi. C. de non nume. pecu. & no. Ang. in consil. 315. Statuto cauetur. ubi inquit † quòd iu-
9 ramentum semper habet illam tacitam cõditionem, quam habet actus & promissio cui adhæret: & ideo cum diuisio habeat tacitam conditionem nisi per errorem facta sit d. l. cum putarem, &
10 d. l. si post diuisionem. Ita † etiam iuramẽtum, nam iuramentum non auget obligationem, sed solum addit uinculum religionis. ut no. Oldra. in consi. 238. Cum mulier. vnde ibi concludit quòd
11 † sicut donatio habet tacitam conditionem, si donator liberos non susceperit, ita etiam iuramentum intelligitur. Et idem Oldr. in consil. 278. Licet quantum ad claustrales. in versic. ad tertiam quęstionem, & idem Rom. in consi. 269 Non est dubium. in prin. Aret. in consi. 24. Quatuor dubia, in prin. Alex. in consi. 37. Viso. lib. 2. & facit, quia iuramentum intelligitur rebus sic stantibus. l. fin. ff. qui satisda. cogatur. l. si libertus. ff. de oper. libe. in c. quemadmodum. de iureiur. in l. quod seruus. ff. de condi. caus. da. & notat Bald. in l. fin C. de non nume. pecu. in uersic 7. inest conditio.
12 Ex quibus omnibus concludendum est, † iuramentum non obstare quominus diuisio facta per errorem retractari possit. Tertia conclusio sit, quòd in fideicommisso de quo agitur, nepotes ex fratribus non admittuntur simul cum patruo, & ideo Hannibal patruus; quia proximior in gradu videtur excludere filios fratris eius nepotes. ista conclusio videtur in casu isto indubitanter procedere stantibus verbis supra dictis, salua gradus prærogatiua, ex quibus vna persona in locum alterius non debet subrogari, dicta authentica, defuncto C. ad Tertyl vbi Pau. de Cast. sed extra istum casum sunt opiniones glo. in l. cum ita. §. in fidei-
13 commisso. de legat. 2. allegatur quòd in † fideicommissi successione filius intrat locum patris & succedit simul cum patruo: & Imo approbat illam gloss. quam videtur sequi Alex. in consi. 83. Quod concurrere debeant. lib. 1. & in cõsi. 137. Præclare. eodem primo lib. in consi. 26. Videretur lib 3. alia est opinio Bald. in d. l. cum ita. §. in fideicommisso. qui tenet illam gloss. & ibi ad finem distinguit, quòd aut agitur de successione legali, & filius in locum patris succedit, authen. cessante. C. de legi. hæredi. allega. in gloss. ibi, aut agitur de successione ex dispositione testatoris, prout in casu nostro in fideicommissis, & tunc prioritas in gradu inspicitur & filius fratris cum patruo non succedit. Et istam opinionem Bald. sequuntur ibi Rapha. Cuma. & Floria. & idem Cuma. in consil. 106 Mulier instituit maritum, & Angel. Aret. in §. cum filius, instit. de hæredi. quæ ab intest. in uersicu. deinde ista regula. Et idem Alex. hoc idem sequitur in consi. 203. Consideratis uerbis. lib. 2. in versi. confirmatur prædicta. & idem Alex. in consi. 4. Ponderatis uerbis testamenti. lib. 4. & in cõsi. 129 Perspectis his lib. 5. Et licet uariauerit Alex. uidetur magis adhærere huic opinioni, vt dixi in consilio meo primo, ubi late cõsului secundum opinionẽ Baldi. Et ita iudicatum fuit in tota Curiæ Romanæ dum legerẽ Florentiæ, & in dicto consilio multa dixi quæ ad propositum conferunt: & præsertim declaraui quod gl. in d. l. cum ita. §. in fideicõmisso, non dicit neq; probat illud ad quod allegatur. & gratia breuitatis non refero; & quia de facili uideri potest: & maxime quia in casu isto talis disputatio non uidetur necessaria stantibus uerbis illis, salua gradus prærogatiua, ut supra dictum est, & ex omnibus supra dictis cõcurro in sententiam domini Consultoris, & his breuiter fui contentus, quia aduersa corporis ualetudo me in scribendo longiorem esse non sinit.

EPITOME Consi. CCCCIX.

Ex temporis diuturnitate solennitas requisita omissa interuenisse præsumitur, si ille, cuius interest actum impugnare, eius notitiam habuerit.

SVMMARIA.

1 *Solennitas consensus capituli, & aliæ solennitates requisitæ in alienatione bonorum ecclesiæ, propter diuturnitatem temporis præsumuntur interuenisse.*
2 *Licentia Papæ ex diuturnitate temporis præsumitur interuenisse in testamento Cardinalis, in quo licentia Papæ requiratur.*
3 *Consensus expressus vbi requiritur, non præsumitur.*
4 *Verbum voluntas, in tacita voluntate verificari potest.*
5 *Consensus de sui natura videtur importare consensum expressum.*
6 *Patientia, & scientia diuturna idem operatur quod consensus expreßus.*
7 *Solenniter interuenisse præsumuntur omnia propter antiquitatem temporis.*
8 *Solennitas extrinseca an præsumatur propter diuturnitatem temporis.*
9 *Diuturnitate temporis præsumitur de forma requisita in alienatione bonorum ecclesiæ.*
10 *Institutus rite in beneficio fuisse præsumitur, qui diu fuit in possessione beneficij.*
11 *Alienatio facta per emphyteutam ex diuturnitate temporis præsumitur facta de consensu domini.*
12 *Præsumptio quæ insurgit ex diuturnitate temporis non est efficax, quominus contrarium probari poßit.*
13 *Patientia & scientia eius qui actum impugnare potuisset, si interuenit cum diuturna perseuerantia, præsumendum est quod solennitas actus interuenerit.*
14 *Rescriptum debet interpretari secundum intentionem concedentis.*
15 *Pecunia est de rebus quæ seruando seruari non possunt.*
16 *In solutum datio habet vim venditionis.*

Viso consilio præclarissimi V. I. doc do. Ludouici de Gozadinis. ex pluribus quæ ipse accurate & subtiliter deducit, iuridicam esse arbitror cõclusionem ab eo firmatam. Et de simplici subscriptione requisitus ultra superius dicta confirmatur supra scripta conclusio authoritate Pet. de Anc. in cons. 135 Ex consilijs excellentium doctorum. vbi in simili casu consuluit, ex cursu triginta annorũ purgatur omne vitium qd in ꝯtu monialium interuenisset: quia præsumitur authoritas decreti, & authoritas superioris interuenisse: arg. l. filius. C. de pet. hæ. l. qui aliena § sed si non adierit. ff. de acq. hær. Et ẜm istam conclusionem in terminis etiã consuluit Alex. in consi. 79. Circa primum de quo quæritur, in secũdo dubio, lib. 1. & ibi plenius loquitur in consi. 45. lib. 7. ẜ alleg. Et ex pluribus
1 concludit † solennitas consensus capituli, & tractatus, & aliæ solennitates requisitæ in alienatione bonorum ecclesiæ ꝑ diuturnitatem temporis pręsumuntur interuenisse. Et idem in simi-
2 li casu consuluit Aret. in cons. 36 Casus talis est. ubi tenet † testamentum Cardinalis, in quo licentia Papæ requirebatur, ex diuturnitate præsumitur interuenisse. Et ista allegando alias consului, ut patet in consi. 35 Et cũ ista liberatio facta sit authoritate summi Pontificis alia solẽnitas non requirebat, vt Abb. tradit in cõsi. 41. Videndum est. lib. 1. vbi adhoc alle. tex. in c. ad audientiã, el 2. cũ gl. de eccle. ædific. Solum superest rñdere ad alle. ĩ in contra-
3 rium in quibus uis tota consistit: vnde non ob. † vbi requiritur consensus expressus, nõ præsumitur, ẜm Abb in c. ea noscitur, in fi. de his quæ fiunt a præla. quia rñdetur consensus ubi requiritur debet esse expressus, ut not. Aret. in l. 2. §. uoluntatem. ff. solu.
4 mat. ubi inquit in 3. col. & aduerte. † licet uerbum uoluntas, etiã
5 in tacita uoluntate uerificari possit, tñ † consensus de sui natura uidetur importare consensum expressum, & Bald. idem uidetur velle in d. §. voluntatem, & no. in auth. locum. C. de colla. & in c. fi.

c.fi.§.fi.de indi.in 6.ubi Domi.in prin. & cum propter antiquitatem consensus præsumatur, vt no. Ang. in l. qui aliena, in prin. ff. de acquiren. hære. cum simi. supra alleg. ergo uidetur quòd etiam expressus consensus præsumatur: & hoc expresse dicit Alex. in d. l. 2. §. uoluntatem. in princ. in versi. hoc tamen limita ubi inquit
6 † ꝙ scientia, & patientia diuturna idem operatur quòd cõsensus
7 expressus, & hoc confirmatur ratione, quia cum propter † antiquitatem temporis omnia solenniter præsumantur interuenisse per supradicta: ista ratio pariter militat in consensu expresso: quia præsumuntur interuenisse eo modo quo requirebantur: & dom. Abb. in d. c. ea noscitur. non negat hoc: quia non loquitur data antiquitate temporis, ut supra dictum fuit, & de hoc non vi
8 detur dubitandum Non obst. † ꝙ propter diuturnitatem temporis solennitas extrinseca non præsumatur, ut uoluit Abb. in cap.
* Albericus. de testi. in uer. ego arbitror. quia * *communis* opinio est in contrarium, ut Feli. ibi concludit, & patet ex his quæ tradunt Alex. & Moder. in l. sciendum, de verb. oblig. Non obst. ꝙ forma rescripti non apparet ꝙ fuerit obseruata de consensu capituli requisito, & de quatuor viris eligendis qui essent omni exceptio-
9 ne maiores; † quia ex diuturnitate temporis præsumitur ꝙ talis forma seruata fuerit, sicut præsumitur de forma requisita in alienatione bonorum ecclesiæ, vt supra dictum est, sicut etiam præsumitur de licentia Papæ secundum Aret. in consi. 36. supra alleg. & de consensu consanguineorum requisito in contractu mulieris, vt dictum est: & de vnione quæ facta præsumitur solenniter propter antiquitatem, no. Pet. de Anch. in consi. 161. In quæstione ecclesiæ, in fi. & Ro. in consi. 285. Quo ad primum & de executio
10 ne sententiæ no. Pet. de Anch. in consi. 30. Visa petitione. & † clericus qui diu fuit in possessione beneficij præsumitur quod rite fuerit institutus. ut no. Bal. in l. sine possideris in 4. op. C. de prob.
11 & do. tradunt in cap. illud, de præs. & † ex diuturnitate temporis præsumitur ꝙ de consensu domini facta sit alienatio per emphyteutam. ut Alex. scribit in consi. 111. Viso & diligenter considerato lib. 4. Non obst. illud in quo videtur difficultas consistere, ꝙ illa præsumptio, quæ insurgit ex diuturnitate temporis, tollitur per instrumentum liberationis, in quo apparet formam literarum seruatam non fuisse, ut tradit Paul. de Cast. in consil. 48. In
12 causa quæ vertitur, & ad hoc facit † quia præsumptio quæ insurgit ex diuturnitate temporis non est efficax quominus contrariũ probari possit: ut no. Cy. in l. si certis annis. C. de pac. in 10. q. Bal. in l. 2. in fin C. de do. prom. & Alex. in consi. 113. Super primo dubio lib. 1. Quia pro responsione considerandum est, ꝙ quando in instrumento nõ apparet de solennitate bene verum est ꝙ tempore confecti instrumenti illa solennitas adhibita non uidetur: quia si interuenisset uerisimiliter in instrumento dictum fuisset, sed per hoc non excluditur quin alio die potuerit interuenire solennitas de qua agitur, & ex diuturnitate temporis præsumitur interuenisse, dato quòd in instrumento hoc nõ dicatur, ut sentit Pet. de Anch. in d. consi. 135. & Alex. in d. consi. 39. lib. 1. quæ ad hoc ponderauit Feli. in c. sicut. in pe char. uer. septimo & ultimo,
13 de re iu. Et pro uera resolutione dicendum est † ꝙ quando scientia & patientia eius qui actum impugnare potuisset, interuenit cum diuturna perseuerantia, est præsumendum pro solennitate actus: quia uerisimiliter non fuisset tanto tempore toleratus ab eo qui habebat notitiam de tali defectu, secus si uerisimiliter ille cuius consensus requirebatur non habuisset notitiam: quia tunc diuturnitate temporis ille defectus non purgatur, ut Alex. concludit in consi. 9. Viso themate lib. 3. & ideo cum in tali casu nostro contractus de quo agitur longo tempore obseruatus fuerit sciente & patiente capitulo, nõ uidetur ꝙ nunc impugnari possit. Non ob. ꝙ contra præsumptionem quæ habetur ex diuturnitate temporis contrarium probari possit: quia uerum est si certa & concludens probatio facta esset, quæ in casu isto non habetur: quia licet in instrumento non appareat, prout tamen interuenire potest, præsumitur ex diuturnitate tẽporis, ut supra dixi. Non obst. ꝙ ex alio capite forma literarum non fuit seruata: quia dicitur in supplicatione, recepta competenti in pecunia numerata satisfactione, & pecunia debet conuerti in emptionem aliorum bonorum immobiliũ, alioquin præsens concessio nullius sit valoris & momenti: quia respondetur ꝙ Papa in ipsa concessione plenius loquitur dum inquit: recepta concedenti satisfactione etiã
14 in pecunia numerata: vnde considerandũ est † ꝙ rescriptum debet interpretari secũdum intentionẽ concedentis, ut est dictum Inn. in c. cum ecclesiast. de exce. & sequitur Bald. in l. rescripta. C. de preci. impe. offe. & no. Bal. per illum text. in l. ex facto. de vulg. & pup. in 3. no. & intentio Papæ fuit cõsulere idemnitati ecclesiæ, & uoluit ꝙ pecuniæ conuertantur in emptionem prædiorum:
15 † quia pecunia est fragilis, cum sit de rebus quæ seruando seruari
a non possunt, [a] ut not. per glo. & doc. in l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad Tre. & est tex. in §. constituitur. inst. de usufr. & ideo si aliqua res data sit insolutum uidetur euitari circuitus, iuxta l. dominus testamento. ff. de condi. inde. & in cle. auditor. de rescrip. & immediate videtur satisfactum intentioni summi Pontificis, qui cogitauit in effectu ꝙ bona immobilia ecclesiæ acquirantur, ex quibus utilitati ecclesiæ melius consultum uidetur: & forma adimpleta uidetur, ꝙ uerba illa recepta cõdecenti satisfactione in ista datione in solutum uerificata sunt l. si rem. §. omnis. ff. de pigno.
16 act. ubi text. & quia † datio in solutum habet uim uenditionis l. eleganter. in princ. ff. de pig. act. Non obst. ꝙ pecuniæ deponi debuissent, quia illud uerum est si pecunia numerari debuisset, sed ex quo aliter satisfactum fuit per dationem in solutum, non cadit ꝙ pecuniæ deponantur. Non ob. ꝙ liberatio fuit prius facta ante dationem in solutum, quæ prius fieri debuisset secundum tenorem literarum, quia cũ isti actus facti sint incontinenti, non consideratur ordo scripturæ, sed prius uidet. factus ille actus qui debuit præcedere, ut not. Bal. in l. cum in testamento. §. hæc uerba. ff. de hære. instit. ubi inquit ꝙ si in instrumento dicatur ꝙ pater donauit filio & ꝙ illum emancipauit, præsumitur ꝙ emancipatio prius facta fuerit. Et idem sequuntur Ange. & Imol. in d. §. hæc uerba. & Alex. in l. 2. §. prius. ff. de vulg. & pupilla. in l. diuortio, in prin. ff. solu. matri. & in consil. 81. Lecto. lib. 3. & ita in proposito uidetur quòd uideatur satisfactio præcessisse, quæ prius fieri debuit. Præterea in casu isto a principio fuit uenditio: quia fuit facta liberatio pro ducatis centum sexagintanouem, & pro illo pretio res fuit data in solutum, quo casu non per hoc desinit esse contractus emptionis & uenditionis. l. pretij causa. C. de rescin uendi. & cum esset uenditio solo consensu fuit perfecta. §. 1. insti. de emptio. & uenditio.

ADDITIO.

a ¶ Non possunt.] Idem Phil. Deci. l. si filiusfa. si cer. pet. late And. Tiraq. in retrac. proximi. §. 1. gl. 7. nu. 103.

EPITOME Consi. CCCCX.

Probationes in crimine læsæ maiestatis contra tertium imperitum debent esse concludentes. Neque ob id eius memoria damnari debet.

SUMMARIUM.

1 *Proclamationibus & cridis arguitur bona fides.*
2 *Bona fides ex possessione præsumitur, & in dubio etiam bona fides præsumitur.*
3 *Possessio intitulata fortior est.*
4 *Priuilegium eius qui tractat de damno euitando præfertur priuilegio in quo tractatur de lucro captando.*
5 *Conditio possidentis in re dubia potior est.*
6 *Criminosus a die commissi delicti non potest bona sua alienare.*
7 *Statutum si loquatur de instrumento vel damno dato debet prius apparere quod sit instrumentum vel damnum datum.*
8 *Statutum quod contra non citatum valeat sententia, non valet.*
9 *Assertioni ducis non statur in crimine læsæ maiestatis.*
10 *Testificari non potest rex siue princeps in causa propria.*
11 *Verbis narratiuis Papæ quibus vult aliquem priuari iure suo non creditur nisi culpa probetur.*
12 *Feudum auferre non potest princeps vasallo suo sine causæ cognitione.*
13 *Dominium directum habet dominus in feudo.*
14 *Priuilegium datum in instrumento intelligitur inter eos inter quos factum fuit instrumentum.*
15 *Testes inhabiles admittuntur ad probandum crimen læsæ maiestatis, non tamen admittuntur ad probandum adminicula talis delicti.*
16 *Crimine læsæ maiestatis à filio commisso non punitur pater.*
17 *Citationis defectum supplere non potest princeps contra subditum.*
18 *Decretum quod iniquitatem & iniustitiam continet, non valet.*
19 *Statutum non potest eradicare naturalem iustitiam.*
20 *Rescriptum quòd iustitia alicui denegetur, non valet.*
21 *Clausula ex certa scientia de plenitudine potestatis, & clausula motu proprio tunc habent vim, & effectum operantur quãdo processum fuit cum causæ cognitione, alias secus.*
22 *Princeps etiam de plenitudine potestatis non potest tollere ius quæsitum ex contractu.*
23 *Clausula motu proprio, nihil operatur in præiudicium tertij.*
24 *Citatio est de iure naturali.*
25 *Citationis defectus nunquam tollitur nec excluditur.*
26 *Crimen læsæ maiestatis an possit post mortem ipsum crimen committentis damnari, an saltem eius memoria damnari possit respectu bonorum & quando.*
27 *Alternatiuæ pars vna intelligitur secundum aliam partem.*
28 *Memoria alicuius vt damnari possit non sufficit probare eum esse reum læsæ maiestatis, sed præcise requiritur quòd probetur tale crimen commissum fuisse aduersus ipsum principem.*
29 *Principis morte vel læsione totus status patriæ concutitur.*
30 *Fugientis animus in fuga considerari debet.*
31 *Crimen læsæ maiestatis solùm committitur contra personam principis & eius*

eius officiales qui nomine ipsius administrant, secus est contra eos qui principaliter propter se iurisdictionem administrant, licet iurisdictionē habeant à principe.



N causa Mota Mediolani contra dom. Bartholinum Dadda agam paucis: quia causa coram doctissimis viris agit, videlicet magnifico & excellentissimo iurisconsulto do. Hieronimo Perobono, & magnifico & eminenti V.I. docto. do. Francisco Tabena, quem dum legerē Papiæ noui in tenera ætate quam præcox eius ingeniū præuenit, & in eo tunc extabant perspicua indicia probitatis & futuræ doctrinæ: studendo igitur breuitati visa instructione casus propositi & oībus quæ deducta sunt diligenter perscrutatis & circūspectis, arbitror & concludo partes magnificorum & excellentissimorum commissariorum esse in absoluendo dictum do. Bartholinum a petitis. Pro cuius conclusionis euidenti, & palpabili demonstratione sic proceditur. Constat. n. intentionem do. Bartholini fundatam esse ex instrumento emptionis & venditionis quæ ab eo bona fide facta præsumitur. l.2.C. de euict. not. Bar. in l. cùm quærebatur, C. vnde vi. Bald. in l. intra vtile. §. vendentibus. ff. de mino. cum simi. quæ no. sunt: & quia talis contractus fuit factus palam, & publicè mediā-
1 tibus cridis & † proclamationibus ex quibus etiam bona fides arguitur. l. cùm ipse. C. contrahen emp. & in l. non existimo, in prin
2 cip. ff. de admini. tuto. † accedit etiam possessio propter quam ēt bona fides præsumitur: ut no. Bal. d. l. Celsus. versi. dico etiam. ff. de vsucap. & in dubio etiam bona fides præsumitur: ut no. per gl. inst. de vsucap. in prin. in verbo bona fides. & in c. si diligenti, in verbo, bona fides. ff. de præscri. & hoc maximè vī in casu isto in
3 quo possessio cum titulo concurrit, † & possessio intitulata fortior est: ut not. Bart. in l. j. vti possid. & in l. si duo, ff. eod. titu. & cū iste cōtractus iā pluribus annis obseruatus fuerit, non ita de facili retractari debet, vt dicit text. in capitulo contingit, de transactio. ibi, si fuerit aliquod annis obseruata, & quia agitur de alienatione facta ex causa onerosa quæ difficilius reuocatur. l. qui autem, §. hoc edictū. §. similique modo. ff. de his quæ in frau. cred. l. pen. C. de reuoc. his quæ in frau. & no. per glo. in §. item si quis in fraudem. Instit. de actio. & ex infra dicendis liquidò apparebit de veritate, & iustitia supradictæ conclusionis, & etiam si esset res dubia deberet pronuntiari in fauorem do. Bartholini. Primò, qa ipse tractat de dāno euitando, quia habet causam onerosam ex titulo emptionis: & agentes nituntur ex titulo lucratiuo: scilicet ex titulo donationis: vnde fauorabilior est causa ex parte rei, qui tractat de damno euitando. l. fi. §. licētia. el j. C. de iure delib. l. qui autem, in prin. iuncto. §. similiq; modo. ff. de his quæ in frau. cre.
4 & in l. in re obscura. ff. de regul. iur. † & ideo priuilegium eius qui tractat de damno euitando præfertur priuilegio in quo de lucro tractatur: ut not Bal. in auth. perpetua. C. de sac. san. eccle. Pet. de Anchar. in consil. 36. Contra Ioan Pau. de Cast. in cons. 317. Vt bene attingatur. in fi. Secundò quia do. Bartholinus est reus quo casu in dubio in fauorem rei pronuntiandum est. l. fauorabiliores. ff. de reg. iu. in reg. cum sint partium iura. de reg. iur. in 6. & in c. ex literis de prob. c. inter dilectos. in fi. de fide instrumentorum & hoc procedit etiam si probationes actoris in aliquo probationes rei excedant: ut Abbas dicit in d. c. ex literis. per glos. in c. clerici. 81. distin. idē Abbas in c. ad nostram, de probatio. & in c. in nostra. de testib. & in c. cum P. de accu. Tertiò concurrit possessio q̄ apud dominum Bartholinum reperitur: nam magnum est cōmodum possessionis. §. commodū. Instit. de interdictis. & ideo in re
5 † dubia melior est conditio possidentis: vt no. per gl. 1. q. 5. in c. nulli dubium. & in no. q. tradit Bal. in c. capitulum. de rescri. Bart. in l. si inter. ff. de rebus dub. in l. 1. §. non autem. ff. de s̄m tab. Quartò & vltimo accedit q̄ in effectu fundamentum agentium est in iure fisco competenti: quo casu etiam in dubio contra fiscū pronuntiari debet. l. non puto. ff. de iure fis. qui tex. vī optimè procedere in casu isto in quo agitur de pœna: vt dixi in d. cap. ex literis & à fortiori ex quo omnia supra dicta concurrunt in dubio etiā conclusio superius firmata indubitanter procederet, & ex omnibus s̄ dictis (vt dixi) intentio cōuenti fundata vī. Solum superest ad ea quæ in contrarium adducuntur r̄ndere. & in hoc vis tota cōsistit. Non obstat ergo quod principaliter in contrarium allegat de ducali decreto quo cauetur, q̄ in crimine læsæ maiestatis bona omnia ipso iure Cameræ ducali confiscata & incorporata intelligantur & sint absque aliis processu & declaratione fiendis vt in decreto continetur: & idem videtur esse de iure communi: qa
6 à die commissi delicti non potest † reus bona eius alienare. l. fi. C. ad legem Iuliam maiestatis. quia ad hoc respondetur quòd cum d. l. fin. & decretum loquantur de crimine læsæ maiestatis, in primis constare debet legitimis probationibus quod tale delictum per dominum Leoninum Biliam commissum fuerit ex eo quod
7 no. Barto. in l. diuus ff. de testa. milit. vbi dicit q̄ † si statutum loquitur de instrumēto vel damno dato, debet prius apparere q̄d sit instrumentum vel damnum datum, de quo statutum loquit̄. & idem no. Bar. in l. 1. §. & parui. ff. quod vi aut clam. Bal. in l. si n. ō sortem. §. j. in princip. ff. de condictio. indebi. in l. 2. C. de execut. rei iudic. Abb. in capit. ex parte. el 2. de offic. deleg. cum similib. vt tradit Alex. in consi. 33. Viso themate. lib. 1. in consi. 3. In causa & lite. lib. 2. & facit quod not. Bar. in l. non putauit. in §. non quasi ff. de contratab. not. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re indicat. & in casu isto non videtur probari sufficienter de tali crimine læsæ maiestatis, maximè contra dominum Bartholinum vt statim dicam. Non obstat si dicatur quòd de tali delicto euidenter constare videtur ex assertione Ducis Ludouici qui in donatione quā fecit, attestatur dictum domi. Leoninum rebellem, eo quod ad Gallos hostes confugit, & ipsum Ducem & statum eius, armis, & omni genere hostilitatis, oppugnauit, vt meritò læsæ maiestatis crimine condemnandus & puniendus sit, & per has nostras literas cum condemnamus, & condemnatum esse volumus. & isto p̄textu fuit facta donatio ab ipso Duce Ludouico ex certa sciētia, & de plenitudine potestatis, & motu proprio supplentes eadem potestate, & scientia, & motu proprio omnibus & singulis defectibus, ut in dicta donatione plenius cōtinetur: quia ad hoc in quo potissimum fundamentum ab aduersa parte fieri videtur iuridicè responderi potest, quod tali assertioni, & huiusmodi verbis narratiuis Ducis nullo modo credendum sit, nec per talem declarationem dictus domin. Leoninus dicitur rebellis, nec incidisse videtur in crimen læsæ maiestatis: & hoc euidenter pluribus modis probatur. Primò, quia talis declaratio fuit facta ab illustrissimo Duce Ludouico ex abrupto, & sine aliqua causæ cognitione, quo casu fuit nulla l. ex stipulatione. ubi Bar. C. de senten. no. Barto. in l. prolatam. C. eod. titu. nam eodem instanti fuit facta donatio & dicta declaratio, in qua ex breuitate temporis manifestè apparet causæ cognitionem non interuenisse: & per consequens sententia fuit nulla, vt Bartol. concludit in dict. l. prolatam, in fi. & idem Bald. tradit in consi. vlti. in titu. de re iudi. Pet. de Anch. in consil. 82. Visis diligenter. in consil. 188. Visis cōsilijs. in consi. 256. In causa & quæstione. Fulg. in consilio. 165. In quæstione. in princip. Alexan. in consi. 33. Viso themate. libr. 1. & in consi. 217. Visis verbis lib. 2. cum simi. quæ nota sunt. Secundò talis declaratio impugnatur & redditur nulla: quia in tali sententia declaratoria dictus dominus Leoninus citatus non fuit, vnde clarum est quod sententia lata absque citatione est nulla. l. 1. §. item cum ex hoc edicto. ff. quæ senten. sine appell. rescin. l. secunda ubi Bal. C. si per vim vel alio modo. & no. Calde. in consil. 8. in titul. de re iudica. Pet. de Anch. in consil. 212. De iure cōmuni. in prin. in consi. 260. Ex verbis & hoc procedit etiam in principe, ut not. Bald. in l. fin. per illum tex. C. de leg. & facit tex. in cle. pastoralis, de re iudica. & not. Abb. in capitul. 1. in vltim. not. per illum text. de causa possession. & proprie. & hoc procedit in summariis. in cle. sæpe. de verb. sign. & etiā dato quòd iudex se de facto informari possit, citatio necessaria est alias sententia est nulla:
8 vt Roma. scribit in consi. 245. Hæc sententia. † & non valet statutū quod contra non citatum, valeret s̄nā, ut no. Bal. in l. j. versic. sed hic quæritur. C. quomo. & quan. iud. & talis nullitas quæ insurgit ex defectu citationis non tollitur à statuto quod generaliter nullitatem actus remoueret: ut not. Card. in d. consil. 8. in fin. de re iudic. Pet. de Anch. in d. consil. 212. De iure communi in fi. Ange. in consi. 277. In facto proponitur. circa fi. Tertiò principaliter respondetur quod assertioni & narrationi Ducis Ludouici non est credendum: quia est speciale in Papa clem. 1. de probat. & non habet locum in laicis: vt not. Pau. de Cast. in consil. 158. Viso & examinato puncto. facit text. in c. cum nobis. in fin. de testi. & hoc in terminis in Duce mediolani tradit Card. in consil. 128. In quæstione quæ vertitur. in princip. ubi specialiter in Duce Me-
9 diolani concludit † quòd in crimine læsæ maiestatis non statur assertioni Ducis quòd quis tale crimen commiserit: refert Felin. in d. capitul. cùm nobis & sequitur Soci. in consi. 127. In præsenti consultatione. libro. 2. & hoc saltem videtur habere locum in casu in quo agitur de interesse Ducis, ut bona fisco applicentur: quo casu dicit And. de Iser. in capitul. 1. in princip. & ad fi. in
10 titul. quo temp. mil. † quod regi nec princi pi creditur si attestaretur per literas eius vel per priuilegium, quòd talis fuit proditor suus, & propter hoc feudum quod ipse tenebat ad ipsum dominum redijsse, & illum alteri concessisse: quia testificatur in causa propria, in qua non est testis idoneus. l. nullus. ff. de te-
11 sti. & † ideo non potest etiam Papa per verba sua narratiua priuare aliquem iure proprio, nisi culpa probetur ut dicit Abb. in d. clemen. 1. in fin. per tex. in capitu. 1. de feud. sine culpa non amit. & idem Abb. in cap. quæ ecclesiarum, in princip. de constitut. di-
12 cit † quod princeps non potest sine causæ cognitione feudum vasallo suo auferre, alias esset in potestate principis priuare ali-

quem iure ſine cauſa ex ſola narratione, quod abſurdum vide-
13 tur: vt Felin. ibi dicit in 6. char. & ſi hoc eſt in † feudo in quo do-
minus hab. t directum, à fortiori hoc eſt dicendum in caſu iſto, in
quo agitur de auferendo dominium acquiſitum de iure gentium
mediante traditione facta à domino ex cauſa venditionis, quod
quidem dominium ſine cauſa auferri non poteſt: vt not. Bar. in l.
fin. in verſic. ſecundò quæritur. in fi. in verſ. tertio quæro. in prin
cip. C. ſi contra ius vel vti. publi. & in proœ. digeſt. ibi, quæro. ſe-
cundum Iaco. de Are. in fi. ibi, ſed tu dic. Pet de Ancha. in conſil.
252 Pro intelligentia in fi. Ang. in conſ. 139. Viſis omnibus. dom.
Ant. de But. in conſi. 67. In facto proponitur. Ioan. de Ana. in con
ſil. 81. Viſo inſtrumento. Alex. in conſi. 101. Viſis inſtrumentis. li.
1. & in conſi. 107. In cauſa in verſi. item non obſt. eo. 1. lib. cum ſi-
milib. quæ nota ſunt. Quartò principaliter reſpondetur, & aduer
tendum eſt quod decretum, & omnia quæ in contrarium adduci
poſſunt, habent locum quando agitur contra illum qui deliquit
a & non procedunt contra tertium [a] poſſeſſorem, qui ex delicto
alterius conuenitur, & contra eum probationes priuilegiatæ nõ
admittuntur: hoc probatur ex eo quod no. Bart. in l. ſi quando. C.
vnde vi. in verſic. quæro dicit ſtatutum. vbi concludit quod licèt
in caſu illius. l. ſi quando admittatur probatio per iuramentum,
hoc procedit in caſu in quo ille text. loquitur, videlicet quando.
agitur contra illum qui deliquit, quia ex dolo ſuo conuenitur. &
glo. ibi in verbo manifeſtè, dicit illud ſtatutum fuiſſe in odium e-
ius qui violentiam intulit ſecus dicit Bar. ſi agatur contra alium
qui non deliquit, puta contra villam, quæ ex forma ſtatuti tenet
ad æſtimationem damni dati in eius territorio: quia tunc illa pro
batio priuilegiata per iuramentum non admittitur contra villã,
quæ ex delicto alterius conuenitur: & dicit Bar. ibi quod Dy. Ia-
* co. But. Cy. & doct. *omnes* ita tenent. Et idem Bar. tenet in l. ne qd
ff. de incen. rui. naufra. in l. 1. in verſ. ſecundò quæro. ff. fur. aduer.
nau. caupo. in l. ſemper. §. fi. ff. quod vi aut clam. & not. Abb. in c.
1. §. conuenticulas. in verſi. item quòd credatur iuramento. de pa
ce iura. firman. & Abb. idem ſequitur in cap. fi. quòd met. cau. in
verſic. & hæc faciunt ad quæſtionem. & ibi dicit quòd ita cõmu-
niter tenetur. Cum ergo in caſu iſto agatur contra tertium poſſeſ
ſorem qui non deliquit, probationes legitimæ requiruntur: & de
cretum intelligitur quando agitur contra tertium delinquẽtem:
& ita loquitur vt colligitur ex proœmio decre. ibi, ad cohibendã
hominum ſceleratorum audaciam, qui tractatus ducere, & ma-
nus iniicere in principes non verentur. Ex tali enim proœmio ra
tio finalis decreti colligitur: ut not. Bar. in l. fi in prin ff de hæred.
inſtit. in l. 1. in princ. ff. ad maced. Alex. in conſi. 7. Viſis. lib. 2. & in
conſ. 55. Quoniam. in princip. lib. 5. & talis ratio non poteſt adap-
tari in tertio poſſeſſore qui non deliquit, & ideo contra eum de
cretum non intelligitur. & in ſimili no. Bal. in l. 1. C. commu. de le
14 ga. ubi dicit † quod priuilegium datum inſtrumento, intelligitur
b inter eos inter quos factum [b] fuit inſtrumentum. cum ſimilibus,
ut Alex. tradit in conſi 83 Viſo themate ſupra ſcripto. li. 3. & hoc
expreſſe diſponitur in additione facta decreto, in fin. in verſicul.
quarto & vltimo. vbi ad literam dicitur quia, non fuit nec eſt in-
tẽtio noſtra ius alicui quæſitũ tollere, declaramus & decernimus
quod per aliquas donationes vel aliàs quaſuis conceſſiones tam
factas quàm fiendas, non intelligatur alicuius quæſitum ſublatum
eſſe in quacunque conceptione verborum talis donationis, niſi
ſpecialis ſit clauſula non obſtante, ꝙ alteri ſit ius quæſitum. & ſic
etiam ex verbis dicti decreti apparet quòd dicta donatio nõ ha-
beat in aliquo præiudicare dicto domi. Bartholino tertio poſſeſ-
ſori. Et vlterius conſiderandum eſt, quòd in materia huius decre
ti, & læſæ maieſtatis ſtricta interpretatio fieri debet ex eo quod
no. Bar. in l. in quæſtionibus. ff. ad legem Iuliam maieſt. vbi dicit
15 quòd licèt † teſtes inhabiles admittantur ad probandum princi-
paliter crimen læſæ maieſtatis. d. l. in quæſtionibus, & in capit. per
tuas de ſimo. non tamen tales teſtes recipiuntur ad probanda ad
minicula talis delicti, & ſequitur Bald. in authentic. ſi dicatur. in
fin. C. de teſtibus. & facit quod not. Bartol. in l. patre. ff. de adulte.
dum diſponit quòd diſpoſitio l. quiſquis. C. ad legem Iuliam ma-
ieſta. quia loquitur de filiis, non haberet locum in nepotibus: ſi-
militer ille text. qui in filiis loquitur vt ipſi teneantur pro patre,
16 non haberet locum econtra, ſi † filius committeret crimen læ-
ſæ maieſtatis, non eſſet pater pro eo puniendus, ut not. Sali. in d.
l. quiſquis. Cùm ergo debeat ſtricta interpretatio fieri, aduerten-
dum eſt cùm generaliter in decreto diſponitur ꝙ credatur literis
principis ſiue ducis, videtur tale decretum habuiſſe præſumptio
nem pro ipſo principe pro quo præſumitur: vt not. per Cyn. &
doct. in l. fin. C. ſi contra ius. Abbas in cap. quæ in eccleſiarum. de
conſtit. cap. de cauſis. de re iudi. in cap. cùm inter. de excep. cum
ſimilibus & ipſo prætextu voluit decretum ſtare literis & aſſer-
tioni ducis, ſed in caſu iſto iſta ratio ceſſat: quia conſtat Ducem
Ludouicum abſque cauſę cognitione & ſine aliqua citatione ꝓ-
ceſſiſſe vt ſuprà dictum eſt, quo caſu non præſumitur pro princi-
c pe [c] vbi eſt defectus citationis, & ubi cauſæ cognitio non in-
teruenit, vt Abb. concludit in c. j. de cauſ. poſ. & proprie. & ibi di
cit ita limitari dictum Cy. in d. l. fin. C. ſi contra ius. quia etiam cõ
17 tra † ſubditum non poteſt princeps ſupplere defectum citatio
nis per tex. in d. clement. paſtoralis. & idem Abb. in ca. cùm olim.
de re iudi. Et ſuadetur iſta interpretatio, quia ſi verba ſtatuti de-
berent præcisè intelligi ut verba ſonant, quod credatur literis ẽt
in præiudicium non citati, & ſine aliqua cauſæ cognitione, eſſet
valde abſurdum: quia in effectu eſſet quis priuatus iure ſuo ſine
cauſa: ideo verba decreti temperari & moderari debent, ne abſur
dum ſequatur. l, nam abſurdum. C. de bo. lib. cap. in geneſi. de ele-
18 ctio. & in c. quemadmodum. de iureiur. & non † valeret tale de-
cretum quod iniquitatem & iniuſtitiam contineret, ut not. Bart.
in d. l. fi. C. ſi contra ius uel uti. pub. quia eſſet contra ſubſtantiã le-
gis, quæ debet eſſe iuſta & honeſta, ut dicitur in ca. erit autem lex
19 4. diſtinct. & ideo non † poteſt ſtatutum eradicare naturalem iu
ſtitiam, ut not. Bald in d cap. quæ in eccleſiarum. de conſti. in ver
ſic. ſed nunquid ſtatutum. & Angel. in conſil. 139. Viſis omnibus
vbi inquit quòd auferre mihi meum ſine cauſa, eſt iuſtitiam mi-
20 hi denegare: & non † valet lex vel reſcriptum quòd iuſtitia dene
getur etiam cum clauſula non obſt. tanquam contra ius naturale
vt not. Inno. in cap. quæ in eccleſiarum, de conſtit. & ex omnibus
ſuprà dictis euidenter patet quòd de crimine læſæ maieſtatis nul
lo modo probatum ſit contra domi. Leoninum de Bilijs princi-
palem. & multominus contra domi. Bartholinum Dadda tertiũ
poſſeſſorem: & iſta concluſio clariſſima redditur ex ſupra dictis.
Et huic concluſioni non obſtant clauſulæ quamplures, quæ in di
cta donatione & in decreto inſeruntur ad corroborationem di-
ctæ donationis & decreti: quia illis omnibus & ſingulis reſponde-
21 tur. Nã primo non obſtat † clauſula, ex certa ſcientia, de plenitu
dine poteſtatis, & clauſula, motu ꝓprio, quæ in dicta donatione
incertæ: ſunt qa omnib. dictis clauſulis rñdetur ꝙ prædictæ clau-
ſulæ tunc demum vim, & effectũ operantur, qñ fuit proceſſum
cũ cauſæ cognitione, ſecus ſi proceſſum fuit abſque cauſæ cogni
tione, qa parũ operantur: ut not. colligitur ex deciſ. Rotæ quæ ha
bet in deciſ. 230. Papæ confirmatio ex certa ſcientia. vbi allegat
Specul. in tit de legato. §. nunc oſtendendum. in verſi. 18. & nouiſ
ſimè Soci. tradit in conſi. 164. Viſa bulla. in verſic. ſed ad iſta om-
nia reſpondeo. vnde cùm in declaratione facta de crimine læſæ
maieſtatis cauſæ cognitio non interuenerit, vt ſupra dictum eſt,
prædictæ clauſulæ parũ vel nihil operantur. Secundò poteſt ſpe
cialiter reſponderi, ꝙ illa clauſula, ex certa ſcientia, intelligitur
in illis in quibus pręſumitur princeps habere notitiam, videlicet
in his quæ in iure conſiſtunt, ſecus in illis quæ in facto conſiſtunt
de quibus non præſumitur habere notitiam, quia tali caſu nihil
operatur: ut not. Bald. in l. fin. ver. dicas etiam. C. ſenten. non poſſ.
ſimiliter illa clauſula de plenitudine poteſtatis, in iſto caſu nihil
22 operatur: quia † non poteſt princeps etiam de plenitudine pote-
ſtatis tollere ius quæſitũ ex contractu, vt not. Bal in c. 1. §. ad hæc
in verſic. Item not. ex gloſſ. de pace iura. fir. & idem dicit Pau. de
23 Caſt. in l. digna vox. C. de legi. ſimiliter † illa clauſula, motu pro-
prio, nihil operatur in pręiudicium tertij, vt eſt dictum Hoſtien.
in capitu. cauſam quæ el 2. de teſti. & Abb. ibi poſt alios in fi. Car.
in conſi. 136. Præmitto. vbi alleg. clemen. 1. de præben. facit quod
nota. Pet. de Anch. in conſi. 183. Viſis conſiliis. Card. in conſi. 96.
Videtur vnio præmiſſa. in princ. & in conſil. 142. Videtur dicen-
dum. in uerſic. & ſi dicatur. & ſic talis clauſula non videtur dero-
gare iuri quæſito dicto domi. Bartholino Daddæ. Non obſtat
clauſula illa, ſupplentes omnibus & ſingulis defectibus. &c. quia
reſpondetur ꝙ talis clauſula ſolum reſpicit defectum donatio-
nis, quia reſtringit ſe vt colligitur ibi, in hac materia donationis,
non aũt ſupplet defectus qui concernunt condemnationem de
licti. Præterea, & ſi talis clauſula eſſet relata ad ſententiam de-
claratoriam delicti, intelligitur ſolum ſupplere defectus iuris
24 poſitiui, non autem defectus cauſæ cognitionis, & † citationis,
quæ eſt de iure naturali: vt nota. Petr. de Ancha. in dict. conſilio.
212. De iure communi. in verſicul. ſubſequenter. vbi hoc dicit in
imperatore. & inducit dict. clement. paſtoralis. de re iudic. Et idẽ
Card. ibi, in verſicul. cæterùm in 3. no. & tradit Alexan. in conſil.
79 Circa primum. verſicul. circa ſextum. libro. 1. Et hoc clarum
eſt in iſto caſu in quo clauſula iſta, ſupplentes, reſtringit ſe ad
defectum inſinuationis, & ſolennitatis requiſitæ. Similiter non
obſtat clauſula illa appoſita in decreto quòd ſicut iacet ad lite-
ram debeat obſeruari: quia iſta verba & ſimilia non excludunt:
iuſtam

ADDITIONES.

a ¶ Tertium.) Niſi à delinquente cauſam haberet Andr. Alciat. l. ſi quis nec cauſam. in fi. ſi cer. pet. intellige poſt delictum.

b ¶ Factum.) Principaliter. Bal. l. ſi pro te. C. de dot. pro.

c ¶ Principe.] Alexan. conſil. 2. in fi. lib. 1. vbi dixi. Idem Marti. Lauden. tracta. de princ. §. 87. Alcia. tract. de pręſum. regu. 3. præſumt. 8.

iustam interpretationem: vt no. Barto in l. omnes populi. versic. vltimò quæritur. ff. de iust. & iur. & dicit Bal. in c. 2. de resc. quod reformationes quæ debent præcisè obseruari per ista verba, non excluditur discussio & cognitio causæ: facit quod no. Bald. in l. si quis filium in fi. C. de lib. præte. cum simi. vt tradit Alex. in consi. 80. Viso. libr. 1. Vltimò, non obstat illa verba quæ sunt in ampliationem decreti quòd non possit obijci nec allegari quòd nõ appareat de delicto: quia respondetur, quòd ex quibuscunque
25 verbis nunquam tollitur. † neque excluditur defectus citationis vt no. Calder. in consi. 8. de re iudica. Pe. de Anch. in d. consi. 212. in fin. Angel. in consi. 177. in fin. cum similibus, vt dixi in capi. ex parte. el 2. de offi. dele. Et ita ex omnibus suprà dictis liquidò apparet, & inubitanter concludẽdum, non esse probatum legitimè crimen læsæ maiestatis, & maximè contra dictum domi. Bartho
26 linum. Sed reuocari potest in dubium, † an etiam tale delictũ nũc probari possit: & clarum est quod non contra domi. Leoninum qui mortuus est. l. fina. in princip. ff. ad legem iuliam maiesta. in l. defuncto. ff. de publi. iudi. Remanet tamen dubitatio an memoria eius damnari possit respectu bonorum, & text. in d. l. fi. dicit, ꝙ sic, quando tale delictum committitur aduersus rempublicã vel principem: & idem dicitur in §. publicorum. versicu. publica autem. instit. de public. iudic. & idem dicitur in l. pen. C. ad legem Iuliam maiesta. si contra maiestatem imperatoris committatur. & not. Angel in l. fin. C. ad leg. Iuli. maiest. in princ. Sed aduertendum est, quia dicta iura solùm locum habent in dictis duobus casibus quando ꝯtra rempublicam vel contra principem, secus est quando contra alia caupitula læsæ maiestatis, in quibus memoria damnari non potest, ut not. per gloss. in § per contrarium. in verbo, post mortem. instit. de hæred. quæ ab intesta. & in d. §. publicorum. in verbo, memoria. Et prædicti duo casus non videntur in casu isto verificari: nam de republica intelligitur de republica Romanorum, & ideo si faceret contra rempublicam Florentinorum eius memoria non posset damnari, vt dicit Angel. in l. 1. C. ne ex delic. defunct. in versiculo, in gloss. ibi, ex duobus casibus. & sequitur Bar. Vero. in consi. 17. Visa commissione. in fi. pariter ergo videtur quod dicitur de principe in d. l. fi.
27 intelligatur de supremo principe Romanorum: † quia vna pars alternatiuæ secundum aliam partem intelligitur: ut not. in l. 1. ubi Barto. ff. de rebus dubijs. & facit tex. in d. l. penult. ad legem Iuliã maiesta. ubi dictum de principe de ipso Imperatore intelligitur: vnde talis donatio memoriæ non videtur habere locum in Duce Mediolani qui maiestatem ab Imperatore habet, & ipse Imperatorem recognoscit. & hoc idem comprobatur: quia verba dictæ l. final. debent diligenter perscrutari, dum ibi dicitur, planè non quisquis legis iuliæ maiestatis reus est, in eadem conditione est ut eius memoria damnari debeat, sed solùm quando hostili animo aduersus rempublicam, uel principem animatus procedit, secus si ex alio capite legis Iuliæ maiestatis reus sit, quia morte crimine liberatur. Ex quibus verbis apertè colligitur quod nõ
28 sufficit probare † ꝙ quis reus sit læsæ maiestatis ad hoc vt eius memoria damnari possit, sed præcisè requiritur ꝙ probet tale crimen commissum fuisse aduersus ipsum principem, & in simili doct. dicunt quòd pœna l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiestatis. solùm habet locum in primo capite læsæ maiestatis. & nõ in alijs capitulis, ut no. Saly. in d. l. qsquis, in 1. opp. post Cy. ibi Pau. de Cast. in l. 3. C. de episcop. audi. cum similibus. ut Soci. tradit in consil. 275. In causa fratris. & idem Bartholo. Veronen. in consi. 79 Ego consult. Et cùm in tali materia debeat fieri stricta interpretatio, ut suprà dixi: vnde cum text. in d. l. fin. dicat de illo qui hostili animo contra principem animatus processit, & in illo de-
29 creto dicitur qui contra personam nostram commiserit: † quia ex morte, vel læsione principis totus status patriæ ꝯcurritur. & in rubr. dicitur decretum ꝯ personam principis, istæ qualitates dictæ. l. fina. & decreti debent probari, iuxta not. per Ioan. Andr. in capitu. 1. de homici. in 6. refert Bld. in l. si quis non dicam rapere. C. de episcop. & cleric. facit quod nótat. Bartol. in l. 1. §. 1. ff. ne quid in flumine publico. cum similibus. Et certè secundũ ea quæ narrantur, non videtur quod prædictæ qualitates probari possint: quia nullo modo apparet, nec probari ex narratis potest, ꝙ dictus Leoninus attentauerit aliquid contra personam principis prout iura suprà dicta loquuntur: nam dato quòd dominus. Leoninus fugam arripuerit cum exercitu Gallorum, ut narratur in dicta fuga non potest dici quòd personam principis vel Ducis oppugnauerit: quia ipse & totus exercitus Gallorum erat in
30 fuga, & dux illum insequebatur: nam † in fuga animus fugientis considerari debet. l. quis sit fugitiuus. §. item apud Iulianum. ff. de ædil. edicto. & ibi dicitur quòd iusta causa fugiendi est propter hostem: & fuit ita in casu isto, & fuga facta fuit propter partialitatem: quia Mediolan. non erat locus tutus, vnde tali casu non præsumitur contra fugientem: ut no. Bald. in l. in bonæ fidei, in princip. C. de reb. credito. allegat. d. clemen. pastoralis. & licet domi. Leoninus in exercitu Gallorum incederet cum armis, illud erat ad defensionem cum omnes essent in fuga: & dato ꝙ ex tali fuga videretur partes Gallorum sequutus, non uidetur propter hoc crimen læsæ maiesta. incurrisse: quia non omnis qui aduersatur principi & recedit ab eo & excludatur, dicitur comittere crimen lęsę maie. ut Bal. inquit in consil. 139. Quęritur utrum hi. libro 1. ubi concludit quòd ille qui noluit ire ad confinia sibi assignata: & omnes qui exules sunt & principi non obediunt, non committunt crimen læsæ maiesta. sed tunc demum quando quis insurgit ꝯ ipsum principem. facit quod no. Bart. in tractat.
31 qui sint rebelles. in verbo. repellendo. ubi dicit † quòd solùm crimen læsæ maiestatis committitur contra personam principis & eius officiales, qui nomine ipsius administrat, secus est contra eos qui principaliter propter se iurisdictionem administrãt, licèt habeant iurisdictionem à principe: & hoc non potest dici in Duce Mediolani qui nomine suo administrationem habet: & facit quod not. And. de Iser. in capit. quæ sint rega. in verbo, & bona. & dato quòd committatur crimen læsæ maiesta. non propter hoc infertur quòd memoria damnari possit, sed præcisè requiritur ꝙ contra personam principis delictum attẽtatum sit, quod in casu isto dici non potest, ut suprà dixi. Aufugit enim do. Leoninus propter tutelam corporis sui, & ex hoc non dicitur facere contra principem. c. petitio. de iureiuran. unde cum delictum læsæ maiesta. legitimè probatum non fuerit, nec videtur quòd de nouo probari possit per suprà dicta, iustificata remanet conclusio superius firmata quòd do. Bartholinus omnino absoluendus sit: & hæc dicta sint cum bona uenia illustrissimi Ducis nostri, qui pro suo & maiorum suorum optimo more causam de iure & pro iustitia commisit.

EPITOME Consi. CCCCXI.

Emphyteusis ecclesiastica concessa alicui pro se, & hęredibus masculis, intelligitur de descendentibus; quæ non alteratur per bonorum diuisionem.

SVMMARIVM.

1 *In emphyteusi ecclesiæ concessio facta pro se & suis hæredibus, intelligitur de descendentibus, cum ad extraneos transire non possit.*
2 *Emphyteusis à patre quæsita potest à fratribus diuidi.*
3 *Et in diuisione facta inter eos de emphyteusi cum remissione iuris quod habeant uel habere sperabant, non excluditur quominus alter frater qui superstit venire possit ad portionem fratris præmortui, secundum tenorem concessionis.*
4 *Emphyteuticam rem in sui portionem diuidendo accipiens, si illa sit euicta secundum tenorem contractus, de euictione agere non potest, & tali casu etiam pretium rei petere non potest, quia non ignorabat qualitatem rei.*
5 *Sententia lata contra minorem indefensum est nulla, & ei competit restitutio in integrum.*

VIsis his quę accurratè in casu ꝓposito scripta sunt per dom. Consultorem iurisconsultum præstãtissimum, iuridicam esse arbitror consultationem ab eo copiosè firmatam. Nam prima conclusio uidetur de plano procedere, quòd Raynerius ad emphyteusim de qua agitur, admittatur, considerato tenore concessionis factæ pro se & filijs & hæredibus: quia in effectu videtur recepta pro descendentibus, ut concludit Salicet. in l. 2. in 20 q. in fin. C. de iure emphyteu. dum inquit, interdum conceditur pro se & hæredibus suis, & tunc in ecclesia intelligitur pro omnibus descendentibus in infinitum, ut sequitur Alexan. in consil. 80. Viso. lib. 1. suprà alleg. & idem Alexan. in consi. 189. Viso & maturè discusso.
1 in princi. lib. 2. ubi † in emphyteusi ecclesiæ dicitur, quòd concessio facta pro se & suis hæredibus, cum ad extraneos transire non possit, de descendentibus intelligitur. Et vlterius ista conclusio alio modo comprobat per illa uerba masculini sexus: quia quando dicit de hæredibus masculis, de liberis & descendentibus intelligitur, vt tradit Rayn de Forli. in dispu. incip. Quidam habebat duos filios: quem refert & sequitur Bald. in l. Caius. ff. solut. matri. & in l. Gallus. § etiam de libe. & posthu. in l. liberti libertæque. in versicu. quòd ergo. C. de oper. liber. vbi inquit quòd illa adiectio, de hæredibus masculis, refertur ad descendentes: & sequitur Alexand. in d. §. etiam. vbi ad idem alleg. Ioan. Andr. in additio. Specu. in titul. de testa. in fin. Et idem Alexand. in consi. 105 Perspectis verbis. libro 1. Cum ergo in casu nostro agatur de emphyteusi ecclesię, prout loquitur Salicet. & dicatur de hæredibus masculini sexus, indubitanter concludendum est quòd veniãt omnes descendẽtes: & per consequens quòd dictus Raynerius nepos comprehendatur. Secunda conclusio similiter alterata

rata non videtur quòd ius quæsitum filijs dicti Raynerij,& dicto Raynerio nepoti, non fuit alteratum per diuisionem factam inter dominum Dominicum & Franciscum fratres, & filios dicti Raynerij actoris, ex eo quòd in terminis de emphyteusi Barto.scribit in l.qui Romæ.§ duo fratres.in 10.q. de verb.ob-
2 li. ubi primò concludit quòd† fratres possunt emphyteusim ab eorum patre acquisitam diuidere:alle.c.imperialem.§. præterea ducatus de prohi.feu.alie.per Fede.& idem tenet Barto.in l.& id eo.de con.furti.& Fede.in consi.228. Factum tale est, duo fratres in 1.dub.cum simi ut tradit Alex.in d.consil. 192 aliàs 189. Viso & maturè discusso.ver.nec habet obstare.lib.2.& in d.§.duo fratres.& idem Bart.in consil. 57.Ex themate prædicto.in 2.dub.& idem Barto.& Ange.in l.cum hi.§.si uni.ff.de transact.cum sim. & latè congerit Fran.de Cur.in consilio 98.Domin. Ioannes.& Laur.Calca.in consi.50. Non est dubitandum. Secundò ad propositum nostrũ concludit, in d.§.duo fratres.in d. quæstione.10.
3 quòd† in diuisione facta inter eos de emphyteusi cũ remissione iuris quod habebāt vel habere sperabant, non excluditur, quominus alter frater qui superest, venire possit ad portionem fratris præmortui secundum tenorem concessionis.& post alios ibi sequitur Alex.& idem concludit Fede.in consil. 67. Factum sic se habet.quidam Abb.ubi loquitur in terminis, & dicit quòd filiæ nō videntur habere aliquod ius:& quia exclusæ sunt per formā contractus.& idem Feder.in d.consi.228.in 3.dub. & idem Bar. in d.consil. 58. in 3.dub. Et secundum istam conclusionem latè consuluit Alex.in consil.21.Viso compromisso.lib.5 & in d.cōsi.185.Viso.lib.2 s̄.alleg.& idem Alex.in consil.105.In causa Nicolai.in fi.lib.4.& facit quod nota.Alex.in consi.75. Viso themate.li.6 Et pro ista conclusione bene facit dictum Bar.post.gl.in l. si familiæ.C.fam.erc.quod Alex.adducit in d.consi.21.li.5.& sequitur Are.in consi.3.Consultatio præmissa. in prin. vbi conclu-
4 dit† ꝙ ille qui in eius portionem diuidendo accepit rem emphy
a teuticam si illa sit euicta[a] s̄m tenorem contractus, de euict.agere non potest; & tali casu etiam precium rei petere non potest ex quo non ignorabat qualitatem rei.arg.l.si fundum. C.de eui. & no.Pau.de Cast.in l.emptorem.§.qui autē.in fi.ff.de act.empt. & facit tex.in c.1.in prin.de inuesti.de re alien.fac.& not. Abb.in consi.30 Princeps quidam.in 2 lib. Ex quibus omnibus concurro in sententiam clarissimi dom.Consultoris, & de subscriptione re quisitus, ut infrà dicam, prius non prætermisso eo quod suprà di-
5 ctum est de† sententia quæ fuit nulla:quia lata cōtra minorem indefensum.l.acta.§.fi.ff.de re iudi.l.cum minores.C.si aduer. rē iudi.& etiam dicto minori competit restitutio in integrum, vt suprà dictum est.& in simili casu no.Fulg.in consi.150. Quidam ciues.Bal.in consi.189.Casus talis est.lib.3.Alex.in consi.3.In causa & lite.lib.2.in consi 202.Super causa.eo.lib.2.& debet saltem restitui ad appellandum:ut no.Bar.in l.fi.in vet.& per hoc vidi. C.in quib.cau.in integ.restit.Alex.in consi.80.In causa & lite,lib. 6.& quod tradit Aret.in consil.66.Viso puncto.

ADDITIO.

a ¶ Euicta.] Item Io.Fab.& Bal.in d.l.si familiæ.Alex.consi.21.lib.5.Are. consi.3.Iacobi de S Geor.in tract.feu.char.36.in magnis.Caro.Ruin.consi.7.nu.10.consi.14.nu.5.lib.1.

EPITOME Consi. CCCCXII.

In testamentaria dispositione continente institutionem, substitutionem fideicom.vel legatum, nepotes vocati nomine appellatiuo, æqualiter, & pro virili omnes succedunt.

SVMMARIVM.

1 *Testator si instituit eius nepotes sub nomine appellatiuo, quilibet ex dictis nepotibus & æqualiter & pro virili parte sua vocatus videtur:& idem in legatis & fideicommissis in quibus plures hæredes vocati sunt sub nomine appellatiuo, omnes veniunt æqu aliter pro virili.*

2 *Filij quo ad successionem aui vel patrui succedunt in stirpes.*

3 *A verborum proprietate in dubio recedendum non est, & nu.10.*

4 *Voluntas testatoris in primis attenditur,*

5 *Subrogari an possunt filij in locum patris viuente patre.*

6 *Filius in fideicommissis non obtinet locum patris, sed proximior in gradu admittitur.& nu.12.*

7 *Verba expressa à testatore debent intelligi ut sonant, secus vbi agitur de interpretatione legis, & nu.9.*

8 *Conditio, si filius decesserit sine filijs, qualiter intelligi debeat, & an intelligatur de legitimis & naturalibus, an restringatur ad legitimos tantum.*

11 *A verbis testatoris non recedit ur nisi constet de mente.*

13 *Glossæ authoritas aliorum authoritates antecedit.*

14 *In legato relicto familiæ, uocati videntur qui sunt in proximo gradu.*



Iso eleganti Consilio præclarissimi Iuriscō sulti dom.Hormanotij vti fratris maioris honorandi, & consideratis his quę ab eo accuratè inducuntur, iuridicam esse arbitror conclusionem ab eo firmatam, ꝙ nepotes suprà dicti in capita, & viriliter admittantur, & hoc clarum est respectu institutionis: nam si
1 † testator instituerit eius nepotes simpliciter sub nomine appellatiuo, quilibet ex dictis nepotibus æqualiter, & pro uirili parte sua uocatus uidetur, vt est tex.in l.quoties.§.hæredes.ff.de hære. insti.satis. n. constat nullis partibus nominatis ex æquis partibus eos hæredes esse, ut dicit tex.in §.sed si plures, institu.de hære.insti. & idem in legatis & fideicommissis in quibus plures hæredes vocati sint sub nomine appellatiuo, omnes veniunt æqualiter ꝓ uirili.l.turpia.§.fi.de lega.1.l.cum pater §.hæreditatem. ibi viriles autem inter eos fieri.ff.de leg.2.& in l. vnum ex familia. §. rogo, eo.tit. Et per ista iura hoc tradit Io.And.in addi.Spec.in rubr.de testa.refert & sequitur Alex.in cons.22. Visis.lib.3.& addo tex.in l.Labeo.§.fi.qui incipit, Pacuuius.ff.de statu libe. Et ista conclusio vr̄ de plano procedere in institutione facta de dictis nepotibus per s̄ dicta.& hoc idem dicendū est in substitutione dictorū nepotum: quia partes datæ in institutione videntur repetitæ in substitutione.l.1.ubi tex.C.de impu.& alijs subst.& in §.sed si ex disparibus.insti.de vulg.substi.& in §.substituitur.inst.de pup.& in l.qui liberis.§.fi.& in l.sed si plures.in prin.ff.de uulg.& in restitutione fideicōmissi est tex.in l.quoties.in prin.ff.ad Treb.ibi intelligit easdē partes in fideicommissis facere, quas in hæreditate distribuenda fecit:& ideo cōcludendum est ꝙ siue agatur de institutione, siue de substitutione fideicommissaria dictorum nepotū, æqualiter & pro virili omnes admitti debent:quia iura cla
2 ra sunt. Non ob.† ꝙ de iure communi filij quo ad successionem aui uel patrui succedunt in stirpem:quia locum patris subrogantur.§.cum filius.inst.de hære.quę ab intest.in auth.cessante.C.de leg.hær.& no.Bar.in auth.post fratres.C.de suis & leg.quia illa iura procedunt in dispositione legis ab intestato, secus vr̄ in dispositione testatoris de qua agitur: quia cum testator uocauerit nepotes simpliciter sub nomine appellatiuo, vr̄ uoluisse eos æqualiter succedere, & non in stirpem, prout sonant verba testamenti
3 per suprà dicta: † & in dubio non vr̄ recedendum à proprietate
4 uerborum.l.non aliter.de leg.3.† & uoluntas testatoris in primis attenditur.l.in conditionibus primum locum, in prin.de condit. & dem.in l.ex facto.la grande, ff.de hær.insti.l.cum virum.C.de fideic. Secundò respondetur, ꝙ iura allegata in ꝯrium habent locum qn̄ filij intrant locum patris mortui, prout loquuntur. Sed hoc non pōt habere locum in casu isto in quo pater non est mortuus, ideo filij locum eius occupare non possunt, ut no. Salice.in auth.post fratres.la.1.C.de legi.hære.& dixi in consi.1.& in consi.87.alle.s̄.per do.Consultorem qui in hoc s̄.latius insistit: & cū
5 † filij viuente patre non possint subrogari in locum patris: non possunt uenire in stirpem, vnde ueniunt dicti nepotes per capita æqualiter per s̄.dicta. Tertiò respondetur secundum Bald.in l.cum ita.§.in fideicommisso.de le.2 qui distinguit, ꝙ aut agitur de successione legali, & filius intrat locum patris, & tunc ex persona patris filij ueniunt in stirpem, ut probatur in iuribus supra alle.aut agitur de successione ex dispositione testatoris, prout agitur in d.§.in fideicomisso.& tunc filius non succedit in locum patris, sed proximior in gradu prius admittit̄ prout verba sonant: & pariter videt̄ ꝙ plures uocati simpliciter ad fideicommissum ut uerba sonant, videntur uocati, omnes æqualiter, & quilibet ꝓ virili, per ea quæ s̄.dixi:& prædicta distinctio Bal.uidet̄ approba
* ta * communiter. Flo.& Raph.Cuma.in d.§.in fideicommisso.sequuntur:idem Cu.in consi.106. Mulier instituit maritum. ubi di-
6 cit † ꝙ in fideicommissis filius non obtinet locū patris, sed proximior in gradu admittitur:alleg.Bald. in l.cum ita.§.in fideicommisso. & Angel. Aret. in d.§.cum filius cum sim.s̄.allegat. & latius dixi in consi.1.s̄.alle.per do.Consultorem, & secundum illud consilium meum iudicatum fuit in Rota curiæ Romanæ. &
7 distinctionem Bald.confirmabam in dicto consi.† quia verba expressa à testatore debent intelligi vt sonant, secus vbi agitur de
8 interpretatione legis. hoc in simili probatur: † quia conditio illa si decesserit sine filijs, quoniam à lege intelligitur in casu. l. cū auus.de condi.& demonst. & l.cùm acutissimi. C. de fideicommis. intelligitur de legitimis & naturalibus. l. generaliter.§.cum autem.C.de instit.& substit. Sed si talis conditio exprimatur à testatore, ut quia grauauit filium institutum dicendo expressè, si filius grauatus decesserit sine filijs: talis conditio expressa à testatore non restringitur ut intelligat̄ de legitimis & naturalibus, sed intelligitur simpliciter ut uerba sonant, adeo quòd filius naturalis tantùm excludit substitutum.l.ex facto §.si quis rogatus. ff.ad Trebel.vbi glo.talem differentiam facit:& ibi Imo.& Alexan.sequuntur: idem tenent Bald.Angel.Sali.& Pau.de Cast. in d.l.generaliter.§.cum autē.Bal.& Pau.de Cast.in d.l.cum acutissimi.Ita ergo videtur in proposito:nam in dipositione legali filius

intrat

intrat locum patris: quia ista interpretatio fit à lege secundum aliam legem, quæ filios fratris simul cum patruo admittit secus est in testatore qui vocauit plures sub nomine collectiuo, prout
9 est in casu isto: qa † verba testatoris intelligunt, ut sonant. d. §. si quis rogatus. Et ista ratio in dicto consilio meo obscurè & confusè adaptatur vitio impressoris: & stante ista conclusione, quod filij non intrent locum patris in fideicommissis, de qua non uidetur dubitandum, videtur inferri, quod non veniant in stirpem filij dictorum fratrum, sed per capita; & ita videtur concludendum per alia etiam quæ supra dicta sunt. Et dato quod alia fuisset voluntas testatoris talis uoluntas non attenditur: quia non sufficit testatorē ita voluisse nisi disponat: ut no. Bal. per illū tex. in l. qui dā cum filiū. ff. de hæred. instit. sed contrarium vr testator voluisse ex quo nepotes pronomine superlatiuo vocauit, per supra dicta.
10 † & in dubio non est à proprietate verborum recedendum. l. nō aliter. de leg. 3. in l. Labeo §. idem Tuber. ff. de sup leg. per quem
11 text. dicit Bald. in l. cum virum. C. de fideicom. † quod a verbis testatoris non receditur nisi quando constat de mente. Et illud quod testator non loquitur, velle non præsumitur, ut dicit Bal. per illum text. in l. prima. §. sin autem ad deficientis. C. de caduc. tollen. & cum testatori nepotes essent omnes pares, & in eodem gradu consonat quod parem omnibus haberet affectionem, & merito illos simpliciter vocauit sub nomine appellatiuo, ut omnes essent æquales: nam sicut lex hortatur patrem ad seruandum æqualitatem cum filijs, ut not. Angel. per illum text. in §. illud quoque. in authent. de nuptiis: ita videtur dicendum in auo respectu nepotum. argumen. l. liberorum. ff. de verborum significatio. & hoc videtur testator fecisse ne inuidia excitaretur inter ipsos nepotes si æquales non fuissent. argum. l. cum oportet. in princip. C. de bon. quæ liber. nota. in l. cum pater. § cunctis. vbi gloss. de legat. secundo. Et considerando hoc modo cum verbis
12 etiam voluntas testatoris concurrit. † Postremo ad illud quod supradictum esset, quod filius non intrat in locum patris in fideicommissis, in contrarium videtur glo in dicta l. cum ita. §. in
13 fideicommisso. † & non parua videtur esse authoritas gloss. quę aliorum authoritates antecellit, ut dicit Iaco. Butri. in l. prima. C. qui pro sua iurisdiction. not. Bartol. in l. secunda. C. de sentent. quæ sine cert. quantita. cum simil. quia illa gloss. si recte intelligatur non dicit hoc, & nullo modo probat illud ad quod allegatur ut in dict. consilio (declaraui. Nam text. in dict. l. cum ita
14 §. in fideicommisso. dicit † quod in legato relicto familiæ vocati videntur qui sunt in proximo gradu. Glo. in verbo proximo, dicit formaliter quādoque qui sunt in gradu impari æqualiter admittuntur vt filij fratrum cum fratribus. C. de legi. hæred. authen. cessante. in isto modo loquendi non uidetur intentio gloss. esse quod in casu dict. §. in fideicommisso, filij fratris simul cum patruo admittantur, sed gloss. hoc dicit referendo se ad text. in dicta authentic. cessante, quæ loquitur in successione legali: quia secundum legem quam allegat eius dictum intelligitur: ut nota. Bartol in l. non solum. §. liberationis. de lib. lega. Et hoc ostenditur, quia si glo. voluisset hoc dicere in casu dicto. §. in fideicommisso dixisset simpliciter quod filij fratris simul cum patruo admitterentur. sed glo. dicit quandoque, quasi gloss. dicat, licet in isto §. proximior in gradu vocetur, alibi tamen reperitur quòd quandoque illi qui sunt in gradu impari æqualiter admittuntur d. authen. cessante. & sic intentio gloss. non uidetur esse quod hoc referatur ad illum §. in fideicommisso. sed potius videtur contrarium sentire quasi dicat, hic dicitur quod proximior in gradu vocatus videtur: hoc tamen non est semper verum; quia quandoq; contrarium reperitur d. auth. cessante. sed in casu dicto. §. in fideicommisso. gl. videtur fateri quod ibi absolutè proximior admittatur: & sic patet quod illa glo non est contra opi. Bal. sed potius pro ea. & remota illa, cōclusio superius firmata remanet clarior.
15 quod † in fideicommissis filius non intret locum patris. & ex hoc sequitur quod non ueniunt in stirpem, sed per capita, vt supra dictū est. Ex quibus omnibus conclusio videtur clara de iure.

EPITOME Consi. CCCCXIII.

Donatio feudi transfert vtrunq; dominium tam vtile quam directum quamuis fidelitas & homagium fuerint reseruata, in eoque fœminæ succedunt: si personale seruitium non venit præstandum.

SVMMARIVM.

1 *Feudi concessio an significetur per ista uerba, ex reseruatione fidelitatis & homagij.*
2 *Feudum denominatur à fide seu fidelitate.*
3 *Homagium dicitur, quando quis promittit se esse hominem alicuius domini & stare & habitare ubi dominus uoluerit, & ea seruitia exhibere quę dominus uoluerit.*
4 *Dominium in donatione absolute transfertur in donatarium.*
5 *Contractus ab effectu rei denominari debet, non autem à uerbis.*
6 *Beneficium principis latè interpretari debet.*
7 *Bona in dubio præsumuntur allodialia, hoc est libera & non feudalia.*
8 *Verba concernentia executionem dispositionis non ampliant.*
9 *Clausula accessoria quæ respicit executionem, non habet alterare dispositionem.*
10 *Hæres de masculo intelligitur in feudis.*
11 *Descendentium nomine ueniunt fœminæ sicut masculi.*
12 *Iurisdictionem exercere non potest mulier, nisi iure hæreditario.*
13 *In feudo pro quo nullum debet præstari seruitium, fœminæ admittuntur.*


Onsuluit accuratè eius solito more & elegāter, excellens & preclarissimus doctor Domin. Hormannotius Detus, in casu de quo quæritur quod sit donatio simpliciter, nō autem cōcessio in feudū, potissimum fundamentum est in decisione Oldr. in consi. 159 Ex præsenti themate. in 1. dub. secundum quam ego
a alias consului, [a] vt domi. Consultor refert, & patet in consil. 32. & consilio 208. & 269. Et iuridicam esse arbitror conclusionem superius firmatam, & cōfirmabitur vt inferius dicam. Non omitto tamen quod consilium Old. in quo pręsens consultatio fundata videtur, prima facie non videbatur ad casum istum applicari quia in casu in quo Old. loquitur nihil dictum fuit de reseruatio-
1 ne fidelitatis & homagii, prout in isto casu. Et † ista verba vr significare concessionem feudi hoc primo probatur ex ipsa fidelitate quę reseruatur: nā licet fides & fidelitas pluribus modis considerari possint: ut supra dictum est: tamen per excellentiam fide-
2 litas dicitur in feudis, † & per istam excellentiam feudum denominatur à fide seu a fidelitate: ita dicit Iaco. Aluar. in proœ. feud. in versi. quæritur quod appellatur feudum. idem Bald. in prælud. feudo. vers. secundo quæro & propter hoc arguit Abb. in consi. 82. Quamquā in his dubijs libro primo. quod bona essent feudalia propter fidelitatem quæ erat pręstanda: & ideo reseruatio fi-
3 delitatis facta simpliciter vr importare feudum. Secundò † hoc idem ex reseruatione homagij comprobatur: dicitur enim homagium quando quis promittit se esse hominem alicuius domini, & stare & habitare vbi dominus voluerit, & ea seruitia exhibere quæ dominus voluerit, & propter hoc facit homagium, id est promissionem ut sit homo suus: ita Iac. Aluaro. scribit in procem. feud. in 7. quæstione. in ver. sciendum. & subijcit ibi quod tale uerbum frequenter pro fidelitate capitur. facit tex. in c. grauem. de excess. prælat. ibi, contra fidem homagij. ergo etiam ex isto verbo videt feudum demonstrari. Tertiò, hoc idem vr suaderi ex su-
4 perioritate reseruata, quæ non conuenit † donationi in qua dominium absolute transfertur in donatarium, & nulla superioritas cadit inter donantem & donatarium, sed in feudo bene congruit, quia uasallus habet dominum feudi superiorem, ut probatur in c. pastoralis §. denique de re iudic. ibi ex natura feudi debitam superioritatē habebat. Quarto, hoc efficaciter probatur ex reser-
b uatione[b] quæ fuit facta de fidelitate, homagio & superioritate: nam reseruatio vr facta de iure prius competenti. l. filiam in potestate. ff. de aur. & argen. leg. facit quod no. Barto. in l. fina. de depo. & in l. ille à quo. in §. testamen. o. ff. ad Treb. cum sim. vt tradit Alexan. ergo videtur quod sit concessio in feudum, in quo talia iura videntur competere Confirmatur hoc, quia tale castrum datum fuit absque aliqua reseruatione aut retentione faciēda. Certè ista verba non videntur cōuenire donationi si libere facta fuisset, sed bene feudo conueniunt in quo domino plura iura videtur competere. & tenendo istam partem non obst. fundamentum Old. in d. consil. 159. de verbo donamus, cedimus, & quitamus & cæterę quidem verba important donationem & non feudum, ut supra dictum fuit: quia ad hoc in quo consistit fundamentum huius
5 consultationis respondere potest duobus modis. Primo quod † contractus non debet iudicari vt uerba sonant, sed ab effectu rei debet contractus donominari, ut no. Bal. in l. 2. C. commo. & in rubric. C. de iure emphit. in fin. facit text. in l. insulam. ff. de præscri. ver. & in capit. constitutus. & ibi Abb. de relig dom. & ideo cum illud quod dictum est de fidelitate & homagio, videatur respicere effectum rei, debet feudum denominari ab effectu, & nominatio donationis non attenditur. Secundo respondere potest quòd verbum illud donamus, etiam in feudo satis verificari videt: quia feudum etiam est beneficium, ut habetur in c. 1. §. cursus. in quib. cau feu. amit. & facit text. in c. 1. in §. donare. qua. feu. ali. po. præ-

tereà

ADDITIONES.

a ¶ Consului.) & infra consi. 468. consi. 499.
b ¶ Reseruatione.) quod necessario concludit esse feudum: & sic Decius male consuluit.

terea potest dici quod donatio est facta cum illa qualitate fidelitatis & homagij: & sic non videtur vera donatio sed qualificata ut apparet interius: & ista primo motu in cōtrarium occurrebāt. Quibus tamen non obstantibus contrarium, vt supra conclusum est, de iure esse arbitror, videlicet quod ista dicatur donatio, & non feudum: quia in isto casu cum verbis quæ denotant expressam donationem, etiam effectus rei concurrit: quia talis donatio fuit facta de dicto castro absque aliqua reseruatione, vt suprà dictum est: & sic videtur donatio nomine, & cum effectu. & secundum istam conclusionem consuluit Alexan. in consi. 24. Ponderatis his quæ in themate lib. quinto. vbi inquit, quod concessio de qua in illo casu agebatur, erat donatio, & non feudum: quia fuerat facta donatio de quibusdam castris absque vlla reseruatione, & hoc est contra naturam feudi. capit. 1. in fin de inuestit. de re. alie. fac. in cap. Obertus. in fin. qui mo. feu. amit. & in cap. j. cum ibi no. de c. Corra. & ibi dicit, quod ita consuluit. Oldra. in consi. præællega. 159. Et idem tradit Pau. de Cast. in consi. 161. In præsenti causa ubi dicit non esse feudum, quia non fuit feudum nominatum, & quia dictum fuit, quod ille cui facta erat ꝯcessio haberet liberam & propriam. Et ista ꝯclusio confirmatur:

6 quia agitur de † beneficio principis, quod latè debet interpretari l. fin. ff. de constitu. prin. in capi. cum dilecti. de dona. facit text. in l. si quando. & quod ibi Barto. in fin. C. de bonis vacan. lib. 10. cum sim. ut tradunt Mod. in d. l. fina. de constitu. princip. Ideo debet in dubio iudicari, quod sit donatio, & non feudum. Et hoc idem ꝯfirmatur, quia talis ꝯcessio fuit facta propter benemerita vt narratur in ipsa concessione, unde etiam ex isto capite debet latè interpretari: & ꝓpter benemerita præcedentia videtur facta motu proprio vt not. Alexan. in l. 3. in prin. ver. 2. limita ff. quod quisque iur. alle. Guil. de Cun. in d. l. 3 §. si procurator eo tit. arg. l. si non remunerandi. § inde Papin. ff. mand. & facit quod not. Albe. in l. 1. in versic. sed quid si ex rescripto ff. quod quisque iur. Et ad confirmationem huius cōclusionis etiam accedit, quia in dubio

7 † bona præsumuntur allodialia, hoc est libera, & non feudalia: ut not. Ioan. And. & doct. in cap. nimis. de iureiuran. cum sim. vt tradit Alexan. in consi. 129. Ponderatis his. in princip. lib. 1. & in consil. 15. Visis narratis. lib. 5. & Pau. de Cast. in consi. 163. In causa quam Magnificus. in princip. & facit text. in cap. j. §. defuncto. in titu. si de feu. fue. contro. inter do. & agnat. vbi filia conseruatur in possessione bonorum donec probetur, ꝙ bona sint feudalia. Idem habetur in c. 1. in glo. 1. de contro. inter mascu. & fœm. de benefic. & dixi in consi. 269. Consultus ab Illustri. in princi. Ex quibus omnibus concludendum videtur, ꝙ ista fuerit donatio mera, in qua trāslatum fuit etiam directum dominium, ut suprà dictum est. & retēta ista conclusione infertur, ꝙ in tali donatione filia debeat succedere, licet in bonis feudalibus filia nec fœminæ admittantur. Et istam differentiam inter donationem & feudum tradit Angel. in consil. 242. Suprà puncto primo. in fin. & Bald. in consi. 303. In bonis feudalibus. in ver. ad secundum. lib. 3. & quod in donatione veniant fœminæ etiam no. Alex. in consil. 160. Viso themate vers. 2. præsuppono lib. 2. & in consi. 64. li. 5. supra alle. & facit, quod no. Card. in consi. 64 Quod domi. Nera. vbi ponit regulam, ꝙ in bonis paternis fœminæ simul cum masculis succedunt, excipiuntur tantum bona feudalia ergo confirmatur regula in bonis donatis, & alia quæ non sunt feudalia. Non obst. allegata supra in contrarium: quia stante conclusione superius firmata, ꝙ sit donatio re ipsa & nomine, allegata in contrarium remouentur, ut supra dictum est. licet enim fidelitas & homagium in dubio videantur designare feudum, ab ista præsumptione receditur, quia per alia media constat de donatione, quæ quidem media vrgentiora sunt, & præualent ad iudicādum qualitatem contractus. vna enim præsumptio tollit aliam. l. diuus. ff. de restitu. in integ. & in c. literas. de præsump. & a præsumptione receditur quando constat, quia in claris non est opus coniecturis. l. continuus §. cum ita. de uerb. ob. Et cum contractus donationis habeat repugnantiam cum feudo, necessarium est, quòd illa fidelitas cùm homagio intelligatur alio respectu, quàm ratione feudi, cum non sit feudum ratione feudi intelligi non potest. Et ideo videtur, quòd ista verba ratione iurisdictionis intelligantur: ut supra dictum fuit. Et vlterius in casu isto considerandum est, ꝙ illa clausula reseruationis fidelitatis & homagij, non fuit posita in dispositione contractus, quando dicitur donamus, cedimus &c. sed inferius, vbi agitur de executione dictæ donationis, dum ibi dicitur, gaudeat & utatur dictus noster cognatus, & prædicti sui hæredes absque aliqua reseruatione aut retentione facienda, & propter fidelitatem & homagium &c. Vnde talis clausula, quæ in effectu respicit executionem, & accessoriè venit ad supra dicta, non debet alterare donationem, de qua suprà dictum fuit. argument. text. not. in clementi. 1. de præben. in fin. principij. ubi illa verba, ꝙ animarum cura non negligatur, non faciunt, ꝙ super tali cura dispensatum sit. & dicit Imol. ibi, in 2.

8 nota. ꝙ † verba cōcernentia executionem dispositionis non ampliant[a] dispositionem, & sic verba executiua non trahunt se ad dispositiua: vnde licet alias si causa cōmittatur ordinario a principe qui dicat, autoritate nostra cognoscas: per talia verba ordinarius efficitur delegatus: vt not. Bald. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ord. facien. Matthæs. in not. 90. Quod vbicunque. facit text. in cap. cum aliquibus, in fin. de rescrip. in 6. in cap. 1. de cler. egro. in 6. cum simil. hoc non habet locum si dicta verba apponantur non in ipsa cōmissione principali, sed in confirmatione, vt quia post commissionem dicatur, quòd committens ratum habebit quicquid eius authoritate factum fuerit. nam propter illa verba

9 ordinarius non efficitur delegatus. quia † clausula accessoria quę respicit executionem non habet alterare dispositionem principalem. de cler. 1. de præben. Et ita dicunt Card. in capit. quoniam Abb. versic. 13. quæro. de offic. deleg. & Imo. ibi in versic. vltimo etiam tractat Hostien. & sequitur Alexand. in l. more, versiculo & inquisitum. de iur. om. iud. facit quod not. Cald. in consi. 25. in titu. de præben. cum simil. lib. vt Fel. congerit in cap. licet, de offic. ordi. & ita videtur in casu isto dicēdum, quod illa clausula, absq; aliqua reseruatione, quæ respicit executionem donationis prius facta per illa verba præter fidelitatem & homagium, quę inseruntur in dicta clausula executiua, non videtur derogari principali dispositioni præcedenti, nec videtur alterari donatio quæ absolute & simpliciter præcessit. & sic ex supra dictis remanet firmata conclusio superius facta quod in casu isto non fuit feudum sed donatio in qua fœminæ sicut masculi admittuntur, vt supra dictum fuit. & hoc idem confirmatur ex verbis donationis quæ fuit facta sibi & hæredibus suis: nam ista verba conueniunt fœminis sicut masculis. vt dixi in consi. 32. supra allega. nam specia-

10 le est in feudo, quod † hæres de masculo intelligatur. capit. 1. de alie. feud. not. Cald. in consil. 15. de verborum significat. cum sim. vt dixi in d. consi. 208. ergo ius commune videtur in cōtrarium.

11 l. prima, ad municipal. & sub nomine † descendentium veniunt fœminæ sicut masculi: vt tradit Alexand. in consilio 160. Viso

12 themate. in secundo lib. Non ob. † quod mulier non potest exercere iurisdictionem l. cum prætor. §. fin. ff. de iurisd. omn. iud. in l. fœminæ. ff. de regul. iuris. quia hoc est verum, nisi iure hæreditario hæc iurisdictio mulieri competeret, prout est in isto casu, vt nota. Inno. & ibi Abb. post alios in cap. dilecti, de arbi. Item Abb. in ca. significauit, de rescrip. Ang. in d. l. fœminæ, cum sim. vt dixi ibi. Postremo considerandum est quòd etiam dato, quòd ageretur de successione feudi, quod omnino negatur per supra dicta,

13 tamen cum pro tali † feudo nullum debeat præstari seruitium, fœmina etiam admittitur: vt no. Bal. in l. quoties. C. de suis & legit. vt dixi in consi. 32. supra allegato. & in consi. 85. & latius in consi. 139 & in consilio 208. Sed in hoc vlterius non insisto, quia non expedit stantibus supra dictis. Ex quibus concurro in sententiam domini consultoris.

ADDITIO.

a ¶ *Ampliant.*) Sed bene declarat Bald. l. eam quam. C. de fideic. Cur. Sen. consi. 49. Fran. Rip. l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 84. de ver. obl. Et adhuc hic sunt in verbis dispositiuis.

EPITOME Consi. CCCCXIIII.

Pater Donat Catherinæ filiæ in eius matrimoniali cōtractu omnia bona sua cum pacto, quod ipsa bona ad eū reuertantur casu quo ipsa sine filijs decederet, renuntiando statuto &c. his quouis modo obuenietium. C decessit relicta V. quæ in ætate quatuor mensium decessit. Sane cum hęc donatio fuerit facta contemplatione matrimonij, iuramento firmata, non comprehendens iura & actiones valet, quamuis insinuata non fuerit, adeo vt ab ipsis bonis pater sit perpetuo exclusus.

SVMMARIVM.

1 *Sensus contrarius non extenditur vltra illud, quod præcisè in sensu expresso & directo continetur.*

2 *Verbum quodlibet in contractibus appositum etiam minimum, ita debet intelligi vt aliquid operetur.*

3 *Filiorum appellatione non continentur filiæ.*

4 *Substitutio facta alicui sub conditione, si sine liberis decesserit, deficit extantibus liberis tempore mortis.*

5 *Statuto si caueatur, quòd extantibus filijs masculis excludantur fœminæ, exclusio talis est perpetua, quia masculis filijs mortuis fœminæ non admittuntur.*

6 *Verba in contractibus ita debent intelligi vt aliquid operentur.*

7 *Emphyteuta si promisit sub pœna illud ad quod tenetur, talis pœna non habet locum domino non obseruante illud ad quod tenetur.*

8 *Pœna conuentionalis apposita pro vna parte non habet locum in alia.*

9 *Fauore introducta non debent in odium retorqueri.*

10 *A communi*

10 *A communi opinione non est recedendum.*
11 *Donatio omnium bonorum mobilium & immobilium an includat iura & actiones.*
12 *Donatio inter patrem & filium in potestate prohibetur.*
13 *Donatio causa mortis inter matrem & filiam an valeat.*
14 *Causa matrimonij dicitur fauorabilis, sicut causa dotis.*
15 *Insinuatio in donatione facta gratia matrimonij an requiratur.*
16 *Iuramentũ, quod seruari potest sine interitu salutis ęternæ seruari debet.*
17 *Iuramentum confirmat contractum in quo erant plures defectus.*

VIso eleganti Cõsilio præclarissimi I.V.Doc. Do. Hermannotij, vti fratris maioris honorandi. In conclusione primi dubij considerando diligenter dubitationem primo motu faciebat, quia partes in contractu dotis constitutæ, & donationis videntur considerare tm̃ duos casus. Primus expresse quando dicitur, ꝙ si Do. Catherina decederet sine filijs legitimis & naturalib. bona reuerterẽtur ad patrem dictæ Do. Catherinæ prout in cõtractu dicitur. Secundus casus tacitè à contrario sensu habetur, ꝙ extantibus liberis bona non debeant ad patrem redire, & a partib vr̃ omissus tertius casus de quo agitur, videlicet qñ filij qui extabant tempore mortis Do. Catherinæ postea decesserũt: de quo tertio casu partes non cogitauerunt, sed in tali casu bene est facta prouisio à statuto in fine in quo dicitur, quòd si mulier dimiserit filios vel filias, & moriantur ante ætatem legitimã, dos reuertatur ad proximiores ex illa progenie à qua dos processerit. & attento tali statuto esset dicendum, ꝙ cùm filia, quam Catherina habebat tempore mortis in ætate quatuor mensium decesserit, ꝙ dos Do. Catherinæ deberet ad eius patrem redire vigore statuti, cui in hac parte non vr̃ esse derogatum à ꝯhentibus, qui solùm uidentur cõsiderare casum à contrario sensu, qui est,
1 ꝙ extantib. liberis pater excludatur: quia cõtrarius sensus † non extenditur ultra illud, quod precisè in sensu expresso, & directo continetur: vt not. in l. 1. ff. de off. eius. Vnde ꝙ s̃. dictum est de contrario sensu, non videtur, ꝙ adaptari possit ad istum tertium casum, quando filij supersunt tempore mortis & postea moriãtur: & sic iste casus tanquam omissus vr̃ remanere in dispositione statuti. arg. in l. si extraneus. ff. de cond. cau. dat. in l. si cùm dotem. in princ. ff. sol. matr. Et ista interpretatio suaderi uidetur ex eo, ꝙ pro parte ipsius patris conuentum fuit, ꝙ si ipse haberet filios pro dictis filijs penès se retineret quinq; mille libras, & casu quo dicti filij sine filijs decederent, quantitas dictarum quinque mille librarum reuerteretur ad dictam Do. Catherinam, & sic retentio facta pro filijs ex latere patris, illis mortuis sine filijs, resoluitur in fauorem Catherinæ, & filiorum, ergo pariter vr̃, ꝙ dos & bona quæ acquiruntur filijs dictæ Do. Catherinæ extantibus tempore mortis eius, illis mortuis patri & eius hæredibus acquiruntur: vt seruetur æqualitas inter ꝯhentes. arg. l. si socius, pro filia. ff. pro socio. Nõ ob. ꝙ renũtiatum fuerit statutis obuiãtibus his quouis mõ: vt patet in instrumento: quia renuntiatio limitata fuit quatenus s̃. dictis statuta obuiarent. Sed statuta non ꝯdicunt imò concordant cum s̃. dictis: quia sicut in conuentione distinguitur vtrum filia moriatur cum filijs vel non: ita; pariter à statuto disponitur. & in tertio casu de quo s̃. dixi nõ potest dici, ꝙ statutum contradicat s̃. dictis: quia in dictis suprà nõ fuit de isto tertio casu cogitatum. & ista difficultas haberet locum in dote de qua statutum loquitur, & nõ in donatione de qua statutum nihil dicit. Et ita videbatur prima facie dicendum Sed tamẽ his non obstantibus vlterius cogitãti de iure idem esse arbitror, & conclusionem superius firmatam per dñm consultorem amplector. & pro fundamento, & vera resolutione præmittendum
2 est, ꝙ in † ꝯctibus quodlibet verbum, ẽt minimum ita debet intelligi: vt aliquid operetur: ut no. Bal. in rub. C. de contrah. emp. in 9. q. & sequitur Io. de Ana. in consi. 98. Visis & diligenter consideratis. in fi. Alex. in consi. 151. Viso themate. lib. 2. & in consi. 158. In causa & lite, eo. lib. 2. facit text. in l. si qñ. de leg. 1. & in c. si Papa, de priu. in 6. & in c. pastor. in prin. vbi Abba. cum si. vt dixi ibi. modò sic partes conuenerunt à contrario sensu, ꝙ decedente do. Catherina extantibus filijs pater dictæ Do. Catherinæ excluderetur, & ad ipsum dicta dos & bona non reuerterentur secundum tenorẽ conuentionis, & talis conditio uerificata fuit, qa
3 mortua est Catherina, relicta filia Vrsula: † appellatione enim filiorum & filiæ cõtinentur. l. si quis ita. ff. de testa. tute. l. si ita scriptum. de leg. 2. & in l. iusta. ff. de verb. sign. & per ista iura in tali conditione hoc dicunt Io. And. Ant. de But. & doct. in c. Ray. de testa. & vnica etiam filia sufficit. l. non est sine liberis. ff. de ver. sig. gl. & Bart. in l. ex facto §. si quis rogatus. ff. ad Treb. facit text. in l. 1. C. de condit. inser. in l. quisquis. de ver. sig. & cũ talis conditio verificata sit ad exclusionem patris, secundum formam conuentionis pater exclusus videtur, quia sufficit, ꝙ filia existeret tẽpore mortis Catherinæ matris, & nihil facit, ꝙ postea mortua sit. vt est tex. in l. cũ vxori. ff. quando dies leg. cedit. & in l. hęredibus, ver. quæsitum est. ff. ad Treb. & per ista iura Old. tradidit in cõsi.
4 21. Thema tale est. vbi concludit, ꝙ † substitutio facta alicui sub conditione, si decesserit sine liberis, deficit extantib. liberis tempore mortis. & cum semel conditio per existentiam liberorum defecerit, & exclusus sit substitutus, licèt posteà filij moriantur, non admittitur tñ substitutus, per iura præall. & idẽ cõcludit Io. And. in add. Spe. in ti de testa. §. in primis. in vlt. q. & illum refert & sequitur Pau. de Cast. in l. ex facto. §. pen. ff. ad Treb. & in cõsi. 170. Ne impropriis vtamur uocabulis. & idẽ tenet Abba. in cõs. 40. Venio ad primum. in primo dub. lib. 1. Alex. in cons. 31. Pon-
5 deratis his in prin. lib. 3. & hoc idem in simili habetur de † statuto. quod excludit fœminas existentibus filijs masculis nam talis exclusio videtur perpetua: quia licèt filius masculus post exclusionem filiarum moriatur, filiæ tñ quæ fuerunt exclusæ superuiuentes non admittuntur. vt not. Bal. in auth. sed & si quis. ver. & per hoc infertur. C. de sec. nup. & idẽ Bald. in l. 1. in quibus, in ver. sed hic occurrit. C. de nup. eo. ti. & in c. 1. §. 1. in. 2. no. per illũ tex. in ti. Episcopum vel Abb. ex quibus omnibus concludẽdũ est, ꝙ attento & considerato tenore conuentionis & contractus, ꝙ p filiam Vrsulam, quæ remansit tempore mortis Catherinæ. pater dictæ Catherinæ fuit exclusus à bonis de quibus agitur, & talis exclusio durabat & effectum sortiebatur dato ꝙ dicta Vrsula posteà mortua sit, quia per hoc pater qui fuit semel exclusus, vlterius non admittitur: & hoc clarum est & indubitatum de iure, attento simpliciter tenore contractus per suprà dicta. Ex quibus duæ conclusiones habentur. Prima, ꝙ pater fuit exclusus per Vrsulam quæ remansit tempore mortis do Catherinę, & ista prima conclusio non habet dubitationem. Secunda, ꝙ pater remanet exclusus, licèt posteà mortua sit filia quæ illum exclusit. Huic secundæ conclusioni obstare vr̃ statutum in fi. vt s̃. in ꝯriũ dicebatur quòd disponit, ꝙ si filia dimiserit filios vel filias vnũ vel plures, & morerentur ante ætatem legitimam, vocat proximiores ex parte patris. & verba huius statuti videntur in casu isto verificari: quia filia dictæ Catherinæ post mortem matris mortua est intra quatuor menses. & tota difficultas videtur in tali statuto cõsistere. Sed respondetur, & dico, ꝙ huic statuto renũciatum fuit in hac parte in qua statutum vr̃ contradicere: vt patet in ꝯctu, vbi renunciatum fuit ex certa scientia iuribus & statutis obuiantibus quouis modo: nam talis renunciatio respectu primæ conclusionis nihil operatur, quia statutũ primæ ꝯclusioni non contradicit. quia sicut in contractu distinguitur an filia nupta decedat sine filijs & dos ad patrem reuertitur, aliàs secus ita pariter in statuto disponitur. Cũ ergo idẽ disponatur in statuto, quod in ꝯctu ex quo statutum non contradicit renunciatio nõ cadit, & respectu primæ conclusionis renunciatio videtur superflua, & nihil operatur, ut ergo renunciatio facta statutis aliquid operetur, necessarium est, ꝙ ad secundam conclusionem referatur, in qua secunda conclusione dictum est ꝙ exclusio videtur perpetua, dato ꝙ filia moriatur: & in hoc statutum contradicit & obuiare uidetur. ideo isto respectu renunciatio ualet. & in isto casu
6 restringitur, vt aliquid operetur, quia, ut s̃. dixi, † verba in contractibus ita debent intelligi, ut aliquid operentur. confirmatur hoc, quia cùm renunciatio relata sit ad statutum, omnes qualitates quæ sunt in statutis uidentur esse in renunciatione expressa. l. asse toto. ff. de hære. insti. l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iudi. l. si ita. ff. de cond. & dem. & no. Bar. in l. 1. §. fi. ff. si fa. fur. fecis. di. in l. 1. ff. de recep. in l. si quis seruum. in §. fin. versi. sed quæro testator. de leg. 2. Cũ ergo in tali statuto dicatur, ꝙ mortuis filijs ante ętatem legitimam dos ad patrem reuertatur, ista qualitas videtur expressa in renunciatione: ideo in ista parte vr̃ statuto renunciatum. Confirmatur hoc, quia licèt renunciatio facta sit generaliter statutis obuiãtibus, solùm in hac parte sola statutum videtur obuiare, vnde casus iste vr̃ nominatim in renuntiatione expressus. l. 2. ff. de lib. & posth & no. Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 6. q. in fi. de uer. obli. & in l. 1. § inter filium. ff. de falsis. cum si. & ita optimè responsum est ad statutum quod s̃. in contrarium allegatur. & eodem modo non obstant alia s̃. allegata in contrarium. & primò dum dicebatur, ꝙ in isto casu agebatur de tertio casu de quo non fuit cogitatum à contrahentibus: quia respondetur, ꝙ imò cogitatum fuit à contrahentibus de isto tertio casu, quia vt s̃. deductum fuit, illa conuentio, ꝙ extantibus liberis dos ad patrem non reuertatur, facit, ꝙ extantibus liberis pater perpetuò excludatur, etiam dato ꝙ liberi posteà moriantur, & sic virtute conuentionis, & contractus iste casus comprehenditur, vt s̃. decretum fuit. Vltimò, non ob. dum dicebatur ratione æqualitatis seruãdę sicut mortuis filijs ex parte patris reseruatio facta à patre resoluitur in fauorem Do. Catherinæ & filiorum, ita econtrà videtur, ꝙ bona acquisita filijs existentibus tempore mortis Do. Catherinæ, quòd illis mortuis ad patrem seu ad progeniem reuertantur, quia respondetur ad hoc duobus modis. Primò modo, ꝙ tale argumentum non habet locum in contractibus, ut voluit singulariter Bald. in c. 1. in ver. pone, quòd emphyteuta.

7 phyteuta.in ti.qua.dom.pp.feu.priuet.vbi ꝯcludit, ꝙ si† emphyteuta promisit sub pœna illud ad qđ tenetur, talis pena nō hēt
8 locū in dño nō obseruante illud ad qđ tenetur: quia † pena conuentionalis apposita pro vna parte non habet locū in alia, quia nostrū non est conuentionē extendere. alleg. l. fideiussores magistratuum. §. pro Aurelio ff. de fideiuss. & sic licèt Bal. loquatur in pœna, ratio quam adducit, est generalis, quæ generaliter videtur habere locū. l. illud ff. ad leg. Aquil. & in l. à Titio. de uer. ob. Secūdò, ꝙ tale argumentū nō procedit in dote de qua agitur, quia fauore dotis inequalitas toleratur, sicut etiā fauore dotis nō ꝓcedit. l. secundū naturam ff. de reg. iu. vt no. Bar. in l. si constante, in prin. in 5 q. in fi. ff. sol. mat. & pro ista conclusione facit, quia illud pactum, ꝙ mortuis filijs sine liberis illa quinq; millia librarum reuertantur ad d. Catherinam, erat in fauore dotis & matrimonij dictæ Do. Catherinæ: vnde tale pactum non debet extēdi in præiudicium dictæ Do. Catherinę & suorum: quia inducta in fauorē
9 non debent in odium † retorqueri. l. quod fauore. C. de leg. & qa illa quinq; millia librarū reseruata sunt pro filiis: & derracta fuerunt de donatione omniū bonorum prius facta Do. Catherinæ, vnde cessantibus filiis reuertuntur ad integrandam donationem prius factam de omnibus bonis, quæ reintegratio non potest cōsiderari ex parte dictæ Do. Catherinæ; meritò ex omnibus rationibus suprà dictis concludendum est, ꝙ arg. s. factum in contrarium non procedat. Et ita conclusio s. facta in primo dubio iustificatur. Venio ad secundum dubium, in quo quæritur de uigore donationis, in qua non videtur esse laborandum, quia dubitatio
10 nes quæ suprà eliciuntur sopitæ uidentur secundum† communem opin. a qua non est recedēdum. Nam prima conlusio quòd
11 † donatio omnium bonorum mobilium & immobilium non cōcludat iura & actiones vltra superius dicta, tenet Bar. in l. mouentium ff. de ver. sig. & in l. Cēturio. de vulga. & pupilla. & in cōs. 49. aliàs l. filius Petri de Fiorentia. Oldra. in cons. 219 Factum tale est. Lapus allegatione 91. In primis uidēdum est in fi. Card. in clem. 1. in 10. q. de rebus eccl. non alien. & in cons. 66. Statuto ciuitatis. & in consi. 72. Singulatim ad singula. Ange. in auth. de nō alie. §. 1. & in consi. 228. Consultatio. Abb. in c. nulli, de rebus ecclesiæ non alie. & in terminis in donatione consuluit Bal. in consi. 232. Super infrascriptis dubijs libro 2. aliàs in consilio 100. lib. 2. Et idem concludit dom. Guido Papæ. quæst. 291. Secundò nō ob
12 stat, ꝙ † donatio inter patrem & filium in potestate sit prohibita: quia, ut suprà dictum est, confirmatur iuramento, & ista est
* * *communis* opinio: vt patet ex s. alleg. & in simili donatio quæ fit per Abbatem monacho confirmatur iuramento ut tradit Ioan. And. in rubri. non est obligatorium, in fi de reg. iur. in 6. Et vlterius aduertendum est: quia talis donatio fuit facta cōtemplatione & causa dicti matrimonij: ut in puncto & in instrumento dicitur, quo casu valida videtur esse absq; iuramento: hoc esset cla
13 rum in dote, quia inter patrem & filiam valet † donatio causa mortis. l. Pompon. Philadelphus. ff. fam. erc. not. per gl. in l. 2. vbi Bal. C. de inoff. dona. & Card. in cons. 11. De singulis. in prin. Ita pariter videtur in ista donatione facta cōtemplatione matrimo
14 nij: quia † causa matrimonij fauorabilis dicitur sicut cā dotis. c. fi. de re iudi. & quia fauor dotis est propter matrimonium. l. 1. ff. solut. matri. ergo à fortiori debet valere donatio ex causa matrimonij. argu. authen. multò magis. C. de sacrosanct. eccle. & hoc præsertim in casu isto in quo eodem tempore & contextu fuit constituta dos & facta talis donatio, & ita in terminis tradit do. Guid. Papæ in quæst. 145. incip. Fuit etiam alia orta q. ubi latè insistit & concludit: non refero ulterius eius rationes gratia breuitatis, & quia uideri possunt cum impressæ sint huiusmodi quæstiones. Tertiò, non obstat defectus insinuationis: quia purgatur
* per iuramentum secundum * *communem* opinionem, de qua suprà dictum est: & vlterius dici potest, ꝙ in tali donatione facta
15 † gratia matrimonij non requiratur insinuatio: nam hoc est clarum in dote. l. fina. in princ. C. de iure dot. ergo idem videtur in causa matrimonij, per ea quæ suprà dixi: quia causa dotis & matrimonij æquiparantur. d. c. fin. de re iudica. Et dato quòd in-
16 sinuatio esset necessaria, † vt suprà dictum est virtute iuramenti donatio conualidatur. Nec obstat, quòd iuramentum non videtur, quod supplere possit plures defectus videlicet insinuationis & donationis prohibitæ inter patrem. & filiam in potestate: quia secundum ea quę suprà dixi, non videntur concurrere plures defectus: & dato ꝙ concurrerent, videtur suppleri omnibus per iuramentum: quia illa ratio generalis videtur, ꝙ seruari de-
17 bet † iuramentum, quod potest seruari sine interitu salutis æternæ. c. 1 de pac. in 6. & in ca. cum contingat. in fin. de iureiu. & ista ratio militat dato, ꝙ essent plures defectus: & in simili casu consuluit Pau. de Cast. in consilio 219. In causa quæ vertitur, vbi cōcludit iuramentum confirmare contractum in quo erant plures defectus. Et idem Abbas in consilio 8. Laurentia mulier. in secundo dubio. lib. secundo. & ita ex omnibus supradictis concurro in sententiam domini consultoris.

EPITOME Consi. CCCCXV.

Vulnerans quempiam lætali vulnere tenetur homicidij pœna. Si verò dubitetur an vulnus sit mortale vel non. & intra modicum tempus mors sequatur, eadem infligetur pœna. Quod si per multos dies superuixerit vulneratus, tunc vulnerans homicidij non tenetur, sed pœna à iudice arbitranda plecti debet.

SVMMARIVM.

1 *Probationes dubiæ non sufficiunt ad mortem inferendam vbi agitur de vita hominis, sed debent esse luce meridiana clariores.*
2 *Reus inquisitus in dubio debet absolui.*
3 *Periti de vulnere interrogati si sunt in diuersis opinionibus, in dubio contra percussorem iudicari debet.*
4 *Peritis super vulnere variantibus, opinio illorum qui dicunt vulnus non fuisse mortale videtur probabilior. & nu. 5.*
6 *Vulneratus ad mortem quis dicatur.*
7 *Vulneratus si intra modicum tempus moriatur præsumitur mortuus ex vulnere, & de isto modico tempore iudicis arbitrio committitur, & hoc quando vulnus est mortale.*
8 *Percussor an teneatur de homicidio, si medici omnes attestantur quòd pcussor non erat mortiferè vulneratus, superuenit tamē febris quæ illum tenuit vsq; ad mortem.*
9 *Vulneratus si post multos dies superueniente spasmo mortuus sit, an ille qui vulnerauit teneatur de homicidio.*

VIso eleganti Consilio celebratissimi Iurisconsulti Domini Matthæi de Nicolinis, qui latè insistit & in fauorem Angeli de Paganellis Aretini concludit, ꝙ veniat à pœna homicidij absoluendus. Et iuridicam esse abitror conclusionem ab eo firmatam. Et in primis addo, ꝙ istam quæstionem latè & diligenter explicauit Bald. in consi. 105. Ad euidentiam præmittendum est, ꝙ interdum vulnus. lib. 1. & in consil. 195. An vulnus fuerit mortale necne. eod. 1. libro. & Soci. in consi. 178. Ful. in consilio 134. visis. & in dictis consiliis plura dicit quæ ad casum istum benefaciunt. Et in primis capio conclusionem quam tradit Bald. in d. cons. 195. circa finem, ubi inquit post longam disputationem, ꝙ si res dubia sit, debet iudex inclinare in mitiorem partē: quia
1 † vbi agitur de uita hominis probationes dubiæ ad mortē inferēdam nō sufficiūt: sed debent esse merediana luce clariores. l. fin. C. de proba. & per illam. l. in quæst. nostra. Idem dicit Cor. in cōs. 194. Circa presentem consultationem lib. 2. vbi cōcludit ꝙ probatio debet esse concludens secundum regulam. c. in præsentia. de proba. in l. non hoc. C. vnde legi. sed non sequitur inquisitus vulnerauit & vulneratus est mortuus, ergo decessit ex vulneribus, quia ex alia causa mori potuerit. nam sæpe occurrit, ꝙ etiam sanis mors ex improuiso superuenit. & ista ratio saltem videtur in casu isto procedere per ea quæ inferius dicā. & in casu nostro negari non potest quin casus dubius sit per ea quæ supra dicta
2 sunt: ideò † reus inquisitus in dubio absolui debet. Et huic fundamento obstare uidetur dictum Bal. quod in contrarium allegatur in ca. 1. in ver. & no. in tit. quibus modis feudum amit. vbi tenet, ꝙ qñ periti sunt examinati & vario modo loquuntur, vt in casu isto contingit, in dubio contra percussorem inquisitum iudicandum sit: ut supra in fine consilij responsum fuit: & si fortè illa responsio non placeret iudici, vlterius aliter responderi potest, & considerandum est, ꝙ Bal. ibi loquitur in eo qui vulneratus fuit in loco periculoso in quo ex tali vulnere mors sequi solet; & in tali casu dicit Bal. probatio negatiue, ꝙ non sit mortuus
3 ex tali vulnere, difficilis est, & si † periti sunt in diuersis opinionibus in dubio contra percussorem iudicari debet, & benedicit, quia contra percussorem concurrit qualitas vulneris illati in loco periculoso ex quo præsumitur, ꝙ vulnus esset mortale: vnde probatio in contrarium efficacior esse debet contra illud, quod verisimile est. ca. quia verisimile. vbi Abb. de præsumpt. Secus videtur in casu nostro in quo vulneratus fuit in loco nō periculo-
a so, videlicet in manu ex quo vulnere mors sequi nō solet, [a] vt in-
4 ferius dicam. Et ideò variantibus † peritis probabilior uidetur opinio illorum, qui dicūt vulnus non fuisse mortale: quia cum illis concurrit præsumptio iuris, ꝙ propter qualitatem vulneris illati in loco non periculoso, & cum hoc mihi occurisset postea reperi, qđ Bar. Vero. ita declarat dictū Bal. supra alle. in cōs. 28 Ma
5 gister Iacob. & sic fundamētū supra factū, ꝙ† in dubio inquisitus absoluendus

ADDITIO.

a ¶ Solet.) Adde Sali. in l. 1. C. de emenda. seruo. cujus distinctionem sequtur Feli. in c. presbyterum, de homic. & bene Adde Ange. Are. tracta. maleficio. ver. & ex interuallo dictus Titius. Soci. conf. 178. Cępol. caus. crim. cons. 62. Thomas Grammatic. consi. 2. consi. 19.

absoluendus sit, videtur bene procedere stante (vt dixi) ꝙ vulnus de sui natura non erat mortale: vt etiam inferius dicam. Secundò, principaliter considerandum est, ꝙ in casu isto non erat vulnus mortale de sui natura, quia fuit vulneratus in manu, ex quo vulnere mors sequi non solet: & experientia docet quę est rerum magistra. c. quam sit. de elect. in 6. quia videmus, ꝙ si alicui manus amputetur, non moritur. & dicit Bald. in d. c. 1. in ver. quæro
6 quis dicatur ad mortem vulneratus. † ꝙ ille qui secundum regulas medicinæ euadere non potest, vel cum magna difficultate, dicitur mortifere vulneratus: secus si de leui curari potest, prout in casu isto videtur. & hoc in terminis de manu tradit, & late probat Bar. Vero. consi. 28. supra alleg. & gratia breuitatis non refero rationes. Et stante ista conclusione de qua non videtur dubitādum, dicit Cor. in consi. supra alleg. 194 lib. 2. ꝙ dato ꝙ nulla culpa probaretur, satis est inquisito probare, ꝙ vulnera nō erant lætalia: quia potest esse ꝙ nō decesserit ex dictis vulneribus nec fuerit adhibita cura in medendo. Nam infinitæ possunt esse causæ mortis, & quandoque sunt incognitæ: vt ipse ibi dicit. Ex quo. n. de sui natura vulnus non erat mortale, vt supra dictum est, necessarium est fateri, ꝙ mors secuta sit culpa vulnerati, & medicorum, vel à casu. Et nobis sufficit, ꝙ qualitas vulneris non sit mortalis, & multa quæ in contrarium adduci possunt, videntur habere locū quando vulnus erat mortale de sui natura vel res erat du
7 bia: si n. † vulneratus intra modicum tempus moriatur, præsumitur mortuus ex vulnere: & cùm de isto modico tempore vario modo iura loquantur, videtur ꝙ arbitrio iudicis hoc committatur, vt Floria. concludit. in l. ait lex. in ver. puto hoc indeterminatum ff. ad l. Aquil. & idem tenet Bart. in tractatu de percussionibus ex quibus moritur quis. versi. sed tu in hac varietate. & in casu nostro cum sit mortuus intra sex dies esset arbitrio iudicis ad declarandum, ꝙ sit mortuus ex vulnere. Et ista (vt dixi) habent locum quando sumus in dubio an vulnus esset mortale: & ita loquitur Bar. in d. tractatu, in prin. quia in casu dubio effectus mortis qui sequitur intra modicum tempus ostendit, ꝙ vulnus erat mortale, secus videtur quando constat, ꝙ à prin. vulnus non esset mortale: quia tunc intentio inquisiti probata videtur vt absoluēdus sit per supra dicta. Vltimò vera resolutio nostræ quæstionis videtur pendere à simili quæstione, quam ponit Bar. in d. tract. de percussionibus. in versic. quid si est percussus non mortifere, ita
8 † ꝙ omnes medici attestabantur, ꝙ ex illo vulnere non esset moriturus: deinde superuenit febris quæ tenuit illum vsque ad mortem, vnde quæritur, an percussor teneatur de homicidio. Bar. ibi arguit ad partes, & finaliter cōcludit, ꝙ teneatur de homicidio: dicit tamen, quod pęna debet mitigari. & in simili nota. Bal. in d.
9 consi. 105. concludit, quòd † si vulneratus mortuus sit post multos dies superueniente spasmo, ꝙ ille qui vulnerauit tenetur de homicidio. ita videretur in casu isto dicendum ꝙ licet à principio non esset vulnus mortale ratione loci quia in manu: tñ propter quantitatem sanguinis qui exiuit, natura fuit debilitata, & accidentaliter vulnus factum fuit mortale: vnde videtur teneri de homicidio. finaliter tamen quia in casu isto cū vulnere non mortali concurrit ignorantia, vel negligentia medicorum, vt s. dictū est, videtur casus mixtus, & in tali casu mixto culpam prępondeare ex quo de sui natura vulnus non erat mortale. & ideo nō debet puniri de homicidio saltem ex toto. vt Bal. dicit in d. c. 1. ver. 6. quæritur. quib. mod. feud. amit. & in hoc videtur concordare. Bar. in d. tracta. in fi. dum concludit, ꝙ pęna debet mitigari. Non obstat, quòd dicit Bal. de spasmo, quia non loquitur Bal. quando cōstabat vulnus non esse mortale: vel intelligitur tamen, ꝙ pęna debeat mitigari prout Bar. & Bal. dicūt in locis s. allegatis, & talis mitigatio pœnę committitur iudici cum non sit à iure determinata, iuxta l. 1. de iure delib. Et iudex debet pœnam homicidij mitigare, vt dictum est: quia absurdum esset, ꝙ quis esset ita puniendus pro vulnere non mortali sicut pro mortali: vnde consonat, ꝙ ista mitigatio pœnæ resoluatur: vt puniatur pro vulnere. & in istam partē debet omnino iudex inclinare per ea quæ supra dixi in principio: & si causa esset mihi commissa, ita iudicarem.

EPITOME Consi. CCCCXVI.

B. instituit nepotem ex filia, & casu quo ipse decederet sine filiis, voluit bona assignata peruenire ad I. & N. his aūt quandocunque decedentibus ipsa bona peruenire præcepit ad locū pietatis, quem substituit vulgariter & per fideicommiss. N. adita hęreditate ei obuenta decessit relictis duobus filijs masculis. Deinde obijt I. sine filijs. Respon. Quòd locus pietatis ad successionem prædictorum bonorum admittitur exclusis N. filijs.

SVMMARIVM.

1 *Dictio si quis, ita fœminam sicut masculum complectitur.*
2 *Masculinum concipit fœmininum.*
3 *Pietas matris erga filios videtur æqualis pietati patris, licèt potestas sit inæqualis.*
4 *Testamenti pars vna, secundum aliam debet intelligi.*
5 *Substitutio vulgaris non solum habet locum in hæreditatibus, sed etiam in fideicommissis.*
6 *Substitutio compendiosa comprehendit vulgarem.*
7 *Substitutio vulgaris contenta in compendiosa est tacita simpliciter.*
8 *In substitutione fideicommissaria subintelligitur conditio tacitā si sine filijs decesserit.*
9 *Substitutio facta maiori per verbum commune, continet vulgarem.*
10 *Taciti & expressi idem est iudicium.*
11 *Conditio si decesserit, sine liberis, non intelligitur in vulgari substitutione etiam collata post mortem.*
12 *Substitutio vulgaris est directa & dignior videtur, quam fideicommissaria, quæ propriè non dicitur substitutio.*
13 *Procuratorem reuocandi potestatem habens, intelligitur de expressa reuocatione, secus est in tacita.*
14 *Tacitè intellectum in vno capitulo legis vel statuti nunquam videtur repetitum in alio capitulo dictæ legis vel statuti: licèt secus sit in expresso. & nume. 17.*
15 *Determinatio quæ respicit plura determinabilia videtur in effectu adæquatio & similitudo facta de pluribus.*
16 *Substitutio quādo sub vna determinatione facta fuit alicui vulgariter & per fideicommissum, & quando vtraque comprehenditur in compendiosa, illa adæquatio videtur facta illo simili respectu, vt substitutus vtroque casu admittatur.*
17 *Quod tacitè in vno capitulo intelligitur nunquam ad aliud capitulum porrigitur.*
18 *Testator in dubio videtur velle illud, quod ius disponit.*
19 *Declaratio quæ fieri debet certo tempore ante illud tempus fieri non debet, vbi agitur de interesse alterius.*
20 *Hæres grauatus post mortem distribuere bona inter pauperes, hoc facere non potest in vita in præiudicium pauperum qui erunt post mortem eius.*
21 *Potestas habens arbitrium declarandi pœnam in casibus à iure non determinatis, non potest in principio officij hoc declarare.*
22 *Declarationi alicuius quando standum est si indicat secundum eius sensum, præsentia partis requiritur.*
23 *In declaratione quæ à principe fieri debet, requiritur citatio.*



IN testamento illustriss. & magnanimi olim capitanei inclyti & serenissimi Venetorum d. Bartholomæi Coleoni disponitur, ꝙ quandocunque decederet Alexander nepos testatoris ex filia pro certa parte institutus sine filiis, eo casu bona omnia ipsi Alexandro assignata perueniant ad d. Iulium &
a Nestorem fratrem [a] ipsius d. Alexandri: & ipsis d. Iulio & Nestore & quolibet eorum decedentibus quandocunque, bona, omnia ad locum pietatis Bergomi deueniant & ipsum locum pietatis: dicto casu eueniente ipsis d. Alexandro & Nestori & cuique eorum vulgariter & per fideicōmissum substituit. Euenit casus, ꝙ domi. Nestor post aditam hæreditatē decessit duobus relictis filiis masculis: postea moritur d. Iulius sine filiis, superuiuente d. Alexandro, qui filios non habebat, & cum sit senex non subest spes, ꝙ filios in futurum sperare possit vnde illo mortuo sine filiis quæritur an locus dictæ pietatis admittatur? & superiori anno requisitus pro consilio in fauorem dictæ pietatis suspēsus fui. Et prima facie videbatur, ꝙ filij d. Nestoris excluderent ipsam pietatem, quia in substitutione quæ fuit facta simpliciter d. Nestori tacite intelligitur illa conditio, si decesserit sine filiis, iuxta. l. cū auus. de condi. & demon. in l. cum acutissimi. C. de fideicom. in l. generaliter. §. cum autem C. de insti. & subst. Nam cum dicta iura generaliter loquantur etiam locum habent in descendentibus ex filia de quibus in casu isto agitur: & ita tenet gl. in d. §. cum autem in verbo. substituit Bar. in d. l. cum auus. & bene facit text.
1 in d. l. cum acutissimi, in versi. si quis. illa enim † dictio, si quis, ita fœminam sicut masculum complectitur. l. 1. vbi Bart. ff. de verb. sig. in l. si quis maior. C. de transact. cum gl. in l. si quis in tantam. in gl. fi. C. vnde vi. cum simi. vt dixi in d. §. cum autem. & quia su-
2 mus in materia indifferenti, quo casu in dispositione legali † masculinum semper concipit fœmininum vt no. Ang. in consi. 289. Viso testamento. & quia materia l. cum auus. est fundata in pieta-
3 te vt ibi dicitur, & in † matre videtur æqualis pietas vt in patre; licet potestas inęqualis sit: vt dicit tex. in l. furiosæ matris. ff. de curat. furio. & hoc non videtur dubitandū: ergo videtur ꝙ filij prędicti Nestoris, debeāt excludere dictam pietatem. & hoc confirmatur in casu isto, quia in prima substitutione facta Alexandro expressa fuit illa conditio, si decederet sine filiis, ergo pariter consonat,

ADDITIO.

a ¶ Fratrem.) Et si nepotem ex filia testatoris in linea directa hic enim cardo causæ versatur.

ſonat,ꝙ in alia ſubſtitutione facta ſucceſſiue dictis Neſtori & Iu
lio repetita intelligatur eadem coditio, ſi ſine filiis deceſſerint,vt
in ſimili caſu Old.tradit in cōſi.141.Thema tale eſt, do G.uer.Itē
4 ēt ex alio capite.& ad hoc facit, † quia una pars teſtī ſ̄m aliā de-
bet intelligi.l.qui filiabus,in prin.ff.de leg.1. Et talis condō tacita
ēt uidetur habere locum dato,ꝙ locus pius uel eccleſia ſit ſubſti-
tuta:ut no.Bal.in d.l.cū acutiſſimi.& Pau.de Caſt.ibi circa fi.Nec
obſtat prædictæ concluſioni ſi dicatur, ꝙ s̄.dicta procederent ſi
ſubſtō habuiſſet locum ſ̄m ordinē teſtī uidelicet ſi Neſtor poſt
Alexandrum ſuperuixiſſet prout teſtator cogitauit.Sed cum Ne
ſtor mortuus ſit uiuēte Alexandro, fideicommiſſum iniunctum
ipſi Neſtori caducū fuit.§.pro ſecundo.C.de cad.tol.quia r̄nderi
pōt,ꝙ remanet tale fideicommiſſum apud do.Alexandrū.§.pro
ſcdo.& uidetur remanere cum illa qualitate ſi dictus Neſtor de-
cederet ſine liberis.ut not.tradit Bar.in auth.ex cauſa.C.de libe.
præte.uerſi.ſed circa hoc dubitatur.in fi.in l.peculium.§ fi.in l.cū
pater.§.ab inſtituto.in fi.de leg.2.& tradit Ant.de But.in cōſi.26.
Iam ſic ſoluto primo dubio.in fi.& iſta erāt quæ ſuperiori anno
ad conſulendū in fauorem loci pietatis me retrotrahebant. Qui-
bus tñ non obſtantibus nūc ulterius cogitanti,ↄ̄trium de iure eſſe
arbitror,uidelicet,ꝙ locus dictę pietatis in caſu propoſito ad ſuc
ceſſionem dictorum bonorū admittatur, quia dictus locus fuit
ſubſtitutus dicto Neſtori vulgariter,& per fideicōmiſſum:ut pa
tet in teſtō.Nam ſaltem vulgaris uidetur habere locū in iſto caſu:
quia illa locū habet ēt eo caſu, quo quis hæres eſſe non pōt.l.cū
proponas.C.de hæredib.inſti.& hoc pōt intelligi quocunq; mo-
do ueniat impotentia,quia eſt locus ſubſtitutioni:ut dicit Bar.in
d.l.cum proponas.in prin.& in l.3.§ fi.in fi.ff.de lib.& poſth.ubi
inquit,ꝙ caput impotentiæ uerificatur ſiue ex parte teſtī uitium
ſit,ut in d.l.3.§.fi.ſiue propter uitium perſonæ inſtitutæ,ut in l.2.
C.de hære.inſt.ſiue propter defectum perſonæ inſtitutæ:ut quia
non ſit natus inſtitutus.l.fi.de inſti.& ſubſti.uel quia mortuus ſit
ante aditam hęreditatem in l.ab omnibus.§.cum quidā.de leg.1.
& ita uidetur in caſu iſto,quia prędicti Neſtor & Iulius,qui erant
grauati,deceſſerūt uiuente Alexandro,& ſic non potuerunt eſſe
hæredes,ideo locus pius uirtute vulgaris ſubſtitutionis admitti-
5 tur,cum talis vulgaris † ſubſtitutio habeat locū non ſolum in hæ
reditatibus,ſed ēt in fideicommiſſis in l.ut hæredibus.ff.de leg.2.
& in l.1.§.pro ſecundo.C.de cad.tol.& in tali vulgari ſubſtitutio
ne, quæ uidetur habere locum in iſto caſu nō ſubintelligitur illa
tacita conditio, ſi grauatus deceſſerit ſine filiis, iuxta l.cum auus.
de condi.& demonſtra.quia illa lex loquitur in ſubſtitutione fi-
deicommiſſaria:ut colligitur ibi,patruo ſuo reſtitueret. Verbum
enim,reſtituere,denotat fideicommiſſariā ſubſtitutionē.in l.co-
hæredi.§.cum filię.ff.de vulg.not.Bar.in l.Centur.ff.de vulg.Bal.
in l.fi.C.de ſacroſan.eccl.vnde cum diſpoſitio dictæ l.cum auus,
ſit exorbitans a iure communi,& loquatur in ſubſtitutione fidei-
commiſſaria non debet extēdi ad vulgarem adiectā:& ita tenet
gl.in d.l.generaliter.in §.cum aūt.in uerbo,ſubſtituit.quam doc.
* * *cōiter* ſequuntur.& ab iſta cōi opi.conſulendo & iudicando nō
eſt recedendum:ut concludit Bar.Soci.in d.l.cū auus.ſed difficul
tatem facit,quia iſta cōis opinio limitatur per Soc.ibi in uer.limi
ta tñ cōem opinionem nō habere locum qñ vulgaris eſſet inclu-
ſa in compendioſa:ut quia facta ſit ſubſtitutio quandocunq; in-
ſtitutus decederet.iſta.n.uerba denotant ſubſtitutionem compē
dioſam,quæ dr̄ illa quæ fit ſub conditione mortis,& plura tēpo-
ra complectitur:ut not.Bar.in l.Centurio.uerſi.Expeditis cōtra-
riis.& idem Bar.in ead.l.uerſi.ſecundò opponitur.de vul.& pup.
& plura tpa intelligantur pro plurib.ſubſtitutionib.ut not.idem
Bar.in d.l.Centurio.in 2.q.& de tali cōpendioſa no.Ang.in conſ.
125.Subſtitutiones dictorum teſtamentorum.in prin.Ang.Aret.
6 in tract.de teſta.in uerbo,in pupillari ætate:† & in dicta compen-
dioſa cōprehenditur vulgaris,ut not.Bar.in d.l.Centurio.in ver.
quæro utrum in compendioſa.cum ſi.ut tradit ibi Alex.in char.
pen.in uerſi.Item inquantum Bar.& ibi dicit,ꝙ cōiter doct.ita te
nent.& idem Alex.in conſi.1.in conſi.121.Viſo lib.1.in conſ.13.
Viſis.lib.4.Fulg.in conſi.33.Titius.& Bal.in conſi.443.Quidā Ni-
7 colaus.lib.4.ubi dicit, ꝙ † vulgaris contenta in compendioſa eſt
tacita ſimpliciter & expreſſa dr̄ uerbis generalibus, & pariter in
dicta cōpendioſa fideicōmiſſaria continetur:ut no.Bar.in d.l.Cē-
turio in l.prę alleg.& no.in l.precib.C.de impube & aliis ſubſti.in
c.Raynutius.de teſtam.no.Ang.in conſi.204.Quidam Bartholo-
mæus.Alex.in d.conſi.13.lib.4.& in conſi.165.Circa præſentem.
lib.5.cum ergo in ſubſtitutione compendioſa comprehendatur
8 vulgaris & fideicommiſſaria,ſicut in † fideicōmiſſaria,ſubintelli
gitur tacita condō,ſi deceſſerit ſine filiis.d.l.cum auus.Ita pariter
in tali caſu uidetur in vulgari,ut ↄcludit Soci.in d.l.cū auus,in lo
co præallegato, quia æqualis debet fieri determinatio. arg.l.iam
hoc iure.ff.de vulg.in l.quamuis.C.de impub.& aliis ſubſtitutio
nibus.in l.in teſtō.C.de teſta.mili.& ad hoc facit, qđ not.ſimpli-
9 citer Bar.in d.l.Centurio.uerſi.quæro utrū ſubſtitutio † facta per
uerbum cōe.ubi uidetur hoc tenere dum inquit,ꝙ ſubſtitutio fa
cta maiori per uerbum cōe continet vulgarem ſ̄m Ia.de Are.&
Cy.& Ray.in d.l.precib.& ipſe dicit hoc uerum eſſe,quia uerbo-
rum ſignificatio hoc importat;dicit.n.ſi filius meus deceſſerit ſine
liberis uel qñcunq; quia intelligitur ſiue decedat in uita teſtato-
ris,ſiue non, & hæreditate non adita,ſiue adita: & ſic infertur,ꝙ
illa condō,ſi deceſſerit ſine liberis,in tali caſu ēt in vulgari intel-
ligitur: & ad idē alle.Old.in conſi.139.Thema tale eſt.G.canoni-
cus.& Io.And.in addi.Spe.in tit.de teſta.§.1.in fi.in ultima addi.
Et iſta limitatio uidebatur habere locū in caſu iſto in quo ſubſtō
fuit cōpendioſa facta ipſis Iulio & Neſtori decedētibus qñcunq;
unde ſi illa condō expreſſa,ſi deceſſerit ſine liberis,refert ad vul-
garem & fideicommiſſariā ſubſtitutionem qñ ultra eſt compre-
henſa in compendioſa ſ̄m Bar.ita pariter uidetur dicendū in tali
10 condōne liberorum tacita quæ a lege intelligitur,cum† taciti &
expreſſi idem iudicium ſit.l.cum quid.ff.ſi cer.peta.Sed tñ quod
Soci.dicit nō uidetur in caſu noſtro bene adaptari:quia loquitur
ipſe in vulgari quæ ſit comprehenſa in compendioſa de qua nō
vr̄ tractari in caſu iſto: quia licèt quoad formā uerborū facta ſit
compendioſa, dum dicitur ipſis Iulio & Neſtore qñcunq; dece-
dentibus,tñ inferius dicitur,ꝙ prędictus locus pietatis ſubſtitui-
tur vulgariter & per fideicōmiſſum. Cum ergo ſpecialiter & no
minatim dicatur de vulgari & fideicōmiſſaria,non uidetur,ꝙ in
caſu iſto vulgaris & fideicōmiſſaria comprehendatur in compē-
dioſa, quia expreſſum facit ceſſare tacitū.l.cum & filio.§.1.ff.de
vulg.& pu.facit tex.in l.doli clauſula,de uerb.obli.in l.ſanctio le
gum.ff.de poen.& ideo maſculinū non concipit fœmininum de
quo expreſſum ſit:ut no.Bal.in l.in multis.in fi.ff.de ſtatu.ho.vñ
in caſu iſto debet iudicari tanquā de vulgari ſimpliciter, quæ (vt
ſupra dictum eſt) non recipit tacitam conditionem liberorum.
Secundò cōſiderandum eſt ꝙ ēt in ſubſtitutione compendioſa,
in qua vulgaris, & fideicommiſſaria, & ēt pupillaris quandoque
comprehenditur ut s̄.dictum eſt,hoc uidetur uerum a principio
& potentialiter,quia talis ſubſtitutio compendioſa applicari po
terit ad vulgarem, uel pupillarē, uel fideicommiſſariam ſ̄m qđ
caſus occurrit: ſed ſi talis compēdioſa reſoluta ſit in vulgarē,uel
fideicommiſſariam,de tali vulgari uel fideicommiſſaria in quam
compendioſa reſoluatur,debet iudicari tanquā de vulgari,uel fi
deicommiſſaria ſimpliciter,& abſolutè,ut no.Bar.dicit in l.hære
des mei.§.cum ita.in uerſi.ſi non loquimur in ſubſtitutione com
pendioſa.ff.ad Treb.& ſequitur Alex.in conſi.1.Perſpectis uer-
bis teſtamenti.lib.1.& cum in caſu noſtro fideicōmiſſaria ſubſtō
non potuerit habere locū,quia prædicti Iulius & Neſtor deceſſe
runt non adita hæreditate.l.ille à quo.§.ſi de teſtō.ff.ad Treb.d.
ſubſtō compēdioſa in vulgarem ſolam reſoluta fuit, & facta tali
reſolutione tanquam de vulgari ſimpliciter iudicandum eſt,& in
vulgari ſimplici ut dixi, tacita condō liberorum nō intelligitur.
præterea & ſi eſſemus in ſubſtitutione compēdioſa, ratio quam
Soci.adducit non ualet,dum inquit propter æqualem determina
tionem,qđ tacita conditio liberorum quæ habet locum in fidei
commiſſaria ēt uidetur habere locū in vulgari: nam ratio iſta re-
torqueri in contrariū pōt:ut æqualitas conſideretur hoc modo,
ꝙ ſicut in vulgari illa condō non intelligitur,ita nec in fideicom
miſſaria, & hoc modo in terminis arguit Corn.in conſi.1.Circa
11 primum conſultationis quæſitum.lib.3.ubi cōcludit ꝙ † in vul-
gari ſubſtitutione etiam collata poſt mortem nō intelligitur illa
conditio,ſi deceſſerit ſine liberis,quia nō reperitur hoc iure cau
tum:& regulariter non recedimus a uerbis.l.non aliter.de leg.3.
& in vulgari non militat ratio quæ in fideicōmiſſaria. Non n.de-
fertur hæreditas filiis inſtituti ſi inſtitutus non ſit hęres,ſed deuo
luitur ad cohæredem, uel ſubſtitutum.l.1.§.is ita.C.de cad.tol.l.
cum hæreditate.de acqui.hæredi.& ſicut conditio illa,ſi deceſſe-
rit ſine liberis,nō habet locum in vulgari,ſuadet ratio, ꝙ pariter
non intelligatur in fideicommiſſaria,ut in utraq; fiat æqualis de-
terminatio.argu.l.iam hoc iure.ff.de vulga.& in l.quamuis.C.de
12 impu.Iſta interpretatio magis congrua uidetur,quia † ſubſtitu-
tio vulgaris eſt directa,& dignior uidetur,quam fideicommiſſa-
ria,quæ non dicitur propriè ſubſtitutio:ut no.in rub.C.de inſt.&
ſubſti.& illa tanquam dignior deberet attendi, arg.c.cum in du-
biis.de conſe.eccle.uel altaris.Et quia hoc modo tollitur illa ſpe-
* test uerificari in monasteio penitus incapaci. Et ista est * *cõmunis* opinio, ut attestatur Alex. in d. consi. 13. lib. 3. & dixi in consi. 259. supra alleg. per dominum Consultorem. Et istam eandem opin. late sequitur Soci. in consi. 92. Circa primum, ubi alios refert, & dicit istam esse cõmunem opinionem quam sequitur, & ad quædam contraria ibi respondet: & gratia breuitatis non refero. Et ita breuiter in hoc dubio non videtur laborandum, quia res clara est: ideo vlterius non insisto. Sed capio secundum dubium in quo uidetur maior dubitatio: quia testator post institutionem filiarum disposuit, ꝙ si aliqua ex ipsis filiabus institutis ingrederetur religionem & profiteretur, nō deberet habere nisi libras mille, & sic uidetur priuari portione hæreditaria. do. Consultor concludit dispositionem non ualere: quia talis dispositio retrahit filias ab ingressu religionis, ex eo quod no. Abb. in d. c. in presentia. in uer. quid si testator dedit. & quod not. Bart. in l. 2. in prin. ff. de his quæ pœ. no. cum si. supra alleg. & reprobatur opinio aliorum quam ego sum secutus confirmando illam pluribus rationibus, vt patet in d. c. in præsentia, in versic. postremo circa istam glo. & in uersi. ex prædictis infertur. & in cōsi. 259. Visis. Do. Consultor reijcit istam opinionem, & dicit respondisse rationib. meis in d. c. in præsentia sed uoluissem videre bonum responsum ad ea quę dixi, & congruum fuisset eius responsiones hic inserere: & certe mihi non est molestum ꝙ scripta mea à posterioribus arguantur: nam iniquus essem iudex si nollem ab aliis reprehendi, cum ipse solitus sim antiquorum & modernorum dicta sæpenumero oppugnare, sed hoc maturè, & pro veritate fieri debet & nō studio contradicendi. Et quantum ad propositum nostrū duo facturus sum. Primo, ostendā ueriorem esse illam opi. quam alias & legendo & consulendo sum secutus, ut dn̄s Consultor refert. Secundo, ꝙ ista dubitatio in casu isto nō erat necessaria. Circa primum declarando, vt dixi latius in consi. 259. s̄. alleg. habemus considerare duos casus. Primus est, qn̄ constat de expressa uoluntate testatoris, ꝙ uoluit excludere monasterium, ut in casu isto contingit, & in tali casu uoluntas testatoris debet attendi & obseruari. §. dispo nat, in auth. de nu. l. in conditionib primum locum. in prin. de cō di. & demon. l. cum virum. C. de fidei cum sim. & quia rebus suis
3 † testator pōt legem imponere. l. quoties. C. de don. quæ sub modo, c. uerum. de cond. appo. & quilibet in re sua est moderator & arbiter. l. in re mandata. C. mādat. etiam abutendo. l. sed & si lege.
4 §. consuluit. de peti. hær. & fauor religionis uel † monasterij non debet impedire uolūtatem testatoris: quia sic fauorabilibus personis & causis, debitores sumus, ne iniustitia alijs fiat. c. ex tenore, de for. compe. & in ca. necesse. de do. inter vi. & uxo. Esset. n. valde iniquum quòd bona testatoris contra eius uoluntatem mo-
5 nasterio applicarentur: quia † inuitus nemo cogitur bene facere. c. de iudæis 45. dist. & 23. q. 5. c. ad fidem. & ideo in casu isto videtur, ꝙ expressa dispositio testatoris attendatur, & ꝙ solū summa librarum mille debeatur filiab. institutis quæ ingressæ sunt monasterium. Secundus casus est, qn̄ non constat testatorem ꝑcise cogitasse de ingressu monasterij, prout loquuntur doc. in illa quæstione in qua dicitur, si decesserit sine liberis ueris & naturalib. ab eo legitime procreatis: nam tali casu licet verba nō conueniant monasterio, tn̄ necessario infertur, ꝙ cogitauerit de exclusione monasterij: quia potuit cogitare de exclusione filiorum adoptiuorum & legitimatorum: & fauore religionis fit interpretatio, ꝙ de monasterio non cogitauerit, & lex supplet & præsumit, ꝙ si de ingressu monasterij cogitasset, idem uoluisset de monasterio, quod de liberis disposuit, & declarat Pau. de Cast. in authen. nisi rogati. C. ad Treb. Et istam declarationem Pau. de Cast. Alex. sequitur in ɔsi. 121. Viso themate. lib. 2. & in ɔsi. 35. Super contentis lib. 3. Et dixi in d. ca. in præsentia, sed in primo casu qn̄ apparet testatorem uoluisse excludere monasterium, cessat ratio supra alleg. quia

ADDITIO.

a ¶ Incapaces.) Phi. Dec. & omnes, in cap. in præsentia. de proba. & ibi annot. ad Decium & ad Alex. consi. 121. libr. 2. plene dixi de materia huius consilij.

6 lega quia in claris non est opus † coniecturis l.continuus. §.cum ita de verb.obl.& in tali casu doct. non ꝯdicunt, quia loquuntur in secundo casu: prout firmat quæstionē Abb.in c.in præsentia, in loco s̄.alle.per dn̄m consultorem. Non obst.qđ Abb.in fi.ibi, per l.Titiæ si nupserit.C.de cond & demō.& Bart.in l.2.ff.de his
7 quæ pœ no.volunt,ꝙ illa † cōditio, si ingrediatur monasterium, habeat minus.ꝙ reijciatur ne retrahatur a vita religiosa:quia respondetur ꝙ ista ratio non est vera, & efficaciter probaui in d c. in præsentia.ver.pro resolutione huius quæstionis, & verior vr̄ illa opinio,qđ debeat seruari voluntas testatoris, ut minus conse quatur illa quæ ingreditur monasteriū: prout testator disposuit, per supra dicta,& per ea quæ dixi in d.cap.in præsentia, in ver.ex prædictis infertur.& ex ibi dictis & allegatis apparet istam verio-
* rem esse opinionem & etiam magis * *communem*, non refero vlterius gratia breuitatis: & quia de facili videri potest.Et ex his nō vr̄ tutum fundamentum dn̄i Consultoris in hoc secundo dubio, dum conatur opinionem meam impugnare. Placet tn̄ conclusio dn̄i Consultoris alia ratione quam ipse dicat, & attenta ratione quam statim dicam, liquido cōstabit disputationem supra factā in casu isto necessariam non fuisse. Vnde considerandum est, ꝙ etiam retenta opinione ꝙ voluntas testatoris debeat obseruari: & ꝙ illa quæ intraret monasterium solum haberet mille libras: prout testator voluit,ista conclusio debet intelligi, & limitari in monasterio capaci,& ita vr̄ fuisse de intētione testatoris qui portionem hæreditatis reducit ad summam mille librarum. Videtur enim præsupponere,ꝙ ista bona acquirantur monasterio,& hoc confirmatur cum iure cōi: quia tex.in § & hoc præsenti, in quo est fundamentum doc. ne quis rettrahatur ab ingressu religionis loquitur,qn̄ bona illa de quibus ibi agitur illi monasterio acquiruntur:& sic loquitur in monasterio capaci,vt dixi, & probaui in d.consi.259.& extra terminos in quib.loquitur, trahi non debet, vt no.per gl.fi.in d c.in præsentia, cum si.vt dixi ibi, in ver.in fin. gl.& ideo dispositio testatoris non habet locū in monasterio incapaci de quo agitur,& ad hoc faciunt allegata s̄.in 1.dub.& sic et in hoc dubio concurro in sententiā domini Consultoris non per eius rationem,qui dicit dispositionem testatoris non valere: sed quia dato ꝙ valeat, restringit in monasterio capaci: secus est in monasterio incapaci, de quo agitur per s̄.d cta. In 3.dub.quęritur de institutione facta de magnifico dn̄o Honofrio de Cegulis a do.Martha pro toto tpe eius vitæ, & post eius mortem substitutum est monasterium sanctæ Marthæ de Brixia: & vera &
* * *communis* conclusio videtur secundum Bald.in l.miles ita hæredes in versi.& ideo si paganus.ff.de test.mil. ꝙ do. Honofrius sit hæres pleno iure & ꝙ post eius mortem teneatur hæreditatē dicto monasterio restituere.Et idem cōcludit Bal.in l.id quod pauperibus in 14 q.in versic sed ego ostendo. C.de episco.& cler.Et idem tenet Ang in l filius a patre in prin.circa fin.in versi.sed tamen dicas.de lib.& posthu.& cum prædictis concordat Sali.in l. extraneum.C.de hær.instit.in 3.q.& in fin.l.& late Alex.in consi. 162 Circa primū dubium lib.2. vbi s̄. dictos omnes refert & sequitur,& idem Ange.Aret.in §.hæres.institu. de hæredib.insti.& dixi consi.278. Non leuis perplexitas,in fi & de hoc non vr̄ dubitandum.Sed dubium vr̄ in restitutione,quam do.Honofrius debet facere monasterio post eius mortem: nam talis restitutio nō pōt fieri tali monasterio penitus incapaci.cle. exiui §. fratres autem præfati.de verb.sig.& in restitutione fideicōmissi not.Bar.in tract. Minoricarum. Vnde videndum est cui dicta bona debeant applicari: & clarum est ꝙ fisco non acquiruntur: quia cum isti omnino incapaces sint, fiscus nō admittitur, vt no.Bar.in l.hæreditas.C.de his quib.vt indi.& Bal.ibi.Bart.in l fi.C.de his quib.vt indig.cum si.vt tradit Alex.in d.l. hæreditas. Maria. in consi.22.
* Sequendo ordinem,ubi inquit ꝙ * *communis* est regula & doctrina,ꝙ qn̄ quis est incapax hæreditatis vel legati non aufert a fisco vt ab indigno: & Alex.in consi.202.Perspectis uerbis testamenti, lib.6.& in fratribus minoribus no. Bar.in l. si quis in metallum,in prin.ff.de his quæ pro non script.& in locis præallegatis doct.dicunt ꝙ dicta bona quæ dictis fratribus non acquiruntur debentur venientibus ab intestato,& in casu isto vr̄ ꝙ debeant remanere apud hæredem grauatum, secundum regulam quæ habetur in l.1 §.pro secundo. C.de caduc. tollen. Et ex his tertium dubium breuiter absolutum sit. Circa quartum dubium clarum videtur, ꝙ remissio libellorum petitorum cum fuerit limitata,non habet locum in futuris.ar.l.prætor.ff.de iud cum. si.supra alle,& adhoc facit text in l cum lex.de leg. ubi dicitur cum lex in præteritum vetat in futurum indulget ,& econtra, & est natura limitati tem-
8 poris: quia † permissum ad tempus uidetur ad tempus prohibitum l.statuliberum.§ Stichum de lega.2.in l.imperator.ff.de postulan.cum sim.Et ad id quod dictum est de renuntiatione facit.
9 quia † renuntiatio est stricti iuris & in ea non ueniunt nisi ea quæ expressa sunt,ut no.Bald.in consi.5.in titu.de præben. & Cardi.in consi 120. Titius obligauit.in fi.cum si.ut dixi in consi 379. Requisitus pro consilio.Et propter hoc in proposito infert Roma.
10 in consi.168 Circa primum, in prin.ꝙ † renuntiatio facta hæreditati patris per filiam non præiudicat sibi in hæreditate fratris, qui adiuit hæreditatem patris: quia per aditionē hæreditatis desinit esse hæreditas patris,ut notatur in l 1.§.ueteres.de acq.poss. Et idem not. Ang.in consi.52 Dominus Giulius quia per aditio-
11 nem incipit esse patrimonium † eius qui adiuit. l. sed si plures §. filio de vulga.& pupil. Idem Roma.in consi 40.Visis Benedictus Capra in consi.68.Cum uiso.& Bar.in l.fi.in prin.ff. ad Tertyllianum.cum similibus,ut tradit Alex.in d.§.ueteres, & dixi in consi. 266.Ad exclusionem.in princip.

EPITOME Consi. CCCCXX.

Sacramentorum quæ conficiuntur die Iouis sancti, custodia pertinet ad illum qui de consuetudine ad id tenetur. De iure autem communi ad Archidiaconum spectat talis custodia.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconus est vicarius episcopi in omnibus,& omnem curam & sollicitudinem eius gerit.*
2 *Animarum cura spectat ad archipresbyterum.*
3 *Custodia ecclesiæ vacantis spectat ad eum qui habet ius conferendi vel instituendi.*
4 *Archipresbyter an sit maior in ordine.*
5 *Expensæ quæ fiunt gratia fundi custodiendi,non dicuntur fieri causa culturæ.*
6 *Argumentum a connexis non semper valet.*
7 *Pactum factum super principali non porrigitur ad appendices.*
8 *Consuetudinem allegans illam probare debet.*
9 *Exemplis iudicandum non est.*

QVæritur an ad Archidiaconum uel archipresbyterum cathedralis ecclesiæ Florentiæ pertineat custodia sacramentorum, quæ conficiūtur in die Iouis hebdomadæ sanctæ & s̄. à q̄ pluribus præclarissimis doctorib.conclusum fuit talem custodiam ad Archidiaconum spectare.Et pro uera resolutione videndum est de duob.Primo,an ista conclusio procedat de iure communi.Secundo,an saltem habeat locum de consuetudine attentis alijs quæ narrātur. Circa primum,ut supra dictum est: ista custodia in primis uidetur pertinere ad Episcopum, ex eo, ꝙ huiusmodi sacramenta ab eo petuntur a sacerdotibus, quib.illorum administratio incumbit.c.presbyteri.95 dist.& in cap. presbyteri. in c.omni tempore.de consecra.dist.4 facit tex.in ca.perlectis.§.ad episcopum.25 dist.& de hoc non est quæstio. sed in defectum episcopi
1 dubitatur,ut supra conclusum fuit ꝙ † Archidiaconus habeat custodiam:quia est uicarius episcopi in omnibus, & omnem curam eius & solicitudinē gerit.c.1.c. ad hæc.de offi.arch. Vnde consonat ꝙ custodia quæ spectaret ad episcopum,ut dictum est, in defectum eius ad Archiadiaconum uicariū deferatur: quia uicarius regulariter potest facere omnia quæ potest ille cuius uices gerit. Et no. Archi.post Vinc.in c fi de offic.uica.in 6.Et hoc confirma-
a tur,quia Archidiaconus est maior [a] archipresbytero, adeo ꝙ illi archipresbyter subijcitur & obedire tenetur.c.1.de offic.arch.c. 1.de offic.primi.25 dist.in c.perspectis.§.archipresbyter uero, & no.per glo.in c.pen de offi.leg.lib.6 in uerbo, electionis.quæ dicit, ꝙ Archidiaconus est maior in administratione quam sit archipresbyter.Et idem glo.fin in ca.statuimus. de maio. & obe.& not.Bald.in consi.338.Archidiaconus habet lib.3.& And.Sicu.in consi. 5.Supremi.in prin.lib.2. Et ideo ratione maioris dignitatis & præeminentiæ vr̄, ꝙ ista prerogatiua custodię Archidiacono ut maiori tribuatur In ꝯrium facit:quia ut narratur ex cōsuetudine particulari eccl się Florentię cura animarū & alia omnia con-
2 cernentia † curam animarum ad archipresbyterū spectant: & vr̄ talis constitutio conformari cum iure cōi, per ea quę hn̄r in c.3. de offic.archipres.& per Host.in summa de offi. archipres.§.quę pertinent ad officium,& custodia de qua agitur, vr̄ de pertinentibus & connexis ad ipsam curam animarū, ergo vr̄ ad archipresbyterum pertinere, quia de connexis idē est iudicium.l. quę religiosis ff. de rei uend.in c.trāslato,de cōstit.& in c.quanto, de iud. Ista enim custodia est pręparatoria ad hoc,ut sacramenta possint ministrari, & de pparatorijs idem qđ de principali debet iudicari,ut no Bal.in l.ordinarij per illū tex.C.de rei uen.& tradit Alex. in consi. 58.Circa primum,in fi.lib.1.cū si.ut dixi in d.c.translato.
3 Secundo hoc probatur: quia † custodia ecclesię uacantis spectat ad illum qui habet ius conferendi uel instituendi, ut no.per gloss. in cap.

ADDITIO.

a ¶ Maior. Deci.c.sane.no.3.de offi.deleg. & etiam maior præposito Bald. consi.338.lib.vide Dec.c.super eo.in fi.de of.dele.

in c.cum vos.de offic.ordi.in verbo, œconomus.in fin.ubi Abb. post Io. And.& alios sequitur idem Abb.in c.bonæ.de app. Pariter ergo in isto videtur dicendum, ꝙ custodia horum sacramentorum pertineat ad archipresbyterum qui habet curam & potestatem administrãdi dicta sacramenta. Tertiò facit tex.in c.si plebibus 63.dist.ubi in defectum archipresbyteri archidiaconus habet custodiam ecclesiæ:ergo stante archipresbytero nõ videtur hẽre custodiam:& tenẽdo istam partem in fauorem archipresbyteri ad allegata suprà in contrarium responderi potest, ꝙ haberent locum in materia indifferenti ad archidiaconũ & archipresbyterum:& ista custodia videtur respicere curã animarum, quæ ipsi archypresbytero incumbit:ideo in hoc vĩ, ꝙ archipresbyter præferatur:quia in pertinentibus ad eum ipse vices episcopi agerit.c.qualis.§.archipresbyter verò in fi 25.dist. Et † archipres
4 byter est maior archidiacono in ordine, ut ꝑ gl.in c. in nouo 21. dist.in verbo,pari,& in c.1.in verbo,subesse.de off.archipresby. & quia custodia vĩ præparatoria ad curã,ut suprà dixi: ergo vĩ ipsi archipresbytero cõpetere ꝑ suprà dicta.Finaliter tñ in fauorem archidiaconi concludendum videtur: quia commissio curæ quæ data fuit archypresbytero non extenditur ad dictam custodiam:quia custodia non est de pertinentib. ad curam: ad hoc allego tex.singularẽ,qui videtur decidere quæstionẽ,in l.cũ quęreretur §.prædijs legatis,de le.3.vbi testator legauit prædia,& quæ eorum prædiorum colendorum causa empta parataq; essent, dicit ibi ꝙ non ueniunt ea quæ ad custodiã fundi pertinẽt:quia custodia est separata à cultura fundi. & Bar.ibi ponit summarium, quæ pertinent ad custodiam fundi non pertinent ad culturam,& dicit ꝙ nõ est aliquis qui nesciret illam determinationem iurisconsulti qui non responderet contrarium,& per illum tex ibi infert,ꝙ † expensæ quæ fiunt gratia custodiendi,non dicuntur fieri
5 causa culturæ. Pariter ergo in casu isto dicendum videtur, ꝙ custodia de qua quæritur non vĩ respicere curam animarũ,q̃ archipresbytero fuit commissa:quia sicut custodia est separata à cultura fundi,ita custodia vĩ separata a cura per illum tex.& nihil melius videtur quod allegari possit in isto casu.Non ob.ea quæ s̃ in contrarium inducebam. Et primo quod custodia vĩ de pertinẽtibus & connexis ad curam,vel de præparatorijs:quia hoc negatur per tex.in d.§.prædijs:quia sicut ibi custodia est separata a cultura fundi: ita custodia videtur separata à cura. Si enim esset de connexis & pertinentibus, illud qđ pertinet ad custodiam comprehenderetur in legato,cuius contrarium dicit in d. § prædijs.
6 Præterea,non semper valet † arg.,quòd de connexis idem debeat
7 iudicari:nam † pactum factum super principali nõ porrigitur ad appendices,ut notat Bal.in l.in his.§.mancipia.ff.sol.ma. ꝑ illum tex.facit quod no.Bar.in l.fi.§ Lucius ff.de condi.indebit.in l.in quæstionibus.in fi.ff.ad l.Iul.maie.& cum habeamus tex.qui specialiter de custodia loquitur illi inhęrẽdũ est remota extensione in qua certa & firmata regula dari non põt Secundò,non obstat illud quod dicitur de custodia ecclesiæ uacãtis:quia illud videtur habere locum quando non sit alius qui prætendat habere talem custodiam: secus est in casu nostro in quo archidiaconus concurrit,qui in materia indifferenti videtur prępomẽdus archipresbytero propter maiorem dignitatem per supra dicta & dicta custodia cum sit separata a cura,ut supra dictũ est, remanet in materia indifferenti. Et dato quod aliqualiter dicta custodia respiceret curam animarum:hoc non esset alienum ab officio archidiaconi qui de commissione episcopi curam animarum committit.c cum satis.de offic Archid. & etiam de consuetudine talis cura archidiacono competere potest,ut not.in c.fin.de offic. arch.in c.referente.de pręben.in capitu.2 de exces.præla. Tertiò nõ obst.ꝙ Archidiaconus in defectũ archipresbyteri admittatẽ ad custodiam d.capitu.si in plebibus ergo stante archipresbytero non videtur habere custodiam:quia argu procedit in his quę specialiter pertinent ad archipresbyterum: secus est in custodia de qua agitur,quæ non videtur demandata archipresbytero cũ sit separata à cura animarum, vt supradictum fuit:per illum.§. prædijs, qui videtur ponere gladium ad radicem: & ex his absolutum sit primum dubium. Venio ad secundum in quo suprà conclusum fuit, ꝙ cum archidiaconus subrogatus sit in locum præpositi, ad quem ex longęua consuetudine talis custodia pertinebat, ut asseritur in laudo per archiepiscopum Antonium, quòd ita declarauit & pronuntiauit ratione subrogationis,nunc videtur translata in ipsum archidiaconum, argument. l. si enim.§. 1. ff. si quis caut. cum similib. suprà allegat.Sed prima facie ista conclusio uidebatur dubitabilis: quia de tali consuetudine quòd talis custodia pertineret præposito qui tunc erat, non
8 constat, & qui† allegat consuetudinem debet illam probare, ut no.per glo.in l.præscriptione.C.si contra ius uel uti.pub. no.Bar. in l.de quibus.in fi.ff.de leg.in l.omnes populi,in fi.de iust. & iu. & licèt doctori attestanti de consuetudine sit credendũ ſm Bar. in l. de quibus, in repeti. versi.5 principaliter,hoc dictum Bart. reprobatur, ut tradit Alex.in l.post dotem.ff.soluto matrim.Et idem concludit Aret.in consi.132.In causa quæ vertitur. Et Mod.der.sequũtur in d.l.de quibus.Et idem Corneus in consi.83.Circa primum lib.4.Fran de Curte in consi.78. Domina Francisca. Et ideo non vĩ credendum archiepiscopo doctori excellentissimo, qui attestatur de consuetudine. similiter in laudo dato per reuerendum dominum archiepiscopum non videtur posse fieri
9 fundamentum,cum † exemplis non sit iudicandum. l. nemo. C. de sen.His tamen non obst. conclusio superius firmata videtur verior de iure quia pro laudo præsumitur vt no.per Dy.in consi. 19.incip. Tholomeus.Cal.in consi.5.in titu.de arbit.cum si.ut tradit Alex.in l.sciendũ.de ver.ob.facit tex.in c.nisi essent.de præb. & in ꝯ 119.Quæritur an dominus arbiter.lib. 2. Cardi.in consil. 140 Factum tale. 2.dub.Pau.de Cast.in consi 63 Visis cõpromisso.in 3.dub. Abb.in consi.64.Venio ad primum lib.1.Cu in consi.Stante statuto.Ioã de Ana.in consi. 5. In q. Eustachij.in 3.dub. cum si quæ no.sunt.& etiam propter consuetudinẽ quæ erat in proposito,ut s̃.dictũ est:& de tali consuetudine debet adhiberi fides reuerẽdo dño archiepiscopo Florẽtino qui erat doctor excellẽtissimus,prout concludit Bar in d.l de quib.à cuius opinione licèt Mod.superius allegati disentiant, tñ opinio Bar.vĩ communiter approbata,nam Cuma illam sequitur in consi. 57.Monasterium in fi in consi.169. Viso testamento.Pau.de Cast.in consi.161.In præsenti causa.in prin.ubi dicit esse credendum Bal. attestanti de quadam consuetudine in l.cum antiquioribus. C. de iure delibe.Et idem Bartho. Vero.in consil.39.Lucius ciuis. & in consi. 58.Paulus Faber.& Lanfran.de Brix.in repe c.quoniam ꝯ. de prob.& considerandũ est ꝙ Bar.in d l.de quibus, loquitur de præsumptione,dum inquit credo ꝙ autoritas doctoris sufficiat, nisi probetur cõtrarium,& ad aliud quod dictum est de consuetudine conferunt ea quæ in simili casu tradit Alex.de archipresbytero & archidiacono in consi.142.Viso processu.in 6.lib.

EPITOME Consi. CCCCXXI.

Ex promissione conditionali non competit actio conditione non impleta: non obstante statuto exequutionem paratam instrumẽto obligatorio dante.Et commissio soluendi re integra extinguitur morte committentis nisi per uiam delegationis facta fuerit.

SUMMARIUM.

1 *In contractu venditionis, venditori ad pretium agenti obstat exceptio rei non traditæ.*
2 *Exceptio rei non traditæ opponi potest,licet statutum dicat,quòd contra instrumentum nulla exceptio possit opponi.*
3 *Venditiones plures an dicantur si in eodem instrumento contineantur plures res quæ habeant pretia distincta.*
4 *Deceptus in vna re ultra dimidiam iusti pretij in contractu in quo plures res diuersa pretia habentes venduntur, an in illa re tantum fiet rescissio contractus,uel in omnibus.*
5 *Dictio,quando,facit conditionem.*
6 *Conditione non impleta non competit actio.*
7 *Emptor si agat ad rem venditam tenetur offerre pretium.*
8 *In contractibus nominatis an oriatur actio absque eo quod agens impleat.*
9 *Qualitas adiuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi.*
10 *Offerre prius tenetur qui dare & recipere debet.*
11 *Oblatio tunc necessaria est quando prætextu oblationis quis vult aliquid consequi.*
12 *Exceptione opposita perimitur actio intentata.*
13 *Actus sequens ostendit qualitatem actus præcedentis.*
14 *Confessus nomine dotis se recepisse centum, si post illam confessionem apparet, quòd pro tali dote numerata fuerunt quinquaginta: apparet in aliis quinquaginta confessionem præcedentem non fuisse ueram.*
15 *Mandatum an extinguatur morte mandantis.*
16 *Nouatio per delegationem inducitur, & qui delegat soluit: & nomen debitoris videtur datum insolutum.*
17 *In delegatione requiritur stipulatio, & necessaria est inter debitorem delegatum, & illum cui fuit facta delegatio.*

PLenè & subtiliter absoluta fuit præsens consultatio à præstantissimis dominis consulentibus, & requisitus efficaciter de approbatione & confirmatione huius consultationis agam breuiter: & pro clara resolutione videndum de duobus. Primò an Iacobo de Rausio, si uiueret, ius agendi cum effectu competeret contra Bernardum de Salitis, & Iacobum de borgianis, cum quibus contraxit. Secundò, dato quòd ius agendi illi acquisitum fuisset, an tale ius fuerit translatum in Alexandrum de Bichis

Senensem, virtute commissionis factæ a domino Iacobo de Rausio prædictis Bernardo de Salitis, & Iacobo de Borgianis, quod responderent & soluerent domino Alexandro de Bichis & ipsi promiserunt exequi talem commissionem. Circa primum non videtur dubitandum contractum de quo agitur fuisse ɔ̄ctum emptionis, & venditionis, propter æstimationē factam de omnibus rebus adinuicem tradendis, vt no. in l. 1. C. de rerum permu.
1 cum similibus ut dixi in consi. 160. s̄. alleg. & † in ɔ̄ctibus venditionis venditori agenti ad pretium obstat exceptio rei non traditæ, vt s̄. dictum est: per l Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. & not. Bar. in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit, de iureiu. Bal. in l. si traditio. in 3. quæst. C. de actio. empt cū si. vt tradit Alex. in l filiæ licèt. C. de colla. nam qui petit pretium re non tradita, vr̄ esse in dolo l. ex prædijs. C. de euic Et ideo ibi dicit Bal. quod licet statutum dicat, ꝙ nulla exceptio opponi possit contra instrumētum,
2 potest tñ opponi † exceptio rei nō traditę, quia procedit ex eo-
a dem [a] instrumēto: iuxta no. per Bar. in l. eum qui ita. §. qui ita. circa fi. ff. de verb. obliga. Bal. in l. ex placito in fin. C. de rer. permut. & idem Bald. in d. l. si traditio. in d. 3 quæst. in fin. cum si. ut tradit Alex. in consi. 119. Viso processu. lib. 1. Ant. de Cana. in tracta. de exe. instru. q. 22. Et ex his conclusio superius facta confirmatur. Sed in tali conclusione aduertendum est, quia prima facie videbatur quod in casu isto non haberet locū: quia videntur esse plures venditiones, ex quo in quibuscunque reb. pretium simpliciter constitutum fuit, vnde tanquam de pluribus venditionibus debet iudicari. l. cum eiusdem. l. si plura mancipia. ff. de ędili. edic. & not. Bal. in l. fi. §. præterea. C. de iu. do. vbi per illum tex. ibi pro
3 † singulis concludit, ꝙ si in eodem instrumento plures res contineantur, si habent pretia distincta plures venditiones dicunť. Vn
4 de infert, ꝙ si una re deceptus sit † emptor uel uenditor vltra iustam dimidiam iusti pretij, in illa tantum re habebit locum rescissio, non in alijs. Ita ergo in proposito videbatur dicendū, quòd cum in singulis rebus pretium constitutum sit, videntur tot vēditiones quot sunt res: & quælibet vēditio debet per se iudicari. & quod dicit in §. offerri videtur procedere in vna. & eadē venditione & non in alijs, & ideo licet in casu isto in venditione ceræ, facta non sit traditio, propter hoc aliæ venditiones impediri non debent. Sed considerando diligenter ad hoc respondet, ꝙ licet in casu isto in singulis rebus pretium constitutum sit, tñ omnes uenditiones reputantur pro uno contractu: quia vnam ex dictis rebus sine alijs emptores nō emissent, vt probatur in dicta lege cum eiusdem. in §. interdum, de ædili. edic. ubi dicitur formaliter interdum, & si in singula capita pretium cōstitutum sit, una tamen emptio est, & propter vnius rei uitium omnes redhiberi possunt: cum manifestum erit non nisi omnes quem empturū esse uel uenditurum fuisse. Et ita uidetur in isto casu: quia partes uoluerunt facere unum mercatum de omnib. rebus, ut dicitur in instrumento contractus, ꝙ inter dictas partes fuit factum, & conclusum quoddam mercatum, & in subscriptione dicti Bernardi dicitur pro vno mercato facto cum dicto Iacobo, ex quibus verbis vr̄ & patet, ꝙ dictæ partes habuerunt omnes res simul pro uno mercato, & hoc idem manifeste probatur dum Bernardus & socius eius acceptant mandatum eis factū à d. Iacobo Rausio de soluendo Alexādro de Bichis, ipse Bernardus & socius dicunt & promittunt d. Iacobo Rausio soluere Alexandro de Bichis: *ogni volta che ditto Iacobo ci harà consignato quanto debbe.* Ista verba indefinita æquipollent uniuersali. l. si plurib. de leg. 2. & latine resoluuntur quādo resignauerit totum qđ debet: & sic omnes res promissas: unde patet, ꝙ omnes promissas habuerūt pro vno contractu, & per consequens vr̄ bene procedere argumentum s̄. factum in d. l. Iulianus. §. offerri. quod si agiť ad pretium agens exceptione rei non traditæ repellatur. & vlterius considerandum est, & dico ꝙ in casu isto Iacobo Rausio agenti ipso iure actio non competeret, quia promissio illi facta fuit conditionalis, quando ipse consignauerit, ꝙ debet, ut suprà proximè dictū
5 fuit. † Illa enim dictio, quando, facit conditionem. l. cū vir. ff de
6 cond. & demon. in l. ꝙ pupillo. ff. quando dies leg. ced. † vnde ante impletam conditionem actio non uidetur competere. l. cedere diem. ff. de verb. signi. nam etiam ex instrumento quod ex forma statuti haberet executionem paratam, si in eo sit aliqua con-
b ditio, non potest fieri executio nisi prius [b] conditio liquidata sit, ut not. Bald. in l. si causam. C. de execu. rei iud. cum si. vt Alex. scribit in d. consil 119. lib. 1. suprà alle. & ibi similem casum ponit de illo qui promisit dare & consignare certam quantitatem olei in ciuitate Forliuij cum hoc, ꝙ ille cui debuit oleum consignari cōsignaret octo petias pannorum in ciuitate Firmi, concludit ꝙ promissio olei fuit conditionalis & non potest peti oleum nisi prius fuerit facta consignatio pannorū. & pariter in casu isto vr̄ dicendum ꝙ cum dictus Bernardus & eius socius promiserit adimplere commissionem dicti Iacobi, qñ dictus Iacobus cōsignauerit illud qđ debet, ergo ante consignationem factam dicto Iacobo Rausio actio non competeret, facit quod no. Inn. in c. ga, de iudi. Bal. in l per diuersas. in 10. q. C. manda. cum sim. ut Alex. prosequitur in l. postulante. ff. ad Treb. imò ꝙ plus est, etiā si cōditio in ueritate esset impleta, hoc non sufficit nisi hoc liquideť & constet iudici, vt not. dicit Bald. in l. cum testamento. in fin. C. de manu. testa. & Alex. in l. fi. §. 1. ff. de vul. & pup. prætereà de iure communi in casu d. l. Iulianus. §. offerri, videť ꝙ agens ad pretium rei uenditę debeat offerre traditionē rei: quia qñ onus est intrinsecum actioni debet prius impleri & offerri: & dicitur intrinsecum quando venit ex eadē causa, ut no. Bal. per illum text. in l. filiæ licet. C. de colla. & Fulg. ibi infert in terminis huius quæ
7 stionis ꝙ si † emptor agat ad rem venditam tenetur offerre pretium: & pari ratione, si uenditor uelit pretium petere debet traditionem rei offerre. Est verum ꝙ Alex. ibi post Roma. tenet con-
8 trarium, quia in † ɔ̄tractibus nominatis actio oritur propter solum consensum absque eo ꝙ agens impleat. l. iurisgentiū in prin. ff. de pa. sed ut ibi nouissimè dixi in d. l. filiæ opinio Ful. vr̄ uerior per illū tex. in d. l. Iulianus. §. offerri. quia offerri propriè dr̄ quando non petitur, ut per gl. in cle. sæpe. in verbo, necessariò. de ver. signi. & quia tex ibi dicit offerri debet cū ex empto agitur, ergo
9 oblatio requiritur à principio, quia † qualitas adiuncta uerbo, secundum tempus uerbi intelligiť. l. in delictis. §. si extraneus. ubi Bar. ff. de noxa. in l. si Titius. ubi Bar. ff. de test mi. & quia dicit tex. in d §. offerri, ꝙ si partē pretij offerat, nondū ex empto actio est, & sic non competit actio nisi totū pretium rei offeratur. ergo videtur ꝙ ab initio debeat offerri. & hoc tenet Pet. de Anch in cō
10 si. 332. Visis diligenter. in princ. Et ad idem facit: quia qui † debet dare & recipere, prius offerre teneť ut not. per gl. in l. ædiles la §. final per illum text. ff. de ædili. edict & quando quis uult ali-
11 quid consequi prætextu oblationis † tunc oblatio necessaria est ut not. Bal. in c. licet in princi. in ti. si de feud. fue. contro. Non obstat ratio Alex. fundata in d. l. iurisgentium. in prin. quia verum ꝙ actio nasciť à principio, sed exercitium impeditur per suprà dicta. In hoc tñ nō est opus insistere ſtāte ɔdōne de qua s̄ dictū est: & ex oībus s̄. dictis, manifestè patet, ꝙ dicto Iacobo Rausio si uiueret nulla actio cōpeteret & dato ꝙ cōpeteret omnino per ex-
12 ceptionem oppositam excluderetur, quia opposita † exceptione actio intenta perimitur l. quæcunque. ff. de compensa. l. 2. ff. de exce. no. in l. si unus §. pactus ne peteret ff. de pact. & opposita exceptione nihil refert ipso iure quis actionē non habeat, an per exceptionem infirmetur, ut dr̄ in l. nihil interest. ff. de reg. iu. Nō obstat si dicatur, ꝙ apparet dictum Iacobū de Rausio adimpleuisse & consignasse omnia quæ tenebatur, ut patet de confessione facta de prædictis rebus receptis p dictū Bernardum de Salitis & Iacobum Borgiani: quia talis confessio non fuit vera, sed vr̄ facta spe futuræ numerationis quantum ad cerā quā dictus Iacobus Rausius sibi postea in alio ɔ̄ctu grani computauit, vnde ap-
13 paret dictā confessionē respectu ceræ verā non fuisse, nā † actus qui sequitur ostendit qualitatem actus præcedētis, ut est tex. no. in l. si hi qui. ff. de adul. & facit tex. in §. pauonū. inst. de rer diui. in l. sed & Iulianus §. proinde. ff. ad Maced. & per illū tex. no. Bar. in l. cætera. §. sed & si parauerit. de le. 1. Et specialiter facit quod no. Bald. p illum text. in l. ab Anastasio circa fi. in versi. item hæc lex
14 est arg. C manda. ubi inquit, ꝙ si quis † confessus fuit se nomine dotis recepisse centum, & post illā ɔfessionem apparet ꝙ pro tali dote numerata fuerūt quinquaginta, apparet in illis quinquaginta confessionem præcedentem ueram non fuisse, & faciunt not. per doct. in l. penul. §. si vir. ff. solu. matrim. Et licet loco ceræ granum postea debuerit consignari: ex quo non fuit granum consignatum do. Iacobus Rausius non videtur impleuisse quod promisit: & quia totaliter tenebatur implere. d. l. Iulianus §. offerri. & not. per gloss. in l res bona fide. ff. de contrahend. empt. facit tex. in l. quandiu. C. distra. pigno. in l. 2. C. de debi. uen. pigno. cū similib. & ita primum dubium absolutum sit. & conclusio est ꝙ dictus Rausius si uiueret non posset agere; & dato quòd posset agere, exceptione repelleretur: & stante illa conclusione non esset opus insistere in secundo dubio: quia cum ipse non haberet ius agendi uel exceptione repelleretur, non potuit committere simpliciter dictis Bernardo & Iacobo de Borgianis ꝙ pro eo soluerent Alexandro de Bichis, & ideo ipsi acceptauerunt commissionē conditionaliter, quando dictus Iacobus consignauerit qđ debet, nec est opus disputare isto casu an dicto Alexandro de Bichis, acquisitum fuerit ius agendi uirtute dictæ commissionis: quia cum acceptatio fuerit conditionalis non profuit d. Alexādro eius ius quæsitum nisi sub ɔditione quæ impleta non fuit. & non est opus insistere in eo in quo dñi consulentes laborant, qđ in casu isto nō sit facta delegatio: quia dato quòd delegatio facta fuisset,

ADDITIONES.

a ¶ Eodem.] Suprà consi. 8. vbi tetigi.
b Prius.) Adde eundem Dec. l. creditori. in l. bonæfidei 2. de pac.

fuisset, obstaret conditio acceptatæ commissionis. quæ impleta non fuit In secundo ex abundanti tñ concludendum est, quod illa commissio per do. Iacobum Rausium continet simplex mandatum quod re integra per mortem dicti Iacobi extinctum fuit per mortem eius.§.recte quoque.instit. manda. l. mandatum.C. manda.cle.si.de procur.& not.Bart in l singularia.in versi. si non
15 quæritur.ff.si certum.peta. vbi concludit ꝙ solus † iussus de soluendo alicui, si ille cui solutio debet fieri nullam recepit promissionem dicit mandatum simplex, & potest reuocari, & pari ratione morte mandantis extinguitur. & ita videt in isto casu, quia Alexandro de Bichis prædicti Bernardus & Iacobus de Borganis nihil promiserunt, & ideò mandatum illis factum, qa erat simplex mandatum morte domi.Iacobi Rausij mandantis extinctum fuit. Solum. n. illi cui debet solutio fieri videt ius commissum, quando commissio fuit facta per viam delegationis, qa per
16 † delegationem nouatio inducitur.l.delegare la 1 ff. de noua. & in tali nouatione quæ fit per delegationem nihil est mutatum per l.fin.C.de noua.ut not.per glo.in l. 3.C.de noua.Bart. & doc. in d.l. delegare. nam qui delegat, soluit.l. quamuis.§ interdum. ad velleia. & nomen debitoris videtur datum in solutum, vt declarat Aretin. ind l. singularia. sed in casu isto non potest dici
17 quòd delegatio facta sit, quia inter † alia, in delegatione requiritur & necessaria est stipulatio, inter debitorem delegatum, & illum cui fuit facta delegatio.d.l.delegare. & in l.1. C. de noua. quæ quidem stipulatio non interuenit in casu isto: ideo non est facta delegatio nec dici pōt quod inter mercatores, prout hic agitur, sufficit pactum nudum ut no.Bart. in l.Quintus.ff.manda. Bald.in l. si procuratorem. C.manda quia hic ēt nullum pactum fuit factum cum dicto Alexandro de Bichis qui erat absens: & ideo Bart.in d.l.singularia.ff si cert peta.in quæstio.de mercatore cōcludit, quod si dixi mercatori ꝙ solueret pro me Titio creditori meo, & mercator promisit dicto Titio, quod ego sum liberatus, quia videtur facta delegatio, & tali casu dictum Bartol. intelligitur, ut not Pau.de Ca.in d.l.delegare.Alex.in l.qui vsum fructum.de verbo.obli.& dixi in d l.singularia.versic.Et ex suprà dictis & in consil. 107. In causa quæ nomine hæredum.& tradit Socin.in consil.267 Præsens consultatio. in princip. & in consil. 37.Visa.lib vlti. Alexan.in consilio.10.Visis.lib 2.& in consil.60. Viso titul.lib 6.Aret in consi.5.In causa.cum sim.in quibus non est opus insistere stantibus supra dictis. Ex quibus patet, quod etiam si esset facta delegatio, quod omnino negatur, talis delegatio conditionalis fuisset secundum formam acceptationis facte per dictum Bernardum & socium eius: & cum illa conditio non fuerit impleta, dicto Alexā. de Bichis actio competere non potest.Et ita concludendum videtur.

EPITOME Consi. CCCCXXII.

Filij in conditione positi, & grauati, vt alienare prohibiti, non videntur iure fideicommiss onerati, nisi in casu contra factionis.

SVMMARIVM.

1 *A communi opinione non est recedendum.*
2 *Fideicommissi onus iniunctum videtur, quando filij non sunt simpliciter positi in conditione: sed etiam quando grauati esse videntur.*
3 *Fideicommissum induci videtur ex prohibitione alienationis.*
4 *Alienare extra familiam prohibitus, non potest hæredem instituere illū qui non est de familia.8.& 11.*
5 *Intestatus decedens videtur tacitè vocare venientes ab intestato.*
6 *Testator si relinquit rem pluribus, & illos vetat eam alienare, videtur eis adinuicem fideicommissum relinquere si contingat alterum sine consensu alterius alienare.*
7 *Bona alienari prohibita non veniunt in generali obligatione.*
9 *Alienare prohibitus extra familiam, potest alienare in vnum qui sit de familia.*
10 *Substitutio facta alicui decedenti sine liberis, si liberi excludunt substitutum.*



T pro tenui facultate Mea diligenter visis in casu proposito, & consideratis his quæ accuratè & solito more eleganter scripta sunt per doctores excellentissimos suprà consulentes, requisitus in eorum sententiam concurro, vt stantibus supra narratis fideicommissum non inducatur, & in primis hoc clarū est, ꝙ filij quatenus sunt positi in conditione, non videntur vocati à testatore iure fideicōmissi, ut voluit glo.in l.Lucius.ff.de hære.insti. quæ * *communiter* approbatur, vt supra dictum est: & licet disputando circa hoc multa dici possent: qa satis non sunt, nobis sufficit ista esse communem opinionem, vt post longam disputationem concludit Alex. qui latè omnes alios refert in consil.188. Viso titulo quæstionis, in lib.2 Idem Alex.in consi.91.Ponderatis his lib.1.in consi.105. Perspectis verbis, & latè in consi. 103. Viso themate.eo.1.libr.& in consi.109. Videtur prima fronte.lib.2.Idem Alexan in 3.lib in consi.11.& in consi.22.Visis ac perlectis, in consi 23. Attentis his & in consil 32. Viso processu.Idem Alex in 4.libr. Visis & perlectis, ubi refert sæpissimè se pro ista communi opinione cōsuluisse, & in consil.103. Ponderatis his. & istam opinionem vti communem sequitur Io.de Ana.in consil.68 Viso statuto, & do. Bened.Capra in consi. 2 & nouissime consultum fuit à collegio Papiensi in consil.incipiente, Sæpe resoluta narratione, & ideo ab
1 ista communi † opinione, quæ pro vera canonizata est, non est recedendum: & quia in hoc non videtur esse difficultas, ulterius non insisto.Sed maior dubitatio in casu isto esse videtur: quia si
2 lii & nepotes testatoris non sunt simpliciter positi † in conditione: sed etiam grauati esse uidentur: quo casu his duobus concurrentibus onus fideicommissi iniunctum videt, ut concludit Bar. in l.Centurio.uersi.quæro vlterius quid si testator ff.de vulga.& pup.quia grauando filios filiorum & sic nepotes videtur eis reliquisse.arg.l.denique §.interdum.de pec.leg.& quod no.per glo. in l.alio.ff.de alim.& cib.leg.alleg.etiam text in l.si ita stipulatus. ff.de ope.lib.& hoc modo limitatur quod dicit gl.in d.l. Lucius. de hære.instit. ut non habeat locum qñ filii filiorum grauati fuerunt.& istam opinionem Bart.plerique sequuntur, Pet.de Anch. in c.si pater, in 12.no.de testi.in 6 & Pau.de Cas.in l.ab eo, in quibusdam lect. & Mod. Peru.ibi.C.de fideicommiss. & videtur sequi Alexan.qui pro ista parte plura adducit in consi.64.Difficultas dubitationis præmissæ.in 5 lib. His tamen non obstantibus ēt ex isto capite concludendum est quòd non inducatur fideicom-
a missum: quia contra Bartol. a in d.l.Centurio.est * *communis* opi.
* Ita latè probat & tenet Imo in d l.Centurio. quem ibi Alexand. sequitur.& idem Imo.in capitulo Raynutius.de test.Bal.& Sal.in l.precibus.C.de impu Bald in l.ab eo.C.de fideicommiss. in l.sed & si sic.per illum tex.de legat.tertio & ad iura & rationes Bartol. respon.Imo in d.l.Centurio.& Alexand.sequitur & dicit bis contra Bartol.consuluisse.& ita reperitur in consi.25.Perspectis verbis.libro primo & in consilio.22.& in consilio. 24. supra allegat. in tertio lib.& in consi.13 lib quarto.suprà alleg.& in consi.183. Viso themate.lib.2.Et idem tenet Imo.in capit.cum tibi.de test. Ang.Aret.in trac.de testa.in uerbo, & si omnes eius filii masculi vbi dicit istam opinionem veriorem, inspecta mente testatoris, quæ in primis attenditur Et ita tenet Richa. Malum & Rayne. de Forli. quos refert & sequitur Alber.in repet.rubr.de vulga.in materia compendiosæ.in versicu sed quia testatores sepæ vtuntur. & cum ista sit communis opinio per rationes quæ in locis suprà allegat.traduntur, quæ gratia breuitatis non refero, ab ista communi opinione non est recedendum, & maximè in casu isto ista conclusio videtur procedere: quia Bartol. & alii qui eam sequuntur in dicta lege.Centurio, loquuntur quando grauamen fuit expresse iniunctum filiis filiorum, quod quidem in casu isto non reperitur, & ideo indubitanter opinio Bartol.nihil obstat.& ita in simili casu Alexand.dicit in d.consi.13.libr 4 Idem Alex. in consilio.22.lib.3.& in d.consilio.105 lib.1.versicul. uel aliter. Et idem est si simpliciter onus fideicommissi imponatur, prout videtur fuisse in casu isto ibi, quod casu quo &c.quia in dubio videt impositum illis quibus fuit expresse relictum, Imol.in d.l. Centurio.Alexand.in d consilio.105 libro primo.& in d consi 22 versic.fortius dico.lib.3.vide Alex in l.filiusfamil.§ diui. de legat.1. Nec obst. si dicatur filii filiorum videntur grauati ex prohibitione alienationis quæ eis expresse facta fuit: quia in tali grauamine opinio Barto.nullo modo procedit.Nam Barto.& iura alleg.per eum loquuntur quando grauamen non potest habere locum, nisi fideicommissum præcedat tanquàm necessarium antecedens.l.1 § interdum.ff.de pecu. leg. quod quidem in casu isto non procedit: quia prohibitio alienationis fuit realis, & colligitur ex ratione illa generali: quia voluit bona durare in familia ista enim ratio generalis prohibitionem alienationis generalem facit, vt in terminis Bartol.dicit in l.pater filium.§. fundum.de legat. tertio. & supra dictum fuit. Et hoc idem bene tradit Pau.de Cast.in consilio.232.Visis & consideratis, uersicu. circa primum. vbi concludit, quod prohibitio est realis quando facta est cum illa ratione: quia uoluit bona in familia remanere, & ideo cum prohibitio

ADDITIO.

a ¶ Contra.) Bar.Ias.ibi, & consi.35.libr.4.Cur.Sen.consil.42.consi.63.Vide quę dixi ad Alexand.consil.105.nume.4.libr.1.consilio. 201.numero.3. libr.7.

prohibitio alienationis realis sit, debet obseruare absq; eo quod fideicommissum iniunctum videatur, vt supra dictum est. Tertiò in casu proposito difficultatem facit: quia bona prohibent
3 alienari, ut supra dicitur, vnde ex tali prohibitione † alienationis vr̃ induci fideicommissum. l. peto. §. fratre, & in l. codicillis. §. instituto. de leg. 2. ad hoc supra responsum fuit, ꝙ fideicommissum bene inducitur in casu contrafactionis: scilicet quando quis alienaret contra prohibitionem testatoris, prout iura supra alleg. loquuntur: sed non facta alienatione non insurgit fideicommiss. eo quòd decedens videatur grauatus restituere proximiori de familia superuiuenti, & ideo taliter decedenti non prohibetur ab intestato succedere hæres extraneus qui non sit de familia testatoris, ut probatur in l. cum pater. § cum inter. secundum cõmunem intellectum. de leg 2. & ita per illum tex. Alex. concludit in l. qui Romæ. § cohæredes. ff. de verbo. obli. & uerba illa, quia voluit dicta bona durare in eius familia non inducunt isto casu fideicom. sed prolata videtur ad validandum prohibitionem quæ nuda fuisset, vt s̃. per do. Consultores dictum & conclusum fuit. Sed ista conclusio prima facie dubitabilis videtur: quia sicut pro
4 hibitus extra familiam † alienare, non potest in testamento illum qui non sit de familia hæredem facere, in l. peto § fratre de leg. 2. ita pariter videtur per successionem ab intestato quòd in extraneum transire non possit, ut voluit Bal. in d § fratre. ver. quæ
5 ro an ille. Nam † decedens sine testamento videtur vocare tacite venientes ab intestato l. conficiuntur l. si quis cum nullum. ff. de iu. codi. & sic videtur eadem ratio quæ est in testamento: quia de tacita voluntate idem quod de expressa indicatur. l. cum quid ff. si cert. petat. l. inter vestem. ff. de aur. & arge leg & certè verba & mens testatoris hoc manifeste demonstrant: prohibuit enim testator alienationem: quia voluit bona durare in familia: quocunque ergo modo exirent de familia, dispositio testatoris offenditur considerata illa ratione generali quæ attenditur: vt in terminis tradit Barto. in d. l. pater filium. §. fundum. de legat. 3. Pau. de Cast. in consi. 232. supra alleg. & ideo per talem prohibitionem alienationis videt absolutè induci fideicõ. d. l. peto. §. fra. & d. l. codicil in §. instituto vbi gloss. in verbo. filiis, quæ expresse dicit, quòd testator vetando alienari uel obligari, videtur vicissim fideicommissum relinquere: & Ioan de Imol. ibi notabiliter
6 infert, ꝙ si † testator relinquit rem pluribus, & illos vetat illam alienare, uidetur illis adinuicem fideicommissum relinquere si contingat alterum sine consensu alterius alienare, & hoc refert & sequitur Alex. in l. qui Romæ. § cohæredes, de verbor. obliga. Et tenendo istam opinionem potest responderi ad text. in d. leg. cum pater § cùm inter. de leg. 2. quod sit speciale in filio libertæ: quia propter maximam coniunctionem quam habet filius cum matre non reputatur extraneus: ita Sal. in l. ea lege. C. de condit. ob caus. facit text. nota. in l. sciendum. §. legat ff. de legat. & quod habetur in l. in suis. de libe. & posthu. Non obst. quod illa verba, quia voluit dicta bona durare in eius familia, videntur prolata ad iustificandum præceptum testatoris de nõ alienando, ꝙ sine causa non valuisset. l. filiusfamilias. §. diui. de legat. primò Et ideo non inducunt fideicommissum, ut supra dicebatur: quia ad hoc videtur dupliciter posse responderi. Primò, quod stant ista simul quod ex verbis prædictis prohibitio alienationis iustificetur, ut not. Cy. in l. quories. la 1. in fin. C. de fideicom cum simi. vt tradit Alexand. in d. § cohæredes, & quod etiam ex huiusmodi verbis fideicommissum inducatur: ista enim non repugnant: vel secundò potest dici, quòd prohibitio alienationis ex alio capite in casu isto conualidetur, videlicet quia fauore personæ videtur prohibitio facta ad certum tempus ætatis 20 annor. per ea quæ habentur in d. § diui. Præterea dato quod non haberet locum fideicomm. nisi in casu contrafactionis, ut supra dictum est: in ca
7 su isto contra factum esse videtur, licet enim in generali † obligatione non veniant bona prohibita alienari, ut per Bartol. in l. codicillis §. instituto. de lega. 2. cum sim. s̃. allegat. tamen quantum ad effectum de quo agitur, ut bona in creditorem transferantur necessarium erit dicere contra factum fuisse, & sic in effectu locum habebit fideicommissum, & ideo ex supra dictis creditori consultum esse non videtur. Tamen, vt infra apparebit, remotis ab eo quod suprà maturè & pro veritate, ut puto, conclusum fuit, non videtur recedendum. & ad alleg. supra proxime in contrarium respõderi potest, & primo quod quicquid sit de subtilitate iuris, satis est nobis communem esse opinionem, quòd
a non oriatur fideicommissum nisi in casu [a] contrafactionis, quæ contrafactio non verificatur in eo qui decedit relicto hærede ab intestato qui non sit de familia testatoris, ut supra dictum fuit
* Et idem etiam Alexand. concludit, dicens istam esse * *communem* opinionem in consi. 56. Consideratis verbis testamenti, in ea parte. lib. 1. & in cõsi. 23. Consideratis verbis testamenti dicti Leonardi. lib. 2 & in locis præalleg. respondetur ad illud quod supra in contrarium dicebatur, quod videtur eadem ratio in successione ab intestato & ex testamento: nam hoc fatetur, sed dicit quod etiam veniens ab intestato poterit hęres institui, nec propter hoc dicitur fieri contra prohibitionem testatoris, & sic iura quæ dicunt, prohibita alienatione videtur institutio hæredis prohiberi, ut in l. peto §. fratre. de legat. 2. habent locum in extraneo hærede quæ ab intestato non uocatur: secus in eo cui ab intestato hæreditas defertur. alleg. glo. in l. pater filium. § Iulius Agrippa. de leg. 3. quam adhoc pro notabili allegauit Imo. in l si ita quis. §. ea lege. de verbo. oblig. Et in hoc non est laborandum ex quo concludo, quod supra dicta communiter tenentur, & a cõ
8 muni opinione non est dicedendum. † Secundo respondetur & considerandum est, quod etiam dato quod prohibitus alienare extra familiam nõ posset ab intestato transferre in eum qui non esset de familia, hoc non est curandum in casu isto in quo casus iste non occurrit, & de ista contrafactione non agitur. Nobis enim sufficit, quod ex tali prohibitione de non alienando extra familiam absolute non oriatur fideicommissum inter illos de fa
9 milia, quod patet: quia prohibitus † alienare, potest alienare in vnum qui sit de familia: ut probatur in l. pater filium §. quindecim, de legat. 3. not. in l. voluntas. C. de fideicom. ex quo datur intelligi, quod inter illos de familia non inducatur fideicommissum, quia tunc proximior de familia duntaxat admitteretur l. cum ita. §. fi. in fi. de legat 2. l. fi C de uerb. sig. comprobatur hoc. Nam non ualet consequentia, testator voluit rem in familia remanere: ergo videtur illis de familia rem reliquisse: vt in simili habe
10 tur per gloss. & doc. in dict. l. Lucius de hæred. institu. ubi † substitutio facta alicui decedenti sine liberis, liberi excludunt substitutum, & sic uoluit testator bona eius apud dictos liberos remanere, & tamen ipsi non dicuntur vocati à testatore, nec veniunt iure fideicommissi, ita Aret concludit in d. l. qui Romæ. § cohæredes, ista tamen ratio Aret. videretur inferre quod idem esset si prohibitioni contrafactum fuisset, quod illi de familia nõ essent vocati, unde ratio melior esse videtur considerando mentem testatoris, quæ totum facit, vt dicitur in l. ex fratre. la grande. ff. de hære. insti in l in conditionibus, in prin. de condi. & demonst. nam intentio testatoris prohibentis bona alienare extra familiã videtur fuisse vt bona conseruentur in agnatione. l. prima §. sed & si teruus. de hered. instit. & in secundo statuto fœminam excludente, tradit Ioã. And. in rub. de succes. ab intest. in addi. Spec. in versic. & est sciendum. Bal. in consi 63. inter consilia Angel. Martin. Ioan. de Flor. idem Bal. in l. quod non ff. de legi. Iaco. de Aret. Cyn. & Sal. in l 1. C. de adulte. cum simi. & cum ista sola ratio videatur posse assignari pro expressa habetur: iuxta gl. in l. quamuis. vbi Bal. C. de fideicom. imò satis expressa ratio videtur dum testator dicit, quia voluit dicta bona durare in eius familia, & attenta tali ratione bene consonat, quòd inducatur fideicommissum in casu contrafactionis, videlicet sequuta alienatione, vt supra dictum est: quia tunc fit contra voluntatem testatoris, sed non sequuta alienatione inter ipsos de familia, de gradu in gradum non insurgit fideicommissum: quia hoc nihil facit ad voluntatem testatoris, & quòd magis bona sint apud vnum quam alium de familia testatoris non offenditur voluntas testatoris, qui solùm cogitauit ne bona exirent de familia, & sic in casu proposito bene infertur quod nullum oriatur fideicommissum, ut supra dictum est, & conclusum fuit. Et hoc maximè videtur procedere in casu isto, ut supra dictum fuit: quia prohibitio alienationis non est perpetua, sed ad tempus, quo casu post tempus alienatio permissa intelligitur l. pater filium. §. fundum. de legat. tertio ubi Bartol. & etiam expresse dicitur in testamento quòd elapso dicto tempore alienatio permittatur. Et ideo in tali prohibitione temporali non videtur verisimiliter testator cogitasse, quòd de vno præmoriente in alium proximiorem superstitem bona deferantur virtute fideicõmissi, & si cogitauit secundum mentem & rationem eius tantũ in casu contrauentionis hoc uoluisse videtur, ut dictum est. Postremò non obstat, quod non uidetur esse consultum creditori si bo
1 na † prohibita alienari non potuerunt obligari, & non ueniunt in generali obligatione, ut supra dicebatur: quia cum creditores sint in possessione dictorum bonorum ab eis possessio dictorum bonorum auocari non potest nisi de iure agentis probetur. l. qui accusare. C. de eden. capitul. unico. vt eccle. benefi. sed ex iure fideicommissi conueniri non potest possessor, ut suprà dictum est: similiter si agatur ex contractu locationis per quem bona fuerunt dictis creditoribus concessa, est opus quod agatur tanquam hæres, & sic agens illaqueatur oneribus hæreditariis l cum à matre. C. de rei vendicat. Et licèt dicta bona subiaceant alteri fideicommisso quod uenit restituendum hospitali sub conditione de qua in testamento, tamen pendente tali conditione non prohibentur bona alienari: nam ius tertii prætendentis fideicommiss. de futuro non impedit quominus primum

ADDITIO.

a ¶ Casu.] Suprà consi. 23. consi. 376. ubi dixi.

mum & secundum decretum interim concedatur, ut cōcludunt Bar.& Bal.in l.peto.§.prædium.de leg.2. Et idem latè tradit Bald. in auth.ei qui.C.de bo.auth.iudi.poss.

EPITOME Consi. CCCCXXIII.

M.Columbus conduxit a ciuitate Mutinensi boletam ordinariā, & extraordinariā: pro qua promisit annuatim soluere 2500. ducatos.Item promisit soluere omni anno impensam pallij,ceræ laboreriorum S. Germani.Respon. quod impensa pallij,ceræ & laboreriorum non includitur in dicta summa. Ideo conductor tenetur non solum ad summam cōuentam, sed etiam ad prædictam impensam.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas & mens contrahentium in contractibus attenditur. Et quando de voluntate contrahentium non constat, a verbis contractus non est recedendum.*
2 *Verba ex quibus obligatio oritur sunt in stipulationibus inspicienda.*
3 *Dictio, item, est repetitiua.*
4 *Dictio, ultra, est implicatiua præcedentium.*
5 *Dictio, suprà scripta, refertur ad illud quod superius in capitulo præcedenti continetur.*
6 *Suppleri dicitur id quod deest.*
7 *Ordinarium dicitur quod à statuto permittitur.*
8 *Verba stipulationis dubia debent intelligi vt minus obligent debitorem quam posit.*
9 *In instrumento scripta, videntur scripta esse de consensu partium quæ notarium rogauerunt.*
10 *Instrumentum dicitur probatio probata.*
11 *Manifeste constare dicitur illud de quo est publicum instrumentum.*
12 *Probatio facta per instrumentum est euidens.*
13 *Notorium dicitur id de quo constat per instrumentum.*
14 *Coniecturis non est locus in claris.*
15 *Dictio, videlicet, quid importet.*
16 *Masculinum genus non comprehendit fœmininum.*
17 *Expressum facit cessare tacitum.*
18 *Limitata relatio limitatum producit effectum.*
19 *Clausula accessoria non debet ampliare principalem dispositionem.*
20 *Declarans nihil noui facit.*



Egari non potest quin casus iste qui occurrit in ciuitate Mutinæ probabilem videatur habere dubitationem, & non mirum si contraria consilia exhi-
1 bentur, & non est dubitandum † quòd etiam in contractu de quo agitur, voluntas & mens contrahentium attenditur. l. in cōuentionibus.ff.de verb.sig.l promittendo,in prin.ff.de iur.dot.l.fin.C.quæ res pign. Et si de voluntate partium constaret,non esset laborandum: sed quia in casu isto non constat,perscrutandum est de voluntate ipsorum contrahētium,quæ uidetur fuisse vt verba sonant: quia quando non constat de voluntate à verbis contractus non est recedendum,vt est communis doctrina, vt no.Barto.in l.non dubium, ver. secundū dubium.est.C.de leg.Bal.in l.iurisgentium.§.pactorū.ff.de pac. Ang.in consi.2.præmitto primo.Are.in cons.66.Viso puncto.in fin.Alex.in consi.116.Animaduersis statutis.lib.2.& ideo tenor stipulationis inspicitur.l.fi.C.commu.vtriusq; & in stipulationi-
2 bus† verba ex quibus obligatio oritur inspicienda sunt l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus.in fi.de ver.obl.& ad idem tex.in l.si ita stipulatus sit Stichum.de verb.oblig.l.fideiussores magistratuū.ff.de fideius.quæ iura ad hoc allegauit Pau.de Cast.in consi.161. In præsenti cā.in consi.227.Super primo.est ergo vidēdum in casu proposito attentis verbis ɔ̃ctus an in summa & quantitate librarum 2500 de quibus in 6.c.an comprehendatur expensa pallij ceræ sancti Geminiani,& mercedis laboreriorum, de quibus specialiter dicitur in 3.4.& 5.capitulis præcedentibus.Et in hoc tota difficultas pręsentis consultationis consistit. Et primo motu plures rationes offeruntur ex quibus dicendum videtur ꝙ sic in fauorem Io. Matthæi Columbi conductoris ɔ̃ ciuitatem Mutinę. Prima est, quia illud sextum capitulum refertur ad præcedentia,
3 vt colligitũ ibi, itē *vltra la sopra scripta boleta ordinaria* nam † dictio item vr̃ repetitiua,vt no.in l.item in potestate.vbi Bart.ff.de his
4 qui sunt sui vel alie.iur.& l.1.§.1.ff.de publi.vbi Bar.& † dictio,vltra,est implicatiua præcedentium:ut not.Bar.in l.qui ita.in fin.ff. de dote præle.facit l.si ultra.ff.de fideius.& no.Ang.in cons.194. Et quoniā in ultimis uoluntatibus.Cuma.in consi.111.Ciuis quidam Florentinus.in prin Fulg.in consil.40.Dominicus testator. Paul.de Castr.in consi.110 Super primo quęsito.& patet expresse per illa verba, *sopra scripta boleta ordinaria*, quæ faciunt relationem ad boletam s̃.scriptam,ut no.Bar.in l.j.§.hoc edicto.in
5 fi.ff.de postu.vbi dicit ꝙ hæc † dictio supra scripta,refertur ad illud quod s̃.in cons.præcedenti continetur,& in simili qñ dr̃ de s̃.scriptis hęredibus,vt no.in l.3.§.hęc verba.ff.de vulg.& pup.& ꝙ ibi Bar.& facta relatione ad præcedentia in 6.c.dicitur ꝙ conductor sit obligatus soluere & ɔplere integraliter omni anno vsque ad summam librarum 2500. pro ordinaria impensa boletæ, & ꝑ extraordinaria impensa. Cum ergo in dicta quantitate librarum 2500. includatur impensa ordinaria & extraordinaria, videtur, ꝙ dicta 3.capitula includantur: quia negari non potest quin talis impensa dicatur esse ordinaria uel extraordinaria. Secunda ratio vr̃: quia cum teneatur conductor supplere vsq; ad dictam summam, verbum illud supplere, videtur importare quod in dicta quantitate librarū 2500.includantur & computari debeant quātitates quæ in capitulis præcedentibus continentur, & illis cumulatis debeat soluere supplementum vsq; ad prædictam summam sicut dicitur de supplemento legitimæ in l.scimus.in prin.§.1.C. de inof.test.& facit tex.in c.1.in princip.de sacra vnct.ubi dicitur
6 † suppleri quod deest.& in c.2.de institu.ibi, statutum nostrum suppleatis.& in l.quia actionum.ff.de pręsc.uer. ibi supplet prætor quod legi deest.& in l.oratio,de sponsa.ibi, ut suppleatur, ꝙ orationi deest.Tertia ratio uidetur:quia boleta ordinaria vr̃ cōprehensa in illa expensa pallij,ceræ, & laboreriorum, quæ omni anno fieri debet:& uidetur ordinaria impensa ex quo singulis an-
7 nis fieri debet:quia quod à statuto permittitur,† ordinarium dr̃ ut no.Bar.in l.si maritus.§.si quis extraneus.ff.de adul.facit text. in l.1.C.de indicto.in l.j.C.de vaca.mu.lib.10.& quod not.Pau. de Ca.in ɔsi.130.Circa ea quæ.& hoc confirmari vr̃: quia supra loquitur de boleta ordinaria, quæ vr̃ habere duas partes. Prima est in solutionibus quæ debent fieri singulis mensibus. Secunda in his quæ solui debēt singulis annis.Deinde subijcitur in 6.c.clausula de supplemento librarum 2500.quæ uidetur referri ad omnia pręcedentia.arg.l.j.C.de lib.præte.quando nō apparet ratio quare magis ad vnum quam ad aliud referatur,ut no.Bal.in d.l.j. Bar.in l.talis scriptura.de leg.1.& no.Ang.in consil.28.Testator reliquit Pet.de Anch.in consi.67.Subtiliter ad plenum Rom.in consi.480.In casu proposito in fi.Are.in cons.116.Viso puncto. Alex.in consi.114.Visis lib.2.in princ.& ita uidetur in casu isto: quia non uidetur diuersitas quare magis illa uerba, *vltra la sopra scripta boleta*, referantur ad solutiones quæ debent fieri singulis mensibus,quam singulis annis: quia omnes in boleta ordinaria includuntur. Quarta ratio inducitur quæ efficax esse uidetur: quia post sextum capitulum de illa summa librarum 2500.ponūtur plures solutiones quæ debent fieri ultra dictā summam: unde si partes uoluissent illam impensam pallij, ceræ & laboreriorum comprehendi in dicta quantitate librarum 2500. post illud sextū capitulum de illis dictū fuisset:sicut de alijs qui ultra dictam summam debētur dictum fuit:sed ex quo ante sextum capitulum dictum fuit de illa impensa pallij,cerę,& laborerij,manifeste datur intelligi ꝙ talis impensa debeat computari in d. quantitate librarum 2500 de quibus dicitur in d.cap.6.& ad prædicta accedit ꝙ
8 † uerba stipulationis dubia debent intelligi ut minus obligent debitorem quam possit ut not.Ang.in consi.67 Ex themate prædicto.circa fi Et tenendo istam partem quæ prima facie rationibus prædictis suaderi uidetur,non obstat unum, quod pro maximo fundamento communitatis allegatur: quia in fine instrumenti expresse dicitur ꝙ dictus conductor promisit soluere pro boleta ordinaria, & pro extraordinaria usq; ad dictam summam librarum 2500. Et ulterius promisit soluere pallium & ceram & expensas pro laboreijs, quo casu cum ita specialiter conuentum fuerit,res clara uidebatur: quia ad hoc potest responderi ꝙ talis promissio fuit facta pro executione eorum quæ promissa fuerūt, ut patet ibi, econuerso dictus Io. Matthe. &c. quo casu quando clausula in fine posita respicit executionem, non uidetur ampliare nec alterare ea quæ superius scripta sunt.argu.tex.no. in clem. 1.in fin.de præb.& illum tex.no. ibi Cardi. & Imol. & facit quod per illum tex.no.Imo.post Anto.de But.in c.quoniam Abbas.de off.del.& Ale.in l.& quia,de iuris.om.iud.cum ergo supra fuerit facta promissio de illis libris 2500. computata expensa dicti pallij,ceræ & laborerij per supra dicta, illa clausula quæ postea inferius ponitur respectu executionis non debet alterare principalē dispositionem.d.clem.1.in fin.& hoc modo instrumentum corrigeret ꝙ s̃.dictum fuit incontinenti, quod non est dicendum ut no.in l.nam ad ea.ff.de condi.& dem. Quibus tamen non obstantibus,ulterius cogitanti contrarium de iure esse arbitror, uidelicet ꝙ in d.summa librarum 2500 de qua in d.6.c.nullo modo includatur expensa pallij, ceræ & laborerij. Et hoc manifeste patet ex uerbis instrumenti, in quibus ɔductor promittit soluere

summam librarum 2500.& vlterius promittit soluere pallium,
ceram,& expensas laboreriorum,ergo non uidetur dubitandum
ꝙ ad omnia prædicta separarim teneatur, prout promittit. nam
9 quicquid est† scriptū in instr̄o, videtur esse de voluntate partiū,[a]
a quæ rogauerunt notarium: vt no. Bal. in l. errore.C. de testam. &
10 † instrumētum dicitur probatio probata, vt no. Bal. in l. interest
11 C.de solu.in ulti.nota.l.quoties.in fi.C.de iudi.& † manifestè cō
stare dicitur illud de quo est publicum instrumentum, ut no.Bar.
in l.j.in prin.ver. venio ad quæstiones.ff.de oper.no. nun. & eui-
12 dens dicitur † probatio facta per instrumentum, ut no. Abb. per
13 illum tex.in c.cum dilecti.de dona.in 1.no.& patens &† notoriū
dicitur illud de quo constat per instrumentum, ut not. Abb.in c.
cum olim.de censi.in ulti.no.& in isto fundamento res clara vr̄,
14 ita, ꝙ non esset opus ulterius insistere: quia † in claris non est lo-
cus coniecturis.l.continuus.§.cum ita.de uer.obl.facit text.in l.il
le aut ille.§.cum in verbis. de leg. 3. Secundo, hoc idem ex abun-
danti vlterius probatur: quia expensa pallij, ceræ & laborerij po
nitur in c. separato à c.boletæ ordinariæ.hoc patet: quia in secun-
do c.dicitur quod conductor teneatur soluere boletam ordina-
riam & singulo mense quantitates denariorum infra scriptas vi-
delicet Magnifi.Potestati, & aliis quam pluribus nominatis sub
illa dictione videlicet, postea sequitur, item teneatur omni an-
no soluere pallium &c. Ista enim sunt diuersa capitula, quia sunt
plura facta, & unum non uenit ad demonstrationem alterius, sed
quodlibet est per se ut no.Barto.in l. Aurelius.§. idem quæsiit. in
fi.ff.de libe.lega.& Bal.in l.2.vers.sed hic dubitatur. C. de re iudic.
& hoc patet hic ex diuerso modo loquendi: quia in c.boletæ or-
dinariȩ sub illo verbo videlicet, sunt nominati omnes quibus sin
gulis mensibus solui debeat absque dictione, item. posteà sequit̄,
item teneatur omni anno soluere pallium, &c. si enim in c.boletȩ
ordinariæ expensa pallij inclusa fuisset, debuisset contineri sub il-
lo verbo, videlicet, & non fuisset facta variatio sermonis adden-
15 do, prout dr̄, itē teneatur & c. illa enim † dictio videlicet, posita
in c.boletæ ordinariæ, stat declaratiuè & restrictiue.l.in uenditio
ne.in prin.ff.commun.præd.l.fin.C. in quib. causis in integ. resti.
non est necessa.& no.per glo.in cle.causam. in verb. videlicet. de
elect. facit tex.in c.ex his.de prob.in c.nouimus, de uer. sig. & in
§.nos autem.insti.de autho.tuto.cum sim. & illa declaratio non
extenditur ad expensam pallij de quo fuit factum capitulum se-
paratum, in versicul. item teneatur omni anno soluere pallium.
& ista dictio, item, denotat diuersitatem, ut in simili habetur.in
stit. de rer. diuis. in §. item ea quæ.ubi gloss.& facit text. in l.item
apud Labeonem. ff. de iniur. & retenta ista conclusione de qua
non videtur dubitandum quòd capitu. pallij sit separatum à ca-
pitu.boletæ ordinariæ patet quod conductor obligatur distinctè
& separatim pro boleta ordinaria & ꝓ pallio, cera & laboreriis,
de quibus separata sunt capitula à boleta ordinaria, & ideo non
possumus dicere ꝙ expensa pallij ceræ & laborerij sub dicta bole
ta ordinaria comprehendatur: quia ex separatis non infertur. l.
Papinianus exuli. ff. de mino.l.fina.ff. de calum. Nam etiam dato
ꝙ aliàs sub boleta ordinaria inclusa fuisset expensa pallii, tamē ex
quo facta sunt capitula separata non includitur sicut dicitur in
16 simili in genere † masculino quod non cōprehendit fœmininū
de quo facta sit specialis prouisio, vt no Bar. in l. in multis. ff. de
17 statu ho.in ver.item not. quia † expressum facit cessare tacitum
l.cum ex filio.§ 1.ff.de uulg.& pup.& facit text.in l.doli clausula
ff.de verb.obl.& in l.sanctio legum ff. de pœn. Et ex his fundata
est intentio cōitatis, ꝙ ultra boletam ordinariam conductor te-
neatur ad expēsas pallij, & ceræ, & laborerij, prout distincte pro-
misit.& ista cōclusio manifesta & clarissima apparebit ex his quȩ
dicam respondendo ad allegata supra in ꝯrium in quibus vis to-
ta consistit. Non ob. ergo dum supra primo dicitur, ꝙ in 6.c. fit
relatio ad s̄. dicta, & ꝙ impensa pallij ceræ & laborerij siue sit or-
dinaria siue extraordinaria debet computari in dicta summa li-
brarum 2500. quia respondetur ꝙ non est verum, ꝙ fiat relatio
ad omnia s̄.dicta, sed relatio fuit limitata ad boletam ordinariā,
vt patet in d.6.c.dum ibi dicitur, itē *vltra la sopra ditta boleta ordina-
ria:* & habito solo respectu ad boletam ordinariam debet supple
mentū fieri vsq; ad dictā quantitatē 2500. librarum. & in dicta
boleta ordinaria nō ꝯprehenditur impensa pallij de qua in alio
18 capitulo dictū fuit, vt s̄. deductum est: & † relatio prædicta quæ
fuit limitata, limitatum producit effectum.l.in agris. ff. de acq.
rerum do.in l.si vnus.§.ante omnia.ff. de pac. l. militis codicillis
§.1.ff.de test.mil.ut tantum referatur ad boletā ordinariam, pro-
ut loquitur, non autem ad capitula separata ab ipsa boleta ordi-
naria.& hoc confirmatur: quia in d. 6.c.etiam expresse dr̄ saluis
semper alijs c.nam talis reseruatio adhæret illi.6.c.in fi.ideo vr̄ re
spicere tm̄ illud.6 c.vt no.Bar.in l.fin.ff.de reb.dub. Abb. in cap.
secūdo requiris. de app. & sic illa computatio librarum 2500.de
bet fieri respectu boletæ ordinariæ tm̄, & saluis alijs capitulis se-
paratis à boleta ordinaria, vt s̄.& sic ibi habetur manifesta deter-
minatio huius quæstionis.& per hoc non obstat ꝙ expensa pallij
cerȩ & laborerij sit ordinaria vel extraordinaria: qa dato ꝙ hoc
esset, absolute loquendo, non esset expensa ordinaria boletæ ad
quam 6.c.se limitatè refert. Et per hoc etiā respondetur ad aliud
quod s̄. secundo in contrarium allegatur de supplemento quod
vr̄ includere quantitatē, quæ in capitulis præcedentibus contine
tur: quia respōdetur, hoc esse uerum, si relatio absolute facta fuis-
set ad omnia præcedentia: sed relatio facta fuit ad boletam ordi-
nariam quȩ est separata ab aliis capitulis. & respectu duntaxat bo
letæ ordinariȩ ꝯsideratur supplemētum & nō respectu capitulo-
rum pallij, cerȩ & laborerij ut supra dictum est. Tertio non ob-
stat, quod sub boleta ordinaria videtur comprehensa impensa
pallij, ceræ & laborerij, ut s̄.dicebatur: quia hoc in isto casu nō
est verum in quo facta fuit separatio inter boletam ordinariam
& expensas pallij, ut patet propter diuersitatem capitulorum,
ut deductum fuit. Et ista diuersitas consideratur etiam in sexto ca
pitulo vbi fuit facta relatio tantum ad boletam ordinariam, sal-
uis semper aliis capitulis. Et per hoc non obstat quòd clausula
de supplemento debet referri ad omnia præcedentia: quia hoc
non est verum propter manifestam rationem diuersitatis, ut ex
prædictis patet. Quartò & ultimo non obstat quod supra urgen
ti ratione in contrarium allegatur, quod post sextum capitulum
ponuntur plures solutiones quæ fieri debent ultra illam summā
librarum 2500.& pariter videtur, quod expensa pallij, ceræ &
laborerij fuisset posita post sextum capitulum si in dicta quanti-
tate 2500. non debuisset computari, quia respondetur, quod par
tes non habuerunt talem considerationem: sed contingenter il-
lud factum fuit: nam si partes habuissent talem respectum in di-
cto sexto capitulo non fuisset relatio limitata ad boletam ordi-
nariam: & saluis aliis capitulis, & omnis dubitatio quæ possit fie
ri tollitur ex eo ꝙ dictus conductor postea ēt inferius promit-
tit soluere dictam summam librarum 2500. & vlterius impen-
sam pallij, ceræ & laborerij, & verba clara sunt, nec cauillari nec
tergi uersari possunt, vt supra dixi: & propter hoc miror de his,
vt dicitur, qui contrarium consuluerunt, & propter hoc non
obstat quod verba stipulationis in dubio debent in fauorem de-
bitoris interpretari: quia illud esset verum in dubio: sed nos su-
mus in casu claro per supradicta. Non obstat quod illa clausula
in qua facio potissimum fundamentum respicit executionem,
& non videtur alterare dispositionem principalem. clementin.
1.de præbend, quia respondetur, quod imò dicta clausula non
respicit executionem: sed principalem dispositionem: dum di-
citur, quod conductor promisit, & conuenit dictis sapientibus,
19 mihi quoque notario stipulanti &c. & quia licet † clausula ac-
cessoria non debeat ampliare dispositionem principalem, illam
tamen videtur declarare, & in casu isto agitur de declaratione:
quia hoc etiam colligebatur ex supra dictis sed nunc maior de-
20 claratio habetur; & † hoc uidetur fieri etiam ex clausula acces-
soria quia qui declarat nihil noui facit.l.hæredes palam.§.si quid
post.in fin. cum simili. vt ibi tradit Aretin.Fulgos. in consil. 148.
Visa, in fin. Rom. in consi.45. Super eo. Pet. de Ancha. in con-
sil. 399. Præmitto in fin. Paul. de Castr. in consil. 156. Viso. Ioan.
de Anan. in consil. 84. Videndum.

ADDITIO.

a ¶Partium.] Supra consil. 185. num. 8. [illegible]

EPITOME Consi. CCCCXXIIII.

Carolus Comes Montibelli decessit intestatus, relicta F. sua so-
rore vice Regis Neapolitani vxore. Quæ audita fratris morte,
eius hæreditatem adiuit. S. vi cuiusdam fideicom. prætendēs
ius habere in dictis bonis, propria authoritate se intromisit.
Contra quem F. intētat interdictum quorum bonorum. De-
ci. respon. quod F. debet mitti in possessionem dictorum bo-
norum, non obstante iure prætenso per S. ꝙ in alia, & petito-
rium instantia latius discutietur: quia non potest dici legiti-
mus contradictor. Imo eius possessio est adeò vitiosa, quod
iure si quod haberet, priuatus censetur.

SVMMARIVM.

1 *De possessione prius agi debet quam de proprietate.*
2 *Actore non probante reus absoluitur.*

3 *Conditio*

3 *Conditio possidentis melior est quando res est dubia.*
4 *Fideicommissarius vniuersalis qui possidet si est paratus incontinenti probare de eius fideicommisso, talis missio impeditur.*
5 *Dolo facit qui petit quod restituturus est.*
6 *Statutum si reijcit omnes exceptiones contra sententiam vel instrumentum, non videtur excludere quando quis vult exceptionem legitimam probare incontinenti.*
7 *Probare incontinenti se offerens remouet omnem suspicionem fraudis.*
Et incontinenti probare dicitur quis quando habet instrumentum in manibus & sine alia dilatione illud ostendit.
8 *Feudum non præsumitur nisi probetur.*
9 *Comitatus transmittitur à fratre in sororem.*
10 *Interdictum, quorum bonorum, datur in hæreditate sororis patruelis intestatæ defunctæ sine liberis ad possessionem bonorum quæ cum moreretur eius fuerunt, secundum tenorem interdicti, quorum bonorum.*
11 *Filia patre mortuo non existentibus liberis in possessione feudi manere debet, donec de feudo probetur & iudicetur.*
Et si petit se mitti in possessionem, debet etiam mitti in possessionem rerum quæ patri in feudum concessæ fuerunt, nec agnati masculi erunt legitimi contradictores ad impediendam talem missionem.
12 *Et eadem ratio militat in sorore.*
13 *Consuetudo quòd fœminæ succedant in feudo, an valeat.*
14 *Fœminæ an & quando succedant in feudo.*
15 *Fideicommissarius quãdo debeat actualem possessionem petere ab hærede.*
16 *Fideicommissarius potest à seipso fideicommissum accipere quando testator constituit eum executorem.*
17 *Testator si legauit domum vxori & dicat quòd hæres non impediat illam in tali domo, videtur ei dare licentiam quòd accipiat propria authoritate.*
18 *Legatarius si post aditam hæreditatem per hæredem authoritate propria occupauit rem legatam priuatur iure suo: secus si ante aditam hæreditatem.*
19 *Negatiua quomodo probetur.*
20 *Interdictum, quorum bonorum, non impeditur per exceptionem dominij, sed reseruatur in petitorio.*



ROponitur quod Magnifi. do. Francisca de Montebello vxor Illustriss. Viceregis Neapolitani & magni scutiferi Cesareæ Maiestatis intentauit remedium, quorum bonorum, petens se mitti in possessionem Comitatus inter montium & Montis belli, & aliorum bonorum, quæ quidem Mag. do. Carolus de Montebello comes dictorum bonorum & frater vtrinque coniunctus prædictæ Magnifi. dominæ toto tempore vitæ & mortis suæ tenuit & possedit, qui do. Carolus ab intestato decessit relicta prædicta Magnifica eius sorore sibi proximiore in gradu succedendi, quæ statim audita ipsius domini Caroli morte, hæreditatẽ eius adiuit quam aduersarius sciebat certam esse & videre, non tamẽ illam requisiuit, sed propria authoritate in dictis bonis se intromisit, unde quæritur an ista petitio de iure debeat habere locum. Requisitus ab Illust. & Reuer. do. Car. de Medicis domino meo præcipuo & singulari ad instantiã excelsi & Magnanimi Viceregis s. dicti vt in tali iudicio possessorio intentato dicam pro veritate & iustitia quod mihi videt, & agam paucis: quia in possessorio de quo in præsenti iudicio tantum agitur, res satis clara videtur secundum ea quæ proponuntur more Scæuolæ Iurisc. Primò. n. bene & consultè intentatum fuit tale possessorium secundum ordinem iuris, qui est ꝙ
1 † prius de possessione quam de proprietate agatur. l. ordinarij. C. de rei vendi. l. incerti. C. de interdict. l. 1. C. de app. in l. si de vi. ff. de iud. cum si. & non videtur paruum commodum possessio
2 nis: quia ille qui possidet dicitur reus, † & actore non probante reus absoluitur. §. commodum. insti. de interdict. c. ex literis.
3 de prob. & quãdo res dubia reperitur, melior est † conditio possidentis, vt no. per gl. 12. q. 5. in cap. nulli dubium & not. Bar. in l. 1. §. non autem. ff. de secundum tab. & in l. si inter. ff. de reb. dub. & in no. quę. tradit Bald. in c. capitulum. de rescri. vnde salubre consilium est ꝙ do. Francisca prius consequatur possessionem dictorum bonorum: & postea aduersarius poterit petere, & de iure suo in petitorio & proprietate experiri. Est ergo nunc in præsenti iudicio videndum an petitio d. do. Franciscæ porrecta contra Magnificum do. Sebastianum de Montebello possessorem dictorum bonorum admittenda sit, ita ꝙ secundum eius petitionem debeat iudicari ab illis quibus hæc cura incumbit. Et primo motu videbatur dicendum ex duobus quæ in casu isto concurrunt, ꝙ talis missio in possessionem deberet impediri. Primò, quia do. Sebastianus prædictus habet possessionem dictorum bonorum. Secundò, quia offert se incontinenti probaturũ de iure suo: quo casu his duobus concurrentibus dictus do. Sebastianus dicitur legitimus contradictor ad impediendam dictã possessionem, vt not. Bar. in l. filiam fratribus. ff. ad Treb. vbi cir
4 ca finem concludit ꝙ † fideicommissarius vniuersalis qui possidet si est paratus incontinenti probare de eius fideicommisso talis missio impeditur: nam in interdicto possessionis adipiscendæ de quo agitur obstat agenti exceptio defectus dominij si incontinenti de tali iure probetur, vt no. Bar. in l. fin. C. quo. bo. in l. 1. quorum leg. in fi. in l. 2. C. de edic. diui. & in l. si de vi. ff. de iud. Pet. de Anch. in consi. 145. In prędicta q. in versi. & si dicatur. Angel. in consi. 135. Sanctius Masiloni. & tali casu habet locũ reg.
5 quæ dicit, † dolo facit qui petit illud quod restituturus est, in reg. dolo facit. de reg. iur. in 6. in l. dolo facit. ff. de excep. doli. & ad hoc etiam facit quod no. Abb. in c. suscitata. de resti. in integ.
6 in vers. soleo multum adducere. vbi dicit ꝙ si † statutum reijcit omnes exceptiones contra sententiam vel instrumentum, non videtur excludere quando quis velit probare exceptionem legitimam incontinẽti: quia statutũ videtur excludere legitimas exceptiones propter præsumptam fraudem malitiæ, quæ quidem præsumptio cessat in probatione. quæ offertur incontinenti. & idem Abb. in cap. super eo, in fin. de offic. deleg. & in cõsi. 64. Venio ad primum. lib. 1. & pariter videtur in casu nostro ꝙ cũ
7 † probatio offeratur incontinenti omnis suspicio fraudis remouetur. & de fideicommisso videtur constare per testamenta domini Bigonis & domini Iacobi senioris, quæ exhibentur: nã quãdo quis habet instrumentum in manibus, & illud ostendit sine alia dilatione dicitur incontinenti probare, ut Bal. dicit in l. 2. C. de edict. diui Adri. tol. Prædictis tamen & similibus quæ adduci possunt nullo modo obstantibus ulterius cogitãti contrariũ de iure esse arbitror, & indubitanter concludo, ꝙ petitio dominæ Franciscæ omninò debeat habere locum: & quòd secundm illam iudicandum sit: attentis his quæ in casu isto dicta & narrata sunt. Et pro fundamento huius conclusionis considerãdum est, quòd bona de quibus agitur in dubio si aliud non apparet, pręsumuntur allodialia [a] & non feudalia: vt no. Io. Andr. & doc. in c. nimis. de iureiu. Io. And. in addi. Specu. in titu. de feud. §. quoniam. vers. 21. in addi. quæ incip. cessante. cũ si. ut tradit Alexan. in consi. 129. Ponderatis his in princ. lib. 1. & consi. 15. Visis narratis. in prin. lib. 5 Pau. de Cast. in consi. 164. In causa quam magnificus in prin. Et idem Bald. in cap. significauit. de rescript. dicit ꝙ
8 non præsumitur † feudum nisi probetur. & in cap. cæterum. in fin. de iud. Ergo in talibus bonis quæ non præsumuntur feudalia ipsa domina Francisca habet intentionẽ fundatam, vt ipsa ad hæreditatem fratris defuncti admittatur. auth. defuncto. C. ad Terty. Alex. in cons. 100. Viso puncto lib. 2. Et ad hoc specialiter est tex. no. in c. significauit. de rescrip. ubi mortuo fratre qui erat comes, soror ipsa successit in comitatu, & per illũ text. dicit
9 Bald. ibi, ꝙ † comitatus transmittitur à fratre in sororẽ, & ideo in casu nostro in comitatu & in castris de quibus agitur prædicta dom. Francisca soror comitis mortua fundatã habet intentionem. Et ex hoc infertur ad possessionem de qua agitur: quia cum do. Francisca sit hæres fratris ab intestato illi competit interdictum, quorũ bonorum, & quorum legatorum, ut not per gl. in l. 2. in uerbo, scripto. C. quorum leg. & est tex. in l. 2. C. quo-
10 rum bono. † ubi interdictum quorum bonorum, datur in hæreditate sororis patruelis intestatæ defunctę sine liberis ad possessionẽ bonorũ quæ cũ moreretur eius fuerunt, secundum interdicti quorum bonorum tenorem, ut ibi dicitur. Et ista conclusio non solum procedit in dubio: quia bona non præsumuntur feudalia ut dictum est: sed uidetur procedere dato, quòd constaret bona esse feudalia. quia ipsa dom. Francisca debet habere possessionem omnium bonorum quæ dom. Carolus frater eius possidebat tempore mortis, & in tali possessione debet conseruari donec postea dominus Sebastianus aduersarius probauerit de iure suo potiori & meliori: ista conclusio probatur in ca. 1. in §. defuncto milite. in tit. si de feu. fue. contr. inter do. & agnat.
11 ubi dicitur ꝙ † filia mortuo patre in possessione feudi manere debet donec de feudo probetur & iudicetur. & idem not. per gl. in c. 1. in gl. 1. in fi. in tit. de contr. inter masc. & fœm. de beneficio. quę dicit ꝙ filia debet poni in possessione, & postea agnatus petere debet si prætendit aliquid iuris habere, & in terminis hoc tradit Ioan. And in addi. Spec. in tit. de test. §. pen. in fin. ubi dicit, ꝙ filia quæ petit se mitti in possessionem, etiam debet mitti in possessionem rerum quæ patri in feudũ cõcessę fuerũt. Nec agnati masculi erunt legitimi contradictores ad impediendam talem missionem ꝑ c. 2. si de feu. fue. contro inter dom. & agna. & istam decisionẽ pro no. refert & sequitur Alexan. in l. fi. C. de edic. diui Adr. tol. in fin. in uer. aliud not. dictum. Et ista uidetur clarissima decisio nostræ quæstionis. Nam quod dictum est de filia ex eo ꝙ ipsa habet intentionem fundatã de iure cõi, ut ad hęreditatem

ADDITIO.

a ¶ Allodialia.] Supra consi. 269. [illegible]

reditatem patris admittatur. authen. in successione. & quod ibi Bal. C. de suis & legi §. 1. in auth. de hære. ab intest. ve. & ista ra-
12 tio pariter militat in † sorore quæ non existentibus filijs fratris succedit. authentic. defuncto C. ad Tertyl. meritò concludendum est quòd ipsa, prout petit, mittatur in possessionem dictorũ bonorum, & dato ꝙ essent feudalia, & postea quam ipsa adepta fuerit possessionem poterit se tueri ratione consuetudinis quæ ibi viget, ꝙ fœminæ etiam in bonis feudalibus admittantur ad successionem, & dicit ita Io. And. in d. c. pe. de testa. Valet enim
13 † consuetudo ꝙ fœminæ succedant in feudis, vt not. in d. cap significauit, de rescrip. & per illum tex. hoc dicit Cardi. in consil. 64. ꝙ domina Nera. circa fi. & ibi etiam ad hoc allegat Spe. in tit. de feu. §. 2. ver. 21. & tradit Iac. Alua. in c. 1. §. & quia vidimus, qui feud. dare poss. & etiam consuetudine cessante poterit d. do. Frãcisca post adeptam possessionem se tueri de iure cõmuni: quia in pluribus casibus etiam in bonis feudalibus possunt mulieres
14 succedere: nam in † feudo pro quo nullum seruitium præstari debet, fœmina succedit, vt not. Bal. in l. quoties. C. de suis & legit. & in c. 1. in versi. decedente in versic. quærit glo. nunquid fœmina. in tit. qui feu. dare pos. Rom. in consi. 367. Circa primum. & idem Rom. in singulari 180. Hodie fœmina. similiter si feudũ ligium sit, vt tenet glos. in cle. pastoralis, in verbo, homoque ligius. de re iud. & no. in c. ex diligenti. de simo. in tali feudo fœmina admittitur, vt not. Spe. & Io. And. in tit. de feu. §. quoniã. versi. 21. Eodem modo si feudum emptum sit succedit fœmina magis ex natura contractus quã ex natura feudi, vt not. Odof. in sum. in tit. qui possint suc. in feu. refert & sequitur Bal. in c. 1. §. hoc autem. circa fi. in ver. quid in feudo iure emptionis. in titul. qui feu. da. pos. pariter et in feudo conditionato ꝙ datur ad certum seruitiũ, quod præstari potest per fœminã, succedere potest fœmina, vt no. Bal. in c. 1. §. quin etiam. in tit. Episcopum vel Abb. cum sim. vt dixi. in consi. 279. & Soci. in consi. 257. Visis inuestituris. cùm ergo de consuetudine vel de iure in dictis casibus admittantur fœminæ: ideo in quibuscunque bonis etiam feudalibus dicta domina Francisca debet mitti in possessionem, & postquam habuerit possessionem disputabitur de iure, si quod ipsi domino Sebastiano competat, vt suprà dictum est. Et retẽta ista conclusione de qua non videtur dubitatum per suprà dicta. Nõ obst. alleg. suprà in contrarium, & primò dum dicitur quòd do. Sebastianus habet possessionem bonorum de quibus agitur: qa respõdetur ꝙ talis possessio illi nõ prodest: quia vitiosa est, quo casu ex tali possessione vitiosa non potest dici ꝙ sit legitimus cõtradictor, vt ipse Bart. dicit in d. l. filiam fratribus. & vitiosam esse dictam possessionem constat ex eo quod dictus dom. Sebastianus illam sua propria authoritate occupauit, debuit enim de manu ipsius do. Franciscæ hæredis dictus do. Sebastianus possessionem dictorum bonorum accipere, mediante restitutione q̃ illi fieri debuit. l. facta. in princ. ff. ad Treb. & in §. restituta. instit. de fideic. hære. & est tex. in l. 1. in princ. ff. quorum leg. vbi dicit, ꝙ non debet quis ius sibi dicere sed petere ab hærede. & hoc etiã habet locum si restitutio esset facta ipso iure prout fit in quibus-
15 dam casibus, in quibus tamen † fideicommissarius debet actualẽ possessionem ab hærede petere vt no. per glo. in l. prima. §. sed quoties. in verbo actiones. ff. ad Trebel. & in c. 2. in gl. fi. de consuet. not. Bal. in l. pen. C. ad Treb. & tradit Alex. in consi. 82. Perspectis his lib. 2. cum ergo iste dom. Sebastianus qui prætendit se esse fideicommissarium propria authoritate possessionem acceperit, vitiosa est eius possessio, & consequenter talem missionẽ impedire non potest, vt Bar. & doct. concludunt in d. l. filiã fratribus: nam sine vitio diceretur fideicõmissarius posidere quãdo testator illi in vita possessionem bonorum assignasset, vt no. Ang. & Alex. ibi sequitur in d. l. filiam fratribus. Angel. in l. Lucius. de lega. 2. Et idem testator licentiam dedisset fideicomm. accipiendi talem possessionem, ut no. Bal. in consi. 432. Veritas est ista. lib. 1. facit tex. in l. Titia cum testamento. §. 1. de lega. 2. &
a not. Cuma. in consi. 61. Petricus hæres. in fina. Et etiam tacitè [a]
16 hoc fieri potest à testatore puta si constitueret † fideicommissarium executorem, tunc à seipso potest fideicommissum accipere, vt no. Io. And in addit. in tit. de instru. edi. §. nunc aliqua. vers. sed pone. vers. 29. Bald. Ang. & Sali. in l. non dubium. C. de legi.
17 Eodem modo si † testator legauit domum vxori & dicat ꝙ hæres illam non impediat in tali domo, videtur dare licentiam accipiendi propria authoritate: vt not. Ange. in l. hæc si res. ff. de rei vendica. Sed ista omnia cessant in casu isto: quia non fuit factũ testamentum. Et ideo remanet firmata dicta conclusio, ꝙ vitiosa sit possessio quã dictus dñs Sebastianus propria eius authoritate accepit, ideo non dicitur legitimus contradictor, vt suprà dixi. & intantum vitiosa uidetur ista possessio, quòd dominus Sebastianus vr̃ priuatus iure suo si illi ius aliquod competeret, p tex. in l. non est dubium. C. de legi. nam pęna illius l. habet locum etiam in fideicõmisso: vt præsupponit Old. in consi. 107. Circa ius municipale. in uer. ad [illegible]. Et cum in casu isto adita hæreditas fuisset per ipsam dominã Franciscam, vr̃ ꝙ pęna d. l. habeat locum secundum gl. pen. in cap. fi. de succes. ab intest. quæ dicit
18 ꝙ † si legatarius post aditam hæreditatem per hæredem authoritate propria occupauit rem legatam priuatur iure suo: secus si
b ante [b] aditam hæreditatem: quia tunc non perdit legatum, sed tenetur hæredi possessionem restituere. Et idem tradit Roma. in consi. 312. Circa propositam consultationem. in princ. & latè Maria. in consi. 30. Prosequendo ordinẽ. Et suprà dicta omnia haberent locum dato ꝙ constaret de fideicommissario, ut doct. dicunt & præsupponunt in locis suprà allega. Sed in casu isto nullibi apparet ꝙ dominus Sebastianus esset fideicomm. & inferius dicam: ideo indubitanter concludendum est ꝙ missio in possessionem nullo modo impediri posit. Non ob. quod suprà dicitur quòd aduersarius offerat incontinenti se probaturũ de iure fideicommissi: quia respondetur primò secundum Bar. in d. l. filiam fratribus: ꝙ vltra hoc requiritur, ꝙ possessio nõ sit vitiosa, sed cùm in isto casu apertè vitiosa sit, ut suprà dictum fuit, sola probatio quæ offertur incontinenti non sufficit. Secũdò respondetur, & magis concludenter, ꝙ de tali fideicommisso nullo modo probari potest incontinenti per inspectionem dictorum testamentorum, cùm dictus domi. Sebastianus non sit nominatus in dictis testamentis, vt ex lectura & inspectione eo-
19 rum euidenter patet: nam talis † negatiua probatur hoc modo, inspecto testamento non reperitur ibi ꝙ Tirio legatum sit, ergo non est legatum: ita Bart. dicit in l. fin. per illum text. C. de reb. cred. Et idem ibi dicit de libro matriculæ in quo scholaris non sit descriptus. & idem not. Bar. in l. 2. in fin. C. de erro. aduo. & in l. non aliter. C. de aduo. diuer. iudi. & in l. Titiæ textores. in 2. not. de lega. 1. cum sim. quæ no. sunt. cum ergo dominus Sebastianus non sit nominatus in testamentis quæ producuntur, non videtur probari incontinenti de iure suo, & si per interpretationem verborum quæ in testamentis habentur velit eius intentionem probare, talis probatio vr̃ altiorem indaginem requirere, & in præsenti iudicio talis disputatio non admittitur, sed in alio iudicio dẽt hoc reseruari, vt est tex. in l. 2. & ibi Bar. C. de edic. diui Adri. tol. & ad idem facit text. in l. fin. C. quorum bono. vbi
20 † interdictum hoc, quorum bonorũ, per exceptionẽ dominij nõ impeditur, sed reseruatur in petitorio. Et in casu isto non solũ incontinenti, sed etiam ex interuallo, non vr̃ ꝙ de fideicommisso dicti domi. Sebastiani probari posit perscrutando diligenter verba testamentorum de quibus agitur: nam primò in testamento Bigonis Gulielmus auus dicti Sebastiani fuit substitutus Antonio instituto, quo casu Iacobus primus substitutus non viueret tempore mortis Antonij instituti. Et ista conditio non fuit verificata: quia Iacobus primò substitutus viuebat tempore mortis Antonij & in personam ipsius Iacobi habuit locum substitutio, & sic conditio sub qua erat Gulielmus substitutus impleta non fuit, & per consequẽs non habet locum substitutio. l. cedere diẽ. de ver. sig. l. 1. C. de instit. & substit. l. hæc venditio. in princ. ff. de contrahen. emp. & sic Gulielmus excluditur propter defectum conditionis, ita etiam descendẽtes ex eo, prout est Sebastianus, excluduntur. arg. l. si viua matre. C. de bo. ma. Similiter in testamento Iacobi senioris non videtur ꝙ Sebastianus posit facere fundamentum: quia ipse instituit nepotem suum ex Gulielmo eius fratre Iacobum iuniorem & filium eius primogenitum & filium filij. Et casu quo contingeret dictum Iacobum hæredem institutum decedere sine filijs, &c. substituit Carolum patrem dicti Sebastiani, & iste casus substitutionis etiam non euenit: quia ipse Iacobus iunior hæres institutus obtinuit hæreditatem & decessit: & sic conditio substitutionis Caroli euanuit, vt suprà dictum est de testamento Bigonis, & sic bona remanserunt libera apud ipsum Iacobum iuniorem institutũ per ea quæ tradit Old. in consi. 21. Thema tale est. Ioan. And. in titu. de testam. §. in primis. in addit. incip. Quæstio talis est. Pau. de Cast. in l. fratre. § pe. ff. ad Treb. cum si. vt dixi in consi. 95. & in consi. 323. ista tamen dicta sunt ex abundanti in isto iudicio possessorio, in quo satis est, ꝙ talis probatio non sit facta incontinenti: & ita remotis al leg. suprà in contrarium remanet clarissima conclusio suprà firmata, ꝙ dicta missio in possessionem debeat omninò fieri de iure. Et de hoc non videtur dubitandum: & si causa esset mihi cõmissa ita constantissimè iudicarem.

ADDITIONES.

a ¶ Tacitè.] Refert & sequitur Hiero. Gratus consi. ulti. lib. 1. addens ꝙ tacitè cõcedit per verba substituit & instituit omni meliori modo. Franc. Cur. iuni. l. vlt. C. de edi. diui Adria. toll.

b ¶ Ante.] Suprà consi. 243. vbi dixi; adde do. And. Tiraq. in tract. le mort saisit le vif. char. 63.

EPITOME Consi. CCCCXXIIII.

Alienationis bonorum prohibitio cum causa facta inducit fideicom. inter eos quorum contemplatione factũ fuit. Cæterũ legiti-

legitimatus excludit substitutum, nisi in alterius præiudicium legitimatio facta esset: aut appareret testatorem aliter sensisse.

SVMMARIA.

1 Prohibitus alienare extra familiam potest alienare in eos qui sunt de familia.
2 Substitutio facta alicui decedenti sine liberis, si filij supersunt, excludunt substitutum.
3 Voluntas testatoris & eius intentio in primis obseruari debet.
4 Fideicommissum an importetur per verbum, volo, appositum in testamento.
5 Legitimandi potestatem habens à Papa uel Imperatore non potest legitimare in præiudicium alterius cui ius sit quæsitum etiam in spe.
6 Pars una testamenti per aliam declaratur.
7 Honestas maior requiritur in mulieribus.
8 Legatum alicui fieri potest cum onere non petendi illud quod sibi debetur, & acceptando legatum sibi præiudicat.
9 Voluntas testatoris attenditur.
10 Voluntas tacita ex coniecturis colligitur.
11 Hæredtatis appellatione an legata & fideicommissa contineantur.
12 Dictio, aliud, importat similitudinem.
13 Legata percipiuntur de bonis & hæreditate testatoris.
14 Legati natura est afferre emolumentum & vtilitatem.
15 Legatis sibi relictis priuatur is qui molestat hæredem institutum, habebit tamen fideicommissum.
16 Præcedentia declarat sequentia.
17 Indefinita non æquipollet uniuersali, ubi est diuersa ratio.



IN casu proposito primò videndum est an inter descendentes dominæ Agnetis filiç & hæredis domini Stephani de Dugnano inducatur fideicommissum ex verbis testamenti quibus testator ꝓhibuit dictam Agnetem & hæredes eius usque in infinitũ ne possint vendere neque alienare: & hoc, quia volo quòd dicta hæreditas & bona mea remaneant & remanere debeãt in d. mea filia & ipsis descendentibus, & eis deficientibus in scripto dicto domin. Aluisio & eius descendentibus. Et prima facie videbatur dicendum
a quòd non: quia prohibitio [a] alienationis facta ad istum finem, vt bona remaneant in descendentes dictæ domin. Agnetis, non videtur inter ipsos descendentes fideicommissum inducere, & docto. in simili concludunt quòd prohibitio alienationis extra familiam inter illos de familia non inducit fideicommissum nisi in casu contrauentionis, vt Alexand. concludit in l. qui Romæ §. cohæredes. versicul. puto concludendum. de verbo obliga. Et idem Alexan in consi. 56. Consideratis verbis testamenti.
* lib. 1. vbi attestatur istam esse * *communem* opinionem, & in consi. 23. Consideratis verbis testamenti domi. Leonardi. lib. 2. Nã
1 † prohibitus alienare extra familiam, potest alienare in eos qui sunt de familia. l. pater filium. §. quindecim. de lega. 3. not. in l. voluntas. C. de fideicom. cum ergo prohibitio alienationis fuerit limitata extra familiam, ergo in ipsos qui sunt de familia prohibitio cessat: quia limitata causa limitatum effectum producit. l. in agris. de acquiren. rerum domi. l. cancellauerat. ff. de his quæ in testament. delen. cōfirmatur hoc: quia non valet consequentia, testator voluit rem in familia remanere, ergo videtur illis de familia reliquisse, ut in simili habetur per gloss. & docto. in l. Lu
2 cius. de hære. insti. ubi † substitutio facta alicui decedenti sine liberis si filij supersunt excludunt substitutum, & sic uoluit bona apud filios remanere, & tamen ipsi non dicuntur vocati à testatore, nec veniunt iure fideicommissi: secundum gloss. in d. l. Lu
* cius. §. quæ * *communiter* approbatur, & ita arguit Are. in d. §. co-
3 hæredes. Et hoc idem comprobatur inspecta † mente testatoris, quæ in primis attenditur. l. in conditionibus primum locum. ff. de cond. & demon. l. ex facto. la grande. ff. de hæred. institu. intentio enim testatoris fuit ut bona conseruentur in familia, ideo bene consonat ꝙ in casu contrauentionis fideicommissum inducatur: quia tunc fit contra uoluntatem testatoris, & non sequuta alienatione non insurgit fideicommissum inter ipsos de familia de gradu in gradum: quia hoc nihil facit ad uoluntatem testatoris qui solum cogitauit quòd bona non exirent de familia, & ideo inter ipsos de familia alienatio fieri potest, ut supra dictũ est. Et ita pariter in proposito videtur dicendum quòd prohibitio facta à testatore ut bona remaneant in descendentes Agnetis nõ facit ꝙ inter ipsos descẽdentes oriatur fideicõmissũ. & pro ista conclusione videtur text. in l. pater filium. § qui mater. de legat. 3. ubi mater instituit filios hæredes, & dicit quòd nulla ex causa alienarent, sed conseruentur bona successioni suæ, dicitur ibi ꝙ per ista verba nullum fideicommissum inducitur, ita ergo in casu isto videretur dicendum. Sed tamen his non obstantibus contrarium de iure esse arbitror: videlicèt quòd imò isto casu inter ipsos descendentes fideicom. inducatur: quia hic prohibitio alienationis fuit facta cum causa: quia voluit bona remanere inter filiam & descendentes eius, quo casu oritur fideicommissum inter eos quorum contemplatione fuit facta prohibitio, ut notat. Aret. concludit in l. qui Romæ §. cohæredes. in prin. de ver. obli. alleg. not. per Bar. in l. si socer. §. Lucius. ff. sol ma. vbi dicit ꝙ verba enunciatiua prolata per modum causæ inducunt dispositionem, & per gl. ibi. & idem Bar. in fi. in l. qui volebat. ff. de hære. insti. & bene facit quod not. Bar. de prohibitione alienationis facta cum causa in l. pater filium. §. fundum, in fi. de leg 3. Paul. de Cast. in consi. 232. Visis. & dictum Are. sequitur & comprobat Barth. Soc. in d. §. cohæredes. ver. quartus & vltimus casus. Et ibi all ga. Cuma. qui idem videtur voluisse in l. cum ita. §. in fideicommisso. de leg. 2 Et dicit se ita consuluisse. & sic reperitur in cons. 249. Materia præsentis consultationis. & in consil. Quoniam in præsenti. vbi latè insistit, & hoc idem in casu nostro videtur tenere Pet. de Anch. in consi. 151. Plura sunt dubia vbi testator instituit quatuor filios hæredes: & disposuit ꝙ nõ possint vendere neq; alienare eius bona, subdens ꝙ hoc facit ut bona semper remaneant in ipsos filios & hæredes & eorum successores masculos. Dubitatur ibi an vltimi ex descendentibus masculis dicti testatoris poterint liberè bona alienare, & sic manifestè Pet. de Ancha. præsupponit quòd ex verbis suprà relatis inter ipsos descenden-
4 tes oriatur fideicommissum: & ad hoc facit, quia † verbum illud, volo, quo vtitur testator, importat fideicommissum. l. 2. C. communia de leg. §. fi. inst. de sing. re. per fideicom. reli. & eodem modo verbum illud remaneret: ut not. in l. codicillis. §. instituto. de lega. 2. & cùm ista verba referantur ad descendentes dominæ Agnetis, videntur vocati succedentes ordine successiuo sicut est in fideicommisso familiæ quia veniunt proximiores. l. cùm ita. §. in fideicommisso. de leg. 2. in l. fi. C. de verb. sig. & eodem modo de liberis, dicit Ang. in consi. 39. cùm institutio. & tradunt Aret. & Moder. in l. Gallus. §. quidam rectè. de lib. & posth. Ita ergo dicendum est de descendentibus: quia est nomen collectiuum: & generaliter dicit Ang in consi. præalleg. quòd in nominibus collectiuis vocati videntur ordine successiuo, ponit expresè quando dicitur de familia, de genere, vel de liberis: ita ergo videtur de descendentibus, ut dixi. Et idem tradit Alex. in consi. 25. In causa vertente. in prin. lib. 4. vbi in terminis de descendentibus loquit, idem no. Bar. in l. si cognatis. ver. quæro quo ordine. ff. de reb. du. Et hoc idem probatur: quia testator deficientibus descendentibus dictæ Angetis vocauit Aluisium eius fratrem, & clarum est quòd ipse vocatus fuit iure fideicommissi: ergo pariter idem dicendum est de ipsis descendentibus: quia sub eadem determinatione vocati sunt, & eodem verbo: ideo æqualiter debet fieri determinatio. l. fi. C. de sent. l. quamuis. C. de impub. l. iam hoc iure. §. final. ff. de vulg. Non obstant allegata suprà in contrariũ: quia responsio colligitur ex suprà dictis: nam haberent locum si prohibitio alienationis fuisset facta simpliciter, secus si per viã causæ dictum sit: quia voluit remanere in familia vel in eius descendentibus, vt suprà dixi: & quia cum vocati fuerint descendentes videntur vocati ordine successiuo ad fideicommissum per suprà dicta: & sic voluntas testatoris fuit, quòd bona remanerent in descendentes non simpliciter, sed ordine successiuo. Vltimò non obstat text. in l. pater filium. §. mater. de leg. 3. quia respondetur pluribus modis, ut prosequitur Soci. in consi. 249. suprà allegat. Et quia in hoc non videtur esse difficultas, vlterius non insisto. Et ex ista conclusione infertur quòd si Stephanus nepos testatoris extraneos hæredes instituisset ꝙ filij Marci ad fideicommissum admitterentur: sed quia prædictus Stephanus instituit filium eius legitimatum. Secũdò principaliter quæritur an filius dicti Stephani legitimatus excludat filios Marci substitutos. Et est quæstio satis not. vtrum legitimatus excludat
* substitutum, in qua * *communis* opinio videtur esse quòd sic, vt concludit Alex. qui alios plenè refert in l. generaliter. §. cum antea. C. de insti. & substit. & latissimè Alex. in consi. 2. Viso. lib. 1. & in consi. 87. Visis. lib. 2. & dicit Pau. de Cast. ꝙ omnes ita tenent in consi. 221. Super puncto. Et idem sequitur Paul. de Cast. in cõsi. 223. Super eo. & Rapha. Cuma. in consi. 168. Reuerendus pater. Pet. de Anch in consi. 126. Videtur. Et ista opinio maximè procederet quando expressè dictum fuisset, ꝙ legitimatus excluderet substitutum, ut sentit Sal. in d. l. generaliter. §. cum autem. & tradit Alex. in d. consi. 87. lib. 2. ver. præterea dato. & ita potest dici in casu

ADDITIO.

a ¶ Prohibitio.) Suprà consi. 23. consi. 208. consi. 377.

in casu isto:quia fuit legitimatus , ita quòd succederet parenti-
bus & coniunctis. Ita videtur quòd iste legitimatus excludat sub-
stitutos. Sed tamen his non obstantibus contrarium in casu isto
dicendum uidetur: nam dato quòd illa sit communis opinio ꝙ
legitimatus excludat substitutum, tamen ex pluribus quę in isto
casu concurrunt non videtur habere locum : Primo enim talis
a legitimatio fuit facta mortuo [a] testatore, quo casu erat ius quæ-
situm substitutis in spe considerabili , ut not. Bartol. in l. si is po-
test. ver. sed si esset substitutus per fideicommissum. & sequitur
Alex. ibi, & in consi. 217. Visis uerbis. lib. 2. & in consi. 114. Consi-
deratis. lib. 1. Et tale ius etiam quæsitum in spe non potuit tolli
per comitem Palatinum, qui fecit in isto casu legitimationem, ut
no. uoluit Ant. de But. in c. per uenerabilem in ver. vnum tamen
5 puto. qui filij sint legit. ubi inquit quod ille qui † habet potesta-
tem legitimādi à Papa, vel Imperatore non potest legitimare in
præiudicium alterius cui ius sit quæsitum etiam in spe: quia tales
concessiones intelliguntur fieri in præiudicium aliorum c. super
eo. de offic. deleg. l. 2. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publi.
& idem no. Bal. in l. cum filius. ff. de testa. milit. dicens quòd co-
mes qui habet potestatem legitimandi non potest in præiudiciū
aliorum hoc facere : quia ius alienum minuere non potest. Et
idem Bald. in auth. præterea. C. de natu. libe. cum simili. ut tradit
Alex. in consi. 94. Consideratis his. lib. 1. & in cons. 60. Visa legiti-
matione. lib. 2. & dato ꝙ expressè data fuisset potestas legitiman
di etiam cum præiudicio alterius, licèt ualeret priuilegium quan
do hoc expressè dicitur, ut not. Bald. in d. l. cum filius. & Paul. de
Cast. in consi. 227. & in d. l. Gallus. § & quid si tantum de liber. &
posth. in fin. Alex in consi. 188. Perspectis. libr. 5. tamen intelligiť
quòd vtatur tali potestate causa cognita: & uocatis his: quorum
interest, ut no. Bald. dicit in l. si testamentum. uer. item potest. C.
de testamen. & in rubric. in 3. q. in fi. C. de preci. impe. offe. Et tra
dit Alex. in consi. 94. suprà alle. Consideratis. libr. 1. & idem tenet
Anto. Rosel. in tract. legit. ubi loquitur de causa formali. ver. sed
dubitatur. in fin. vbi allegat Bald. in d. rubric. & nouissimè tradit
Franc. de Cur. in consi. 73. in 7. char. in 4 dubio. Et tali casu videť
omnino habere locum opinio illorum qui tenent ꝙ ad hoc ut le
gitimatus excludat substitutum requiritur, ꝙ citatus fuerit sub-
stitutus de cuius præiudicio saltem in spe tractatur, prout in ter-
minis tenet Pet. de Ancha. in consil. 428. Circa primum in 2. du-
bio. & illum refert & sequitur Alexan. in consi. 67. Consideratis
his. lib. 1. & in consi. 25. Circa primum. libr. 1. Et idem etiam tra-
dit Alexan. in consi. 93. Consideratis. eo. lib. 1. in ver. Item sextò
confirmo. ubi loquitur in comite Palatino , & latè insistit. Et se-
cundum istam conclusionem consuluit Franc. de Ramp. in con-
si. incipien. In themate & quæsitis præmissis. prout refert Barth.
Soc. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de libe. & posth. versi. quar-
tum correlarium. ibi, ipse idem tenet: & latè consulendo , idem
Socin. tradit in consi. 251. Quoniam in præsenti. versic. sed præ-
missis non obstantibus. & ibi plures rationes inducit, quas gratia
breuitatis non refero ; & ibi respondet ad omnia contraria quæ
adduci possunt. Secundò concurrit : quia testator in alia parte te
stamenti cogitauit, & fecit mentionem de descendentibus legiti
mè : quia vocauit Aluisium eius fratrem si filia sua hæres institu
ta decederet sine descendentibus ex se legitimè prouenientibus;
ergo consonat ꝙ etiam dum vocauit descendentes filiæ, intelli-
6 gatur de legitimè descendentibus: quia vna pars † testamenti
per aliam declaratur. l. qui filiabus. in princip. de lega. 1. l. si ser-
uus plurium §. fina. de leg. 1. in l. fin. §. cui dulcia. ff. de vi. tri. oleo-
que leg. & ideo si testator in una parte testamenti fecit mentio-
nem de filijs masculis, quos voluit pręferri fœminis, in alia par-
te ubi loquitur de filijs simpliciter, de masculis intelligitur: ut in
no. q. tradit Rapha. Cu. in consil. 117. An in testamento instituit.
Abb. in cons. 36. Videtur primò lib. 1. & hoc ratione manifesta in
casu isto comprobatur, quia testator prætulit omnes descenden-
tes ex filia Aluisio fratri suo quem vocauit illis deficientibus, vt
patet in testamento, & prædictum Aluisium prætulit illegitimè
descendentibus ex dicta filia , ut in testamento constat, ergo à
fortiori videtur dicendum ꝙ descendentes legitimè qui sunt ne
potes ex filia habeant excludere illegitimos descendentes natos,
& ita simpliciter in terminis nostræ q. arguit Alexand. in consil.
94. suprà allega. Consideratis his. libr. 1. ne deterioris conditio-
nis sint descendentes ex ipsa filia quos prædilexit quam eius fra-
ter Aluisius qui post illos vocatus fuit. facit qđ no. Bar. in l. fin. ff.
ad Treb. uer. iuxta hoc quæro, & in l. Lucius. uersi. sed quæro. ff.
uul. & pupil. & in simili casu no. Pau. de Cast. in l. 1. C. de condi. in-
ser. & in consi. 77. Casus frequenter contingit. & in consi. 355. Vi
so dicto testamento. Andr. Sic. in consil. 52. Circa hanc dubita-
tionem. inter consilia Alexan. in 4. lib. Nec prędictæ conclusio-
ni videtur obstare quòd in alia parte testamenti ubi loquitur de
legitimè descendentibus loquatur ex descendentibus ex filia, &
sic uidetur loqui de prouenientibus immediatè ex ea , prout illa
dictio, ex, [redacted]are uidetur l. eo tempore. ubi Bart. ff. de pec. &
not. in l. non dubium. C. de leg. Et quia in talibus immediatè de-
scendentibus ex filia potuit testator habuisse specialem respectū
ꝙ essent legitimè nati : quia testatori esset maius dedecus quòd
eius filia descendentes illegitimos natos procreasset: quia maior
7 honestas in mulieribus requiritur, ut per glo. in l. palam. §. quæ in
adulterium. ff. de ritu nupt. & in proposito quod not. Bartol. in l.
hæredibus. §. fin. ff. ad Treb. Abb. in c. in præsentia, cum si. de pro-
bat. ut dixi ibi , versicu. quinto fallit. quia ad ista respondetur ꝙ
ex quo loquitur de descendentibus ex ea veniunt omnes descē-
dentes in infinitum: & quia suprà dicitur de descendentibus sim-
pliciter , ergo ueniunt omnes videlicet nepotes, pronepotes &
alij deinceps, ut dicitur in l. fi. C. de suis & legi. & in l. cognoscere
§. liberorum. ff. de uerb. sign. in §. 1. in auth. de hære. ab inte. ver.
& no. Fulg. in consi. 86. Ex facto proponitur. & Alexand. in cons.
159. Viso themate. in princip. lib. 2. Non obst. quod dicitur de il-
la dictione, ex, quæ videtur significare descendētes immediatè:
quia hoc verificatur à principio qui ab ea originem immediatè
habuerunt: & ad hoc videtur text. in d. §. 1. in auth. de hær. ab in-
te. ubi loquitur de descendentibus ex genere fœminarum, & ta-
men ueniunt ibi omnes descendentes , alias sequeretur ꝙ in isto
casu tantum uenirent filij nati ex dicta Agnere hærede instituta
& non ulteriores, quod absurdū uideť & omnino contra men-
tem testatoris. Et quia in hoc non videtur dubitandum, ulterius
non insisto. Et per hoc etiam respondetur ad aliam rationem dū
dicebatur, ꝙ testator uidetur cogitasse de legitimè natis ex filia:
quia erat maius dedecus ꝙ illegitimi ex filia nascerentur : quia
cum ueniant omnes descendentes , ut suprà dictum est : patet ꝙ
testator cogitauit de omnibus descendentibus, quòd essent legi-
timè nati , ex quo loquitur simpliciter de descendentibus, & ra-
tio quæ allegatur de filia, uidetur retorqueri in contrarium: nam
cum filia testatoris fuisset nupta nobili uiro Bernardo de Cribel-
lis nullo modo considerandum fuit ꝙ ex ea descendentes illegi-
timè nascerentur, quia hoc non erat uerisimile , ideo illa uerba
de legitime descendentibus uidentur prolata respectu aliorum
descendentium de quibus probabiliter à communiter accidenti-
bus potuit suspicari. & idcirco firma remanet conclusio ꝙ solū
descendentes legitimæ nati uocati sint ad dictum fideicommis-
sum. quo casu stantibus talibus uerbis de legitimis natis legitima
tus non excludit substitutum, quia testator habuit respectum ad
modum nascendi naturaliter, ut not. Bal. in l. Gallus. §. si eius. in fi.
ff. de libe. & posthum. Ange. in dispu. sua, Nobilis quidam gene-
re, cum si. ut tradit Alex. in l. generaliter. in §. cum autem. C. de in-
stitu. & substi. & ibi dicit ꝙ doct. quos ibi refert, ita concludunt,
* & hoc modo secundum eum limitatur * *communis* opinio , quæ
habet quòd legitimatus excludat substitutum. Et idem Alexan.
in consi. 2. suprà allega. in 1. lib. uer. non ob. octauum argumen-
tum, & idem Bald. in addi. Specu. in tit. de proc. §. 1. in ver. 24. Ter
tiò in casu isto concurrit, ꝙ testator erat nobilis de clarissima fa-
milia Dugnanorum, quo casu propter eius nobilitatem non ui-
detur cogitasse de talibus descendentibus illegitime natis, & id-
eo licet legitimati fuerint, non excludunt substitutum , ut not.
Ang. in disp. suprà alle. Nobilis quidam genere. & sequitur Ant.
de But. in c. per uenerabilem, qui filij sint legiti. Alex. in cons. 25.
Circa primum. libr. 1. Et in consil. 67. Consideratis eo. 1. lib. & in
cons. 94. Consideratis his. eo. 1. lib. & in d. l. generaliter. §. cum au
tē. de insti. & substi. Et idem est si non esset nobilis neq; in digni-
tate positus, si tamen esset talis conditionis, ꝙ indecens esset ueri
similiter sibi habere, ut not. Imo. in l. ex facto. §. si quis rogatus, in
uer. & aduerte ff. ad Trebe. & refert Alexan. in d. consi. 25. & in d.
consi. 67. lib. 1. & in d. consi. 94. eo. 1. lib. Quartò considerandum
est, ꝙ si in loco & communi usu loquendi appellatione filiorum
uel descendentium non uenirent naturales nec etiam legitimi, ta
li casu legitimatus non excluderet substitutum, ut no. Imol. in d.
l. ex facto §. si quis rogatus. ff. ad Treb. & in l. si ita quis. §. is cuius.
de leg. 2. Pau. de Cast. in l. fin. C. de his qui ueniam æta. impe. Alex.
in d. consi. 25. libr. 1. & ita patet ex prædictis, quòd pluribus me-
diis in casu nostro legitimatus non excludit substitutum. Nō ob.
alle. suprà in contrarium: quia licet videatur communis opinio,
ꝙ legitimatus excludat substitutum, tamen plerique tenēt con
trarium, quos Alex. refert. in d. §. cum autem, & in consil. 2. s. alle.
& ista opinio de iure uidetur multum sustentabilis , ut colligitur
ex his quæ Barth. Soc. scribit in l. Gallus. §. si eius. ff. de li. & posth.
sed dato , ꝙ prima opinio sit communiter approbata non habet
locum

ADDITIO.

a ¶ Mortuo.] Hęc ratio hic non valet , quia satis est ꝙ sit legitimatus viuo parente suo, & sic pendente conditione ut faciat eam deficere. vbi aliàs excludit substitutum de quo dixi in consue. Paris. §. 8. gl. 1. nu. 44. & ad Alex. consi. 128. lib. 1. Adde eundem Decium. l. generaliter, ad fi. C. de inst. & sub sti. Car. Rui. consi. 80. lib. 3. Sed uide infrà consi. 557. nu. 4.

locum in isto casu in quo fuit facta legitimatio per comitem Palatinum, qui non potuit saltem absque citatione in præiudicium substitutorum talem legitimationem facere, per ea quæ supra dicta sunt. allegata in contrarium procedunt & habent locum in legitimatione facta ab Imperatore uel summo Pontifice qui supremam habent potestatem, & ita etiam alleg. supra in contrarium loquuntur, & ita Alex. distinguit in d. consi. 94. in fi. lib. 1. Secundò allegata in contrarium non habent locum, quando fuit dictū de legitimatione descendentium, uel quando testator erat nobilis, ut s. dictū fuit. Ex omnibus supra dictis remanet firmata conclusio, ꝙ do. Bernardus & fratres eius admittantur iure fideicommissi ad bona. do. Stephani de Dugnano testatoris non obstante legitimatione facta per do. Io. Staphanum de Cribellis de Bernardino eius filio. Tertio principaliter queritur si isti peterent fideicommissum an essent priuandi legato illis facto in testamēto Io. Stephani de Cribellis, qui in eius testamēto disposuit, ꝙ si dictus Bernardus & fratres eius aliqualiter contrauenirent testamento & uoluntati eius, & mouerent uel mouere facerent aliquam litē contra hæredem institutum, uoluit illos esse priuatos legatis eis relictis, & uoluit & mandauit illos esse tacitos & contentos in legatis sibi factis, ut s. nec nihil aliud posse peti nec consequi in & super hæreditate & bonis meis. Et prima facie uideretur dicendum, ꝙ petēdo fideicommissum isti fratres deberent priuari uel esse priuatos legatis propter illa uerba geminata, in & super hæreditate & bonis meis. Nam si solùm dixisset in bonis meis, non excluderentur à fideicommisso, quod petitur tanquam æs alienum, sicut tali modo prohibitus nō excluditur quin petere possit bona materna; quia illa uerba in bonis, intelliguntur deducto ære alieno: ut not. Bar. in l. iurisiurandi §. si liberi in fi. ff. de oper. lib. Secus ergo Bar. secus esse si dicat testator de hæreditate, prout in casu nostro dicitur: & idem in simili casu not. Bald. in l. si cùm dotem. in §. si patet. in fi. ff. sol. mat. Et in terminis quando dicitur simul in bonis & hereditate dictum Bar. limitat expresse Ang. de Are. in suo tract. de test in uerbo. iussit eam fore tacitam & contentam. in fi. in char. 28. illius tractatus, & idem uidetur uelle Bal. quando dicitur hæreditate, ut ipse tradit in l. liberti, libertæque. char. ult. in prin. in uersi. attende tamē. C. de bonis lib. Imò quod plus est, etiam si dictum fuisset simpliciter in bonis, prout loquitur Bar. in d. §. si liberi. excluderetur à fideicommisso ex eo quod not. tradit Pau. de Cast. in consi 65 Super primo puncto. ubi limitat dictum Bar. procedere in filia prout loquitur: in qua quidem filia illa prohibitio ꝙ plus petere non possit satis operatur respectu bonorum testatoris: & ideo nō extenditur ad dotem maternam. Secus ergo secūdum eum uidetur in eo cui fit legatum cum onere ꝙ plus petere non possit in bonis: quia ex quo ille aliud petere non potuisset in bonis eius, vt prohibitio aliquid operetur, uidetur excludi à iure & ab actione quæ sibi competebat. quia de alio iure non potuit testator cogitare: & ita uidetur in isto casu; quia de alio iure non potuit cogitare nisi de fideicommisso, quod dictis nepotibus suis competebat, & hoc idem quod supra dictum est, tenet Ioan. Pet. de Ferrariis in sua practica in forma libelli quo petitur hæreditas ex testamento, in uerbo, in omnibus, in fi. ubi limitat dictum Bar. in fi. in d. §. si liberi. quando simpliciter dicitur in bonis suis prout Bar. loquitur: secus si dicatur in bonis uel super bonis, quia tunc uidetur se retulisse ad omne ius cōpetens filiæ quacunque occasione, ideo tunc à dote materna excluditur: & pariter uidetur in isto casu, ꝙ isti excludantur à fideicommisso dum dicitur in & super hæreditate & bonis Nec præmissæ conclusioni obstare uidetur, ꝙ illa prohibitio facta à testatore de contraueniendo & mouendo litem intelligatur, quando iniuste hoc facerent: secus si iuste petēdo fideicommissum quod sibi debetur, ut not Raph. Cu. in consi. 51. Quòd dictus Ambrosius. & Paul. de Cast. in consi. 191. Antequam ueniam. Bald. in l. 1. C. de vsuf. cum si. ut late tradunt Mod. in c. causam, quę. char. pe. de rescrip. quia hoc contrarium late concludit Alex. in consi. 52. Viso testamento. lib. 2. & in consi. 11. Circa primum lib. 1. & de hoc non agitur in isto casu; quia ultra prohibitionem contrauentionis testator disposuit istos fratres debere esse tacitos & contētos legatis sibi factis, ut supra & ꝙ nihil aliud petere possint in & super hæreditate & bonis suis. ex quibus uerbis uidentur excludi etiam a fideicommisso per s. dicta, & nō est dubitandum, quòd
8 † legatum alicui fieri potest cum onere non petendi illud quod sibi debetur, & acceptando legatum sibi præiudicat. l. si ab uno. in prin. de leg. 2. c. officij. de testa. l. Titia. la 1. §. qui in uita cum glo. ibi in uerbo, portione de leg. 2. in l. imperator. §. si centum. eo. ti. in l. qui tutelam. ff. de testa. tute. & tali casu excluditur a fideicōmisso in totum: licet esset plus in fideicommisso quam in legato: ut not. Pau. de Cast. in d. l. si cùm dotem. § si pater. ff. solu. mat. sequitur ibi Alex. uersi. sed quid si pater. reiecta opinione Imo. qui aliter sentiebat, ut ibi refert: & ista sunt quæ prima facie efficaciter urgere pro ista parte uidentur. Sed tamen prædictis non obstantibus vlterius cogitanti contrarium in isto casu de iure esse arbitror, videlicet ꝙ do. Bernardus & fratres eius possūt acceptare legata eis relicta, & tn̄ petere fideicōmissum, quod eis ex testō do. Stephani de Dugnano debetur: & pro euidenti demōstratio-
9 ne præsupponendum est illud vulgatum, ꝙ† voluntas testatoris attenditur. l. in conditionibus primū locum. ff de condi. & dem. l. cùm quæstio. C. de leg. in fi. l. ex facto. la grande. ff. de hære. insti. & præsertim in fideicommissis l. fideicommissa. §. item si quis, in
10 fi. de leg. 3. l. pe. de leg. 1. † Et tacita ēt voluntas sufficit quæ ex cōiecturis colligitur. l. cum proponeretur. in fi. de leg. 2 l. qui solidū. §. 1. eo. tit. l. cum auus. de condi. & dem l. licet imperator. vbi Bar. ff. de leg. 1. Nam ex coniectura ta mēte testōris a vi & natura verborum receditur: vt no. Bal. in l. fi. C. de impube. & in casu proposito ex pluribus coniecturis efficacibus euidenter colligitur volūtatem testatoris fuisse solū excludere eius nepotes ab eius bonis, non aūt à fideicōmisso quod petere possint: hoc primò sic probatur. Nam si dictū fuisset simpliciter, ꝙ nihil plus petere possint
* in bonis testatoris, *cōiter doct. tenent ꝙ talis prohibitio non excludat prohibitum ab eo quod sibi debetur, vt habetur pro doc. in locis s. alleg. Idem tn̄ videtur licèt etiam dicatur de hæreditate, vt in casu isto: quia saltem non videtur petere fideicōmissum: cum appellatione hæreditatis fideicommissum non cōtinetur, vt
11 tex. dicit in l. si Titius. ff de leg. 3. ibi, quia† appellatione hæreditatis, neq; legata neque fideicommissa continebuntur. Secundò facit: quia qn̄ fit mentio de bonis alicuius vniuersaliter, idem iudicatur de bonis, quod de hæreditate, & econtra de hæreditate, qđ de bonis. l. nam ꝙ, §. fi. & l. cogi. in prin. & §. 1. ff. ad Treb. not. Bar. in l. Quintus. la 2 in §. argento. de auro & arg. leg. vbi alleg. gl. in l. hæreditatem. C. de hære. actio. & idem Bar. in l. 3. in prin ff. de bo. poss. & in terminis nostræ quæstionis tradit Rapha. Cu. in consi. 51. Quòd do. Ambrosius. Et ideo ꝙ doc. dicunt in bonis idem in hæreditate dicendum videtur. Tertiò efficaciter hoc suadetur: quia testōr mandauit illos esse tacitos & contentos legatis sibi factis: & ꝙ nihil aliud possint petere. Nam talis prohibitio, ꝙ aliud petere non possint, est facta respectu legatariorum, quibus mandat & iubet illos esse contentos, & talia legata petuntur in bonis & in hæreditate ipsius testatoris: ergo pariter videtur, ꝙ illa prohibitio, ꝙ aliud petere non possint, intelligatur respectu hæreditatis & bonorum testatoris in quibus petuntur legata: quia illud
12 † verbum, aliud, videtur importare similitudinem, vt not. in l. 2. C. de ser. fugi. in c. sedes. de rescr. Bal. in l. si per illum tex. C. de his qui a non do. manu. Bar. in l. quidā. de reb. dub. Alex. in consi. 203.
13 Consideratis verbis lib. 2 sicut † ergo legata percipiuntur de bonis & hæreditate ipsius testatoris: ergo ita videtur, ꝙ illa prohibitio, quæ videtur importare similitudinem, eodē modo intelligatur & sic videntur dicti nepotes excludi a fideicōmisso, quod extrinsecus sibi debetur in hæreditate primi testatoris. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupil. Quartò hoc idem comprobatur: quia testator qui dictis suis nepotibus legata reliquit, videtur vo
14 luisse lucrum & vtilitatem conferre: quia natura† legati, est afferre emolumentum & vtilitatem l. si hæreditatem. ff. manda. & l. legatum est. ff. de leg. 2. Si ergo acceptando tale legatum isti excluderentur a fideicommisso, tale legatū esset potius onerosum quā vtile: quia longè maius est commodū fideicommissi, quā legati. vt ergo tale legatum sc̄m naturam eius videatur afferre vtilitatē, dicendum est, ꝙ isti non excludantur a fideicommisso, quia hoc modo legatum esset onerosum, vt dictum est. Quintò hoc idem confirmatur, quia non debet esse deterioris conditionis ille qui facit contra voluntatem testatoris, quam ille qui voluntati eius obsequitur. arg. c. eum qui. de præb. in 6. sed ille qui contra facit
15 molestando hæredem institutum priuatur† legatis sibi relictis, & tn̄ haberet fideicommissum, ergo a fortiori isti qui obtemperant voluntati testatoris, non molestando hæredem institutum in hęreditate testatoris, non debent a fideicōmisso excludi, quia essent deterioris conditionis quam illi qui contrauenirent. Sextò hoc idē coadiuuatur, quia testator prohibet, ꝙ do. Bernardus & fratres contraueniant testamento & eius voluntati, & ꝙ non moueant aliquam litem contra hæredem institutum. & eodem contextu verborum mandauit, ꝙ sint contenti legatis eis relictis, & ꝙ aliud petere nō possint, modò sic, prima prohibitio ꝙ non debeant contrauenire testō & eius voluntati clarum est, ꝙ intelligitur respectu hæreditatis & bonorum testatoris in quibus voluntas sua attenditur. l. 1. C. de sacrosan. & illa prima prohibitio non intelligitur respectu fideicommissi ad quod testator tenebatur, quia in tali fideicōmisso agitur de voluntate primi testatoris cui succeditur. leg. cohæredi. §. cum filiæ de vulg. & pap. & quia etiā dicitur, ꝙ debent priuari si mouerent aliquam litem ↄ̄ hæredem institutum vt bona eiusdem haberent, & sic cū loquatur de bonis non intelligitur respectu fideicommissi. vt s. dictum est. ergo pariter videtur, ꝙ illa alia clausula quæ immediatè subiicitur & mandat, ꝙ ɔtenti sint dictis legatis, & ꝙ aliud petere non possint in & super hæreditate & bonis meis, ꝙ oīa ista intelligātur respectu solum bonorum, & hæreditatis dicti testōris, & nō de fidei-

 commisso,

commiſſo, prout clauſula, quæ immediatè præcedit, ut ſupra dixi
16 intelligitur, quia† ex præcedentibus declaratur, quod ſequitur. l. ſi ſeruus pluriũ § fi. de leg. 1. l. qui filiabus. eo. tit. l. nummis. de leg. 3. & certe iſta uidetur fuiſſe intẽtio teſtatoris quæ tergiuerſari nõ põt. cogitauit. n. teſtator, ꝙ inſtitutio facta de eius filio legitimo habeat effectum. & quia dubitauit de nepotibus ad quos eius hæreditas ab inteſtato pertinebat ſi talis inſtitutio facta de filio legitimato non habuiſſet locũ, prohibuit dictos eius nepotes ne contrauenirent eius uoluntati & teſtamento, & ꝙ eſſent taciti & cõtenti legatis eis factis; & ꝙ aliud petere non poſſent. unde paret ꝙ iſta oĩa dicta ſunt ad iſtum ſolum effectum ne moleſtarent filium legitimum in hæreditate in qua erat inſtitutus, & ideo talis prohibitio quæ uidetur limitata, non debet trahi ad fideicommiſſum de quo teſtator non cogitauit, quia limitata cauſa limitatum effectum producit. l. in agris. de acq. re. do. Et iſta interpretatio ſuadetur, quia eſt diuerſa ratio in fideicommiſſo, & in hæreditate ipſius teſtatoris. Et ideo illa prohibitio indefinita, ꝙ aliud petere non poſſint, non æquipollet uniuerſali: quia ubi eſt diuerſa
17 ratio† indefinita non æquipollet uniuerſali, ut per Dy. in rub. de reg. iur. in 6. not. Bar. in l. ſi plurib. de leg. 2. & quia agitur de pena quæ reſtringi debet, quia odioſa eſt, & quia rõne coniunctionis debet interpretatio fieri in fauorẽ legatariorũ, qui ſunt nepotes.

EPITOME Conſi. CCCCXXVI.

Monaſterium excludit ſubſtitutum etiam filium, vel nepotem teſtatoris.

SVMMARIVM.

1 *Teſtatoris voluntas imprimis attenditur.*
2 *Bene facere nemo inuitus cogitur.*
3 *Fauor filiorum in inſtitutione hæredis, an ſit maior quàm eccleſiæ.*
4 *Anima cunctis rebus præponenda eſt.*
5 *Exhæredare filium volens & eccleſiam inſtituere, alium quærat quàm Auguſtinum.*
6 *Piæ cauſæ & animæ plus fauet lex, quàm filijs legitima reſeruata.*
7 *Legitima datur filijs ingredientis monaſterium: & bona alia reſeruantur monaſterio.*
8 *Pia cauſa non minus eſt fauorabilis quàm ſint deſcendentes, ſaltem illis quibus nullum ius competit impugnandi teſtamentum pro legitima.*
9 *Grauatus ſi intrauit monaſterium, conditio liberorum reijcitur, & ſubſtitutus excluditur, dato quòd filij eſſent ſubſtituti.*
10 *Lex quæ generaliter loquitur, & inſinuationem requirit, intelligitur etiã inter coniunctos, & inter patrem & filium.*
11 *Regula ſub generalitate omnes caſus & omnes perſonas complectitur.*
12 *In dubio pronuntiandum eſt in fauorem eccleſiæ quando res eſt dubia.*
13 *In dubio pronuntiandum eſt in fauorem rei.*


N duobus dubiis quæ proponũtur agam paucis, quia apud virũ doctiſſimum cã agitatur. Et prius plenè & ſufficienter videtur reſponſum, vt intelligo à R. D. Vicario V. Iur. doctore præ-
1 ſtantiſſimo. Non ob. ergo, ꝙ primò obiicitur, ꝙ in caſu iſto† monaſterium non uidetur excludere ſubſtitutũ: quia teſtator uidetur cogitare de filiis ueris & naturalibus, quo caſu uolũtas ſua attenditur, ut no. Bal. poſt antiquos quos ibi refert in auth. niſi, uer. & per hoc ſoluitur. q. C. ad Treb. cum ſimi. ut dixi in c. in præſen
* tia, de prob. Nam primò poteſt reſponderi * *communem* opinionẽ eſſe in contrarium. ut patet ex his quæ dixi in d. c. in præſentia. in loco s̃. alle. & à communi opinione non eſt recedendũ. Secundò reſpondetur, & reſoluendo dicta doctorũ qui uario modo loquuntur, habemus cõſiderare duos caſus. Primus eſt, qñ apparet expreſſe, uel ex uerbis teſtatoris neceſſariò inferatur, ꝙ noluit bona ſua tranſire in monaſterium. Secundus caſus eſt, quãdo ex uerbis teſtatoris non conſtat neceſſariò, ꝙ de excluſione monaſterij cogitauerit. Circa primum arbitror, ꝙ bona nullo modo debeant applicari monaſterio cõtra uoluntatem teſtatoris: quia
2 † quis inuitus non cogitur benefacere. 45 diſt. de iudæis. 23. q. 5. c. ad fidem. & quia in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter. l. in re mandata. C. man. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit ff. de peti. hære. & quia teſtator potuit rebus ſuis legem imponere. c. uerũ. de condi. appo. & in l. quoties. C. de don. quæ ſub modo. & facit tex. ĩ auth. excipitur. C. de bo. quę libe. & fauor monaſterij & religionis non debet impedire manifeſtam uoluntatem teſtatoris: quia ſic perſonis fauorabilibus debitores ſumus ꝙ aliis iniuſtitia nõ facimus. c. ex tenore. de foro compe. c. neceſſe. de dona. inter uir. & uxo. & iniquum eſt liberis hominibus non eſſe liberã rerum ſuarum adminiſtrationem, ut dicitur in l. 2. in fi ff. ſi quis à patre fue manu. & ad hoc uidetur tex. in l. Deo nobis. C. de epi & cle. declarando, ut dixi in d. c. in præſentia. Et de iſto primo caſu nõ agitur in propoſito, quia non conſtat præciſe, ꝙ uoluerit teſtator excludere monaſterium, & ideo ulterius non inſiſto. Sed uenio ad ſecundũ caſum qñ ex uerbis teſtatoris neceſſariò non conſtat, ꝙ de excluſione monaſterij cogitauerit. & in hoc eſt uariatio inter doct. dũ ponunt quæſtionem de ſubſtitutione illa facta ſub conditione, ſi ſine liberis ueris, & ab eo procreatis deceſſerit. & pariter ſi dictũ ſit ſine filiis legitimis & naturalibus, prout in caſu iſto dicitur. Et in talibus caſibus conſiderandum eſt, ꝙ licèt dicta uerba, quæ reſpiciunt ueritatem & naturalitatem, non conueniant monaſterio, non tamen neceſſariò ſequitur, ꝙ cogitauerit excludere monaſterium: quia potuit proferre illa uerba ſolũ cogitando de excluſione filiorum adoptiuorum, uel naturalium tantum, uel legitimatorũ, & ideo in prædictis fit interpretatio fauore religionis, ꝙ de monaſterio nõ cogitauerit, uel lex ſupplet & præſumit, ꝙ ſi cogitaſſet de ingreſſu monaſterij, idem uoluiſſet de monaſterio, quod de talibus liberis. vt dicit Pau. de Caſt. in d. auth. niſi rogati. ubi in ſimili adducit quod dicitur de tacita vulgari, quæ cõtinetur in expreſſa pupillari ex diſpoſitione legis, quæ ſupplet diſpoſitionem teſtatoris ex præſumpta eius uoluntate. & declarationem Pau. de Caſt. Alex. ſequitur in conſil. 121. Viſo themate. lib. 2. & in conſil. 35. Super contentis. lib. 3. Et ex iſta diſtinctione colligitur reſponſum ad dictum propoſitum: quia opi. Bal. in d. auth. niſi rogati. quam Bal. æquam eſſe dicit, procedit, & habet locum quando apparet ꝙ uoluerit teſtator excludere monaſteriũ, ut in primo caſu s̃. dictum eſt. Tunc. n. ꝙ uoluntas teſtatoris obſeruetur magnam habet æquitatẽ: ſed quando præciſe non conſtat, ꝙ teſtator cogitauerit de monaſterio, prout in caſu contingit, ſecundum declarationem Pau. de Caſt. habet locum opi. Bar. & aliorum quæ etiam uidetur eſſe communis: & ſic concludendum eſt, ꝙ in caſu noſtro monaſterium excludat ſubſtitutum, & ita breuiter primum dubium remouetur. Venio ad ſecundum dubium in quo maior uidetur eſſe difficultas: quia ſubſtitutio uidetur facta de filiis, quo caſu monaſterium non uidetur exclude-
a re filios [a] teſtatoris ſubſtitutos: quia maior uidetur † eſſe fauor fi-
3 liorum quam eccleſiæ. 17. q. 4. in c. quicunque & cum alia pia cauſa ſubſtituitur nõ habet locum. §. ſed hæc præſenti. ut ibi dicitur. pariter idem dicendum uidetur ſi ſubſtitutio facta ſit de filiis, quibus non minus fauendum eſt quam eccleſiæ, ut latè conſil. 502. tradit poſt alios quos refert Soci. in d. l. cum auus. de cond. & demon. col. 32. Ad hoc etiam reſpondetur & conſiderandum eſt, ꝙ ratio in qua fundatur iſta limitatio non eſt uera ſimpliciter, quia abſolute non eſt maior fauor filiorum quàm eccleſiæ, nam reſpectu legitimæ maior fauor exhibetur filiis, quam eccleſiæ, ut not. Bar. in l. 1. uerſi. circa primum. & in uerſi. 2. quæro. in fi. C. de ſac.
b ſan. eccl. ſed ultra [b] legitimam maior eſt fauor eccleſiæ, quam filij:
4 quia† anima cunctis rebus præponenda eſt. l. ſancimus la. 1. C. de ſac. ſan. eccl. & ita arguit & concludit Alex. in l. pactum quod dotali. C. de pac. ubi alle. Bar. in d. l. 1. C. de ſac. ſan. eccl. Et hoc idem tradit Pet. de Anch. in cõſi. 43. alias. 45. Prima facie uideretur, ubi
5 dictum Auguſtini dicentis, †quicunq; uelit filium exhæredare. & eccleſiam inſtituere, alium conſultorẽ quærat quam Auguſtinũ. d c. quicunque. 17. q. 4. interpretatur, & intelligitur qñ filius eſſet exhæredatus in totum & priuatus legitima, ſecus ſi nõ agatur de legitima. & cũ iſta declaratione concordat Ant. de But. in conſi. 25. Ad primum dubiũ, ubi inquit, ꝙ iura naturalia & diuina quæ neceſſitant patrem ut filios non derelinquat, omnia loquuntur reſpectu neceſſitatis uictus, & legitimæ: & ita dictum Auguſtini
* ibi declarat, & idem tenet Are in conſi. 12. In cã Nicolai dicens,
6 ꝙ filiis plus fauemus, quam eccleſiæ in legitima, ſed † reſeruata legitima plus fauet lex cauſæ piæ & animæ quã filiis, ut probatur.
7 9. q. ulti. c. ſi qua mulier. ubi † ſi quis habet filios & ingrediatur monaſterium filiis datur legitima, & omnia alia bona monaſterio acquiruntur. ad idem tex. in auth. ſi qua mulier C. de ſacroſan. eccle. & ibi Bal. in 4. not. dicit ꝙ illa diſpoſitio eſt fauorabilior pro monaſterio quam pro filiis: & cum prædictis etiam cõcordat Alex.
8 in conſi. 92. ſuper eo de quo quæritur. lib. 3. dum concludit, † ꝙ cauſa pia nõ ſit minus fauorabilis quam ſint deſcendentes, & ſaltem illi quibus nullum ius competebat impugnandi teſtamentum pro legitima. alleg. Barto. & Pet. de Anch. in locis. s̃. alleg. ex quibus
* bus omnibus colligitur iſtam eſſe * *communem* opinionem, quod ubi non tractatur de legitima plus fauoris debet fieri eccleſiæ, quã filiis. Et cum in caſu noſtro non agatur de legitima, ſed de fideicommiſſo

ADDITIONES.

a ¶ Filios.) Idem Bal. conſi. 196. lib. 1. Soc. rep. d. l. cum auus. & in l. 1. de reb. dubiis. Andr. Tiraq. in repe. l. ſi unquam. char. 96. C. de reuocan. dona. & eſt uerum, quicquid dicat Deci, hic.

b ¶ Sed vltra.) Idem ſuprà conſi. 236 nu. 6. infrà conſi. 480. in fin. conſi. 495. nu. 28 conſi. 28. conſi. 54. in fi. & in c. in præſentia. de proba. Iaſ. l. 1. lect. 2. C de ſac. ſan eccl. auth. ſi qua mulier. eo. tit. in l. licet. C. de pact. in l. hac conſultiſsima. §. vlti. C. de teſt. Are. conſi. 12. Cur. Iuni. ſimpliciter quod ſit maior fauor filiorum, vt tenet idem Deci. l. licet. ubi dixi. C. de pact. & in l. generaliter C. de inſti. & ſubſti. s. conſi. 391. & in c. 1. nu. 19. de prob. Cor. conſi. 310 lib. 1. Et dixi ſuper auth. ſi qua mulier. in fin. C. de ſacroſan. eccleſiis.

deicommisso simpliciter, monasterium videtur excludere filias vel nepotes defuncti substitutas, & secũdum rationem quæ pro dicta limitatione allegat: quia quatenus vera sit illa ratio quod magis filijs, quã ecclesiæ debet fauor præstari, videlicet qñ agitur de legitima filiorum, limitatio posset procedere. Sed cum in casu isto non agatur de legitima, maior fauor debetur monasterio quam filijs per suprà dicta. Non obst. parificatio quæ fit de ecclesia substituta ad filium, vel filios substitutos: quia talis æquiparatio nõ procedit propter rationem diuersitatis quæ manifesta est quia in ecclesia substituta, quamuis non excludatur à monasterio, bona remanent apud ipsam, & sic est omnino consultum fauori ecclesiæ quia vna est ecclesia uniuersalis. c. loquit. 24. q. 1. & in cle. 1. de sen. excom. quæ quidem rationes cessant in filijs substitutis, si excluderent monasterium. Et certè suprà dicta limitatio non probatur iure: quia tex. in d. §. sed hæc præsenti ponit re-
9 gulam generalem, ꝙ † conditio liberorum reijcitur si grauatus intrauit monasterium, & substitutus excluditur; ista regula generalis etiam intelligitur, datò ꝙ filij essent substituti, quia licet causa filiorum videatur esse priuilegiata, tñ sub dispositione generali etiam priuilegiatæ personæ includuntur, ut not. Bald. per illum tex. in l. in fraudẽ. §. fi. ff. de test. mili. bene facit tex. in l. data. C. de
10 don. vbi † lex quæ loquitur generaliter & insinuationem requirit, intelligitur etiam inter cõiunctos & inter patrem & filium. Confirmatur hoc, quia in d. § sed hæc præsenti. ibi à regula excipitur solũ unus casus, quãdo fit substituta causa pia, & talis exceptio videt̃ cofirmare regulam in casibus non exceptuatis. l. quæsitum. §. denique vbi Bar. ff. de fun. instr. in §. ut autem ubi glos. & Bar. in auth. de non alie. facit tex. in l. tribus. §. fi. ff. de testa. milita.
11 † nam regula sub generalitate omnes casus, & omnes personas complectitur: unde si aliqui casus excipiuntur, alij non sunt exceptuati. arg. l. cum prætor. ff. de iudi. in l. maritus. C. de procu. & in c. qualis. 25. dist. & hoc idem comprobatur, quia si conditio liberorum locũ habuisset, clarum est, ꝙ liberi exclusissent filios substitutos. Idem ergo dicendum est de monasterio, quia in locum liberorum monasterium subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. c. ecclesia. el 1. ut lite pen. in cle. 1. de sup. negl. prælа. & quamuis subrogatum in aliquo discrepet, tamen in alijs naturam sequitur, ut no. Pau. de Cast. in consi. 129. licet ista domina Lysa. & maximè ista conclusio videtur procedre in istis nepotibus substitutis, in quibus est longe minor ratio, quam esset in filijs masculis substitutis propter differentiam, quam testator facit solũ filios eius masculos instituendo. arg. eius quod not. Bart. in l. fi. in ver. iuxta hoc quæro. ff. ad Treb. cum si. ut tradit Alex. in l. cohæredi. in § qui discretas. ff. de vul. & pupil. Et ex his breuiter secundo dubio satisfactum videt̃, & res satis clara videtur. Et ẽt si
12 res dubia videretur in fauorem ecclesiæ † in dubio esset pronuntiandum. l. sunt personæ. ff. de relig. Accedit etiam ꝙ monasteriũ
13 vices rei sustinet, & † in dubio etiam in fauorem rei pronuntiandum est in reg. cum sint partium iura. in c. ex literis, de proba. & si causa mihi esset commissa ita iudicarem.

EPITOME Consil. CCCCXXVII.

Testator institutis filijs eis substituit Scipionem fratrem: cui decedenti sine filijs, substituit monasterium: S. decessit relicto G. testatoris filio, qui adita paterna hæreditate etiã sine filijs obiit. Sanè huiusmodi substitutio est aperta in fauorem monasterij, quod ad dictum fideic. admittitur.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta alicui decedenti sine liberis, liberis extantibus tempore mortis euanescit.*
2 *Qualitas adiuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi.*
3 *Substitutus substituti non debet plus capere quàm vnquam potuerit is cui fuit substitutus.*
4 *Decedere non dicitur is qui nunquam fuit, & solus viuens moritur.*
5 *Substitutio vulgaris expirat post aditam hæreditatem.*
6 *Substitutio facta filijs testatoris institutis & decedentibus videtur facta vltimo decedenti, & ultimo decedens videtur grauatus de restituendo.*
7 *Gradu primo substitutionis perempto admittitur gradus sequens.*
8 *Substitutio prima si erat fideicommissaria licet primum fideicommissum deficiat, remanet apud hæredem cum onere suo, & sic debetur secundo fideicommissario.*
9 *Substitutio quando fuit compendiosa, & filius decessit maior post aditam hæreditatem, quo casu solum fideicommissariam continet substitutionem tali casu moriente primo substituto ante institutum, remanet fideicommissum apud institutum cum onere restituendi secundo substituto.*
10 *Substitutio facta decedenti sine filijs natis, & existentibus filijs expirat.*
- *Voluntas testatoris in primis attenditur.*
12 *Et in conditione voluntaria propter voluntatem testatoris fit extensio de vno casu ad similem in effectu, & in conditione uoluntaria testator potius videtur cogitare modum quàm effectum.*
13 *Substitutio quæ efficitur caduca non potest aliam substitutionem utilem facere, quia secundò substitutus non venit ex persona primi substituti, sed ex sua persona.*

LIcet in casu proposito accuratè & subtiliter scriptũ sit à præclarissimis dominis consulentibus, in cõtrarium tamen prima facie obstare videbatur. Primò quia monasterium vocatum fuit sub conditione, si Scipio frater testatoris prius substitutus decederet sine filijs: & cum
a ista conditio defecerit: quia mortuus est cum filijs, [a] substitutio monasterij non uidetur habere locum. ut not. Oldr. in consil. 21. Thema tale est, testator. ubi ad hoc alleg. l. cum vxori. C quando dies leg. ce. in l. hæredibus. in prin. ff. ad Tre. Et idẽ tradit Io. And. in addi. Spec. in titul. de testa. in §. in primis. in ult. q. quem refert
1 Pau. de Cast. in l. ex facto. § pe. in fi. & sequitur, dicens ꝙ † substitutio facta alicui decedenti sine liberis, extantibus liberis tempo
2 re mortis euanescit: quia † qualitas adiuncta verbo, secundum verbi tempus intelligitur. l. in delictis §. si extraneus. ff. de noxa. l. si Titius, de test. mili. & licet liberi qui faciunt deficere conditionem postea ipsi moriantur sine liberis, non habet locum substitutio q̃ fuit extincta. & idẽ Pau. de Cast. concludit in cons. 170. aliàs 172. Ne improprijs vtamur uocabulis: & in simili casu Abb. idẽ concludit in consi. 40. Venio ad primum. in primo dub. libr. 1. & Alex. in consil. 31. Ponderatis his quæ in themate lib. 3. Secundò, in q. nostra vr̃ decisio Old. contra conclusionem superius firmatam in consi. 177. Testator in suo ultimo testamento. ubi ponit casum in testatore qui primò instituit filium primò nasciturum & si decesserit in pupillari ætate vel postea qñcunque substituit alium secundo nasciturum: & si dictus secundus filius moriatur in pupillari ætate vel postea qñcunq; testator substituit Bernardum eius fratrẽ natus est filius primus primò institutus & mortuus est in pupillari ætate: & cum secundus filius primo substitutus natus non fuisset. frater testatoris Bernardus qui secũdo filio erat substitutus, uolebat uirtute eius substitutionis admitti ad successionem filij primi instituti. concludit Old. ꝙ non admittatur. quia Bernardus ultimò substitutus non erat substitutus primo filio de cuius successione agitur: sed secundo filio erat substitutus qui natus non fuit, quia cum secunda substitutio facta de secundo filio nascituro eo non nato inutilis fuerit. alleg. l. si duobus §. si de lega. 1. & in l. 1. §. si quis proximior. ff. unde cog. vnde talis substitutio inutilis aliam utilem facere nõ potest ar. l. nullus
3 solius. C. de dec. lib. 10. & quia † absurdum vr̃ substitutum substituti plus capere quam vnquam potuerit is cui substitutus fuit. dicit Oldr. ꝙ loquitur de habituali potestate capiendi. alle. l. publius. §. Titia. de condit. & dem. sed primò substitutus qui natus non est, non potuit habitum capere, ergo secũdo substitutus admitti non debet. & quia ultimò substitutus fuit vocatus sub conditione si secũdò nasciturus in pupillari ætate decederet, uel postea quandocunq;, sed ista conditio deficit: quia non decedit qui
4 nunquam fuit: & solus uiuens † moritur, ut not. in l. qui duos. de mann. test. & adhoc alle. tex. in l. qui habebat. de vul. & pu. Et istã decisionem Old. sequitur Io. And. in addi. Spec. in tit. de testa. §. 1. in addi. magna. in ver. occurrit hic nouissimus casus. pariter. ergo in casu isto videbatur dicendum, ꝙ monasterium quod fuit substitutum immediatè dicto Scipioni non possit succedere filijs testatoris primò institutis, quibus monasteriũ immediatè substitutum non fuit; & sicut substitutio de Scipione facta per eius mortem in uita testatoris caduca fuit, ita substitutio monasterij quæ ab illa pendebat extincta videbatur, per ea quæ Old. dicit in cons. præalle. Sed tamen his, & similibus quæ adduci possunt non obstantibus, in casu isto iuridicam esse arbitror conclusionem suprà firmatam in fauorem monasterij: & pro fundamento considerandũ est, ꝙ substitutio facta de Scipione moriẽtibus oĩbus filijs testatoris fuit cõpendiosa per ea quæ no Bar. in l. Centurio. de uul. & pu. Ang. in consi. 235. Substitutione dictorum testamẽtorũ. in prin. & resoluta fuit in fideicõmissariã: q̃a Cæsar vltimus filius testatoris institutus adita hæreditate maior decessit. Talis.
b n. substitutio cõpendiosa facta maiori, continet vulgarem [b] & fideicõmissariã, ut no. Bar. in d. l. Centurio. vers q̃ro vtrũ substitutio compendiosa, & Alex. in consi. 13. Visis & perlectis. libr. 3. in consi.

ADDITIONES.

a ¶ Cũ filijs.) Sed viuo testatore vel hærede, & hic est cardo disputationis.
b ¶ Vulgarem.] Sed dicendum ꝙ etiam si verba patiantur inesse vulgarẽ, vt in propria compendiosa, adhuc illa vulgaris eadem conditione limitata est, qua & fideicommissaria, & sic Decius hic malè consuluit, vt & supra consil. 416.

5 consi. 165. Circa præsentem consultationem lib. 5. & cum † vulgaris expiret post aditam hæreditatem. l. post aditam. C. de imp. & alijs substi. post mortem Cæsaris, qui paternam hæreditatem adiuit, solum vĩ habere locum fideicõmissaria, & hoc modo vĩ intelligendum, & declarandum quod Pau. de Cast dicit in consi. 206. Videndum est vtrum fides. in secundo dub. dum inquit, ꝙ
6 † substitutio facta filijs testatoris institutis & decedentibus vĩ facta vltimo decedenti & dicitur fideicommissaria, & vltimò decedens vĩ grauatus de restituendo: nã hoc intelligitur post aditam hæreditatem: quo casu habet locũ substitutio fideicommissaria. l. ille à quo. §. si de testamento. in fin. ff. ad Treb. Cum ergo euenerit casus quo Cæsar tenebitur restituere fideicommissum Scipioni si fuisset in rerum natura t pe mortis Cæsaris eo defuncto in vita Cesaris quantum ad Scipionem fideicõmissum effectum fuit caducũ, & remansit apud Cæsarem cum onere restituẽ dĩ secundo substituto: & sic monasterio pro tertia parte, prout in testõ disponitur, prout decidit Bar. in d. l. quandiu. la 3. per illum
7 tex. de acqui here. ubi perempto primo gradu † substitutionis se-
8 quens admittitur, & ibi in fi. Bar. concludit, ꝙ qñ prima † substitutio erat fideicommissaria, prout fuit in isto casu, licèt primum fideicommissum deficiat, remanet apud hæredem cũ onere suo. Et sic debet secundo fideicõmissario. l. 1 §. pro secũdo. C. de cadu. tol. qui propriè tex. loquitur in isto casu qñ substitutio facta est caduca, & sequuntur Bal & do. in d. l. quandiu, & Pau. de Cast.
a in consi. 351. Præsens [a] dubium ut s. relatum est in consi. 1. in ver.
9 secundum casum tangit. in fi. vbi cõcludit, ꝙ qñ substitutio fuit compendiosa, & filius decessit maior post aditã hæreditatẽ, quo casu solam fideicommissariam continet substitutionem, tali casu moriẽte primo substituto ante institutũ remanet apud institutum fideicõmissũ cũ onere restituẽdi secũdo substituto d. l. 1. ꝑ secundo. C. de cad. tol. & sic admittit secũdus substitutus ad perẽ dum fideicõmissũ ab hæredibus primi instituti. Et secundũ istã conclusionẽ reperio, ꝙ nouissimæ dñs Bartho. Soc. consuluit in consi. 52. Vt veram testatricis intentionem. ubi declarãdo dicta Bar. in d. l. quãdiu, cõsiderat quatuor casus: & omissis alijs gratia breuitatis in quarto casu ad propositum nostrum ꝯcludit, ꝙ quãdo tam in primo loco substitutionis quam in secũdo vocati sint per substitutionem fideicommissariam, tũc quamuis deficiat primus gradus, substitutus admittitur loco primi: quia fideicommissum remanet apud primum hæredem cum onere restituendi secundo substituto. d. l. 1. §. pro secundo. C. de cad. tol. & ibi alle. Bart. in d. l. quandiu Et hoc idem consulendo. Soc. concludit in consi. 293. in 3. libr. consiliorum Cornei ubi est idem consilium. Soc. & latè ibi approbatum fuit & confirmatum per dñm Io. Baptistam de Caccialupis in consi. inci. Cor mundũ. & ibi refert Bal. & quam plures alios consuluisse pro ista opinione in substitutione fideicommissaria, & idem ibi sequitur Cor. in subscriptione sua inci Eleganter est præsens consultatio. ubi dicit procedere in substitutione caduca, prout agitur in casu isto, & in d § pro secũdo. licet aliud dicat esse in substitutione pro non scripta. ex qui-
* bus patet istam esse * cõem opinionem à qua in iudicando nõ vĩ esse recedendum. Et cum ista conclusione expresse concordat Alex. in cons. 1. Perspectis uerbis testamenti lib. 1. ubi in fideicommissaria substitutione approbat opinionem Bart in d. l. quandiu, & in casu suo ibi dicit, ꝙ non erat substitutio fideicommissaria: quia institutus non fuit hæres, & sic in fideicommissaria de plano fatetur uerã esse opinionem Bart. in d. l. quandiu. Non obstãt alle. s. in contrariũ: quia non habent locum in substitutione fideicommissaria quæ caduca efficiatur: quia licèt conditio secundæ
b substitutionis non verificetur neq; impleatur, remanet [b] fideicõmissum apud primum hæredem, cum onere restituendi secundo fideicommissario substituto. d. l. 1. § pro secundo. Et responden-
10 do particulariter, primo non obst. ꝙ † substitutio facta decedenti sine filijs natis, & existentibus filijs expirat, ut per Old. & doct. in locis. s. primo in contrarium alleg. quia licet substitutus secundo loco non admittatur secundum ordinem, & formam testamenti: quia conditio impleta non fuit, admittitur tamen propter uoluntatem testatoris, quam lex interpretatur in fideicommissaria substitutione fuisse, ꝙ existente substitutione caduca fideicommissum remanere debet apud primum institutum cum onere restituendi secundo fideicommissario. d. §. pro secundo. Quod enim testator disposuisset ꝙ decedentibus filijs institutis sine liberis bona peruenirent ad Scipionem eius fratrẽ, & eo decedente sine liberis ad monasterium & alios, ut in testamento cõtinetur. Pari ratione videtur, ꝙ voluerit, ꝙ monasterium admittatur moriente dicto Scipione in uita testatoris, prout casus contingit. facit text. in l. Titius § Lucius ff de libe. & posthu. l. fin. C. de hære. instit. & ibi Alex. post Sal & in simili casu tradit Alex. in consi. 130. Attentis verbis lib 2. & in consil. 100. Visa parte testa-
11 menti. libr. 4. nam † voluntas testatoris in primis attenditur. l. in cõditionibus primum locum. ff de condi. & dem. & etiam verba impropriè accipiuntur ut uoluntas attendatur, ut no. Bald. in l. in ambiguis. C. de reb. du. Alex. in l. 3. in fi. C. de lib. præt. bonus. text. in l. quærebatur, & ꝙ ibi Bar. ff de test. mil. & ẽt in conditione voluntaria, propter voluntatem testatoris, fit extensio de uno casu ad similem in effectu, vt colligitur ex verbis Bar. in l. Gallus §. & quid si tantũ. de libe. & posth. dũ inquit, ꝙ in conditione uoluntaria testator videtur potius cogitare modum quam effectum. Ex hoc datur intelligi, ꝙ hoc totum pendet à uoluntate testatoris: & ideo etiam in conditione uoluntaria si testator uideretur considerare effectum, prout in casu isto videtur idem esset, ꝙ in conditione necessaria, ut Soci. declarat in d. l. Gallus. §. & quid si tantũ. in ultimò no. de libe. & posth. Ista tñ dicta sunt ex abundanti: quia in casu nostro est facta declaratio ꝙ perẽpto primo gra-
12 du substitutionis fideicommissum remanet apud primum hæredem, cum onere restituendi secundo fideicõmissario. d §. pro secundo. Et cum ista sit cõis opinio, ut s. dixi, non est ulterius laborandũ. Non ob. decisio Old. quę s. all. in contrarium, quia restringitur ut non habeat locum in substitutione fideicommissaria, ut Soc. concludit in d. consi. 2. in fi. & rationibus Old. rñdet Soci. in
13 d. l. quandiu. Et non ob prima ratio, ꝙ † substitutio quæ efficitur caduca, non potest aliam substitutionem utilem facere: quia secũdo substitutus non uenit ex persona primi substituti, sed ex sua ꝑsona, & non accipit uires ab illo gradu in cuius defectum ipse uocatur, ut in simili est tex. in l. 3. § fi. ubi Bal. de lib. & posth & latius ibi Aret. prosequitur. Non ob. 2. ratio. ꝙ plus non debet concedi secundo substituto quam primo, quia plus non conceditur secũdo quam primo, quia deficiente primo, eodẽ modo uocatur secundus substitutus. Vlt. non ob. ꝙ ultimo substitutus fuit uocatus sub conditione si secundo nasciturus decederet, & ista conditio illo non nato non fuit impleta: quia hoc non consideratur in substitutione fideicommissaria, in qua remanet fideicommissum apud primum hæredem cum onere restituendi secũdo substituto, quamuis conditio impleta non fuerit, ut s. dixi, ꝙ Old. dicit haberet locum in pupillari: & similiter tex. in d. l. qui habebat
c de uul. & pup. quem Old. alle. loquitur in pupillari, [c] in qua aliud videtur quàm in fideicommissaria, ut in consil. 502. distinguit & declarat in consilio suprà alleg.

ADDITIONES.

a ¶ Præsens.) Quod est consi. 152. lib. 1. in nouis.
b ¶ Remanet.) Falsum est si huius secundæ substitutionis conditio defecerit, quia conditione extante tunc non nocet conditionem primæ in secunda non repetitam defecisse & sic Decius nimis hic sophisticatur.
c ¶ Pupillari.] Sed in hoc decisio Old. est penitus falsa.

EPITOME Consi. CCCCXXVIII.

Per instrumenta publica, & etiam per famam in antiquis probatur dominium, maximè concurrentibus quibusdam adminiculis.

SVMMARIVM.

1 *Dominium an in antiquis posist per famam probari.*
2 *Fama an & quando inducat plenam probationem.*
3 *Probatio præsumptiua de præterito ad tempus de præsenti an sit directa.*
4 *Instrumentis antiquis creditur propter antiquitatem.*
5 *Instrumenti antiqui verba si sunt dispositiua inducunt notorium & plenè probant.*

VIso Consilio celebratissimi I. C. do. Antonij de Strocijs vti fratris maioris honorãdi, applaudent & iuridicę videntur cõclusiones, quę in eius consilio habentur. Non omitto tamen ꝙ prima conclusio, in qua
1 dicitur † dominiũ in antiquis probari per famam [a] in casu isto po
a test in dubiũ reuocari ex eo quod no. Abb. in ca. veniens. el 1. de testa. ubi contra Ant. de But. concludit ꝙ si per famam probo, ꝙ iam sunt mille anni, ꝙ domus tua fuit ecclesia consecrata, certe dicit ipse non puto hanc prolationem sufficere ad domum ti-
2 bi auferẽdam: quia cõiter iura uolunt, ꝙ † fama non inducat plenam probationem, & dicit ꝙ solum in antiquis in prescriptione tanti temporis cuius memoria non sit in contrarium, & in casibus à iure expressis habet locum, ꝙ fama plenam faciat probationem, & idem tenet Abb. in c. cũ causa, de testi. & adhoc facit ꝙ quia agens videtur deducere dominium de præsenti quando agit, ideo ad probandam eius intentionem debet legitimè probare dominium de præsenti, ut etiam in simili tradit Corn. in consil. 24. Licet in themate. libr. 4. & in consil. 130. Eleganter. eo. lib. 4. ubi dicit se

ADDITIO.

a ¶ Famam.) Suprà consi. 42. nu. 10. ubi tetigi.

cit se consuluisse, ꝙ vbi agitur de probando dñium de præsenti,
non sufficit per famam ꝙ probetur dñium antiquum authorum
suorum, quia duo specialia concurrerent, primo, ꝙ dñium anti-
3 quum probetur per famam, secundo, quia † probatio præsumpti
ua de præterito ad tempus de præsenti vr̃ sapere etiam specialita
tem: quia non vr̃ directa probatio, ideo concurrere nõ possunt.
l.1.C.de dotis promissi.& idẽ Cor.in consi.304. Rem arduam.li.
3.vbi refert & sequitur Abb.in d.c.ueniens.Sed tñ his non obstan
* tibus * *communis* opinio est in ɔ̃rium per ea quæ s̃.in consi. dicta
sunt.& præsertim hoc suadetur ex eo quod dicit Ange. in d.l.at-
qui natura.§.cum me absente.ubi loquitur de eo qui agebat vir-
tute dñij de præsenti, & concludit, ꝙ intentio agentis fundata sit
ex probatione antiqui dñij probati per famam: & isto modo ẽt
loquitur Alex.& Are.in consi.s̃.alleg.videlicet Are.in consi.32.
Sequendo ordinẽ.in prin.Alex.in cõsi.4.Videretur inspectis his,
in uersi.põt alius modus seruari.li.2.& in consi.1.Ponderatis his.
in fi.lib.4.cum si.s̃.alleg.Et ulterius idẽ tenet Ange.in l.Titius.ff.
quib.mo.pig.uel hypo.sol.Alex.in consi.15.Visis.in princ.lib.5.
Rom.in consi.109.In proposita consultatione.in 2.dub.in consi.
424.Circa propositum thema.& in simili casu idem tradit Imo.
in consi.116.In cã spectabilis militis.in 1.dub.Bal.in consi.75.do.
Thomas.lib.3.Et decisionẽ Ang.in locis.s̃.alle.sequitur And.Sic.
in consi.6.& in consi.18.lib.2.& in lib.3.in consi.17.in consi.27.
& in consi.38.& in 4.li.in cõsi.28.in consi.43.in consi.55.in cõsi.
90.Ex quibus oĩbus euidenter patet istam cõem esse opi.à qua
in iudicando non est recedendum. Et ideo non est curandum de
opinione Abb.& Cor.quæ est ɔ̃ cõem opi.& rationibus Abb.re-
spondet Aret.in d.c.ueniens.de testi.& ibi sequitur & approbat
opinionem Ange.s̃.relatam.uti cõem & eius dicta gratia breuita-
tis non refero.& Fel.ibi sequitur.Non obst.qđ dicit Cor.ꝙ con-
currunt duo specialia: quia vnum uenit in consequentiam alte-
rius, quo casu duo specialia tolerantur, uel qñ ex diuerso fonte
procedunt, ut not.Bart.in l.si is qui pro emptore.ff.de usu.& ita
uidetur in casu isto.Præterea nõ est speciale, ꝙ probatio præsum
ptiua attendatur: quia hoc uidetur esse de iure cõi, quia iura di-
cunt satis esse probationem præsumptiuè cõcludere.l.oẽs.§ Lu-
cius.ubi Bar.ff.de his quæ in frau.cre.quia præsumptiones iuris li-
quidissimæ uidentur.l.licet imperator.de leg.1.l.si quis locuples.
in fi.ff.de test.manu.no.Bar.in l.fi.ff.de pub.iud.Abb.in c.1.de cle.
nõ residen.in c.cum dilecti.de don.cum si.& nobis sufficit istam
esse cõem opinionem a qua (ut dixi) non est recedendum,& sic
remanet cõfirmata prima conclusio principalis, ꝙ ex parte agen
4 tis probatum sit dñium.Et confirmatur ista conclusio per † instr̃a
antiqua, quibus creditur propter antiquitatem etiam si uerba e-
nuntiatiua sint, ut no.Bald.in l.cum aliquis, in uersi.item quod di-
cit gl.C.de iure deli.cum si.s̃.alle. Et idem tradit Alex.in consi.6.
Viso themate.lib.1.& Bald.in l.emancipatione, in uersic.ulterius
quæro.C.de fide instr.& s̃.ponderat ꝙ uerba instr̃i antiqui erant
non enũtiatiua, sed dispositiua, & adhoc bene facit doctrina Bal.
in c.cũ causam, de proba.ubi dicit esse considerandum an instru-
mentum loquatur per uerba enuntiatiua uel dispositiua: nam si
5 † uerba sunt dispositiua inducunt notorium,& plene probant:&
ꝙ per instr̃a publica antiqua probetur dñium, nouissime tradit
Soc.in consi.39.In causa cognita.in uer.præterea ista conclusio,
& in consi.187.In controuersia quæ uertitur, in uer.ista conclu-
sio probatur.Et cũ fama & instrumentis antiquis concurrit æsti-
mum, ꝙ facit non paruũ adminiculum ex eo qđ no.Pau.de Cast.
in l.si pater.C.de act.emp.cum si.ut Soc.scribit in consi.89 uersi.
tertio etiam ponderandum, & in consi.105.Difficultas præsen-
tis consultationis, cut si.s̃.in consi.alleg.addo Rom.in consi.127.
posito ꝙ dominium, ubi inquit, ꝙ inuitis dentibus fateri necesse
est, ꝙ faciat præsumptionem dominij:& Rom.refert & sequitur
And.Sicu.in consi.82.lib.4.Et ita ex prædictis omnibus saltem si-
mul iunctis concludendum est probatum fuisse dominium, quod
probatur instrumentis & alijs indicijs.l.indicia.C.de rei uend.&
in l.proprietatis.C.de proba.& in simili casu tradit And.Sicu.in
consi.8.uersi.præterea accedat.lib.1.& in consi.41.in fin.eo.lib.1.
& in consi.12.lib.3.in locis supra alleg.

EPITOME Consi. CCCCXXIX.

Processus rei criminis cum eius defensore agitatus sine mandato ua-
let.Qui quidem reus si per testes omni exceptione maiores con-
cludenter deponentes non conuincatur, de delicto impetito ab-
solui debet.

SVMMARIVM.

1 *Defensor quilibet admittitur vbicũque potest ferri sententia in absentem, quæcunque sit causa, etiam sine mandato ad ostendendum de eius innocentia.*
2 *Iudex nemine petente potest & debet supplere pro absente.*
3 *Probationes factæ super innocentia probanda per quemcunque prosunt inquisito vel accusato, etiam absenti & ignoranti ad absolutionem.*
4 *Iudex vbicunque potest ex officio supplere, ita etiam tertium cuius non interest, admittere potest.*
5 *Forma data a statuto in dubio videtur substantialis.*
6 *Statuta Pisana fuerunt condita tempore quo ciuitas Pisana erat libera*
7 *Mutanda non sunt quæ diu certam interpretationem habuerunt.*
8 *Probationes clariores requiruntur in criminalibus.*
9 *Fama cum vno teste non probat in criminalibus.*
10 *Iuramentum in defectum probationis non defertur in criminalibus.*
11 *Testibus rationem non assignantibus non creditur in criminalibus.*
12 *Testes in criminalibus debent esse omni exceptione maiores.*
13 *Probationes imperfectæ in criminalibus non coniunguntur ad plenam probationem faciendam.*
13 *Probatio quæ fit per iuramentum in casu l.si quando.C.vnde vi.non habet locum in criminalibus.*
15 *Homicidium commissum de nocte non potest faciliter probari.*
16 *Testes qui propter noctis obscuritatem non possunt videre, non probant.*
17 *Testis quando vario modo loquitur attenditur secundum dictum.*
18 *Fama cum vno teste in criminalibus non probat.*
19 *Testis si dicat quod non recordatur a quibus audiuit, non probat, etiam si prius dixisset se a maiori parte audiuisse.*
20 *Testis de auditu an probet.*


Icet in causis quæ inter Pisanos ciues occurrunt,
non sim solitus scribere, tñ amicorum preci-
bus deuictus, in casu homicidij cõmissi in personam
Iuliani de Verano, dicã pro veritate & iustitia quod
mihi vr̃,& agam breuibus: quia res difficultatem habere non vr̃
secundum ea quæ proponuntur more Scæuolæ iurisconsulti. Vi
so itaq; processu agitato coram magnifico Vicario Laris, & om
nibus quæ in eo continentur diligenter visis & consideratis, pro
vera & clara resolutione videndũ est de duobus. Primo de validi
tate processus. Secundo de meritis causæ, an intentio curiæ pro-
bata sit ɔ̃ Petrum de Catignano pro dicto homicidio inquisitũ.
Circa primum dubitatio in hoc consistit, an in casu isto Ludoui-
cus de Catignano, qui tanquã defensor pro dicto Petro absente
comparuit defensorio noĩe, debuerit admitti. Et de iure cõi cla-
rum est ꝙ sic, quia ut cõcludit Bar.in l.seruum quoq; §.publice,
1 per illũ tex.ff.de procur.† vbicunq; potest ferri sñia in absentem
2 quæcunq; sit causa, quilibet [a] admittitur ẽt sine mandato ad ostẽ-
dendum de ius innocentia.& secundum eum probatur ratione:
2 quia etiam nemine petente † iudex potest & debet supplere pro
absente.l.si non defendatur in fi.ff.de pœ.l.1.in fi.ff.de qõnibus.
ideo alio cõparente pro defensione iudex illum admittere debet,
vt no.Bar.ibi,& in l.pe.§.ad crimen.in fi.in ver.aduerte.ff.de pu-
bli.iudi.& tradit Pau.de Cast.in consi.207.Super primo dubio,
3 in uer.super quinto.ubi inquit.ꝙ † probationes factæ super inno
centia probãda per quemcunq; prosunt inquisito uel accusato,
etiã absenti & ignoranti ad absolutionem: quia etiam si nullus fa
ceret, iudex ipse ex eius officio quærere debet de innocentia,&
ea reperta inquisitum absoluere.d.l.si non defendantur.fortius
ergo dicit Pau.de Cast.ibi quilibet debet admitti ad probandum
innocentiam.& hoc modo arguit iurisconsultus in l.seruus bo-
4 norũ.ff.de bo.pos.nam ubicunq; † iudex potest ex officio supple
re, ita etiam tertium cuius non interest admittere potest, vt not.
Imo.in c.cum parati.per illum tex.in 2.not.de app.Car.in c.exce-
ptionem.in 6.q.de excep.Et hoc idem not.Bart.in l.ubi pactum.
uersic.& ideo de facto dixi.C.de transac.cum si.ut dixi in d.cũ pa-
rati.& cum s̃.dicta determinatione Bar.concurrit Sali.in l.reos.
in 2.q.C.de accus.cum si.ut tradit Barth.Vero.in consi.46.Titius
vulnerauit.& in consil.sed.47.Quidam nomine Zacharias.& se-
cundum prædictã conclusionẽ consuluit Cor.in consi.273.Visa
inquisitione.lib.3.& in consi 225.Primo aduertendum.eod.lib.3.
Et ista conclusio (ut dixi) vr̃ de plano procedere inspecto iure
cõi.Sed dubium facit statutũ Florentiæ quo cauetur præcise, ꝙ
inquisitus debeat se constituere in carceribus,& cum nulla defen
sio per aliquã personam pro reo cum mandato uel sine manda-
to fieri possit: & statutum ulterius procedit annullando totum
illud quod fieret in contrarium:& sic vr̃ datum pro forma, iuxta
5 doctrinam Bal.in l.1.ff.de lib.& posth.& in dubio † forma data a
statuto videtur substantialis, ut no.Bal in l.comparationes.C.de
fid.inst.Nam ad tale statutum respondetur, ꝙ non habet locum
in casu isto Pecciolis in quo cõmissum fuit tale homicidiũ: quia
in tali loco statuta Pisana attendunt, cum locus ille sit de comi
tatu ciuitatis Pisarum, per gl.in l.ex ea.ff.de post.facit tex.in l.qui
ex uico.ff.ad muni.& not.Bart.in l.si quis.C de na.li.& in statuto
Pisano disponitur ꝙ deficientibus statutis Pisanis recurratur ad
ius cõe.nam de iure Romano intelligitur.§.sed quoties.instit.
de iure

ADDITIO.

a ¶ Quilibet.] Alex.consi.4.lib.6 vbi dixi.vide Cæpolam consi.crimi.consi.
46.consi.47.Hiero.Gra.consi.98.lib.1.

de iure nat. & sic in casu isto habet locum qđ supra dictum fuit de iure cōi vt defensor admittatur. Nec obst. ꝙ Lud. Ro in terminis huius statuti Pisani in consil. 222. Præsens casus. interpretetur verbum illud ius commune, pro statuto ciuitatis superioris dominantis: & sic secundum eum esset recurrendum ad statuta ciuitatis Florentiæ: quia respondetur, ꝙ eius opinio non est vera:
* & * communiter reprobatur: quia videtur cōtra tex. in § sed quo
6 ties. institu. de iure nat. & ratio videtur manifesta: quia † statuta Pisana edita fuerunt eo tempore quo ciuitas Pisana erat libera, & ciuitas Florentina nō erat superior, ideo inspecta mente statuentium quæ attenditur, vt not. Bar. in l. contra legem. ff. de le. & per gl. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pa. verba illa non possunt intelligi, ꝙ ad statutum Florentinum recurratur. & hoc pluribus rationibus comprobat Bart. Soc. in consi. 271. In præsenti consultatione. & ista opinio sæpius practicata, & obseruata fuit Florentiæ: ita ꝙ ibi canonizata videtur: vnde succedit ꝙ dr̄ in l. minime. ff. de leg.
7 ꝙ minime † mutanda sunt, quæ diu certam interpretationem habuerunt. & retenta hac conclusione, de qua non videtur dubitandum, remanet absolutum primū dubium, ꝙ valeat processus qui cum Lu. defensore absque mandato agitatus fuit. & licet multa circa hoc dici potuissent, satis sit breuiter veritatem retulisse. Venio ad secundum dubium in quo tota vis cōsistit, an intentio curiæ contra Petrum inquisitum probata sit. Et breuiter & indubitanter concludendum est ꝙ non, ideo partes magnifici do. Vicarij Laris sunt in absoluendo dictum Petrum. & ista conclusio clara & manifesta redditur discurrendo dicta testium 12. qui inducti fuerunt; & pro fundamento duo præmittenda sunt. Primum
8 est ꝙ in † criminalibus, prout in casu isto agitur clariores proba-
9 tiones requirunt. l. fi. C. de prob. Et ideo † fama cū vno teste non probat in criminalibus, vt per glo. in c. veniens, in primo. de test. Alex. in consi. 144. Quomodo abunde. lib. 2. cum si. vt dixi in c. 1.
10 de appel. & in consi. 133. Secundo † in criminalibus non defertur iuramentum in defectum probationis, vt no. per gl. in l. 3. in ver-
11 bo, agatur. ff. de iureiu. cum si. vt tradit ibi Alex. Tertio † in criminalibus non creditur testibus rationem non assignantibus, dato ꝙ non fuerunt interrogati, vt no. dicit Sal. in d. l. fin. in ver. exemplum si testes. & sequitur Alex. in consi. 15. Viso processu inquisi
12 tionis. lib 1. Quarto † in criminalibus testes omni exceptione maiores requiruntur, vt not. Bal. in d. l. fi. Io. de Ana. in consi. 17. Visa
13 relatione. Quinto † in criminalibus probationes imperfectæ non coniunguntur ad plenam probationem faciendam, vt not. Bal. in in l. si quis ex argentarijs. §. 1. ff. de eden. cum si. ut dixi in c. cū cau-
14 sam de proba. Sexto † probatio quæ fit per iuramentum in casu l. si quando. C. vnde vi. non habet locum in criminalibus, ut not.
15 Bart. in l. fin. ff. de in litem iuran. Secundo præmittendum † est ꝙ homicidium de quo agitur, commissum fuit de nocte, ut omnes fere testes deponunt, quo casu non videtur ꝙ probari possit ex eo quod no. Cu. per glo. ibi in l. si cū exceptione. §. in hac. ff. quod met. cau. in ver. & per hanc gl. ubi refert quod Oldr. per illam gl. defendit quendam sacerdotem in curia Romana accusatum de homicidio contra quem duo testes deposuerunt se vidisse. Nam ad reprobationem dictorum testium faciūt duo capitula Primo quod dictum homicidium commissum fuit de nocte: & ꝙ in illa nocte nō fuit lumen lunæ. Nam his probatis infertur necessario, ꝙ dicti testes falsum deposuerūt: ut no. Bal. ibi qui similiter Old. refert. Et idem Bal. in c. 1. §. porro. in versi. secundo quærit glo. in tit. quæ fuit prima caus. benefic. amit. & in l. 1 & in l. Arethusa. in ver. & qđ Old. ff. sta. ho. & dicit Bal. in l. si nō speciali. de te quod
16 † testes qui non possunt videre propter obscuritatem noctis nō probant. Et idem Bal. in l. non ignorat. ver. super his. C qui accusa. non pol. & facit quod no. Bar. in l. non minorē. in fi. C. de tran. His duobus præmissis nunc discurrendo singulos testes liquido constabit intentionem curiæ probatam nō fuisse. primus. n. testis Io. Lucæ super secundo capitulo in quo vis consistit, dicit se nihil scire, quia erat in lecto tempore homicidij. Idem secundus testis Marianus Baci dicit nihil scire, quia homicidium fuit cōmissum de nocte, & ipse erat in lecto. Idem tertius Ange. Laurentij dicit scire. Augustinus Ioan. quartus testis dicit se nihil scire & reuocat quod prius dixerat se vidisse cōmissum homicidium: quia illud dixit ad instantiam Mariani eius patroni, & propter timorem, & ꝙ ipse nihil vidit, quia erat apud ignē. Nam etiam primū dictum non valet in quo dixit se vidisse committi homicidium, quia cum de nocte cōmissum fuerit homicidium, videre non potuit, ut supra dixi secundum Oldr. & doc. in locis s̄. alleg. & etiam iste testis propter contrarietatem repellitur, ut no. Ant. de But. in
17 c. cum in tua. de testib. Et † quando testis uario modo loquitur se
* cundum dictum attenditur secundum * communem opinionem, & dixi in c. per tuas. de proba. Sextus testis Michaei Bini plura refert, & finaliter dicit ꝙ nescit si Petrus de Catignano interfecit dictum Iulianum, & nescit si Petrus percussit, & ꝙ fuit perpetratum dictum homicidium de nocte, & luna non lucebat. & sic nihil probat. super vltimo dicit ꝙ maior pars hominum dicit fuis-
18 se Petrum, & hoc parum facit, † quia fama etiam cum vno teste non probat in criminalibus, vt supra dixi. Septimus testis Bartholemæus Franciscus dicit nihil scire super omnibus capitulis: solum super ultimo dicit ꝙ per aliquos dicitur dictum homicid. fi commissum fuisse per Petrum, sed non recordatur à quibus: vnde iste nō probat etiam famam, quia dicit per aliquos: quia hoc dictum verificari potest in duobus, & hoc nō sufficit, quia debet dicere de maiori parte: vt no. Bar. in l. de minore. §. si plurium. in ver. sed quid si. ff. de quæst. & dixi in c. 1. de ap. Et quia impersonaliter loquitur dum inquit, ꝙ dicitur quo casu nō probat, quia de seipso attestatur: ut no. Bar. in d. §. si plurium. ver. sed quid si testis
19 dicit. & in l. Labeo. uer. & ideo si testis. ff. de supel. leg. † Et quia dicit, ꝙ non recordatur à quibus audiuit: & ideo non probat & si prius dixisset se a maiori parte audiuisse, ut no. Bar. dicit in d. §. si plurium. uersi. quæro si testis interrogetur. & tradit Alexan. in consi. 3. Super processu. lib. 4. Octauus testis Angelus de Baroncellis dicit nihil scire super primo & secundo capitulo, solum dicit ꝙ à quibusdam intellexit Petrum interfecisse Iulianum, sed nescit a quo, vnde nihil probat per ea quæ supra proxime dixi. Nonus testis Caninus Bartolomæi dicit nihil scire, & super vltimo dicit nescire quid sit fama; solum deponit de auditu a qua-
20 dam muliere monacata, & a quodam fantastico, † & testis de auditu non probat: ut no. per glo. & doc. in l. testium. C de testibus Decimus testis Franciscus Guidi dicit nihil scire, dicit tamen se audiuisse Petrum interfecisse dictum Iulianum, sed non a maiori parte: vnde nihil probat, ut patet ex supra dictis. Vndecimus testis Vectorius Angeli deponit nihil scire super omnibus capitulis. Et Bastianus Matthæi duodecimus testis refert plura verba, & finaliter dicit ꝙ nescit quis commisit dictum homicidium, & qđ non potest iudicari a quo commissum fuerit, quia erat de nocte & erant tenebræ & magna obscuritas, & sic nihil probat. Et ex omnibus supra dictis euidenter apparet nullo modo probatum esse, quòd dictus Petrus dictum homicidium commiserit: & per consequens manifestum est partes magnifici Vicarij esse in absoluendo dictum Petrum, & si causa esset mihi commissa ita cōstanter, & proculdubio iudicarem.

EPITOME Consi. CCCCXXX.

Mandatum emendi & transmittendi, mediocrem diligentiam tantum requirit: Ideo tunc mandatarius tenetur solum de dolo & leui culpa.

SVMMARIVM.

1 *Culpa quando alicui obijcitur siue agendo, siue excipiendo, debet obijci certa & limitata.*
2 *Culpa eius, qui debuit mittere procuratorem & non misit, probatur si de facili procuratorem habere potuisset.*
3 *Marito inculpatur culpa, ex eo quod non adhibuit medicum in curando vxorem si de facili medicum habere potuisset.*
4 *Tutoris culpa & negligentia, qui non conuertit pecuniam in emptionem prædiorum, non probatur, nisi ostendatur quòd prædia erant venalia.*
5 *Verba in contractibus reducuntur ad mediocritatem.*
6 *Excusatur rusticus qui secundum consuetudinem aliorum colit prædia.*
7 *Verba debent intelligi & interpretari secundum cursum ordinarium, & non referuntur ad illud quod iure extraordinario quandoque factum fuisset.*
8 *Generalis commissio data procuratori de solitis fieri a domino, intelligitur de solitis fieri ordinarie & non extraordinarie.*
9 *Actore non probante reus absoluitur.*
10 *Procuratorem priorem prohibere videtur is, qui diuersis temporibus procuratores duos dedit, dando posteriorem.*

QVod supra pro veritate & iustitia vt puto cōclusum fuit per dom. Consultorem ut fratrem maiorem obseruandum, vltra superius dicta sic confirmari potest, nam isti de Gualterotis qui ex mandato & commissione eis facta ab illis de Canauagio emerunt pannos & merces, vt Neapolim transmitterent, de dolo & leui culpa tenentur: quia mandatum hoc emendi & transmittendi, videtur non mediocrem diligentiam requirere, vt Bartoconcludit in l. quod Nerua. uersic. nono quæro. ff. depositi. & in l. cum qui. §. fi. ff. de fur. Bald. in l. quæ fortuitis. in uersic. iuxta hoc reuoco in dubium. C. de pigno. act. Paul. de Castr. in l. in rebus. in princ. ff. commo. Ang. Aret. in §. mandatum. in fin. instit. manda. facit text. in l. contractus. ff. de reg. iur. cum si. vt dixi ibi. Est ergo videndum in casu isto, an culpa leuis imputari, & præscribi possit istis mandatarijs de Gualterotis. Et certe secundū ea quæ proponuntur more Scæuolæ iurisconsulti concludendum est quod
1 non, quia quando obijcitur † culpa alicui siue agendo siue excipiendo,

a piendo, certa & limitata [a] obiici debet. l. prætor ait. in prin. ff. de iniu. & c. vt circa. de elec. in 6. Ita arguit & concludit Bart. in cõs. 193. Commune Lucignani. in 3. dub. & sequitur Alex. in consi. 3. Viso processu. lib 4. & in cons. 136. Viso processu causæ vertentis. lib. 7. & in casu proposito de tali culpa probari non uidetur. Nam ad probandum, ꝙ prædictus de Gualterotis in culpa non fuisset ex eo ꝙ fecerunt assecurationes fieri absque illa clausula trabalzandi merces de naui onerata in aliam nauim usq; ad portũ Neapolim, opus fuisset probare ab aduersa parte ꝙ facile fuisset dictis Gualterotis reperire assecuratores, qui cũ dicta clausula assecurationem fecissent ex eo, qđ no. Bar. in l. idemq; erit di-
2 cendum. ff. pro socio, ubi notabiliter dicit, ꝙ † in probando culpã eius qui debuit mittere procuratorem, debet probari ꝙ de fa-
b cili ꝓcuratorẽ habere potuisset. [b] Et idẽ ibi dicit Bar. † in marito
3 cui imputatur culpa ex eo ꝙ non adhibuit medicum in curando vxorẽ, debet probari, ꝙ de facili medicum habere potuisset; & idẽ not. Bar. in l. si ab hostibus. §. si uir vxorem. ff. sol. mat. in trac. de test. in verbo, lata culpa. circa fin. & in simili no. Bar. in l. tutor qui repertoriũ. §. si post depositionẽ. in fi. ff. de ad. tu. ubi inquit,
4 ꝙ † culpa & negligentia tut. qui non conuertit pecuniam in emptionem prædiorum, non probatur nisi ostendatur, ꝙ prædia erant uenalia quæ emere potuisset, per text. in §. pe. in auth. ut hi q ob. se ha. per hi. res mi. Et hoc in simili casu tradit Alex. in consi. 74. Viso ti. quæstionis. in fi. lib. 6. facit qđ no. Bart. in l. relegati. ff. de pœn. de eo qui dicit aliquem non seruasse confinia, quia ipse dicit, tenetur probare. Cum ergo nõ sit probatum, ꝙ facile esset inuenire assecuratores qui cum dicta clausula se obligarent, non vr̃, ꝙ culpa Gualterotis ascribi possit. Et quia ipsi fecerunt illud, ꝙ verisimiliter in causa propria fecissent, unde nõ uidentur esse in culpa etiam leui. l. hæredes. §. nõ tantùm. ff. fami. erc. l. socius socio. ff. pro socio l. si constante. §. si maritus. in uersic. quamuis. ff. sol. mat. Et quia in posterioribus literis vr̃ datum arbitriũ prędictis Gualterotis dũ dicitur, *quello che piu a nostro beneficio ui pare*: illa uerba sonãt ac si latine dicatur illud, ꝙ in re nostra vr̃, ista uerba important arbitrium boni uiri. l. fideicõmis. §. quãquã de leg. 3. no. Bar. in l. creditor. §. Lucius. ff. man. in l. si sic. in prin. de leg. j. & in dubio etiam uerba ad boni viri arbitrium reducũtur, ut no. Bar. in l. cum filius. §. pater. de leg. 2. per illũ text. vnde ex tali arbitrio culpa remissa vr̃, ut not. Bart. dicit in l. in ueditione. ff. si quis fructus. in fi. ff. de bo. aut. iu. possi. sequitur Alex. in l. si constante. §. si maritus. ff. solu. mat. in prin. facit qđ no. Bar. in l. 1. ff. de so. in uer. tamen unum not. & cum culpa remissa sit illis imputari non potest. Et ulterius ex abundanti à Gualterotis probatum fuit de eorum diligentia in inquirendo an esset possibile scd̃m formam commissionis reperire assecuratorem qui cũ dicta clausula promitteret: nam talia uerba intelligi debent secundum communẽ
5 contingentiam: † quia in ꝯtibus verba ad mediocritatem reducuntur. l. si quis uenditor. ff. de ædi. edi facit tex. in l. sed & si quis. §. mancipiorum. ff. de usu. & in l. suus quoq;. §. puto generaliter. in fi. ff. de hæ. inst. in l. item apud. §. itẽ ait. in fin. ff. de iniur. & consideratur, ꝙ frequenter in loco obseruatum sit. l. an in totum. in fi. ff. de ædi. pri. facit tex. in l. nam ad ea. ff. de legi. & ea quæ raro accidunt non temere in negotijs ꝯhendis computãtur, ut dicit tex. in l. ea quæ raro. ff. de re. iu. Si ergo secundum illud, quod in loco frequenter & cõiter obseruatur, repertus non fuit qui uoluerit securationem cũ dicta clausula facere, excusari sunt Gualteroti qui non debuerunt excedere modum cõsuetum qui erat, vt septem, octo, vel nouem pro centenario soluerẽtur. & ad hoc
6 facit dictũ Bal. in l. ei qui. §. cum prædi. de pe. hæ. ubi excusatur † rusticus qui colit prędia secundum consuetudinem aliorum, vnde licèt aliquis repertus fuisset qui cũ dicta clausula talem fecisset assecurationem pro 15. vel 20. pro centenario ad istum casum qui præter communem vsum contingit, commissio facta Gualtero-
7 tis non extenditur per iura præal. Et hoc idem cõprobatur, † qa verba debent intelligi & interpretari secundum cursum ordinarium: & non referuntur ad illud, quod iure extraordinario qñq; factum fuisset. ar. tex. no. in l. scio. §. medico. & ibi Bart. ff. de ann.
8 leg. in ver. vlt. no. qui dicit, † ꝙ commissio generalis data procuratori de solitis fieri à domino, intelligitur de solitis fieri ordinariè non extraordinariè, ut not. Barto. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cau. & quod tradit Old. in consi. 129. In quæst. qua quæritur. cum simili. quæ nota sunt. Et hoc idem confirmari uidetur ex uerbis commissionis, quibus dicitur, quod ipsi crederent, quòd talis securitas posset reperiri solutis septem pro centenario. Ex quibus uerbis colligitur, quòd isti qui dederunt cõmissionem, cogitabãt de cursu ordinario assecurationis: & ideo eorum commissio non extenditur ad casum extraordinarium, qui aliquo casu fieri potuisset per suprà dicta: & quia mandatum factum Gualterotis videtur resolutum quòd si cum dicta clausula non posset fieri, ꝙ fieret simpliciter. arg. l. Celsus, de arbit. & in cap. cum dilecti de dolo & cont. & hoc in terminis de naui certa de qua erat factũ mandatum, tradit Lucas de penna. in l. 4. C. de nauicula. li. 11. Ex quibus omnibus duæ conclusiones colligũtur. Prima est, ꝙ ex quo agentes non probauerunt ꝙ Gualterot. potuerint cum d. clausula trabalzandi, facile assecuratores inuenire, vt supra dixi, illis non probantibus, absolutio fieri debuisset.
9 † quia actore non probante reus absoluitur. l. qui accusare. C. de eden. cap. 1. vt eccle. benefi. c. inter dilectos. in fin. de fide instru. Secunda conclusio, quod d. Gualteroti probauerunt ab eis in tali commissione factam fuisse diligentiam prout in tali casu requirebatur: & dato quòd non probauissent, non perdunt prærogatiuam, quæ est, quòd actore non probante reus absoluitur: vt no. Bar. in l. circa. in fin. ff. de prob. Ex his euidenter apparet de maxima iniquitate laudi, in quo cõdemnati fuerunt prædicti de Gualterotis qui absolui debuissent. & stante ista enormi imo e-
c normissima lęsione reductio ad arbitrium boni viri fieri debet, [c] non obstante renuntiatione facta sub quacunque forma verborum, ut no. Bald. in l. cum antea. C. de arb. & Pau. de Cast. in cõsi. 74. Quia frustra. cum si. dixi in consi. 70. supra alleg. per do. Consultorem. sed uoluit allegare in consil. 60. Viso themate. Et idem dixi in consi. 11. Quoniam iudicantium responsa. versi. 4. principaliter. quia (vt dixi ibi) talia uerba generalia & prægnantia & renuntiationes videntur prolata sub confidentia discretionis arbitrorum ad captandam eorum beneuolentiam: vnde non ita late, ut uerba sonant, intelligi debent: ideo si partes sub tali confidentia decipiuntur eis succurrendum est. arg. ca. quando. de iureiur. in l. si libertus iurauerit. ff. de ope. libe. & Abb. ita dicit in ca. Quintaualli s. post Ant. de But. quem ibi refert. & idem Anto. de But. in consi. 24. Quæstio hæc. in 1. char. Secundo principaliter laudum de quo agitur, impugnari potest ex capite nullitatis, ut supra dictum est, per do. Consultorem ex eo quòd tertius fuit electus non constito de discordia duorum, ut tradit Alexand. in consi. 224. supra alleg. sed est in consi. 224. In causa & lite uertente inter Francischinam. lib. 2. & idem Alex. tenet in consil. 48. In causa uertente. lib. 7. & quia licet prorogatio compromissi potuerit fieri partibus irrequisitis, illa tamẽ prorogatio debuit postea intimari: aliter laudum redditur nullum, ut no. Bal. in l. eos. §. apostolos. C. de appel. Alex. in consi. 34. Viso themate. lib. 1. cum sim. supra alle. & plenius dixi in consi. 39. Iuridicam esse arbitror. in prin. & non bene allegatur in consi. 79. Et etiam nullitas deprehenditur: quia tale laudum videtur latum ex falsa causa, quo casu redditur nullum, vt Socin. tradit in consi. 101. Visis duobus testamentis. in uersi. præterea laudum est nullum lib. 2. Et falsitas causæ apparet, quia condemnauerunt dictos Gualterotos eo qđ non fecerunt assecurationes cum dicta clausula trabalzandi: & sic præsupponunt pro constanti, quòd ad hoc præcise facti essent, quod quidẽ falsum est per supra dicta. Tertio principaliter narratis attentis in casu proposito, res ista nullam videtur habere dubitationem: quia securitas facta per Gualterotos fuit determinata ad ciuitatem Panormitanam, ad quam merces saluæ applicauerunt: & de hoc certiorati illi de Canauagi & Capanis acceptauerunt, & ratum habuerunt: quia cõsignatæ fuerunt illi, cui ex ipsorum commissiõne consignari debuerunt: & prædicti Canauagi & Carpani nouam commissionem dederunt illi, cui eorum nomine cõsignatio facta fuit, ut dictas merces in alia naui Neapolim trãsmitteret. His stantibus in facto prout narratur, duæ conclusiones in iure inferuntur. Prima est ꝙ prædicti Canauagi cum socijs approbauerunt assecurationem factã per Gualterotos ad ciuitatem Panormi, ad quam salue peruenerunt, acceptantes assignationem mercium factam Panormi de eorum commissione. Primo. n. accipiendo literas simpliciter uidentur approbasse ea q̃ in literis cõtinebantur de assecuratione facta ad ciuitatẽ Panormi, ex quo nõ ꝯdixerunt, ut no. Bar. per illũ tex. in l. filiusfa. in prin. ff. ad Mace. in l. cũ taber. §. idẽ q̃siuit. ff. de pi. in l. quo. n. §. 1. ff. rẽ rat. ha. & tradit Mathæs. in not. 20. No. mirabilẽ modũ. & quia cõmiserunt illi cui fuit facta assignatio eorũ noĩe ꝙ Neapolim transmitteret dictã mercẽ uidentur assignationẽ illi factã approbare. ar. l. si auia. C. de iure deli. & bene facit tex. in l. si ꝓponas. §. 1. ff. de inoff. test. & in simili casu no. Ang. in consi. 161. Viso. cũ si ut dixi in lege semper qui nõ ꝓhibet. ff. de reg. iur. Scd̃a ꝯclusio est, ꝙ ex quo illi cui assignatio fuit facta a Gualterotis in ciuitate Panormitana fuit factũ nouũ mandatũ a ꝓdictis de Canauagio & socijs, ꝙ merces sibi assignatas de eorũ cõmissione deberent Neapolim transmittere: per istum s̃m mandatũ reuocatum intelligitur primum, qđ fuerat factũ Gualterotis. l. si quis
10 cum procuratorio. §. fi. ff. de ꝓcu. ubi dr̃ ꝙ † qui diuersis temporibus duos dedit procuratores, dando posteriorem vr̃ priorem prohibere:

ADDITIONES.

a ¶ Limitata.) Are. consi. 3. Alex. consi. 183. nu. 6. li. 7. vbi tetigi. idem Decius infra consi. 566. in fi. consi. 632.

b ¶ Potuisset.) Quia hoc non præsumitur, vt plene dixi in 3. consilijs meis, in causa Landgrauij Hessi consi. 2. de exceptione carceris.

c ¶ Debet.) Vide quæ dixi ad Alex. consi. 106. lib. 3

prohibere:& no. Bald.in l.falsus.C.de furtis.Et sic in isto casu patet,ꝙ commissio prius facta Gualterotis fuit reuocata,& cũ merces destinatæ Romam fuissent ex noua commissione ipsorum de Canauagio & sociorum facta illi qui eorum nomine Panormi illas receperat,nihil est quod Gualterotis imputari possit, cùm eorum commissio reuocata fuisset. Et hoc modo casus iste nullam videtur habere dubitationem.

EPITOME Consi. CCCCXXXI.

Testator instituit filios suos masculos hæredes vniuersales,& post eos quoscunq; eorũ filios masculos. Sanè hæc substitutio est vulgaris,& post aditam hæreditatem in fideicom.resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Verba directa non possunt adaptari ad fideicommissum.*
2 *Substitutio dicitur vulgaris quando testator dicit,filium instituo & nepotem substituo.*
3 *Substitutio breuiloqua facta per ista verba,uos inuicem substituo, continet vulgarem & non fideicommissariam.*
4 *Substitutio facta filio, hoc modo,filio meo talem substituo, continet tantũ vulgarem,& non fideicommissariam.*
5 *Voluntas testatoris vbi deficit,clausula codicillaris nihil operatur.*
6 *Dictio post, uidetur habere tractum successiuum.*
7 *Generalis dispositio generaliter intelligitur.*
8 *Pars vna testamenti per aliam declaratur.*
9 *Clausula codicillaris operatur ꝙ verba directa trahantur ad fideicommissum.Operatur etiam ꝙ venientes ab intestato teneantur bona restituere.*
10 *Substitutio facta per verba quæ habent tractum temporis, uidetur compendiosa.*



T pro tenui facultate mea diligenter considera tis his quę in casu proposito accuratè scripta sunt per clarissimum virum doc.dom. Ioannem Cigalam uti fratrem honorandum. Prima facie conclusio superius firmata visa fuit dubitabilis,quia non uidebatur verum præsuppositum suprà factum quòd substitutio de qua agitur fuerit compendiosa,sed potius videbatur vulgaris: quia testator instituit sibi hæredes vniuersales filios eius masculos, videlicet Iacobum & Bertolagiam , & post dictos Iacobum &
1 Bertolagiam quoscunque eorum filios masculos. Ista enim† sunt verba directa quę non possunt adaptari ad fideicommissum.l.nõ codicillum. C.de testa.c.1 de test.in 6.not.Bart.in l Centurio. in col pe.& fi.de vul.& pu.& videtur talis institutio facta de filiis filiorũ ad prouisionem in casu necessitatis,scdm consilium Gallisiuxta no.in l Gallus.§.1.de lib.& posth. & resoluitur in vulga-
2 rem ut no Bar.ibi.in versi.quartus modus.ubi inquit† ꝙ si testator dicat,filium instituo,& nepotem substituo : talis substitutio est vulgaris.& idem no.Bart.in l.Lucius.§ fin. de vulg.& pupila.
3 ubi dicit† ꝙ substitutio breuiloqua facta per ista verba: Vos inuicem substituo , continet vulgarem & non fideicommissariam: quia cum possit valere ab initio iure vulgari,ex postfacto nõ obliquatur.l.uerbis ciuilibus.ff.de vulg.& pup.Et latius idem tradit Bar.in l.Centurio.in versi.secundò opponitur ad prædicta.in fi.
4 de vulg.& pup.vbi inquit † ꝙ substitutio facta filio,hoc modo: filio meo talem substituo.tantum continet vulgarem & non fideicõmissariam.alleg.d l.Gallus.§.1.Et est tex.in l.iam hoc iure. ff.de vulg quemad hoc Alex. dicit esse meliorem de iure in d. l. Gallus §.1.& not.Ioan.de Ana in consi.46.Circa primum.& loquuntur doc.in locis preal.quãdo fuit facta substitutio per verbũ cõe,substituo,à fortiori hoc vr̃ dicendum in casu isto in quo facta fuit substitutio seu institutio per uerba directa quæ ad fideicommissum adaptari non possunt.l.uerbis ciuilibus.ff de vulga.Et ista applicando ad casum nostrum uidetur ꝙ institutio facta de quibuscunque filiis post dictum Iacobum & Bertolagiam institutos resoluatur in vulgarem,ita ꝙ eorum filii admittantur casu quo ipsi Iacobus & Bertolagia non essent hæredes, sed adita ab illis hæreditate vulgaris expirat & euanescit.l. post aditam. C.de impub.& aliis substi.Et stante ista conclusione ꝙ substitutio sit vulgaris, nullo modo substitutio fideicommissaria comprehenditur , & tali casu substitutio vulgaris uirtute clausulæ codicillaris non efficitur fideicommissaria:quia esset præter intentionem testatoris, qui faciendo vulgarem de fideicommissaria
5 non cogitauit: & ubi † deficit voluntas testatoris, clausula codicillaris nihil operatur,vt Bal.declarat in consi.319 Quidã Nicolaus,li.5.scdm nouam formã.clausula.n.codicillaris solũ tendit ad conseruandũ uoluntatẽ testatoris,ut no.Bar.in l fi.C.de codi.& dictũ Bal.in d.l.verbis ciuilibus, habet locum in substitutione cõpẽdiosa,ut dixi & latius declaraui in l.precibus.C.de impu. & aliis substit.Sed tñ prædictis non ob.ↄ̃trium de iure esse arbitror, & conclusioni suprà factæ firmiter adhæreo:quia rectè cogitanti substitutio, ut supra præsupponitur, vr̃ compendiosa propter
6 † illam dictionẽ,post, quæ vr̃ habere tractũ successiuũ per ea quã no.Bar.in l.2.§.creditũ.ff.si cer.pet.& dixi ibi.ergo vr̃ ɔpendiosa, vt no.in l.Cẽturio.de vulg.& in l precibus.C.de impu.& hoc cõfirmatur,quia absolutè,& generaliter testator instituit filios quoscunq; dictorũ Iacobi,& Bertolagię post dictos Iacobũ & Bertolagiã.Ergo filij videtur vocati generaliter in oẽm casum siue,prædicti Iacobus & Bertolagia non fuerint hæredes siue ẽt hæredes fuerint:& sic non solum per sensum negatiuũ in vulgarem,sed etiam in sensu affirmatiuo per compẽdiosam & fideicõmissariã,
7 prout verba sonant:quia† dispositio generalis generaliter intelligitur,& oẽs casus includit,dato ꝙ maior ratio sit in vno casu q̃ in alio l.j §.& generaliter.de leg.præst.l. 1.§. ꝙ autem.ff. de alea.
8 Et hoc idem comprobatur,qa † vna pars testamenti per aliam declaratur.l.qui filiabus.§ pe.de leg.1.in l.si seruus plurium.§.fi. de leg.1.vnde cũ inferius testatrix cõpendiosam substitutionem fecerit,dum substituit filias,si filij instituti decesserint sine liberis:vnde pariter vr̃ dicendũ ꝙ institutio seu substitutio prius facta cõpendiosa fuerit.& ad idẽ facit,quia noluit testatrix melioris cõditionis esse filias,q̃ masculos,quia illas in defectũ masculorũ substituit,ut patet in testamento:sicut ergo filias cõpendiose substituit pariter & à fortiori ratione vr̃ dicendũ ꝙ eodem modo vocauerit filios filiorum,ne ipsi deterioris conditionis sint q̃ fœminæ,prout in simili casu arguit Bar.in l.fi. uers.sed iuxta hoc quæro.ff.ad Treb & in l.Lucius.in uers.sed quero.ff.de vul.cum si.ut ibi tradit Alex.Necob. huic conclusioni ꝙ verba uideãtur repugnare quę directa sunt, & substitutioni fideicõmissarię non conueniunt:quia cùm ista uideatur esse uoluntas testatoris , qui post dictum Iacobum & Bertolagiam quoscunque eorum filios vocauit,& verba etiã impropriando voluntas testatoris debet seruari,ut no.Bar.in l.in ambiguo ff.de reb.dub. Alex.in l.3.C de libe.præte. Accedit ẽt clausula codicillaris, quæ facit ꝙ verba directa obliquantur vt supra dictum fuit, & infra dicam Et retenta conclusione suprà dicta, quòd substitutio fuerit compendiosa, postea quam hæredes instituti adiuerunt hæreditatem resoluta fuit in fideicommissariam:vnde de tali compendiosa idem iudicatur quod de fideicommissaria, ut not. Bart. in l. hæredes mei. §.cum ita, circa fi.ff.ad Treb. Alex.in consi.1.lib.1.& hoc virtute
9 † clausulæ codicillaris, quæ operatur ꝙ verba directa trahuntur ad fideicommissum,ut not. Bald.in l.verbis ciuilibus,de vulg.& pup.cum sim.s̃.alle.Et adde quod idem tenet Pet.de Anch. in cõs. 27.Non seruato ordine.in prin. Alex.in consil. 72. Perspectis his. lib. 2.Et talis clausula codicillaris operatur ꝙ venientes ab intestato teneantur bona restituere,ut not.in l.ex his verbis.vbi Bar ff.de testa. idem Bart. in l. quia autem.ff.si quis omissa cau. testa.
* Old.in consi.171.Ad primam quest.dicens ꝙ ad hoc * omnes cõcordant, ꝙ virtus clausulæ codicillaris est ꝙ venientes ab intestato videantur rogati restituere scriptis hæredibus. & not. Fulgo. in consi.21. Ad primum.in consil.32.Ex facto. Alex.in consil.42. Viso processu.lib.2.Corn.Perusi.in consi.298.Ante omnia. li. 1. 96 Ex themate.lib.2.Non ob.alle.suprà in contrarium,quia responsio ex s̃.dictis colligitur:nam locum habent quando substitutio tãtum fuisset vulgaris,secus est in isto casu in quo vt s̃. deductum est,fuit compendiosa, resoluta in fideicommissariam:& specialiter tradit Alexan.in consi.22. Visis,& perlectis.in uer. præterea aut nos dicimus.lib.3. vbi inquit ꝙ dictũ Bar.in d.l. Gallus. §.quidã rectè.de libe.& posthum. quòd substitutio sit vulgaris, habet locum quando fuit facta substitutio absque dictione de-
10 notante tractum temporis, secus si facta sit substitutio † per verba quæ habeant tractum temporis, quia tunc videtur cõpendiosa,& ita videtur in casu nostro per supra dicta:& ex omnibus suprà dictis breuiter concurro in sententiam preclarissimi domini Consultoris.

EPITOME Consil. CCCCXXXII.

Ex duobus donatariis ille præfertur,cui prius bonorum possessio tradita fuerit,etiam si filiusfa. foret,cum donatio à patre valeat,si iuramentum interuenerit, quamuis non fuerit insinuata, dummodò insinuationi renuntiatum fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter viuos si primo fiat filiæ,secundò hospitali,mortuo testatore quæ earum præualet.*
2 *Concessio prima principis præualet posteriori.*
3 *Donatio facta filiæ quæ erat in potestate an valeat.*
4 *Donatio aliàs inualida an confirmetur iuramento.*
5 *Donans seruo suo & promittens cum iuramento non reuocare, per hoc an videatur dominium acquisitum seruo.*
6 *Opinioni communi adhærendum est.*

7 *Donatio quæ fit per Abbatem monacho, iuramento confirmatur.*
8 *Iuramentum est de iure diuino.*
9 *Patria potestas est de iure ciuili nec attenditur in spiritualibus.*
10 *Insinuationis defectus non purgatur per renuntiationem.*
11 *Insinuationis defectus non tollitur per iuramentum.*
12 *Rebus suis malè uti quis non debet.*
13 *Iuramentum contra vtilitatem publicam non ualet.*
14 *Insinuatio est introducta à lege ad remouendum fraudes, & num. 23.*
15 *Iuramentum contra bonos mores non ualet.*
Donatio solùm respectu insinuationis vitiatur in excessu.
16 *Vtile per inutile an uitietur.*
17 *Donatio vltra legitimam summam an in totum confirmetur iuramento.*
18 *Donatio non obstante defectu insinuationis redditur efficax propter iuramentum.*
19 *Opinio canonistarum attendi debet in materia iuramenti.*
20 *Donatio non insinuata confirmatur iuramento.*
21 *Insinuationi renuntiari an possit. & num. 24.*
22 *Insinuatio propter publicam vtilitatem introducta est.*
25 *Iuramentum habet vim specialis consensus & casus expressi.*
26 *Donatio facta absenti requirit ratihabitionem.*



1 Vm sit quod Almericus Baratoni de Forliuio primò filię † suæ Aretinæ, secundò hospitali Forliuij de suis bonis donationem fecerit inter viuos, illo mortuo quæritur quæ donatio præualeat. Et si vtraque donatio facta sit legitimè, præualet illa ꝑpter quam facta fuit traditio bonorum, vt est tex. in l. quoties, in fi. C. de rei vend. l. siue autē §. si duobus. ff. de publ. l. qui tibi. C. de hæredi. vel actio. vendi. l. qui tibi. C. de his q̄ à non domi. manu. Et in isto casu etiam sufficit prior traditio q̄ facta sit per constitutum, vt voluit Ioan. And. in addi. Specu. in tit. de emptio. & vendi. §. sciendum. vers. ꝙ si res vendita. in additio. incip. hic dubitatur. & sequitur Ant. de But. in cap. cum venissent. de resti. spol. cum sim. vt tradit Alex. in consil. 14. Circa primum dubium. in fi. lib. pen. & in consi. 25. Viso testamento. in fi. lib. 3. & idem Abb. in c. 2. de consuetu. & in consi. 91. Quod primum dubium. lib. 1. Bald. in consi. 369. Venditor constituit. lib. 5. secundum vnam impressionem. & Ang. in consi. 106. Quędam mulier donauit. cum sim. quæ nota. sunt. Et cùm in prima donatione facta filiæ reperiatur constitutum, dicendū est ꝙ filia potiora habeat iura in talibus bonis. accedit etiam reseruatio vsusfructus quæ fuit facta in donatione filię, ex qua etiam videt̄ facta traditio. l. quisquis. C. de dona. & not. Ang. in consil. 44. Si emancipatio. in princ. & his stantibus in fauorem filiæ res clara videretur. Et in simili casu donationis quod prima præualet, cōsuluit Alexand. in consi. 14. in princip. lib. 1. suprà allega. & in consi. 23. lib. 3. suprà alleg. circa fin. & Are. in consi. 2. Intellecta.
2 in fin. & in simili de prima † concessione principis ꝙ præualeat posteriori no. Rom. in consi. 298. Circa præmissam. Pau. de Ca. in consi. 156. Viso & examinato. Alexan. in consi. 3. ex his quę in themate. lib. 5. & in consi. 23. Viso processu. eod. lib. 5. Sed in casu isto difficultatem facit: quia prima donatio videtur nulla, q̄a
3 † filia erat in potestate: quo casu donatio non valet. l. prima. §. si pater. ff. de usuca. pro dona. in l. donationes quas parentes. ff. de dona. inter virum. no. Bar. in l. frater à fratre. ff. de condi. indebit. nec in isto casu confirmata fuit per mortē, quia pater in eadem voluntate non perseuerauit, quia secundam fecit donationem. l. donatio. & facit tex. in l. si maritus. la 2. C. de dona. inter vir. Ad hoc breuiter respondetur, ꝙ licèt talis donatio regulariter non
4 valeat, † tamen iuramento confirmatur: & cum in isto casu appositum sit iuramentum, donatio confirmata videtur. Nec ob. si dicatur ꝙ multi tenent ꝙ talis donatio non confirmetur iuramento: quia ratio propter quam donatio non valet, non vr̄ purgari per iuramentum: ratio enim est secundū Bart. in l. frater à fratre. quia illud est profectitium, & sic patri acquireretur, & sic videretur sibiipsi donare, meritò non ualet. l. si quis pro eo. §. 1. ff. de fideiusso. facit tex. in l. qui sic. ff. de solu. & ita tenet Pau. de Cast. in consi. 105. Circa bona. quia videtur impossibile ꝙ q̄s sibiipsi obligetur, & ideo iuramentum non ualet. idē tenet Fulg. in consi. 199. Visis. ubi in effectu adducit rationem qua mouetur
5 Pau. de Cast. quia si donarem † seruo meo & cum iuramēto promitterem non reuocare, non per hoc vr̄ ꝙ dominium sit seruo acquisitum: quia uidetur impossibile propter incapacitatē serui: quæ impossibilitas non videtur tolli propter iuramentum. & idem dicit Pau. de Cast. in consi. suprà alleg. & istam opi. videtur sequi Petr. Phil. de Corneo in repe. auth. sacramenta puberum. in 8. char. versi. 6. inferri pōt. C. si aduers. vend. vbi etiā ipse mouetur rationibus præalleg. & idem in cons. 138. Quanquàm. lib. 1. in cōsi. 9. In hac consultatione. lib. 2. & in consi. 289. Circa primum. lib. 4 quia respondetur ꝙ non obstantibus suprà dictis * *communis* opinio est in contrarium, ꝙ imò talis donatio propter iuramentum confirmatur, vt tenet Bal. in l. 3. in versi. sed quid si fuit. ff. de vsu. pro dona. & in l. 2 in repe in char. 15. versic. & idē credo quando pater donat filio ff. de iureiur. cum simi. ut tradit Alex. in l. si donatione. ver. verū autē C. de colla. & idem Alex. in consi. 8. Visis & consideratis. lib. 2. in consi. 156. Viso instrumēto. eo lib 2. & in consi. 20. Ponderatis his lib. 3. Idem Bal. in cons. 362. Pręmittendum est. lib. 3. aliàs 430. lib. pen. Abb. in c. cum cōtingat. de iureiu. Are. in consi. 17. Consideratis. & in consil. 72. Præsupponitur in facto. in fi. & 502. in consi. 91. Visa. ex quibus
6 patet istam esse communem opin. † à qua non est recedendum,
7 vt per Io. And. & alios in c. 1. de const. Et in simili † donatio quæ fit per abbatem monacho iuramento confirmatur, vt no. Ioan. Andr. in c. non est obligatorium. in fin. de reg. iur. in 6. Et funda-
8 tur ista opinio, † quia iuramentum est de iure diuino, vt no. in ca.
9 & si Christus, de iureiur. in quo non consideratur † patria potestas, quæ est de iure ciuili. instit. de pat. po te. & facit tex. in c. fi. de iudic. in 6. ubi in spiritualibus patria potestas non attenditur. Et per hoc tolluntur allegata in contrarium, vt latius tradit Alex. in d. l. si donatione. C. de col. Secundò dato ꝙ donatio facta filię iuramento confirmetur, ex alio defectu impugnatur, ex eo ꝙ insinuata non fuit, quo casu non valet ultra legitimam summam. l.
10 sancimus. C. de do. nec † defectus insinuationis [a] purgatur per re-
a nuntiationem, quæ in casu isto facta videtur, quia talis renuntiatio non valet, ut no. Bar. in l. sancimus. §. fi & in l. nemo potest. de
11 leg. 1. cum simi. ut tradit ibi Alex. Similiter † defectus insinuationis non tollitur per iuramentū, vt cōcludit Bal. in l. illud. in ver. 5. quæro. C de sac. san. eccl. & idem tenet Ang. in cōsi. 179. Visis prædictis instrumentis. vers. sed incidenter videnda sunt. idem Ang. in consi. 59. Quia filio. in fin. ubi dicit se ita consuluisse in Ciuitate Castelli cum Bal. eius germano. & Bald. in cons. 101. Domina Antonia. in fi. lib. 3. & sequitur Roma. in consi. 12 Viso facto præsupposito. uers. 2. quia ex tali ꝯtractu. & latè tradit Ant. de Canario in tracta. suo insinuationis. qō. 63. ubi alios plenè refert & residet in ista opinione negatiua: & idē And. Sicu. in cōs. 16. lib. 2. ubi dicit ꝙ ista est cōmunis opinio. & idem And. Sicu. in cons. mixto inter consilia Fran. Cur. in consi. 66. Sapiēter optimus prædixit psalmista. & idem hr̄ ibi in consi. seq. 67. circa hoc videtur quod ibi ascribitur Præposito S. Ambrosij qui postea fuit Card. Alex. & in istam partem uidetur inclinare Ang. Are. in §. aliæ. instit. de dona. & istam opin. Pau. de Cast. dicit esse veriorem in consi. 100. Visa quadam scriptura. & in consi. 105. Cir-
12 ca bona. pro ista parte præsertim adducitur: quia † insinuatio uidetur esse inducta propter utilitatem publicam, quia reipublicę interest ne quis rebus suis male utatur. §. pen. instit. qui sunt sui
13 uel alie. iur. facit tex. in l. 1. in princ. ff. de cura furio. † & iuramentum contra utilitatem publicam non ualet. c. si diligenti. de foro competen. not. in l. iurisgen. §. si paciscar. ff. de pact. Secundò,
14 † quia talis insinuatio est introducta à lege ad remouendū fraudes, quæ cōmitti possunt, maximè inter coniunctos. l. data. C. de dona. si ergo iuramentum firmaret contractum donationis absque insinuatione, præstaret occasionem delinquēdi contra legē
15 conuenire. ff. de pac. dota. † & ita uideretur iuramentum cōtra bonos mores, quod non ualet. ca. non est. de reg. iur. in 6. & plura alia fundamenta adduci possunt, quæ habentur in locis suprà alleg. sed gratia breuitatis non insisto vlterius. Sed prædictis & similibus quæ adduci possunt non obstantibus, contrarium de iure esse arbitror, & concludo ualidam fuisse & esse donationem prædictam & hoc clarum est vsque ad legitimam summā, quæ ascendit vsque ad summam septingentorum aureorum, de au-
b reis qui nunc sunt in vsu, [b] ut declarat & concludit Pau. de Cast. in l. fi. in prin. C. comm. de leg. & donatio solū respectu insinuationis uitiatur in excessu. d. l. sancimus. §. 1. ubi Bal. & Ang. dicūt
16 propter hoc ꝙ † utile per inutile non debet vitiari: & hoc in donatione no. Ang. in consi. 179 alleg. Pau. de Ca. in consi. 101. aliàs 103. Super primo. Alex. in consi. 4. Circa primum. lib. 1. Sed etiā
17 vltra legitimam summam, quicquid supra dictum sit, † iuramēto in totum confirmatur secundum communem opi. quam tenet Io. And. in tit. de instr. edit. §. porrò. uer. sed quid si renūtians. & Cal. in consi. 1. in fin. in tit. de do. & idē Alexand. concludit in consi. 4. Circa primum quęsitum. lib. 1. ubi inquit ꝙ secundum
18 ueram opinionem † donatio non obstante defectu insinuationis efficax redditur, propter iuramentum quod seruari potest sine interitu salutis æternæ, vt dicitur in c. 1. de pact. in 6. & in cap. licèt mulieres. de iureiur. lib. 6. & ibi refert Ioan. Andr. hoc tenuisse in loco s̄. alleg. & alios quamplures. Et præsertim dicit Io. de

ADDITIONES.

a ¶ Insinuationis. ‡ Idem Ioan. Fab. §. aliæ. institu. de donat. Curt. Senior. consi. 66. consi. 67. & bene, vt etiam dixi infrà consi. 488. nume. 6.
b ¶ Vsu. ‡ Ad hoc quæ dixi in tracta. de monetis. in fin. tract. de usur. quæstio. 100.

Io. de Ana. consuluisse in consi. inci. Visis & ponderatis. ubi referebat do. Pacem de Aquila ita consuluisse cum pluribus doctoribus ibi relatis. Et idem tenet Alex. in consi. 12. Viso instro donationis. in fi. lib. 2 & in consi. 20. Ponderatis his. in ver. posset etiam dici. lib. 3. & in consi. 21. Attentis his. eod. lib. 3. & idem Alex. in l. nemo pōt. de leg. 1. ubi dicit sæpenumero s'm istam opin. consuluisse. & hoc patet ex supra dictis: & hoc sequitur Roma. in consi. 26. Pro decisio. in 2. dub. & Abb. in consi. 107. Quatuor sunt. in 1. dub. lib. 2. & idem tenet Are. in consi. 2. Intellecta diligēter. versi. 3. etiam ex alio capite. ubi dicit Fede. hoc idem voluisse. in consi. 280. Casus talis est in dicendo: vt ibi per eū. & latè in 3. col. ibi concludit s'm opinionem Ioan. And. relatam s̄. Et ad omnia quæ in contrarium adduci possunt respondet: & idem Aret. in consi. 47. Visis & diligenter. in fi & in consi. 77. In præsenti consultatione. vbi arguit ad partes, & residet in ista cōclusione respondendo ad omnia contraria, & gratia breuitatis non refero. Et cum supra dictis concordat Corn. Peru. in consi. 221. Quia in hac causa bis cōsului. lib. 1. & ibi refert Alex. & alios quam plures ita consuluisse,
19 & dicit istam esse cōem† opinionem canonistarum, quæ attendi debet in ista materia iuramenti. c. licet mulieres. de iureiu. & facit tex. in c. veterum. 9. dist. & idem in consi. 186. De duobus principaliter quæritur, lib. 2. vbi respondet ad rationes quæ in contrarium adducuntur: & idem Corneus in consi. 36. Si recte consideretur. lib. 3. in ver. subdit. Postea dicit ꝙ ita communiter solet te-
20 neri maxime per canonistas, ꝙ† donatio non insinuata cōfirmetur iuramento, & idem in consi. 53. In themate. lib. 4. Et ista conclusio indubitanter videtur procedere in casu isto in quo etiam expresse renūtiatum fuit solennitati insinuationis, vt patet in in-
21 strumento ibi insinuationis solennitati, quo casu licet † insinuationi renunciari nō possit, vt no. Bar. in l. sancimus. §. fi. C. de don. & in l. nemo potest. de leg. 1. cum si. vt per Alex. ibi: tamē cum iuramento renunciari potest, vt not. Ioan. And. in loco s̄. allega. & Alex. in d. l. nemo potest. Et ideo in casu nostro res non videtur habere difficultatem: & hoc ponderatur per Cald. in consi. 1. de don. And. Sic. in d. consi. 16. lib. 2. Aret. in d. consi. 2. & Cor. in consiliis s̄. alleg. & cum ista videatur magis * *communis* opinio ab illa non est recedendum. Non obst. alleg. s̄. in contrarium, quia licet multi doct. teneant contrarium, plures tamen sunt pro ista opin. vt patet ex s̄. dictis, & maxime quia communiter doct. canonistę ita tenent, quorum opinio præualet in ista materia, & quia cum iuramento renuntiatio concurrit vt supra dictum est. Non obst. quod And. Sicu. dicit quòd communis opinio est in contrarium: quia si alios s̄. alleg. vidisset non ita dixisset: vel illud dictum intelligi potest quò ad doct. iuris ciuilis: secus quo ad doc. canonum, quorum sententia in isto casu attenditur. Non obst. rationes al-
22 lega. supra in contrarium. Et primò dum dicitur † quòd insinuatio videtur requisita propter vtilitatem publicam: quia respondetur ꝙ est vtilitas publica secundariò, nō principaliter, quæ nō impedit confirmationem propter iuramentum ca. cum contingat. de iureiu. c. licet. de iureiu. & not. Bar. in l. si quis pro eo. de fideiuss. versi. 3. dixi quòd quandoque contractus. & ita respondet Aret. in consi. 9. supra allega. post Imo. in cap. cum contingat, de
23 iureiu. quem ibi refert. Non obst. alia ratio, ꝙ † insinuatio introducta sit ad remouendum fraudes, quæ cōmitti possunt præsertim inter coniunctos: quia respondetur ꝙ non præcisè dicitur in d. l. data. C. de dona. quòd donatio facta absque insinuatione contineat fraudem, sed ꝙ occasionaliter illud contingere potest. & hoc tollit per iuramentum. ca. si non. vbi glo. in verbo, salutis. de iureiu. & not. in d. ca. cum contingat. & quia talis requisitio insinuationis videtur requisita in fauorem donantis ad obuiandum facilitati, & ne quis decipiatur: & ideo dicitur fauorabilis. Et
24 ideo † renuntiari potest cum iuramento. vt no. Ioan. An. in loco supra alleg. Aret. latius declarat in d. consi. 2. & Soci. in consi. 77. supra alleg. & Corn. in consi. supra alleg. 186. lib. 2. Et in dictis locis prædicti doctores respondent ad omnia quæ in contrarium adduci possunt: & ita ex prædictis breuiter tollitur secunda difficultas, quæ in casu isto fieri potest; & cum iuramentum actualiter interpositum sit & referatur ad omnia, & singula in præsenti instrumento contenta, vt in instrumento dicitur; ideo super donatione facta filiæ & super renuntiatione insinuationis, de qua supra specialiter dictum fuit, iuramētum interpositum videtur. facit quod de clausula omnibus & singulis, not. Bald. in l. 2. C. de proba. Aret. in tracta. malefi. in verbo, super quibus omnibus &
25 singulis. & quia † iuramentum habet vim specialis consensus & casus expressi, vt not. Bal. in l. penul. in 2. quæstio. in fi. C. commo. Angel. in l. senium. C. de testamen. vnde perinde videtur ac si iuramentum esset simpliciter interpositum super donatione filiæ, & super renuntiatione insinuationis. Vltimò in casu isto videretur dubitandum: quia donatio fuit facta filiæ absenti, quo casu si antequam ipsa filia ratificaret, fecisset pater secundam donationem, secunda donatio præualet, vt singulariter tradit Paul. de Castr. in consil. 197. Visis his quæ narrantur. in 2. dubio. in no-
26 uis. ubi in terminis ponit quæstionem de † donatione facta filiæ absenti quæ requirit ratihabitionem. l. si ego. ff. de neg. gest. unde si ante ratificationem alteri fuit facta donatio, illa secunda præualet: quia illa ratificatio postea facta non præiudicat secundo donatario. sed ista difficultas cessat in casu proposito: quia præsupponitur in narratione casus, & etiam uerbo prius dictum est ꝙ filia acceptauit prius donationem iuratam antequam secunda donatio fuerit facta: & ideo illi filiæ fuit ius plenè quæsitum, quod per secundam donationem illi auferri non potuit: & meritò concludendum est illam esse in talibus bonis potiorem, ut supra conclusum fuit.

EPITOME Consi. CCCCXXXIII.

Prohibita filia in paterno testamento ne plus ultra ei relictū petat de bonis testatoris, succedit tamen fratri successori paternæ hæreditatis. Et relictum factum filiæ naturali uel bastardæ, non consequitur spuria, aut ex damnato coitu nata.

SVMMARIVM.

1 *Filia quæ renuntiauit hæreditati patris propter fratres qui erant tempore renuntiationis, si postea viuente patre moriantur, renuntiatione non obstante, filia admittetur ad hæreditatem.*
2 *Filia quæ renuntiauit non excluditur, nisi supersit persona quæ ex præsumpta voluntate defuncti excludat renuntiantem, & ideo non excluditur ab alijs sororibus quæ non renuntiauerunt.*
3 *Filia licet à statuto excludatur ab hæreditate patris, non prohibetur succedere fratri, qui paternam hæreditatem adiuit.*
4 *Hæreditas patris postquam fuit adita desinit esse hæreditas patris.*
5 *Filia quæ renuntiauit hæreditati patris non excluditur, quominus succedere possit in paterna hæreditate quæ sibi ex persona fratris, & sic ex nouo iure defertur.*
6 *Gerundium, moriendo, inducit conditionem.*
7 *Qualitas adiuncta verbo, intelligitur secundum tempus verbi.*
8 *Dictio tunc, denotat extremitatem temporis.*
9 *In substitutione vulgari quando vnus casus exprimitur, ad alios casus regulariter porrigitur.*
10 *Bastardus & naturalis idem sunt.*
11 *Spurius largo modo dicitur naturalis, quia secundū naturam nascitur.*
12 *Naturalis qui dicatur. & nu. 14.*
13 *Verba testatoris propriè accipi debent.*
15 *Spurij sunt magis odiosi quàm naturales, quia spurij repelluntur penitus à successione, nec sunt nominandi naturales.*
16 *Naturales ex concubina nati succedere possunt patri.*
17 *Naturalis an excludat substitutum.*
18 *Filiorum appellatione in contractibus non veniunt fœminæ, secus appellatione liberorum.*
19 *Agnatio conseruatur per filios bastardos legitimatos.*
20 *Subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur.*

VIsa copia consilij redditi ab eminentissimis doctoribus Perusi. requisitus solū vt scribam ꝓ ueritate & iustitia super duobus dubijs in quibus dubitari contingit. Primum erit, an diligenter perscrutatis uerbis testamenti do. Mariani de Balionibus in casu occurrenti admittantur fratres S. Mariæ de Angelis ad molendinum, de quo agitur, exclusa Marieta filia testatoris. Secundum dubium est, an Hippolyta quæ spuria esse dicitur, comprehendatur in dispositione facta a testatore de Bastardis. Circa primum primo motu ex duobus uidebatur dicendum, quòd dicta Marieta excludatur. Et primò, quia dictus testator quò ad dictā Marietā specialem facit prouisionē, quā uoluit, & illā postea prohibuit ne plus de bonis suis petere possit, ergo uidet ꝙ dictū molendinum petere non possit, quia constat illud esse de bonis testatoris: imò in isto casu videtur exclusa ēt a iure quod aliunde sibi ex alio capite competeret, ex eo quod tradit Pau. de Cast. in consi. 65. Super primo puncto. & Io. Petrus de Ferrarijs in practica sua Papiēsi in forma libelli, in quo petitur hæreditas ex testamento. in uerbo, in omnibus. in fi. Secundò, ꝙ dicta Marieta excludaē, efficaciter facit; quia isti fratres sunt grauati post mortē descendentiū masculorū, & post mortē Andromachæ vxoris ad præstandum pensionē uini, & grani dictæ Marietę, quā prius descendentes & successiuè dicta Andromacha tenebātur in uita eorū illi soluere: unde ex tali onere dictis fratribus iniuncto, vř constare ꝙ testator uoluerit dictum molendinum ad prædictos fratres pertinere. arg. l. denique. §. interdum. & quod ibi Bar. in fi. ff. de pecu. lega. & etiam in casu isto expresè fratres uocati sunt post mortem do. Andromachæ, ut patet in testamento in capitul. 24. incip. *Ancho vi dico & lasso.* ubi expresè dictum molendinum relictum fuit dictis fratribus cum quibusdam oneribus: unde cum manifesta sit voluntas testatoris non videtur

detur laborandum d.l.3.C.de libe.præte.facit text. in l. in conditionibus primum locum.in princip.de conditionibus & demon. cum sim. Sed tamen his non obstantibus vlterius cogitanti contrarium de iure videtur, videlicet quod dictum molendinum ipsa Marieta consequi debet secundum ea quæ proponūtur mo resceuolæ iureconsulti: nam prout narratur vltimo loco decessit Ioan. Thadæus post mortem Mariani eius patris testatoris, & post mortem Andromachæ eius matris superstite dicta Marieta sorore ex vtroque latere: vnde clarum est de iure quòd hæreditas dicti Ioan. Thadæi delata est ab intestato dictæ Marietæ sorori, ex quo non sunt filij nec descendentes. authentic. cessante. C. de legi. hære. & not. in anth. defuncto. C. ad Tertyl. & excluditur neptis spuria etiam si esset legitima, quia est in tertio gradu, soror in secundo. vt probatur in §. si plures. instit. de legi. agna. succes. & in §. si igitur defunctus. in auth. de hære. ab intest. & tradit Ale. in consilio 100. Viso puncto. in 1. dubio libro secundo. & cum hæreditas testatoris in qua erat dictum molēdinum, delata esset ipsi Ioan. Thadæo propter mortem fratris eius nunc ad dictam Marietam quæ fratri succedit spectare videtur. Non obstant allegata supra in contrarium in quibus vis tota consistit. Et primo non obstat illa prohibitio facta in testamento ipsi Marietæ, ne plus de bonis suis petere possit: quia respondetur, primò, quia prohibitio facta fuit in fauorem filiorum qui erant instituti in testamento vt ipsi pinguiores portiones hęreditatis consequerentur, vnde, ex quo illi mortui sunt, videtur cessare prohibitio te-
1 statoris. & hoc in simili doctores dicunt de † filia, quæ renuntiauit hæreditati patris propter fratres qui erant tempore renuncia-
a tionis: nam si postea viuente patre moriantur, filia [a] non obstante renuntiatione admittitur, ut Bartol. concludit in l. pactum ꝙ dotali. in 4 quæst. C. de coll. & idem Salic. in l. pactum quod dotali. C. de pact. Do. in cap. quamuis, de pact. in 6. Roma. in consilio 22. propositæ mihi in 2. dubio. Ale. in consilio 29. Præclarè & subtiliter. libro 3. & Bald. in consilio 372. Quædam puella. lib. 3. vbi
2 concludit † quod filia quæ renuntiauit, nō excluditur, nisi supersit persona, quæ ex pręsumpta uoluntate defuncti excludat renūtiantem; & ideo non excluditur ab alijs sororibus quæ non renūtiauerunt. Secundo respondetur, ꝙ prohibitio fuit a patre limitata in bonis suis, ut in testamento habetur: & ideo talis prohibitio nō vr̄ habere locum in bonis, uel in hæreditate fratris de qua
3 agitur ita in simili casu doctores dicunt de † filia, quæ licet a statuto excludatur ab hæreditate patris, non prohibetur succedere
b fratri [b] qui paternam hæreditatem adiuit: ita dicit Bar. in l. fin. in
4 prin. in ver. præterea postquam hæreditas patris fuit adita: † quia adita hæreditate desinit esse hæreditas patris. l. sed & si plures. §. si filio. ff. de vulg. & pup. no. in l. 1. § veteres. ff. de acqu. poss. Et idē
5 in † filia quæ renuntiauit hæreditati patris nam non excluditur quominus succedere possit in paterna hæreditate, quæ sibi ex persona fratris & sic ex nouo iure deferatur, ut tradit Ang. in consi. 52. Dominus Giglius. in vers. nec obst cum sim. vt Ale. prosequitur in d. l. 1. §. veteres. & idem Bar. in consi. 58. Ex themate prædicto. dum inquit, quod de tali iure superuenienti non fuit cogitatum. & secundum prædictam conclusionem consuluit etiā Ro. in consi. 168. Circa primum. in prin. & Bene. Capra in consil. 12. Et uiso. in fin. Corn. in consi. 150. In hac consultatione, lib. 4. Soc. in consi. 74. Super controuer. lib. vlti. & licèt doct. in dictis locis videantur loqui adita hæreditate: idem tn̄ est non adita hęreditate, quia satis est ꝙ filia veniat ex persona fratris & sic ex nouo iure, ut concludit Capra in d. consi. 12. in fi. & Aret. in consil. 161. In præsenti consultatione. in prin. Tertio responderi pōt secundum Paul. de Cast. in consi. s̄. alle 65 in fin. ꝙ illa verba intelligūtur ꝙ non possit plus petere tamquam filia, & iure filiationis. secus vr̄ si alio iure peteret, ut in casu isto contingit; quia tanquā soror petit: & quia in hoc nō vr̄ difficultas, vlterius non insisto. Non obst. quod secundo s̄. in ꝯrium allegatur, ꝙ dictum molendinum expresse relictum fuit fratribus, & etiam ex onere illis iniuncto deprehenditur, quia ad hoc, in quo tota uis consistit, respondetur ꝙ allegata in ꝯrium haberent locum si dictum molendinum relictum fuisset fratribus simpliciter, sed tale legatum fuit factum sub duplici conditione: prima colligitur per illa verba, *mo-*
6 *rendo poi la ditta mia donna*, illud † gerundium, moriendo, ꝯditionem inducit, quia resoluitur in hoc, si morietur, ut de gerundio no. Barto. in l. si tu ex parte. in fin. ff. de acq hær. Cor. in consil. 90. In causa vertente. & in consi. 143. Licet lib. 4 Secunda ꝯditio copulatiue habetur, ibi, *ò che nissuno di mei ò descendenti d'essi non superuiuesse, allhora voglio che'l prefato molino rimanga al monasterio* &c. Et ista secunda conditio non fuit verificata, quia tempore mortis dom. Andromachæ superuiuebat Ioan. Thadęus & dicta Marieta, ergo legatum fratribus non debetur, quia utraq; conditio copulatiuè apposita impleta non fuit. l. si hæredi plures. ff. de condi. instit. & in §. si plures. iusti. de hære. insti l. si quis ita stipulatus fuerit 10. de verb. obl. & hoc in simili casu tradit Pet. de Anch. in cōsil. 267. Iste magister. circa fi. in uer. item copulatiuè. & Roman. in consi. 131. Prima dubitatio. in prin. & in alio consi. 138. Noua superuenit. & Io. de Ana in consi. 61. Visis his. Fulg. in cons 46. Andr. de Luca. & hoc confirmatur, quia dictæ conditiones referuntur ad tempus mortis do. Andromachæ, ergo tēpore mortis eius
7 debent verificari: quia † qualitas adiuncta verbo secundum tempus verbi intelligitur. l. in delictis § si extraneus. ff. de noxa. in l. si Titius. ff. de testa. mil. vbi Bar. & idē Bar. in l. ex facto. ff. de vulg. & hoc idē in casu isto ꝯprobatur per uerbum illud, *allhora uoglio*, ꝙ
8 resoluitur ac si dicatur, † tunc volo, & sic denotat extremitatē temporis. l. 4. ff. de condi. & dem. l. in substitutione. ff. de vul. l. huiusmodi. de verb. obl. & ideo dictæ conditiones in casu expresso debent præcisè obseruari, & ad alium casum trahi non debent: vt no. tradit Pet. de Anch. in cons. 357. Ex serie testamenti. in ver. 3. hoc probatur. ubi not. dicit ꝙ quando in vulgari substitutione
9 † vnus casus exprimitur, ad alios casus regulariter porrigitur. l. cū proponas. C. de hæred. instit. hoc fallit secundum eum quando in casu expresso apponitur illa dictio, tunc, quia tali casu dispositio restringitur in casu formaliter expresso, & ad alios non porrigitur propter illam dictionem, tunc. facit tex. in l. uxori vsumfructum. ulti. & ꝙ ibi Bar. ff. de usufr. leg. & idem facit quod not. Ro. in consi. 131. s̄. alle. in ver. 2. illud idem probatur. & in d. consil. 138. Ponderando illam dictionem, tunc. Cum ergo vtraq; cōditio copulatiuè in dicto legato molendini apposita sit, & ad tēpus mortis do. Andromachæ referatur, in illo casu expresso restringitur: & propter dictionem illam, tunc, ad alium casum extēdi non debet, & cum tale legatum propter defectum conditionis non debeatur fratribus, remansit in hæreditate Ioā. Thadæi, quæ ad Marietam eius sororem pertinet, vt supra dictum est. Ex his remouetur ꝙ legatum molendini non est factū fratribus simpliciter, sed sub conditionibus quæ non sunt verificatæ. Non ob. quod supra dicebatur de onere imposito fratribus de soluendo dictæ Marietæ prætextu molendini: quia tale onus iniunctum videtur casu quo legatum molendini locum habuisset, ita quod vtraq; conditio impleta fuisset, sed cum altera conditio defecerit quia Io. Thadæus viuebat tempore mortis dom. Andromachæ, legatum defecit, per ea quæ supra dicta sunt: ex quibus breuiter primum dubium absolutum sit. Venio ad secundum dubium in quo testator voluit ꝙ eius nepotes bastardi succederent, non existētibus nepotibus legitimis: vnde quæritur, an ista dispositio testatoris habeat locū in Hippolyta, quæ dicitur spuria, quia nata
10 est ex stupro. Et vr̄ prima facie ꝙ sic, † quia bastardus idem est ꝙ naturalis, vt not. per glo. in rub. ff. de concub. & largo modo qui-
11 libet † spurius dr̄ naturalis: quia secundum naturam nascitur, ut no. per gl. in c. per uenerabilem. qui filij sint leg. in verbo, non na-
12 turalibus. & Abb. ibi not. illam glo. & dicit ꝙ ex † communi vsu loquendi omnes nati ex soluto & soluta dicuntur naturales, ut no. Io. And. in addi. Spe. in tit. qui filii sint legi. in prin. Et istā considerationem videtur habuisse testator, dum disposuit ꝙ nepotes bastardi succederent deficientibus legitimis. Videtur enim voluisse comprehendere etiam spurios, qui largo modo naturales dicuntur, & per consequens dicta Hippolyta inclusa vr̄, dato ꝙ esset spuria. & ad hoc facit gl. fi. in l. fi. C. de natura libe. quæ illum tex. qui loquitur de naturalibus, intelligit etiam procedere in spurijs. & Io. And. idem dicit in addi. Spec. in tit. de succ. ab intest. in prin & refert Alex. in consi. 74. Circa primum dubium. lib. 3. His tamen non ob. contrarium de iure uidetur, per infra scripta. Pri-
13 mò, quia in dubio † verba testatoris propriè accipi debent. l. non
14 aliter. in princ. de leg. 3. propriè autem † bastardus siue natura-
c lis dicitur ille qui natus vel nata sit ex ꝯcubina retenta in domo [c] quasi loco vxoris, ut no. per glo. in c. nisi cū pridem. in verbo, mazeres de renun. & Io. And. in addi. Spe. in ti. qui filij sint legiti. super rub. Pau. de Cast. in consi. 184. In causa quæ vertitur, & idem dicit Abb. in d. c. per uenerabilem. ubi infert ꝙ statutum de filijs naturalibus hoc modo propriè intelligatur. & idē Abb. in c. innotuit, de elect. & hoc etiam cōfirmatur: quia verba in dubio debēt intelligi de naturalibus filijs in specie. argu. eius quod not. Bart.
15 in l. hoc legatum, in fin. de lega. 3. & ad hoc etiam facit, † quia spurij sunt magis odiosi quam naturales proprij, qui spurij penitus repelluntur à successioue, & non sunt nominandi naturales, vt dicit tex. in authen. ex complexu. C de incest. nup. & in §. fina. in authentic. quomo. natu. effic. sui. & 35 quæst 7. cap. unico. non
16 sic in † naturalibus natis ex concubina qui succedere possunt patri secundum distinctionem quæ habetur in authen. licet. C. de natur.

ADDITIONES.

a ¶ Filia.) Supra consi. 296. vbi dixi.

b ¶ Fratri.) Supra consi. 266. Curt. Senior. cons. 44. Stepha. Bert. consi. 145. Viso themate. nu. 51. 1. Matthæ. afflic. decisi. Neap. 178. Franc. Purpu. l. vlt. nu. 198. C. de pact.

c ¶ Domo.) Alex. consi. 60. nu. 8. lib. 2. vbi dixi.

17 natur.libe.& ideo licet † naturalis excludat substitutum. l.ex facto.§.si quis rogatus. ff. ad Trebel. secus tamen est in spurijs. vt Bar.in d.§.si quis rogatus in vers.quæro quid de spurijs. & tradit Abb.in c.pœnitentib.de proba.ibi,quod intelligo in naturali.cũ simil. vt dixi ibi in 4. char. ideò ex prædictis consonat ꝙ testator qui vocauit bastardos, & sic naturales in defectũ legitimorum, ꝙ intellexerit de naturalibus proprijs,& quia in tali dispositione testator videtur filijs præstare occasionem delinquendi, videlicet ad procreandum filios non legitimos,ex quo vident illos habilitatos ad succedẽdum: ideo talis dispositio quæ videtur odiosa,debet coarctari,& restringi in naturalibus proprijs, in quibus non tantum alteratur dispositio iuris communis. arg.l. si quãdo. C.de inoff.testa.Et ista conclusio secunda in casu isto, alio principali fundamento manifeste probatur, & considerandum est, ꝙ testator hic erat auus paternus, & vocauit bastardos nepotes ex filijs suis legitimis & naturalibus, quo casu extante dicta Marieta filia testatoris tales bastardos instituere, vel substituere non potuit.vt est casus in l.fi.C.de natur.lib.vbi ad literã dicitur, quòd si quis habet nepotem naturalem ex filio iusto,& sic legitimo & naturali,prout in casu nostro cõtingit: vel econtra, si quis habet nepotem naturalem & legitimum ex filio naturali tantum, in dictis duobus casibus ibi imperator concludit ꝙ auus quãtum voluerit substantiæ suæ in tales nepotes conferre potest:& hoc nulla legitima sobole subsistente, ea.n. subsistente imperator dicit: Veterum cõstitutionum tenorem in naturalibus filijs statutum, & in nepotes extendimus. cum ergo supersit d. Marieta quæ est filia naturalis legitima,& per consequẽs legitima soboles superesse videtur, concludendum est ꝙ testator non potuit nepotes eius naturales, & à fortiori spurios ad eius hæreditatem vocare, vt in d.l.fin.est casus. & secundum istam conclusionem latè consuluit Alexan. in consi. 74.Circa primum dubium videtur,lib.3. Tertio principaliter aduertendum est, quòd cum supersit dicta Marieta filia naturalis & legitima testatoris, & dicta Hippo. neptis spuria prædi.testi.absurdum videretur quòd in bonis d.test. d.Hippol.quæ est spuria,& remotior in gradu, excluderet dictã Marietam legitimam,& in gradu proximiorem, ad quam verisimiliter videtur testator maiorem affectionem habuisse. argum. l.si viua matre. C.de bo.mater. vnde interpretatio fieri debet taliter quòd hoc absurdum remoueatur.argum.l.nam absurdum.ff. de bo.lib.& in §.in pecudum.versi.partus. institu. de rer. diui. in cap.clericos.de offic.vica. ut ergo tale absurdum tollatur consonat vt dicamus quòd cum testator disposuit deficientibus nepotibus legitimis bona remaneant *alli bastardi*: hoc intelligatur de masculis,prout verba illa sonant, *alli bastardi*. & licet alias masculinum concipiat fœmininum in dispositione testatoris. l. si quis ita,de testa.tut.l.qui duos l.legatis seruis,de lega.3. tamen in casu isto hoc non videtur habere locum, ex eo quod not. Alex. in l.sed & si hac.§.liberos.ff. de in ius voc. vbi dicit quòd in con-
18 tractibus appellatione † filiorum non veniunt fœminæ a secun-
a dum * *communem* opinionem, secus dicit Alexan.esse appellatio
* ne liberorum: rationem dicit Alexan. si non venirent fœminæ sequeretur absurdum: quia nepotes ex filia comprehenderentur l.liberorum.de verbo.signifi.l.1.C.de condi.inser.& sic nepotes ex filia qui sunt remotiores præferrentur, quod est absurdũ. l.si auia.C.de bo.mater.& idem not. Alexan.in consi. 161. Super eo.versicu.vel tertio.lib.1.Et certe hoc argumentum ab absurdo optimè videtur adaptari in casu isto, econtra ꝙ non veniant fœminæ,quia sequeretur ꝙ Hippolita,quæ est neptis & spuria, præferri deberet dictæ Marietæ, quæ est filia legitima proximior in gradu, quod quidem absurdum videtur: & ideo videtur quòd illa dispositio de bastardis solum de masculis intelligatur.Et hoc confirmatur, quia testator in testamento manifestam fecit differentiam inter masculos & fœminas: quia solum masculos hæredes vniuersales instituit, & filiam prædictam Marietam in rebus quibusdam particularibus, & hoc non videtur factum alia ratione,nisi vt bona in agnatione conseruentur. prout docto. dicunt de statuto quòd extantibus masculis fœmina nõ succedat, vt tradit Ioan. And. in rub. de succes.ab intesta.in addi.Specu.in versicul. & est sciendum.Bald.in consi.68. inter consilia Ange.in consi.incip.Martinus.Io.de Florentia.idem Bald. in l.quod non.
19 ff.de leg.Iacob.de Are.Cy.& Sali.in l.1.C.de adul.& talis † agnatio conseruatur etiam per filios bastardos ilegitimatos, ut tradit Alexand.in consi.2.Visis codicillis.lib.5.Et ideo hac ratione videtur quòd illa uerba de bastardis masculis intelligantur: & quia tales bastardi subrogati sunt in locum filiorum masculorum,ergo videtur quòd de masculis intelligatur, quia subrogatum sa-
20 pit naturam † eius in cuius locum subrogatur.l.si eum.§.qui iniuriarum. ff. si quis cau. & quia absurdum esset quòd filia à nepte spuria excluderetur,vt supra dixi.Et in simili casu de filia quæ nõ debet excludi à sororibus defuncti, tradit Alexand. in consi. 17. Circunspectis verbis testamenti.lib.7.& plures rationes ibi adducit,quæ in proposito adaptari possunt, sed gratia breuitatis non refero.Et ita ex omnibus suprà dictis indubitanter concludo, ꝙ dicta neptis spuria nullo modo admittatur. Et ad suprà alleg. in 3rium responsio ex suprà dictis colligitur, quia verba propriè & strictè in casu isto accipiuntur,& communis vsus loquendi dato ꝙ probetur largo modo intelligitur, & non propriè & alia ẽt fundamenta concurrunt quæ irrefragabilia videntur.

ADDITIO.

a ¶ Fœminæ.) Imo vt dixi in consue. Parisi.§.12.& in annota.ad Ale.consi. 61.lib.1.Ad Phili.Dec.c.in præsentia.nu.17.de probatio.

EPITOME Consi. CCCCXXXIIII.

Primo laudo valido non derogatur per secundum contra formam compromissi latum, quia hoc adeo nullum est, quòd ratificari non potest.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quando de nouo aliquid inducit cũ certis modificationibus, quicquid ibi exprimitur, reputandum est pro forma.*
2 *Forma data a statuto videtur substantialis.*
3 *Statutum quando loquitur cum certa qualitate ad hoc vt habeat locum qualitas illa requisita debet verificari.*
4 *Compromissum si fiat in aliquos prout a statuto requiritur, debet ab eis terminari causa de facto vt statutum dicit.*
5 *Relatum videtur esse in referente cum omnibus qualitatibus suis.*
6 *Compromissum si fiat cum clausula, ꝙ arbitri de iure iudicarent, si arbitri contra ius pronuncient, talis sententia est nulla, quia lata contra formam compromissi.*
7 *Arbitrorum potestas pendet a compromisso.*
8 *Nullitas laudi obijci potest, non obstante quòd statutum tollat nullitatis exceptionem.*



PLacet conclusio superius firmata a clarissimis doctoribus vti fratribus maioribus honorandis ex eo ꝙ suprà dictum est, quia forma statuti obseruata non fuit: nam in statuto formaliter dicitur ꝙ dicta quæstio iniquitatis,& cuiuslibet oppositionis, vel cõtradictionis cognoscatur & terminetur solum per amicos, vel consanguineos, vel conuicinos dictarum partium de facto & amicabiliter tantum &c.Ex quibus verbis patet, ꝙ in tali secundo compromisso tria requiruntur. Primo qualitas personarum, ꝙ sint amici uel consanguinei vel conuicini partium illi, in quos fieri debet compromis.Secundo ꝙ de facto. Tertio, ꝙ amicabiliter tñ debeant cognoscere & determinare: nam ista à statuto
1 pro forma requisita videntur, quia quando † statutum de nouo aliquid inducit cum certis modificationibus, quicquid ibi expri
a mitur reputandum est pro forma, a ita Pet.de Anch.dicit in con
2 sil. 242.Ex tenore priui. in fin. Et † forma data à statuto in dubio vr̃ substantialis,ut not.Bal.in l.comparationes.in 3.q.in fin.C.de
3 fi.inst.& quia † qñ statutum loquitur cum certa qualitate, ad hoc ut statu.habeat locum, illa qualitas requisita debet verificari, vt no.Bar.in l.1.§.ait prætor.ff.ne quid in flu.pub.facit quod no.Io. An.in c.1.de hom.lib.6.Primo ergo debet constare de qualitate eorum in quos fuit factum compromis.ꝙ sint tales prout à statuto requiritur, vt in si.casu not.Ang in l.2.§.diem autem. versi.& no.est diligenter.ff.quemad.test.ape.Ale.in cõsi.82. In causa ver
4 tente.lib.1.Secundo † isti in quos fuit factum comprom. debuerũt causam terminare de facto, vt statutum dicit, quo casu istud verbum importat ꝙ manu regia procedere,& iudicare possunt: vt no.Bar.in tract.ad repri.in verbo, videbitur.in fin.& iudi.possunt ex causa non deducta in libello vt no.Io.An.in addi. Spe.in tit.de sentẽ.prola.§.qualiter. ver.quid si his cum si.vt Soc. tradit in consil. 160. In præsenti consultatione. Et de ista clausula not. Lap.alle.128.cum si.vt Cor.scribit in consi.114.Quamuis primo aspectu.li.2.& 3.in isto casu copulatiue dicitur de facto, & amicabiliter tñ, quæ quidem verba videntur importare ꝙ causa de concordia partiũ terminetur, ex eo quod no. Bar. in l.si de meis. §. recepisse. circa fin. ff. de arbi.vbi differentiam facit inter arbitrium, & amicabilem compositorem. Est ergo vidẽdum an ista, de quibus statutum loquitur, obseruata fuerint: & certe secundũ ea quæ proponuntur more Scæuolæ iurisconsulti dicendum est quòd non: Primo non apparet, nec liquidatum fuit de qualitatibus eorum in quos factum fuit compromissum. Secundò, quod magis stringit, manifeste apparet istos non processisse neque terminasse hanc causam de facto & amicabiliter, prout à statuto disponitur, sed ipsi tanq̃ arbitri simpliciter processerunt, & iudicauerunt, vt ex tenore laudi, & sententiæ eorum colligitur, dũ asserunt se arbitros electos, & de iure videntur iudicasse ſm eos dũ reuocant primum laudum tanquam iniuste latũ, & pronunciãt, & declarant

ADDITIO.

a ¶ Forma.] Alex.l.j.in prin.ad leg.Fal.Phi.Dec.c.ex parte.de psti.ubi dixi.

& declarāt totam hæreditatē integram Honofrij ad dictum Hieróny. pleno iure spectare & pertinere. talis.n. determinatio omninò vr̄ aliena à determinatione quæ debuit fieri de facto,& amicabiliter tantum ſm formam statuti. nam cum esset facta pronūtiatio, ꝙ causa esset recompromittenda ſm formam iuris & stat & factum fuerit compromiſ. secundū formam dictæ pronuntiationis, vr̄ factum compromissum ſcđm formam iuris & statutorum, prout dicitur in pronunciatione ad quam compromissum relationem facit: quia † relatū vr̄ esse in referente cum omnibus
5 qualitatibus suis.ut no.Bar.in l. 1.ff.de recep.in l. 1.§.fi.ff. si fa. fur. feci.di.in l.si quis seruum.§ fi.ver.sed quæro testa.de legat.2.facit quod not.Bar.in l.nihil in fi.ff.de coniug.cum eman.li.& sic in effectu resultat compromiſ. factum fuisse secundū formam iuris & statutorū.& attenta forma statutorum prædicti arbitri excesserunt potestatem sibi datam in compromiſ.quia limitata fuit potestas ꝙ cām iudicarent de facto, & terminarent amicabiliter tm̄,ipsi autem vr̄r non amicabiliter,sed de iure terminasse secundum quod eis visum fuit,ut verba sonant: nam econtra si factū
6 fuisset † compromissum cum clausula,ꝙ de iure iudicarent,& arbitri ꝯ ius pronuntiarent, talis ſnīa est nulla:quia lata ꝯ formā cōpromissi vt not.Bar.in l. diem proferre §.stari.ff de arbi.sequitur Abb in c.cum dilecta.de rescr.in c.cām quæ circa fi.de re iudi. & in consil.42. Videndum est.in prin.lib.1.Fulg.in consil.180. Viso processu.Rom.in rub.de arbi. Are.in consil.68. Excellens dñe cū si.sic ergo est ecōtra, ex quo fuit factum compromissum sub ista forma,ꝙ tantum causam determinarēt de facto, & amicabiliter si ipsi iudicauerunt de iure,& non amicabiliter,ſnīa vr̄ nulla,quia
7 lata ꝯ formam compromissi,quia tota potestas † arbitrorum pēdet à compromiſſ.l.non distinguemus §.de offi.ff.de arbi.Et certe statutum vr̄ manifestè considerare amicabilem compositionē & concordiam: dum iterum repetit ꝙ iudex cogat compromittere ipsas partes in vnum vel tres de consanguineis, vel vicinis, vel amicis liberè qui summariè tm̄,& amicabiliter de causa cognoscant,& diffiniant,& ꝙ eum vel eos,ac etiam litigantes tamdiu in palatio detineant quousque secunda vice laudatum sit, & diffinitum.Et tali enim retentione q̄ dēt fieri in palatio, patet ꝙ statutum vr̄ considerare ꝙ causa terminetur amicabiliter,& cū concordia ipsarum partium,nam à statuto ciuitatis, q̄ nō habet superiorem,possunt partes cogi ad concordiam,sicut à principe vel imperatore.c.cùm inter R.seniorem.de elect. not. Anto. de But.in c.j.in fi.de mut.pet. Alexā. in l. quidam æstimauerunt. ff.si
8 cer.pet.Cùm ergo ista forma statuti obseruata non fuerit † laudū redditur nullum: quia isti excesserunt potestatem compromissi, quo casu adeò laudū est nullū,ꝙ ratificari non potest,ut not.Bal. dicit in ti.de pace Constan.§ ſnīæ quoque.& sequitur Ro.in cōsil.141.Eximie doc.in cōsi.155.Præmissum laudum.in consi.115. Viso compromisso.& de ista nullitate obijci potest, non obstāte ꝙ statutum tolleret exceptionem nullitatis:quia non vr̄ tolli nullitas q̄ causaī ex defectu potestatis arbitro attributæ:ut not. Ang. in l.non erit.§.dato.versi. item aduerte.ff.de iureiur.Idem Ang. in consilio 249.Philippus ciuis.in fi.Bal.in l.si causam.verſ.extra quæro.ff.de excep.rei iudi.Pet.de Anch.in consi.208.in q supra dicta. Anto.de But.in consi.77.Viso puncto.in prin.Abb. in consil.44.In præsenti.q.in fi.lib.1.Ex quibus omnibus s̄. dictis cōcludo,ꝙ secundum laudum fuerit & sit nullum,& sic quòd per tale laudum nullum primo laudo non derogetur.

EPITOME Consi. CCCCXXXV.

Prima causa ab intestato succedendi est liberorum.Et filius instituti excludit substitutum,secus in trāsuersalibus institutis.Ceterum emphyteusis transit in successorem secundum formam in inuestitura datam.

SVMMARIVM.

1 *Spes substitutionis reciprocæ non transit ad hæredem.*
2 *Ius detrahendi quartam Trebellianicam transit in hæredem.*
3 *A verbis contractus non est recedendum.*
4 *Tenor inuestituræ attendi debet.*
5 *Communicatio fructuū non facit ꝙ proprietas bonorum cōmunicata sit.*
6 *Emphyteutica bona ecclesiæ non debent communicari.*
7 *Feudum ac quisitum per vnum ex fratribus simul viuentibus, non debet communicari.*
8 *Argumentum de feudo ad emphyteusim valet.*
9 *Patronus ecclesiæ non potest admittere & recipere alium in patronum.*

IN causa Mihi commissa de consensu partiū q̄ vertit inter Paulū Antonij Pauli ꝑ vna parte,& filios Io. qui sunt quatuor pro altera parte,procedā breuiter, & conclusiue prout consultorē decet,cui summa rei commissa sit. Et pro resolutione eorū omnium quæ occurrunt.Primò videndū est de hæreditate Pauli antiquioris,& Ioan.qui ab intestato decesserunt.Secundò,de hæreditate Christophori qui fecit testm̄. Tertiò potissimè quæritur de bonis emphyteuticis acquisitis per Paulū maiorē. Circa primū non est laborandū:quia de hoc nulla est contentio,& de iure est clarū:quia hr̄ditas Pauli maioris spectabat ad filios eius Iacobum, Ant.& Bastianum:quia prima cā est liberorū.authen.in successione.C.de suis & legit.l.1.C. vnde liberi.§ 1.in auth.de hær.ab intest.ve. Et eadē rōne hæreditas Antonij ad filium eius Paulum iuniorem spectare vr̄,& eidē ēt debetur hæreditas Bastiani,& Iacobi patruorū suorū qui ab intestato decesserunt, ut probatur in auth.cessante,& in auth.post fratres.C.de legi.hær.eodē modo filij dicti Io.ad eius hæreditatē vocati sunt,per s̄.dicta,& in hoc nō videtur dubitandū,ideo vlterius nō insisto. Venio ad ſm ad hær. Christoph qui fecit testm̄, & octo eius nepotes ex fratribus instituit.Ex quib.vnus.S.Gerardus mortuus est uiuēte testatore.Et iō hr̄ditas acquisita fuit aliis septē nepotibus superstitibus,& vnicuique pro virili,& sic pro septima parte.l.quoties.§ hæredes.ff.de hære.insti.§ sed si plures.insti.de hær.inst.Et cū ex dictis septē nepotibus mortui sint tres, primò Antonius, Secundo Bastianus, tertio Iacobus, quæritur de portionibus eorū quibus applicent. Et primum de septima parte Antonij,qui decessit relicto Paulo videbaī prima facie ꝙ Paulus filius excluderet substitutos ꝑ l.cū auus.ff.de cond.& dem.in l.cū acutissimi C.de fideicō sed nō est verum, quia iura prædicta hn̄t locū solū qn̄ filij sunt instituti,& non habent locum in transuersalibus qn̄ fratres vel filij fratrum instituti sunt:vt no.Cy.post Iaco.de Aret.& Ang.& Mod.in l generaliter.§.cū aūt.in prin.C.de instit.& subst.& no.Imo.in l.ex facto.§.si qs rogatus.ff.ad Treb.facit tex.in l 3.§.in liberis.de leg.ꝓstan.& iō secundū formam substitutionis concludendū est,ꝙ illa septima pars. Ant.alijs super existentib.nominatis acquiratur,& sic de illa septima parte Ant.dēnt fieri sex partes, quarū duas habere debent Bastia.& Iac.fratres Ant. & quatuor debent habere filij. Ioā. qui sunt quatuor.de septima parte Bastiani qui successiue moritur fieri debent habere quinque partes,quarū vnam habebit Iac.frater dicti Bastiani,& quatuor habebunt filij Ioan. qui sunt quatuor Paulus iunior filius Ant.nullam habet portionem, quia Christopho.nominauit omnes nepotes,& substituit quem libet eorum, & sic substitutio fuit facta de s̄.scriptis nominatis,
1 vnde spes † substitutionis reciprocæ nō transit ad hæredem.l.Lucius.§ fi.vbi Bar.de vulg.& pupil.in l.sed si plures.in princ.eo.tit. & in l.toties.de acq.hære Et ista ratione tota portio Iac.qui vltimò mortuus est,spectat in totum ad ipsos filios Ioan. bene verū est ꝙ dictus Paulus tanquam hæres ab intestato Ant.patris sui & patruorū suorū Bastia. & Iac. pōt retinere trebellianicā in dictis trib.partib.septimis,quæ illis tribus ꝯpetebat,quæ erit quarta ꝑs
2 de illis tribus septimis.qa ius † detrahendi quartā trebel.trāsit in hæredē.l.quanq̄.C.ad l.fal. Et vlterius habebit sextā partē portionis patris sui Anto.quæ reperiī in hæreditate Bastiani, & aliam sextam partem quæ reperitur in hæreditate Iacobi,& vlterius habebit quintam partē de portione Bastiani,quæ reperiī in hæreditate Ia. Vltimò quærit de bonis emphyteuticis acquisitis ꝑ Paulū maiorē qui prædicta bona ꝯduxit ad liuellū ab ecclesia ꝓ se & suis hæredibus,& descendentibus,ꝓut in ꝯctu apparet, & secundū tenorem ꝯctus clarū est ꝙ talia bona spectant ad ipsum Pau.
3 iuniorem q est nepos dicti Pauli conducentis: & † à verbis ꝯctus non est recedendum.l.si qs stipulatus sit Stichū,de verb.obli l.fideiussores magistratuū ff.de fideiuſ. quæ iura in simili casu Paul: de Cast.adducit in consi.227.Super primò,in consi.161.in præsen
4 ti.c.Et † tenor inuestituræ attendit.c.1.in fi.de duo.frat. à capita. inuesti.vbi Bal.& Ro.consi.33.viso in fi. Non ob. si dicatur ꝙ talia bona fuerunt acquisita de communibus pecuniis, quia dato ꝙ hoc probeī,ex quo acquisitio fuit facta nomine ipsius Pauli,si sibi soli bona acqsita fuerunt,ut not.Bart.in l.Titiū & Mæuiū.§.altero.ff de adm.tuto.circa fi.versi.& ideo si fortè vnus.alle.bonū tex.in l.si unus.§ j.ff.ꝓ socio.ad idē text.in l.si patruus.C. cōmuni vtriusque iud.ubi Bar.dicit tex.esse ad hoc no.& ꝙ sæpe de facto ꝯtingit.ad idē tex.in l q aliena pecunia ꝯparat. C. si quis alteri vel sibi l si ex pecunia.C.de rei ven & no.Car.in consi.27. Orta lite. in 2.dubio Ro.in ꝯsi.3. Viso themate.Bal. consi.53. Remanentib. lib.3.Pau.de Cas in consi.185 Ex dic.Non ob. qđ Pau semꝑ red-
5 ditus & fructus bonorū cōicauerit: quia † cōicatio fructuū non facit ꝙ proprietas bonorū cōicata sit,ut not.Sal.in d l.si patruus Alex.in consi.48.D.ligenter perspectis lib.2.Et maximè hoc est
6 dicendum in isto casu in quo sunt bona † emphyteutica ecclesiæ, quæ non debent nec pn̄t cōicari.hoc patet in bonis feudalibus,ut est tex.in c.1.§.si duo fratres.de fratri.de nouo benefi.inuesti.ubi
7 si vnus ex fratribus simul in cōi uiuentibus † feudum acquisiuit, non dēt cōmunicari,ne forte dn̄s habeat alium vasallum de quo non cogitauit.& ita de feudo concludit Alex.in consi.48.præallegato.Pari ratione idem vr̄ dicendum de bonis emphyteuticis ecclesiæ: quia ecclesia haberet alium conductorem de quo non
8 cogitauit:& quia † valet argu.de feudo ad emphyteusim.vt not

Bart.

Bar.in l.si mihi & Titio.de verb.ob.cum si.vt Alex.tradit in l.diuortio.§.feudum.ff.solu.mat.Ro.in consi.212.Quo ad primum. Moder.in l.1.C.de iure emphy.Alex in consil.207. Viso themate.in fi.lib.4. & in simili videmus ꝙ non potest † patronus ecclesiæ admittere.& recipere alium in patronum,quia tractatur de interesse ecclesiæ,ut no.Dom.dicens se ita consuluisse cum Pet.de Anch.in cap.2.§.laici.in prin.de reb.eccl.non ali.in 6.Et ita breuiter patet ꝙ dicta bona emphyteutica debēt præcipuè dicto Paulo iuniori assignari. Plura scribere potuissem: sed quia in s̄.dictis res clara videtur de iure,satis sit veritatem conclusiuè retulisse.
9

EPITOME Consi. CCCCXXXVI.

In integrum restitutio non datur sine causæ cognitione,quæ per impetrantem est probanda antequam ea vtatur. Neque secunda datur sine noua causa. Ceterum conuentiones quæ simoniam sapere videntur,authoritate summi Pontificis accedente purgantur.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio si intra biennium non prosequatur,videtur deserta, & sententia transit in rem iudicatam.*
2 *Paupertas an sit iustus metus non prosequendi appellationem.*
3 *Restitutio in interum reponit rem in pristinum statum.*
4 *Restitutio in integrum ad prosequendum appellationem operatur ac si sententia non transiuisset in rem iudicatam.*
5 *Restitutio ad prosequendum appellationem non datur minori nisi de læsione probetur.*
6 *Restitutionis in integrum auxilium in vna eademque causa peti iterato non debet.*
7 *Restitutio si semel sit petita & denegata fuerit per sententiam à qua non fuit appellatum,imputatur illi qui non appellauit.*
8 *Restitutio in integrum quando peti debeat.*
9 *Tempus quadriennij constitutum ad petendum restitutionem in integrum à principio est vtile,& non currit nisi à die scientiæ.*
10 *Authoritas Papæ tollit omnem suspicionem simoniæ.*
11 *Papa habet plenitudinem potestatis,& potest dispensare supra ius.*
12 *Pensio renuntianti ex causa super beneficio potest authoritate episcopi ordinari.*
Sed à summo Pontifice potest sine causa constitui.
13 *Simoniæ prohibitio est de iure positiuo.*
14 *Papa potest sine causa in his quæ sunt iuris positiui.*
15 *Papa in beneficialibus habet liberam potestatem.*
16 *Promissio facta patronis ante præsentationem est simoniaca, secus si post præsentationem vel electionem.*
17 *Promissiones factæ post resignationem liberè factam, non videntur simoniam continere.*
18 *Authoritas Papæ omnem maculam abstergit.*
19 *Lis dicitur finita per sententiam à qua non est appellatum.*
20 *Appellatione deserta sententia transit in rem iudicatam.*
21 *Exceptio rei iudicatæ dicitur exceptio litis finitæ.*
22 *Paupertate nimia impeditus an habeat secundum annum ad prosequendam appellationem.*
23 *Impedimentum quod in secundo anno currit appellanti,non impedit quominus sententia transeat in rem iudicatam.*

tamen [a] pactum, quòd dominium venditori reseruetur ad tempus, donec prætium rei venditæ soluatur: ut Abb. tradit in consil. 66. Viso quodam instrumento. lib. 1. Et facit, quod not. Alexã. in consi. 121. Visis & ponderatis lib. 5. † Similiter nec potest condẽnari dictus Antonius franciscus tanquam custos, quia ipse non potest dici custos saltem qui intromiserit animalia, prout in l. dicitur. constat enim, ꝙ ipse non intromiserit. & cum in eo qualitas à statuto requisita non verificetur, statutum non debet habere locum: vt not. Bar. in l. 1. §. ait prætor. ff. ne quid in flumine publi. & facit, ꝙ no. Ioan. And. in c. 1. de homi. in 6. cum si. Restat ergo, ꝙ debeat condemnari ille qui reseruauit sibi dominium, vel custos qui intromisit. De venditore qui reseruauit sibi dominiũ, licèt ipse dominus sit, tamen nõ videtur, quod condemnari possit si ignorantiam eorum quæ acta sunt probaret, quia ipse de ignorantia esset excusatus, & de hoc in fraudem gabellarum est tex. in l. cotem ferro. §. dominus. ff. de publi. & facit text. in l. fraudati, cod. tit. in fi. & est reg. communis, quòd propter † ignorantiam probabilem quis a pœna excusatur. l. Metrodorũ. ff. de pœnis. & per gl. in l. 1. de recep. facit tex. in l. fi. ff. de decre. ab ordin. faci. in c. si non. de sent. excom. in c. apostolicæ. de cle. excom. minis. Vnde concludendum esset, ꝙ custos qui animalia intromisit debuisset condemnari, & hoc stante pacto illo reseruationis domini. Sed circunspecti & prudentissimi do. Consules ulterius voluerunt veritatem perscrutari, & in effectu repertum fuit, ꝙ in ꝓtocollo notarij de tali pacto nihil dicitur, & similiter in instrumento extracto & tradito venditori tale pactum non ponitur, & in ista uariatione recurritur ad protocollum, & originale, & illud attenditur: ut no. per gl. in verbo, protocollum. in auth. de tabel. Bar. in l. Sempronius proculo. de leg. 1. in l. si quis ex argentarijs. §. prætor ait. ff. de eden. cum simil. ut tradit ibi Alexand. in consi. 105. Reueren. do. lib. 2. in princip. & attento protocollo in quo de d. pacto nihil dicitur, esset dicendum, ꝙ d. An. Fran. esset do. ex quo illi res venditæ traditæ fuerunt habita fide de pretio, §. venditæ, instit. de rerum diui. Ideo ipse dominus uel custos qui intromisit, deberet cõdemnari, secundum verba legis quę alternatiuè loquuntur: & in tali alternatiua considerandum est, ꝙ cũ respiciat fauorem fisci creditoris, electio videtur spectare ad ipsum fiscum creditorem: ut not. Bar. post Guilie. de Cu. in l. quamuis. de pigno. actio. Pau. de Cast. in l. cum proponas. C. de transa. 3 Alex. in l. 4. §. si ex conuentione. ff. de re iudi. & in pœnis quæ † alternatiuè imponuntur electio ad iudicem pertinet ẽt in dubio: ut no. Abb. in c. inter cæteras, de rescri. & in c. à crapula. in fin. de vita & hone. cle. facit tex. in c. quoniã frequenter. §. fi. ut lite non contest. in c. sequenti. in fi. de uerb. sig. & no. per gl. fin. in c. sicut. de iudæ. in c. fraternitatis. 34. dist. cum si. & licet Barto. in l. 1. ff. de effractorib. uelit, ꝙ in dubio electio sit rei, loquitur Bartol in eadem persona quæ alternatiuè debet puniri: sed in casu nostro agitur de alternatiua diuersarum personarũ quæ debent cõdemnari: in qua quidem alternatiua cessat ratio Bar. & indubitanter vr̃ ꝓcedere opinio Abb. ꝙ electio sit iudicis. sed dubitatio relinquitur quomodo iudex, & sic do. Cõsules debeant in tali alternatiua procedere: nam cum prius sit nominatus dñs, quã custos in ordine literæ, ut colligit ibi, *e signori, o vero guardiani*, vr̃ ꝙ do. debeat ꝯdemnari prius, & in subsidiũ custos si non dñs reperitur. & ita in simili casu alternatiua declaratur in l. cum pater. §. à te peto. ff. de lega. 2. in c. mandatum. de præben. in 6. & in c. metropolitano. 63. dist. ubi gl. in verbo, ex ꝓsbyteris. & not. Imo in d. c. inter cæteris. de resc. cũ si. ut dixi ibi. putarẽ tamen ꝙ si d. Cõsules eligerent ipsum custodem & condemnarent, ꝙ iuridice hoc facerent ex propria natura alternatiuæ, quæ absolutè illis tribuit potestatem: vt regula in alternatiuis. de reg. iu. in 6. in c. inter cæteras, de resc. l. si ita quis stipulatus fuerit, de uer. obli. & hic non colligitur verisimiliter ex verbis legis, ꝙ ordo scripturæ debeat seruari, prout in d. l. cum pater. §. à te peto. cum si. supra allegatis: & quia statutũ videtur ponderare culpam, & negligentiam eius qui intromisit, & descriptus fuit sicut in simili conderat persona eius qui reperitur descriptus in æstimo: quia ipse grauari potest, si non soluit, dato ꝙ ipse non habeat possessionem rei pro qua soluitur: ut not. tradit Ang. in l. fin. C. sine cen. vel reli. Bald. in l. si negotium. C. de neg. gest. & facit, ꝙ no. Bar. in l. 1. C. de exacto tribu. lib. 10. sed remota culpa ipse dñs tenetur de iure cõi. l. cum in plures. in §. vehiculum. ff. loc. & no. Bal. in consi. 51. Quæritur an Florentini. lib. 2. & sic stat conclusio, ꝙ in potestate do. Consulum erit condemnare dominum, vel custodem qui intromisit, prout eis videbitur: & ita videtur mihi dicendum de iure in casu proposito, & latius s̃. dicta comprobari potuissent: sed satis sit magnificis Consulibus veritatem, vt puto breuiter retulisse.

ADDITIO.

a ¶ Valet tamen.) And. Tiraq. tract. de retract. proximi. §. 1. gl. 2. nu. 34. nu. 1. dixi in tract. vsurarum. q. 74.

EPITOME Consi. CCCCXLI.

Testator disposuit, quòd sui heredes simul negotiarentur cum A. socio prout ei placuerit, constituendo eum procuratorem & executorem post mortem suam circa omnia gerẽda. Certè hæc dispositio vti valida obseruari debet, ita ut dicta societas continuari debeat, sicque permissum A. accipere pecunias ad cambium pro conseruatione societatis ad satisfaciendum creditoribus.

SVMMARIVM.

1 *Societas in hæredem non transit.*
2 *Testatoris dispositio habetur pro lege.*
3 *Testatoris præceptum factum hæredibus, ut post mortem testatoris in societate permaneant, an valeat, & an possit ab hæredibus remitti. & numer. 4.*
5 *Pacisci non potest, ut hæres succedat societati, non impedit tamen renouationem fieri.*
6 *Authoritatem præstare an possit tutor in facto proprio.*
7 *Diligentiam tantam adhibere debet socius in rebus societatis, quantam in suis solitus est adhibere.*
8 *Mandatum duraturum post mortem fieri potest.*
9 *Mandatum interpretari debet prout constituens solebat facere.*
10 *Seruus potest accipere pecuniam mutuo, vt se aleret & vestiret secundum consuetudinem domini.*
11 *Solitus, verbum in vno actu verificatur.*
12 *In mandato generali veniunt ea quæ sunt de consuetudine.*
13 *Dispositio quælibet recipit interpretationem ab eo, quod consuetum est.*
14 *Opinio communis in iudicando & consulendo seruanda est.*



Resens consultatio accuratè & eleganter absoluta est ab excellẽtissimis doctoribus, & modicam videtur habere dubitationem, secundũ ea quæ proponuntur more Scæuolæ iureconsulti: vnde tanquam in re clara non fuisset opus subscriptionem meã vlterius requirere, tamen vt petenti amico aliqua ex parte satisfaciam, dicam breuiter quæ occurrunt ad confirmationem eorum quæ suprà dicta sunt. Et principaliter disputari debent disposita in testa. Alexand. testatoris qui cogitans quantum honoris & vtilitatis sibi attulit & affert eius traficus de Venetijs, voluit & disposuit, ꝙ dictus traficus fiat & continuetur per infra scriptos eius filios, & hæredes cũ socijs de Gualterotis, si & quando & prout Antonio de Gualterotis, videbitur & placebit: & dictum etiam Antonium constituit executorem, factorem & procuratorem duraturũ post mortem, circa omnia gerenda, facienda, exercenda, circa dictum traficum & societatem, cum auctoritate, potestate & balia plenissima posse ꝓsequi, facere & de nouo creare & in plena forma: vt latius in testamento continetur: vnde cõsiderandum est ultrà ea quę ab alijs s̃. dicta sunt, ꝙ licèt per mortem Alexandri societas finita sit. § soluitur, instit. de soci. l. actione. §. morte. ff. pro socio. & in † hæredem non transit. 1 l. furti. §. pen. ff. de his qui not. infam. l. nemo potest. l. verum. §. in hæredem. ff. pro socio adeo, quod etiam à principio pacisci non possit ut hæres succedat societati. l. adeo, in prin. ff. pro socio. tamen in casu isto videtur, ꝙ talis societas potuerit cõtinuari cum hæredibus dicti Alexandri & pupilli propter dispositionem testatoris qui uoluit ad certum tempus dictam societatem durare: & talis dispositio testatoris fuit facta ad prouisionem filiorum 2 minorum, & valet: quia † dispositio testatoris habetur pro l. §. disponat. in auth. de nupt. Et hoc saltem videtur habere locum in casu isto, in quo ad certum tempus fuit facta talis dispositio. argumen. l. in hoc iudicium. §. si conueniat. ff. commu. diui. & not. Bald. in l. 4. in prin. ff. de condi. insti. ubi in secundo not. per illum 3 tex. dicit valere † præceptum testatoris factũ hæredibus. vt post mortem testatoris permaneant in societate: & tali precepto obediendum est, ut ibi dicit. & facit, quod no. Bar. in l. Quintus. de annu. le. vbi ꝯcludit valere p̃ceptum testatoris, ꝙ per decem annos hæredes debeant cõiter morari, si alicuius eorũ interest. & licet tale p̃ceptum factum in fauorẽ hęredũ ab eis hæredibus remitti possit, s̃m Old. in ꝯs. 241. Factum tale est. hoc posset habere locũ in filijs maioribus, sed in minoribus ipsi minores ꝯuenire nõ possunt, ut expresse tenet Bar. in l. filiusfamilias. §. diui. in 1. col. de le. 1. Et sic stat ꝯclusio, ꝙ dicta societas debet ꝯtinuari ẽt cum filijs minoribus, & hæredibus dicti Alexãdri: prout ipse pater in testõ 4 disposuit. vnde licet † societas non transeat in hæredes, tñ potest 5 cũ hæredibus s̃m dispositionem testatoris per suprà dicta. † Non ob. quod à principio pacisci non possit, ut hæres succedat societati. d. l. alium, quia illud non impedit renouationem fieri: vel ille text. videtur procedere, ex eo quia persona hęredis videtur incerta, si ab initio fieret talis conuentio, & si talis persona hæredis ab initio monstret, libera facultas testandi tolleretur. ut text. dicit in lege, cum duobus. §. idem respondet. el 1. ff. pro socio no. Bar.

Bar.in d.l.adeò.secus vr in casu isto vbi in initio societatis nō fuit facta talis conuentio, sed posteà ita dispositum fuit à testatore, q cogitabat de morte, & filios suos hæredes specialiter nominauit, & ideo videtur talis dispositio testatoris valuisse, p supra dicta: & hoc accedente cōsensu dicti Antonii qui dispositionem dicti testatoris approbauit: & mandatum sibi iniunctum post mortē testatoris acceptauit, & dictam societatem secundū ordinem testatoris administrauit pro se quia erat socius & pro filiis & hæredibus pupillis dicti testatoris Et cū etiam d. Antonius Gualterotus esse tutor dictorum pupillorum, ut constat ex dicto testamēto, ipso autore etiam absq; vlla dispositione testatoris dicta societas renouari potuit cum dictis pupillis, ut no. Bal. in addi. ad tractatum Bar. de duo. fratri. & Alex. in consil. 49. Maturè ponderatis. lib. 1. & idem Bal. in l. mandatum. in tertia oppositio. C. mād. Alex. in consi. 132. Perlectis, in 5. lib. nec obst. q dictus Ant. tutor
6 † non potuit in tali casu in facto proprio ipse autoritatem præstare: ut in terminis tradit Pet. de Vbal. in tractat. societa. in tertia parte. per regulam quæ habetur in l. 1. in princ. ff. de autho. tut. & facit tex. in l. pupillus. §. item ipse. ff. de autho. tute. quia respōdetur, q illa suspitio quæ in facto proprio haberi solet, purgata vr propter preceptum testatoris. argumen. l. qui a patre. ff. de confirm. tuto. & in l. vtilitatem. ff. eod. tit. & in l. prædium. C. quando decre. opus nō est. & propter dictum præceptum siue dispositionem testatoris vr dictus Anto. tutor fecisse bona fide quicquid fecit. ut in terminis in simili casu Socin. scribit in consi. 87. In præsenti consultatione. in 2. dub. & ibi plura dicit ad confirmationē reuocatæ societatis, & cum bona fide factum sit à tutore, etiā in facto proprio potuit authoritatem præstare. l. cùm ipse. C. de contrahen. emp. l. non existimo. ff. de admi. tut. & retenta hac cōclusione de qua non vr dubitandum, q societas sit continuata inter dictum Anto. & filios dicti Alexandri: infertur ad dubiū de quo principaliter quærit, an dictus Ant. & socius & administrator dictæ societatis potuerit pecunias ad cambium accipere pro conseruatione dictæ societatis: ut satisfaceret creditoribus dictæ societatis: & certè breuiter concludendum est, q sic, & ex hoc non vr, q dicto Anton. aliquid imputari possit, & vltra ab alijs dicta probatur ista conclusio: quia dictus Ant. cum esset socius & ad-
7 ministrator dictæ societatis solūm tenetur in rebus dictæ † societatis illam diligētiam adhibere, quā in rebus suis propriis solitus est adhibere. l. socius socio. ff. pro socio. ibi, sufficit enim talem diligentiam communibus rebus adhibere qualem suis rebus adhibere solet. eadē verba habentur in §. si inst. de socie. facit tex. in l. hæredes. §. non tantum. in fi. ff. famil. ercis. & not. Bart. in l. quod Nerua. in versicu. item videnda ratio diuersitatis. ubi inquit, q si contraho societatem cum aliquo inspicio diligentiam quam solitus est adhibere in rebus suis, & ipse de me cogitare videtur. & Bar. sequitur Alex in consilio 102. Super primo. libro 2. Et latius Alexā. in consil. 209. In causa & lite vertente. per totum libr. 7. Et ideo cum dictus Anto. qui erat socius acceperit pecunias in cambium pro communi societate conseruanda, non vr q aliqua culpa imputari possit: quia parem diligentiam adhibuit tam pro parte sua societatis, q pro portionibus aliorū: & istud vr clarissimum fundamentum vltra superius dicta. Secundò principaliter proba-
8 tur ista conclusio per ea quæ s. dicta sunt, clarum est enim q † mādatum potest fieri duraturum post mortem, prout factum fuit in isto casu. l. si non. §. fi. vbi Bar. ff. manda. l. mortis causa. §. Titia. vbi Bar. ff. de dona. causa mo. Ro. in consi. 102. Non est dubiū. cum si. vt dixi in c. relatum. de offic. dele. & ista conclusio bene procedit in isto casu in quo Alex. qui talem procuratorem constituit; decessit cum hærede prout in tali mandato requiritur secundum Ang. in disputa. Astensis miles & sequitur Ale. post Ro. in l. fundi venditor. ff. acqui. poss. quia tunc nullus extaret cuius nomine vere uel fictè mandatum exequi possit. & idem Soc. in consi. 60. In præsenti consultatione. & in consi. 87. In præsenti consultatione per ordinem. lib. 1. & in consi. 49. Viso instrumento. in princ. lib. 4. & de hoc dixi in d. c. relatum Et stante isto præsupposito, q mandatum duret post mortem, quærit an vigore dicti mandati dictus Anto. potuerit pecunias ad cambium accipere. & suprà rectè conclusum fuit, q sic, per plenissimam potestatem quę in tali mandato tribuitur: & quia Alexan. ipse cui procuratorem constituit, erat solitus pro conseruatione dictæ societatis pecunias ad cambium recipere, & tempore mortis habebat multas pe-
9 cunias ad cambium, vnde † mandatū debet interpretari prout
a constituens solebat [a] facere. l. vel. vniuersorum. ff. de pign. actio. l. qui semisses. §. si. ff. de vsuris. & ad hoc benefacit tex. in l. 3. §. pro
10 inde. ff. de in rem verso. vbi † seruus potest accipere pecuniā mutuo, ut se aleret & vestiret secundum consuetudinem domini, id est, vsque ad eum modum quem dominus præstare consueuerat & dñs obligatur. ad idem tex. in l. sed Iulianus. §. fin. ad Mace. ibi, ad eam quātitatē quam pater solebat subministrare. facit text. in l. si seruus plurium. §. fi. de leg. 1. ibi, ante omnia ipsius patris familiàs consuetudo, deinde regionis in qua versatus est, exquirenda est. in l. 3. §. fi. ff. de eo quod certo loco. ibi, q si merces solebat cōparare. & in l. Mela. §. sed & si alimenta. ff. de ali. & cib. leg. ibi, mortis tempore præstare solitus erat. Et ad propositum dicit ibi Bar.
11 q verbum † solitus, etiam in vno actu uerificatur. per illum text. idem Bart. in l. 1. in uersi. 2 quæro. C. quomodo & quando iudex.
* vbi Paul. de Cast. dicit, q hoc dictum Bar. * *communiter* tenetur & sequitur Ange. Aret. in §. ex non scripto. instit. de iure natura. & Corneus in consi. 28. In hac constitutione. in fi. lib. 3. Alex. in consil. 5. Si uera sunt. li. 5. Et ideo dato, q Alexander semel tātum pecunias ad cambium accepisset, aperta fuit via, q procurator ab eo constitutus idem facere potuerit & ista conclusio etiam confirmatur à consuetudine generali quæ est in ciuitate Florentiæ, ut sub cambiis pcurator possit pecunias mutuo accipere. ut Ro. dicit in cons. 114. Visis s. consultis. in 2. dubio. vbi concludit quod
12 † in generali mandato ueniunt ea quæ sunt de consuetudine. alleg. Bar. in l. 1. C. de pasc. priua. uel pub. lib. 11. & in l. fi. in princ. ff. de his quæ in frau. credit. vbi Bar. etiam in fin. dicit, q in generali mandato ueniunt ea quæ sunt de consuetudine. & not. Bar. per illum tex. in l. si prius. § 1. ff. de aqua pluuia arcē. & ideo infert Roma. in d. consi. q uirtute taciti mādati procurator potuit mutuo pecunias ad cambium accipere & cōstituentem obligare. & hoc à fortiori, in casu isto dicendū est, in quo uerba mandati sunt prægnantia, quæ de se casum istum uidentur comprehendere: ut supra deductum est: & ad supra dicta facit tex. in l. item eorum. §. de curiones. ff. quod cuiusq; vniuersit. ibi secundū consuetudinem locorum. in l. quod si nolit. §. si assidua. ff. de ædilit. edict. & est di-
13 ctum Inno. in c. olim. de uerb. signi. q † quælibet dispositio recipit interpretationem ab eo, quod consuetum est. & Ab. refert in c. certificari. de sepultu. & in simili casu Alexan. tradit in consi. 37. Viso lib. 2. & in consil. 107. Pro inuestigatione. eo lib. 2. & ibi concludit, quòd non requiritur, quòd talis consuetudo interpretati-
b ua [b] sit præscripta: ut tradit Ant. de But. in capitul. fin. de consue. circa medium. & idem sequitur. & probat Aretin. in consilio 11. procedendum est. Ex quibus omnibus corroborata remanet conclusio principalis, quod dictus Antonius socius & administrator potuerit ad cambium mutuo pecunias accipere pro conseruatione dictæ societatis. Nec in isto casu uidetur dari minoribus restitutio in integrum: quia in hoc uidentur fecisse, quod quilibet diligens fecisset. l. prima. C. de in integr. restitution. & quod ibi nota. per gloss. de consuetudine. & facit text. in l. uerum, in §. sciendum. & in §. si locupleti. ff. de mino. & quia ita factum fuit ex dispositione testatoris. argum. l. si prædium. C. quando decre. opus non est. & in l. 1. §. 1. in l. magis. puto § si pupillus. versiculo sed si pater. ff. de rebus eorum. nota. in lege. Aemilius. ff. de mino. Et ita primum dubium in quo vis principaliter consistit, absolutum sit. Venio ad secundum dubium an dictus Ant. possit petere interesse lucri cessantis post moram in pecuniis in quibus creditor reperitur, & in hoc suprà conclusum fuit, quod sic: quia dictus Anto. est solitus negotiari, ideo potest petere interesse lucri cessantis. l. 3. § fin. ff. de eo quod cert. loco. Sed ista conclusio non uidetur transire sine dubio: ut dixi in capitulo. cum uenerabilis. de exceptio. quia interesse lucri cessantis est interesse extra rem, de quo nulla ratio habetur, l. si sterilis. §. cum per uenditorem. ff. de actio. empti. & uidetur text. qui loquitur in solito negotiari. in l. fin. ff. de pericul. & commo. rei uendi. Non obstat. tex. in l. 2 § fin. quia loquitur in actionibus arbitrariis in quibus videtur speciale: ut latius dixi in d. capitulo cum uenerabilis.
* tamen quia * *communis* opinio est in contrarium in hoc non uidetur dubitandum: quia in iudicando & consulendo non est re-
14 cedendum † à communi opinione. vt not. Ioan. And. & docto. in cap. 1. de consti. facit tex. in c. nouimus. ubi Ant. de But. de uerbo. signi. in l. 1. ff. de offi. quæst. cum simi. ut dixi in c. 1. de consti. Et istam communem esse opinionem aperte colligitur ex his quę dixi in capitul. cum uenerabilis. nam Barto. hoc tenet in solito negotiari in d. l. 3. §. fi. in l. 1. C. de senten. quæ pro eo, quod interest. char. fina. Alexand. in consil. 191. Visa scriptura. lib. 2. & in consi. 141. Viso themate. in princip. lib. 5. cum simi. supra allegatis. & latius dixi in d. capitul. cum uenerabilis. Et ista conclusio procedit ut dixi, post moram, quæ nunc per interpellationem committitur, lege si ex legati causa. ff. de uerbor. obliga. uel etiam cum hæredibus pupillis mora committi potuisset, si interpellatio cum autoritate alterius tutoris facta fuisset, ut no. Imo. in l. cum filius. §. in hac. de uerbo. oblig. & sequitur Alexan. in l. si ex legati causa eo. tit. de uerbo. obligat.

ADDITIONES.

a ¶ Solebat.) Ro. consi. 94. Phil. Dec. l. pactum curatoris. in fi. [redacted] C. de pactis. idem Hiero. Gra. consi. 159. lib. 2.

b ¶ Interpretatiua.) Idem Dec. l. ut liberis. nu. 13. C. de collat. c. 1. nu. 38. de postula. præla. sup rà. consi. 11. c. at si clerici. in prin. nu. 25. de iudic.

EPITOME Consi. CCCCXLII.

P. accusatur homicidii, in eius absentia & contumacia bona cõfiscantur ui statuti punientis homicidam ad perpetuum bãnum, & bonorum confiscationem. Ipse autem habebat multa bona mobilia, immobilia, iura, & actiones, ac quasdam hæreditates nuper ei obuentas R. quod iura & actiones non confiscantur, neq; hæreditates non aditæ, neque futura bona. Ideo bona præsentia tantum ueniunt fisco applicanda.

SVMMARIVM.

1 *In confiscatione bonorum an ueniant iura & actiones.*
2 *Bonorum appellatione veniunt iura & actiones. nu. 9.*
3 *Pars vna statuti debet secundum aliam declarari. nu. 13.*
4 *A verbis statuti non est recedendum.*
5 *Publicari non debent bona de iure communi pro homicidio.*
6 *Confiscatio bonorum non fit aliquo casu, excepto crimini lesæ maiestatis.*
7 *Penæ sunt odiosæ & ideo restringendæ.*
8 *In statuto confiscationis debet exprimi nominatim, illud quod statutum vult confiscari. nu. 10. & 11.*
12 *Testator si in una parte testamenti expressit de filijs masculis, intelligitur repetita in alia parte testamenti in qua dicitur de filijs simpliciter.*
14 *Exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis.*
15 *Aditio hæreditatis est facti, an præsumatur. num. 21.*
16 *Facta non præsumuntur, sed probari debent.*
17 *Probandi onus incumbit ei qui dicit.*
18 *Hæreditas antequam adeatur non repræsentat personam hæredis sed defuncti.*
19 *Confiscari non debent bona hæreditatis delatę bannito qui non adiuit eam.*
20 *Publicatio bonorum non porrigitur ad futura.*
22 *Solẽnitas actus faciliter præsumitur vbi constat de substantia actus.*
23 *Præsumptio locum habere non potest ubi ueritas non potest habere locum.*
24 *Societatis diuisio de iure communi prohibita est minoribus, nisi ex causa.*
25 *Testatoris præceptum, quod in uita alicuius diuisio societatis fieri non possit, an ualeat.*
26 *Testator potest rebus suis legem imponere*
27 *Bona per testatorem alienari prohibita, confiscari non possunt.*
28 *Fiscus loco extranei hæredis habetur.*
29 *Feudalia bona in fiscum non transferuntur de iure communi.*
30 *Emphyteutica bona ecclesiæ nõ trãseunt in fiscũ facta publicatione bonorũ.*
31 *Et idem in emphyteusi priuati si sit talis quæ non transeat in extraneos hæredes.*
32 *Dictio nihil, est vniuersalis negatiua.*
33 *Societas bonorum non inducitur per illa uerba, quòd debeant communiter uiuere. nu. 34.*
35 *Et quæ requirantur ad hoc ut societas omnium bonorum contrahatur.*
36 *Frater qui alimentauit totam familiam de suis lucris, an uideatur intuitu pietatis hoc fecisse.*
37 *Expensæ a filio factæ pro patre animo repetendi possunt ab eo repeti.*
38 *Emptio facta a fratre nomine communi fratrum, illis ratificantibus pro rata illis acquisitum uidetur dominium.*



IN causa in qua molestatur magnificus ille & generosus dñs Antonius Constabilis occasione confiscationis factæ bonorum dñi Pauli eius nepotis. Visis his quæ a peritissimo procuratore causæ, & a præclarissimis doctoribus Ferrariensibus accurate scripta sunt, & diligenter consideratis oĩbus & circũspectis pro maximo fundamento eorũ quæ inferius dicẽda occurrũt, in primis
1 videdũ est, † An in confiscatione bonorũ dñi Pauli de qua agitur, includantur iura & actiones quæ ipsi dño Paulo vñr competere, & hoc totũ cõsistit in interpretatione statuti Ferrariẽsis de pœna homicidij, in quo statutũ considerat principaliter duos casus. Primus est, ꝙ si quis aliquẽ occiderit si captus fuerit dẽt ad mortẽ ꝯdẽnari, & oĩa ei⁹ bona mobilia, & immobilia, & iura, & actiones dẽnt publicari, quarũ medietas sit cõis, altera pueniat ad hæredes defuncti. Secũdus casus est, si captus nõ fuerit, dicit statutũ ꝙ banniatur perpetuo de ciuitate Ferrariæ, & ipsius bona publicentur, & distribuantur modo superius annotato. Vnde aduertẽdum est ꝙ in secũdo casu, qñ captus non fuit, prout in casu isto contingit, statutũ simpliciter imponit pœnã, ꝙ omnia bona ipsi
a us publicentur. & de iuribus & actionibus nihil[a] dicit. Est ergo videdũ an isto scđo casu veniant iura, & actiões, de quibus statutũ nihil dicit. Et primo motu videbatur dicẽdũ ꝙ sic: quia appel-
2 latione † bonorum absolutè prout statutum loquitur, veniunt iura & actiones, vt Bart. concludit in l. Quintus. de auro & argen. le. & hoc in confiscatione bonorum tradit Cardina. in consi. 83. Secundum puram. in fin. alleg. l. si mandauero. §. is cuius. ff. manda. & idem Imo. in consi. 35. In casu præmisso. & hoc confirmari videtur ex eo quod supra in primo casu expresse dicitur de iuribus, & actionibus, quæ dẽnt publicari, ergo pariter in secũdo ca-
3 su idem dicendum videtur, quia † vna pars statuti debet secundum aliam intelligi & declarari. l. qui filiabus. in prin. de leg. 1. & late alias consului ꝙ quando in testamento in vna parte est facta mentio de filij masculis, quod ẽt in alia parte, si dictum sit de filijs simpliciter intelligitur de masculis. vt in consi. 15. facit text. in l. si seruus plu riũ. §. fi. de leg. 1. Et hoc idem corroborari potest. quia statutum in secundo casu refert se ad primum casum, vt colligitur ibi modo superius annotato, ergo videtur ꝙ dictum est supra in primo casu de iuribus, & actionibus, etiam in secundo casu repetitum intelligatur. facit quod not. Bar. in l. 1. §. hoc edicto. in fi. ff. de postulan. Et domini doc. qui scripserunt videntur habuisse hoc pro constanti. Sed tamen prædictis non obstantibus vlterius cogitanti, ꝯrium de iure esse arbitror, videlicet ꝙ iura & actiones in isto secundo casu non debeant publicari nec confiscari. & pro fundamento præmittendum est ꝙ statutum de quo agitur, debet stricte interpretari, & hoc triplici ratione. Prima qa statuta sunt stricti iuris. vt not. Bart. in l. constitutio. ff. ad muni. & in l. omnes populi. de iustitia & iur. char. pen. versi 4. quæro. Et ideo à
4 verbis † statuti non est recedendũ, vt no. in l. quod constitutum. ff. de test. mil. Secunda, quia hoc statutum est ꝯ ius cõmune: quia
5 de iure communi pro homicidio non debent † bona publicari. authẽ. bona damnatorum. C. de bonis damna & dicit Alb. in ter-
6 tia parte sta. in 18. q. in fin. ꝙ † bona non publicantur aliquo casu excepto crimine læsæ maiestatis, nisi hoc fiat à consuetudine vel statuto, & qđ totus mundus ita obseruat. refert Bartholomæus Veronensis in consi. 17. Visa inquisitione. in fi. non fit ergo publicatio bonorum nisi in statuto dicatur: & ideo cum tale statutum sit ꝯ ius commune debet stricte intelligi. Tertia ratio accedit: qa
7 tractatur de † pœna quæ odiosa est, & stricta interp̃tatio fieri debet in reg. in pœnis. de reg. iur. in 6. & a fortiori his tribus concurrentibus omnino stricta interpretatio fieri debet, & hoc in statuto confiscationis bonorum, no. Ant. de But. in consil. 62 Stricte non reputo. in prin. & Ioan. de Ana. in consil. 59. Visa inquisitione. Et stante hoc præsupposito in casu isto: considerandum est ꝙ statutum in secundo casu de quo agitur, nihil dicit de iuribus, & actionibus, ꝙ debeant confiscari. Ergo statutum de iuribus &
8 actionibus non intelligitur: quia † in statuto confiscationis nominatim exprimi debet illud, quod statutum velit confiscari: vt Bal. dicit in l. 2. in fi. C. qui te. face. pos. & in banno quod alicui datum sit ex forma statuti: vt in casu isto contingit, & non veniunt bona ẽt si quis damnatus sit de crimine capitali. & tale bannum est valde stricti iuris. & quicquid expresse non reperitur insertũ in banno & condemnatione, intelligitur omnino omissum, ita Bal. scribit in l. 1. versi. apparet igitur ex prædictis. C. de hære. instituen. & idem tradit Bal. in l. Gallus. §. & quid si tantum de libe. & posth. cum sim. vt Alex. prosequitur in d. l. 2. C. qui testa. face. possunt. & certe ista pars negatiua satis fundata vr̃. l. si seruum. §. non dixit prætor. ff. de acqui. hæred. & quia si statutum hoc voluisset, expressisset. arg. l. 1. §. sinautem ad deficientis. C. de cad. tol. Tota vis consistit in respondendo ad allegata s̃. in contrarium, quibus remotis veritas huius conclusionis manifesta apparebit.
9 Non ob. ergo primo, quod in contrarium allegatur, ꝙ † appellatione omnium bonorum veniunt iura & actiones: quia respondetur illud verum esse & procedere qñ esset facta mentio bonorum simpliciter, secus videtur in isto casu ex præsumpta mente statuti: quia vbi voluit ꝙ iura & actiones comprehendãtur hoc expressit, ut patet in primo casu, ergo vbi hoc non exprimit non vr̃ voluisse qđ comprehendatur d. l. 1. § sinautem ad deficientis. & in c. ad audientiã. de decimis. & hoc modo arguit Pet. de Anc. in consi. 119. Pro clariori decisi. in fi. & Io. de Ana. in consi. 22. Ad probandum. in fi. & Soci. in consi. 227. Præsens consultatio. & tale argumẽtum videtur omnino procedere in materia odiosa de qua agitur, vt infra dicam. & prædicta interpretatio suadetur: quia in primo casu quando captus sit, videtur loqui statutum quando commissum fuit homicidium, & vere probatum sit. In secundo casu loquitur statutum, qñ propter contumaciam bannitus sit, & condemnatus, quo casu ex quo vere non constat de homicidio, cõsonat quod minor pœna imponatur, arg. tex. in c. non afferamus stateras. 24. q. 1. in c. felicis. §. illud. de pœnis. in 6. in §. quia nõ. in auth. ut fra. filij. no. Bar. in l. leuia. in prin. ff. de accusa. facit text. in ca. quæsiuit. de his quæ fi. a maio. parte capitu. Non ob. successiue quod cum supra expressum sit in primo casu de iuribus & actionibus, videtur ꝙ etiam in secundo casu repetitum
10 intelligatur: quia argumentũ retorqueri potest: quia vbi † statutum voluit iura, & actiones comprehendi, hoc expressit. Secus ergo videtur in secundo casu in quo de iuribus & actionibus expressum non fuit, per s̃. dicta: & hoc modo arguunt Petrus de Ancha. Ioannes de Anan. & Soci. in locis supra allegatis. & ad hoc

ADDITIO.

a ¶ Nihil.) Sed certe satis includuntur, quicquid dicat hic Dec. qui non obstante suo multiloquio male consuluit.

hoc facit quod Rapha. Cum. consuluit, prout refert And. Sic. in l. cum acutissimi. C. de fideic. de patre qui institutis duobus filiis in persona vnius substituit sub conditione, si decederet sine filiis, & in altero fecit substitutionem simpliciter. consuluit Cuma. ꝙ in persona filii cui facta fuit substitutio simpliciter non intelligi tur illa conditio liberorum, quia non fuit expressa: quia vbi hoc voluit, expressit: ergo non videtur hoc uoluisse, ubi nõ expressit. & hoc dictum sequitur. Soc. in consi. 2. inter consilia Franc. Curtii, incip. Eleganter & subtiliter. & ita in proposito videtur dicen
11 dum, ubi uoluit † comprehendere iura & actiones, hoc expressit: ergo ubi non expressit, statutum non uidetur voluisse: & hoc uidetur procedere in materia ista exorbitanti, & odiosa, ac pœnali de qua agitur, secus esset in materia fauorabili. & ex hoc vr̃ ꝓcedere
12 dere quod dixi in consi. 15. vt illa † qualitas de filiis masculis expressa
a sa in una parte testamenti, repetita[a] intelligatur in alia parte testamenti in qua dr̃ de filiis simpliciter: quia erat materia fauorabilis ꝓ agnatione conseruandam, & illa ratio militabat generaliter, secus vr̃ in isto casu in quo vt s. dixi ar. debet retorqueri.
13 quia materia est odiosa. Vltimò non † obstat ꝙ statutũ in secũdo casu uidetur ad primum referri, ibi modo superius annotato: quia respondetur, ꝙ illa relatio est limitata, & restricta respectu distributionis ut colligit ibi, distribuantur modo superius annotato, & cũ specialiter sit relatio quo ad distributionem, vr̃ ꝙ in aliis relatio fieri non debet. argu. l. cum prætor. ff. de iud. l. maritus. C de
14 procuratoribus. & facit quod dr̃ de † exceptione quæ firmat regulã in casibus non exceptuatis. § non autẽ. ubi gl. in auth. de non alienan. l. tribus. §. fi. ff. de testa. mil. & no. Bar. in l. quæsitum. §. denique. ff. de fundo instru. cum si. vt dixi in l. 1. ff. de reg. iu. & sic remotis suprà in contrarium allegatis remanet firmata conclusio ꝙ pœna publicationis omnium bonorum, de qua statutũ in secũdo casu loquitur simpliciter non comprehẽdit iura & actiones, de quibus in primo casu a statuto exp̃ssè disponit. & hoc maximi põderis est in casu isto: quia bona do. Pauli quæ publicari debent, pro maiori pate in iuribus & actionibus vr̃ consistere. Nã hæreditati do. Raynaldi aui paterni, quæ illi vel fratri pro quarta parte delata fuit, se non immiscuit, & absque immixtione illa nõ fuit quæsita in effectu: quia licet esset suus heres auo, ꝓpter beneficiũ abstinẽdi de suis heredibus iudicatur idẽ, qđ de extraneis, vt est tex. in l. nam nec emancipatus. de le. 1. & no. in l. necessariis. ff. de acq. hære. Nõ ob. ꝙ videtur hæreditas transmissa, ut not. in l. apud hostes. C. de suis & legi. quia ex quo in isto casu nõ ueniũt iura (ut suprà dixi) non est curandũ de iure trãsmissionis, & quia fit transmissio hæreditatis acquirendæ, non vt acquisitæ. l. si quis filium §. 1. ff. de acq. hær. & cum sit ius quærendũ non applicatur fisco, ut statim dicam. Similiter hæreditatem domini Camilli patrui dicto Paulo & fratri pro tertia parte delatam, non adiuit. Eodem modo ab eodem Paulo non fuit adita hæreditas domini Beltrandi qui dictum Paulum & fratres pro dimidia hæredes instituit, postremò dictus Paulus hæreditatem dñi Alberti eius fratris illi ab intestato delatam non adiuit, ista enim negatiua ꝙ in prædictis casibus hæreditatem non adiuerit, vr̃ fundata intentio dñi Antonij bona possidentis, quia agentibus pro fisco ad confiscationem bonorum dñi Pauli incumbit onus probandi, qđ sint bona domini Pauli de quibus statutum loquitur: & non sufficit probare, ꝙ hæreditates prædictæ essent delatæ do. Paulo, nisi probetur dom. Paulũ illas adiuisse, mediante qua aditione dominiũ
15 acquiritur hered. l. cum hæredes. in prin. ff. de acq. pos. † aditio. n.
16 hæreditatis est facti. l. pro hære. in prin. ff. de acquiren. hered. & † facta non præsumũtur sed probari debent. l. in bello § factę. ff de capti. ca. cum in iure. de offi. deleg. & per prædicta iura ita arguit Abb. in consi. 36. Circa primũ li. 2. & no. Bald. in rub. C. de fide in-
17 stru. & facit cõmunis regula ꝙ actori & ei qui dicit † onus probãdi incũbit. in l. 1. in l. actor. C. de proba. in l. ei qui. ff. de probatio. & qui dicit aliquem esse hæredẽ debet hoc probare, ut per Spec. in titu. de actio. in principio in versi. itẽ qui dicit hæredẽ. & not. Card. in consi. 72 Singulatim ad singula. in 5. dub. Et in casu isto constare uidetur aditionem hæreditatis factam non fuisse: quia etiam si hoc voluisset domi. Paulus, adire nõ potuisset, & est clarum si esset pupillus, in l. pupillus. de acqui. hær. & in §. neque, institu. de autho. tu. & idem etiam posteaquam fuit maior: quia nõ potuit se obligare statuto prohibente, & pariter non potuit hæreditatem adire, ut not. Bart. in l. more. ff. de acqui. hære. cum si. vt tradit Ale. in l. mutum. eod. tit. & dixi in ca. qua fronte. de appel. Et cum aditio facta non fuerit, ut ex prędictis constare videtur, infertur, quòd in bonis existentibus in s. dictis hæreditatibus dom. Paulo prędicto nullum acquisitum fuit dominium, sed solum ius adeundi in prædictis hæreditatibus videtur domino Paulo competere, & istud ius adeundi, in fiscum nõ transfertur, quia ex mente statuti colligitur quòd in secundo casu noluit statutũ quòd iura, & actiones in fiscum transferantur, ut s. declaratum latè fuit. Et ista cõclusio etiam de iure communi probari potest, quia in isto iure adeundi agitur de iure quærendo, non autem de iure quæsito, ut not. Bar. in l. is potest. ver. & per hoc dico. ff. de acqui. hæred. Ale. in l. pretia rerum. ff. ad leg. Falcid. in pe. no. & ideo tale ius adeundi non dicitur esse in bonis. d. l. pretia rerum. & ad
18 hoc facit quia † hæreditas antequam adeatur, repręsentat personam defuncti, & non hæredis: vt dicit tex. in l. hæreditas ff de acquiren. re. domin. & in l. hæred. in multis. ff. eo tit. not. Bart in l. quã & Seruius. §. qui negotia. per illum text. ff. de neg. gest. & in rub. ff de acquiren. hære. Ergo ante aditam hæreditatem non dicuntur bona heredis, ergo talia bona non possunt confiscari: quia statutum de quo agitur dicit ipsius bona publicentur: verba enim ista significant dominium secundum naturam genitiui. l. 2. in princip. ff. de religio. not. Bart. & doct. in rub. ff. de noui. ope. nũ. cum similibus, quæ not. sunt & hoc saltem uidetur procedere in statuto odioso de quo agitur & non potest dici ꝙ dictus Paulus habeat dominium bonorum quę sunt in hæreditatibus supra dictis quas non adiuit, ideo talia bona nullo modo publicari possunt Et hoc idem cõfirmatur, quia in iure adeundi agitur de iure quærẽdo, ut supra dictum est, secundum Bar. in d. l. is potest, ergo tale ius quærendum non potest confiscari, ut not. voluit dom. Nellus in tractatu suo bannitorum. in prima parte secundi temporis in 30. quæstione. incip. trigesimò quæro. ubi in terminis re
19 fert & concludit determinatum fuisse ꝙ † bona hæreditates delatæ bãnito, qui hæreditatem non adiuit, non ueniunt confiscãda. & pluribus rationibus ipse hoc probat quas gratia breuitatis nõ
20 refero. & ad hoc facit, quia † publicatio bonorum non porrigitur ad futura. l. si tibi mandauero. §. is cuius. ff. manda. no. per glo. in l. non ad ea. ff. de conditio. & demonstra. Barto. in l. 1. de bonis damna. cum similibus. vt tradit Alexan. in l. 3. §. illud. ff. quod quisque iuris. & Ro. in consil. 247. Primo dici potest. & Nellus in prima parte secundi temporis. q. 18. & hoc etiam in terminis in confiscatione no. Paul. de Castr. in consi. 56. Super primo. in nouis Et ista conclusio maximè videtur in casu isto procedere. quia verba statuti quæ loquuntur de bonis illius qui commisit homicidium non uidentur, in casu isto adaptari, vt dixi, & quia in casu isto secundum distinctionem statuti solum in primo casu, quando homicida fuit captus, ueniunt iura & actiones, & non in secũdo casu, quando captus non fuit, ut supra late deductum fuit. Et retenta ista conclusione non est opus ulterius insistere: quia agitur de iure quærendo ex quo dictus Paulus hæreditates prędictas
21 nõ adiuit. Nec obstat si dicatur ꝙ imo ex † cursu longi temporis præsumitur, quod solenniter adiuerit. l. si filius. C. de peti hæredi. in l. qui in aliena. in princip ff. de acquiren. hæredi. cum similibus. quia respondetur illud uerum esse si constaret dictum Paulum adiuisse: quia aditio de qua constaret, præsumeretur facta solen-
22 niter: quia † solennitas actus faciliter pręsumitur, ubi constat de substantia actus. Secus vbi non apparet de substantia actus: quia ex diuturnitate temporis illa non præsumitur, ut not. Alexan. tradit in consi 50. In causa & lite. lib. 5. Secundo responderi potest, ꝙ illa præsumptio aditæ hæreditatis uidetur habere locum in eo qui adire potest: quia tunc ex possessione, quam habuit longo tẽpore, præsumitur adiuisse prout potuit, secus est in eo qui nõ potuit, prout in casu isto contingit: quia tunc ista pręsumptio cessat:
23 quia vbi † veritas locum habere non potest. pariter nec præsumptio uidetur habere locum. l. qui ad certum. ff. loca. Tertio, illa præsumptio non habet locum ubi agitur de præiudicio tertii: quia tunc cursus 30. anno. requiritur. c. peruenit. de empt. & vendi. & text. in d. l. si filius, procedit, ubi agitur de modico præiudicio, ut not. Barto. in quæstione incip. Mulier habens magnum patrimonium. in fi. Alex. in d l. qui in aliena. in prin. in l. sciendum, de verbo obliga. cum similibus. & hic in ista confiscatione agitur de graui præiudicio domini Antonij, & ideo illa præsumptio non attenditur. Sed dato ꝙ dominus Paulus hæreditatem aui, patruorum, & fratris adiuisset, quod omnino negatur per supra dicta: tamen hoc posito, ita ꝙ bona ad ipsum pleno iure spectarent, ex abundãti videndum est, an talia bona deberent confiscari, attentis & cõsideratis dispositionibus testamentorum dicti aui & patruorum. Et primo, discutiendo de intellectu uerborum, quæ leguntur in testamenro aui paterni, vbi dictum Paulum & Albertum eius nepotes in quarta parte instituit, & vlterius disposuit ꝙ dicti Paulus & Albertus communiter cum omnibus, & singulis bonis, & rebus eorum utant, & habitent cum pręfatis do. Antonio, & do. Beltrando ac Camillo, & nullo vnquam tempore ad diuisionem bonorum suorum, & testatoris quoquo modo perueniãt, & seu diuisionem petere non possint durante uita domini Antonij domini Beltrandi & domini Camilli, nisi quatenus aliter uoluerit præfatus dominus Antonius, & post eius mortem dominus Beltrandus, & in defectum eorum dominus Camillus cum intentionis suæ sit: & ita vult, iubet & mandat omnia, & singula bona pręfatorum Pauli & Alberti esse cõia ad eorum bene placitũ modo & forma

ADDITIO.

a ¶ Repetita.) Sed Dec. in d. consi. 15. male consuluit ut ibi dixi.

& forma ſupra ſcriptis.& ſimiliter eadem ad bene placitum eorũ
ut ſupra gubernari & adminiſtrari per præfatos dominos Anto
nium & dominum Beltrandum, & ipſis non valentibus per do-
minũ Camillum. ubi aliquo caſu vel cauſa fuerint impediti &c.
Ad declarationem prædictorum verborum videndum eſt de
duobus.Primo an valeat diſpoſitio teſtatoris dum prohibet di-
uiſionem fieri durante uita do. Antonij,do.Beltrandi & Camilli
patruorum.Secundo,quid importet diſpoſitio teſtatoris ꝙ dicti
Paulus & Albertus communiter viuant cum patruis. Circa pri-
mum eſt caſus.in l.in hoc iudicium. §. ſi conueniat. ff. communi
diui.vbi text.conſiderat duos caſus. Primus, quando diuiſio per-
a petua[a] ſit & non valet,aut ad certum tempus,& ualet Sed rema-
net tertius caſus,ꝙ ſit facta prohibitio ad vitam alicuius,prout in
caſu iſto ꝯtingit: quia præciſe eſt prohibita diuiſio durante vita
domini Antonii,Beltrandi & Camilli patruorum. Et cum iſti eſ-
ſent pupili & minores,concurrit duplex prohitio,teſtatoris,& le
24 gis,quia† de iure communi minoribus eſt prohibita diuiſio, niſi
ex cauſa.l.ſi pupillorum.ff.de rebus eorum.in princip.no.Bart.in
l.inter pupillos.ff.de admi.tuto.in l.iubemus.la.1.C.de ſacroſan.
eccle.cum ſimili.ut tradit Roma. in conſil.106. Viſo themate. &
Alexan.in conſi.7.In conſultatione præmiſſa.in fin. lib. 5. Et iſta
prohibitio(ut dixi) fortior videtur:quia concurrit diſpoſitio le-
gis,& præceptum teſtatoris,ut in terminis Aret. ſcribit in conſil.
22.Diligẽter & mature conſideratis.placet tamen,& ita conclu-
dendum uidetur † quòd etiam in iſto tertio caſu valet præcep-
25 tum teſtatoris,ꝙ in uita alicuius diuiſio fieri nõ poſſit, ita tenet
Floria.in d.§.ſi conuenerit.in fin.& ad hoc facit quòd not. Alex.
in conſ.113.Circa primum dubium libr.3.cum ſimi.ut dixi conſ.
275.In inſtrumento de quo agitur. Et pro confirmatione huius
concluſionis cõſiderandum eſt, quòd aut tale præceptum fuit fa-
ctum maioribus,& illi non obſtante prohibitione teſtatoris poſ-
ſunt diuidere:quia uidetur præceptum factum in ipſorum fauo-
rem cui poſſunt renunciare,ut not.Oldra. in conſil. 241. factum
tale eſt.aut tale præceptum factum fuit minoribus prout in caſu
iſto contingit, & iſti renuntiare non poſſunt, ut expreſſe dicit
Bartol.in l.filiusfamilias.§.diui. de lega. 1. verſicu. extra gloſſ. Ex
quo ſequitur quòd iſta prohibitio erat temporalis durante mi-
nori ætate,quia ſi maiores efficiantur,poterunt renunciare,ſecũ
dum Old.in d.conſi. 241. Et ideo indubitanter concludẽdum eſt
quòd ualida ſit prohibitio diuiſionis facta dictis nepotibus mi-
noribus,& ab ipſis minoribus obſeruari debet præciſe prout à te-
ſtatore diſponitur. Venio ad ſecundum de effectu & efficacia di-
ctorum verborum,& prima facie videretur dicendum, quòd ta
lia verba importarent fideicommiſſum,dum teſtator iniungit ne
potibus ſuis,quòd eorum bona ſint communia per tex.in l.fina.
§.Lucius.ff.ad Treb.in ſimili caſu Soci.ſcribit in conſil.4. Quan-
tum ad primum lib.ult.Sed certe in caſu iſto hoc non videtur ve
rum:quia intentio teſtatoris non fuit grauare nepotes, ſed illi ꝓ-
uidere uoluit, hoc patet dum in princi.in diſpoſitione principali
diſpoſuit,quòd dicti eius nepotes cum omnibus ſuis bonis com
muniter uiuant & ſimul habitent cum patruis eorum, & quòd
non poſſint petere diuiſionem durãte uita domini Antonii &c.
Iſta enim verba ſolum important, quòd debeant communiter,
& ſimul viuere,& fructus communicare, & nullum fideicommiſ-
ſum ex hoc inducitur,ut not.Bartol.in l.Quintus,in princi de an-
nu.lega.ubi hoc late declarat,& idem Bart.in conſil. 168. Quidã
habens bona communiter.& ſequitur Alexan.in conſi.113.ſupra
alleg.lib.3.nec per illa verba,quod communiter viuant, induci-
tur inter eos ſocietas.ut nota. Alexan.in conſil.73.Capio primũ.
libro 4.Et quòd per dicta uerba nõ inducatur fideicommiſſum,
facit:quia ſi teſtator voluiſſet quòd nepotes deberent communi
caře eorum bona patruis,pariter ratione correlationis patrui de-
berent communicare eorum bona nepotibus: ut Socin.tradit in
conſi.73. Difficultatem faciebat.in princip.lib. 2.& iſta non uide
tur intentio teſtatoris,qui voluit ſolum quòd communiter uiue
rent.Non obſtant iura ſupra alleg.in contrarium: quia habent lo
cum quando uerbum communiter reſpiceret res ita quòd res de
beant communicari,ſecus ſi ad perſonas referatur,prout eſt quã
do dicitur quòd debeant communiter viuere,ut Bart.diſtinguit
in d.l.Quintus.& in dicto conſ.168.Non obſtat quòd inferius te
ſtator dicat quòd bona ſuorum nepotum eſſent communia ad
beneplacitum eorum,ſcilicet patruorum; quia ad hoc reſponde
tur, & conſiderandum eſt quòd illa verba inferius prolata ſunt
ad confirmationem & pro executione diſpoſitionis præcedẽtis:
ideo non debent alterare ea quæ prius dicta ſunt iuxta tex. nota.
in clementi.1 in fin.de præben. vnde talia uerba intelligi debent
quòd ſint communia reſpectu uictus & prohibitæ diuiſionis ſe-
cundum ſuperius dicta Et hoc confirmatur: quia refert ſe ad ſu-
prà dicta:ibi,modo & forma ſuprà dictis, & ſic videtur referre
ad vitã eorũ ꝙ ſimul uiuant:in hoc tamẽ nõ videtur magna vis:
an bona dictorũ nepotũ debeãt cõmunicari necne. Nobis enim
ſufficit vt ſupra dixi,quod præceptum teſtatoris valet, quòd cõ-
muniter viuant, & quòd non poſſint diuidere, & præciſe debet
obſeruari, prout loquitur, videlicet quòd vllo vnquam tempo-
re quoquo modo non perueniant ad diuiſionem, illa enim ver-
ba, quoquo modo, præciſe intelliguntur, ut not. per gloſſ in ca-
pitu ad noſtram.de proba.facit text. in l.1 ff de teſtamen.milita.
in l.2.ff.de pactis.dota.cum ſimilib. vt dixi in d.capit.ad noſtram.
Et ſimiliter illa verba,vllo vnquam tempore,præciſe negant, vt
in regula poſſeſſor.de regul.iur.in 6.Iſta enim uoluntas teſtatoris
pro lege habetur.§.diſponat.in authen.de nupt.& notat Barto.in
26 l.1. C. de pac.& in l.1. C. de vſufru. Et ad hoc facit: † quia teſta-
tor potuit rebus ſuis legem imponere. argument. l. legem. C.de
pact.& not.in capitu.uerum, de condi.appo.& facit tex.in l.1.C.
de ſacroſanct. eccl. Et licet iſta diſpoſitio teſtatoris reſpiciat fa-
uorem nepotum,illi tamen nepotes renuntiare non poſſunt cum
ſint minores, ut not. Barto.in l.filiusfamilias.§. diui.de leg.1.ver-
ſicu.extra gloſſ. & not. Aret.in conſilio 22. Diligenter & matu-
re. Et cum dominus Paulus diuiſionem facere non potuiſſet, nõ
potuit etiam aliquem actum facere per quem diuiſio ſequatur:
iuxta glo in l.ſi ita quis.§.ea lege. ff.de uerbo. obliga. facit text.in
l.codicillis.§.penult. de lega.2. & hoc modo arguit Bald.in l.hac
edictali.in princip.C.de ſecun.nupt.poſt alios quos ibi refert. fa-
cit text.in l.quoties.la 1.in princip. C. de fideicommiſ. vbi Bald.
& ideo delinquendo non potuit dominus Paulus facere quòd
diuiſio ſequatur contra uoluntatem & diſpoſitionem teſtatoris,
& hoc in ſimili caſu late Alexan. ſcribit in conſil. 22.Opportunè
27 conſideratis.lib.1.vbi pluribus medijs probat quòd bona † pro-
b hibita alienari per teſtatorem non poſſunt confiſcari, [b] ſecun-
dum deciſionem Barto.in l.imperator. ff.de fideicommi.libe Et
præcipue probatur iſta concluſio: quia cum bona non poſſint
ex diſpoſitione teſtatoris tranſire in extraneos hæredes, nec etiã
28 in fiſcum tranſire poſſunt: quia † fiſcus loco extranei hæredis
habetur, vt not. Barto.in l.iura libertorum.ff.de iure patrona.&
in l.1.C.de bonis libert.in l.eum qui.in princip.ff.de interdi.& re-
lega. & Angel.in l. eorum.ff. ad legem Iul.maieſt. & ſecundum
iſtam regulam arguit Roman in conſil. 63. Viſis. Alexand.in d.
conſilio 23.in verſicu.ſecundo probatur.& Soci.in conſilio 121.
Præmittenda eſt diſputatio.in fin.lib.ult. Et quod dictum eſt de
alienatione prohibita à teſtatore, idem uidetur eſſe in diuiſione
prohibita à teſtatore, quia eadem ratio uidetur in utroque caſu
vt uoluntas teſtatoris ſeruetur, quæ in iſto caſu præciſa uidetur
vnde licet alias pro tempore quo uiuit bannitus deberent bona
eſſe apud fiſcum.l.cum pater.§. hæreditatem. de lega.2. hoc non
habet locum quando contrarium apparet de uoluntate teſtato-
ris, qui voluit bona continuo remanere apud hæredes, ut Alex.
concludit in dicto conſi. 23.in uerſic.3. reſpondeo. Et ita uidetur
in caſu iſto propter illa uerba, quoquo modo, & illa uerba ullo
unquam tempore,durãte uita domini Antonij qui adhuc uiuit.
Nec concluſioni ſupra dictę obſtare uidetur,quòd talis prohibi-
tio non uidetur habere locum reſpectu legitimæ,quę debetur di-
ctis nepotibus in bonis aui ſine aliquo onere: iuxta l.quoniam in
prioribus.C.de inoff.teſtamen. quia reſpondetur, quod cum di-
cta prohibitio facta ſit in fauorem dictorum nepotum, qui erant
minores nõ reputatur oneroſa, & ideo ualet: ut no. Bart.per illũ
tex.in l.filij matrem. C.de inof.teſt. & in l.cum filio. ff.de uulg.&
teri nō nocet, ut dicunt And. de Iser. & doc. in locis s. alleg. Secus
videtur in hæredibus, & successoribus, qui repræsentant defun-
31 ctum: † quia sententia lata ꝯ defunctum nocet hæredibus, & suc-
cessoribus eum repræsentantibus, vt no. per gl. in d. l. & an eandē.
Et ita videtur etiam in substituto, qui venit sicut hæres repræsen-
tando defunctum, & fm istam distinctionem non obstat quod
notat Old. in consi. 94. Eleganter circa negotiū. & Pet. de Anch.
in c. licet, de voto. ubi tenent, ꝙ sententia lata contra regem, prę-
iudicat eius filio primogenito: quia loquitur in primogenito,
quia erat heres patris, & nō poterat primogenitus succedere, nisi
heres patris fuisset, & illud ius primogeniturę vti heredi filio ac-
quiritur, vt Old. & Pet. de Anch. dicunt in locis præalleg. Non sic
videtur in feudo antiquo, quod non est hæreditarium, sed pro-
cedit ex pacto, & prouidentia concedentis, de quo agitur, ut su-
pra dictum est: & in tali feudo non requiritur, ꝙ sit hæres præde-
cessoris ille, qui successiue sit uocatus, ut tradit Bald. in consi. 82.
Proponitur, ꝙ inuestituræ. versi. & si dicatur. lib. 1. in c. 1. in titul.
an agna. vel fil. cum simi. vt infra dicam limitando tex. in d. c. 1. an
agna. vel fil. Et certe nullo modo consonat, ꝙ sententia lata con-
tra Manfredū debeat præiudicare agnatis non citatis, & ignorā-
32 tibus, † quia licèt pro substantia iudicij, & sententiæ non debeat
citari nisi ille, contra quem petitio dirigitur, & de cuius præiudi
cio principaliter agitur, ut no. per gl. in l. de vnoquoque. in prin.
ff. de re iudi. tamen ad hoc, ut sententia lata contra vnum alteri
præiudicet, debent citari omnes, de quorum præiudicio agitur,
vt no. Inn. in c fi. de maio. & obed. Bal. in l. ab eo. uersi. extra quæ
ro. C. quomo. & quan. iud. cum similib. ut tradit Alexā. in d. l. de
unoquoque in prin. uersi. item fallit quò ad eum. & in simili no.
Bar. in l. filiusfamilias §. diui de leg. 1. versi. item fortè non præiu-
33 dicaret. † ubi tenet, ꝙ sententia lata contra unum non nocet alte
ri cui debet restitutio fieri ex causa fideicommissi, nisi citatus sit,
ita uidetur pariter in isto casu, quia feudum antiquum, quod a-
gnatis successiuè defertur, æquiparatur fideicommisso, ꝙ inter
illos de familia successiuè restitui debet, ut no. And. de Iser. in c. j.
§. hoc quoque. in prin. de succes. feud. cum similib. supra alleg. in
fundando intentionem agentis. Et ad confirmationem prędicto
34 rum facit, † quia potentius uidetur ius uasalli in ipso feudo, quā
substituti in hæreditate, quia ius uasalli procedit ex cōtractu, in
quo spes conditionalis in hæredem transmittitur, § ex conditio
nali. inst. de verb. obl. non sic est in substituto. l. 1. §. si autem sub
conditione. C. de cad toll. Cùm ergo sententia lata contra Man-
fredum non noceat agnatis non citatis, & ignorantibus, vt suprà
dictum est, fundatam habent intentionem agnati ex regula com
35 muni, quæ dicit; † ꝙ ignorantia præsumitur. l. uerius. ff. de proba.
& in regula, præsumitur. de regu. iur. in 6. Et maximè, quia actrix
erat minor tēpore sententiæ, & appellationis interpositæ, & ideo
à parte aduersa, quæ fundatur in scientia, illa debuit articulari, &
probari, ut not. Bald. in l. quandiu. C. qui admit. Et licet aliqui te-
stes uideantur deponere de scientia, nō probant: quia debuissent
deponere, ꝙ actrix scientiam habuisset tempore latæ sententiæ,
& appellationis interpositæ, ita ꝙ appellationem prosequi po-
tuisset, & nihil releuaret scientia, postea quam sententia in rem
iudicatam transiuit, ideo debuit probari de tempore scientiæ, &
sic non sufficit, ꝙ probata esset scientia simpliciter, sed quali-
tas scientiæ debuit probari, iuxta gloss in c. concertationi. de ap-
pella. in 6 Non obstat, ꝙ inter coniunctos scientia præsumatur,
l. octaui. ff. unde cognat. l. de tutela. C. de in integ. restit. mino. qa
a guinitatis, secus [a] est in alis rebus factis ab homine, ut not. Bal. in
l. quoniam sororem. C. de iure delib. Et quia actrix erat absens à
36 loco iudicij, & sententię; † quo casu etiam inter coniunctos ꝑ
absentiam ignorantia præsumitur, ut not. Bartol. in l. is potest. ff.
de acqui. hæredit. alleg. text. in cap. fin. qui matri. accu. possunt. &
ad

ADDITIO.

a ¶ Secus.) And. Iser. de natura successio. feudi. Phil. Cor. consil. 147. lib. 2. consi. 268. li. 3. Steph. Bertràn. consi. 15. nu. 39. lib. 1. Fran. Ripà in repe. §. diui fratres. num. 51. in l. qui Romæ. de verbo. oblig.

ad idem tex.in l.plane.vbi Bal.ff.de admini.tuto.in l.Titius.§.Titius.ff.de lib.& posth.vbi Bal.& doct.in l.tres fratres.vbi Ang.ff.de pactis.dixi in consi.64. Tertiò ad illud, quod opponitur de re iudicata, responderi potest, ꝙ sententia transiuit in rem iudicatam ex culpa ipsius Manfredi, qui nō fuit prosecutus appellationem: quo casu lata sententia ꝯ vnum, cui culpa imputari potest, aliis non nocet, ut Alex.concludit in l.sæpe.in 6.char.in versi.nono,& ultimo.de re iudic. vbi alleg.tex.in l.si seruus plurium.§.1.de leg.1.ad idem facit tex. in l.qui repudiantis.§. cum cōtra.ff.de inoffi.testa.& per illum tex.hoc dicit Bal. in l.2.in ver. secundum est necessarium.C.qui. res iud. non nocet.& idem Bald.in l.ingenuum.in 2.lectura.ff.de statu.homi.in versicu.2. requiritur.facit quod no.Pau.de Cast.in consi.228. Ad primum respondetur.Et
37 hoc etiam confirmatur; † quia dum receditur à lite deserendo appellationem, videtur quędam transactio.l.in summa.ff.de cōdi.indebiti.Et in transactione, si facta sit cum vno ex agnatis, nō nocet alijs,vt no. And.de Iser.in c.1.§.si vasallus. de feu.uer.quid
38 autem sit de transactione.Quarto responderi potest,† ꝙ sententia alteri præiudicare potest quando sit condemnatoria, vel declaratoria,secus uidetur in ista sententia, quæ fuit simpliciter absolutoria ut patet in processu char. 105. ex uerbis.n. sententiæ
a plus [a] inferri non debet, quam ex his necessario inferatur,ut no. Bart.in l.Iulianus.ff.de condi.indebi. alleg.l.si iudex.ff.de his,qui sunt sui,uel alie.iur.l.2.C.de ordi.cogni.l.1.C.de ordi.iudi.& hoc modo in sententia arguit Fulg. in consi.140. Præsuppositis duo-
39 bus statutis in 2.dub.in prin.† Ex sententia.n.absolutoria simpliciter nihil inferri videtur, quod alteri possit, vel debeat præiudicare tunc.n.alteri præiudicaret, quando esset declaratoria, ꝙ dominium rei petitæ ad reum spectaret,ut not.Bald.in l.2.versi.tertium est necessarium.C.quibus res iud.non nocet.& idem Bal.in l.ingenuum,ff.de statu.homi.ubi in prima, & in secunda lectura
40 concludit,† ꝙ ad hoc,ut sententia alteri præiudicet, requiritur, ꝙ declaratoria sit,& ꝙ uerbis affirmatiuis proferatur: secus si negatiuis prolata sit,per l.diui fratres.ff.de libe.causa. & idem in effectu Abb.dicit in ca.pen.uersi.sextus casus. de re iudi.dum con-
41 cludit,† ꝙ si sentētia declarat affirmatiue aliquem esse ingenuū, facit ius quo ad omnes.d.l.ingenuum.secus dicit, si sententia negatiua sit.d.l.diui fratres. Et uidetur in absolutoria prolata simpliciter, prout fuit in isto casu, quia uidetur, ꝙ negatiue resoluatur,& per consequens, ꝙ ex ea alteri præiudicium non inferatur. Non obstat, ꝙ absolutoria pariat exceptionem rei iudicatæ, ut no.in l.si mater.§.eandem.de excep. rei iudi. quia verum est contra illū ꝯ quem lata fuit sentētia,sed non ꝯ tertium, nisi sit declaratoria, per supra d.Quinto respondetur, ꝙ sententia lata contra Manfredum fuit iniqua,quia ad ipsum baronia spectabat,& pertinebat per supra dicta; quo casu sententia iniqua lata ꝯ vnum alteri non nocet,ut not.Bald.in l.1.C.ad leg.Corne.de fal.& licet Alex.uideatur hoc dictum Bal. reprobare in d.l.sæpe. sed defenditur,ut dixi in l.2. C.de eden.& cū dicto Bal. uidetur concorda-
42 re Paul. de Castr.in consil.228. Ad primum respondetur. † ubi in sententia absolutoria, quæ fuit iniusta, concludit, ꝙ non præiudicet alteri, & quòd nō egrediatur personam eius, contra quē lata est, per l.quod non ratione.& l. quod uero contra.ff.de legi.
43 Sexto, & vltimo respondetur, & considerandum est, † quòd in exceptione rei iudicatæ, quę opponitur, tria requiruntur.Primò, quòd idem petatur. Secundo, quòd eadem sit cōditio personarum.Tertio,quod sit eadem causa petendi.l.cum quæritur.cum duabus legibus sequentibus. ff. de except.rei iudi. & not.Abb.in consi.50.Circa quæstionem sequentem.lib.1. & dixi in consi.96. Viso puncto. Sed hic non uidetur eadem conditio personarum, nec eadem causa petendi, ergo non uidetur obstare exceptio rei iudicatæ,quia illa tria copulatiue requiruntur,d.l.cum quæritur. quod non sit eadem cōditio personarum patet,quia lata fuit sententia cōtra Manfredum, qui causam agitauit,& nunc agitur per dominam Beladamam, quæ uenit iure proprio ex persona eius, & non prætendit ius ex persona dicti Manfredi,cum non sit feudum hæreditarium,sed perueniat ex pacto, & prouidentia concedentis,ut supra dictum est.Similiter, ꝙ non agatur ex eadem causa,probatur; quia in iudicio intentato per Manfredum agebatur ex successione dominæ Bartholomeæ auiæ dicti Manfredi, vt colligitur ex libello inserto in processu char.353.& in d.iudicio erat Manfredus de descendentibus dictæ Bartholomeę,nunc vero in præsenti iudicio agitur ex persona dominę Belingherię amitæ dicti Manfredi, ad quam baronia legitime peruenit, & illam longissimo tempore pacifice tenuit, & possedit,& causa agitur inter transuersales: vnde data diuersitate causę exceptio rei iudicatę obstare non uidetur, ut supra dixi. Et latius hoc tradunt excellentissimi doctores, qui in fauorem agentis scribunt, & attentis omnibus supra dictis negari non potest, quia
44 causa sit dubia. † Et in dubio debet pronuntiari, quod non obstet exceptio rei iudicatæ, quia hoc est minus pręiudiciale par-
45 tibus; iuxta regulam,quæ habetur in l.1.ff.si quis cau. † vbi Pau. de Cast.in simili per illum tex.dicit in dubio pronuntiandum esse appellationem non esse desertam: ista tñ omnia dicta sunt ex abundanti stante prima responsione, ꝙ sententia fuerit nulla; quia non potuit dictus Manfredus istud feudum antiquum alienare, nec in iudicium deducere in præiudiciū eorum, qui erant successuri secundum formam inuestituræ, vt supra dictum est. Tertio principaliter in ꝯrium allegatur exceptio præscriptionis decursę contra dictū Manfredum, quæ videtur obstare dominæ Beladamæ venienti ex persona dom. Manfredi.Sed breuiter respondetur, ꝙ in feudo antiquo, qđ procedit ex pacto,& prouidentia cōcedentis,de quo agitur,vt supra dictum est,in tali feudo præscriptio decursa cōtra vnum agnatū alijs agnatis successiue venien-
46 tibus non nocet: † adeo ꝙ præscriptio contra patrem non nocet filio,vt no.And.de Iser.in c.1.§.quid ergo.versi.quod in feudo antiquo.de inuesti.de re alien. fac. & idem concludit Iacob.
47 Alua.in c.1.§.hoc quoq;.de succes.feu. † vbi inquit, ꝙ si vasallus non potest alienare in præiudicium aliorum agnatorum,qui successiue debent succedere, pariter si patitur, ꝙ contra eum currat præscriptio, illa præscriptio non nocet alijs successiue venientibus,quia præscriptio videtur alienatio.l. alienationis verbum.ff. de verb.signi.Et ideo dicit, ꝙ non obstante præscriptione datur vtilis rei vendicatio agnatis successiue venientibus. argu.l.2.& 3. C.de dona.quæ sub modo. Et hoc etiam confirmatur, quia inter ipsos agnatos feudum videtur subiectum restitutioni: vnde dicendum est, sicut dicitur de rebus subiectis restitutioni per fideicommissum.l.fi.§.sed quia.C.commu.de lega.& istam æquiparationem facit Iaco.de Alua.in d.cap.1.§.hoc quoq;. post And.de Iser.ibi in princip.cum simi.supra allegatis in fundando intentionem agentis.& ex dicta æquiparatione infertur, ꝙ in isto casu nō obstat præscriptio, quia in rebus restitutioni subiectis eueniente casu restitutionis non obstante præscriptione res vendicari potest.d.l.fin.§.sin autem auaritiæ cupidus. C.commu.de leg. Et hoc
48 idem comprobatur,† quia non valenti agere non currit præscriptio.l.fi.in fi.C.de anna.excep.l.1.in fi. C.de bo.mater.cum ergo vasallus,qui successiue venturus est ad feudum,agere non possit viuente illo, qui de præsenti habet feudum, ꝯ illum præscriptio currere non potuit. & hoc videtur de plano procedere de iure communi.Sed obstare videtur constitutio regni, quæ incipit, cōtinua.quæ videtur præcise præscriptionem inducere illa ratione expressa, ne rerum dominia sint in incerto: iuxta l.1.ff.de vsuca.& ratio illa expressa videtur generaliter procedere, dato, ꝙ quis agere non possit: & quia illa noua constitutio debet intelligi, vt aliquid operetur, arg.l.si quando.in prin.de leg.1.in c.si Papa.de priuileg.in 6. Ad hoc etiam respondetur, ꝙ illa noua constitutio debet intelligi secundum ius cōe, videlicet data facultate agendi, vt no.in l.si qñ.C.de inoffi.testa.in c.cum dilectus.de consuetu.& ideo licet statutum dicat vniuersaliter, ꝙ omnibus, qui non exegerint à debitoribus suis intra decem annos, currat præscriptio, tale statutum non habet locum in eo, qui agere non potuit: quia illa regula, ꝙ non valenti agere non currat præscriptio, est naturalis, quia vbi non est negligentia, non debet esse pœna, & ideo etiam in statutis habet locum, ita Bald. ad literam scribit in auth. nisi triennale tempus.in princ.C.de bo.mater.& ad hoc etiā facit quod not.Bald.in c.1.§.si quis per triginta. in prin.in ver.quæro, vtrum si statutum.si de feud.fue. contro. inter dom.& agnat.vbi
49 concludit,† ꝙ si statutum abbreuiat præscriptionem 30. annor. prout in casu isto videtur, tale statutum secundum ius cōe intelligitur, quia tempus subrogatum à statuto assumit naturā eius, in cuius locum subrogatur.l.si eum.§. qui iniuriarum.ff. si quis cau. Non obstat, quòd illa cōstitutio regni deuiet à iure cōi, quo casu non videtur, ꝙ debeat intelligi secundum ius cōe, à quo constat, ꝙ voluit recedere, vt no.Bal.in l.maximum vitium.ver. vlterius quæritur.C.de libe.præte.& idem Bal.in c. cum nō liceat.in versi. pone, ꝙ statutum.de præscrip. quia respondetur, ꝙ illud dictum reprobatur per Alex.in l.fi.§. in computatione. C.de iure delibe. vbi plura inducit, quæ non refero gratia breuitatis.Et dato, ꝙ statutum nihil operaretur, hoc potius toleratur, quam qđ indebite quis damnū patiatur, vt no.in d.l.fi.§.in computatione. vbi Bar.
50 in fi.dicit,† ꝙ verba generalia statuti debēt restringi, ne quis indebite damnū patiatur. & Alex.ibi post alios, quos refert, cōcludit, ꝙ debet secundum ius cōe intelligi, ne quis indebite damnū patiatur,dato etiam quòd statutum nihil operaretur, prout esset in casu isto, si præscriptio haberet locum contra illum, qui agere non potest, quia puniretur sine culpa, vt Bald dicit in d.authen. nisi.facit text. in cap.2.de constit.in regula, sine culpa.de reg.iur. Et ex prædictis etiam non habet locum præscriptio l. bene a Zenone.C.de quadrien.prescriptio. & quia illa lex non habet locū nisi realis traditio facta sit, ut not.Bal.in c.1.§.inuestitura.in prin. & in

ADDITIO.

a ¶ Plus.) supra consi.43.nu.4.vbi dixi.

& in casu isto non fuit facta realis traditio, ideo cessat dispositio
a illius legis.[a] Et quia lex procedit, quando princeps possidet tempore, quo alienauit, alias secus, ut notat Bal. in l. 1. C. de commu. re. alien. Bar. in l. fi. in fi. in versic. fallit ratio ne possessionis C. si contra ius, uel vti. pub. Bal. in l. 1. C. de hæred. vel actio. vendi. & ideo cum Rex non possideret tempore, quo alienauit, illa lex non videtur habere locum. Quartò agenti obstare uidetur, quia domina Actrix negat se hæredem Manfredi. ideo videtur, quod ad feudum aspirare non possit per text. in ca. 1. in tit. an agna. uel fili. ubi dicitur, quod filius non succedit patri in feudo, nisi sit hæres patris, licèt secus sit in agnato. & quod dicitur de filio, idem videtur de nepo-
51 te, uel nepte, de qua agitur, † quia in feudis appellatione filiorum veniunt nepotes, ut no. Bald. in cap. quæ in ecclesiarum. in uersic. sed pone, concessum est. de constit. Alex. in consil. 17. Ponderatis his. in prin. lib. 5. Sed breuiter respondetur, quod dispositio dicti capituli primi habet locum in feudo hæreditario, ut expressè dicit Bald. in d. c. quæ in ecclesiarum. de constit. in uersic. sed nunquid est necesse. ubi inquit, quod est necesse, quod filius habeat hæreditatem patris, si uelit habere feudum, & hoc dicit esse verum in feudo hæreditario, secus est in feudo paterno uel antiquo, de quo in casu isto agitur, & idem tenet Bal. in d. c. 1. in 4. col. ubi considerat tres casus. & in tertio casu, quando quis recipit feudum pro se, & liberis, quo casu dicitur feudum non hæreditarium, sed ex pacto & prouidentia concedentis, ut supra dictum fuit, in tali feudo Bald. ibi concludit, quod ille text. non habeat locum, quia filius licèt non sit hæres, potest tamen in tali feudo succedere. & idem Bald. in consi. 82. Proponitur, quod inuestituræ. col. 2. versic. & si dicatur. lib. 1. ubi dicit, quòd in feudo antiquo, de quo agitur, nõ requiritur, quòd sit hæres prædecessoris ille, qui successiue uocatus sit & cum prædicta conclusione concordat And. de Iser. in c. 1. col. fi. in fi. in titu. qui succe. tene. ubi inquit quod sunt quædam feuda non hæreditaria, sed ex pacto & prouidentia concedentis, quę debita sunt filiis, etiam si non sint hæredes patris. & idẽ And. de Iser. in c. 1. §. & si libellus. col. 2. versi. quid ergo. de alie. feu. pat. cum sim. ut tradit Alexã. in consi. 19. Super eo, de quo quæritur. col. 2. lib. 5. & in consi. 26. ponderatis his. colũ. 2. eo. lib. 5. & idem Ang. in consi. 184. Ex forma, & serie. colum. 2. facit tex. in l. si operarum. ff. de ope. libe. ibi, & si hæres non sit. & in l. quodcunque. § si quis ita. de verb. oblig. ibi, licèt hæres ei non existat. & ista conclusio maximè uidetur procedere in isto casu, in quo feudum re ipsa non fuit dicto Manfredo acquisitum, ex eo, quod not. Bald. in d. c. 1. an agna. col. 7. in uersi. item quæritur, pone nepos. Et etiã dici potest, quod tex. in d. c. 1. loquitur in filio, & non videtur habere locum in nepote, uel nepte, de qua agitur, quia in materia
b odiosa, prout ille tex.[b] loquitur, quia facit filium esse deterioris
52 conditionis, quàm sit agnatus. † ideo appellatione filiorum in materia odiosa non ueniunt nepotes, ut no. Bar. in l. liberorum. colũ. 3. in uersi. 2. quæro, quando verbum filii. de verb. signi. & ad hoc facit, quia prohibitio alienationis vr̃ odiosa, si facta sit filiis, & non habet locum in nepotibus §. nos igitur. cum glo. in Aut. de restit. fideicomm. Bart. in l. filiusfa. §. diui. col. fi. de lega. 1. in l. Lucius §. Semproniæ. de leg. 3. cum si. ut not. Alex. in consil. 56. Idromandus testium. libr. 5. Non obstant alleg. supra in contrarium, quia procedunt in materia fauorabili, ut Ale. distinguit, & declarat in consil. allegat. s. in contrarium, uidelicet in consi. 17. lib. 5. Et ista dubitatio cessaret, si esset uerum quod in sequenti oppositione dr̃, quòd imo domina Actrix fuit, & sit heres dicti Manfredi, de quo statim dicam. Vnde quinto obiicitur, quòd domina Beladama, quæ agit, sit hæres dicti Manfredi, quo casu uidetur, quòd exceptio, quæ obstat Manfredo, pariter & eius hæredi obstare uidetur, quia hæres eadem persona cum defuncto reputatur. § 1. in Auth. de iure iur. à mor. præsti. in l. hæredem ff. de regu. iur. cum sim. ut dixi ibi, facit tex. in l. cum à matre. C. de rei vendi. Nam ad hoc responde tur, quod etiam, ut dictum est a parte aduersa, domina, quæ agit negauit se esse hæredem Manfredi & nõ uidetur sufficienter probatum a testibus, qui inducuntur, quòd sit hæres, quia aliqui de credulitate, alii de auditu, & nonnulli de fama deponunt, & sic non probant, ut nota. in l. testium C. de testi. & licet quidam dicunt, quòd ipsa tenet, & possidet quædam bona ut hæres dicti Manfredi, in tali dicto non probant, quia videntur iudicare, & non depone
53 te. † Et ad testes non pertinet iudicare, vt no. Bar. in l. qui testamẽto §. final. ff. de testa. Et non obstat, quòd probetur de institutione facta in testamento dicti Manfredi: quia dato, quòd dom. Beladama esset hæres instituta, non sequitur, quòd ipsa hæreditatem adiuerit: quia hæres in effectu intelligitur adita hæreditate. l. 3. §. si quis ita ff. de hære. insti. vbi Imo. Bal. in l. fi. in princip. C. si pen ap. mors in-
54 terue. † Vbi inquit, quòd hæres non dicitur, antequam testamentũ aditione hæreditatis sit confirmatum. facit text. in l. si in diem. in prin. & quod ibi Bar. ff. de condi. & dem. Non obstat, quod possidet quædam bona dicti Manfredi, quo casu videretur possidere uigore testamenti præcedentis, arg. l. 2. C. de acqui. poss. & in l. quædam mulier. & ibi Bar. in fi. ff. de rei uen. quia hoc non vr̃ habere locũ in isto casu, in quo subest alia causa possidendi, quia illa tenet & possidet ex persona eius patris Blasci, & sic non videtur adire, quia, talis possessio haberi potest citra ius, & nomen hæredis, ergo aditio hæreditatis non inducitur. l. pro hærede. §. penul. ff. de acqui. hær. Sed quicquid sit, ista disputatio videt̃ cessare, quia habemus apertam cõfessionẽ ipsius dominæ Baladamæ, quæ interrogata super processu ingenue fatetur se esse hæredẽ dicti Mãfredi, & de tali confessione non videtur dubitandum, † quia etiã
55 postea quam in causa conclusum sit, interrogatio, & cõfessio fieri potest. c. cum Io. de fid. instr. & iudex potest moueri ad iudicãdum etiam ex non scriptis in actis, puta ex aliqua confessione coram se facta viua uoce, ita Bal. no. dicit in l. 1. circa fi. C. de vindi. lib. alleg. no. in l. quoties. § fi ff de proba. & sequitur Feli. in c. cum venerabilis. col. 15. in uersi. adde secundò. de excep. & stante tali conclusione, quòd sit hæres Manfredi, stat difficultas superius mota, quia excep. rei iudic. quę obstaret Manfredo, videtur obstare eius hæredi eius, ut supra dictum est. Ad hoc etiam uidetur posse respõderi, quòd illa confessio non attendatur, cum non appareat in actis, quia iudex debet iudicare secundum allegata, & probata in actis. l. illicitas. § veritas. vbi Bar. ff. de offi. præto. not. per gloss. in l. 3. ff. de feriis. & not. in c. pastoralis. §. quia vero. de offi. deleg. & sic illud dictum Bal. videtur dubitabile. Sed dato, quòd esset verum, respondetur, vt supra dictum fuit, quòd cum agatur ex noua causa ex persona Belingheriæ, in ista noua causa exceptio rei iudi. non obstaret dicto Manfredo, contra quem lata fuit sententia, vnde si non obstaret Manfredo, pariter non videtur obstare eius hæredi. Et vlterius pro pleniori resolutione considerandum est, quòd siue Actrix fuerit, & sit hæres, siue non fuerit, vtroque tamen casu non impeditur dictam baroniam petere: nam quando non sit hæres, potest tamẽ feudum antiquum petere, vt supra late dictũ est in quarta oppositione, & gratia breuitatis non repeto. Si vero sit hæres, vt probatur ex confessione dictæ dominæ Beladamę, non videtur, quòd hęres facto defuncti cõtrauenire possit d. l. cum à matre. C. de rei vendi. Sed responderi potest hoc non habere locum in feudo, de quo agitur, quia cum agatur ad feudum antiquũ ex persona propria, non ex iure defuncti, videtur hæres, quòd repelli non possit. l. fi. C. de euic. vbi hæres fideiussoris ex propria persona potest vendicare fundum venditum, licet de euictione teneatur: & ista obligatio euictionis in casu isto non cadit. ad idem facit tex. in l. defuncto. C. si in frau. patro. vbi hæres liberti potest venire contra factum liberti pro iure sibi competenti ex propria persona & ista conclusio indubitanter procederet, si ipsa domina Actrix inuentarium fecisset, quia tunc sibi non noceret, quòd esset hæres, vt Bald. in terminis dicit in l. qui se patris. col. 10 in uersic.
56 item quæritur, si vasallus. C. vnde lib. vbi concludit, † quòd in feudo antiquo. si pater renũtiauit feudo, & filius adiuit hr̃ditatẽ patris, nõ potest contrauenire, nisi fecerit inuentariũ, quia facto inuentario aditio hæreditatis sibi nocere non debet, & dictum Bald. sequitur Alex. in consil. 124. Super primo quæsito. colũ. pen. lib. 4. in consi. 18. Attentis narratis. col. pen. in consi. 19 Super eo. col. 3. lib. 5. cum si. vt dixi in consi. 185. In causa istorum nobilium. Non obstat, quòd in isto casu non sit factum inuentarium, quia domina Actrix erat minor, cui datur restitutio ad conficiendum inuentarium, quod omissum fuit, vt no. per glo. in l. auxiliũ. in prin. in verbo, cessabit. ff. de mino. cum si. ut tradit Alex. in consi. 124. col. pen. lib. 4. supra alleg. & talis restitutio fuit petita, vt patet in processu char. 146. & peti potest etiam per viam replicationis, vt not. Spec. in titu. de offic. iudi. §. incidenter quoque. & habetur in l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiur. vbi Alex. in 2. nota. alios refert: verum quia ista disputatio de inuentario longiorem postularet indaginem, & doc. vtriusque partis valde laborant, mihi videtur, quòd etiam absque inuentario in feudo antiquo procedente ex pacto, & prouidentia concedentis, de qua agitur, aditio hæreditatis etiam absque inuentario obstare non videtur, quominus Actrix ex propria persona dictum feudum consequatur: primo ad hoc faciunt iura supra alleg. in d. l. defuncto. & in d. l. fi. C. de euict. quæ loquuntur absque inuentario: & permittunt ex proprio iure venire contra factum defuncti. Secundo, quia cum tale feudum antiquum alienari non possit, alienatio est nulla, vt supra dixi per textum in c. 1. de prohi. alie. feudi. per Lotha. in cap. 1. de prohi. alie. feudi per Fede. cum simi. supra allega. & ideo non potuit Manfredus rem in iudicium deducere, quia qui non potest alienare, non potest rem in iudicium deducere, vt notat Bart. per illum text. in l. ait prætor. ff. de iure delibe. & hoc modo arguit And. de Iser. in cap. 1. §. si uasallus. col. 2. versi. sed nunquid. in titu.

ADDITIONES.

a ¶ Legis. ¶ Adde Ias. consi. 43 nu. 3. lib. 1. Feli. c. quæ in ecclesiarum. num. 10. de consti. dixi ad Alex. consi. 52. lib. 8.

b ¶ Tex.] Refert R. sequitur Ant. Rubeus consi. 83. nu. 8.

in titu.si de feudo fuerit contro. inter dominum, & agnatum, cū similibus supra allega. in exceptione rei iudicatæ. ex quibus ibi cō clusum fuit, quod sententia fuit nulla, & ideo quòd etiam ipse Manfredus potuisset contrauenire: pariter ergo videtur, quod domina Actrix contrauenire possit licet hæres, quia non debet hæres magis astringi, quam defunctus, & hoc feudum antiquum non potuit incorporari cum hereditate Manfredi per aditionem Beladamæ agentis. quæ quidem aditio dicitur quasi contractus, quia heres ex quasi contractu obligatur. §. heres quoque. insti. tit. de obligat. & quasi contractu. l. ex malefici s. §. hæres quoque. de actio. & oblig. unde si hoc feudum non potest alienari ex contractu, multominus ex quasi contractu, in quo non est cōsensus expressus, sed interpretatiuus, & ideo hæres reputatur eadem persona cum defuncto in his, in quibus habet potestatem, secus videtur in his, in quibus non habet potestatem, prout videtur in isto casu, & ex his tollitur difficultas de excep. rei iudic. & de hæreditatis aditione, quia qui non potest alienare, non potest facere actum, per quem alienatio sequatur, ut dictum fuit in except. rei iudi. Sextò obstare vr̄, quia consensus, seu renuntiatio per Io. in donatione facta per dominam Bartholomæam Belingheriæ non videtur Arctali ex filio præiudicare, quia dicto Ioā. eius patri non erat feudum acquisitum ut no. Bar. in l. eum, qui ff. de inter. & rele. Bal. in l. emancipatum. §. j. ff. de sena. And. de Iser. in c. 1. §. & si libellus. col. 2. de alie. feudi pater. & si dictus Arctalis veniret ex persona Ioan. eius patris, uideretur excludere dictū Manfredum, quia Ioan. esset proximior dictæ Belingheriæ, cum esset frater eius, & Manfredus nepos. Sed breuiter respondetur, quod dato, quod Arctalis potuisset uenire non obstante renuntiatione facta per Ioan. patrem eius, hoc intelligitur, si uelit uenire ex propria eius persona, & tunc fuisset in pari gradu cum Manfredo: & quia erat Manfredus maior natu, ipse præferebatur, ut supra dictum est, ex persona autem Ioan. non potuisset Arctalis venire, quia Ioan. qui renuntiauit in plena forma, ut habetur in processu in char. 217. nullum ius habebat; & non poterat contrauenire. c. 1. §. prætereà. quib. mod. feudū amitta. quia periculosa est renuntiatio: quia postea non datur regressus, ut dicit tex. in c. quam periculosum. 7. q. 1. ad idem tex. in l. quæritur. in § si venditor. ff. de ædilit. edic. & in l. 1. §. qui semel. ff. de success. ed. & dicit Bald. in l. si in personam. circa fin. C. de fideicom. quod ad successionem feudi quis non potest venire ex persona repudiantis. alleg. not. in l. qui se patris. C. vnde libe & ad hoc facit tex. in l. 1. C. de his, qui
57 ante aper. tab. † vbi hæreditas repudiata transmitti non potest. & dicit Bal. in l. emancipatum. §. j. in uersi. ex his apparet. ff. de sena. ꝙ ad hoc, ut quis succedat in aliquo iure, illud ius inuenire debet apud predecessorē tempore mortis eius, quia in eo, quod prius exiuit de bonis, quis non habet hæredem. alleg l. in quantitate. ff. ad leg. Fal. Septimo opponitur, ꝙ baronia, de qua agitur, peti nō potest, quia fuit fisco acquisita propter rebellionem Bartholomææ, ca. 1. §. denique. quæ fuit prima causa benefi. amit. & ex tali rebellione etiam posteris præiudicium generatur, ut no. Bart. in l. eum, qui. ff. de inter. & rele. cum si. vt tradit Ale. in consi. 60. Visis dubitationibus. colum. 2. lib. 2. Et de rebellione dictæ Bartholomææ constare videtur per assertionem regis Martini, qui aliis baroniam concessit propter dictam rebellionem, de qua ipse attestatur, & illi credendum uidetur ex eo, quod no. per gl. in clem. j.
58 in uerbo alia. de proba. quæ dicit, † ꝙ statur uerbis Papæ asserentis uacasse beneficium quam ipse fecit de Titio. Et hoc in terminis in rege scribit Bal. in consil. 280 Quæritur, si rex Romanorū.
59 col. penul. lib. 3. † ubi inquit, ꝙ si Imperator dicit aliquem ingratum fuisse, & propter hoc reuocauit beneficium illi collatum, alia probatio ingratitudinis non requirit, & hoc suadetur in isto casu propter optimā qualitatem regis Martini, & idem in summo Pontifice tenet Fed. in consil. 118 Casus talis est. ubi concludit, quod si Papa asserit talem in manibus suis renuntiasse beneficio, & renuntiationem per eum acceptatam fuisse, dicit, ꝙ verbis Pontificis plenaria fides adhiberi debet. Sed his, & similibus, quæ adduci possunt non obstantibus contrarium de iure esse ar-
60 bitror. † quia regula est generalis, quod in facto proprio, in quo agitur de proprio interesse, nulli creditur. l. nullus. ff. de testi. in l. omnibus. C de testi. & uni in preiudicium alterius nō creditur cuiuscunque conditionis sit. c. cum à nobis. in fi. de testib. & no. Ab.
61 per glo. ibi. in c. sicut nobis. in fin. de senten. excom. † Et in præiudicium alterius quis bonus non præsumitur, ut not. Abb. in c. cum in iure. de offic. delega. Et principi etiam non creditur, ubi tractatur de utilitate eius, ut in terminis scribit And. de Iser. in c.
62 1 in princip. ad fi. in tit. quo temp miles. † ubi inquit, ꝙ non creditur regi, nec principi, si per literas eius attestetur, ꝙ talis fuit proditor eius, & quod p p hoc priuatus fuit feudo, quod ab eo tenebat. quia testificatur in causa propria, & idem tradit etiam And. de Iser. in c. 1 col. pen. in titu. qui success. tene. & cum ista conclusione concordat Car. in consi. 128. in q. quæ uer titur ubi dicit, ꝙ non statur assertioni ducis Mediolani, ꝙ quis contra eum com-
63 miserit crimen læsæ maiestatis. & ad idem facit, † quia non potest Papa per uerba eius enuntiatiua, vel narratiua priuare aliquē iure suo absque culpa, ut not. Abb. in clem. 1. de proba. per text. in c. 1. de feu sine cul. non amit. & idem Abb. in c. quæ in ecclesiarum. de const. col. fin. in prin. Non obstat quod supra alleg. in cōtrarium, & primo quod habetur in d. clem. 1. de probat. quia secundum Paul. de Cast. in consil. 158. Viso, & examinato puncto. col. fina. ille text. solum habet locum in summo Pontifice, prout loquitur, & non procedit in principibus secularibus. Vel secundò ille textus intelligitur, quando non agitur de proprio interesse Papæ, aliàs secus per supra dicta. Vel dici potest, quod d. clement. 1. & glo. ibi alleg. supra in contrarium habeant locum in beneficialibus, in quibus Papa liberam habet potestatem. clem. 1. in fi. ut lit. penden. in c. 2. de præbendis. in 6. Et non obstat consilium Bald. allegatum supra in contrarium; quia potest habere locum de potestate absoluta principis, prout etiam loquitur, secus videtur de potestate ordinaria, per ea quæ supra dicta sunt, & non debet princeps vti potestate absoluta de plenitudine potestatis, nisi ex causa, ut dicit Inno. in cap. innotuit. circa fin. de electi. & ibi Abb. in fin. & idem Abb. in c. illa. in 2 notab. de electio. & in cap. ad hæc de rescrip. cum simil. ut dixi ibi, & in casu isto nulla causa subesse uidetur. Octauò eodem modo non obstare uidetur illud quod dicitur de rebellione Matiotæ, quia etiam illa mediante feudum fisco acquisitum non fuisset: & hoc stante donatione ualida, q̄ fecit dn̄a Bartho. dicto Mateotę eius filio, & in d. donatione docto. vtriusque partis ualdè laborant, sed vera conclusio videtur, quod in tali donatione in uita dictæ Bartholomææ nihil translatū fuit, quia ipsa noluit, & post mortē non potuit. Quòd nihil translatum sit in Matiotam ex tali donatione probatur, nā directum dominium transferri non potuit, quia erat apud dominum feudi. ut not. in c. 1. in tit. qua. dominus proprie. feu. in prin. Hostien. in summa de feu § quod ius acquiratur utile dominium quod est apud uasallum, ut not. in d. cap. 1. qua. dominus proprie. feud. pri. & Bal. post glo. ibi in c. 1 § prætereà. de capi corra col. 1. Signo. in consil. 118. in q. col. pen. Pau. de Cast. in consi. 153. Circa id, quod. colū 1. reseruatum fuit in dicta donatione, in qua dicta domina Bartholomęa reseruauit sibi dominium utile, usumfructum, & administrationem, ut patet in instrumento donationis, talis enim reseruatio uidetur euacuare in totum dictam donatio-
64 nem, † quia donatio dicitur doni datio. l. senatus. §. donatio. ff. de donatio. causa mor & ideo si non transfertur dominium, non videtur donatio. l. in ædibus. § fi. ff. de dona. & facit text. in l. per seruum. §. final. ff. de vsu, & habi. ubi concessio ususfructus sine vsu inutilis est dispositio. Non obstat, quòd per retentionem ususfructus uidetur facta traditio rei, & dominium uidetur translatum, l. quisquis. C. de dona. quia illud uidetur habere locum in dubio sed in isto casu constat non esse translatum dominiū, ex quo expresse reseruatum fuit, unde in claris non est opus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. de verbo. oblig. Non obstat illa uerba posita in donatione, transferens in eū omne ius, & proprietatem & cæt quia ista uerba non probant translationem dominii, ex quo res non erat in conspectu, ut notat Bart. in l. 2. C. de acquir. poss. & in l. prędia. ff de acquir. poss. Et supra dicta procedunt uiuente domina Bartholomæa: nam post mortem eius clarum est, quod donatio fuit nulla, quia donatio collata fuit post mortem eius quo casu in hoc feudo antiquo nullum ius dictæ Bartholomææ competebat, in cōferendo donationem post mortem eius, quia uidetur collata in tempus inhabile, quo casu non ualet, argu. l. vxor patrui. C. de leg. in l. eum, qui. §. fin. ff. de iurisdic. omnium iudic. l. quod sponsæ. C. de donatio. ante nupt. Et ulterius considerandum est, quia cum donatio collata esset post mortem dominæ Bartholomææ, illa uiuente non fuit ius quæsitum, nisi in sola spe, dato, quod post mortem donatio ualuisset, & sic erat ius
65 non quæsitum, sed quærendum, † & in iure quærendo confiscatio facta non intelligitur, quia solum habet locum in bonis quæsitis, & non in acquirendis, ut not. tradit And. de Iser. in capi. 1. §. præterea si uasallus. in fi. in uersic. non obstat, quod fiscus sit hæres in titu. quæ fuit prima causa benefi. amit. ubi inquit. quòd fiscus est hæres bonorum, quę habuit proditor l. si filius. C de bo. proscript. sed hæreditas, in qua haberet spem, non acquiritur fisco, sicut illa non adita in hæredem non transmittitur. l. prima §. in nouissimo. C. de cad. tollen & quod dictum est late prosequitur domi. Nelius de S. Gemi. in tractatu bannitorum. in prima parte secundi temporis. in 30. quæstio. ubi refert determinatum
66 fuisse, † quòd in confiscatione bonorum non ueniunt bona hæ
a reditatis delatæ condemnato, qui hæreditatem non adiuit, [a] & ibi hoc probat pluribus rationibus, & gratia breuitatis non refero. & hoc à fortiori uidetur habere locum in isto casu, in quo hæreditas,

ADDITIO.

a ¶ Non adiuit.) Supra consi. 438. vbi dixi.

hæreditas, vel feudum non erat delatū dicto Matiotæ uiuente dicta domina Bartholomæa. Et ad supra dicta facit, quia publicatio bonorum ad bona futura non porrigitur. l. si tibi mandauero. §. is cuius. ff. manda. not. per glo. in l. non ad ea. ff. de conditio. & demonstr. Barto. in l. 1. in fi. ff. de bo. dam. cum sim. vt tradit Alex. in l. 3. §. illud. ff. quod quisque iur. Roman. in consilio 442. Primo dici potest. Pau. de Cast. in consi. 56. Super primo. in nouis dixi in
67 consi. 413. In causa, in qua molestatur. † Facit etiam, quia sententia confiscationis bonorum est ualde stricti iuris, & quicquid expressum non reperitur, omnino omissum videtur, ut Bal. dicit in l. 1. in uersic. apparet igitur ex prædictis. C. de hæred. instituen. & idem Bald. in l. 2. in fine. C. qui testam. face. poss. & in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. Nono difficultatem facit, quia stante rebellione Matiotæ, Arcta lis eius filius videtur inhabilis propter delictum patris. l. quisquis. C. ad leg. Iuliam. maie. §. filii uero. ubi priuati sunt successione paterna, materna, & auita, & de feudo est tex. in cap. 1. § si uasallus culpam. si de feu. fue. cōtrouer. inter dominum, & agna. † ubi propter delictum patris
68 filii, & descendentes à feudo excludūtur. nam primo dici potest, quod de dicta rebellione Matiotæ nō probatur per scripturam authenticam: quia scriptura, quæ producitur, est copia, seu exēplum, quod non probat. l. 3. C. de diuer. rescrip. not. in authen. si quis in aliquo. C. de eden. Non obst. quod exemplum propter antiquitatem probat, vt tradit Aretin. in consi. 36. Casus talis est. Rapha. Cum. in consil. 158 Visis. quia considerandum est, quod exemplum probat, quando sumptum est cum authoritate iudicis, & citata parte, ut not. per glo. Bar. & docto. in authen. si quis in aliquo. C. de eden. in capit. in fin. de fide instru. & propter antiquitatem præsumitur ista interuenisse, sed ab ista præsumptione antiquitatis receditur, quando in scriptura, quæ producitur, apparet non interuenisse illa, de quibus propter antiquitatem præsumebatur: quia ab illa præsumptione receditur, quia uidetur constare de veritate in contrarium, ut not dicit Pau. de Cast. in consil. 49. In causa, quæ uertitur, & sequitur Alex. in consi. 1. Ponderatis his. lib. 4 & idem tenet Imol. in consil. 101. In causa, quæ vertitur, & ita uidetur in casu isto, quia in exēplo antiquo, quod producitur, apparet citationem partis non interuenisse, ergo tale exemplum non probat, licet antiquum sit, per prædicta. Secūdo dato, quòd probetur de rebellione Matiotæ, illa rebellio non videtur nocere filiis in tali feudo, quod non erat Matiotæ quæsitum, ut not. Barto. in l. 3. § cum, qui. ff. de inter. & releg. & idem no. Bald. in l. emancipatum. §. 1. ff. de sena. & ad hoc facit quod supra dictum est, quòd in confiscatione non veniunt iura acquirenda, de quibus spes habetur, & ideo pariter videtur, quod in tali feudo, quod in sola spe erat apud Matiotam, delictum patris filio non debeat nocere, ut supra dictum est. & maxime quia spes illa, quam Matiota habebat, fuit resoluta per mortem dicti Matiotæ, qui mortuus est ante dominam Bartholomæam eius matrem, vt habetur in processu char. 370 & sic remansit dictum feudum liberum apud dictam Bartholomæam, quæ tenuit illud de iure primæuo, cum ipsa semper habuerit possessionem, ex eo, qđ no. And. de Iser. in cap 1 §. 1. in versi sed si dominus, in titulo per
69 quos fiat inuestitu. † vbi concludit, quòd quando vasallus retinuit semper possessionem, non requiritur noua inuestitura, quia videtur iure primæ inuestituræ tenere feudum; & sic uidetur, ꝙ persona dominæ Bartholomeæ attendatur, in qua consolidata fuit baronia. & ulterius est considerandum, quòd in feudo antiquo, de quo agitur, filius nō habet illud a patre, sed à genere, ideo delictum patris non videtur præiudicare filio, vt no. Bald. in cap. 1. §. insuper, de prohi. feu. alie. per Federi. Abb. sequitur in consi. 3. Nitar in præsenti causa. in 7. q. in fine lib. 2. Tertio respōdetur, quod dictus Matiota fuit restitutus, ut patet in char. 790. & in char. 801. & per talem restitutionem reintegratus fuit, & perinde habetur, ac si delictum non commisisset, ut no. per And. de Iser. in cap. 1. §. præterea si uasallus. uersiculo, item quid si princeps. in
70 titu. quæ fuit prima causa benefic. amit. † ubi notabiliter dicit, quòd si princeps uiuo patre indulget primogenito, qui delictum commisit, habetur, ac si delictum non commisisset, & macula omnino abolita videtur, & ideo haberi debet, ac si nunquam proditor fuisset, quia uiuente patre non erat ius alteri quæsitum. &
71 idem And. de Iser. in capitu. 1. § fin. in titulo imper. Lotha. † ubi inquit in uersiculo, item ubi quis, quòd quando quis fuit priuatus propter delictum causa cessante, ut quia fuit restitutus, res redibit ad pristinum statum. alleg. l. 1. in fine. ff. de contratab. in l. 3. §. si deportatus ff. de bo. lib. & idem And. de Iser. in capitu. 1. de vasall. decre. æta. Et hoc idem tradit Bald. in capi. 1. in princip. in titul. hic fini. lex. in uersiculo pone, rex Francorum. & facit text. in l. imperialis. C. de nupt. & quod ibi Barto. & in l. quæris. ff. de natu. resti. & quod not. Bald. per illum textum in l. liberos. C. de colla. Decimo, & ultimo contra Manfredum, ex cuius persona Actrix facit fundamentum, obstare uidetur, quia in donatione facta per Bartholomæam Belingheriæ, ipse Manfredus tacuit, & non contradixit, & si tacuit, per annum uidetur exclusus. ca. 1. §. Titius. si de feud. fuerit controuersia inter dominum, & agna. in fine. Sed breuiter respondetur, ꝙ illud tempus anni currit à tempore scientiæ, vt dicitur in d. §. Titius. ibi, vel per annum, ex quo sciuit, cum ergo ista qualitas scientiæ requiratur. illa debet articulari, & probari, vt not. Bal. in l. quamdiu C. qui admit. & facit tex. in l. omnes. C. de agri. & censi. lib. 11. la 2. ibi, nouerant. & quod ibi Bar. & in capitulo à nobis. ibi, scienter. de exceptionibus, cum si. vt dixi ibi, nā Manfredus fundatam intentionem haberet, quia ignorantia præsumitur. l. verius, ff. de probationibus. & in regula præsumitur. de reg. iur in 6. Non obstat, ꝙ inter coniunctos scientia præsumitur. l. octaui ff. vnde cog. l. de tutela. C. de in integrum restitutio. mino. quia, vt s̄. dictum fuit, illud habet locum quò ad ætatem, & ad ea, quæ pertinent ad consanguinitatem, secus est in alijs casibus particularibus, vt declarat Bald. in l. qm̄ sororem. C. de iure delibe. Et dato, ꝙ scientia esset probata, non vr̄, ꝙ facultas recuperandi dictum feudum competeret dicto Manfredo viuente Ioanne, qui erat proximior Belingheriæ, & dato, ꝙ Māfredus exclusus fuisset, hoc non præiudicaret actrici venienti ex persona propria in isto feudo secūdum tenorem primæ inuestituræ, per ea, quæ supra dicta sunt; & ita remotis his, quæ principaliter obiiciuntur, remanet fundata intentio dominæ Beladamæ agentis, & apparet illam habere potiora, & rem non esse in dubio, sed in casu claro in fauorem eius. Phil. Dec. Pisis.

EPITOME Consi. CCCCXLVI.

Soluenti à creditoribus potioribus solutionem recipientibus iura cedi debent.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio cedendarum per generalem renuntiationem non tollitur.*
2 *Solutio in dubio, si simpliciter facta fuerit, nomine proprio facta videtur. num. 3.*
4 *Nemo dat quod non habet.*
5 *Cessio in incorporalibus idem, quod traditio operatur.*
6 *Verba intelligi debent in casu, in quo de iure fieri debet.*
7 *Præsumitur illud fieri, quod de iure fieri potest.*

VISO eleganti consilio clarissimorum doctorum do. Marci de Asinis. & do. Pauli de Bartolis, & de subscriptione requisitus iuridicam esse arbitror conclusionem à dn̄is consultoribus vti fratribus maioribus honorandis s̄. firmatam. Nam intentio dn̄æ Constantiæ fundata vr̄ ex communi regula, ꝙ cum ipsa pro bonis sibi donatis cōueniatur ab habentibus potiora iura illi soluenti, à creditoribus potioribus recipientibus solutionem iura cedi debent. l. mulier. ff. qui potio. not. Bald in l. iubemus. C. ad Velleia. & in consi. 307. Quilibet iustus possessor. lib. 1. & in consi. 383. Casus talis est. lib. 3. vbi dicit, ꝙ ista exceptio est de illis, quę opponi possunt in exe-
a cutione sn̄iæ. [a] & talis exceptio opponi potest non obstante statuto, ꝙ nulla exceptio opponi possit contra instr̄m, quia non vr̄ remota ista exceptio, quæ ex eodem fonte procedit, vt no. Bald.
1 in auth. præsente. in 1. no. C. de fideius. † & ita exceptio cedendarum non tollitur per generalem renuntiationem, vt Ro. scribit in consi. 472. In eo, qđ quæritur. & dixi in consi. 104. s̄. alle. Solum superest respondere ad quædam s̄. alleg. in contrarium. Et præcipue non obstat prædictæ conclusioni, ꝙ solutio prius facta fuerit, quæ vr̄ impedire cessionem, iuxta l. Modestinus. de solu. & hoc præsertim videtur habere locum in eo, qui non soluit simpliciter, sed specialiter nomine principalis, quia tunc ex interuallo cessio fieri nō potest, ut tradit Pau. de Cast. in d. l. Modestinus, in versic. & prædicta locum habent, quia ad hoc r̄ndetur, ꝙ alleg. in contrarium non videntur habere locum in casu isto, ubi do. Constātia soluit eius nomine proprio, ut ipsa liberaret bona, quæ ipsa vti donataria possidebat, & tali casu quando est facta solutio nomine proprio à tertio possessore, qui non est obligatus actione personali, tunc post solutionem cessio peti potest, ut gl. concludit in l. Papinianus. ff. manda. in gl. 2. quam sequitur ibi Alb. Bal.
2 & Fulg. & Bart. in d. l. Modestinus. in 1. quæst. † Et in dubio etiam si solutio facta sit simpliciter, videtur facta nomine proprio. l. & magis. ff. de solu. & ita doc. præalleg. dicunt in d. l. Papinianus. &
3 ad hoc facit, † quia in dubio debet interpretari, ꝙ solutio facta sit in fauorem soluentis. l. 1. ff de solu. Et ista conclusio confirmatur ex tenore laudi, in quo expresse apparet, quòd in isto casu cessio fieri debeat, ibi, dum dicitur cedentes iura pro concurrenti quantitate dominæ Constantiæ. nam licet ista verba referantur ad personas arbitrorum, in illis non videntur posse verificari, quia iura

ADDITIO.

a ¶ Sententiæ.) Dixi in tract. vsura. & reddituum. nu. 677. & in lectu. l. error. C. de iur. & facti ignorantia.

iura i psis non competebant.† Et nemo dat quod non habet.l.ne
5 mo plus iuris de regu.iur.l.traditio.de acqui. rer do.† nam cessio in incorporalibus operatur illud, quod traditio in corporalibus, vt no.per Bar.in l.is, cui.§.fin.ff.vt in posse.lega. & idem Bar.post gl.in l.fin. C.quando fis.vel pri. vnde sicut per sententiam arbitri, vel arbitratoris non transfertur, nisi pars tradat, vt dicit Bald.in consi.350.Præmittendum est.lib.3.alle.cap. Raynaldus. de testa. & no.Bar.in l.filiusfamilias.§ diui.de leg. 1.cum si,vt tradit Alex. eodem modo videtur, ꝙ cessio ab arbitris fieri non possit, sed ab ipsa parte fieri debet, & ideo illa verba, cedentes &c. reduci debent ad intellectum iuris, vt creditores ipsi, quibus solutio fieri
6 debet, teneantur cedere actiones sibi competentes, † quia verba intelligi debent in casu, in quo de iure fieri debent, vt no.in l.Gallus.§.quidam recte.de libe.& posthu. ubi Bald. in 3. notab. dicit,
7 † quod præsumitur illud fieri, quod de iure fieri potest, & not. Bar.in l.vxorem.§ testamento.de leg.3.& sic conclusio sit, quòd in casu isto debeat cessio fieri à creditoribus: in alijs me refero ad dicta dominorum consultorum, quia temporis angustia me longiorem esse non sinit.

EPITOME Consi. CCCCXLVII.

Publicæ personæ protocollum substantialibus requisitionibus munitum fidem facit.

SVMMARIVM.

1 *Protocollum, seu abbreuiatura instrumentum notarij non extensum dicitur.*
2 *Protocollum est scriptura primaria, de qua originalia instrumenta partibus assignanda sumi debent.*
3 *Imbreuiatura, si publica sit, fidem facit.4.*
5 *Protocollum omnia substantialia, quæ in instrumento requiruntur, habere debet.*
6 *Indictio in instrumento necessaria est.*
7 *Testes in instrumentis necessarij sunt.*
8 *Imbreuiatura sine subscriptione, & signo valet, si alio respectu vitium non habeat.*
9 *Notarii subscriptio effectum omnium, ad quæ relationem habet, includere videtur.*
10 *Notarius rogatus per alium scribere potest, dummodo ipse, qui fuit rogatus, se subscribat.*
11 *Iudex etiam parte non citata se informare potest.*
12 *Consuetudo vniuersalis probatione non indiget.*



IN donatione facta per Iacometum Antoni Rubri Bernardo eius nepoti ex fratre reuocatur in dubium de protocollo, & fide notarij.& in hoc bre-
1 uiter concludendum videtur, ꝙ faciat fidem.† nam
2 protocollum, seu abbreuiatura ᵃ dicitur instrumentū notarij non extensum, ut dicit Bar.in l.chirographis.in prin.in 2.no. ff.de ad-
2 mi tuto.& dicit Pet.de Anch.in consi † 432.Præmissa sine allegationibus.in princ. Quòd protocollum est scriptura primaria, de qua sumi debent originalia instrumenta partibus assignanda.& plenius dicit Bal.in rub.C.de fi.instr.ver. vlterius.circa istam materiam, ꝙ imbreuiatura est scriptura substantiam rei continens cum loco, tempore, & testibus necessarijs. Et ibi Bal.in ver. sed de
3 tertio quæritur. concludit, † ꝙ imbreuiatura facit fidem, si sit publica.& idem no.Ang.in l.larius.in prin.ff.de test. mili. dicens nō esse standum imbreuiaturis notarii, si non sint in publica forma scriptæ. ergo si in publica forma reperiuntur, illis standum erit, & idem Bal.in l. cōtus.in uer.sed quæro hic. C.de fid.instr.ubi in-
4 quit, † ꝙ imbreuiaturæ non probant, ubi non est subscriptio tabellionis cum eius signo.& idem tradit An.in cons 220.Ad hoc, vt scriptura.& cum prædictis concordat Alex.in consi.152. Vi-
5 detur prima consideratione. lib.2. † ubi concludit, ꝙ protocollum debet habere omnia substātialia, quæ in instrumento requiruntur, & in instrumento tres perfectiones requiruntur, ut not. Bar.in d.l. contractus.in uer.& no. ꝙ scriptura tabellionis. Prima quo ad locum tempus, & testes. Secunda est perfectio cōtractus, siue actus, de quo scriptura conficitur. Tertia perfectio est cum subscriptione, & signo.& ista omnia in casu isto concurrunt, ut patet ex inspectione protocolli, nam in principio dicitur de anno, & die, qui requiritur, ut per gl. in Aut.ut præ.nomen impe.in uerbo, auto.quæ dicit ita esse de consuetudine. & not. Abb.post alios in c.1 de fi.instr.& de die, & mense no.per glo.in l.generali. C.de tab lib.10.in l.1 §.editiones.in uerbo, die.cum si.ut dixi in
6 c.1.de fid.instr.& hic † etiam exprimitur de indictione, quæ necessaria est, vt no.Bar.in l.si librarius. ff.de re.iur. no.in c.inter dilectos.in gl.in verbo, indictionis.& in l.1.§ fin.C.de insti.& con. Bar.in l.si nominatim.ff.de cond.& dem. Alex.in consi. 66.Viso processu.in prin.lib.1.cum si. vt dixi in d.c.1.Similiter hic dicitur de loco, prout requiritur.c.abbate sane.de re.iu.in 6.no.in ca.qm contra.in uerbo loco.de prob. Ang.in l.optimā.circa fi.C.de cōn.
7 & com.stip cū si.ut dixi in d.c.1.† Similiter testes interuenerunt, qui ēt necessarij sunt, ut no.per gl.in d.l.generali.& satis est, ꝙ inscripti sint à notario, ut Abb.concludit in d.c.1. per gl.in §.sed & si instr.in Auth.de instr.cau. Bal.in l.1.C. ad Vell.cum si.vt tradit Alex.in l.iurisg.§.qđ fere.ff. de pac. & sic patet istud protocollū habere primā perfectionem, quæ ſm Bal.in d.l. cōtus.considera tur in loco t pe, & testib. Secunda ēt perefectio in actu, & in dispositione, quæ in ipso protocollo continetur, uidelicet in dona tione, explicite ibi habetur. Tertia etiā perfectio non deest, quæ ſm Bal.in subscriptione, & signo consistit. Ex quibus oībus liquido constare vř hoc protocollum, seu imbreuiaturam publicam esse, cum confecta fuerit a tabellione cum requisitis, ut no. Abb. in d.c.1.de fi instr.& Bar.in l. si quis.§. si initium.in 1.q.ff.de edē. & in l.1.C.de op.pub.lib.10.Ex quo sequitur, ꝙ talis imbreuiatura, cum publica sit, plenam facit fidem ſm omnes doc.in locis s.
8 in princi.allega.& de hoc non uidetur dubitandum. † Et qđ plus est, etiam sine subscriptione, & signo ualet imbreuiatura, si alio respectu non habet uitium, ut Bald.dicit in l.fideic.§.1. de leg.3. Cy.l.in cōtractus.in fi.C.de fi.instr.& Sal.ibi in 6.q.& tradit Alc. in consi.14.Visis, & consideratis lib. 6.& cum hoc sit signū cum subscriptione, res videtur sine dubio. Non ob.vnum, quod obijcitur de diuersitate scripturæ, quia notarius, qui rogatus fuit, non videtur subscripsisse protocollum, vnde propter diuersitatē manus scriptura suspecta redditur, ut probatur in c.inter dilectos.§. instr. quoque.de fid.instr not.in §. ꝙ sæpe.in Authen.de trien.& semis.& per illum tex.no. Bal.in d.l.contractus.uer. deinde quæro.cum sim.ut tradit Alex.in consi.41. Viso tenore in prin.lib.1. Quia respondetur, ꝙ hic non apparet de tali diuersitate literæ, & dato, ꝙ constaret, illa suspicio purgatur ex subscriptione no-
9 tarij, qui rogatus fuit de contractu: † quia subscriptio notarij videtur includere effectum omnium præmissorum, ad quæ habet relationem: ita concludit Pet.de Ancha.in consi. 243 Prius de iurib.& sequitur Alex.in consi.14. Visis, & consideratis.uersi.5. probatur.lib.6.& hoc idem confirmatur ex eo, qđ not.Car.in c. pe.de fid.instr.& refert, & sequitur Abb.in c.inter dilectos.de fi.
10 instr.† ubi cōcludit, ꝙ notarius rogatus potest scribere per aliū, ᵇ
b dummodo ipse, qui fuit rogatus, se subscribat, quia industria tabellionis non eligitur in scribendo, sed ut ipse det fidem gestis, quam satis præstat subscribendo. Et dicit Abb.qđ videtur tex.ad hoc a cōtrario sensu in d.c.inter dilectos.& Feli.ibi sequitur istā opi.dicens, ꝙ est approbata de consuetudine, & talis cōsuetudo etiam dicitur esse in loco, ubi contractus fuit celebratus; & de tali consuetudine iudex potest a seipso se informare interrogando tabelliones, an ita fuerit de consuetudine obseruatum, ut no.Bar. in l.lege Iul.in fi.ff.de testi.& not.Cyn.in l.2.C.quæ sit lon.consu.
11 in uer.2.quæritur. Et † ibi dicit ꝙ etiam parte non citata potest iudex se informare.& tradit Alex.in consi.14. Viso processu.lib.
12 5.† Et ista consuetudo uniuersalis uidetur, quæ probatione non indiget, sed satis est, qđ allegetur, & iudex supplet, vt Bal.dicit in l.filiusfa.§. Veterani.ff.de proc.in l.iubemus.C.de iud.& in l.fugitiui.C.de ser fugit.& stante tali consuetudine res non uidetur habere dubitationem. Nec obstat prædictæ conclusioni, ꝙ subscriptio, de qua hic in protocollo habetur, uidetur generalis, & secundum Bart.requiritur, ꝙ sit specialis, ut ipse dicit in l.diuus.§. * item senatus.in fin.ff.de fal. quia contra Bart.est * *communis opi.* nam ita tenet Bal.in auth.si quis in aliquo.C.de eden. Pet.de Anch.in d.consi.243 cum si.ut tradit Alexand in l.si ita stipulatus.§. Chrysogonus de verb.oblig.& in consi.147.Ponderatis his.lib.2. dixi in c.quoniam contra.de prob. Phil. Dec. Pisis.

ADDITIONES.

a ¶ Abbreuiatura.) Dixi in annota. Ad Alex.consi.153.num.12.lib.2.consi. 14.lib.6.

b ¶ Per alium.] Idem Decius.l.1.nu.34.de offi.eius, cui mandata est iurisdictio.vbi dixi.& ad Alexandrum consi.50. nu.5.lib.3.

EPITOME Consi. CCCCXLVIII.

Henricus carens filijs donauit omnia bona sua nepoti ex fratre eius intuitu, qui de eo erat benemeritus reseruato vsufructu. Post donatoris decessum proponitur hanc donationem non valere tanquam factam à mentecapto, ad cuius probationem examinātur testes ab utraq; parte. Resp. ipsam donationē ualidam esse, & iudicandum fore in fauorem donatarii a petitis eum absoluendo.

SVMMARIVM.

1 *Mentecaptus aliquis esse probatur, si eat per vicos, & vias stultorum more.*
2 *Memoriam ordinatam non habens mentecaptus esse dicitur.3.*
4 *Mentecaptus reputatur, si à patre pro tali habitus sit.*
5 *Testium relatione ad capitula omnia specificate videntur.*

6. Testiū.

6 *Testis, si dixerit, quod vidit aliquem furere, & actus furiosorum facere, bene probat.*
7 *Furor per visum percipitur, ideo testis de visu deponens bene probat.*
8 *Testes singulares sufficiunt in probando dementiam, & furorem.*
9 *Sanæ mentis, non autem mentecaptus quis in dubio præsumitur.*
10 *Testibus deponentibus de sana mente magis creditur, quàm deponentibus de insania.*
11 *Testes, quibus ius commune assistit, & qui cum iure communi concordãt, alijs præferuntur, qui iuri communi aduersantur. 35.*
12 *Testibus asserentibus, quòd aliquis sit bonæ conditionis, & famæ, magis creditur, quàm asserentibus contrarium.*
13 *Instrumento præsumitur.*
14 *Fraudis suspicione remouet actus, q alicuius authoritate munitus fuerit.*
15 *Actus propter qualitatem, qui sanæ mentis viro conueniret, quis sanæ mentis esse præsumitur.*
16 *Iudicari debet in dubio in reorum fauorem absoluendo eos à petitis.*
17 *Actus aliquis, vt sit validus, in dubio interpretatio fieri debet.*
18 *Donatio habens effectũ per plures anno de facili retractari non debet.*
19 *Probationes omnes arbitrariæ sunt. 20.*
21 *Grossolanus, & obtusi ingenij non prohibetur de bonis suis disponere.*
22 *Testari quis potest post pupillarem ætatem, licèt naturalem vigorem non habeat.*
23 *Fraudis suspicionem insolita diligentia inducit.*
24 *Testes per eundem sermonem loquentes, & eandem causam, & relationem reddentes suspecti redduntur.*
25 *Falsitatis suspicio in teste deprehenditur, cum de his deponit, quæ videre non potuit.*
26 *Impuberes ad testimonium non admittuntur.*
27 *Testes, quando sunt suspecti de falso, iudex diligenter illos examinare debet. & si potest inuoluere. 30.*
28 *Falsitatis suspicio pro falsitate habetur.*
29 *Testes, dato, quod secundum verba clarè probent, iudex si sibi videtur, potest illis fidem non adhibere.*
31 *Probare aliquem esse mentecaptum magna difficultas est, neque directè probari potest.*
32 *Furiosum quem esse ad probandum perspicax inquisitio requiritur.*
33 *Testis, si dixerit aliquem furiosum, quia per viam lapides proijciebat, non probat.*
34 *Curatoris ex datione probatur, quòd quis mentecaptus, vel furiosus sit.*
35 *Testes quales præferri debent.*
36 *Testes presbyteri laicis præferuntur.*
37 *Testes, qui in specie deponũt, præualent testibus in genere deponentibus.*

VIs tota propositæ consultationis videtur insistere in hoc, an ex his, quæ in ꝓcessu deducta sunt, probatũ sit sufficienter, ꝙ Ioannes Henrici de Zuchano esset mentecaptus, ita ꝙ donatio ab eo facta non valuerit. Et prima consideratione videbatur dicendũ, ꝙ sic: nam in positionibus in 14. c. dr̃, ꝙ ab eius pueritia vsq; ad eius mortem fuit, & erat mẽtecaptus, & ꝙ per vicos, & vias mo
1 re stultorum, & mentecaptorum ibat, & loquebat̃. † Hoc enim modo probatur, ꝙ quis sit mẽtecaptus. l. ob quæ uitia. ff. de ædil. edic. in princ. ibi, per vicos more insanorũ deridenda loquat̃. & not. Ang. illum tex pro singulari in l. si cum dotem. §. si maritus. ff. sol. mat. & fatuus fatua loquit̃ 96. dist. in c. fatuus in princ. cũ si. ibi alleg. in glo. facit text. in l. quidã in suo. & quod ibi Bald. in 2. no. de condi. insti. in l. is, qui. § diuus. & ibi glo. in verbo, ex sermonibus. ff. de tutor. & curat. da. ab his. Secundò in eo. c. dicitur, ꝙ si quis eum interrogabat, non respondebat ad propositũ, & ꝙ habebat continuè sermones, & gestus, & actus mẽtecaptorum, & nesciebat exprimere qđ uolebat, & ꝙ memoriã non ha-
2 bebat ordinatã. † Ex his. n. etiam vr̃ probari, ꝙ esset mẽtecaptus, ut no. Do. in c. 1. §. si uerò. in prin. de cleri. ægro. vbi inquit, ꝙ ille qui nescit exprimere quod velit, dicitur demens, & ex loquela inordinata probat̃ dementia, & dicit hoc esse no. pro testibus deponentibus de dementia alicuius: & idem tradit Domi. in c.
3 filij. in prin. de hære. in 6. in 4 nota. d. cens, † ꝙ ille non est sanæ mẽtis, qui non habet memoriam ordinatam, & dicit hoc esse no. ꝓ testibus. Tertiò in eo. c. dr̃ ꝙ pro tali semper fuit habitus, & reputatus: & de præsenti hr̃, tenetur, & reputatur. & in c. 15. plenius dicitur, quod parentes sui, & omnes consanguinei, & oẽs, qui ipsum cognoscebant, semper, & continuè reputauerunt, &
4 tenuerunt ipsum Ioan. pro mentecapto, stulto, & fatuo. † Nam etiam isto modo probatur aliquem esse furiosum, uel mentecaptum, quando pater illum reputauit pro mentecapto, & furioso, vt no. Bal. in §. item furiosi. insti. quibus non est permi. fa. test. quem refert, & sequitur Alex. in consi 54. Ad quæsitum. lib. 1. facit tex. in l. si furioso pub. in prin. ff. de cura. furio. & codẽ mõ si probatur, ꝙ consanguinei, & coniuncti illũ habebant pro mẽtecapto. arg. l. octaui. ff. vnde cogna. & pariter si probetur, ꝙ publicè, & cõ(ter ita reputabatur, vt Alex. post Bal. concludit in locis suprà allegat. & dixi in consi. 86. & idem tradit Alexand. in consi. 92. Viso. vers. præterea. lib. 5. Et à fortiori in isto casu concurrentibus omnibus suprà dictis esset dicendum, ꝙ dictus Ioannes fuisset mentecaptus, & supra dicta omnia satis videntur probari à testibus, qui inducuntur pro parte actorum. Et primus testis examinatus Baldasinus dicit contenta in articulo vera esse: interrogatus in causa scientiæ dicit, quia ab infantia vsque ad eius mortem cognouit ipsum pro insano, stulto, & fatuo &c. vt in 6. char. habetur. nam dum iste dicit vera esse contenta in c. bene probat. ut not. Bar. in l. Labeo. versi. qualiter deponit. & in versi. sed quid dicit testis. de sup. leg. & ratio vi-
5 detur, † quia ex tali relatione omnia videntur specificata in termino referente, vt in testibus not. Bal. in l si defensor. §. qui interrogatus. in fi. ff. de interroga. act. Ro. in l. Celsus. circa fi. de vsucap similiter ratio, quam adducit, videtur congrua, quia cognouit illum pro fatuo, & stulto: quia actus furiosorum, & mentecaptorum cadunt in sensu testium, quia facili discursu percipiũ-
6 tur. † & ideo si testis dicit, ꝙ uidit aliquem furere, & actus furiosorum facere, bene probat, ita Bar. dicit in tracta. de testib. in 5. char. in versi. opposita prudentię in prin. & refert Corne. in ɔsi. 22. Visis nonnullis. lib. 4. ubi ꝑ ꝑ illud dictum Bar. concludit, ꝙ in tali casu potius sensus corporis, quàm iudiciũ intellectus attẽdatur. & ad hoc est decisio in terminis Ange. in § si qs. in Auth.
7 vt cũ de app. cog. † vbi dicit no. hic casum expressum, ꝙ furor ꝑ uisum percipitur: & ideo testis, q deponit, ꝙ Titius erat furiosus, quia vidit eũ furentẽ, probat. & ex prædictis etiam vr̃, quòd quartus testis bene probet: quia super eo. char. 15. deponit contenta in d. c vera esse: & in causa scientiæ dicit, quia semper cognouit eũ fuisse mentecaptum. & ꝙ habebat actus, gestus. & sermones stultorum. sextus testis idẽ attestatur in char. 22. & sic prędicti testes tres vñr esse cõcordes: alij non videntur probare: & in simili casu tradit Alex. in consi. 3. Breuiter. lib. 6. in consil. 86. Visis dubitationibus lib. 2. vbi ex prædictis concludit donationem non valuisse. Nec obstat, ꝙ suprà dicti testes uidentur singulares, quia non videntur deponere de eisdem actis: quo casu testes singulares non probant, c. licet causam, de proba. in c. bo-
8 næ in c. cum dilecti. de elec. † quia in probando furorem, & dementiã sufficiunt testes singulares, [a] vt Alex. concludit in dicto consilio 92. Viso quarto. lib. 5. & in consi. 147. Viso themate. lib. 7. & in consi. 141. Mature. lib. 1. Non ob. ꝙ plures testes deponunt contrarium, videlicet dictum Ioannẽ fuisse sanæ mentis, quia testes agentium uidentur præualere, quia affirmatiuè deponunt, testes uerò, qui pro reis inducuntur, negatiuè attestantur, quo casu testes actorum præferuntur, ut concludit Alexã. in consi. præalleg. 147. uersi. præterea testes actoris. lib. 7. Sed in suprà dictis non obstantibus ulterius cogitanti, & omnibus diligenter consideratis, & circunspectis, ut infra apparebit, contrarium in casu isto de iure esse arbitror, uidelicet, ꝙ non sit probatum sufficienter prædictũ Ioan. mentecaptum fuisse. & pro par-
9 te reorũ intentio fundata uidetur; † quia in dubio quis sanę mẽtis ꝑsumitur, & nõ mentecaptus. l. nec codicillos. C. de codici ubi Bal. per illum tex & not. per gl. in c. fi. in uerbo, compotem. de success. ab intest. & idẽ dicit Bal. in l. quidam in suo. in 2. no. ff. de condi. insti. Card. in consi. 56. Casus, super quo. uersi. 2. & in cle. 1. in 2. quæst. de hom. & Bar. in l. filium. ff. de acquirend. hæredit.
10 † & propter hoc infert Corne. in consi 219. Licet uideatur. libro. 1. quòd magis creditur testibus deponentibus de sana men-
11 te, q̃ deponentibus de insania. † Et ad hoc facit, quia testes, quibus ius cõe assistit, & qui concordant cum iure cõi, pręferuntur alijs, qui iuri cõi aduersantur, ut notat Inno. in c. auditis de præscript. & Abb. ibi sequitur col. 4. & in c. cũ oporteat. de accusa. Bald. in l. ob carmen. §. fi. ff. de testi. & idem Pet de Anch. in ɔsi.
12 254. In quæst presbyteri. circa fin. † ubi ꝑ ꝑ hoc infert, ꝙ magis credendum sit testibus deponentibus, ꝙ quis sit bonæ conditionis, & famæ, q̃ alijs contrarium asserentibus, quia concordant cum præsumptione iuris. c. fi. de præsum. & idem Pet. de Anch. in consi. 189 Tribus de causis. Secundò intentio reorum funda-
13 tur ex instrumento publico donationis † quia pro instrumento præsumitur. l. cũ precib. ubi Bal. C. de prob. & in l. quamuis. ubi Bal. C. si quis alteri, uel sibi. & ideo magis creditur testibus deponentibus pro instrumento donationis. q̃ deponentibus ɔ̃ instrumentum de insania, ut in terminis tradit Cor. in cõs. s. alleg. 219. lib. 1. & facit ẽt, quia pro notario præsumitur. c. ad audientiam. de præscr. Tertiò hoc idem confirmatur authoritate Mag. do. Marchionis, qui fuit præsens, & dictam donationem approbauit, & in illa eius authoritatem interposuit, quo casu pro tali authoritate præsumitur, ut no. Bart. in l. frater a fratre. ff. de condi. inde.

ADDITIO.

a §. Singulares.) Alex. consi. 85. consi. 86. lib. 2. Caro. Rui. consi. 67. libr. 1. Phil. Dec. in l. furiosum. nu. 30. C. q. testa. face. pos. vide quæ dixi ad Alex. consi. 72. lib. 1. ad eundem Deci. c. licèt causam. nu. 7. de proba.

14 di.inde.char.fi.ver.3.quæro.† ubi inquit, ꝙ propter talem autho
ritatem omnis suspicio fraudis remouetur.& idem tradit Barto.
in l.1.C.de præd.curia.lib.10.& est dictum Spe in tit. de emptio.
& vendi.§.nunc dicendum el.1.versi breuiter.refert, & sequitur
Bald.in l cum hi.§.si prætor.el.1.ff.de transactio.in l. quicunque.
§.fin.ff.de publi.cum simili.quæ nota sunt, & dixi in c. quoniam
cōtra.char penul.de proba.& hoc in casu nostro in terminis tra
dit Corn.in d.consil.219.lib.1 in versi.item concurrit.ubi ad cō
firmandum donationem,quę dicebatur facta à mente capto,pō
deratur, quòd facta fuit cum authoritate iudicis, & non præsu
mitur,quòd eius authoritatem interposuisset,si ille fuisset mente
captus,& ita pariter in casu isto dicendum videtur. Quarto hoc
idem coadiuuatur ex qualitate dictæ donationis, quia fuit facta
maturè,& prout quilibet prudens illam fecisset, nam cum ipse
non haberet filios,fecit donationem nepoti suo ex fratre,& hoc
intuitu ipsius fratris,qui erat de ipso donatore fratre suo beneme
ritus:& reseruauit sibi usumfructum toto tempore uitæ eius, &
sic ex qualitate dictæ donationis arguitur,ꝙ esset sanæ mentis,†
15 quia ex qualitate actus,[a] qui uiro sanæ mentis conueniret,præsu
a mitur,ꝙ quis sit sanæ mentis,ut not.Bald.in l.furiosum.C.qui te
sta.fac.poss.in prin & idem tradit Bar.in tract.de testib.in 5.cha.
in uer.opposita prudentiæ sunt ibi,sed an actus de quo agitur.&
Alexan.in consilio 141.Mature.lib 1.Angel.Aret.in §.preterea.
institu.quibus non est permiss.face testamen. Quinto ad idem fa-
16 cit, † quia in dubio in fauorem reorum debet iudicari absoluen-
do eos à petitis.c.ex literis.de probat.c.inter dilectos.in fin.de fi-
de instrum.in regula, cum sint partium iura.de regu iur.in 6.in l.
Arrianus.ff.de actio.& obligat.& iste fauor,qui reo conceditur,
non tollitur,dato,quòd probationes actoris in aliquo probatio-
nes rei excederent,ut no.per glo.81.dist.c.clerici.& not. Abba.in
d.cap ex literis.& in c.ad nostram.de proba.in c.in nostra. de te-
17 stib.& in c.cùm P. de accusatio. † & ad hoc etiam accedit regula
vulgata,quòd in dubio debet interpretatio fieri, ut dicta dona-
tio ualida sit.in l.quoties.de rebus dubijs.in l quoties de verbo.
obliga.& in l.3 ff.de test.& ita præsumptio validitatis superat om
nes alias præsumptiones,ut dixi in cap.quoniam Abbas.de offic.
18 delega.Sexto,& ultimo concurrit,quòd donatio † ista habuit ef
fectum,& obseruata fuit per plures annos vnde non debet de fa
cili retractari arg tex in c contingit.de transa ibi, si fuit aliquot
annis obseruata. Modo his omnibus attentis cōsiderandū est,ꝙ
19 † omnes probationes arbitrario iure sunt ut no Anto.de Butr gl.
in d.cap.ex literis.de proba in 6.& not.Bald.in l.fina.in princi.C.
commi uel epistolas.& Pau.de Cast.in l.admonendi. de iureiurā.
20 † vbi inquit,quòd an aliquid sit probatum ex mero iudicis offi-
cio pendet.l.3.§.primo.de testibus.ibi, tu magis scire potes, &c.
& certe consideratis omnibus supra dictis nō uidetur,quod ani
mus iudicare debentis aliter informari possit,nisi quòd donatio
prædicta valida fuerit. & quòd omnino debeat obseruari. & ad
confirmationem huius conclusionis faciunt dicta quàm plurīū
testium,qui examinati pro parte eorum deponunt dictum Ioan-
nem non fuisse stultum,neque mente captum,sed sanæ mentis,li
cet dicant illum fuisse grossolanum prout etiam aliqui testes a-
ctorum dicunt, & tres presbyteri attestantur illum audiuisse in
confessione, & quod erat bonus Christianus, & quòd erat sanæ
mentis,& quòd fatui,& demētes non confitentur, & sic in effe-
ctu videtur probari,quòd non esset stultus,neque mentecaptus,
21 sed grossolanus, † quo casu talis, qui sit obtusi,& grossi ingenij
non prohibetur de bonis suis disponere,ut no.dicit Pau.de Cast.
22 in l.si frater.in princip.C.qui testam.face.poss.† vbi inquit,quod
post pupillarem ætatem quis testari potest, licèt non habeat na-
turalem vigorem sensus per illum tex.& idem not.Ang.Aret.in
§.præterea.insti.quibus non est permissum facere testamentum.
vbi post. Ioan.Fab.dicit de mentecapto, qui non potest testari,
intelligitur de tali mentecapto,qui non intelligat quid agat, nec
habeat iudicium secus si haberet intellectum, & idē esset in ma-
trimonio,vt dixi in consi.112.in prin. Et idem pariter videtur in
donatione,quæ licet à mentecapto facta non ualeat, quando sit
talis mētecaptus,qui nihil intelligit:secus uidetur in grossolano,
qui cognoscit, & intelligit quid agat, prout in casu isto videtur.
& ex omnibus suprà dictis intentio reorum bene fundata vide-
tur.Solùm superest respondere ad allegata supra in contrarium.
& in hoc vis tota consistit.Et in primis considerandum est,quòd
dicta trium testium tantum, qui videntur bene probare dictum
Ioannem fuisse mentecaptum ex pluribus coniecturis,non caret
suspicione falsitatis.Primo enim apparet quòd capitula, super q-
bus debuerunt testes examinari, cum magna & exquisita,insoli-
taque diligentia formata fuerunt a peritissimis viris qui volue-
23 runt instruere testes ad probandum dementiam. † Vnde ista in-
solita diligentia suspicionem fraudis inducit.argum. gloss.in l. si
quis sub conditione.ff.de condi.insti.quam not.ibi Bald.circa fi.
& not.Bald.in l.3.C plus valere quod agitur.in l.etiam.C.de exe-
cu.reiudica.cum simi.vt tradit Barth.Veronen. in trac. simula-
tionis.in noua præsumptione.& tradit Socin.in consil.215.Visa
prædicta.cum aliis simili.ut cōgerit Fely.in c.secundo.de rescri.
Secunda coniectura videtur,quia dicti tres testes videntur depo
nere per eundem præmeditatum, & compositum sermonem,
quia omnes eodem modo dicunt vera esse contenta in capitulo,
& eandem reddunt causam, & rationem,† quo casu redduntur
24 suspecti,ut dicit Barto.per illum tex in l.3.§.ideoque. ff. de testi.
ibi,vnum eundemque præmeditatum sermonem attulerint. nā
quando testes vno,& eodem sermone loquuntur, suspicio est,
ne inuicem sint locuti, & quod subornati fuerint,ut Bal.dicit in
l.testium.C.de testi.in uersic.3.iudex instruitur.& idem not. Bal.
in tit. de pace Constan.in vltimo verbo,hæc sunt nomina.in l.1.
C de emend.Iust.C.in princ.cum simi.vt tradit Alexan. in consi.
137.In causa & lite.libr.2 & in consi.120.Ponderatis narratis.lib.
5.Tertio, quia deponunt dictum Ioannem ab eius infantia fa-
tuum, & stultum, & mentecaptum fuisse,& hoc uidetur impos-
sibile considerata ætate dicti Ioan.qui nunc ageret annum sep-
tuagesimum, si uiueret, vt plerique testes attestantur, quo casu
dicti tres testes, qui sunt longè minoris ætatis, ut in processu ex
ipsorum confessione constat, non potuerunt de tempore pue-
ritiæ dicti Ioannis deponere,cum nati nō essent,& ideo non pos
25 sunt dicere vera esse contenta in capitulo † Et ex hoc magna sus
picio falsitatis deprehenditur per not.in cap. ex tenore. de testi.
& in l.optimam.C.de contrahen.& comm.stipula.Et dato,quòd
nati fuissent dicti testes,non habebant iudicium, & non potuissēt
testificari, quia in illa ætate quicquid videt pupillus ignorat.l.1.
26 C.de fal moneta.†Et impuberes non admittuntur ad testimoni-
um l.3.§.l.Iulia.l.inuiti.in fin.ff.de testib.& not.Bald.in l.testium,
27 in uersicul. 2.debet considerare. de testib.†Et quando testes sunt
suspecti de falso,prout in casu isto ex supra dictis uidetur, iudex
debet diligenter illos examinare,& inuoluere, si potest, vt Bald.
dicit.in l.1.§. editiones. in 2.notabili ff.de eden. Quartò etiam
suspitio dictorum testium confirmatur,quia pro parte agentium
quàm plures testes nominati fuerunt,vt patet in 2.cha. & tamen
non fuerunt omnes examinati,& illi etiā,qui examinati fuerunt,
non fuerunt examinati,neque interrogati super capitulo de de-
mentia exceptis dictis tribus testibus,qui erant instructi, & sub-
ornati, & hac ratione illos tres solos voluerunt examinare super
dementia, nam duo ex dictis tribus testibus erant fratres, & ter-
tius erat consanguineus, & ratione coniunctionis confessi fue-
runt de subornatione inter eos facta.nam ratione coniunctionis
suspicio habetur.l data.C.de dona. & hoc quod dixi suaderi vi-
detur ex his, quæ habentur in cha. 86 & 87.& ex omnibus supra
dictis negari non potest, quin maxima suspicio falsitatis habea-
28 tur. † Et suspicio [b] falsitatis pro falsitate habetur, ut not. dicit
b Archid.in c in memoriam.90.distinctio sequitur Bald.in l. si ue-
ritas. C.de fideicom Petr.de Anch.in consi.173.Circa primum.
Ioan.de Ana.in rub.de crimi fal.Alexan.in consi.7.In causa ac-
cusationis.lib.1.cum simi.vt dixi in c.porrecta.de confirmatio-
ne utili, uel inutili Et ex his habetur responsio ad dicta testium,
quę in contrarium supra adducuntur,quia illis propter suspicio
nem falsitatis nullo modo credendum videtur,maximè cōcurrē
tibus præsumptionibus pro sana mente dicti Ioannis,vt supra di
ctum est.& isto casu videtur habere locum quod not. dicit Bart.
29 in l.Lucius.in fin.ff de his,qui not.infam.† ubi inquit, quòd da-
to,quod testes clare probent, secundum verba potest iudex,si si-
bi videtur,illis non adhibere fidem.consuluit tamen hoc facien-
dum esse ex causa,ita quod appareat in actis, ne postea teneatur
in syndicatu.& idem Bald.in l.1.§.si curatores in fine.ff. de magi.
conuenien.Alexand. in consil. 19. In causa appellationis. libr. 4.
And.Sicul.in consil.32.lib.1.& ideo uidentur partes circunspecti
iudicis esse in pronuntiando dictis tribus non esse credendum
ꝓpter suspicionē falsitatis:& ꝓ ꝓ fortiores præsumptiones, quæ
vt suprà dixi pro contraria parte inducuntur. Secundo principa-
liter,& specialiter ad dicta testium.qui de dementia attestantur,
30 responderi potest † Et considerandum est, quod quando testes
sunt suspecti,prout in casu isto videtur,eius dicta debent diligen
ter perscrutari, & cauillari,ut dicit Baldus in dicta. lege prima. §.
editiones in quarto not.de eden & ideo consonant, vt dicamus,
quod quando deponunt uera esse contenta in cap. super demen
tia, hoc eorum dictum referatur ad dictum principale,uidelicet,
quod dictus Ioannes erat stultus, & mentecaptus: non autem
tale dictum debeat referri ad qualitates,quę in dicto capitulo ex-
primuntur ad probandum dementiam: & hoc probatur ex eo,
quod testes ipsi adducunt rationem propriam, quia ab infantia
vsque

ADDITIONES.

a ¶ Actus.} Idem Decius l.furiosum.num.14.C.qui testa.fac.poss.l. in nega-
tiis.de reg.iur.vbi dixi. Adde d.And Tir.de legib.connubial.chat.98.
b ¶ Suspicio.} Supra consi.175.vbi tetigi.

vsque ad eius mortem cognouerunt ipsum pro insano, & stulto, & quod habebat gestus, actus, & sermones stultorum: unde videntur moti dicti testes per rationem generalem, quam ipsi adducunt, & non ex actibus particularibus, qui in capitulo exprimuntur ad probandum dementiam, & ratio ista generalis non videtur sufficiens in probando dementiam, quia vt dicit Bal. in l.
31 furiosum. C. qui testa. face. poss. † difficile est probare quem esse mentecaptum, vel furiosum, & directo probari nō potest quem esse dementem: quia sensu testis non percipitur, sed consistit in intellectu, ut nota. Card. in consi. 56. Casus. super quo. in fin. & in tali ratione videntur dicti testes iudicare potius, quam deponere quo casu testes non probant, ut not. Bart. in l. qui testamento.
32 §. si. ff. de testa. & Bald. in l. solam. C. de testibus. & ibi dicit, † ꝙ ad probādum quem esse furiosum requiritur perspicax inquisitio, quia testes de facili possunt errare: & ideo tali casu non creditur testibus, nisi causam dicti sui faciant manifestam, allegat doctrinam Inno. in ca. cum causam. de testi. & ideo non uidetur verum dictum Angel. allegatum s̄. in contrarium. ꝙ furor probetur per visum simpliciter, prout etiam videtur sentire Bart. in tracta. testium. in loco suprà allega quia * *communis* opin. in contrarium
33 videtur. Et quod plus est, etiam si testes dicant aliquem esse furiosum, quia proiiciebat lapides per uiam, non probarent, quia etiā sapientes quandoque lapides proiiciunt, cùm iusta causa fieri possit, ut no Bal in §. item furiosi. instit. quibus non est permis. facere testam. Alex. sequitur in l. si cum dotem. §. si maritus, ff. solu. mat. & licet in capitulis exprimantur copulatiuè plures actus in specie, ex quibus furor, & dementia probetur, de illis testes non deponunt, quia ipsi rationem generalem adducunt, ut suprà dictum est Et falsum est, quod in capitulo dicitur, ꝙ parentes sui reputarēt dictum Io. stultum quia contrariū apparet. quia pater illum simpliciter, & æqualiter cum fratre hærede instituit, nec aliā circa eum fecit dispositionem: nam si illum mentecaptum reputasset, verisimiliter aliam prouisionem quo ad eum fecisset: nam quando pater reputauit filium mentecaptum prouidendo illi uti mentecapto, satis uidetur probari, ꝙ sit mentecaptus, ut no. Bal. in d. §. item furiosi. & refert, & sequitur Alexan in consil. 54. Ad
34 quæsitum. lib. 1. † Et pariter ex donatione curatoris probatur, ꝙ quis sit furiosus, vel mentecaptus ut not. Sali. in l. cum te. C. de prob. vt tradit Cor. in consi. 21. Visa dicta repudiatione. lib. 2 & dixi in consi. 86. ergo per contrarium, quando non fuit facta alia prouisio à patre nec datus sit curator magna præsumptio, insurgit, quod non fuerit mentecaptus, & dato, ꝙ testes prædicti tres aliquid probarent respectu dementiæ, alii testes sunt qui contrarium deponunt de sana mente. & isti præualent propter alia adminicula quæ concurrunt, ex quibus iudicari debet dictum Io. sanæ mentis fuisse, ut s̄. deductum fuit. Non obst. ꝙ in simili casu donationis factę à mentecapto uidetur Alexan consuluisse in cōsil. 85. lib. 2. & in consi. 3. lib. 6. quia ibi non concurrebant ea, quæ in casu isto s̄. dicta sunt. & ꝙ donatio non possit impugnari ratione dementiæ consuluit Cardi. in consi. 56. supra alleg. & Corne. in consi. 219. Licèt uideatur dicendum. lib. 1. Non obst. ꝙ testes singulares probent dementiam, quia hoc potest negari per ea, quæ tradit Alex. in consi. 100. Super primo. li. 1. & plenius in consi. 175. Inspecto diligenter processu. lib. 2. cum sim. ut dixi. in c. licet causam. de proba. Et dato, ꝙ esset verum, ꝙ testes singulares probarent dementiam, in casu proposito alia plura concurrunt in fauorem reorum, quæ præponderāt, ut omnino absolui debeant per suprà dicta. Vltimo non ob. ꝙ testes agentium debeant præferri: quia affirmatiuè deponūt, quia pro parte reorum alia quam plura concurrunt quæ præualere debent, nam, ut suprà dictum est,
35 testes agentium suspecti sunt. † Et pro parte reorum testes qui de sana mente attestantur, quia concordant cum præsumptione iuris communis, præferri debent, ut suprà dictum fuit secundum Corn. in d. consi. 219. lib. 1. Et ulterius pro parte reorum sunt plu
36 res † presbyteri, qui laicis præferuntur, ut nota. in c. clerici. 81. dis. & quia in fauorem reorum deponunt, ut s̄. dictum fuit. facit tex. in l. lege Iul. ff. de manu. & quia testes agentium deponunt in genere, ut suprà dixi, sed pro reis testes presbyteri deponunt in specie de actu confessionis, quę à mentecapto fieri non solet, nec ad-
37 mitteretur. † & testes, qui in specie deponunt, præualent, & pręferuntur deponentibus in genere, ut tradit Alexan in consi. 284. Excellentissime domine & præferuntur testes, qui deponunt verisimiliora l. ob carmen. § fin. ff. de testi. & in cap. licèt causam. de proba. & in c. præterea. extra de testib. & verisimiliora dicuntur, quæ concordant cum iure communi, ut dicit Inno in d. c. auditis. de præscrip. cum sim. suprà alleg Ex quibus omnibus indubitanter concludendum videtur partes domini iudicis esse in pronunciando valere donationem absoluendo reos à petitis, & in simili casu, & fortiori consuluit Card. in d. consi. 56. & Corne. in dicto consi. 219. lib. 1. & si causa mihi esset commissa, ita iudicarem. Phil. Dec. Pisis.

EPITOME Consi. CCCCXLIX.

Iacoba in exequutione iudicati uocat in ius Nicolaum filium fa. hæredem Iacobi ad respondendum de iure ei competenti in dicta hæreditate causa suæ dotis, pro cuius solutione obtinet tenutam ab exequutore super dictis bonis. Comparet N. excipiēs exequutionem nullam esse petens ante omnia se reintegrari in possessionem bonorum. Super quo primitus consultus C. Ruy. censuit exequutionem non valere, deinde A. Negusantius ibidem consultus tenuit contrarium impugnando decisionem Ruy. postremò Deci. Respondit opinionem Negu. esse amplectendam tanquam consequenter veriorem. Ideo exequutionem validam esse, & tenutam iuridicam fore.

SVMMARIVM.

1 *Citatio facta vnius actus respectu locum non habet, si ille actus in substantia, vel qualitate variatur.*
2 *Iuditiorum in præparatoriis verba in actoris fauorem interpretari debēt.*
3 *Ralatio facta cum omnibus eius qualitatibus intelligitur.*
4 *Citatio generalis restringi non debet, quia principium generale inspicitur.*
5 *Citationis verba ad iuris intellectum reduci debent.*
6 *Iudicis Officium largo modo obligationem presupponit.*
7 *Libelli ex narratione per actionis uiam, ubi ius agendi concluditur, libellus non vitiatur, licet iudicis officio id petatur, quod secundum actionis naturam veniebat.*
8 *Citationis defectus partis præsentia purgatur.*
9 *Soluendi oblatio in rebus hæreditariis pro solutione habetur.*
10 *Soluere quilibet pro alio potest.*
11 *Filius, a quo tanquam hærede legata petuntur, si contradicat, & iudiciū suscipiat, non est opus aliter immixtionem probare.*
12 *Citare sufficit adultum, quia citatus intelligitur, vt legitimè compareat.*
13 *Tenuta data per nuntium non valet absque iudicis commissione.*
14 *Commissio iudicis, quòd interuenerit, in dubio non præsumitur.*
15 *Iuris ciuilis solennitates remittuntur, quando in causa de plano sine strepitu, & iudicii figura proceditur,*
16 *Tenutæ confirmatio confirmari non debet ad hoc, ut quis a possessorio reintegrandæ excludatur.*
17 *Tenuta, quando reuocari petitur, si de debito constet, reuocanda non est.*
18 *Tenuta, quæ fuit nulla per iudicem appellationis, vel nullitatis, confirmari potest, si constat sibi, quod de nouo danda esset.*
19 *Captura, licèt nulla fuerit, si de debito constet, captus relaxari non debet.*
20 *Possessorio recuperandæ, licet spoliatus ante omnia restituendus veniat, si tamen de proprietate constet, quæ ad spoliantem spectat, restitutio denegari debet.*
21 *Clausula sola facti veritate inspecta, iudiciarius ordo tollitur.*
22 *Hypothecaria qui agit, si in possessionem ex primo decreto missus sit debitor non audietur, si primum decretum reuocare uelit.*
23 *Vxor, quæ iure familiaritatis uiuente marito domus possessionem habet marito mortuo pro dote suo retentionem habet.*
24 *Remedium capituli reintegranda quibus in casibus locum habeat.*
25 *Instrumentorum multorum inspectione consuetudo notoria habetur.*
26 *Notarius in dubio rogatus videtur clausulas consuetas apponere.*
27 *Mandato in generali ea, quæ de consuetudine sunt, veniunt.*
28 *Notarius generalis consuetudinis ratione in contractibus pęnam apponere potest.*
29 *Vendēdi potestas alicui à principe dari potest, vt secundum consuetudinē in contractibus pacta pęnalia apponere possit.*
30 *Spoliatus iudicis authoritate, si reintegrari petat, quę requirantur.*
31 *Remedium capituli reintegrandæ locum non habet, quādo quis ex sua causa possessione priuatur, secus tamen si sine culpa sua. & num. 32.*
33 *Possessionem non adipiscitur qui per nuntium sine iudicis authoritate in possessionem mittitur.*
34 *Ratificatio etiam facto inducitur.*
35 *Vniuersitas, si soluit expensas per syndicum factas per eum gesta ratificare uidetur.*
36 *Possessionem capiendi ius propria authoritate cedi potest, etiam quando actio personalis ceditur.*
37 *Creditor, qui simpliciter vendidit, licet de euictione non teneatur, si tamen de euictione se obligauit in pignoris vendition e, tenetur, prout promisit.*
38 *Creditor, quando de euictione se obligauit, euictione sequuta actione vtili ex empto agitur.*
39 *Solutione eius, quod debetur, omnis obligatio tollitur.*
40 *Tenuta, si nula sit, iure pignoris retineri potest, si aliàs res obligata erat.*

VIsis duobus consiliis, excellentissimorū doctorum do. Caroli Ruyni consulētis, & dom. Antonii Negusantii de Fano, qui efficaciter decisionem dicti domi. Caroli impugnare conatur, requisitus, ut dicam pro ueritate, & iustitia quod mihi videtur

videtur, ſubſiſtebam, quia non facile videbatur inter hos eminẽ
tiſſimos iuris doctores iudicium promere:& hac ratione recuſa-
bam talem prouinciam ſuſcipere, amicorum tamen precibus in-
ſtantiſſimè deuictus, dicam breuiter quod de iure ſentio. & om-
nibus conſideratis, & circunſpectis ſententiam domi. Anto. doc.
excellentiſſimi amplector, reaſſumendo, & confirmando ea, in
quibus uis conſiſtit. Prima eſt difficultas circa dictum Bar. in l. aut
1 qui aliter. in prin. ff. quod vi, aut clam. † vbi citatio facta reſpectu
vnius actus non habet locum, ſi ille actus variatur in ſubſtantia,
vel qualitate. Ex quo dominus conſultor infert, ꝙ citatio, quæ
fuit facta reſpectu actionis proponendæ, non videtur habere
locum in officio iudicis, quo mediante videtur petita executio,
iuxta not. per Bar. & doct. in l. intra. ff. de re iud. Dom. Ant. reſpõ
det, quòd imo citatio fuit facta generaliter, quæ etiam videtur
adaptari officio iudicis:& dato, ꝙ fuiſſet limitata in eo, quod iu-
re actionis competeret, deberet extendi ad illud, quod officio iu
dicis debetur, ut ipſe latius deducit. Et ulterius iſta concluſio cõ-
2 probari poteſt pluribus mediis:& primo, † quia in præparatorijs
iudiciorum uerba debent in fauorem actoris interpretari. l. de
die. in prin. ff. qui ſatiſ. cog. & ideo verba citationis debent ſecun-
dum petitionem declarari, & quia citatio ad petitionem habet
relationem, quia in ea dicitur, ꝙ debeant comparere ad reſpon-
dendum de iure dominæ Iacobæ ſuper certa quãtitate pecunia-
rum. & rebus aliis, quas ab illis petere intendebat, cum ergo cita-
tio referatur ad petitionem, coniungi debet citatio cum petitio-
ne, quia relatum dicitur eſſe in referente. aſſe toto. ff. de hæred.
inſti. l. ait prætor. §. ſi iudex. ff. de re iudi. l. ſi ita. l. in teſtamento. ff.
3 de condi. & dem. † Et relatio facta intelligitur cum omnibus qua
litatibus eius. ut not. Bart. in l. 1. ff. de recept. in l. 1. §. fin. ff. ſi fa. fur.
feciſ. dic. & in l. ſi quis ſeruum. §. fin. de lega. 2. & declarando hoc
modo in effectu videtur facta citatio reſpectu officii iudicis, qđ
in petitione deductum eſt. Secundò hoc idem confirmatur: quia
in executione, de qua agitur, non ſolum officium iudicis, ſed etiã
actio iudicati competit. l. miles. § fin. vbi gloſſ. ff. de re iudi. l. 4. in
prin. eo. tit. & not. Bart. in l. intra dies. ff. eo. tit. & talis actio cum
officio iudicis concurrere poteſt, ut not. Bald. in l. 2. in prin. C. de
execu. rei iud. Bar. in l. 1. §. per hanc. ff. de rei ven. & in l. in prouin-
ciali. in prin. ff. de ope. no. nun. & cum citatio facta ſit, ut veniat ad
reſpondendum de iure, uidetur quod talis citatio cõueniat utro-
4 que remedio, quod actori de iure competit. † & talis citatio ge-
neralis non debet per verba ſequentia reſtringi, quia principiũ
generale inſpicitur, ut dicit tex. in l. regula. §. & licet. ff. de iur. &
5 fac. ign. † Et ad hoc facit, quia uerba citationis debent reduci ad
intellectum iuris, ut not. Bar. in l. 4. §. prætor ait. ff. de dam. infect.
Et ſuadetur iſta interpretatio, quia (vt dixi) verba in dubio in
præparatoriis in fauorem actoris debent intelligi. d. l. de die. vbi
Bart. Tertio ad ſupradicta bene facit, quia licet in actione narra-
ri debeat, & concludi, quod pars tenetur, & in officio iudicis cõ-
cludendum, quòd iudex debeat, vel poſſit facere, ut not. Barto.
in l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. ſi tamen iſta forma non ſeruetur, ut
quia ille, qui debet implorare officium iudicis, dicat partem ſibi
teneri, & petat illam condemnari, non propter hoc uitiatur libel
lus, ut Alex concludit in l. 1. vbi ad hoc allegat Spec. in titu. de li-
bel. obla. § fin. in verſic. ſis etiam cautus. & idem tenet Ioan. And.
in rubr. de offi. omn. iud. in rub. in additionibus Spe. in fin. vbi re-
fert Roff. e. quẽ ipſe ibi ſequitur per l. actionis verbo. ff. de actio.
& obli. & idem comprobat Alexan. in d. l. 1. quia officium iudicis
præſupponit quaſi debitum ab aduerſario, ut not. per gloſſ. in l. ſi
ſeruum. § fi. in verbo, peti poſſit. de verbo. obliga. † & officium
6 iudicis largo modo præſupponit obligationem, ut not. Bart. in l.
a fin. ff. de iniu. & verba libelli[a] impropriari debent, ut libellus ſal-
uetur. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero vbi Bar. ff. de iureiu.
in l. ſi olei. C. loca. l. 1. in fi. C. de vſufruc. & facit text. in l. ſi inten-
tione. ff. de iud. & not in c. ad ſedem. in gloſſ. 2 de reſtitu. ſpol. pa-
riter ergo in caſu iſto uidetur dicendum, ꝙ licet uerba citationis
reſpicerent actionem, tamen ſecundum intentionem actoris e-
tiam in officio iudicis debent verificari. Quarto ad idem uidetur
text. quem ibi not. Anto. de But. in cap. ex literis. de pign. vbi in 4.
7 not. concludit, † quòd ubi ex narratione libelli concluditur ius
agendi per uiam actionis, non uitiatur libellus, licet officio iudi-
cis petatur id quod veniebat ſecũdum naturam actionis: & ideo
ex omnibus ſupradictis ꝯcludendum eſt, quod citatio legitimè
8 facta uideatur. † Præterea dato, quod in citatione aliquis defectus
conſiderari poſſit talis defectus purgari videtur ex præſentia
partis, quæ interuenit: quo caſu limitatur dictum Bartol. in dict. l.
aut qui aliter non procedere, ut ſpecialiter Abbas tradit in conſi
lio 38. Tria ſunt. libro 1. Secundo executio petita impugnatur,
quia petita fuit contra Ser Per Nicolaum tãquam heredem Ser
Iacobi Vici. unde debuit in primis liquidari illum eſſe hæredem,
vt not. Bal. in l. per diuerſas. in q. 10. C. man. cum ſi. ut tradit. Ale.
in l. poſtulante. ff. ad Treb. & in l. à diuo Pio. §. in uenditione. ff. de
re iudi. & Pau. de Caſt. in conſilio 299. Quod dictum præceptum.
Coma. in conſilio 142. Quod ceſſionarius. & cum talis liquidatio
facta non fuerit, executio non valuit, ita arguit, & tenet domi-
nus conſultor. Sed ad hoc reſpondet dominus Anton. negando
præſuppoſitum, quia ante executionem commiſſam contra di-
ctum Ser Per Nicolaum in actis deductũ fuit, & iudici conſtituit
illum eſſe heredem dicti Ser Iacobi: quia dictus Ser Per Nicolaus
comparuit in dicto iudicio executiuo, & produxit quaſdam
exceptiones. & inter alias iurauit ſe non habere aurum, neque ar
gentum ad ſoluendum dictæ dominæ Iacobæ, & propter hoc
obtulit de bonis, quæ remanſerunt in hæreditate dicti Ser Iaco-
bi, ut patet in actis: ex tali enim oblatione ſoluendi de bonis hæ-
reditariis Ser Iacobi ſatis apparet iudici ex actis quòd dictus Ser
Per Nicolaus erat heres dicti Ser Iacobi, quia actus dictę obliga-
tionis non videtur. quod fieri potuerit citra ius, & nomen hære-
dis, per not. in l. pro hærede. §. Papin. & per Bartol. in l. gerit. in 3.
memb. princi. de acquiren. hæredi. Et iſta concluſio vlterius con-
9 firmatur, † quia oblatio ſoluendi de rebus hæreditatis habetur
pro ſolutione. l. qui decem. in princip. ff. de ſolut. not. in l. acce-
ptam. C. de uſuris. & oblatio iſta, quæ fuit facta in iudicio, eſt
maioris virtutis: quia inducit liberationem, ſecus ſi extra iu-
dicium fuiſſet facta oblatio, & ꝯſignatio, ut no. Bar. in lege ſi rem
alienã §. fi. in fi. ff. de pig. actio. clarũ eſt autẽ, ꝙ ſolutio debiti hę
reditarij inducit aditionẽ, vt eſt caſus in l. 2. C. de iure delibe. ubi
dr̃, cũ debitum paternum te ſoluiſſe allegas, pro portione hæredi
taria agnouiſſe te hæreditatem defuncti non ambigitur. pariter
ergo videtur idem dicendum in dicta oblatione facta in iudi-
cio, quæ habet vim ſolutionis ſecundum Bart. in dicta l. ſi rem
alienam. §. fin. Non ob. ꝙ ex actu oblationis, uel ſolutionis non
10 uideatur inferri ad aditionem hæreditatis, † quia quilibet pro
alio ſoluere poteſt. l. ſoluendo. ff. de negotiis geſtis quia in dubio
ſolutio facta ab hærede uidetur facta ab eo tamquam ab hære-
de, & nomine eius proprio. l. & magis. ff. de ſolutio. ut not Bald.
in l. potuit. in decima quæſtione C. de iure delibe. idem dicunt
Angelus, & Moder. in dicta l. 2. Et ad ſuprà dicta facit quod not.
11 Bald. in l. 1. in fin. C. communia de lega. ubi concludit, † quòd ſi
filius, à quo tamquam hærede petuntur legata, contradicit, &
ſuſcipit iudicium, non eſt opus aliter probare immixtionem. &
ita uidetur in caſu iſto, quia cum dictus ſer per Nicolaus oppo-
ſuerit ſe, & contradixerit, uidetur hæreditatem adiuiſſe. Tertiò
contra executionem arguitur ſecundum dominum conſultorẽ,
quia citatus fuit ſolus dictus ſer per Nicolaus, & debuit pater
eius, qui erat legitimus adminiſtrator citari ſicut in adulto, qui
habet curatorem, quia non ſufficit adultum citari ſine curatore,
& in hoc damnat Alex. qui contrarium dicit in l. ſi ex legati cau-
* ſa. de uerbo. oblig. & dicit * *communem* opinionem eſſe contra
Alexan. Dominus Anto. reſpondet quod imò Alexan. bene di-
b cit, quòd ſufficiat citare adultum[b] ſolum, quia intelligitur cita-
tus, ut legitimè compareat, ut dixit Alexan. in d. l. ſi ex legati cau
ſa. & non eſt uerum, quòd communis opinio ſit contra Alexan.
& confirmatur ratio Alex. per Bar. in l. 1. §. ſufficit. ff. de admi. tu-
to. uel ſi. quæro qualiter. ubi dicit, quòd etiam ſolus pupillus po-
teſt citari, quia intelligitur, quod legitimè compareat, & licet in
pupillo poſſit dubitari, ut dicit Alex. in l. neque impubes. ff. de in
ius uocan. tamen in adulto, de quo agitur, dictum Alex. in d. l. ſi
ex legati cauſa. uidetur bene procedere, ut not. Bald in l. fin. C. ſi
12 propter publi. pen. in prin. ubi dicit, † ꝙ ſufficit citare adultum,
quia intelligitur citatus, ut legitimè compareat. & idem notat
Bal. in l. non eo minus. in l. fin. C. de procur. & in adulto dicit Bar-
to. in d. §. ſufficit quod electio eſt actoris, an uelit formare libel-
lum contra ipſum curatorem, uel adultum. & idem dicit Card.
13 in clemen. religioſus. in 5. q. de procu. † Quarto dicitur, quod
tenuta data per nuntium non ualuit abſque commiſſione iudi-
cis. l. ſed ſi hac. §. prætor. ff. de in ius uocan. in l. fin. ubi Bart. C. de
14 exhiben. re. † & in dubio etiam non præſumitur, quod commiſ-
ſio interuenerit, ut no. Bart. in l. ſciendum. de uerborum obli. cum
ſimilibus. ut ibi tradit Alexan. & dixi in c. 1. de iudic in lectura ſe-
cunda. Ad hoc cum magna admiratione reſpondet dom. Anto.
quia in actis dicit ipſe expreſsè apparet, ꝙ iudex dictã executio-
tionem cõmiſit quia non uidit proceſſum, quia tranſmiſſus non
fuit, ſi ita eſt, non uidetur laborãdũ. Et ulterius etiam reſponderi
poteſt, quia dato, ꝙ in actis hoc nõ cõſtaret, conſiderandũ eſt, ꝙ
in cauſa iſta ſummariè proceditur, & de plano ſine ſtrepitu, & fi-
gura

ADDITIONES.

a ¶ Libelli.) Alex. conſi. 60. num. 4. lib. 5. vbi dixi, adde Hiero. Grat. conſil.
79. num. 8. cum ſeq. lib. 2.

b ¶ Adultum.) Veritas eſt, & ita practicatur, quòd ſi habet curatorem, non
ſufficit citare adultum ſolum, ſed ipſemet curator, quo ſi careat, tunc adul-
tus citari poteſt, vt legitimè compareat, & ſibi curatorem petat, vel detur.
Soci. in tracta. de citat. arti. 20. num. 109. dixi in conſuet. Pariſi. §. 3. gl. 11.
num. 17. adde Matthæ. Affl. deci Neapo. 262. dõ. And. Tiraq. in tract. de
retract. proximi. §. 1. glo. 13. num. 19.

gura iudicij, iuxta clem. sæpe. de verb. signi. Et habetur in statuto
15 Fauensi.† quo casu remittuntur solennitates iuris ciuilis, & dicit Rom. in consi. 497. Diligenter perscrutatis. in secundo dubio. tale
a lem esse solennitatem commissionis, [a] quæ expectatur à iudice, ideo specialiter concludit, ꝙ ex defectu commissionis nõ debet vitiari processus, q summarie debet agitari, vt latius ibi ipse prosequitur. dicit etiam Roma. in consilio præallegato, ꝙ post decẽ dies datio insolutum transit in rem iudicatam, ex quo non fuit appellatum, & tali casu propter rem iudicatam, præsumitur ꝙ commissio fuerit facta à iudice per tex. in c. bonæ. de elect. & in capitu. cum inter. de re iudicata. & ita etiam videtur in casu isto dicendum, si appellatio interposita non fuit. Dominus consultor quinto concludit, ꝙ tenuta non possit confirmari, licet talis
16 confirmatio petita fuerit, † quia confirmatio tenutæ non debet confirmari ad hoc, vt quis excludatur à possessorio reintegrandæ, vt notat Bald. in l. 1. in principio. C. de carbo. edict. & tradit Soc. in l. iuste possidet. de acquirenda possessio. & dicit verum sine dubio, quia iam erat lis inchoata super possessorio, vnde lite pendente nihil est innouandum. Ad hoc respondetur per dominum Antonium, quòd dictum Bal. in d. l. fundatur in regula, quę est, quòd ante omnia quis restituendus est contra violẽtum possessorem. l. si quis à se fundum. C. ad l. Iuliam de vi. sed illa regula non habet locum in iudice, cuius authoritate in casu isto fuit iste spoliatus, vt not. per glo. in c. præsentium, 7. q. 1. quia pro iudice præsumitur. cap. in præsentia, de renuntiatio. & no. Archi. in ca. quorundam. 74. distin. Abbas in capitu. dilectus, el primo. de rescript. in cap. si constiterit. de accusa. cum simil. vt dixi in consilio 125. In causa spoliationis. Et ista conclusio videtur optimè procedere in casu isto, in quo iudex iudicialiter, & causa cognita
b processit, secus [b] si iudex extraiudicialiter vti priuatus procederet cap. conquerente. de restitutio. spolia. vbi Abb. & tradit Hostien. in summa. de restit. spolia. §. quando facienda. in principio. vnde cum non possit dici, quòd fuerit spoliatus nulla restitutio illi videtur competere: & cum constet de vero debito, videtur, quòd tenuta omnino debeat confirmari secundum Angelum in
17 l. si finita. in principio. ff. de damno infect. † vbi dicit, quòd pluries practicauit, quòd quando petitur tenuta reuocari, dicit, ꝙ non est reuocanda, quia si data non esset, deberet cõcedi: & ideo confirmatio primæ peti debet. & finaliter in d. l. si finita. in principio. concludit Alex. quòd tenuta siue ualida sit, siue nulla, peti potest, quòd confirmetur, & in simili adducit, quòd sententia nulla per iudicem appellationis potest confirmari, ut per Barto. in l. 1. versic. quæro, quid si datur libellus super nullitate. C. quando prouo. nõ est neces. & in l. si ut proponis. la prima. C. quomodo, & quando iud. & tradit etiam Alexã. in consi. 81. In causa, &
18 lite. in fin. lib. 7. vbi concludit, † quòd tenuta, quæ fuit nulla, confirmari potest per iudicem appellationis, uel nullitatis, si constat sibi, quòd de nouo danda esset, & sic quòd ille, cui data est tenuta, foueat iustitiam. allega. Bar. in locis pręallega. & cum his concordat Angel. Aret. in §. quadrupli. in versicul. quæro, missus in posses. institu. de actio. & Pau. de Cast. in consi. 39. In causa captu-
19 ræ. in fin. vbi concludit, † quòd si captura fuit nulla ex defectu citationis, si tamen constat de debito, quia captus confitetur, vel alio modo apparet, non debet relaxari, sed confirmari per l. fin.
20 §. fina. ff. quòd met. cau. † & adducit simile in causa possessorij recuperandi, licet spoliatus ante omnia sit restituendus tamẽ si manifeste constet de proprietate, quę spectat ad spoliantem, restitutio debet denegari, vt no. in c. cum ecclesia. in c. cum super. de restitu. spo. & in c. ad decimas. eo. titu. lib. 6. & maxime videtur ista conclusio habere locum in isto casu, in quo secundum formam statuti Fauensis cognoscitur summariè, & sola facti ueritate in-
21 specta, † quorum uerborum virtute tollitur ordo iudiciarius, ut not. Bald. in capi. 1. §. inuestitura. de no. for. fideli. Roma. in consi. 20. Viso. circa fin. in consi. 519. In casu propositæ consultationis. in fin. Anto. de But. in capit. 2. de iura. calum. Alexan. in consi. 6. Circa processum. libr. 3. cum simi. vt dixi in capitu. dilecti. de iudi. ista tamen omnia videntur dicta ex abundanti, quia ex supra dictis apparet de ualiditate tenutæ remotis obiectionibus, ut s. dictum fuit. Accedit etiam in isto casu, quòd licet tenuta legitime data nõ fuisset, si illa res erat aliàs obligata propter debitum, datur retentio, ut nota. Bald. dicit in l. fundus, qui. in 3. nota. ff. de rescinden. vendi. & ad hoc est dictum Specu. in titu. de contuma. §. sequitur videre. uersi. sed pone conuenire. & sequitur Barto. in
22 l. 2. §. fin. in fin. ff. de acquiren. posses. † vbi concludit, quòd si ille, qui agit hypothecaria, sit missus in possessionem ex primo decreto, non audietur debitor, si velit reuocare primum decretum,
c quia creditor potest retinere [c] rem iure pignoris, quando constat de debito, & obligatione, & sequitur Alexan. in dicta l. 3. §. fina. & maxime haberet locum, si creditor propria eius authoritate possit possessionem accipere, vt notat. Bald. in authen. ei, qui. in versicul. sed tunc quæro de tali quæstio. C. de bon. autho. iudic. possi. & cum suprà dictis concordat Alexan. in consi. 5. In
23 causa, & lite. in fin lib. 2. † & in simili legitur de muliere, quæ videtur habere possessionem domus iure familiaritatis viuẽte marito, l. qui iure familiaritatis. ff. de acquiren. posses. tamen mortuo marito vxor habet retentionem pro dote, ut not. Barto. in l. si filio. la prima. ff. solu. mat. Bald. in l. penul. C. de pigno. actio. in l. penu. C. de non nume. pecu. cum simil. ut dixi in consilio 232. Dura admodum, & rigorosa. & maxime ista uidentur procedere stãte statuto, quòd procedatur sola facti ueritate inspecta, ut s. dictum fuit. Sexto dominus consultor concludit, ꝙ in possessorio
24 reintegrandæ Ioan. Philip. & filius debeant obtinere † quia constat de eorum antiquiori possessione, & de retentiori possessione domini Hieronymi, ideo uidetur habere locum remedium. c. reintegranda. 3. q. 1. ut not. in c. sæpe. de resti. spo. & tale remediũ videtur habere locum, quando quis cecidit à possessione facto iudicis, quòd malè processit. c. ex insinuatione. de procura. Et non potest dici, ꝙ domina Iacoba haberet antiquiorem possessionem propter constitutum, quia dicit ipse, quòd non potest extendi, ut intelligatur sub dictione, & c. constitutum quòd non exprimitur, ut tradit Alexan. in consi. 28. Viso, & præhabito. libro 2. Dominus Anto. respondet, ꝙ Alexan. loquitur in instrumento notarij defuncti, in quo non erat constitutum extensum, sed in casu isto extensum reperitur, & ita reperitur communis stylus, & ista responsio primo potest confirmari, deinde planius poterit responderi. Nam Alex. in d. consi. 28. dicit, quòd in casu suo non fuit probata consuetudo, nec stylus notarij, & sic fatetur Alex. quòd ubi esset consuetudo apponendi cõstitutum, uel stylus, quòd extendi possit, sed cõsuetudo ista videtur generalis, ꝙ in instrumentis constitutum apponatur: unde talis consuetudo, quæ uniuersalis est, probatione non indiget satis est, ꝙ allegetur, & in tali consuetudine iudex supplet, ut Bald. dicit in l. filius familias. §. veterani. ff. de procu. in l. iubemus. C. de iud. in l. si fugitiui. C.
25 de seruis. fugi. † Nam ex inspectione multorum instrumentorũ consuetudo notoria habetur, quæ probatione non indiget, ut dicit Bald. in l. 1. uersi. sed hic quæro C. ad Velleia. & stante tali cõsuetudine notarius potuit in tali instrumento constitutum ap-
26 ponere, † quia in dubio uidetur notarius rogatus apponere clausulas consuetas, ut nota. Bald. per illum text. in l. finali. C. de fideius. facit text. in l. quòd si nolit. §. qui assiduo. ff. de ædil.
27 ædic. † In generali enim mandato ueniunt ea, quæ sunt de cõsuetudine, ut not. Bar. in l. fi. de his, quæ in frau. credi. in l. fin. de aqua. plu. arc. & in no. casu Roma. in consi. 114. Visis supra consultis. in 2. dubio. & ex hoc infert ipse Alexan. in consi. 66. In causa, & lite
28 uertente inter Christoforum. in prin. lib. 7. † quòd notarius ratione generalis consuetudinis potest apponere pœnam in contractu. & hoc idem in procuratore ad uendendum dicit Ange. in l. bene à Zenone. C. de quadr. præscrip. per illum tex. ibi, pacta emptionalibus instrumentis addere. & idem Ange. in l. 2. in prin.
29 in uer. potest & aliter exemplificari. ff. de iurisdi. om. iudi † ubi hoc dicit in eo, cui data fuit potestas uendendi à principe, quod possit in contractu pacta pœnalia apponere secundum consuetudinem. Sed etiam dato, ꝙ constitutum non esset, planius responderi potest, quòd dictum remedium. c. reintegranda. nullo modo
30 contra dom. Hieron. competere potest: † quia quando quis dicitur spoliatus authoritate iudicis, & petit reintegrari, ut hic dicitur, tria probari debent, licet contra priuatum duo sufficiãt, ut magistraliter Dom. scribit in consi. 156. aliàs 146. Dominus Burgensis. ubi ad propositum dicit, ꝙ qñ agitur de spoliatione facta à iudice competenti in formã iudicij agens debet probare tria: possessionem eius priorem, spoliationẽ, & iniustitiam spoliationis, sed in casu isto non probatur de iniustitia spoliationis, & in dubio pro iudice præsumit̃ c. in præsentia. de renuntia. Non ob. tex. in c. ex insinuatione. quia ibi de iniustitia cõstat, quia lata fuit sententia ꝯ procuratorem reuocatum, & ibi notorie constabat de iniustitia secundum Fely. in d. c. dilectus. el 1. Sed in casu isto non apparet de iniustitia, imo uidetur iudex legitime processisse, ut colligitur ex supra dictis, in quibus ad obiecta responsum fuit, &c.

ADDITIONES.

a ¶ Commissionis.) Et bene, quia ex frequentiori obseruantia apparitores, qui sunt personæ publicæ, censentur habere mandatum generale, dum sæpe, ut uidi, solet instrumentum commissionis perdi, merito in iudicando sufficit constare de instrumento Guarantigio, nec solet exigi commissio iudicis, nisi ad cumulandam pecuniam, & uendendum sigillum.

b ¶ Secus.) domi. Bald. l. non uidentur. §. qui iussu. l. factum à iudice. de regul. iur. in cap. si quando. de offi. deleg. Alex. in consi. 144. num. 2. lib. 2. ubi dixi

c ¶ Retinere.] Istud est ualde periculosum, cum sit pignoratio facta in inuitum, quæ est odiosa, & contra hanc decisionem, uidetur text. in l. cum unus. in fin. princip. de bonis authen. iudic. possid. dixi in consuetu. Parisi. titu. 16.

fuit,& ex supradictis etiam apparet, ꝙ isti ceciderunt, & priuati fuerunt possessione ex iusta causa, quo casu cessat remediū c.
31 reintegrand i. † quia non habet locū, qn̄ quis ex causa sua priuatur possessione, per ea quæ tradunt Inn. & doct. in cap. sæpe de resti. spol. & tex. in d.c. reintegranda. ita loquitur ibi per quascūque personas iniustas causas: secus ergo si iuste, vt Domi. ibi dicit & tradit Alex. in consi. 6. Circa pcessum. vers. 2. respondeo.
32 lib. 3. & in consi. 117. Viso processu. lib. 2. vbi dicit dictum remedium competere, quando, quis cecidit a possessione sine culpa. & in consi. 90. Viso processu lib. 5. secus ergo quando quis priuatur possessione eius culpa, vt in casu isto contingit: ideo concludendum dictum remed ū non habere locū. Septimò dominus consultor dicit ꝙ domi. Iacoba adepta non fuit possessionē mediante tenuta,
33 † quia nō fuit missa in possessionem per nuntium authoritate iudicis, prout requirit l. is, cui. §. missus ff. ut in poss. leg. & no. Bar. in l. si finita. §. Iulia. in 2. q. ff. de dā. infect. Do. Ant. respondet, ꝙ imò dom. Iacoba consequuta fuit possessionem, qua executor accepit tenutam, & corporalē rei possessionē pro dicta dom. Iacoba, & illam ratificauit tacite dando licentiam, & mandatum speciale ad vendendū, & tenendū dictam tenutam,
34 † quo ēt facto ratificatio inducitur. l. Paulus. ff. rē rat. hab. vt latius per eum hic. & hoc stante, prout narratur, quia acta mihi exhibita non fuerunt, res non vr̄ habere difficultatem, & pro dicta tacita ratificatione facit, quia plus est facere facto, q̄ verbo, vt dicitur in c. dilecti. de app. & sic agens ex contractu vr̄ ratificare ɔ̄ctum, vt no. Ange. in consi. 161. Viso. Bald. in consi. 14 Pūctus. lib. 5.
35 † facit quod dr̄ de vniuersitate, quæ si soluit expensas factas per sindicum, vr̄ gesta per eum ratificare, ut no. Specu. in tit. sind. in vers. sed pone ꝙ vniuersitas. & sequitur Alex. in cōs. 127. Viso instrumento. cum sim. vt dixi in regula semper qui nō prohibet. ff. de regu. iu. Octauò dr̄ per dn̄m consultorem, ꝙ do. Hiero. ex iure cesso non pōt vti priuilegijs pacti dotalis ad effectum, vt absoluatur a præiudicio possessorio,
36 † quia licet ius capiendi possessionem propria authoritate cedi posit, vt per Bar. in l. 1 § fi. ff. de oper. nou. nun. illud procedit, qn̄ etiam actio personalis ceditur, quia ad eius executionē venit dictum ius ingrediendi propria authoritate. sed quando est facta solutio, per quā liberatus est ille, contra quē facta fuit cessio a actione personali, prout in casu isto vr̄ solutione eius quod debetur, sublata fuit actio personalis, & obligatio, vt no. Bar. in l. Modestin ff. de solu. & illa sublata ius ingrediendi propria authoritate non videt competere ex eo, quod no. Bar. in l creditores. C. de pig. dum tractat, an illud transeat in singularem successorem. Dominus Ant. valde miratur de isto fundamento, deinde respondet, & concludit non esse verum, ꝙ d. bitor principalis sit liberatus in isto casu, in quo creditor de euictione pignoris venditori tenetur per tex in l. si mandato Titij. § creditor. ff. man & in l. rescriptum. §. fin. ff. de distr. pig. & in l. pignore. § fi. ff. de pigno. actio. vt ipse
37 latius hic insistit. † licet n creditor, qui vendit, simpliciter nō teneatur de euictione. l. j. & 2. C cred. pig. euic. non debere. si tamen se obligauit de euictione in venditione pignoris, tenetur, prout promisit. d. l. 1. & hoc facit creditor tanquam procurator debitoris, vt no. Bar. in l. si pignor. ff. fam. ercis. Bald. in d. l. 1. in ver. item not. ꝙ creditor. not in l. credi ff. de oper. nou. nunt. & ideo si creditor ipse non promitteret de euictione, debitor, cuius est pignus, obligatur de euictione, ut no. Bal. in d. l. 1. in uer. 2. quæro. vbi inquit, ꝙ debitor de euictione tenetur perinde ac si ipse vendidisset per instrumentum publicū. Vnde in casu nostro diligenter aduertendū est, quia uidetur dicendū, ꝙ imò ēt dato, ꝙ creditor obligatus sit de euictione, debitor tn̄ sit libera-
38 tus, ut dominus consultor dicit, † & hoc confirmari potest: qa qn̄ creditor obligauit se de euictione, sequuta euictione non agitur primæua actione, sed agitur utili ex empto, ut no. Bar. in l. eleganter. in prin. ff. de pign. actio. in l. si prædium C. de euic. unde obligatio de euictione facta per creditorem non debet impedire liberationem debitoris, quæ sequitur ex solutione pretij, quā
39 creditor ab emptore pignoris recepit, † quia solutione eius, qd̄ debetur, tollitur obligatio, ut sup a dictum est: quia illa obligatio de euictione est separata a prima actione. & ad hoc uidetur text. in l. si plus. §. 1. ff. de euictio. ubi si pignus uenditum euincatur, ex empto agitur contra eum, qui pretio pignoris liberatus est: ergo patet ibi, quòd promissio de euictione non impedit liberationem debitoris, & facit text. in l. ob causam. in fin. C. de euict. Nec obstat tex. in dicta l. rescriptum. §. primo. ubi dicitur, quòd in suspenso liberatio habetur: quia illud est ex eo, quia liberatio posset reuocari med ante euictione. & isto respectu dicitur esse in suspenso quò ad effectum, verè tamen de præsenti videtur debitor liberatus, & non uidetur liberatio suspensa, licet in futurum possit reuocari, sicut uenditio dr̄ plura, licet sub conditione resolui possit. l. 2. ff. de in diem adiec. & facit tex. in l. hæc uenditio. in fi. ff. de contrahen. emptio. ad quod no. Barto. in l. Iulianus. in fine. ff. de cond. inde. & in l. iudex postquam. in fi. ff. de re iudi. & licet hoc modo videatur, ꝙ opi dn̄i consultoris possit sustineri, finaliter tamen placet, qd̄ do. Ant. cōcludit, videlicet, ꝙ do. Hiero. bona, de quibus agitur, saltem iure pignoris retinere possit ex eo, quod no. Bar. in l. pe. in prin. ff. de distra. pign. & latius ipse tradit, & per suprà dicta in te-
40 nuta, † quæ si sit nulla, retineri potest iure pignoris, si aliàs, res erat obligata, vt no. Bal. in l. fundus, qui. ff. de rescin. ven. Bar. in l. 3. §. fi. in fi. de acq. pos. cum si. suprà alleg. & præsertim ista conclusio vr̄ procedere in isto casu, in quo statutū dicit, ꝙ procedatur sola facti veritate inspecta, vt suprà dictum est. & in alijs me refero ad dicta do. Ant. cui optarem suadere, vt de cætero in uerbis maiori modestia vtatur, prout, inter iuris professores fieri solet, & cogitet excellentia sua, ꝙ hoc facile unicuique contingere potest, quia legitur, ꝙ quandoque bonus dormitat Homerus. & de subscrip. requisi. vt suprà conclusum fuit per dictum Antonium cum subscriptionibus septem præclarissimorum doctorum Bononiensium, &c. Phili. Dec. Pisis.

EPITOME Consi. CCCCL.

Contractus, qui aliàs reprobatus videretur, actionem ob uitę incertitudinem in eo appositæ uti validus substinetur.

SVMMARIVM.

1 *Contractus, quo casu propter uitæ incertitudinem iustificatur.*
2 *Notarius quicquid dicat factum contrahentium respiciens de partium assertione dixisse uidetur.*
3 *Notarij uerba relatiua facti verba partium esse dicuntur.*
4 *Notarius quæcunque uerba proferat in contrahentis personam, ipse contrahens proferre uidetur.*



APertissimi iuris esse arbitror quod suprà conclusum fuit ab excellenti & clarissimo. V. I. doctore dom. Baldassare de Carducijs uti fratre maiore honorando, præsupposito, ꝙ in dubiū
a non euocetur de validitate contractus, qui factus fuit ad uitā [a] Alexandri de Manellis. † quo casu propter incertitudinem uitæ
1 contractus iustificatur, ut not. Hostien. in summa de usu. in §. in alijs autem cum si. sup. alleg. & tradit Alex. in d. l. de fideicommisso C. de transac. & ulterius idem concludit Oldra. in consi. 207. Vniuersis præsentes literas inspecturis. & idem Rapha. Cuma. in consi. 181. Proponitur, ꝙ commune Taurini. Pau. de Ca. in cōsi. 19. Præsens dubium. Ro. in consi. 302. Ego hunc contractum. & in consi. 423. Pro pleniori. & Bal. in consi. 18. Instrumentum sic dicit. lib. 1. Et quia de hoc non dubitatur, non insisto. Sed solum obijcitur, ꝙ uerba illa inserta in ɔ̄ctu promiserunt defendere, & præsertim ab omni decima tam papali, quam communis Florentiæ, & a quolibet alio onere, & c. non fuerunt uerba contrahentium sed de stylo notarij apposita videntur. Ad hoc rectè suprà
b responsum fuit, ꝙ imò dicta omnia uerba ab ipsis partibus [b] prolata fuisse censeri, & iudicari debent, ex eo præsertim, quod no. Bal. in l. errore. C. de testa. & quod no. Bal. in rub C de fi. instrum. ver. sed dubitatur. & Rom. in cōsi. 179. Amplissime domine. ver. non refragatur obiectum. & late Fran. de Curt. in consi 49 Memoriæ recolendæ char. 15. in ver. dum autem ultimo loco. & suprà latius à domino consultore relatum fuit ad corroborationē huius conclusionis addo Bald. in l. 1. circa fi. C. de priuileg. dotis.
2 † ubi inquit, ꝙ quicquid dicit notarius factum ɔ̄hentium respiciens, videtur dixisse de partium assertione. alleg. no. in l. sciendū. de verb. ob. & idem repetit Bal. in l. ab executione. ver. pone, sta-
3 tuto cauetur. C. quo. app. dicens, † ꝙ uerba notarij relatiua facti dicūtur esse uerba partium. & idem Bal. in l. mater. uer. prætereà.
4 C. de rei uen. replicat, † ꝙ uerba, quæ profert tabellio in persona ɔ̄hentis, ipse ɔ̄hens vr̄ proferre, & confiteri uera esse. & alleg. l. cum ostendimus. § fi. de fideiuss. & idem Bal. in l. 2. in fi. C. de execu. rei iudi. & tradit etiam Soci. in consi. 20. In facto præsupponitur. li. 3. & ista clausula videtur esse de consuetis in tali materia, ideo de illa notarius rogatus intelligitur. l. fi. vbi Bal. C. de fideiuss. & pro notario præsumitur c. ad audientiam, de præscr. ex quibus omnibus concurro in sententiam domini consultoris.

ADDITIONES.

a ¶ Vitam.) Late dixi in trac. usura. q. 22. & in consi. 123.
b ¶ Partibus.) Supra consi. 185. nu. 8. ubi dixi. & consi. 423.

EPITOME Consi. CCCCLI.

De casu à statuto omisso non licet à contrario sensu argumentari, ideo is remanet in dispositione iuris communis.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Statutum in altera parte verificari debet, cum de fratribus, vel sororibus dicatur.*
2 *Statutorum verba an à contrario sensu accipiantur, & nu. 3.*
4 *Statuti limitata dispositio limitatum producit effectum.*
5 *Statutum, cum generaliter loquitur, generaliter intelligi debet.*
6 *Statuto casus omissus iuris dispositione remanet.*
7 *Statutum excludens amitam materteram excludere non videtur.*
8 *Fratres patrueles, si matrem excludant non excluditur amita, de qua statutum non loquitur.*
9 *Statuto in exclusiuo fœminarum, non fit extensio de vna persona ad aliā. sed in personis expressis exclusio restringitur.*
10 *Statutum si matrem excludat existente patruo, in patruo magno statutum locum non habet.*



Viso eleganti cōsilio celebratissimi. V.I.Doctoris do. Lamberti Gratiani de Perusio vti fratris maioris honorandi de subscriptione requisitus conclusionem ab eo firmatam iuridicam esse arbitror ex pluribus, quæ sup diligēter inducuntur. & illud præcipuè me inducit quia statutū, de quo agitur. in fi. dicit: Si verò non extarent fratres, vel sorores utrinq; coniuncti, tunc frater consanguineus masculus ex latere patris tantū succe
a dat vna cum matre æqualiter.[a] ergo a contrario sensu vr̄, ꝙ extantibus fratribus, vel sororibus vtinq; coniunctis fratribus cō
1 sanguinei non admittuntur.† cum. n. alternatiuè dicatur de fratribus, vel sororibus, statutum in altero casu debet verificari, vt in regula in alternatiuis. de regu. iur. in 6. in l. si ita quis stipulatus. fuerit. ff. de verb. obli. in c. inter cæteras de resc. & ideo existentibus sororibus vtrinq; coniunctis non vr̄, ꝙ frater consanguine
2 us admittatur. Non ob.† ꝙ in statutis verba à ɔ̄rio sensu non accipiātur, ut per Bar. in l. omnes populi. in ver. iuxta prædicta quæro. ff. de iust. & iu. cum si. ut tradit Alexan. in consi. 17. Visis, lib. 2. Quia ad hoc respondetur primò, ꝙ illa verba, si nō extarent fratres, vel sorores, in sensu directo nihil videntur operari: ergo ar. à ɔ̄rio sensu ēt in statutis recipit, ut in statuto, ꝙ nō extantibus masculis fœminæ succedant, à ɔ̄rio sensu extantibus masculis fœminæ excluduntur, quia verba in directo sensu nihil operant, ideo tali casu ēt in statutis habet locum arg. à ɔ̄rio sensu, vt Bal. concludit in l. ɔ̄enticulam. C. de epis. & cle. & in l. obseruare. §. proficisci. in 3. q. ff. de offi. procon. & lega. cum si. vt Ale. scribit. in l. 1. in ver. fallit hæc conclusio. ff. de offi. cius. & in l. si cum dotem. in prin. ff. sol. mat. Secundo responderi potest, etiam dato, ꝙ arg.
3 à contrario sensu non haberet locum in statutis, † illud ex eo vr̄, quia casus in contrario sensu reperitur decisus a iure communi, ut vt no. Bar. in d. l. omnes populi. in loco p̄ealle. & statutum solum in casu expresso videtur disponere, in ɔ̄rio sensu statutū nō disponit, sed remanet in dispositione iuris cōis: & de iure cōmuni extātibus sororibus consanguineus frater excluditur, ideo habemus intentum, quia statutū limitatè vocat fratrem consanguineum ex latere patris tm̄, quando non sunt fratres, vel sorores
4 vtrinque coniuncti. † ergo illis extantibus cessat statutum, quia limitata dispositio statuti limitatum effectum producit. l. in agris de acq. re. dom. l. cancellauerat. de his, quæ in testa. delen. Nō ob. ꝙ statutum in d. §. si vero non extent, restringatur in fratribus, & sororibus successibilibus, ut in terminis huius. statuti tradit Cor. in consi. 75. Quanquam libr. 1. quia ista restrictio est contra regu
5 lam,† quia cum statutum loquatur generaliter, debet generaliter intelligi. l. 1. §. & genraliter. ff. de leg. 1. & hoc in casu isto omninò dicendū videtur, quia restringendo statutum, ut Cor. dicit, magis corrigitur ius cōe, vt si generaliter intelligatur, ius cōe minus corrigeretur: unde succedit quod no. Ab. in c. cum dilectus. de consue. ubi per glo. ibi concludit, ꝙ verba statuti in dubio debent interpretari, ut minus iuri cōi derogetur etiā verba impropriando: a fortiori hoc vr̄ dicendum in isto casu, in quo verba ꝑpriè accipiuntur, & secundum regulam generaliter intelligunt, vt verba sonant, & in simili casu dixi in cōs. 268. Conclusio superius firmata. Secundo principaliter conclusio dn̄i consultoris ēt suadetur, qa frater consanguineus a statuto vocatus vr̄ tantum in duobus casibus, sed in tertio casu, de quo agitur, videlicèt quādo concurrit mater, & soror utrinque coniuncta cum ipso fra
6 tre consanguineo statutum non loquitur, † ideo casus omissus a statuto remanet in dispositione iuris cōis, ut in si. casu tradit Pe. de Anch. in c. 1. de const. char. pe. in ver. capio nunc quartū membrū. ubi refert collegium Perusinum consuluisse, ꝙ stāte statuto, ꝙ extante patruo mater non succedat filio, si extat soror, de qua nō loquitur statutum, ipsa cum matre succedit excluso patruo: quia iste est casus omissus a statuto, & s̄. dictum est per dn̄m consultorē, & in simili casu alias consului, ut patet in consil. 71. In casu ad me transmisso. & in simili si statutū existente patruo excludat auum maternum, si cū auo materno auia materna concurrit, patruus excluditur, & auus cum auia materna admittuntur: quia est casus a statuto omissus, vt tradit Bal. in l. quicunque. versi. sed
7 quid si extant. C. de ser. fugit.† & statutum excludens amitam [b]
b non vr̄ excludere materteram, quia de illa statutum non loquit,
8 vt no. Bal. in l. quod non. in ver. item pōne. ff. de legi.† & si fratres patrueles excludant matrem non excluditur amita, de qua statutum non loquitur, ut Bal. dicit in l. si quis. C. ad Tert. ex quibus datur intelligi, ꝙ in tali statuto excluduntur solum personæ expressè, & in casu, in quo nominatæ sunt, & in casu isto non sunt nominatæ sorores cum matre, vt excludant a fratre consanguineo, ergo non exclundūntur per supra dic. Non ob. illud, in quo vr̄ facere fundamentum Cor. in consi. 75. s̄. alleg. ꝙ statutum vr̄ fauere lineæ masculinæ, ut patet. & ideo videretur habere locū in casu isto saltem per viā extensionis a paritate rationis: quia re
9 spondetur, ꝙ in tali statuto exclusiuo fœminarum non fit exten
c sio de una persona[c] ad aliam, sed exclusio restringitur in personis expressis, ut not. Bal. in l. sed & militis. ff. de excus. tut. in prin. & ideo infert, ꝙ licèt filius excludat sororem, nepos ex filio non excludit amitam, & sic contemplatione agnationis non fit extensio, & idē not. Bal. in l. si vero §. de viro. in fi. ff. sol. ma. & Imo. ibi.
10 & si statutum excludat matrē existente patruo, non habet locū statutum in patruo magno, ut no. Bal. & alij. in l. 1. C. de suc. edic. & tamen in dictis casibus militaret ratio cōseruandæ agnationis, & ideo illa ratio solum attenditur in personis specificatis secundum Bal. in d. l. sed & milites. in prin. & dixi in l. 1. C. de suc. edic. & in proposito, facit quod no. Bar. in l. liberorum. ff. de ver. signi. vbi inquit, ꝙ ab illa ratione conseruandæ agnationis argui non potest, cum non sit expressa. & Bal. in l. si defunctus. C. de suis, & legit. & tradit Alexan. in consi 80. Viso lib. 1. & in consi. 97. Viso themate. circa fi. lib. 2. Aret. in consi. 27. Proponitur. circa fi. & dixi in consi. 315. Superioribus diebus.

ADDITIONES.

a ¶ Ergo.) Istud consilium est de indubitato.
b ¶ Amitam.) Idem Decius in l. illam. ubi dixi. C. de collatio.
c ¶ Persona.) Suprà consi. 85. consi. 211. vbi dixi.

EPITOME Consi. CCCCLII.

Demit a G quædam bona. quę mensurari facere promisit pretio soluendo per totum mensem Septembris renuntiando iuris auxilio Quod non impleuit. Quò fit vt termino elapso petatur & pretium, & pœna l. si quis maior. Excipitur non teneri Respon. Deci emptorem incidisse in pœnam petitam, ac nequaquam eum esse admittendum ad moræ purgationem.

SVMMARIVM.

1 *Probatio liquida requiritur, cum ad pęnam agitur. nu. 2. & 7.*
3 *Pœnæ nomine qui agere intendit, prius pro parte sua implere debet.*
4 *Causa qualibet etiam iniusta à dolo excusat.*
5 *Mora de ęquitate canonica semper purgari potest.*
6 *Canones in terris ecclesiæ attenduntur.*
8 *Vendat si quis fundum pro decem, & partem pretij recipiat, si residuum emptor intra tres menses soluere promittat, & non soluat, pęnam incurrit. 10.*
9 *Tempus certum vbi appositum fuerit ad probandum negligentiam, alia monitio non requiritur, quoniam dies pro homine interpellat.*
11 *Venditor emptorem ad numerationem faciendam interpellare debet, aliter in mora esse non videtur.*
12 *Qualitas verborum adiuncta secundum verbi tempus intelligitur.*
13 *Moræ purgatio non admittitur, quando executio à lege facta fuerit.*
14 *Statutis laicorum, quibus clerici vtuntur, ipsi clerici vti debent eo modo, quo loquuntur.*
15 *Ius canonicum à ciuili in dubio nihil differre debet.*
16 *Moræ purgatio non admittitur, quando per instrumentum publicum obligatio contracta est, quod habet executionem paratam.*
17 *Mora purgari non potest post contractus resolutionem.*
18 *Clausula generali, renuntiauit omni legum, & iuris auxilio. quibus legibus, & beneficijs renuntiatum sit, nu. 19.*
20 *Clausula, celeri satisfactione, ad modicum tempus refertur.*
21 *Renuntiatio stricti iuris est, & in ea non ueniunt nisi ea, q̄ exprimuntur.*
22 *Renuntiare quod quis velit iuri suo in dubio non præsumitur.*
23 *Pęna non committitur in emphyteusi, & feudo, nisi dominus voluerit.*
24 *Voluntas, quæ ex facto colligitur, limitatur quatenus necessario ex tali facto inferatur.*
25 *Canonici statutum habentes de certo numero, si ad papæ mandatum aliquem ultra numerum recipiant, non videntur fecisse, ut statutum tollatur, sed vt papę mandato obtemperent.*
26 *Ius, quod si bi competebat, nullus per ignorantiam remisisse videtur.*
27 *Lex, quamuis dura sit, obseruari debet.*

Visa

VIsa instructione casus propositi, & diligē
ter consideratis his, quæ
narrata sunt, in effectu quæritur, an dominius Domini
cus Maximus ciuis Rom. inciderit in pœnam l. si quis
maior. C. de transactio ex eo, ꝙ residuum pretij non soluit men-
se Septembris. M 517. prout tenebatur cum iuramento secundū
tenorem contractus. Et primò motu videbatur dicēdum quòd
1 non, † quia cum agatur ad pœnam, liquida [a] probatio requirit
a ad hoc, vt pœna committatur, vt no. Bald. in c. 1. qua. domi. pro
pri. feu. pri. alleg. tex. in l. testō. la 1. ff. de condi. & demon. & per il
lum tex. dicit etiam Bal. in l. cum proponas C. de hæred. inst. ꝙ ca
sus pœnales sunt stricti iuris, & non recipiunt interpretationem
2 extensiuam. d l. in testō. † Et quia in pœnis liquida, & plena pro
batio requiritur, non defertur iuramentum in defectum proba-
bationis, vt not. Bal in l. 1 versi. ex hoc patet. C de his, quæ no. &
in casu isto nō vr̄ liquida probatio, vt pœna committatur, quia
venditor Illustris do. Ioan. Georgius de Cæsarinis tenebatur ad
faciendum mensurari bona vendita, vt in contractu dr̄. & cum
3 ipse hoc non fecerit, non vr̄, ꝙ pœnam petere possit, † quia qui
agere ad pœnā velit, prius ꝓ parte sua implere debet, ut no. Ang.
in consil. 43. frater seruorum. in fi. per l. Iulianus. §. offerri. ff. de
actio. emp. facit quod no. per gl. in l. ædiles. la 1. §. fi. ff. de ædi. edic.
& quod not. Bal. in l. filiæ licet. C. de colla. in c. licet. in princ. si de
feu. fuerit contro. Pet. de Anchar. in consi. 331. Visis diligenter. in
prin. Aret. in consi 70 In causa. in fi. & Corne. in consi. 130. Viso
dicto puncto. lib. 3. Secundò principaliter non vr̄ probatio liqui
da ad petendum dictam pœnam ex eo, quia dictus do. Domini-
cus prætendit factum fuisse sibi pactum, ꝙ sibi liceret retinere di-
ctos tres mille ducatos, & ꝙ non posset cogi ad soluendum, nisi
prius facta mensuratione, & super hoc examinati fuerunt non-
nulli testes, qui hoc deposuerunt. licèt postea aliter deposuerūt.
& licèt hoc probatum legitimè non fuerit videtur tamen dictus
Dominicus habuisse iustam causam credendi, ita vt non dicatur
4 fuisse in dolo. † quia q̃libet cā ēt iniusta excusat à dolo, [b] vt not.
b per gl. in l plagij. la 2 C. ad legem Iuliam, de plagi. in l. 1. in fi. ff. de
abige. & probatur. in l. igitur. ff. de lib. causa. no. Bal. in l. 1. in fi C.
vbi causa status. Ange. in l. 1. in fi. prin. ff. de eo, per quem factum
erit. & tradit Alex. in cons. 82 Perspectis his. lib. 1. Cum ergo do.
Dominicus non videat esse in dolo, non potuit incidisse in pœ-
nam dictæ l. si quis maior. quia pœnam illius l. solum incurrit ille
qui fuit in dolo, vt no. Bal. in l. obseruare. § proficisci. ff de off. ꝓ-
cons. & leg. refert Alex. in l. fi. ff. qui satisd. cogan. latius Modern.
tradunt in d. l. si quis maior. Præterea etiam dato, ꝙ prædictus
Dominicus incidisset in pęnam dictæ l si quis maior: etiam dupli
ci ratione vr̄, ꝙ à pęna, quam incurrisset, eximatur, & omnino
debeat liberari. Prima est, quia videtur, quod moram purga-
5 re possit, † quia de æquitate canonica semper mora purgari po-
test secundū Bal in l. qui de crimine. in 11. quæstio. C. qui accusa.
& ibi in terminis dicit, ꝙ tex. in d. l si qs maior. vbi purgatio mo-
ræ vr̄ prohibita. non procedit de æquitate canonica, & sequitur
Alex. in d. l. si quis maior. & dixi in cōsi. 138. & ista æquitas cano
6 nica videtur debere seruari Romæ, † quia in terris ecclesiæ cano
nes attenduntur, iuxta gl in regula. possessor. de reg. iur. in 6. in c.
2. de arbit. in 6. Barto. in l. priuilegia. C. de sac san. eccle. cum simi.
vt dixi in capit. clerici. in princip. de iudi. Secunda ratio. videtur,
quia postea quam do. Dominicus incidit in pęnam, quia non sol
uit per totum mensem Septembris, Magnificus dominus Ioānes
Georgius de mense Nouembris eo anno M. 517. recepit ab eo
ducatos 200 quo casu per talem receptionem videtur pœnam
incursam remisisse, vt in si. not. per glo. in l. 2. in glo. magna. C. de
iure emphyteu. in c. potuit. in glo. penul. de loca. Specu. in tit. de
loca. §. nunc aliqua. in 23. quæstio. & in simili casu not. Bald. in c.
1. versicu. sed pone quo tempo. mil. & tradit Alexan. in consi. 14.
Viso, & considerato themate. lib. 2. & dixi in consil. 185. Et ex
prędictis videbatur prima facie dicendum, quòd do. Dominicus
non inciderit in pœnam, ita ꝙ peti non possit ab aduersario, qui
pro sua parte non impleuit. Et quia do. Dominicus nō fuit in do-
lo, prout in casu isto requiritur. Et dato, ꝙ in pęnam incurrisset,
releuari videtur propter purgationem moræ, quæ in casu isto ad
mittitur, & quia pœna videtur remissa propter receptionem pe
7 cuniæ postea factam, vt supra dictum est. † Et dato, quòd casus
esset dubius, in dubio debet iudicari, ꝙ pœna non habeat locū,
argumen. l. si præses. ff. de pœnis. & quia in dubio in fauorem rei
pronuntiandum est per reg. cum sunt partium iura. de reg. iur. in
6. in c. ex literis. de proba. Sed tamē suprà dictis non obstantibus
vlterius cogitanti contrarium de iure esse arbitror, videlicet, ꝙ
dictus Dominicus inciderit in pœnam. d. l. si quis maior. ex eo, ꝙ
non soluit residuum pretij per totum mensem Septembris. pro
ut promisit, & iurauit: & ad hoc vr̄ tex in d. l. si quis maior. ibi, ue
nō implendo promissa. & ille text. vr̄ habere locum in quolibet
c ꝯtu, [c] vt no. Bar. ibi circa fi. & hoc * *communiter* tenetur, vt Alex.
ibi, in prin. dicit, & idem Alex. in consi. 85. Non puto. lib. 1. Et in
casu nostro tradit Mathesil. in not. 50. Nota magnum periculū.
8 in ver. quid si vendidi. † vbi ponit casum in eo, qui vendidit fun-
dum ꝓ decē, & recepit partem pretij, & residuum promisit em-
ptor soluere intra tres menses, si non soluit, incurrit pœnam d. l.
si quis maior. nā cum esset appositū certum tempus, videlicet
per totum mensem Septembris, elapso dicto tp̃e incidit in pœ
9 nam, vt Matthæs. dicit. & no. Bald. in l. 2 C. de spon. † ubi inquit
ꝙ vbi appositum est certum tempus ad probandum negligen
tiam, alia monitio nō requiritur quia dies interpellat pro homi-
ne. l. magnam. C. de ꝯhen. & comit. stipu. & tradit Pet. de Ancha.
in consi. 65. Pro clariori decisione. in fi. Domi. in c. licèt canon. §.
1. de ele. in 6. & inter alias pęnas. d. l si quis maior. est, ꝙ ꝯtus re-
soluitur, & emptor proprietate rei priuatur, ut tradit Alexan. in
10 consi 92. Perpectis his. quæ in themate. lib. 1. † vbi dicit, ꝙ qñ em
ptor non soluit in termino illam partem pretij, quam promise-
rat cum iuramento, redditur indignus omni commodo contra
ctus, & omni proprietate carere debet, quam ex illo ꝯtu conse-
quutus fuerit, ut est casus in d l. si quis maior. Solum superest re-
spondere ad allegata s̄. in contrarium, & in hoc vis tota consistit.
Vnde primo non ob. ꝙ Magnificus dominus Io Georgius ven-
ditor pro parte sua non impleuit, quia non fecit mensurari, pro-
ut tenebatur: quia pro responsione diligenter aduertendum est,
quia allegata in contrarium habent locum, qñ ille, qui agit ad pę
nam, nō impleuit illud quod erat simpliciter in fauorem aduer
sarij, & ita doctores omnes loquuntur in locis allegatis supra in
ꝯrium. Sed pactum illud mensurationis non magis respicit fauo
d rem aduersarij emptoris, quàm venditoris, quia dicitur, quòd si
facta mensuratione reperiretur minus, quā sit venditum, deberet
defalcari de pretio pro rata: & si plus reperiretur emptor pro ra-
ta soluere teneatur: unde tale pactum non magis respicit fauorē
emptoris, quā venditoris, quia pendet à casu, ut in simili not. in l.
fideic. C. de transac. & in l. si pater puellæ. C. de inoffi. test. Et ideo
non vr̄, ꝙ emptor allegare possit, ꝙ hoc pactum esset in fauo-
rem eius. Præterea, & secundò tale pactum non debuit retardare
solutionem residui pretij, quæ debuit præcisè fieri per totū men
sem Septembris: & ideo emptor non soluendo incidit in pęnā, à
qua non releuatur, licèt postea venditor requisitus fuisset in mo
ra, quia prima attēditur, ut no. Bar. in l cum pater. §. libertis. in fi.
de leg. 2. cum sim. ut tradit Alex. in l. cum proponas. la 2. C. de pac.
& idem Alex. in consi. 32. Oportunè considerato. in fi. li. 2. Abb. in
c. quemadmodū, in tertio not. de iureiuran. Roma. in consil. 155.
11 Præmissum laudum. in consi 183. In casu proposito. † Vlterius ēt
considerandum est, quòd debitor debuisset interpellari ad talem
mensurationem faciendam, aliter nō videtur esse in mora. l. si ex
legati causa. de verbo. obli. l. si quis filium. §. stipulatio. ff. de colla.
bon. l. fideiussor obligari. § final ff. de fideiusso. & non apparet, ꝙ
hic venditor interpellatus fuerit. sed econtra, ut narratur, ipse em
ptor dom. Dominicus requisitus, & interpellatus fuit ut ueniret
ad mensurandum, & fuit dies statuta, in qua dictus dom. Domini
cus expectatus fuit, & non comparuit, & hoc stante, ut narratur,
res nullam haberet dubitationem. Secundò non obstat, ꝙ domin.
Dominicus prætenderet fuisse factum sibi pactum, ꝙ non solue-
ret residuū pretij, nisi prius facta mensuratione: quia hoc legiti-
mè probatum non fuit. Non obst. ꝙ saltem uidetur iustam cau-
sam habuisse, ut nō esset in dolo: quia responderi potest, hoc esse
verum, si talis iusta causa fuisset, antequam in pœnam incidisset:
quia tunc potuisset dici, ꝙ motus fuisset ex tali causa ad non sol-
uendum per totum mensem Septembris: & causa iusta, quę su-
peruenit nihil videtur releuare, quia ex tali causa non potest di-
ci, ꝙ motus sit ad non soluendum. & ita Alex. concludit in consi.
103. Videtur prima consideratione dicendū. li. 1 & sequitur. Frā.
de Cur. in cons. 55. Super processu inquisitionis. & ista declaratio
videtur necessaria, qa si causa iusta deberet excusare a dolo, & à
pœna. ergo requirit, ꝙ talis causa subsit, antequam pęna cōmit-
12 tatur: † quia qualitas adiuncta verbo secundum tempus verbi in-
telligitur. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. l. si Titius. ff. de te
sta. mil. vbi Bar. & no. Bar. in l. ex facto. de uulg. & pup. & ideo tra-
dit

ADDITIONES.

a ¶ Liquida.] Supra consi. 290. vbi dixi.
b ¶ Dolo.) Idem Decius in l. 1. quod quisque iuris. & Lancello. Deci. frater eius maior in l. senatus. §. Marcellus. in fi. de leg. 1. Alex. consi. 127. num. 20. libr. 4. vbi dixi.
c ¶ Contractu.] Idem Alex. consi. 84. lib. 1. Phi. Cor. consi. 25. li. 2. consi. 246. libr. 3. consi. 40. libr. 5. Guid. Pap. consi. 52. cons. 131. Tho. Ferrat. caute. 20. Sthepa. Bertrand. consi. 143. libi. 1. Sed falsum est, ut tenet Cor. sibi contrarius in consi. 246. lib. 3. Fran. Cur. iunior. in l. lecta. nu. 26. si cer. pet. Alciat. in d. l. si quis maior. ut etiam tetigi ad Alex. in d. consi. 85. & Phili. Dec. hic male consuluit etiam in terminis iuris. at hæc pęna d. l. si quis maior non obseruatur in gallia.
d ¶ Fauorem.) Hæc ratio sophistica est. quia satis est, ꝙ emptor poterat exigere, cuius etiam magis intererat mensurari, ut futuri domini, & sic partem pretij iure pignoris retinere potuit.

dit Corn.in consi.33. Visa inquisitione formata.in versic.& licet bestialis. lib.4. cum ergo in casu isto examinationes testium factæ fuerint per plures annos, posteaquam dñs Dominicus incidisset in pœnam,nihil releuare uidentur.& ista uidetur uera,& concludens solutio,quæ ēt in simili confirmatur ex eo, quod dicitur de illo, qui uelit petere ex iusta causa absolutionem à iuro, nam illa iusta causa consideratur, antequā quis in periurium incideret,sed posteaquam fuit periurus,absolutio non conceditur, ut no.dicit Fede.in consi.300. Factum tale est,debitor promisit.in fi.& idem tenet Pet.de Anch.in consi.98. Prædictis subti iter.in fi.& sequitur Abb.in c.1.de iureiu.cum si ut ibi Feli.scribit in uersi.septimò quæro.Non obst.qđ supra dicebatur de purgatione moræ, quia respondetur,& pro fundamento præsupponēdum est, ꝙ de iure ciuili in casu d.l.si quis maior purgatio moræ non admittitur s'm * cōem opinionem:ita tenet Bar.in d.l.si quis maior.in uersi.& ex

13 hoc no.per illum tex.† & quia uidetur facta executio à lege,quo casu purgatio moræ nō admittitur.l.si is,cui.de leg.2.& propter iusum,ut tradit Alex.in consi.158.In causa, & lite.lib.2.in consi. 76.V isis dubitationibus.lib.5. & in consi.105. Magnifice prætor. lib.3 Et retenta hac cōi opinione considerandum est, ꝙ omnes leges ciuiles,quæ tractant de contractibus , uidentur approbatæ de iure canonico,ex quo canones non contradicunt,ut no.Abb. post alios in c.ecclesia Sanctæ Mariæ.de consti.Hosti.& doc.in c. fi.de solu.Pet.de Anch.in c.1.in 4 char.in uersi. circa illam tñ doctrinam.de consti.facit tex.in c.1.ubi Ab.de operis noui nuntia. & idē Abb.in c.dilecti.de arbi.cum si ut dixi in d.c.ecclesia.charta.3.uersi.tertia conclusio. & ideo d.l.si quis maior.uidetur habere locum de iure canonico , & recepta uidetur à iure canonico, prout loquitur,& cum qualitatibus suis.ut no.Abb.in c.fi.de sol.

14 ubi hoc dicit de titu.C. de non nu.pecu. † Et idem in statutis laicorum,quibus qñque clerici utuntur:nam uti debent eo modo, quo statuta loquuntur , ut not.Bal.in l.omni nouatione.C.de sacrosan eccl.in l.1. in vlti.q.C. de contrahen.emp.in l.de quibus. circa finē.in versi.6.quæritur.ff.de legi.in l.ꝗ iuris §.fi.ff.de pact. cum ergo d.l.si quis maior. secundum cōmunem opinionem excludat purgationem moræ,ut supra dictum est,isto modo etiam debet recipi, & obseruari de iure canonico in illo casu particulari & dictum Bal.quod supra in contrariū allegatur, uidetur procedere,& saluari potest in aliis casibus, sed non uidetur habere locum in casu d.l.si quis maior.per rationem supra allegatam,quæ efficax uidetur.Secundò dictum Bal. intelligitur in foro consciētiæ , ut tradit Alexan.in l.si insulam.in duodecima fallentia.ff.de uerb.olig. secus esset in foro cōtentioso etiam de iure canonico,

15 † quia in dubio non debet fieri differentia inter ius canonicum, & ciuile,ut not.in c.1.de oper noui nuntia. & idem tradit Ro.in singulari.444. Iuramentum excludit. & in consi.427.In proposito casu.in uersi.2.iurauit hic.& cum prædictis concordat Corne. in consi.121.Quanquàm uideatur primo aspectu.lib.1.ubi reprobat dictum Bal.in d.l.qui de crimine.quia dicit,ipse loquitur sine iure,& ratione, in foro tamen pœnitentiali saluari potest, ut di-

16 ctum est.Tertiò in casu isto mora purgari non potest,† quia cōtracta erat obligatio per instrumentum publicum , quod habet executionem paratam, quo casu purgatio moræ non admittitur secundum Ang.in l.si insulam.ff.de uerb.obli. quem Imo.ibi refert.in 5.no.& sequitur,quando instrumento tribuitur executio sicut sententiæ,prout in casu isto uidetur. & idem Corn. tenet in consi.149. Viso themate.uersi.instrumentum habens. in 4 lib. Et

17 hoc idem sequitur And. Sicu.in consi.86 in 3.lib. † Quartò non uidetur,ꝙ mora in casu isto purgari possit:quia post terminū est facta resolutio contractus,ut est tex.in d.l.si quis maior. dum de purgatione moræ loquitur, ut not.Bal.in c.1.in uersi.& est ratio. in titu.quo t pe miles.alleg.l.commissoriæ.C.de pact.inter emp. & uend.sequitur Alex.in d.l.si insulam.in 6.fallen.facit gl.not.in c.cupientes §.ꝙ si per uiginti.de elect.in 6 in uerbo, expectari.& tradit Aret.in consi.94. Respondeo breuiter dubiis.in uersi.3.qa post lapsum terminum.ubi etiam allegat Baldum in auth.habita. C.ne fil.pro pa ubi inducit gl.in cle.1.in uerbo, ipso facto.de stat. monach.Vltimò aduertendum est:quia in instrumento do.Do-

18 minicus renuntiauit omni legum, & iuris auxilio, † quo casu uidetur esse renuntiatum beneficio l.de his.ff.de transact.ut tradit Alex.in consi.11.Viso ac , ut oportet , considerato.lib.2.& facit quod no.Bar.in Auth.ut matri,& auiæ.uersi.quid si renuntiauit.

19 † ubi tenet,ꝙ per illam clausulam generalem uidetur renuntiatū beneficio Velleiani.& idem Bar.in l.si quis sub conditione.uersi. quæro,quid si non renuntiauit.ff.de testa.tute. & uidetur renuntiatum beneficio cedendarum , vt not.Ang.in l.2.C.de fideius.& dixi in consi.27.& tradit Soci. in consi.200. Quoniam ex forma statuti. & etiā ex illa clausula generali tollitur beneficium statuti,quod renuntianti competeret,ut not.Ro.in consi.251.Clarissime dicitur.pariter ergo uidetur , ꝙ sit renūtiatum beneficio,& facultati purgationis moræ:& hoc propter iuramētum,ut simili not.Alex.in consi.42.Super præmisso themate.Sextò, & ultimò,

etiam dato,quód mora potuisset purgari,hoc intelligitur celeri satisfactione,ut dixit tex.in c.potuit.de locá. & hoc arbitrio iu-

20 dicis debet declarari,ut not.per gl.in d.c.potuit.† Et dicit , ꝙ illa verba,celeri satisfactione ad modicum tempus referuntur,& no.Abb.in consil.67.In causa,quæ vertitur.lib.2.& Pe.de Anch. in consi.421.Quidam ser Antonius. in 3.dubio. & Corn.in consil.149. Viso themate.lib.4. Et ibi dicit, ꝙ non debuit iudex arbitrari de tempore 11. mensium , prout erat in illo casu : à fortiori in casu nostro idem dicendum est, in quo (vt narratur) spatium anni, & vltra interuenit.hoc tamen dictum est ex abundanti , ga tex.in d.c.potuit.& doct. in locis suprà allega. loquuntur in emphyteuta, quia non cadit,nisi dominus voluerit.l. 2. ubi Bart.C. de iure emphy.ideo ante uoluntatem domini declaratam purgatio moræ admittitur,sed posteaquam dominus voluntatem eius declarauit, ꝙ velit emphyteutam esse priuatum , vlterius mora purgari non potest:vnde cautela est ad impediendum purgatiōnē moræ,ꝙ dominus declaret voluntatem suam , ut tradit Bart. Vero.in cautela 136.Tu scis,ꝙ emphyteuta.& dixi in cons.146. Cum ergo in casu d.l.si quis maior.ipso iure committatur pœna absq; alia declaratione,dicendū est,ꝙ nullo modo purgatio moræ admittatur,ut suprà dictū fuit:& ita quampluribus modis tollitur quod suprà in contrarium de purgatione moræ dicebatur. Quartò non ob.ꝙ ex quo Magnificus do.Io.Georgius post commissam pœnam recepit illos 200.aureos,unde vř pœnam remisis-

21 se : quia pro responsione præmittendum est, †ꝙ renuntiatio est stricti iuris,& in ea non veniunt nisi ea,quæ exprimunt,ut no.

22 Cal.in consi.120.Titius obligauit se.in fi. † Et in dubio non præsumit,ꝙ qs velit renuntiare iuri suo.c.sup hoc.de renū no.Bal.in l 1,in vlt.no.C.de edi.diui Adri.tol.& hic de renuntiatione nihil apparet.Non ob. ꝙ etiā ex ipso actu receptionis renuntiatio inducitur , vt suprà in contrarium dictum est de feudo , & de em-

23 phyteusi : † quia in emphyteusi , & feudo pœna non committitur , nisi dominus voluerit,ut no. Bar.in d l.C.de iure emphy.in l.1.ff.si ager.vectig.in authen.qui rem.C.de sac.sanc. eccle.& de feudo tradit Bal.in l.fi.in fin C.de reuocan.dona.cum si.vt dixi in consi.138.Vnde si dominus recipit solutionem,apparet,ꝙ noluit emphyteutam,vel vasallum esse priuatum iure suo & sic ibi non erat commissa pœna ante uoluntatem domini declaratam,vnde non agitur ibi de remissione pœnæ iam commissæ,sed de impediendo pœnam , ne committatur , & hoc facilius permittitur,argu l.patre furioso.ff.de his,qui sunt sui, vel alien. iur.vnde ad casum nostrum non bene arguitur, in quo ipso iure erat pœna commissa. d. l.si quis maior.& in dubio (ut dixi) non

24 uidetur renuntiare iuri quæsito.† Et uoluntas,quæ ex facto colligitur,limitatur,quatenus necessario ex tali facto inferat,ut not. Bar. in l.1.§.hoc interdicto.ff.de iti.actuq; priua.facit glo.not.in cle.sæpe.in verbo,partibus.de verb.sig.& quod not. Ant.de But.

25 in cap accedentibus.in versi.& per prædicta.de priuileg.† ubi inquit , ꝙ si canonici habentes statutum de certo numero ad mandatum Papæ recipiant aliquem vltra numerum , nō uidetur hoc fecisse , vt statutum tollatur , sed vt mandato Papæ obtemperarent.& sequitur Alexand.in consi.33.Ponderatis his. libr.5.Cum ergo in casu isto non inferatur necessario ad renuntiationē,non uidetur renunciatum pœnæ commissæ,& iuri quęsito.Secundò potest responderi,ꝙ dominus,qui recepit dictos aureos,ignora-

26 bat sibi esse ius quæsitum in tali pœna:† ideo non uidet remisisse ius,quod ignorabat sibi competere.l.mater.vbi Bart. ff.de inoffi. testamen & in terminis no:Bald.in d c.1.quo temp.mil. versicu. sed pone.& tradit Alex.in consi.14. Viso , & considerato.libr.2. & idem Alex.in consi.105.Magnifice prætor.versi.vel etiam potest dici.lib.3.& ibi dicit,ꝙ in dubio ignorantia præsumitur secūdum regulam l.verius.ff.de proba.Et si ignorantia debet probari,solo iuramento probari potest : quia hoc pendet ab animo id. eo per iuramentum probatio sufficit,iuxta gl.in §.aliæ.institut.de actio.in c.significasti.el 1.de homi. & regulariter ignorantia probatur per iuramentum,ut no.per gl.in regula præsumitur.de regu.iur.in 6.& in c.proposuisti.82.distin.in verbo , non probatur. facit tex.in c.pastoralis.de excep.in c.si verò.el 2.de senten.excōmu.in c.nulli.de elect.in 6.cum si.Vltimo non ob.ꝙ in dubio debet pœna euitari , & ꝙ in dubio in fauorem rei iudicandum sit: respondetur,ꝙ non sumus in dubio, sed in casu claro,quia est casus in d.l.si qs maior.& ubi est casus legis,ibi nulla est dubitatio.l. ancillæ.ubi Bald.C.de furtis.facit tex.in l.quod Labeo.ff.ad carbo.& res certa,& clara dicitur pro eo,qui habet regulam pro se, ut not.Bar.in l.quoties.ff.si quis caut.& tradit Matthæsi.in no.2. not. Quod sententia , & dixi in l.1.ff. de regul.iur. Et licet pœna odiosa sit , tamen debet habere locum in casibus, in quibus, disponitur à lege:† quia lex,quamuis dura sit , obseruari debet in l. prospexit. in princip.ff.qui,& à quibus.Et iudex,qui habet iudicare,non debet esse clementior ipsa lege,ut dicitur in §.oportet. in Auth.de iudi. colla. 6. Et ideo remotis omnibus suprà in contrarium allegatis concludendum est,ut suprà dixi.Phil.Dec.Pisa.

EPITO-

EPITOME Consi. CCCCLIII.

Potestas legitimandi spurios, non habet locum in filiabus spurijs.

SVMMARIVM.

1 *Masculinum in priuilegijs femininum concipit.7.*
2 *Legitimandi potestas ex parte eius, cui conceditur, fauorabilis est, & late interpretari debet.*
3 *Priuilegio concesso nepoti ex fratribus non ueniunt filiæ, quia masculinũ non proprie, sed ex interpretatione femininum concipit.*
4 *Beneficia principis late interpretari debent.*
5 *Beneficia, quæ non sunt contra ius commune, in quibus solum de præiudicio concedentis agitur, late interpretari debent.*
6 *Legitimandi potestas dato, quod fauorabilis esset, hoc non uidetur locum habere, ubi de tertij præiudicio agitur.*
8 *Legitimari si pater fecerit filium suum bastardum, & ipsum tanquam legitimatum hæredem instituerit, cum legitimatio nulla esset, institutio non ualet.*



Onsultum fuit plene, & allegatum ab excellentissimis doctoribus secundũ decisionem Signo. de Homodeis ciuis nostri Mediolanensis, ꝙ potestas data Comiti Palatino legitimandi filios non comprehendit spurias: & sic in casu isto masculinũ non concipit fœmininum, vt per rationes quamplures ipse concludit in consi.184 secundum nouam formam incipiẽte, In quæstione vertẽte inter Durantem. & reperio, quod hoc idem tenet prædictus Signo. in consi.209 Factum sic se habet. ista determina
a tio alias [a] videbatur mihi dubia duplici ratione.† Primò, quia in
1 priuilegijs masculinum concipit fœmininum, ut not. Bal. in c. ad audientiam. el 1. in versi. quæro nunquid in priuilegijs. de rescri. vbi inquit, ꝙ vsu veterum comprobatum est, ꝙ masculinum cõcipit fœmininum in priuilegijs, & idem Dominicus sequitur in c. generali. vers.3. casu. de electio. in 6. post Archi. quem ibi refert in c. si quis suadente. 17. q. 4.† Secunda ratio, quia potestas legiti-
2 mandi ex parte eius, cui conceditur, fauorabilis est, & late debet interpretari, vt no. Ioan. And. in c. fi. de simo. vbi Abb. post alios sequitur per illum tex. & idem no. Old. in consi. 152. Factum tale est. in prin. Domi. in c. quamuis. el 2. de præben. in 6. & ita dixi in l. 2. ff. de reg. iu. in versi. 5. videndum. Et ex his superioribus diebus requisitus de subscriptione subsistebam more iurisconsulti in l. si me Titium. ff. si cer. pet. in l. seruum quoque. in prin. ff. de proc. Nunc verò magis diligenter perscrutando rei veritatem, quia de præiudicio alterius agitur, non puto recedendum ab opinione do. Signor. cuius magna est autoritas, & contradicentem habet neminem: & illum quamplures posteriores sequuntur. Fran. de Curte. in consi.9. Ticinensi statuto. & Card. Alex. in c. per uenerabilem. qui fil. sint leg. char. pe. in ver. annectitur quoque. Et idem Ias. in l. 2. in prin. ff. de verbo. ob. Et cum prædictis concurrunt doc. excellentissimi, qui in præsenti casu consuluerunt, quibus adhæreo confirmãdo, vt inferius dicam: rñdendo ad ea, quæ adducebam in ɔ̃rium. Primò, ergo nõ ob. ꝙ in priuilegijs masculinum concipiat fœmininum: quia hoc non vr̃ verum, & in ɔ̃riũ in terminis adduco decisionem Card. quam alias non allegaui in d. l. 2. in consi. 135. Puto filias prædictas. circa fi. in versi. præterea
3 considerandum.† ubi dicit, ꝙ in priuilegio concesso filio nepoti ex fratribus non veniunt filiæ, quia masculinum concipit fœmininum, non propriè, sed ex interpretatione, & priuilegium debet proprie, & strictè intelligi, & non extendi, ut in regula, q̃d alicui gratiose. de reg. iur. in 6. Nõ obstat dictum Bal. in c. ad audientiã. quia dicit, ꝙ vsu veterum ꝓbatum est Sed de isto usu non apparet, & remoto usu fatetur Bal. ibi ꝙ in priuilegijs masculinum non concipit fœmininum Non obstat dictum Dom. in d. c. generali. quia ipse ibi hoc limitat non habere locum, qñ tractatur de præiudicio tertij. & ita vr̃ in casu isto, quia in hoc priuilegio legitimandi spurios agitur de præiudicio venientium ab intestato: & sic ratio prima tollitur. Non obstat secunda, dum dr̃, ꝙ potestas legitimandi vr̃ fauorabilis, & sic debet latè interpretari, ideo vr̃, ꝙ masculinum concipiat fœmininum, quia Abb. in d. c. fi. addu-
4 cit rationem, † quia beneficia principis debent late interpretari. l. fi. ff. de cõsti. prin. & sic Abb. videtur sentire hoc habere locum in beneficijs, & constat differentiã esse inter beneficia, & priuile-
5 gia: † quia beneficia, quæ nõ sunt ɔ̃ ius cõe, in quibus solum agitur de præiudicio concedentis, late debent interpretari. d. l. fi. & in c. cum dilecti. de dona priuilegia, quæ sunt contra ius commune, debẽt stricte intelligi, vt no. Bal. in l j. circa fi. C. de iur. & facti igno. & in d. l. fi. Abb. in c. olim. de verb. sig. in fi. Et in ista potestate legitimandi agitur de priuilegio, quia est contra ius cõe, ideo debet proprie, & stricte intelligi, merito Ioan. de Ana. in c. fin. de simo. dicit, ꝙ canonistæ tenent ɔ̃rium in illa quæstione legitima-
6 tionis.† Et dato, ꝙ potestas legitimandi esset fauorabilis, hoc nõ videtur habere locum, vbi agitur de præiudicio tertij, prout vr̃ in isto casu: nam etiã beneficia principis, quæ de sui natura late sunt interpretãda, restringuntur, qñ tractatur de præiudicio tertij, vt no. per gl. in d. l. fi. & ibi Bar. in 3. oppositione. per l. 2. §. merito. & §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publico. ad idẽ tex. in l. nec auus. vbi Bal. C. de emanci. li. in l. cum filius. ff. de test. mi. in c. super eo. de offi. deleg. cum si. quæ no. sunt. Et ita remotis rationibus s̃. in ɔ̃rium adductis firmata remanet decisio Signo. quæ
7 efficaci ratione fundata vr̃, † quia masculinum cõcipit fœmininum ex interpretatione extensiua, non aũt de proprietate sermonis, ut no. Bart. in l. 1. ff. de ver. sig. per l. pronuntiatio. in prin. ff. de ver. sig. in l. 2. ff. de lib. cau. & est text. in l. in adoptiuis. in ver. q̃ in filio. C. de ado. dum ibi dr̃, q̃d in filio diximus, hoc in filia extendimus. & no. Bal. in l. fi. ver. itẽ propria locutio. C. de her. inst. & Car. in d. cõsi. 135 Et ideo cũ materia videatur odiosa, quia est ɔ̃ ius cõe, & agit̃ de ꝑiudicio tertij, debet ꝓprie, & stricte interpretari. non vr̃, ꝙ masculinum cõprehendat fœmininũ per s̃. dicta. Postremo ad idem facit quod Soc. scribit in consi. 90. Abũde, & subtiliter. in fi. lib. 1. vbi concludit, ꝙ ꝑ rationem conseruandæ agnationis, quæ consideratur in masculis, & non in fœminis, masculinum non concipit fœmininũ, quia sumus in materia differenti inter masculos, & fœminas, quo casu dispositio facta de masculis non habet locum in fœminis vt no. Bar. in d. l. 1. de verb. sig. in l. 1. in fi. ff. de pecu. Bal. in l. in multis. in fi. ff. de statu. homi. in l. seruus. C. cõmu. de succe. cum si. Et ista ratio vr̃ bene adaptari in casu isto; quia superior, qui concessit potestatem legitimandi spurios, & sic filios illegitimos, vr̃ maiorem rõnem habuisse de masculis, per quos agnatio conseruatur: ideo non habet locum in feminis, & sic decisio Signo. confirmata vr̃, & illa retenta, infertur, ꝙ legitimatio Diamantis filiæ spuriæ valida non fuerit, & ex hoc pariter infertur, ꝙ institutio, q̃ pater fecit instituendo dictam Diamantem vti legitimatã, sit nulla, & ꝙ hæreditas deferat̃ venientibus ab intestato. & ita in terminis cõcludit Pau. de Cast. in l. eam q̃. C. de fideicom. ibi. in versic. & per istam legem, vbi per
8 illum tex. s̃m lecturam Azonis dicit, † ꝙ si pater fecit legitimari filium suum bastardum, & ipsum tanquã legitimatum heredem instituit, cum tñ legitimatio esset nulla, talis institutio nõ valet, & hæreditas pertinet ad venientes ab intestato: & ita in casu nostro concludendũ videtur: & ita primum dubium absolutum sit.

ADDITIO.

a ¶ Alias.] Scilicet in l. 2. nu. 113. de reg. iur. vbi in annotatio. ad Decium opin. Signoroi. comprobaui. quæ non solum vera est, sed communis.

EPITOME Consi. CCCCLIIII.

Orlandinus hæres institutus ab Alexandra cum substitutione facta filijs suis quædam bona ex ipsa hæreditate alienauit. Deinde cõdens testamentum reliquit Hieronymam vxorem dominam, & massariam omnium bonorum cum Lucretia filia, quousque stabit in domo sua cum Hiero. ipsam Lucretiam hæredem instituendo cum prohibitione, ne bona alienata possint reuocari. Respo. Dec. quòd habebit vsumfructum æqualiter cum H. quãdiu cum ea, & in dicta domo manebit: & si ibidem habitare noluerit H. consequetur totum vsumfructum detracta legitima Lucretia, ad quam pertinent bona Orland. obuenta de hæreditate Alex. neque tamen reuocare poterit alienata per patrem, si eius hæres esse voluerit.

SVMMARIVM.

1 *Constito de testatoris uoluntate, illa totum facit.*
2 *Præsumptio in specie tollit præsumptionem in genere.*
3 *Legitima usus fructus tolli non potest.*
4 *Legetur Titio, & Mæuio, an Titio cum Mæuio nihil refert.*
5 *Vsusfructus legatario non debet̃, si legantis conditio impleta non fuerit.*
6 *Impedimentum allegans illud probare debet.*
7 *Procuratore à generali, si quid factum fuerit, à domino reuocari non pot.*
8 *Fideicommissarius bona alienata reuocat casu fideicommissi ueniente.*
9 *Pœnam non meretur quicquid lege permittente fit.*
10 *Generi per speciem derogatur.*
11 *Testator in dubio solum ius, quod habet, concedere uidetur.*
12 *Testatoris uoluntas etiam à priuata scriptura declarari potest.*



Vridicas esse arbitror conclusiones supra firmatas ab excellentissimo domi. consultore per ea, quæ suprà ab eo accurate, & elegãter deducta sunt. Circa primam conclusionem, in qua habetur, quòd do. Hieronyma uxor testatoris debeat consequi vsumfructum omnium bonorum, licet instituta sit Lucreti

ſilia teſtatoris,quia apparet in iſto caſu hanc fuiſſe intentione te
ſtatoris, pp quam receditur ab illa communi intelligentia, quæ
eſt,ꝙ vxor relicta domina, & vſufructuaria omnium bonorum
a filio hærede inſtituto ſolum debeat habere alimenta, [a] vt no.per
glo.in auth.hoc locum.C.ſi ſecundo nupt.vbi Bar.& tradit Bart.
in l.Titia.la 1.§.fin.de leg.2.cum ſimil. & ita in terminis conſuluit
Pau. [b] de Caſt.in cōſi.388. Quod vxor quondam Riſtori.in prin.
* vbi inquit,ꝙ licet alias ſecundum * *communem* opi. inſtitutis filijs
illa verba, quod vxor ſit domina, & vſufructuaria omnium bo-
norum.ſolum important alimenta ex coniecturata mēte defun-
cti in fauorem filiorum, tamen ſi ex teſtamento conſtet de alia
voluntate teſtatoris, ꝙ voluerit illam habere vſumfructum, illa
attenditur.Et ſecundum iſtam deciſione m Pau.de Caſt.in ſimili
caſu conſuluit Alex.in conſi.56.Perlectis verbis teſtamenti Chri
ſtofori.lib.3.& idem Alex.in conſi.213. Ponderatis verbis.in fin.
lib.6 Et cum iſta concluſione concordat Maria.Socin.in conſilio
incip.Franciſcus Donati de Aretio. & reperitur in conſi.1.in vlt.
lib.conſi.do.Bartholomæi eius filijs. Et prædictæ concluſionis ra
tio videtur manifeſta, quia illa interpretatio, ꝙ verba, quæ im-
portant vſumfructum,reſtringantur ad alimenta, eſt facta fauo-
re filiorū ex coniecturata voluntate defuncti, vt no. Sal.in auth.
1 hoc locum.† C.ſi ſecundo nup.Et ideo ſi aliter conſtet de volun-
tate teſtatoris,illa totum facit, vt dicit tex.in l.ex facto.la grande.
§.rerum autem.ff.de here.inſti.in l.in conditionibus primum lo-
cum.in prin.ff.de cōd.& dem.nam vna præſumptio aliam tollit.
l.diuus.vbi Bar.in ſecundo no.ff. de in inte.reſt.in ca. literas.de p̄-
2 ſum.† Et præſumptio in ſpecie tollit præſumptionem in genere.
l.cum de indebito. vbi Bar.ff.de proba.no. Bal.in l.ſiue poſſidetis.
C.de proba.in fi.& ideo ab illa generali præſumptione,ꝙ ex con
iecturata mente defuncti fauore filiorum legatum factum vxori
de vſufructu reſtringitur in alimentis,receditur, quando ſpeciali
c ter in teſtamento apparet de alia voluntate [c] teſtatoris, quia iſta
præſumptio ſpecialis potentior videtur, & præualet, imo dicen-
d[illegible] ex quo conſtat de voluntate teſtatoris, ceſſant præ-
ſu[illegible], quia in claris non eſt opus coniecturis l. continuus.
§.cum ita.ff.de verb.oblig.l.ille,aut ille.§.cum in verbis.de leg.3.
Et in caſu iſto manifeſta videtur voluntas teſtatoris, ꝙ vxori vo-
luerit verū vſumfructum relinquere, dum diſtinguit, ꝙ habeat
totum vſumfructum ipſa vxor, ſi filia cum illa non ſteterit in do
mo teſtatoris: & ſi cū ea in dicta domo moretur, habeat vſum-
fructum cum dicta eius filia. Ex tali.n. diſtinctione videtur teſta-
tor cogitare de toto vſufructu bonorū, quia talis diſtinctio non
poſſet adaptari, ſi in alimentis tantum dictum legatum reſtringe
retur, vt s̄.latius dictum fuit.Et ſecūdum iſtam concluſionē alle-
gando omnia s̄.dicta conſului ſuperiori anno Florentiæ. Et iſta
3 concluſio ſane intelligitur reſeruata legitima ipſi filiæ, † in qua
vſusfructus tolli non poteſt, vt no. Bar.in l.vxori vltra.ff.de vſu-
fruc.leg.& idem tradit Bar.in conſi. 56. Bartholomæus fecit teſta
mentū in ſecundo dubio. Ale.in d.conſi.214.lib.6.in fi. Maria.in
d.conſi. Franciſcus Donati.& hæc in primo dubio. In ſecundo
dubio non puto laborandum eſſe in eo, quod doc. dicunt de cō-
ditione ſuſpēſiua, poteſtatiua, vel mixta, in l.1.C.de inſti.& ſubſt.
quia hic non loquitur teſtator ſub conditione,ſed diſpoſitiue,dū
dicitur,ꝙ reliquit dominam Hieronymā eius vxorem do. Maſ-
ſariam,& vſufructuariam, & c cum prædicta Lucretia eius filia,
quouſq; dicta eius filia ſtabit in domo ipſius teſtatoris cum dicta
eius vxore.Illa.n.verba,cum prædicta Lucretia eius filia, impor-
tant,ꝙ vſusfructus omnium bonorum legatus ſit æqualiter vxo
4 ri,& filiæ: † quia nihil refert, vtrum ita legetur, Titio,& Mæuio:
an ita Titio, cum Mæuio: vtrobiq;.n. coniunctum eſt legatum,
vt dicit tex.in l.Titiæ textori.in §.nihil differt. de leg.1.in l.ſi quis
Titio.in fi.de vſufru.accreſ.no.in l.fin.C.de impub.& alijs ſubſti.
ad idem tex.in l.illi cum Titio.de vſufr.lega. Videtur ergo quan-
tum ad propoſitum factum legatum ſimpliciter vxori, & filiæ
vſufru. omni.bono. & filiæ relictum fuit dictum legatū quouſ-
que dicta eius filia ſtabit in domo ipſius teſtatoris cum dicta eius
vxore, prout veriſimiliter morabatur tempore teſtamenti: vnde
iſta verba non videntur inducere conditionem ſuſpenſiuam le-
gati, ſed inducunt conditionē extinctiuam legati.l. ſufficit.ff.de
condi.indeb.& no.Bar.in l.1.de cond.& dem.in ver. & quæro de
dictione quo ad donec in fi.vbi loquitur de iſta cōditione extin-
ctiua legati, & hoc patet in vxore, cui eodē modo relinquitur:&
in ipſa clarum eſt, ꝙ conditio nō eſt ſuſpenſiua, ſed extinctiua le-
gati:ergo pariter idem vr̄ in filia, quia æquiparātur.Si ergo dicta
filia non ſtet in domo dicti teſtatoris cū eius vxore, & per ipſam
vxorem non ſteterit,quominus dicta filia moraretur in dicta do-
mo,vſusfructus vr̄ totus ad ipſam vxorem pertinere ſ'm expreſ-
ſam cōditionem teſtatoris.& vr̄ habere locum tex. in l.qui con-
cubinam.§.vxori.de leg.3. in fi.dum ibi dr̄. ſinautem per mulierē
mora non eſt, quominus cū filio habitaret legatū ei deberi.Pre-
terea dato,qđ etiam hic ageretur de conditione ſuſpenſiua lega-
ti,ſi dicta conditio habitandi in domo teſtatoris cum vxore im-
5 pleta non fuit: quia ipſa filia noluit, & per eam ſtetit, † illi legatū
uſusfructus non debetur, ut eſt text.in l. ſi ea conditione. C. de
condit.inſer. ideo legatum uſusfructus in totum debetur uxori
ſ'm diſpoſitionem teſtatoris: ſi uero impedita fuiſſet à marito,ut
s̄.dictum eſt, debuit ipſa declarare ſe uelle habitare cum uxore
ſ'm diſpoſitionem teſtatoris, ut not.Bar.in conſi.incipiente,uiſo
teſtamento Colle.prout Soci.refert in conſi 68.Io.magiſtri Fran
6 ciſci.in 1.lib.Et ad hoc adduco: † quia qñ quis allegat impedimē-
d tum,debet probare, [d] ꝙ ſi impedimentum nō fuiſſet, ipſe fecij-
ſet illud, à quo uult propter impedimentum excuſari: ita appa-
reat,ꝙ impedimentum fuit cauſa immediata, ꝙ illud factum nō
fuit.l.qui comeatus.ubi Bar. ff de re milita.& no. Bar.in l.præſes.
C.de appel.in uer.& aduerte.& in l.2.§.qđ diximus.ff.ſi quis cau.
cum ſi.ut ibi tradit Alex & dixi in c.ex ratione. de appel.& in pro
poſito noſtro in implemento conditionis not. Soc.per illū text.
in l.Titio.in ſecundo nota.ibi, ſi paratus eſt ponere.ff.de cōd.&
demon.ad idem tex.in l.cum ita datur.ff.eo.tit. dum ibi dr̄, pecu-
niam ſtatuliber habuerit.& ad idem tex.in l.cum quidā. C.de cō-
di.inſer.ibi dum dr̄, properabat ad hæredem. & illum text.ibi ad
hoc pōderauit Pau.de Caſt.circa fi.in uer.in tex.ibi, properabat.
Vnde cum de tali diligentia facta ab ipſa filia non appareat,lega-
tum vſusfructus omniū bonorum in totum acquiſitum vr̄ uxo-
ri ſ'm diſpoſitionem teſtatoris: & ſic firmata remanet ſecunda
concluſio ſ'm ea,quæ narrantur, qđ ipſa uxor debeat habere to-
tum uſumfructum omnium bonorū reſeruata legitima, ut s̄.di-
ctum eſt.Quo ad tertium dubium, in quo tractatur de alienatio-
ne bonorum facta à teſtatore, conſiderandū eſt, ꝙ ipſe teſtator,
qui alienauit, tenetur obſeruare alienationem ab eo factam & ꝯ
ctum ſuum uenire non pōt.l.poſt mortem.ff. de adop.l.cum pro
fitearis.C.de reuocan.dona.l.uendicantē. ff.de euictio. in l.ſi qui
7 alienā.ff.de act.empt. † & pariter à procuratore generali factum
à dño reuocari non poteſt, lege ſi hominem.ff.mand. & idem eſt
in hærede,qui facto defuncti ꝯuenire non poteſt.l.cum à matre.
C.de rei uend.l.uxor.C.de bon.authori.iud.poſſi. l.ſi ab eo. C.de
neg.geſt.facit tex.in regula ex qua perſona.ff.de re.iu.His præmiſ
ſis uerba ſcripturæ factæ de cōi conſenſu debent perſcrutari: nā
uerificata fuit illa cōditio, quod dictus Orlandinus deceſſit ſine
alijs filijs legitimis, & naturalibus, quo caſu dicitur, quod tota
portio obuenta dicto Orlandino de hæreditate do. Alexandræ
debeat ſpectare,& pertinere ad dictam Lucretiam.Et attentis his
uerbis ſimpliciter eſt etiam dicēdum, qđ bona alienata deberent
poſſe reuocari ab ipſa do.Lucretia: quia includuntur in portio-
ne obuenta dicto Orlandino ad ſimilitudinem fideicōmiſſarij,
8 † qui reuocat bona alienata ueniente caſu fideicommiſſi.l.fin.§.
ſinautem.C.cōmunia de leg. Sed dicto generali capitulo uidetur
derogatum ab alio ſpeciali capitulo immediate ſequenti,ubi ſpe-
cialiter uidetur prohibere, ne bona alienata de hæreditate do.
Alexandræ ab ipſo Orlandino poſſint reuocari: quia apponit
pœnam caſu,quo dicto Orlandino,uel ſuis hæredibus à dicta Lu
cretia bona ab eo uendita de hereditate do. Alexandræ peteren-
9 tur:apponendo.n.pœnam vr̄ dictus Orlandinus prohibere,†quia
quod fit l.permittente, pœnam non meretur.l. Gracchus. C. de
adulte.& dato,ꝙ pœna ſoluta ſit: ille,qui ſoluit pœnam,non dr̄
ſeruare contractum,nec iudicium teſtatoris, ut dicit Bal.in l.pe-
tens.uer.ſed cōtra iſtos opponitur. C.de pact.no.in l.cum pater.
§.libertis.de lega.2.Et ideo capitulo generali præcedenti deroga-
10 tur ab iſto ſpeciali in bonis alienatis: † quia generi per ſpeciem
derogatur, vt in regula generi. de reg.iur.in 6.& in l.uxore.§. fœ-
liciſſimo.de leg.3.Et conſonat iſtam fuiſſe intentionem Orlandi-
ni,qui ueriſimiliter noluit plus iuris transferre in dictam Lucre-
tiam, quam ipſe haberet.l. nemo plus iuris. ff. de re. iu. Sed uo-
luit illā ſubrogare in loco eius in eo ſtatu, in quo tempore dictæ
conuentio-

ADDITIONES.

a ¶ Alimenta.) Cor.conſi.257.lib.1.Curt.Senior.conſi.14.conſi.15.Ludo.Gozadi.conſi.99.Dec.c.cauſam,quæ nu.2.de reſc.amplio.1.etiam ſi ſimpliciter reliquerit vſumfructum omnium bonorum.deci. Thol.462.Aretin.conſi.40.amplio 2.etiam ſi teſtator relinquat matri ſuæ. Angel.d.auth.hoc locum.conſi.105.Pau.Picus repet.§.fi.in l Titia.char.7.ver.6.quærit Bar.de leg.2.Steph.Bert.conſi.36.ex themate.lib.1.Amplio.3.etiam ſi auus ſic relinquat nurui filij relictis nepotibus præmortui, vt heri late conſului.

b ¶ Pau.] Quod eſt conſi.218.lib.1. in nouis. ſed ibi male conſuluit, vt dixi ad Alex.conſi.56.lib.3.

c ¶ Voluntate.] Etiam ex coniecturis.s̄. conſil.418.j̄.conſil. 486.conſil.645. Alex.conſi.213.in fi.lib.6.Caro.Rui.conſi.39.lib.2.Sed ego dico, ꝙ oportet illas eſſe ſpecificas, & concludentes, vt quando filij inſtituuntur poſt mortem vxoris.Pau.conſi.459.lib.2. vel quando addit, ꝙ poſsit diſponere,& pro ſe retinere omnes fructus ſine exceptione, vt Maria. Senior inter conſilia Bartholo.Soci.conſil.1.libr.4.alias ſecus: vnde male conſuluit Decius ſupra conſi.418.in 1.dubio.

d ¶ Probare.) Alex.conſi.10.49.nu.5.lib.2.vbi dixi, adde tex.l.ſeruus ſi hæredis.§.Imperator.de ſtatu libe.l.antepen.ex quib.cau.maio.Caro.Ruin.conſi.15.lib.4.

conuentionis erat apud eum illa portio hæreditatis do. Alexandræ.arg.tex.in l.damnas.§.1.ff.de vsufru.leg.ibi, vt forma seruetur, quæ viuo testatore obtinuit. Et quia dicta Lucretia in ista parte habere videtur locum hæredis, qui factum à defuncto impugnare non potest. d.l.cum à matre. cum similib. suprà allega-
11 tis.† & quia testator videtur in dubio solū ius, quod habet, concedere.l.si domus.§.fi.de leg.1.in l.vxor patrui. C. de lega. Et in casu isto constat de voluntate expressa testatoris, qui sub pœna prohibuit bona alienata reuocari, vt in ipsa scriptura apparet:
12 † nam etiam voluntas testatoris à priuata scriptura declarari potest, vt no.Bar.in l.alimenta.in prin.ff.de alimen.& ciba.leg. Non ob.suprà dictis, quod pœna apposita eo casu quo petantur alimēta, non possit verificari in isto casu, vt suprà dictum est, quia hoc non impedit, quominus dicatur constare de voluntate testatoris, quia dato, ꝙ nullum sit testamentum, voluntas testatoris tamen declaratur.l.fi.vbi Bar.ff.de rebus eorum, & idem Bart.in l.in testamento.ff.de fideicom.liber.in l.gerit.ff.de acquir.hæred. ad idem tex.in l.qui à patre.ubi Bal.ff.de confirmatione tutorū. Et ideo sufficit, ꝙ de voluntate appareat in illa prohibitione, siue pœna habeat locum, siue non. Phil.Dec.Pisis.

EPITOME Consi. CCCCLVI.

Forma statuti non seruata in testamento facit id corruere, adeo ꝙ institutio nō valet, nec legata debentur, etiam si filius esset hæres institutus, aut locus pius substitutus.

SUMMARIUM.

1 *Statutum, an valeat, si disponat, quod nulla mulier testari, seu aliam vltimam voluntatem condere possit sine filij, uel filiorum præsentia: & si aliter factum fuerit, testamentum ipso iure nullum sit.*

2 *Constitutio legati, si dictaret, quòd in mulierum testamentis propinquorū præsentia requiratur, testamentum aliter factum nullum esset.*

3 *Testamenti substantia, licèt de iure gentium sit, forma tamen de iure ciuili extat. nu.5.*

4 *Statutum ualet, si dictauerit, quòd si testamentum registratum non fuerit nullius valoris existat.*

6 *Dictio, aliquam, etiam in minima parte verificatur.*

7 *Statutum, quando aliquid cum certis modificationibus de nouo inducit, quicquid ibi exprimitur, pro forma datum videtur.*

8 *Statutum, si dictauerit, quod filius sine patris consensu agere non possit, si pater, & filius simul astant, pater filio consentire videtur, & statutū locum habet.*

9 *Statuto si caueatur, quòd mulier sine propinquorū cōsensu testari nō possit, tale statutum in testamento ad pias causas facto locum non habet.*

10 *Statutum si disponat, quòd mulier sine mariti præsentia testari non possit, in testamento ad pias causas facto locum non habet.*

11 *Statutum laicorum iustam causam, & rationem habens, etiam in pia causa obseruari debet.*

PLacet conclusio superius firmata per excellentissimum dom. Consultorem, ex eo præsertim, quia non fuit seruata forma statuti, quo cauetur in ciuitate Burgi sancti Sepulchri, quod nulla fœmina possit condere testamentum, vel aliam vltimam voluntatē sine præsentia filij, aut fratris, aut nepotis, & sic debeat facere requiri supra dictas personas, & de requisitionibus debeat apparere publicum instrumentum. & in fine statuti subijcitur, quod si contra præsens capitulum, vel aliquam eius partem contrauentum fuerit, quòd factum est non valeat ipso iure &c. Stante enim dicto statuto, primò considerandum est, quod de validitate dicti statuti non videtur dubitandum, ut in terminis tradit Bal. in consi. 60. Statuto ciuitatis Assisij cauetur, quod nulla mulier lib. 2. secundum impressionem, quæ apud me reperitur. vbi pro constan-
1 ti præsupponit valere statutum,† quod nulla mulier possit testari, siue aliam vltimam voluntatem condere sine præsentia filij, vel filiorum: & si aliter factum fuit, testamentum sit ipso iure nullum: & quia forma statuti seruata non fuit, concludit testamentū nullum fuisse. & idem no. Bal. in l. ex duobus.§.fi.ff.de vulg.& pu-
2 pil.vbi inquit, ꝙ si constitutio legati † dictaret, ꝙ in testamentis mulierum requiratur præsentia propinquorum, testamentū aliter factum esset nullū ipso iure: idem ergo videtur in statuto populi, cui potestas statuendi competit.l.omnes populi.ff.de iustit.& iure.& in §.1.inst.eo.tit. & hoc procedit dato, ꝙ statutum sit cōtra ius commune.l.item eorum.in prin.ff.quod cuiusque vniuersi.nomi.l.prohibere.§.planè.ff.quod vi, aut clā.no.in l.1.C.de
3 emancipa.libe. Et hoc confirmatur, † quia licèt substantia testamenti sit de iure gentium, forma tñ est de iure ciuili, vt not. Bart. in l.interdum.ff.de condictione indeb.facit text.in l.lege obuenire.ff.de verb.sign.& ideo talis forma immutari, & alterari potest à statuto. ita arguit in statuto Alex.in consi.208. Statutis accurra-
4 tè prospectis.lib.2. Et ibi propter hoc infert valere statutum,† ꝙ testamentum si registratum non fuerit, nullius sit momenti. & ad hoc alle. Cald. in dispu. incipiente, Bononiensi statuto. & idem tradit Alex. in consi.65. Quoniam omne bonum.lib. 6. & ad hoc etiam decisio Ang. in consi. 88. Præmitto primò, quòd solennitas testandi. vbi dicit, quod solennitas testandi est de iure positi-
5 uo, & ideo à statuto potest mutari.† vnde concludit valere statutum, ꝙ nulla mulier habens maritum, vel filiū testari possit sine requisitione, vel præsentia mariti, vel filiorum: & si aliter factū fuerit, testamentum sit nullius momenti. Et idem Ang. tradit in consi. 126. Testamenti factio. & quia hoc non reuocatur in dubium, non insisto. Secundò prædictum statutum præcisè loquitur, dum inquit, si contra aliquam eius partem contra factū fuit.
6 Illa dictio, aliquam, etiam in minima parte verificatur, ut per gl. in clem.1. in verbo, aut earum parte. de foro compet. facit quod not. Bar. de verbo, aliquid. in l. si seruum.§. pretor ait.ff.de acqui. hære. quod uerificatur in minimo. Tertiò, cum hoc statutum ulterius procedat annullando ipso iure actum in contrarium, uidetur data forma à statuto, ut notat Bal. in l.1.ff.de libe.& posth.
7 † Nam quando statutum aliquid de nouo inducit cum certis modificationibus, quicquid ibi exprimitur, uidetur datum pro forma, ut dicit Pet. de Ancha. in consi.242. Ex tenore priuilegij.in fi. & forma data à statuto in dubio uidetur substantialis, ut no. Bal. in l. comparationes, in tertia opposi. in fi. C. de fide instru. Et in casu isto clarum est, quòd nō fuit seruata forma statuti, quia præsentia filij non interuenit, & requisitio facta non fuit, prout à statuto requiritur, ergo testamentum ipso iure redditur nullum, prout expressè in statuto disponitur. Non obstat prædictæ conclusioni primò, si dicatur, quod ex quo in tali testamento filius institutus fuit, talis institutio uidetur supplere præsentiam filij, sicut in simili casu supplet consensum, ut not. Bar. in l. cum pater.§.
8 libertis. de leg. 2. in versi. ego induco,† ubi inquit, quod de C. statuto, ꝙ filius agere non possit sine consensu patris, [illegible] vbi [illegible] pater, & filius simul, pater uidetur filio consentire, & statutum habet locum. & idem no. Bal. in l. fi. C. ad Macedo. in uer. quæro dicit statutum. cum simil. ut tradit Alexand. in l. si constante.§. si uxor.ff. soluto matrimonio. Quia respondetur, quòd termini nō sunt pares: quia quando pater simul cum filio cōtrahit cum alio, uidetur de necessitate filio consentire, quia actus contrahendi simul cum filio cum alio extraneo non uidetur quod citra cōsensum fieri possit. argu. l. pro hærede.§.pen.ff.de acquir.hære. non sic uidetur in præsentia requisita à statuto, quia ex institutione facta de filio absente non infertur ad præsentiam filij. Præterea & secundò, si præsentia filij esset requisita pro interesse filij dictum Bartol posset habere locum, sed in casu isto præsentia non uidetur requisita pro interesse filij præcisè, quia statutum alternatiuè loquitur de præsentia filij, aut fratris, aut nepotis, ut in regula, alternatiuis. de regu. iu. in 6. in cap. inter cæteras. de rescrip. in l. si ita quis stipulatus fuerit de uerbo. oblig. Si ergo præsentia fratris interuenisset, fuisset satisfactum statuto absque præsentia filij: ex quo datur intelligi, quod pro interesse filij talis præsentia non requiratur. sed ad integrandum personam mulieris quæ ex tali institutione facta de filio absente non integratur. Tertio considerandum est, quod institutio facta de filio, si esset fauorabilis filio, posset habere locum dictum Bartol. in d.§. libertis. Secus uidetur in casu isto, quia institutio uidetur onerosa ipsi filio, qui in isto testamento est grauatus fideicommisso, iuxta l. cohæredi.§. cum filio, de uulga. & pupilla. & in primo testamento erat institutus simpliciter, quo casu magis interest filij, quod institutio facta in secundo testamento non haberet locum. Vltimo respondetur, ꝙ in casu isto est data forma à statuto, ut supra dictum est, quę quidem obseruata non uidetur, quia præsentia alicuius non interuenit, nec requisitio facta fuit, nec apparet de requisitione per instrumentum publicum, prout à statuto requiritur, & si contra factum sit, in minima parte testamentum est nullum, ut in statuto dicitur. Cum enim à statuto ista requisita sint pro forma, debent impleri formaliter, & non in æquipollenti, ut not. Bald. in l. 1. de liber. & posthum. & idem Angel. ibi in uersi. prædicta autem uerba. & forma statuti debet seruari ad unguem, ut Bald. dicit in l. cessante. C. quomodo, & qñ iud. & idem Bald. in c. ex literis. de constit. in c. 1. uer. & ideo si statutum. de mil. uasal. qui contu. est. cum simil. ut tradit Alexand. in consi. 137. In causa, & litte. lib. 2. & in consi. 96. Viso. lib. 4. & in consi. 212. Ponderatis. lib. 6. Maria. in consi. 24. Visis. in consi. 33. Prosequendo ordinem. Et in casu isto etiam forma non uidetur impleta in æquipollenti, quia præsentia, quæ requiritur in absente uerificari non potest, quia mediante præsentia potuisset mulier induci ad mutandum opinionem, ut in simili dicitur in l. si in tres. ff. de arbi. not. in l. duo e tribus. ff. de re iudi. Et hoc non potest considerari in absente: unde ex isto capite indubitanter testamentū redditur nullū, quia nō fuit seruata

fuit seruata forma statuti , nedum formaliter , sed nec etiam in
æquipollenti. Secundò non obstat conclusioni suprà factæ, si op-
ponatur, ꝙ statutum, propter quod testamentū annullatur ; pro-
ut s. dictum est, non videatur habere locum in isto casu , in quo
filius grauatus fuit onere fideicommissi relicti loco pio, quo ca-
su non vr̄, ꝙ statutum laicorum debeat habere locum , ex eo qđ
not. Bal. in l. generali in versic. quæro primo, dicit statutum. C. de
sac. san eccl. † ubi concludit, ꝙ statutū, in quo cauetur, ꝙ mulier
non possit testari sine consensu propinquorum, tale statutum nō
a habet locum in testamento facto ad pias [a] causas. & Abb. sequit
in c. relatum. el j. de test. in ver. & ex his infero. facit quod no. Bar.
in l. j. in ver. venio ad secundū. C. de sac. san. eccl. Abb. in cons. 32.
Circa duo. in ver. 2. principaliter. lib. 2. Cal. in cons. vlt. de consti.
Pet. de Anch. in consi. 259. Suprà dictū statutum. cū si. & in termi
nis no. Bal. in consi. 159. Super dictis punctis considerandum. lib.
10 2 in ti. †. vbi concludit statutum, ꝙ mulier non possit testari sine
præsentia mariti, non habere locum in testamento ad pias causas.
Quia rñdetur, ꝙ s. dicta haberēt locū, si causa pia , vel locus pius
esset institutus , secus videtur in casu nostro, in quo laicus institu-
tus fuit ; quo casu quantum ad ipsum laicum institutum testm̄
non valet per suprà dicta, & stante inualiditate testamenti hære-
ditas adiri non potest, & corruunt legata , & fideicōmissa relicta
in tali testamento. l. si nemo. ff. de testa. tu. ita no. concludit Sal. in
Auth. cassa. in 9. q. in fi. & dictū Sal. sequitur Ale. in cons. 208. s. al
le. in 2 li. in ver. posset & tertia ratione. cum si. s. alle. Et hoc. com
11 probatur, † quia statutum laicorum habēs iustam causam, & ra-
tionem, etiam in pia causa debet obseruari, ut tradit Cald. in con-
si. 20. de consti. An si statutum ciuitatis. Pet. de Anch. in consi. 25.
Videtur prima facie. Card. in consi. 144 Super themate præmis-
so, cum si. vt tradit Fel. in c. ecclesia. de consti. char. 10. in versi. re-
senta igitur. Phil. Dec. Pisis.

ADDITIO.

a ¶ Pi[illegible].

EPITOME Consi. CCCCLVI.

Philippus in testamento reliquit tertiam hæreditatis Iac. filio, re-
liquum L. alteri filio, & nepotibus Iac. timens ne pater ob indi
gnationem conceptam ex lite simul habita ab ipsa dispositio-
ne discederet ; super supplicatione senatui Ianuensi porrecta
obtinuit decretum prohibitiuum, ne P. imponeret grauamen
super dicta tertia parte, sed æqualitatem inter filios , & nepo-
tes seruaret. Tandem P. fecit codicillos, in quibus inhabilitan-
do Iacobum, filios , & nepotes fideicom. reciproco grauauit.
Respon. Deci. quòd circunscripto Iac. & non obstante dicto
decreto ius fideicom. in persona L. & nepotum actiuè, & pas-
siuè conseruandum est secundum testatoris voluntatem.

SVMMARIVM.

1 *Actus, quod valeat, vel quod de nullitate opponi non possit , paria sunt.*
2 *Fideiussor, qui de facto vsuras soluere cogitur , illas à principali debito-*
re repetere potest perinde ac si de iure soluisset.
3 *Dictio, aliquid, etiam in minimo verificatur.*
4 *Aequalitas in decreto principaliter consideratur.*
5 *Substitutio, si duobus impuberibus institutis inuicem facta sit; quo casu in*
vtriusque persona pupillaris substitutio facta videtur : si alter posteà à
testatore emancipatus fuerit, in emancipati personam substitutio pupil-
laris extinguitur.
6 *Determinatio una plura determinabilia respiciens æqualiter determina-*
re debet .
7 *Testamento annullato codicilli ad testamentum pertinentes non valent.*
8 *Iurium correctio quantum potest euitari debet.*
9 *Opinio doctorum communi contraria, quæ melioribus rationibus fundata*
sit, attendi debet.
10 *Hominibus liberis iniquum est rerum suarum administrationem liberam*
non esse.
11 *Actu de simplici aliud iudicatur, & aliud de conditionali.*
12 *Causa cessante effectus cessat .*

a 
Onsului [a] aliàs, ꝙ Iac. Lomelinus non admit-
tatur ad petitionem fideicommissi
relicti in testamento , seu in codicillis per do. Philip-
pum eius genito rē: & rationes , quibus motus fui ad
consulendum, concernebant pro maiori parte specialiter perso-
nam ipsius Iacobi, quia ipse erat inhabilitatus à testatore in codi
cillis, & decretum, quod in fauorem dicti Iacobi ab inclyto sena
tu Ianuæ emanauit, erat nullum, ut in consil latè continetur. Nūc
verò quæritur , an idem dicendum sit de Laurentio fratre dcti
Iacobi, ꝙ ipse pariter à fideicommisso , de quo agitur , excluda-
tur. Et prima facie videbatur dicendum , quòd sic , præsupposito
quòd decretum Senatus dato, quod de iure non valeret, ut aliàs
dixi, tamen de facto, & re ipsa obseruatur in ciuitate Ianuę, quo
1 casu perinde habetur, ac si valeret de iure, † quia paria [b] sunt, ꝙ
b actus valeat, vel ꝙ de nullitate opponi non possit, ut not. per gl.
2 in l. qui habebat. §. 1. in gloss. fin. ff. de ma. testa. † vnde fideiussor,
qui de facto cogitur vsuras soluere, potest illas repetere à debito
re principali perinde , ac si de iure soluisset : vt not. concludit Al-
ber. in l. 1. in versicu. ego hanc quæstionem de facto habui C. de
sum. Trin. & not. Imo. in c. 2. de fideiuss. cum si. vt Alex. scribit in
consi. 107. Pro inuestigatione prædictorum. lib. 2. & hoc expres-
sè tenet Bar. in l. 1. in prin. ff. qđ quisq; iur. ibi, in ver. videndū est.
ergo parificatur, qđ statutū validū sit, vel sit inualidū, de facto ha
buerit effectum & facit quod voluit Pet. de Anch. in consi. 108.
Cōtra fratres. de fratribus minoribus, q̄ de facto bona immobi-
lia possident: nā pro illis bonis tenentur soluere , sicut si de iure
possiderent. & in eodem casu consuluit Ant. de But. in consi. 34.
Vt supra solenniter. Hoc pro constanti posito, quòd decretum
senatus debeat obseruari , saltem de facto verba decreti debent
diligēter perscrutari, in quibus expressè dicitur, quòd Philippus
pater non possit indirecte, vel per indirectum apponere aliquod
onus, modum, seu conditionem aliquam grauaminis super ter-
tia parte hæreditatis dom. Iacobi , in qua fuerat ab eo institutus,
& si contra factum fuerit quouis modo, ex nunc decernit non va
lere , nec tenere. ex eo enim , quòd decretum vlterius procedit
annullando, videtur hoc esse pro forma, iuxta not. per Bal. in l. 1.
ff. de lib. & posth. Et cum dicatur, quod non possit aliquod onus
apponere, etiam videtur, quod minimum onus imponi non pos
3 sit: † quia illa dicto, aliquid, etiam in minimo verificatur , ut not.
Bar. per illum tex. in l. si seruum. §. prætor ait ff. de acqui. hæredi.
ergo videtur , quod dictus Iacobus fideicommisso grauari , non
possit quia fideicommissum dicitur onus. l. cohæredi §. cū filiæ.
ff. de uulg. & pupil. Nec obst. si dicatur , quòd cum fidecommis-
sum sit reciprocum, non videtur onus. l. si pater puellę. C. de inof
fic. testa. & facit tex. in l de fideicommisso. C. de transact. quia re-
sponderi potest, quod licet fideicommissum reciprocum sit , est
tamen onus in rei veritate, sed fingebatur non habere onus, quia
erat factum adinuicem, ut dicit Bal. in d. l. si pater & hodie illa lex
si pater est correcta per l quoniam in prioribus. C. eo. ti. & ita te-
net gloss. in d. l. si pater. & Bartol. ibi , qui dicit , quòd ita obser-
uat consuetudo , quòd etiam fideicommissum reciprocum reij-
ciatur de legitima. & sequuntur ibi Bald. Salic. & Pau. de Castr. &
hoc videtur à fortiori in casu nostro procedere, in quo (vt dixi)
etiam onus minimum non potest dicto Iacobo iniungi. Et reten-
ta conclusione , ꝙ onus fideicommissi etiam reciproci dicto Ia-
cobo imponi non possit , pariter videtur, ꝙ ipse in portionibus
aliorum aliquod fideicommissum petere non possit , ut serue-
4 tur æqualitas, † quæ principaliter in decreto consideratur. argu.
tit. quod quisque iuris. & in c. cum omnes. de constit. & hoc re-
spectu Iacobi clarum videtur; ut dixi in alio consilio. Circunscri-
pta persona Iacobi dubium est, an in personis aliorum filiorum,
& descendentium conseruetur fideicommissum inter eos factū
adinuicem. Et prima consideratione videretur dicendum, quod
in persona Laurentij, & omnium aliorum sublatum sit fideicō-
missum sicut in persona Iacobi : & hoc ratione æqualitatis ser-
uandæ inter eos, prout in decreto consideratur: si enim Iacobus
non posset in tali fideicommisso succedere , ut alias consului , &
Laurentius admitteretur ; esset inter eos inæqualitas , quæ a de-
creto remouetur: & certe verba decreti sunt præcisa, ꝙ alij hære-
des do. Philippi non possint quouis modo plus habere ex bonis,
seu hæreditate dicti do. Philippi , quam habeat, seu habiturus sit
do. Iacobus pro tertia parte sua, ita ꝙ inter dictos hæredes, & de-
scendentes seruetur in omnibus æqualitas. ista n. verba generalia
sunt , & videntur etiam acquisitionem , quæ fieret ratione fidei-
commissi, comprehendere. argum. l. 1. §. & generaliter. de leg. 1.
cum vulg. Et ista confirmari videntur, quia substitutio fideicom
missaria fuit facta in codicillis adinuicem inter filios , & nepotes
dict. Philippi ; si ergo virtute decreti in di. Iacobo locum habere
non potest , pariter in alijs filijs , vel nepotibus resoluta videtur,
ex eo, quod not. Bar. in l. Lucius. versi. quæro ulterius. ff. de vulg.
5 & pupil. † vbi Bar. concludit , ꝙ si duobus impuberibus institu-
tis inuicem facta sit substitutio, quo casu in persona vtriusque vi
detur facta pupillaris substitutio. l. iam hoc iure. ff. de vulgar. &
pupil.

ADDITIO.

a ¶ Consului.) Suprà consi. 361. vbi dixi.
b ¶ Paria.) Infrà consi. 681. nu. 6. vbi dicam.

pupill. si alter postea emancipatus sit à testatore, quia in persona emancipati pupillaris substitutio extinguitur. d.l. cohæredi. in §. cum filiæ. concludit Bar. post Gul. de Cu. ꝙ ēt in persona alterius pupilli, qui remansit in potestate, tollatur pupillaris, vt seruetur æqualitas. facit tex. in l. alteri. ff. de alimen. leg. & regula cōis, quæ
6 dicit, † ꝙ vna determinatio respiciens plura determinabilia debet equaliter determinare. d.l. iam hoc iure. & in l. quamuis. C. de impu. & alijs substi. Et ideo cum illa substitutio fideicommissaria facta adinuicē inter filios, & nepotes do. Philippi nō possit æqualiter determinare p̱p̱ personam di. Iacobi, etiam in alijs nō vr̄ habere locum. Et ista conclusio maxime haberet locum, si dicamus, ꝙ codicilli, in quibus continetur fideicōmissaria substitutio adinuicem facta, reddantur nulli p̱p̱ nullitatem testamenti:
7 † quia annullato testamento codicilli pertinentes ad testamentum non valent l. 1. vbi tex. C. de codicil. l. si quis eum. §. fi. & in l. ab intestato. in fi. ff. de iure codicil. Sed tamen s̄. dictis non obstantibus vlteribus, & recte (vt puto) cogitanti ꝯrium de iure esse arbitror, videlicet, ꝙ non obstante decreto dato, quòd pro valido habeatur ius fideicommissi reciproci in ipso Laurentio, & in nepotibus testatoris actiuè, & passiue conseruetur: nam voluntas testatoris clara est in codicillis, à qua nullo modo recedendum vr̄. l. 3. C. de lib. præte. l. pe. de leg. 1. l. cum qui. in fi. C. de leg. l. in conditionibus primum. in princ. de condi. & demonst. cum sim. & ideo intentio Laurentij, & aliorum fundata videtur in ipsis codicilis. Vis tota consistit in rn̄dendo ad alleg. s̄. in contrariū: vnde primo non obstat, ꝙ in decreto præcise prohibeatur, ne aliquod onus imponatur super tertia parte hæreditatis, in qua Iac. erat institutus: quia pro vera resolutione considerandum est, ꝙ decretum, quod emanauit ad supplicationem d. Iacobi, solum tendit ad seruandum æqualitatem inter ipsos fratres, & nepotes super hæreditate dom. Philippi. & idem dr̄ in supplicatione ipsius Iacobi, ad quam decretum se refert, ita quod plus vnus non consequatur, q̄ alter, ut in decreto dicitur; & istam æqualitatem inter ipsos filios ēt pater obseruauit, qui illos æqualiter heredes instituit, & in hoc fuit secutus consilium legis, quæ hortatur patrem ad seruandū æqualitatem in filijs. §. illud quoq;. vbi Ang. in Auth. de nup. facit tex. in l. fi. C. cōia vtri. iudi. l. vt liberis. C. de colla. & ne domi. Philip. pater recederet ab ista iusta dispositione p̱p̱ indignationem, quam immerito conceperat ꝯ d. Iacobum occasione litis, quam habet cum eo: factum fuit decretum ad conseruandum æqualitatē inter ipsos filios, & nepotes, vt ex ipsa supplicatione, & decreto manifeste patet. Et dictum decretū intelligitur s̄m intentionem senatus, prout de rescripto Inno. dicit in c. cum ecclesiæ. de excep. not. Bal. in l. rescripta. de preci. imp. of. & Bal. in l. ex facto. per illū tex. ff. de vulg. & pup. facit tex. in c. ex multiplici. de deci. in c. dilecto. de ver. sig. in c. 2. requiris. de appel. cum si. Et intentio decreti, & Senatus videtur fuisse conseruare inter filios, & nepotes æqualitatem secundum primam voluntatem testatoris, ita ꝙ testator non recederet ab illa p̱p̱ indignationem, quæ superuenit: modo sic, testator, qui filios, & nepotes hæredes æqualiter instituit, non reputauit facere ꝯ æqualitatem substituendo illos per fideicommissum, prout postea fecit in codicillis: quia quantum ad ipsum testatorem videtur seruata æqualitas: quia oībus æqualiter substituit; & nō attenditur, ꝙ casus substitutionis inæqualiter contingere possit: quia illud, quod à casu occurrit, non tollit æqualitatē, quę in ipsa dispositione attenditur. argu. l. de fideicōmisso. C. de transa. & in l. verū. §. sciendum. ff. de mino. His ad declarationem decreti pręmissis rn̄detur ad illud onus, quod in portione Iacobi in decreto remouetur, quia intelligitur de onere, qđ inæqualitatem induceret, ita ꝙ vnus plusquā alter cōsequeretur ex dispositione ipsius testatoris, cui facta fuit prohibitio, vt in decreto habetur: & hoc non verificatur in fideicōmisso reciproco, de quo agitur: quia non reputaṙ onus d.l. de fideicommisso. & d.l. si pater. Nō ob. ꝙ imo vr̄ onus, quia reijcitur de legitima, ut per gl. & doc. in d.l. si pater. quia rn̄deri potest, ꝙ hoc non sit verū de iure, quia per l. qm̄ in priorib. solum remouetur illud grauamen, p̱p̱ quod quærela competebat: & hoc in iniuriam querelę, vt in d.l. qm̄ in priorib. in prin. colligitur: sed hoc locū in fideicōmisso reciproco d.l. si pater. ergo non vr̄ d.l. si pater. correcta. & hoc
8 suadetur, † quia correctio quantum potest debet euitari, ut no. in auth. quas actiones. C. de sac. sanct. eccl. & ita uoluit Rich. Mal. in d.l. si pater. ut ibi Bar. refert. & sequitur Fulg. ibi, & Raph. Cu. in l. cum ex filio. in prin. de vul. & pup. & non obstante cōi opinione
9 attendi debet ꝯria opinio, † quę melioribus rationibus fundata
a sit, ut no. Io. And. in c. 1. de cōsti.[a] in fi. & ibi Abb. post alios sequitur per text. in l. 1. §. sed neq; ex multitudine. C. de uete. iure enuclean. bon. tex. in c. capellanus. de feriis. vbi Abb. in pe. no. & idem tenet Dom. in c. 1. uer. not. arg. de sum. Tri. & fide catho. lib. 6. cū si. vt tradit Fel. in ca. 1. de consti. Secundo etiā dato, ꝙ d.l. si pater. esset correcta p̱p̱ fauorem legitimę, hoc in casu isto parum facit, & argu. non vr̄ procedere, quia tale decretum est contra ius cōe, & odiosum vr̄, quia derogat uoluntati testatoris: unde de illa materia fauorabili pro legitima, quæ debet late interpretari. l. cum quidā. de libe. & posth. non procedit argumentum ad casum no-
10 strum, in quo materia videtur odiosa: † quia iniquum est liberis hominibus non esse liberam rerum suarum administrationē, vt dicit tex. in l. 2. in fi. ff. si quis à pa fue. ma. maxime in testando. l. 1. C. de sac. eccl. Et ideo stricte interpretatio fieri debet, cum materia odiosa sit d.l. cū quidam & in regula odia. de reg. iur. in 6. Tertio rn̄detur, ꝙ in casu istius decreti prohibitio fuit limitata, ne dicto Iac. imponatur onus, qđ induceret inæqualitatē, ita ꝙ vnus plusquam alter esset habiturus de bonis testatoris, & limitata cā limitatum producit effectum. l. in agris ff. de acqui. rer. do. l. cancellauerat. ff. de his, quæ in testa. delen. & in l. age. vbi Bald. C. de transa. Et in tali prohibitione limitata non videtur excludi fideicōmissum reciprocum: quia illud quantum ad ipsum testatorē non habet inæqualitatem, quia ipse testator æqualiter oībus iniunxit fideicōmissum, & respectu testatoris vnus plusquam alter non consequitur, & licet à casu vnus plusquam alter consequatur p̱p̱ conditionem fideicommissi, quæ in vno, & non in altero verificari pōt, hoc non potest imputari testatori, qui omnibus æqualiter substituit, vt s̄. dixi. Et hoc idem cōfirmatur, quia in decreto prohibetur, ne super tertia parte Iacobi aliquod onus imponatur, ista verba videntur verificari, qn̄ simpliciter, (vt verba sonant) in terria parte Iacobi tantum onus impositum fuisset. Et talia verba in fideicōmisso reciproco, de quo agitur, non videntur verificari, quia non est verum dicere, ꝙ in tertia parte Iacobi onus impositum fuerit, ex quo dictis fratribus, & nepotibus inuicem iniunctum fuit. Et ex his patet quod no. in d.l. si pater. & in d.l. quoniam in prioribus. in casu isto non conueniunt, quia in d.l. quoniam in prioribus. absolute onus remouetur de legitima, hic autem non tollitur onus simpliciter, sed quatenus tolleret æqualitatem, & quatenus plus vnus, q̄ alter consequeretur, quod in fideicōmisso reciproco non contingit, vt s̄. dictum fuit. & ex his patet non esse verum, ꝙ onus fideicommissi reciproci d. Iacobo imponi non possit: quia imo potest, quia æqualita[illegible] tollit: & de tali onere reciproco decret[illegible] vbi p[illegible]. Sed vlterius etiam dato, non tn̄ concesso, ꝙ Iacobus præd[illegible] etiam ipse subijceretur fideicōmisso reciproco; hoc stante non vr̄, ꝙ dictus Iacobus ipse pariter potuisset alijs iure dicti fideicōmissi succedere, vt seruetur æqualitas, vt suprà dixi, hoc haberet locū tantum in Iacobo ratione correlationis. Nam sicut filius spurius non succedit, ita nec econtra, vt no. per Azo. in sum. de legi. here. in fi. no. Bart. in l. fi. in ver. quid est ꝯ. ff. qui. vt indi. cum si. vt tradit Alex. in consi. 150. Viso themate. lib. 2. facit tex. in l. alumnæ. §. Seia. in l. filio §. mariti ff. de adim. lega. & de Iacobo non est quæstio nunc. Sed dubitatur de Laurentio, & alijs, vt s̄. dixi: eorum intentio fundata vr̄ in codicillis, in quibus inter filios, & nepotes adinuicem fuit factum fideicōmissum, vt bona conseruentur in familia: & tale fideicōmissum reciprocum non vr̄ alterari p̱p̱ dispositionem decreti: qđ quidem decretum non vr̄ derogare fideicōmisso reciproco, in quo respectu do. Philippi testatoris nulla vr̄ inæqualitas; ex eo ꝙ ipse oēs æqualiter adinuicem substituit. Et licet casus substitutionis fideicōmissariæ inæqualiter succederet, illud procederet à casu. & hoc nō consideratur à decreto, ꝙ solū voluit prouidere, ne do. Philip. posset mutare testm̄, & reuocare institutionē factam de d. Iacobo pro tertia parte, in qua fuerat institutus, & sic ne mediante noua dispositione do. Philippi deterioris conditionis esset di. Iacobus, q̄ alij essent, & hoc modo tolluntur omnia s̄. alle. in cōtrarium. Et rn̄dendo etiam specialiter. Primo non ob. dum s̄. in ꝯrium arguitur, ꝙ si Iacobus non admitteretur ad fideicōmissum, & Laurentius sic, esset inæqualitas inter eos ꝯ intentionem decreti. Quia primo rn̄deri potest, ꝙ secundum declarationem s̄. dictam ēt Iac. vigore fideicōmissi admitteretur: quia inæqualitas, quæ in decreto ponderatur respectu fideicōmissi, non intelligitur, quia procedit à casu, & non immediate prouenit à testatore, sed decretū loquitur de inæqualitate, quæ nunc procederet immediate à facto testatoris. Secūdo rn̄detur, ꝙ æqualitas, quę à decreto requiritur inter Iacobum, & alios, intelligitur data paritate terminorū: nam Iacobus nō succedit alijs per fideicōmissum: quia ipse nō erat grauatus ex eo, ꝙ grauamē erat ab eo remotum p̱p̱ decretum: vnde sicut alij non possunt d. Iacobo succedere, pariter nec ipse alijs succedit. & in hoc seruatur equalitas: secus est in Ludouico, qui erat oneratus fideicōmisso respectu eius, cui ex fideicōmisso reciproco succedit. Non ob. ꝙ verba generalia decreti videntur ēt comprehendere acquisitionē, quę fieret ex fideicommisso: quia hoc non vr̄ verum, quia verba decreti referuntur ad acquisitionē, quæ fieret immediate ex facto testatoris, & nō respiciunt fideicōmissum reciprocum, in quo à casu acquisitio fit immediate, vt s̄. dictum est. Et hoc confir-

ADDITIO.

a ¶ Constitu.) Vbi ad eundem Dec. dixi. vide supra consi. 259.

confirmatur,quia acquisitio,quæ debet fieri ex fideicommisso,
conditionalis est per mortem alterius.l.1.C.de pact.d.l.fideicō.
verba autē decreti loquuntur simpliciter, ne alteri plus acqui-
ratur,q̄ d. Iacobo; vnde cum materia decreti odiosa sit, conso-
11 nat,ꝙ restringatur,prout verba sonant,†quia aliud iudicatur de
actu simplici,aliud de conditionali.l.j.ff.de dona. Non ob. suc-
cessiuè,dum dr̄,ista fuit reciproca substitutio facta inter filios,
& nepotes,si non pōt habere locum in I... ...o,pariter in alijs re
resoluta vr̄: quia pōt primò rn̄deri, ꝙ ... ...cobo haberet lo-
cum secundum declarationem s̄. factam. ...cūdò dato,ꝙ in di.
Iacobo non haberet locum,non tn̄ in alijs omnibus resoluta vr̄;
sed videtur resoluta isto respectu,ꝙ alij etiam ipsi grauati nō vi-
dētur quò ad dic. Iacobum rōne correlationis; vt etiam alias di
xi. Sed circumscripto Iacobo,in quò actiue,& passiue vr̄ cessa-
re fideicommissum secundum vnum intellectū,in alijs videlicet
in Laurentio,& in nepotibus remanere vr̄ intactum fideicom-
missum secundum intentionē testatoris,vt bona in familia con
seruentur,& circumscripto Iacobo quò ad alios fideicommissū
reciprocum à decreto alteratum non vr̄, quia solum in fauorē
Iacobi decretum factum fuit; & causa aliorum inter ipsos sepa-
ta vr̄ ab ipso Iacobo,cui decretū voluit prouidere, & in alijs de-
bet voluntas testatoris obseruari,quia quò ad alios decretū ni-
hil voluit innouare: & decretum secundum mentem, & inten-
tionem eius debet regulari,vt s̄. dixi. Cum. n. dictum decretū
sit ꝯ ius commune,& odiosum,& solum in fauorem Iacobi fa-
12 ctum,cessante fauore Iacobi non dēt habere locū: † quia ces-
sante cā cessat effectus.c.cum cessante.de app.c.magnę.de uoto.
& quod pp odiū, vel fauorem fuit statutum, finita cā odij, vel
fauoris tollitur,vt no.Bal.in l.fi. per illum tex. C.qui ad lib. per-
ue.non possunt. cum sim. vt dixi in d.c.cum cessante. Non obst.
ꝙ vna determinatio respiciens plura determinabilia debet æqua
liter determinare,quia verum est in dubio, si aliud non apparet
de uoluntate disponentis.d.l.iam hoc iure.§.fi. Secus ergo si ap-
paret de uoluntate disponentis,prout ur̄ in casu isto,quia decre
tum ... ...ih,ꝙ uoluerit tollere fideicōmissum in personā Iaco-
bi, ...nte fauore Iacobi non videtur voluisse derogare volun
tati testatoris quò ad alios per s̄. dicta, & ideo cum uideatur cō
stare de mente decreti,ꝙ noluit ęqualiter in omnibus remoue-
re fideicommissum,sed tm̄ in personam Iacobi,ab intentione,&
uerbis decreti non est recedendū. Secundo rn̄deri potest, ꝙ re-
gula illa,ꝙ debeat fieri æqualis determinatio,nō procedit,qn̄ di
a uersa [a] rō reperitur in his,quæ debent æqualiter determinari, vt
no. Ang. in § hinc nobis.in fi.in Auth.de hær. & fal. & idē Imo.
in l.Caius.ff.sol.ma.Alex.in l.in testamento.C.de testa. milit. &
idem Alex.in consi.179. Viso processu.lib.5.Pau.de Cast.in l.fi.
C.de sent. Are.in l.cohæredi.§.qui discretas. per illum tex. ff.de
vulg.& pupil.& ita videtur in isto casu,quia in alijs non est eadē
rō remouendi fideicommissum,quæ fuit in Iacobo secundū in-
tentionem decreti. Tertiò pōt responderi,ꝙ dicta regula,æqua
lis determinatio. hēt locū in dispositione voluntaria,quæ secun
dū voluntatem testatoris regulatur,& in dispositione necessa-
ria nō procedit,vt no. dicit Alex.in l.Gallus.§.1.de lib. & posth.
versi.nec obstat rō. Et ita vr̄ in casu isto,æqualis enim determi-
natio non pōt fieri,quia necessitas impedit pp decretum, quod
eximit Iacobū ab ęquali determinatione aliorū; similiter in alijs
non tollitur fideicommissum sicut tollitur in Iacobo,quia neces
sitas decreti hoc operatur in Iacobo, ideo non fit æqualiter de-
terminatio,& in alijs tollatur fideicommissum. Non ob.dictum
Bar.in d.l.Lucius,quia illud dictum vr̄ procedere ex cōiectura-
ta mente testatoris pp æquiparationē ab eo prius factam,& ista
mens testatoris in casu isto non pōt habere locū pp decretum,
quod impedit uoluntatem testatoris; & quando æqualis deter-
minatio non pōt habere locum,regula cessat,ut not.per Pau.de
Cast.in d.l.iam hoc iure.versi.quod ius.in 3.not. Alex. in l. in te-
stamento. C.de test.mili. per ea,quæ habentur per gl.in l.2.ff.de
offic.procon.& leg.& no. Ange.in l.Papi.§.sed nec impuberis.in
fi.ff.de inoffi.testa.Abb.in ca. cum dilectus de consue.in 6. not.
Nec etiam respectu decreti æqualis determinatio fieri pōt,ut in
omnibus tollatur fideicommissum; quia cā decreti fuit limitata
in fauorem Iacobi; & limitata cā limitatum effectum producit,
vt suprà dixi. Vltimò non ob. ꝙ codicilli, in quibus continetur
fideicommissum recriprocū,non ualent, quia testamentum fuit
nullū.d.l.1.C.de codici.nam rn̄deri pōt illud habere locum, qn̄
codicilli fuerunt facti tempore testamenti, quia tunc à testamen
to pendent.d.l.1. Secus vr̄ in casu; in quo facti sunt post testamē
tum,quia tunc recipiunt robur à seipsis, & pp nullitatem testa-
menti non inficiuntur,vt no.Bar. post Dy. in l. legata inutiliter.
de leg.1.Cy.& Alex.in d.l.1.C.de codic.ver.alio modo etiā. Se-
cundò rn̄detur,ꝙ ista difficultas tollitur virtute capitulorum in
clytæ ciuitatis Ianuæ,in quibus, (ut narratur) disponitur,ꝙ om
nis dispositio,seu ultima uoluntas testatoris valeat,& teneat,dū
modo non sit contra bonos mores. & stante tali constitutione
non vr̄ ulterius laborandū. Et ex oībus suprà dictis cōclusio hr̄
ꝙ circumscripto Iacobo,de quo alias consului in personā Lau-
rentij,& aliorum,de quibus nunc queritur,fideicōmissum ad in
uicem factum in codicillis inter eos debeat obseruari secundū
voluntatem testatoris,quæ quò ad eos alterata non uidetur.
Phi. Dec. Pisis.

ADDITIO.

a ¶ Diuersa.) Alex.consi.l.1i.4.consi.179.num.3.lib.5.Ias.consi. 127. in fi. lib.1.quamuis contrarium teneat. consi.162.

EPITOME Consi. CCCCLVII.

Gabella soluitur in loco contractus, & bis solui non debet: & gabella non soluitur pro contractibus factis extra territoriū.

SVMMARIVM.

1 *Gabella est onus contractus consecutiuum.*
2 *Gabella solui debet, vbi contractus celebratur, si hic rem vendo, quæ Florentiæ sit. nume. 3.*
4 *Gabellam si extra territorium, vbi matrimonium contraxit maritus, soluat, & postea ad locum eius domicilij vxorem ducat, gabellam iterum soluere non tenetur. num. 9.*
5 *Statutum si dictauerit, quòd quicunque vxorem cæperit, & eam duxerit, communi duorum denariorum per libram pro dote gabellam soluere teneatur; tale statutum cum simpliciter loquatur, in matrimonio cōtracto, & consummato locum non habet.*
6 *Statutum iubens solui gabellā de omni contractu, subditos extra territorium contrahentes non ligat.*
7 *Gabellarum exactio odiosa est.*
8 *Gabella ꝙ non solui debeat, in dubio iudicari debet.*
10 *Priuilegium ciuilitatis, si alicui in suum fauorem concessum esset, ad datia, & collectas tanquam ciuis teneretur.*
11 *Statutum si dictauerit, quod scholares ut ciues tractentur, tale statutū solùm in eorum fauorem intelligitur. nu. 12.*
13 *Priuilegij verba nunquam taliter interpretari debent, quòd ipsi priuilegiato priuilegium nociuum esse debeat.*
14 *Priuilegio aliquo si dicatur, talis sit ciuis, vel pro ciue habeatur. nulla differentia extat.*
15 *Ciuis quis absque onere creari potest.*



IN causa Gabellæ, quæ tractatur coràm Ma-
gnificis consulibus maris,quæritur,
an dn̄s Vitalis Hebræus,& ciuis Pisa. teneatur solue-
re gabellam dotis pro matrimonio contracto, & cō
summato in ciuitate Venetiarum. Et pro vera resolutione vi-
dendum est de duobus. Primò an tanquam ciuis Pisanus atten-
to iure communi,& statuto Pisano hic Pisis teneatur gabellam
soluere. Secundò,dato ꝙ non debeat soluere, an propter capi-
tula,quæ habent Hebręi cū excellen. republ. Florentinorum ad-
stringatur ad solutionē dictæ gabellę. Circa primū de iure cōi
1 res clara ur̄, ꝙ non teneatur,† quia gabella est onus consecutiuū
a ꝯtractus,& ideo ubi ꝯctus celebratur,ibi [a] in consequentiam ga
bella solui dēt: ita Bal.dicit in l.j.in uer. 5.quæro.de ꝯhen.empt.
& idem Bal.ibi in 4.q.& in l.magis puto.in §.illud.in uer.item est
2 hic arg.ff.de reb.cor. †ubi inquit,ꝙ si hic uendo rē, quæ sit Flo-
rentiæ,ꝙ hic,ubi ꝯctus celebratur,dēt solui gabella. Et idē Bald.
ꝯcludit in l.1.C.ubi conue.qui cer.lo.da.pro.in uer.quæro ergo.
ubi dicit,ꝙ solutio gabellæ pertinet ad firmitatē ꝯctus: unde si-
cut in solennitate dēt inspici locus,ubi contrahitur, ita ēt in so-
lutione gabellę.& tradit Alex.in consi.51. Viso themate.in prin.
lib.3.& in dote ēt scribit Alex.in consi.143. Viso titu. qōnis. lib.
3 6.& subiicit ibi Alex. † ꝙ si gabella soluta sit in loco ꝯctus, put
solui dēt,in alio loco non erit soluenda gabella, qa pro eadē re
bis gabella non soluitur,ut no.Bar.in l.interdū.§.quoties.in fi.ff.
de pub.Bal.in l.cū per eos. C.si quis alteri,uel sibi.uer. sed pone,
dicit statutū.& in l.cum dotē. uer. modò extra quæro. C. de iur.
do.& tradit Pau.de Cast.in consi.187. Videtur dicendū. & p ista
in ꝯctu dotis ita ēt concludit,Cor.Peru.in consi. 106.Quāquam
4 in hac cōsultatione.in fi.lib.4. † ꝙ maritus, qui soluit gabellam
extra territorium in loco,ubi matrimonium contraxit, & con
summauit, si postea ducat uxorem ad locū domicilij eius, non
tenetur iterum soluere gabellam. & ita in casu nostro contin-
git. & idem cōcludit Soc.in consi 302. Videbatur primo aspe-
ctu. & in hoc de iure cōi non uidetur dubitandum. & huic con-
clusioni iuris communis non aduersatur statutum Pisanum,
5 quo cauetur,† ꝙ quicunq; uxorem cęperit,& eam duxerit, te-
neatur, & debeat soluere communi Pisano gabellam duorum
dena-

ADDITIO.

a ¶.Ibi.) Latè Ioan. Bertachin. in tract. de gabellis.

denariorum per libram pro dote: quia cùm tale statutũ loquatur simpliciter, non habet locum in matrimonio contracto, & consummato extra territorium, vt specialiter concludit Ang. in l. fi. ff. de iurisd. om iu. vers. sequitur etiam secundum eum, di-
6 cens, † ꝙ statutũ iubens solui gabellam de omni contractu non ligat subditos contrahentes extra territorium. & hoc confirmatur, quia statutum intelligi debet secũdũ ius cõe. l. 2. vbi Bart. C. de nox. & no. per glo. in l. fin. §. in computatione. & ibi Bar. in fin. C. de iu. delib. Bal. in l. cũ à matre. C. de rei vend. circa fi. cum sim. ideo consonat, ꝙ statutum intelligatur pro contractibus ce-
7 lebratis in territorio. & ad idem facit, † quia exactio gabellæ odiosa est, vt Abb. tradit in consi. 69. Videtur primò dicendum. lib. 1. vbi alleg. l. 2. C. noua vect. & quod nota. Bar. in l. vectigal. in prin. ff. de publ. & not. Ang. in consi. 385. Statutũ cõis. & ideo in statuto de gabellis non proceditur de similibus ad similia, ut no. Bald. in l. 1. C. quæ sit long. consuet. & cum materia odiosa sit, dispositio statuti non porrigitur extra territorium, vt Bar. concludit in l. 1. C. de sum. Trin. vbi alleg. l. ex ca. in fin. ff. de postu. ex quo infert ad statutum exclusiuũ fœminarũ, ꝙ non extendatur extra territorium. & tradit Alex. in consi. 16. Viso tit. quæst. in prin. lib. 1. in consi. 128. Consideratis verbis. in prin. eo. lib. 1. & Bene. Capra. in consi. 42. & si Viso. Andr. Sic. in consi. 38. libro 2. in consi. 75. eo lib. 3. Corne. in consil. 115. In hac consultatione. in princ. libr. 2. & in consi 202. Circa præsentem. eo. libro 2. in consi. 85. Plura dubia. lib. 3. Et ex his liquidò cõstare videtur ꝙ dictus dom. Vitalis non tenetur soluere gabellam de iure cõi, nec vir-
8 tute statuti Pisani, † etiam si casus esset dubius, quod hic nullo modò videtur, & in dubio debet iudicari, ꝙ gabella non debeat ex eo, quod not. Bar. in l. si pupillus. in fin. ff. ad leg. Falc. & sequitur Corn in consi. 106. lib. 4. & ex prædictis primum dubiũ breuiter absolutum sit. Venio ad secundum, in quo videtur aliqualis dubitatio propter verba capitulorũ, quibus dicitur, & generaliter in solutionibus pedagiorum, & gabellarum quarumcunq; humaniter, & benigne, ut ciues Flor. tractentur. & statibus istis verbis præsupponitur, ꝙ Florentiæ obseruatur, ꝙ ciues Flo. qui extra territorium contrahunt matrimonium, & consumant matrimonium, & recepta dote extra territorium, si cum vxore postea reuertantur Florentiam, ibi etiam coguntur gabellam solue-
9 re, siue hoc sit de cõsuetudine, siue ex forma statuti, † quia si hoc specialiter disponeret statutum, valeret, vt not. Ang. in d. l. fi ff. de iur. om. iud. ver. hoc aũt fallit. & retenta hac conclusione, ꝙ ciues Florentini in tali casu soluant gabellam, pariter idem videretur dicendum tali casu in Hebræis, qui debent tractari vt ciues Florentini, vt in capitulis expressè dicitur, & ad hoc specialiter facit quod no. Bald. in l quod fauore. C. de leg. in 7. oppo. vbi
10 concludit in ver. concessum est alicui. † ꝙ si concessum sit alicui priuilegium ciuilitatis in suum fauorem, certè iste tenebitur ad datia, seu collectas tanquàm ciuis, quia hoc est onus ciuilitatis, existentia rei; & in proposito videretur dicendũ, ꝙ licet in fauorem Hebrǫorum illis concessum sit, vt benignè debeant tractari in gabellis, vt ciues Florentini, vr̃ ꝙ teneantur ad gabellã sicut in casu isto tenentur ciues Florentini: quia tale onus ex natura rei annexum vr̃. & idem tradit Bal. in l. oratione. ff. de excu. tu. & sequitur Paul. de Cast. in l. si duo. ff. de acquir. hære. facit, quod no. Bar. in l. quidam cum filium. fi. de verb. ob. His tamen non obstantibus ulterius cogitanti contrarium de iure esse arbitror, videlicèt ꝙ dictus dom. Vitalis sicut de iure communi non tenetur ad gabellam nec secundum statutum Pisan. vt supra dictum fuit. ista conclusio negatiua ex verbis capitulorum s. relatis alte rata non vr̃: & considerandum est, ꝙ illa verba capitulorum. sunt prolata in fauorẽ Hebrǫorũ, ut ipsi debeant tractari vt ciues Floren. Et ideo non debent in eorum odiũ retorqueri, quod esset, si obligarentur ad dictam gabellam, ad quam prius non tenebantur ꝯ manifestam intentionem partium: & ad hoc est decisio Bar. not in l. 3. in §. si emancipatus. in fin. ff. de contratabu.
11 vbi † inquit, si statutum dicit, ꝙ scholares tractentur vt ciues in omnibus, hoc statutũ intelligitur solùm in fauorem scholariũ: & ideo priuilegia, quæ habebant scholares vltra ciues, non amit-
12 tunt. & no. Bal in l. si Ruffinus. C. de testa. milit. † vbi dicit, ꝙ si scholares debent tractari pro ciuibus, intelligitur quò ad fauores, non quò ad detrimenta. & idem sequitur Bald. in authent. habita. in versi. item cum aliquid conceditur. C. ne filius pro patre. & in l. ea lege. in fi. in ver. ex hoc similiter apparet. C. de cõd. ob causam. & in procemio Digestorum. §. hæc autem tria. circa fi. in vers. 6. quæritur. & in Authenti. sed omnino. in versic. sed pone, dicit statutum. C. ne vxor pro mari. Ange. in l. si à milite. §. 1. ff. de testamen. milit. & cum supra dictis concordat Cuma. in consi. 17. Hieronimus. & Roma. in consi. 91. Indubitatiss. iustitiam. in vers. 3. illud & idẽ Ange. & Imo. in l. talem. §. 1. ff. de hær. insti. & facit quod no. Bar. in l. Alexandri. C. de decu. lib. 10. & in
* l. fi. C. de præpo. agen. in reb. lib. 12. ex quibus constat istã esse * cõem opinionẽ: & confirmatur ex eo, quod no. Ang. in l. diuus.
13 in fi. ff. de testa. milit. vbi inquit, † ꝙ verba priuilegij nunquã debent interpretari taliter quòd priuilegium possit esse nociuum priuilegiato. alle. l. quod fauore. C. de legibus. & ideo verba priuilegij, & capitulorum non debent taliter interpretari, ꝙ noceat ipsis Hebrǫis, ꝙ esset, si tenerentur ad solutionem dictæ gabellæ, ad quam prius obligati non fuissent per supra dicta. Non obst. allegata supra in contrarium, & primò dum dicitur, ꝙ Hebræi debent tractari in gab[...]lis vt ciues Floren. quia hoc est verum respectu immunitatis [...]orum fauorem, secus est in eorũ odiũ, vt supra dictum est. argu. d. l. quod fauore. per ea, quæ supra dicta sunt. Non ob. quòd onus gabellæ veniat in consequentiam ciuilitatis secundum Bald in locis in contrarium supra alleg. quia loquitur Bald. in eo, qui efficitur ciuis ex priuilegio. d. l. quod fauore. & pariter in d. l. cum ratione. loquitur de receptis ad ciuilitatem; nam tali casu cum sit ciuis absolutè, tenetur subire onera ciuium, secus est quando quis non efficitur ciuis, sed debet vt ciuis tractari, prout in casu isto dicitur: quia tunc talis prærogatiua concessa in fauorem non debet in odium resultare, vt no. Bar. in d. l. 3. §. si emancipatus. cum simi. supra alleg. & ita declarat, & distinguit Pa. de Cast. in l. nulla. ff. de legib. in versi, item patet. & ista videtur vera resolutio, quam tamen vr̃ reprobare Alexã.
14 in l. si Ruffinus. C. de testa. milit. † quia secundum eum non videtur differentia, siue dicatur sit ciuis, vel ꝙ habeatur pro ciue. alle. Bar. in l. fi. is, qui pro emptore. in 3. quæstione principali. in fi. ff. pro empt. Sed Bart. ibi loquitur, quando quis re ipsa, & ex aliquo facto sit creatus ciuis: tunc attenditur factum, & tali casu idem est, quòd sit ciuis, vel habeatur pro ciue: sed in isto casu non concurrit factum, de quo Barto. ibi loquitur: & ideo declaratio Pau. de Cast. in d. l. nulla. vera uidetur. & in simili casu ipse Alex. tradit in consi. 32. Visa concessione. lib. 5. & ista conclusio vr̃ verissima, & maximè videtur procedere in casu isto propter verba capitulorum, in quibus diligenter aduertendum est, quia in solutione gabellæ Hebrǫi non simpliciter adæquatur ciuibus Florentinis, sed primò dicitur, ꝙ possint dicti Hebræi libros, scripturas, & suppellectilia in comitatũ, & ciuitatem Flo[...]tiæ immittere absque solutione alicuius gabellæ, quemadmodũ licet facere ciuibus Florentinis, vnde præsupponitur, ꝙ ciues Floren. habeant a gabellis immunitatem: & in tali immunitate Hebrǫi æquiparantur ciuibus Florentinis respectu immunitatis, quæ ciuibus Florentinis cõpeteret, & talis adæquatio limitata limitatũ debet producere effectum. arg. l. in agris. ff. de acquir. rerum domin. in l. cancellauerat. ff. de his, quæ in testa. delen. & isto respectu immunitatis etiam loquitur clausula illa generalis, quæ subijcitur ibi, & generaliter in solutionibus. & c unde ex talibus uerbis limitatè prolatis nullo modo inferri potest, ꝙ in casibus, in quibus ciues Florentini non haberent immunitatem, & tenerentur soluere, ꝙ in tali casu etiam Hebrǫi deberent soluere. & ex his clarissima videtur iustitia in fauorem do. Vitalis supra scri-
15 pti: & ad hoc facit, † quia potest quis creari ciuis absque onere, vt no. Bar. in l. 1. ad munic. Phil. Dec. Pisis.

EPITOME Consi. CCCCLVIII.

De statuto, quod astringit potestatem, ut debeat sententiam bãni executioni mandare, debet constare de banno. Et ad pęnã corporalem non est procedendum ex contumacia, & non excluditur exceptio innocentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio aliqua contra instrumentum, licet non admittatur, opponi tamen potest, quòd non sit instrumentum, de quo statutum loquitur.*
2 *Bannitorum quorundam nomina si in archiuo publico descripta reperiantur, licet liber nec scriptus, nec publicatus ꝑ tabellionẽ existat, talis tñ scriptura in loco, & Archiui territorio, sed non extra territoriũ, probat*
3 *Probationes claræ in criminalibus requiruntur.*
4 *Iuramentum in defectum probationis in criminalibus non defertur.*
5 *Scriptura archiui ad hoc vt fidem faciat, requiritur, ꝙ ibi solùm scripturæ authenticæ reponantur.*
6 *Notarij authoritas quo casu non sufficiat.*
7 *Probationes imperfectæ ad plenam probationem faciendam non coniunguntur.*
8 *Condemnari quis propter contumaciam non debet.*
9 *Iudex si ita bestialis fuerit, ꝙ tullit sententiam decapitationis contra contumacem tanquam propter eius contumaciam pro confesso habitum, si ille venerit in fortiam communis, executio fieri non debet, sed de nouo de crimine cognoscendum erit.*
10 *Contumacia pro legitima probatione non habetur.*
11 *Statuta licèt præcisè loquantur, innocentiæ exceptionem non excludunt, quæ à statuto tolli non potest.*
12 *Statutum si disponat, ꝙ contumax pro confesso habeatur, intelligitur nisi per testes, & iura de eius innocentia probetur.*

Visis

VIsis allegationibus accurate factis per clarissimũ doctorem do. Baldassarem Ursutium in fauorem Io. Petri de Tramonte capti, & traditi in manibus do. Potestatis, vt procedatur ad executionem pœnæ corporalis secundum formam statuti Lucensis: Placet conclusio superius firmata, ꝙ ad executionem dictæ pœnæ nullo modo sit procedendum: nam licet statutum adstringat do. Prætorem, vt debeat sententiã banni mandare executioni, & nulla prorsus admittatur defensio, sed habeatur talis persona bannita pro confessa, conuicta, & condemnata, vt latius in statuto continetur, tale statutum, quãuis præcise loquatur, non excludit, quominus uerba ipsius statuti debeant verificari.
1 † Vnde licet contra instrumẽtum nulla penitus exceptio admittatur, opponi tamen potest, ꝙ
a non sit instrumentum, de quo statutum loquitur, [a] vt not. Bar. in l. diuus. per illum tex. ff. de testa. milit. & in l. 1. §. & parui. ff. quod vi, aut clam. cum simili. vt tradit Alex. in consi. 33. Viso themate. lib. 1. & dixi post Abb. in c. ex parte el 2. de offi. dele. & ideo cum statutum loquatur de persona bannita, debet constare in primis personam, de quo agitur, bannitam esse. vnde videndum est, an sufficienter probatum sit personam dicti Io. Petri bannitã fuisse. Et videtur prima facie dicendum, ꝙ sic ex eo, quod tradit Bal. in rub. C. de fi. instr. circa fi. in ver. & restat dubium. vbi specialiter in
2 proposito dicit, † ꝙ si in Archiuo publico reperiuntur descripta nomina bannitorum quorundam, licet liber non sit scriptus, nec publicatus per tabellionem, tamen talis scriptura probat in loco, & in territorio Archiui, sed non extra territorium. & ideo cum dictus Io. Pet. sit descriptus pro bannito in Archiuo publico Lucensi, & maxime cum descriptus sit à notario, vt ibi patet, dicendum videtur, ꝙ de bãno sit bene probatum. facit tex. in auth. ad hæc. C. de fi. instr. & no. Ang. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. cum si vt ibi tradit Alex. in ver. 6. fallit. & Ro. in consi. 165. Liber registri. Sed tamen his non obstantibus contrarium de iure arbitror, ꝙ non sit probatum dictum Io. Petrum bannitum fuisse. &
3 præsupponendum est, † ꝙ in criminalibus, prout in casu isto agitur, clariores probationes requiruntur. l. fi. C. de prob. & ideo fama cum vno teste in criminalibus nõ probat. gl. in c. veniens. el 1. de testi. Alex. in consi. 143. Quoniam abunde. lib. 2. dixi in c. 1. de
4 appel. † Et in criminalibus non defertur iuramẽtum in defectum probationis, vt not. per gl. in l. 3. in verbo, agatur. ff. de iureiu. cum simi. vt tradit ibi Alex. ideo non videtur in casu isto scriptura Archiui facere sufficientem probationẽ, nec authoritas tabellionis, prout in casu isto adducitur, nec etiam in casu isto debet cõiungi authoritas tabellionis cũ scriptura Archiui ad perficiendam probationem. Primò de scriptura Archiui, ꝙ non probet condemnationem, quando non habet requisita; no. Bal. in l. si is, qui. ff. de testa. vbi inquit. in 3. no. in fi. ꝙ si reperitur aliquis condemnatus, & scriptura non apparet perfecta, quia illa verba lata, & sententialiter promulgata deficiunt, condemnatio non probatur, licet talis scriptura sit in Archiuo publico; sed ista scriptura nõ habet requisita, vt infra dicam, ergo non videtur probare. & ad idem fa
5 cit, † quia ad hoc, vt scriptura Archiui [b] faciat fidem, requiritur,
b vt ibi solum scripturæ authenticæ reponantur, vt not. Abb. in c. cum causam. de probationib. secus ergo si ibi etiã aliæ scripturæ reponantur, quæ non sint authenticæ, quia tunc propter locum non dicitur scriptura auth. & sequitur Are. in d. c. cũ causam. vbi ad hoc inducit tex. in c. illud. de præsump. & ratio videtur manifesta, quia probatio debet esse cõcludens, capitulo in præsentia. de probat. l. non hoc. C. vnde legit. & ideo non valet consequentia, scriptura est reperta in Archiuo publico, ergo est authentica: ex quo ibi reponuntur etiam scripturæ non authenticæ. & ita in casu isto probatum fuit, vt s. dicitur: ideo dicta scriptura nõ facit fidem. & cum ista conclusione videtur concordare Flor. in l. census. ff. de prob. in ver. 1. quando talis scriptura. & secundum istam declarationẽ intelligitur dictum Bal. allegatum supra in contrarium in rub. C. de fi. instr. & etiam ad illud dictum Bal. responderi potest ex his, quæ tradit Corn. in consi. 143. Videtur prima facie. lib. 3. & supra dictum fuit. & illud consilium allegaui in d. c. cum causam. & sic ex his patet, ꝙ scriptura, de qua agitur, non probat
6 propter authoritatem Archiui publici. † Similiter authoritas tabellionis in isto casu non sufficit, quia non sunt inscripti testes, prout in scriptura notarij requiritur, vt not. per glo. in §. si verò absti. in verbo, quantum. in Auth. de hære. & fal. & in l. iurisgentium. §. quod fere. ff. de pact. cum si. vt tradit ibi Alex. & no. Abb. post Ant. de But. in c. 1. de fi. inst. & idem tradit Alex. in consi. 13. Ex his, quæ in themate. libro 1. & in consi. 18. In his, quæ in themate. ver. insuper alia ratione. lib. 4. Similiter in casu isto non est dicendum, ꝙ authoritas tabellionis debeat cũ Archiuo publico coniungi ad perficiendũ probationem: quia hic sumus in crimi-
7 nalibus, † in quibus probationes imperfectæ non coniunguntur ad faciendam plenam probationem, vt no. Bal. in l. si quis ex argentariis. §. 1. ff. de eden. & sequitur Alex. in consi. 143. Quoniam abunde. lib. 2. & dixi in d. c. cum causam. Ex quibus omnibus concludendum est non esse probatum sufficienter de banno contra dictum Io. Petrũ, & sic nullo modo vr̃, ꝙ do. Potestas ad executionem ꝯ eũ procedere possit. Et ulterius in casu isto considerandũ est, ꝙ cũ agatur de executione pœnæ corporalis propter bannũ, non est procedendũ ad executionem pœnæ corporalis,
8 † quia propter contumaciã, ꝑ quam fuit dictus Io. Petrus condemnatus, nõ potuit, nec debuit condẽnari, ut no. Ang. in l. inter accusatorem. ff. de accu. & ibi refert Spec. & Io. And. post eũ, qui
9 dicunt, quod † si iudex ita fuit bestialis (vt verbis eius vtar) ꝙ tulit sententiã condemnatoriã decapitationis ꝯ contumacem tanquã habitum pro confesso propter eius contumaciã, & ille venerit in fortiã cõis, non debet executio fieri, sed de nouo erit de crimine cognoscendũ. alle. Spec. in tit. de accu. §. sequitur videre. de contumacia accusat. ver. & pone. Io. And. ibi, & Albe. in 4. parte
10 statutorum. q. 56 circa fi. & hoc est clarum de iure cõi, † quia contumacia non habetur pro legitima probatione, ut not. Bar. in l. diuus. ff. de custo. reo. in fi. ver. ulterius vos videtis. & in l. absentẽ. ff. de pœn. versic. extra gl. cum si. Sed dubiũ uidetur propter statutum, quod disponit, ꝙ persona bannita habeatur pro cõfessa, conuicta, & condẽnata, & sit bannita ad mortẽ, & mandat executionem debere fieri, quo casu tale statutum debet obseruari secundum Bar. in d. l. diuus. & in d. l. absentem. de poe. & ideo dicit Bar. in l. quisquis. in fi. ad l. Iul. maiest. ꝙ bannum, quod datur hodie
11 secundum statuta terrarũ, est mortale. † Sed tñ huiusmodi statuta, licet præcisè loquantur, non excludunt exceptionem innocentiæ, q̃ a statuto tolli non potest, quia est de iure naturali, ut not. Bal. in l. edita. ver. ex tribus autem. C. de eden. & sequitur Ioan. de Ana. in c. si aduersus. de hære. & in consi. 59. Visa inquisitione. & idem tradit Alex. in consi. 113. Viso themate, & statutis. lib. 5. & in consi. 97. Viso themate. lib. 6. nam etiam si post confessionem de innocentia apparet, executio fieri non debet, ut not. Bal. in l. 1. C. de confess. & alleg. Inno. in c. 2. per illum tex. de purg. vulg. & idẽ
12 Bal. in l. editos. circa fi. C. de episco. aud. † Et ideo statutum, ꝙ habeatur pro confesso, intelligitur, nisi per testes, & iura de eius innocentia probetur, ut dicit Barthol. Veronen. in consil. 29. Viso processu. ista tamen dicta sunt ex abundanti, quia ut s. dictum est, de banno saltem plenẽ non est probatum, ideo ad executionem non est procedendum. Phi. Dec. Pisis.

ADDITIONES.

a ¶ Loquitur.) Idem Deci. c. ex parte 2. de off. dele. ubi dixi.
b ¶ Archiui.) Dixi latissimè in consue. Parisi. §. 5.

EPITOME Consi. CCCCLIX.

Constito homicidium fuisse perpetratum ad sui defensionem, reus absolui debet. Ad hoc autem probandum admittuntur testes domestici, & de iudicio suo deponentes.

SVMMARIVM.

1 *Defensionis causa fecisse primo insultatus præsumitur.* 2.
3 *Defensio pro filio patri quo casu licita sit.*
4 *Homicidium, quod potius ad defensionem, quam ad vindictam factum fuerit, in casu dubio præsumitur.*
5 *Nocentem melius est absoluere, quàm innocentem condemnare.*
6 *Testes si deponant homicidium ad defensionem fuisse factum probant, licet aliam rationem non adducant.*
7 *Testes domestici in probando defensionem admittuntur.*
8 *Testes, qui de credulitate deponunt, in probando innocentiam admittuntur.*
9 *Testes non iudicare, sed de sensu corporis deponere debent.*

VIsis eleganti consilio Clariss. Iurisc. domi. Ioannozij de Capponibus vti fratris maioris honorandi, Iuridicam esse arbitror conclusionem ab eo firmatam videlicet ꝙ dictus Michael inquisitus absoluendus sit per Magni. Vicarium vici Pisani Bernardum de Aldimaris. Et cõclusio ista præcipuè suadetur ex verbis ipsius inquisitionis, in qua primò dicitur, quod do. Greg. abassauit versus dictum Michaelem Anton. Lanceam, qua erat armatus. ex hoc enim videtur fundata intentio dicti Michaelis, quia quicquid fecerit, vide-
1 tur fecisse ad defensionem, † ex quo ipse primò insultatus [a] fuit,
a vt no. Bar. in l. sed & si quemcunque. in prin. ff. ad l. Aquil. & tradit Alex. in consi. 109. lib. 1. cum sim. supra alle. Et no. Bal. in l. 1. §. cum arietes. ff. si qua. pauper. & idẽ Bal. in l. 2. per illum text. C.
2 de sica. † dum inquit, ꝙ primò insultatus dicitur facere ad defensionem,

ADDITIO.

a ¶ Insultatus.] Infrà consi. 469. consi. 676. consi. 678. Alex. consil. 76. libr. 1. ubi dixi. adde eundem Phil. Deci. l. ut vim. nu. 10. de iust. & iu. c. in præsentia. nu. 14. de proba. Hip. Marsi. sing. 100. Io. Amicus. consi. 27. consil. 118. Thomas Gram. in suis consilijs passim.

sionem, non ad vindictam. & idem Bal. in l. multis. in fi. C. de lib. cau. Alex. in consi. 76. Visa inquisitione. lib. 1. Corne. in consi. 107. Visa inquisitione. libr. 1. in consi. 162. In hac consultatione. eo. lib. in consi. 224. In causa magistri Pau. lib. 3. eo. modo in ipsa in inquisitione dr̄, ꝙ cum dictus Michael vidisset filium eius Io. precussum vulneratum, & prostratum in terram, percussit, & vulnerauit d. Greg. qui postea mortuus est: vnde etiam apparet ex ipsa inquisitione, ꝙ ꝓ defensione filij Michael ipsum Gregoriũ vulne-
3 rauit, † quo casu licita fuit patris defensio pro filio, ut no. Bar. in d. l. ut vim. quia si fit iniuria filio, vr̄ facta patri. l. 1. in fi. ff. de iniur. & in §. patit. insti. de iniur. Nec ob. ꝙ respectu filij, qui iam vulneratus erat, nō dr̄ factum ad defensionē, sed vr̄ factum ad vindictā, ut no. Bar. in l. si ex plagis. §. tabernarius. ff. ad l. Aqui. & idē Bart. in l. 1. C. vnde ui. in ver. 3. moderamen. in fi. & tradit Pau. de Cast. in consi. 92. in causa carceratorum. in fi. quia ad hoc respondetur dupliciter. Primò secundum Bar. in dictis locis, ꝙ illud, quod dictum est de vindicta, habet locum, si ille, qui percussit filium Michaelis, statim fugam arripuisset. prout dicit Bar. in locis præal. secus est in casu isto, in quo isti vulnerato filio non recesserunt, quo casu præsumitur, ꝙ iterum percutere voluerint, & ideo stante tali præsumptione dictus Michael vr̄ percussisse dictum Gregoriũ ad defensionem eius, ut dicit Bart. in d. l. 1. C. unde vi. & in d. §. tabernarius. Secundò responderi pōt, ꝙ ex quo dictus Greg. prius insultauit dictum Michaelem in eadē rixa, ut in inquisitione dr̄, & s̄. relatum est, vr̄ etiam ex isto capite ad eius defensionem hoc
4 fecisse per supra dicta. † & etiā in dubio debet interpretatio fieri, ꝙ homicidium commissum fuerit ad defensionē potius, quā ad vindictā, vt no. dicit Ang. Are. in §. ius aūt gētiū. inst. de iur. natur. in ver. nam in dubio. & idē Cor. in consi. 162. In hac consult. li. 1. & Bal. in consi. 195. An vulnus li. 1. Et hoc procedit s̄m regulam, ꝙ in dubio in fauorem rei pronũtiandum sit, c. ex literis. de prob. & in regula, cum sunt partium iura de regul. iur. in 6. Et
5 † quia melius est nocentem absoluere, quā innocentem condemnare. in l. absentem. ff. de pen. & cum ex tenore inquisitionis appareat homicidium commissum fuisse ad defensionem per s̄. dicta, reus absoluendus est: & ulterius non videtur laborandum. ad maiorem tamen cautelam consi. s̄. dicta comprobantur ex dictis testium; & pro fundamento præsupponendum est, quod probatio
6 defensionis fauorabilis est. † nam si testes deponūt homicidium fuisse factum ad defensionem, probant, licèt etiam aliam rationem non adducant, ut no. Bal. in l. solam. versi. 2. hic quæritur. C. de test. quia dicit ipse, defendere est quędam necessitas, quā testis potuit videre inesse per coarctationem loci, & temporis. & hoc non pendet merè à iudicio intellectus, sed visus est causa proxima huius iudicij. & allegat Bar. ita consuluisse in consil. incipiente, quidam Mafiolus. & sequitur Alex. in consil. 109. Visis libr. 1. Cor. in d. consi. 142. libr. 1. & in d. consil. 134. lib. 3. in ver. ulti. præ-
7 mitto. † Et in probando defensionem etiam testes domestici admittuntur, ut tradit Spec. in tit. de inquisitione. §. 1. in versic. sed nunquid. & sequitur Ioan. de Anan. in consil. 59. Visa inquisitio-
8 ne. in prin. Alex. in consi. 24. Animaduersis lib. 2. † Similiter in ꝓbando innocentiam recipiuntur testes, qui deponunt de credulitate, ut Alex. tradit in consilio 76. Visa inquisitione. circa fi. libr. 1. alleg. Bar. consuluisse in consi. incipiente, Raynu. Petri. & idem Alex. in d. consi. 109. li. 1. in ver. præterea hoc in terminis. His præmissis saltem duo testes videntur bene deponere de defensione dicti Michaelis. primus Ioannes Augustini famulus Francisci de compagnis super 18. ca. in quo dr̄, ꝙ fecit ad sui defensionem, & ꝙ aliter non poterat euadere. dicit testis dicti Ioan. ꝙ vidit dictũ Michaelem, & Io. eius filium se defendentes, & suo iudicio non poterāt euadere de manibus ipsorum del Boscaglia sine eorum maximo periculo vitæ: & ꝙ dictus Michael pro sui defensione, & dicti Ioannis eius filij vulnerauit dictum Gregorium. & in causa scientiæ interrogatus dixit, quia vidit, & præsens fuit. nam iste testis optimè videtur probare defensionem per ea, quæ s̄. dixi. primo dum dicit, ꝙ vidit dictum Michaelem, & eius filiũ se defendentes, licet in hoc videatur iudicare, tamē probat defensionem secundum Bal. in d. l. solā. cum si. supra alle. Et hoc in casu isto cōprobatur, dum subijcit, quod iudicio suo non poterāt euadere de manibus ipsorum del Boscaglia sine eorum maximo vitæ periculo. illa. eñ verba, iudicio suo, licet alias in teste non probarent,
9 Quia testis non debet iudicare, sed deponere de sensu corporis, ut not. Bar. in l. qui testō. §. fi. ff. de test. tamen in casu isto, ex quo testis de credulitate probat, vt suprà dixi, pari ratione si dicat iudicio suo, videtur probare, & quia facili discursu hoc percipi pōt iō testis, qui iudicio suo deponit, bene ꝓbat, ut tradit Corneus, qui alios refert in consi. 61. Visa copia. lib. 3. & quia hic rationem bonā annectit, quia nō poterant euadere sine maximo vitæ periculo. unde ex his, & suprà dictis per dominum consultorem apparet, quod iste testis bene probat, & cum eo concordat Ioann. Rizi alius testis, qui super eodem 18. c. idem deponit, & sic etiam testibus defensio Michaelis uidetur probata. & ita ex omnibus suprædictis indubitanter concludo partes Magnifici Vicarij esse in absoluendo dictum Michaelem, & si causa esset mihi commissa, ita proculdubio iudicarem.

EPITOME Consi. CCCCLX.

Qui vadit ad iudicē videtur tacitè remittere ius, qđ habet recuperandi propria authoritate; & de protestatione contraria facto: & renuntiatio debet stricte interpretari: & quando recuperatio fieri possit lite pendente: & officium tutoris finitur pubertate, & idem in actore: & quando citatio litis pendentiam inducit: & quando valeat citatio facta de procuratore generali, & citatione facta ab eo, qui de rato promisit, illa ratificatio retro non trahitur in præiudicium tertij.

SVMMARIVM.

1 *Actor, qui iudicij viam eligit, ad viam facti redire non potest.*
2 *Creditor, qui ex pacto sibi ius dicere potest, si iudicij viam assumit, pacto vti non potest.*
3 *Protestatio facto contraria nihil releuat.*
4 *Hæreditatem si adeo animo non adeundi, vel si religionem profiteor animo non profitendi, aditio, & possessio valent.*
5 *Protestatio vitiatur, si emphyteuta, vel vasallus rem alienauit cum protestatione quod ius dominij saluum sit.*
6 *Renuntiatio est stricti iuris, & in ea non veniunt, nisi ea, quæ exprimunt.*
7 *Voluntas, quæ ex facto colligitur, limitat, quatenus ex tali facto inferat.*
8 *Litis pendentia allegari non potest, nisi causæ inter se connexæ sint, ita ꝙ sententia lata in una rei iudicatæ exceptionem in altera pariat.*
9 *Creditor, qui petijt se mitti in possessionem bonorum, & missus fuit potest etiam facere, quod reus capiatur non obstante, quod bonorum possessionem habeat.*
10 *Vasallus si feudo priuatus sit, quoniam inuestituram non petijt, & dominus illum ad obedientiam recipiat, videtur caducitatem remittere, nisi protestetur.*
11 *Protestatio an attendatur, si quis cum protestatione animo litem non contestandi respondeat.*
12 *Protestari quis potest, quod per aliquem actum in iudicem consentire non intendit.*
13 *Protestatio attenditur, si ad diuersum actum referatur.*
14 *Rescriptum secundum non faciens mentionem de primo quo casu valeat.*
15 *Rescripto in primo, si clausula appellatione remota apposita fuerit in secundo de ea mentio fieri debet.*
16 *Impetratio noua quando fit à summo Pontifice cum qualitatibus primæ impetrationis facta videtur.*
17 *Spoliatus incontinenti recuperationem habere potest.*
18 *Fieri aliquid incontinenti dicitur, quod commodè fieri potest, & num. 19.*
20 *Spoliare non dicitur, qui suam possessionem continuat.*
21 *Procurator ab impubere constitutus cum patris consensu, an per pubertatis superuenientiam reuocatus sit.*
22 *Tutoris officium pubertate finitur.*
23 *Feudalibus in bonis pater nec usumfructum, nec administrationem habet.*
24 *Litis pendentiam ad introducendum quo ad effectum reuocandi attentata; an executio in cathedrali, & parochiali ecclesia sufficiens existat.*
25 *Citari quis personaliter debet, deinde de personali citatione relatione nuntij habita in audientia contradictarum per edicta citari debet.*
26 *Accessus tutus quod non sit, liquidari & probari debet, quoniam etiam nuntio in alterius præiudicium non creditur.*
27 *Ignorantia propter absentiam præsumitur.*
28 *Citatio litis pendentiam non inducit, quando non constat, quod ad citatorum aures peruenerit.*
29 *Citari quis debet in loco, ubi citationis tempore degit.*
30 *Citatio in actu præiudiciali personaliter fieri debet, & nunquam ad domum fieri potest, nisi quando in iure expressum sit.*
31 *Citatio facta generali procuratori quo casu non sufficiat.*
32 *Citari debet dominus, non autem procurator, quando de graui præiudicio agitur.*
33 *Actus alicuius vbi requiratur, quod principalis notitiam habeat, non sufficit, quod procurator illam habuerit.*
34 *Citatio ab incompetenti iudice facta litis pendentiam non inducit.*
35 *Citatio ad instantiam minus legitimæ personæ decreta, quæ de rato promisit, ratificatione subsequente an valida sit.*
36 *Ratificatio ad tertij præiudicium retro non trahitur.*
37 *Ratificatio re in eodem statu existente fieri debet.*
38 *Possessionem si quispiam nomine meo tāquam negotiorum meorum gestor acceperit, & spoliatus fuerit, antequam ratum habuerim, illa ratificatio operatur.*


Iso puncto, & dubijs quàm pluribus, quæ ex eo eliciuntur, in causa Mag. Ioan. Pauli de Melijs Marchionis Soranea procedendo secundum ordinem dubiorum stantibus narratis. Primò quæritur, an recuperatio Castri licita fuerit pendente lite

lite coram iudice ab eo impetrato, qui recuperauit stante protestatione reseruationis iuris recuperãdi Castrum, quam Papa admisit. Et prima facie videretur dicendum, quòd non. nam absq; protestatione hoc videretur clarũ de iure quia cum dicto Marchioni spoliato prius competeret ius recuperandi propria authoritate. l. 4. § cum igitur. ff. de vi, & vi ar. adeundo iudicem, & recurrendo ad summum Pontificem, & sic eligendo viam iuris videtur tacitè renuntiare recuperationi, quæ sibi propria autho-
1 ritate competebat,† quia actor, qui eligit viam iudicij, ad viam facti redire non potest, ut dicit Bald. in l. 2. in 10. q. C. de serui. & aqua. alleg. tex. in l. si mulier. in fin. ff. quod met. cau. ibi, quam viã mihi elegero, mihi pateat. nam postea quam iudex aditus est, debet expectari eius authoritas, & cessat authoritas, quæ parti competebat, ut idem Bald. dicit in l. ædem. in versicul. 3. quæro. C. loca. & idem Bald. in l. 1. in prin. C. de exec. rei iud. ubi ad proposi-
2 tum dicit, † quòd creditor, qui ex pacto potest sibi ius dicere, si assumit viam iudicij, tali pacto uti non potest. iuxta illud, viam quã elegerit, sibi pateat. d. l. si mulier. Sed in casu isto difficultatẽ facit protestatio, & reseruatio, quæ fuit facta, & admissa à summo Pontifice de iure recuperandi, quod sibi competebat, propter quam tale ius conseruatum videtur argu. l. si debitor. §. 1. ff. quib. mod. pig. vel hyp. sol. Sed ad hoc videtur posse responderi,
3 ꝙ talis protestatio nõ videtur releuare,† quia vr̃ contraria facto, quo casu vitiatur propter contrarietatem. ca. solicitudinem. de
4 app. facit tex. in l. 1. C. de fur. in l. ubi repugnãtia. ff. de reg. iu.† vnde si adeo hæreditatem animo non adeundi, vel si profiteor religionẽ animo non profitendi, valet aditio, & professio, & protestatio vitiatur, quia contraria facto vr̃, ut no. Ang. in l. iuris gentiũ §. ꝙ fere. in princ. ff. de pac. & in l. qui in aliena. §. fi. ff. de acq. hær. & ita prima facie uidebatur in isto casu: quia iste actus adeũdi iudicem ut iuridicè procedatur, repugnat, & contradicit reserua-
5 tioni, quæ de facto procedit, ideo protestatio vitiari vr̃. † & in simili habetur de emphyteuta, vel vasallo, qui alienauit rem, & tradidit cum protestatione, ꝙ ius domini saluum sit. illa protestatio vitiatur, quia est facto contraria, ut not. Bald. in l. 1. uersic. 16. quæritur. C. de his, quæ pe. no. & idem Bal. concludit in c. Cuma. versi. & prædicta faciunt ad quæstionem. de elec. & in c. 1. §. fin. in uersic. sed pone pater. quæ fuit prima causa benefi. ami. & ad hoc est dictum Io. And. post Host. in c. ea te. de iureiur. ubi alii sequuntur, & hoc pro singulari dicto ponit Rom. in sing. 512 Tu habes, ꝙ si vasallus & dixi in consi. 160. Prædictis tamen non obstantibus ulterius cogitanti contrarium de iure uidetur, uidelicet, ꝙ tale ius recuperãdi, quod domi. Marchioni competebat, non ui-
6 detur remissum.† Nam renuntiatio est stricti iuris, & in ea non veniunt nisi ea, quæ exprimuntur, ut dicit Cald. in consi 5. in titu. de præb. Card. in consil. 120. Titius obligauit se. in fi. & in dubio nõ præsumitur, quod quis uelit iuri suo renuntiare. capit. super hoc de re. no. Bal. in l. j. in vlt. not. C. de edic. diui Adr. tol. & hic de renuntiatione expressa nihil apparet. Non ob. ꝙ renuntiatio taci-
7 ta inducatur ex illo facto adeundi iudicem per uiam iuris, † quia
a uoluntas, quæ ex facto colligitur, limitatur, quatenus [a] ex tali facto necessario inferatur, ut no. Bar. in l. 1. §. si quis hoc interdicto ff. de itine. actuq; pri. & in l. si patronus. in fi. C. com. utri. iud. per l. fi. C. ne vxor pro mari. facit gl. in cle. sæpe. in uersic. partibus. de uerb. signi. & quod not. Ant. de But. in c. accedentibus. de priuil. uersic. & per prædicta. & tradit Alex. in consil. 33. Ponderatis his lib. 5. & ideo adeundo iudicem necessario inferri non videtur, ꝙ renuntiatum sit iuri recuperandi extraiudicialiter, quod competebat, sed uidetur suspensum donec per uiam iuris recuperationem prosequatur, per s̃. dicta & hoc indubitanter uidetur procedere in casu nostro virtute dictæ protestationis, propter quam dictum ius recuperandi conseruatum omnino uidetur. argu. d. l. si debitor. §. 1. & hoc in simili casu tradit Alex. in consi. 129. In causa, & lite uertente. in uersic item respondeo. lib. 4. ubi primo in illo casu dicit, quod erat à iudice petitum, ut daret licentiam ingrediendi, & expellendi authoritate iudicis, deinde petita fuit familia, quæ assotiaret ad intrandum propria authoritate. dicit, ꝙ secunda petitio est diuersa à prima per ea, quæ no. Sal. in l. creditores. in 13. q. C. de pig. & Imo. in c. potuit. in pe. char. de loc. ubi uolunt, ꝙ in primo casu requiratur citatio, & non in secundo casu. & ideo cum dicta remedia diuersa sint concludit Alex. quod litis pendẽtia in uno non nocet in alio, per l. cum quæritur. de excep. rei iud. & ad hoc, quod Alex. dicit, est dictũ Bal. no. in c. 1. cir-
8 ca fi. de contro. feu. apud pares termi. † ubi concludit, ꝙ litis pendentia non põt allegari, nisi causæ sint connexæ inter se, ita ꝙ sententia lata in vna pariat exceptionem rei iudicatæ in altera. & s̃m Alex. pro constanti præsupponit, ꝙ licèt ille, qui potest propria authoritate actũ facere, adiuerit iudicem, non tñ excluditur, quin uti possit authoritate propria, quæ extraiudicialiter sibi competebat, quia sunt diuersa remedia, & unum aliud non excludit. & ad hoc bene facit, quia dicta remedia tendunt ad eundem finem recuperationis castri: unde cum utrunque remedium sit in fauorem actoris, unum ab alio non tollitur, ut not. Bal. in l. consenta-
9 neum. C. quo. & quando iud. in uersic. quæro secundò. † ubi concludit, quod creditor, qui petiit se mitti in possessionem, & missus fuit, potest etiam facere, ꝙ reus capiatur non obstante, ꝙ habeat possessionem bonorum: quia ista remedia cumulatiue competunt ad eundem finem, & per electionem vnius alterum non tollitur. & idem no. Bal. in l. ignorare. in fi. C. de resti. mili. & in l. j. §. fi. ff. si quis ius dicẽ in l. legati. C ut in poss. leg. & facit quod no. Arch. Io. Andr. & Do. in rub. de eo, qui mit. in poss. cum sim. ut dixi in consi. 12. & ista conclusio uidetur procedere ẽt absque protestatione per supra ꝓximè dicta. & alia, quæ s̃. prius dicta sunt. Sed interueniente protestatione, prout in casu isto, res modicam habet dubitationem. & ideo Alexan. in consi. supra alleg. concludit, quòd uirtute protestationis ius petendi propria authoritate conseruatur. alleg d. l. si debitor. §. 1. & in simili allegat de eo, qui appellat uiua uoce saluo iure appellandi in scriptis, ut not. Bar. in l. cum procurator. §. si dominus. ff. de ope. no. nun. cum similib. & istam conclusionem sequitur, & aliis remediis comprobat dom. Ias. in d. l. 2. C. de iu. emphy. in 10. colum. uersic. istud tamen limito procedere. & benefacit quod no. Bal. in c. 1. in prin. uersicu. sed
10 pone. quo temp. mi. † ubi inquit, quod si uasallus sit priuatus feudo, quia non petiit inuestituram, & dominus recipiat illum ad obediẽtiam uidetur caducitatem remittere, nisi protestetur. quia
11 per protestationem ius priuationis domino conseruatur. † & facit quod dicitur de eo, qui respondet cum protestatione non animo contestandi litem, quia protestatio attenditur, ut not. per gl.
12 Barto. & doct. in l. 1. C. de lit. contest. † Et facit quod dicitur de eo qui protestatur, ꝙ per aliquem actum non intendit consentire in iudicem, ut no. Inno. in cap. Cuma. de elec. Ang in l. non uidetur. de iudi. dixi in cap. cum M. de constit. & retenta ista conclusione, quæ verissima videtur, non obstant allegata s̃. in contrarium. Et primo dum dicitur secundum Bal. in locis supra alleg. ꝙ ille, qui eligit viam iuris, non potest redire ad viam facti, quia potest dici, ꝙ non sit verum, q̃n plura remedia ordinata sunt in fauorem actoris ad eundem finem, per ea, quæ supra dixi. Item quando remedia sunt contraria, tunc per electionem unius alterum tollit. l. nõ codicillari. ubi Bal. C. de testa. l. post diem. ff. de lege con. sed ista remedia non sunt contraria origine, sed diuersa, quia unum in iudicio, alterum extra iudicium, ut no. Alex. in consi. s̃. alleg. & adeundo iudicem non infertur necessario, ꝙ ius recuperandi remittatur, ut supra dixi. & quicquid sit, irrefragabile vr̃ illud fundamentum protestationis, per supradicta non ob. ꝙ protestatio vr̃ contraria facto, ut s̃. dicebatur, quia in casu isto non uidetur actus contrarius protestationi: nam q̃n protestatio respicit eundẽ actum contrarium, uitiatur protestatio, ut quia quis dicat respondeo, & protestor, ꝙ nolo r̃ndere. & ita allegata s̃. in contrarium procedunt, quia tunc actus est præcisè ꝯrius protestationi, secus
13 si ad diuersum actum protestatio referri potest, † quia tunc protestatio attenditur, & præualet, ut no. Bar. in l. 1. C. de lit. contest. & Abb. sequitur in c. 1. de lit. contes. & ita videtur in casu nostro quia protestatio respicit actum diuersum, uidelicet recuperationem extraiudicialem, ideo valet. Non obst. quod si adeo animo non adeundi, uel profiteor animo non profitendi, uitiatur protestatio, ut supra in contrarium dr̃: quia illud uidetur procedere quando protestatio relata videtur ad eundem actũ, & ideo actus uidetur præcisè contrarius protestationi; non sic in proposito, ut supra dictum est. Non ob. quòd vltimo dicebatur de emphyteuta, & uasallo, qui uendidit, & tradidit, & non iuuatur protestatione: quia ibi actus fuit consummatus per traditionem, & uenditio illa suam habuit perfectionem, secus si traditio non interuenisset, quia non incideret in pœnam, ut not. Spe. in titu. de loca. §. nunc aliqua. in uer. 95. Bal. in c. 1. §. sicut si libellario. qui. mo. feud. amit. cum si ut tradit Alex. in consi. 163. Viso themate, & scripturis. lib. 2. & idem sequitur Anto. de But. in consil. 38. Viso puncto. in fi. & loquuntur doct. in locis præalleg. ẽt absque protestatione à fortiori idem uidetur dicendum protestatione interueniente, prout in casu nostro, & cum nõ cadat; quia uenditio non habuit effectum consummatum traditionis, pariter uidetur, ꝙ in casu isto, quia per aditionẽ iudicis effectus nõ fuit cõsummatus, quod protestatio debeat habere locum, per ea, quæ s̃. dicta sunt; & ex his responsum uidetur primo dubio, & conclusio sit, ꝙ pendente lite coram primo iudice nõ fuit ius recuperandi sublatum, sed conseruatum fuit virtute protestationis admissæ à summo Pontifice. Nec talis reseruatio recuperationis alterata fuit ex noua commissione ab aduersario impetrata, in qua de dicta reserua-
14 tione nihil dicitur.† Et ideo primò dici potest, ꝙ secundum rescriptum, quod non facit mentionem de primò, non ualet in effectu. c. ceterũ. de resc. & de primo debet fieri mẽtio specialiter, ut not.

ADDITIO.

33 lenti agere pręscriptio non currit. l. 1. in fi. C. de anna. excep. † & ideo statutum, quod generaliter inducit præscriptionem, non habet locum contra filiumfamilias, qui agere non potest, ut not. Bald. in authen. nisi triennale. in uer. sed quid dices. C. de bo. ma. & quia in isto casu impeditur agere, antequam actio competat, tali casu non currit præscriptio, ut declarat Bartol. in l. senatus. ff. de offi. præsc. præscriptio enim fuit inuenta contra desides, & negligentes, ut not. in l. fina. C. de edic. diui Adri. tol. quæ negligentia, & desidia non cadit in eam, quę agere non potuit, ut in simili casu no. Pau. de Cast. in consi. 467. In casu premisso. in nouis. & cum ipsa do. Aluisia non esset in rerum natura. non potuit currere præscriptio super eo, quod non erat actu nec potentia causarum, ut idem Pau. de Cast. dicit in consi. 392. Visis dubiis in an-
34 tiquis. alle. tex. in l. talis facta stipulatio. ff. de iure dotium † Illa enim regula est naturalis, quod non ualenti agere non currat pręscriptio, quia vbi non est culpa, non debet esse pœna, vt Bald. dicit in d. auth. nisi. & facit text. in l. 2. §. in omnibus autem. ff. de m. & in l. cum nouissimi. §. illud. C. de præscri. 30. vel 40. ann. & tradit Are. in consi. 100. In casu Georgij. in prin. Abb. in consi. 101. In quæstione, quę vertitur. lib. 1. cum si. vt scribit Fel. in c. ex trãsmissa. de præscrip.

ADDITIO.

a ¶ Rolandi.) Imo obstat, vt dixi infra consi. 498. nu. 20.

EPITOME Consi. CCCCLXIX.

Antonius Maria ense euaginato aggressus est V. ipsumq; fugiētem est prosequutus vsque ad pontem veterem. Quo superuenit capitaneus. N. qui eum defendendo vulnerauit Ant. & occidit. Accusatur ipse de homicidio, excipit, quod ad defensionem sui militis fecit. Respon. cum appareat ex processu N. vulnus intulisse, ex quo sequuta est mors ad tuitionem. V. sui stipēdiarii, venit ipse absoluendus ab impetito homicidio.

SVMMARIVM.

1 *Defensionem non solum suam, & suorum, sed etiam extranei in periculo vitæ existentis quis suscipere potest.* 2.
3 *Defensio legitima in socijs locum habet, à quibus iniuria propulsanda est.*
4 *Dominus suum vasallum iuuare, & defendere potest.*
5 *Testes, qui simpliciter deponunt homicidium commissum fuisse ad defensionem, probant, licèt aliam rationem non adducant.* 10.
6 *Defendere est quædam necessitas, quam testis per loci, & temporis coarctationem inesse videre potuit.*
7 *Testes domestici in probando defensionem admittuntur.*
8 *Testes, qui de crudelitate deponūt, in probando innocentiam admittuntur.*
9 *Defensionis causa primo insultatus fecisse videtur.*
11 *Homicidium, quod ad defensionem commissum fuerit, ubi res esset dubia, interpretari debet.*
12 *Dictio ius commune. pro iure ciuitatis superioris intelligi debet.*
13 *Interpretationem certam quæ diu habuerunt, minime mutanda sunt.*
14 *Iudicium rei criminalis valet etiam si per procuratorem agitatum fuerit, quando in processu oppositum non fuerit.*

VIsa inquisitione formata ꝯ Mag. Capitaneum armatæ militiæ ciuitatis Pisarum Nicolaū Strozum: & visis diligēter, & perscrutatis dictis testiū s̃m allegata; & ꝓbata, omnibus consideratis, & circunspectis: arbitror partes cõstãtissimi, & integerrimi iudicis esse in absoluendo dictum Nicolaum à contentis in d. inquisitione declarando, ꝙ homicidiū, de quo inquiritur, ab eo impunè ꝯmissum fuerit s̃m ea, quæ proponuntur more Scæuolæ iurisconsulti. Et pro clara, & euidenti demonstra
1 tione huius conclusionis præmittendum est, † ꝙ non solum potest quis suam, & suorū defensionē suscipere, sed etiam pro extra
a neo, qui sit in periculo uitæ,[a] ut not. Bar. in l. si quis in seruiente. in
2 fi. ff. de fur. † vbi inquit, ꝙ sicut quilibet potest me iuuare, & defendere pro rebus, ut ibi no. multomagis potest me iuuare ad defensionem personæ. & idem cõcludit Bar. in l. vt vim. in fi. in verergo teneo, ꝙ ẽt in aliis extraneis. ff. de iuſ. & iu. vbi vtitur eo. argquia si hoc licet pro tutela rerum alterius, ergo multò fortius, ꝓ corpore alterius tuẽdo: & dicit, ꝙ ita tenet Gul. de Cu. Pet. & Iac. in l. 1. C. vnde vi. & Alb. ibi in ver. ad defendendam. in fi. & Host. in summa de rest. spol. §. 1. in fi. in versi. sed hodie hoc expressum est. & Inn. in c. si vero. de sen. exc. vbi ęquiparat defensionē suorū, vel extraneorum. Bal. in l. vt vim. in 5. q. facit quod no. Bar. de amicis, & vicinis in l. prohibitum. C. de iur. fis. lib. 10. in pe. not. & in l. deuolutum. in fin. C. de meta. & epidi. lib. 12. & Bal. in c. fi. de iud.
3 in versi. adde, quod dicit Bar. † & ista conclusio maximè haberet locum in socijs, à quibus propulsanda est iniuria, ut dicitur in canon inferenda. in c. fortitudo. 23. q. 3. & not. Innoc. in d. c. si verò. de sen. exc. & idem Alb. in d. l. 1. C. vnde vi. in uerbo, ad defendēdam. in versic. sed nunquid socius. quia dicit ipse, societas obtinet vicem fraternitatis. l. verum. ff. pro soc. & de socio idem dicit Hostien. in summa. de restitu. spolia. in d. §. 1. in versic. sciendum autem

ADDITIO.

a ¶ Vitæ.) Idē Ias. in d. l. ut vim. nu. 29. & ibi Philip. Dec. Thomas Grammaticus consi. 56. num. 25. cum seq.

4 autem eſt. Bald. in l.ut uim.in 4.quæſt. de ſocio itineris † & pari-
ter dñs tenetur vaſallum ſuum iuuare,& defendere,ut no.per gl.
in cap.1.in fi.in verbo,fratrē.in tit. hic finitur lex. vbi Alua. di-
* cit,ꝙ * *communiter* ab omnibus approbatur: quia vt ibi dr̄, ſicut
vaſallus tenetur iuuare dñm,ita econtra dñs vaſallum, & pari-
ter vr̄,ꝙ ſicut ſubditi tenentur defendere præpoſitum ſuum,ſeu
rectorē,ut dicit Alb.in d.l.1.C.vnde vi.in verbo, ad defendēdā.
in ver.item ſubditi.eo.modo vr̄ econtrà,ꝙ præpoſitus, & capi-
taneus poſſit,& debeat eius ſubditos milites defendere.Et ex his
liquidò conſtare vr̄,ꝙ dictus Nicolaus capitaneus inquiſitus po
tuerit defendere dictū Vincentium Lucenſem, qui erat de eius
militibus: & de hoc non vr̄ dubitandum per ſuprà dicta. Sed dif
ficultas vr̄ in probando,ꝙ pro defenſione dicti Vincentij à di-
cto Capitaneo Ant.Maria Cortonenſis occiſus fuerit,& in hoc
quamplures teſtes examinati ſunt,quorū dicta diligenter ꝑſcru
tari debent,& oībus viſis,& conſideratis paucis concludendum
eſt,ꝙ à teſtibus bene probatum ſit dictū homicidiū commiſſum
fuiſſe pro defenſione dicti Vincentij.& pro clara,& euidenti de-
monſtratione huius concluſionis præmittendū eſt, ꝙ probatio
5 defenſionis fauorabilis eſt: † nam ſi ſimpliciter teſtes deponunt
homicidiū commiſſum fuiſſe ad defenſionem,bene probant, li-
cèt aliam rōnem non adducant,ut no. Bal.in l.ſolam. in uerſi. 2.
6 quæritur.C.de teſt. † ubi inquit,ꝙ defendere eſt quædam neceſ-
ſitas,quā teſtis videre potuit ineſſe per coarctationē loci, tpis,
& hoc non pendet merè à iudicio intellectus,ſed viſus eſt cauſa.
proxima huius iudicij. alleg. Bar.ita conſuluiſſe in conſil. incip.
quidē Maſiolus. & refert & ſequitur Alex.in conſ.109. Viſis lib.
1.Corn.idē tenet in conſ.162. In hac cōſultatione.lib.1 & in cōſ.
7 134. In cā magiſtri Pauli.verſ. ultimò præmitto.lib.3. † Et in ꝓ-
bādo defenſionem ēt teſtes domeſtici recipiuntur, vt tradit Spe.
in tit.de inquiſi §.1.in verſi.ſed nunquid. & ſequitur Io.de Ana.
in conſi. 59. Viſa inquiſitione.in prin. Alex. in conſilio 24. Ani-
8 maduerſis.lib.2.† ſimiliter in probando innocentiam admittun
a tur teſtes,qui de credulitate [a] deponunt,vt Alex.ſcribit in conſi.
76. Viſa inquiſitione. circa fi. lib. 1. vbi alle. Bart. conſuluiſſe in
conſi. incip. Raynutius Petri.& idem Alexand. in d. conſi. 109.
lib.1. in verſ.præterea hoc in terminis.Cor.in d conſi.133.lib. 3.
His præmiſſis quàm plures teſtes bene probant dictum homici
dium cōmiſſum fuiſſe pro defenſione dicti Vincentij. primò n.
apertè probatur ab omnibus fere teſtibus, ꝙ dictus Vincentius
inſultatus fuit à dicto Anto. Maria, & ꝙ illum fugientem cum
enſe euaginato fuit proſequutus vſque ad pontem. De inſultu
bene probat primus teſtis char.11. ibi quo audito dictus Anto.
Maria euaginauit enſem,& inſultum fecit contra dictum Vin-
centium. Secundus teſtis in char. 15.in fin idem alij teſtes depo-
nunt,& quia hoc clarum videtur,non eſt inſiſtendum. Similiter
ꝙ di.Anto.Maria poſt inſequutus fuerit dictū Vincentium vſ-
que ad pontem,hoc bene deponit primus teſtis char. 11. ibi, &
inſimul concertando vnus alteri admenando venerunt in pede
pontis veteris,& tunc dictus Vincentius cępit aufugere, & ſem
per dic. Anto Maria inſequebatur dictum Vincentium verſus
pontem. idem ſecundus teſtis char.16. ibi,inſequebatur dictum
Vincentium. idem tertius teſtis char.21.ibi,ſic admenando per
uenerunt in pede pontis veteris. idem quartus teſtis char. 15.di-
cit vera eſſe contenta in primo, & ſecundo capitulo,quia vidit,
audiuit,& interfuit. idē quintus teſtis char.29. & idem ſextus te
ſtis char. 33. Et ex his patet, ꝙ ſi dictus Vincentius interfeciſſet
dictū Ant. Mariam,qui eum egreſſus fuit,ꝙ pro defenſione ſua
9 impune hoc feciſſet: † quia primò inſultatus vr̄ feciſſe ad defen
b ſionem, [b] vt no.Bal.in l.2.per illum tex.C.de Sica.Bar.in l.ſed &
ſi quæcunque.in prin.ff.ad leg Aquil.Bal.in l.1.§.cum arietes.ff.
ſi qua.paupe.in l.multis.in fi.C.de libe.cauſa. & Alex.in conſilio
76. Viſa inquiſitione.libr.1.& de hoc non videtur dubitandum.
Et illa facultas defendendi ſe,quæ dicto Vincentio erat conceſ-
ſa,ēt pro eo cōpetebat d.capitaneo Nicolao de Strozis, qui po
tuit illum defendere,imò vr̄,ꝙ teneretur,cum eſſet eius ſocius,
& eſſet de ſuis militibus, ꝑ ſuprà dicta. Solum ſupereſt videre,
an pro defenſione dicti Vincentij commiſſum fuerit dictū ho-
micidium. & teſtes apertè uidentur probare,ꝙ ſic: nam Zeno-
bius Franciſci ſecundus teſtis dixit in 16.char. in fi. vera eſſe con
tenta in 3.c.& in char. 17. dicit,ꝙ credit, ꝙ id, quod fecit Nico.
capitan. vulnerando dictū Ant. Mariam,fecit pro cuſtodia dicti
pontis,ac ēt pro neceſſaria defenſione dicti Vincentij: ex qui-
bus uerbis probatur intentio dicti inquiſiti,prout dicitur in 3. c.
per ea,quę ſuprà dicta ſunt: quia in probando innocentiam, &
defenſionem teſtis de credulitate recipitur, ut tradit Alex. in d.
10 conſi.76. circa fin. lib.1.cum ſim.ſ̄.alleg † Et quia teſtes,qui de
ponunt homicidiū fuiſſe factū ad defenſionē,bene probant, ut
ſuprà dictū eſt,ſecundū Bald. in l ſolam.de teſti.cum ſimilib.ſu-
prà alleg.& cum d. teſte cōcordat tertius teſtis Ludo. Raphae-
lis,qui in char.22.deponit,ꝙ credit,ꝙ id, quod fecit dictus Ni-
colaus,fecerit pro cuſtodia pontis,ac etiam pro neceſſaria defen
ſione dicti Vincentij ſui ſtipendiarij. & idem repetit ſuper 7.c.
char. 23. ꝙ fecit pro neceſſaria defenſione dicti Vincentij eius
ſtipendiarii,attento ꝙ dictus Anto. Maria ſtabat *in ſu la coſta del
ponte cum enſe euaginato*: cum.n.ſtaret ibi cum enſe euaginato, ꝓ-
ſumitur,ꝙ uellet offendere dictum Vincentium ꝑꝑ quem eua-
ginauerat enſem inſequendo illū,ut ſuprà dictum eſt. & ideo be
ne conſonat,ꝙ Nicolaus capitaneus,qui dictū Ant. Mariā vul-
nerauit,hoc fecerit pro defenſione dicti Vincentij: quia cū eſſet
dictus Ant.Maria cum gladio euaginato ꝯ dictū Vincentium,
non erat expectandū ꝙ percuteretur dictus Vincentius,per ea,
quæ notat Bar.in d.l.ſed & ſi quæcunq;. in prin.ff.ad leg. Aquil.
cum ſim.ſ̄.alleg. Et cū prædictis concordat quartus teſtis Fiora-
uantes,qui in char.26.& 25. atteſtatur, ꝙ uidit dictū capitaneū
Nicolaum uenire uerſus rumorē ubi erat dictus Ant. Maria ha
bens dictum enſem euaginatum in manibus,& audiuit dicta uer
ba in c.3.narrata. & uidit ēt qualiter dictus capitaneus Nicolaus
percuſſit,& uulnerauit dictū Ant. Mariā, & ꝙ id fecit, prout ui
dit ob neceſſariā defenſionē pontis ueteris, & dicti Vincētij ſui
ſtipēdiarii & ſuper 4.c.in d.char. 26. addit, ꝙ dictus capitaneus
Nicolaus fuit coactus prædicta facere, qa niſi id feciſſet, dictus
Vincentius fuiſſet interfectus a d. Ant. Maria, quia habebat en-
ſem longiorē,& ipſum,vt dr̄, *l'haueria ſuperchiato,& aſtretto à cat-
tiui termini.* & ita uidetur optime deponere. Idē etiam bene pro
bat ſextus teſtis magiſter Chriſtophorus,qui in char. 34. pariter
deponit,ꝙ Nic. capitaneus prædicta fecit pro neceſſaria defen-
ſione dicti Vincentij,prout ipſe vidit,& repetit ſuper 4. c. char.
35. dicens,ꝙ vidit d. Ant. Mariā fortiter oppreſſiſſe di. Vincen-
tium,& niſi dñs capitaneus Nic. prædicta feciſſet, ſequutū fuiſ-
ſet magnum ſcandalum.& idē repetit char.36 ubi atteſtatur, ꝙ
per ea,quæ vidit,dict. capitaneus Nic. prædicta fecit ob neceſ-
ſariam defenſionem pontis veteris,& d. Vincentij eius ſtipēdia
rij. Et cum ſ̄.dictis cōcordat ſ. primus teſtis Raynaldus Andreæ
char. 38.vbi repetit,ꝙ Nic. capitaneus vulnerauit d. Anto. Ma-
riā,qui mortuus eſt,prout in inquiſitione cr̄,& ꝙ per ea,quæ ui-
dit,dic. capitaneus Nic. prædicta fecit pro neceſſaria defenſio-
ne pontis, & honoris ſui,ac ēt pro neceſſaria defenſione dic. Vin
centii ſtipendiarij. & idem replicat in char. 40. Et ſic ex prædi-
ctis apparet manifeſte,ꝙ quinq; teſtes optime probant, ꝙ dic.
Ant.Maria vulneratus,& occiſus fuit pro neceſſaria defenſione
d. Vincentij, pro quo capitaneus Nic. potuit, & debuit ſuſcipe-
re defenſionē,per ea,quæ ſ̄.in prin.d.ſunt.& ex oībus ſ̄.dictis iu
ſtificata vr̄ concluſio ſ̄.firmata,ꝙ capitaneus Nico. à dicto ho-
11 micidio abſoluendus ſit, & res clara vr̄ per ſ̄. dicta. † & ēt ſi res
eſſet dubia dēt interpretatio fieri, ꝙ homicidiū cōmiſſum fue-
rit ad defenſionē,vt tradit Ang. Are.in §.ius aūt gētium.in verſ.
nā in dubio. inſt.de iur.nat.& idē Cor.in conſi.162. In hac cōſul
tatione. li. 1.facit quod no Bal.in conſi. 195. An vulnus. in fi l. 1.
& hoc ſecundum regulā procedit,quæ eſt, ꝙ in dubio in rei fa-
uorem pronuntiandū ſit.c.ex literis de probat. in regula cū ſint
partium iura.de reg.iu.in 6 & quia melius eſt nocentē abſolue-
re,ꝗ innocentē condēnare.l.abſentem.ff.de pœ. Et ſ̄. dicta om-
nia bene procedunt in meritis cauſę,in quibus non videtur du-
bitandum. Sed circa proceſſum dubitari pōt,quia cauſa agitata
fuit per procuratorem ſer Robertum de Anglario: & ſecundū
ſtatutū Florentinum inquiſitus dēt ſe conſtituere in carceribus,
& ꝙ nulla defenſio ꝑ aliquam perſonam pro eo cum mandato,
vel ſine mādato fieri poſſit,& ꝙ proceſſus ſit nullus: & licet hoc
ſtatutum non debeat ſeruari hic Piſis,ubi ciuitas hēt propria ſta
tuta,iuxta no. ꝑ Bart.in l.ſi conuenerit.la 2 §.ſi nuda.ff. de pign.
act. tñ ſecundum ſtatuta Piſana diſponitur,ꝙ deficientibus ſtatu
tis Piſanis recurratur ad ius commune. & ſecundum Ro. in ꝯſil.
12 222. Præſens caſus. † verbum,ius commune. intelligitur pro iu-
re ciuitatis ſuperioris dominantis, & ſic eſſet recurrēdum ad ſta
tuta Florentina. Sed breuiter rñdetur, ꝙ illa interpretatio Ro.
non eſt uera: quia uerbū illud,ius commune. de iure cōi Roma
norum intelligitur.§.ſed quoties.inſt.de iu. natu. & ratio vr̄ ma-
nifeſta,quia ſtatuta Piſana edita fuerūt eo tpe, quo ciuitas erat
libera: ideo inſpecta mente ſtatuentium, quæ inſpicitur, ut not.
Bar.in l.contra legem ff.de le. & per gl.in l.tale pactum §. fin.ff.
de pac.illa uerba non poſſunt intelligi, ꝙ ad ſtatutum Florenti-
norum recurratur. & hoc contra Rom. pluribus rationibus cō-
probat Soc. in conſi.271. In præſenti conſultatione. & iſta opi.
ſæpius practicata,& obſeruata fuit Florentiæ, vnde ſuccedit, ꝙ
13 dicitur in l.minime. ff. de legi. † quòd minime mutanda ſunt,
quæ diu certam interpretationem habuerunt. Vltimò non ob.

ꝙ etiam

ADDITIONES.

a ¶ Credulitate.] Supra conſi.459.vbi dixi, Idem Thomas Grammatic.
d.conſi. 56. num. 21. Iacobinus de Sancto Georg. in l. teſtes eos de teſt.

b ¶ Defenſionē.) Sup.ꝯſ.459.nu.1.ubi dixi. Io. Amicus ꝯſ.77.conſi. 126.

ꝙ et de iure communi causa ista criminalis non potuit agitari p
14 procuratorem.l.pe.§.ad crimen.ff.de publ.iud. † quia responde tur, quod in processu oppositum non fuit, ideo ualet iudiciū, vt no. per gl. in c.1.in verbo, criminalis. de iud. in 6. in l. quāuis. C.de adul.in verbo, præsentiam. & dicit Bal.in l.ita demum.in fi.
* C.de procu. ꝙ * *communis* opi. est, ꝙ ualeat processus, si opposi tum non fuit, cum sim. & tradit Feli.in cap.meminimus. de accus. vbi dicit istam opin. communem, & ueriorem. & idem te net Romanus in consi. 215. Duo sunt. & cum valeat processus, & in meritis causæ probatū sit, ut supra dixi, dictus capitaneus Nicolaus absoluendus est a contentis in dicta inquisitione.

EPITOME Consi. CCCCLXX.

Donatio causa mortis esse dicitur, quando in instrumento dicitur, quòd ex titulo causa mortis donatur, quando donatio cō fertur in tempus mortis, quando quinque testes adhibentur: & quando donator reseruat potestatem vendendi de bonis donatis, quæ omnia non conueniunt donationi inter viuos.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter uiuos esse dicitur, quando donans illam nullo modo reuocare promisit.*
2 *Donatio si alicui pro se, & hæredibus facta fuerit, an donatio causa mortis esse dicatur. 6.*
3 *Donatio si simpliciter facta fuerit, & postea accessoriè dicatur, & prædicta omnia promisit obseruare, & non reuocare, nec contrauenire, an donatio causa mortis esse censeatur.*
4 *Clausula accessoria principalem dispositionem non alterat.*
5 *Donatio causa mortis in hæredes non transfertur.*
7 *Clausula, donamus. si non dicitur concedimus in feudum. quid importat.*
8 *Donatio causa mortis esse dicitur, ubi mortis mentio facta fuerit.*
9 *Testes quinque in donatione causa mortis requiruntur.*
10 *Præsumptio vna aliam tollit.*
11 *Testator si instituat talem, & eius filios, & etiam hæredes, intelligitur, quòd ordine successiuo veniant.*
12 *Verba in dubio ad testatorem referri debent.*
13 *Donatio si facta fuerit filiæ, & hæredibus filiæ, quo ad filiam, quæ in potestate erat, donatio non ualet.*
14 *Donatio quando personæ intuitu facta fuerit, in hæredem non transit, & ideo præmoriente donatario donatio extinguitur.*

DVO dubia proponuntur in donatione causa mortis, quā fecit dña Agatha Basilio eius fratri. Pri
1 mū est, quia dicta donatio vr̄ transire in donationē inter viuos, † quia promisit nullo casu dictam donationem reuocare, quo casu vr̄ donatio inter uiuos, ut est text. in l. vbi ita donatur. ff. de dona.cau.mor. Secundū dubium est, quia dicta donatio fuit facta dicto Basilio, & eius hæredib. & ex hoc vr̄, ꝙ non sit donatio cā mortis, quia illa non transit in hæredē,
2 vt no. in l.non omnis.in prin. ff. si cert. pet. † & ideo si donatio facta sit alicui pro se, & hæredibus, non vr̄ donatio cā mortis ut no. Bal. in l.2.C.de iure dotium.ver.quid.n.si iste filius.& sequit Alex in consi. 14. Circa primum plura adduci possunt pro vtraque parte, ut dixi in d.l.non oīs.& in consi. 35. Iuridicam esse arbi tror. & secundū resolutionē ibi factā vr̄ distinguēdū, ꝙ si in ver bis substantialibus positis in principio instrumenti dictū sit, ꝙ donatio non possit reuocari, & tūc vr̄ donatio inter uiuos. d. l. vbi ita donatur. & tali casu procedit opinio eorū, qui tenent do-
3 nationem esse inter viuos, quos latè retuli in locis præallega. † Si verò donatio cā mortis facta sit simpliciter, & postea accessoriè dicatur inferius, & prædicta omnia promisit obseruare, & non reuocare, nec contrauenire. vr̄ tamen donatio causa mortis, ut
a vt tradit Bal. [a] in l.cùm quis.in fi.ff. de dona.ob causam.sequitur Alex. in l quæ dotis.ff.sol.mat.& Cor.in consi. 126. Licèt in hac consultatione. lib. 1. & idem Ang. concludit in consil. 244. Hæc
4 quæstio multùm mihi est dubia. † quia clausula accessoria, quæ inferius ponitur ad confirmationem suprà dictorum, non vr̄ alterare principalem dispositionem, ut est tex. no. in cle. 7. in fin. de præb. & ita vr̄ in isto casu, quia in principio instrumenti fuit facta expresè donatio cā mortis, & postea inferius illa clausula, ꝙ promisit prædicta obseruare, & non contrauenire. unde propter hoc derogatum non uidetur, quominus sit donatio causa mortis, per suprà dicta. & hæc maxime uidentur procedere in isto casu, in quo domina Agatha donatrix reseruauit potestatē vendendi, & alienandi de dictis bonis ad sui libitum, vt patet in instrumento in vers. & cū pacto, ꝙ possit. nam tale pactum con uenit donationi causa mortis, quæ est reuocabilis, & repugnaret donationi inter viuos: ergo videtur indubitanter concludēdum, quòd sit donatio causa mortis. Venio ad secundum dubium, in quo dicitur, ꝙ vr̄ donatio inter uiuos, quia facta fuit dicto Basilio recipienti pro se, & suis hæredibus, & inferius ibi, tenere, & possidere pro dicto Basilio, & eius hæredibus. nam illud, quod dicitur de hæredibus indicat non esse donationē cā
5 mortis, † quæ non transfertur in hæredes. d.l. non omnis. in
6 princ. † Et ex hoc infertur, ꝙ sit donatio facta sit alicui pro se, & hæredibus, non uidetur donatio cau.mor. vt dicit Bal.in d.l.2. C.de iur.do. Alex.in d.consi.14.lib.1.& idem Alexā. in consi. 7. Viso instrumento.lib.6. & idem sequitur Socin. in consi. 53. In præsenti consultatione.lib.1.& idem Soc. in consi. 73. Difficultatem faciebat.lib.3. & Cor. in consi. 223. In hac consultatione. lib.1. Prædictis tamen non obstantibus concludendum est istam fuisse, & esse donationem causa mortis ex pluribus, quæ concurrunt, & preponderant, ut dicatur donatio causa mortis. Primò, quia expresè in testamento, dr̄, ꝙ ex tit.dona.cau. mort. donauit, dedit, & tradidit &c. cum ergo expresè dicatur, ex tit.dona. causa mortis manifeste constare uidetur istam esse dona. causa mor. & hoc modo a uerbis contractus arguit Alex. in consi.14. Circa primum dubium.in princ. libr. 1. vbi arguit donationem esse inter uiuos, & non causa mor. quia in instrumento dicebatur ex titulo donationis inter uiuos, & sic sumus in casu claro, quia a uerbis non est recedendū l.non aliter.ff.de lega.3. pari modo in isto casu, cum dicatur ex titulo donationis causa mortis, videtur donatio causa mortis, ut uerba sonant. & eodem modo arguit Oldra. in consi. 159. Et præsenti themate. in primò
7 dubio. † vbi arguit contractum non esse feudum, sed donationem: quia in instrumento dicebatur, donamus. & non dicebatur, concedimus in feudum. & decisionem Old. refert, & sequitur Alb.in rub. C.de dona.in ver. item quæro. & in terminis Bal. in consi. 306. Do. Ioanna.lib.1. ubi dicit, ꝙ erat causa mortis, quia verba instrumenti expresè dicebant, de donatione causa mortis. Secundò idem probatur, quia dicta donato fuit collata post mortem ibi, ex titulo donationis causa mor. & post eius mortem: cum.n. donatio esset collata post mortem donantis, videtur donatio causa mor. ita arguit Bal. in consi. 49. Ad euidentiā præmittendum est. in uer. sed hic est aduertēdum.li. 1. & Alex. in consi. 81. Viso instrumento. in ver. ꝙ autem.lib.j. ubi arguit, ꝙ donatio collata post mortem dicitur causa mortis, per regu-
8 lam, † ꝙ ubi sit facta mentio mortis, videtur donatio causa mortis, ut not. per gloss. in l.apud Celsum.§.1.ff.de doli exceptio. in l.Seia. in princip. ff. de donatio. causa mortis cum similib. vt per Alexand.in consi. 81. Corn.in d.consi. 126. libr. primo. Ter-
9 tiò idem confirmatur, quia adhibiti fuerunt quinq; testes, † prout in donatione causa mor. requiritur.l.fi. C. de dona. cau. mor. & ex dicto numero testium demōstratur, ꝙ fuerit donatio cau. mor. quia in donatione inter viuos tot testes non requiruntur: ergo uidetur donatio causa mortis per ea, quæ not. Cyn. in l. licet.C.de pact.in l.hac consultissima.§. per nuncupationem.C.de testa. Quartò, & ultimo propter uerba apposita in instrumento superius relata, in quibus dicta domina Agatha reseruauit sibi potestatem uendendi, & alienandi dicta bona donata ad sui libitum, & beneplacitum: ista.n. reseruatio uidetur repugnare donationi inter uiuos, & uidetur conuenire donationi causa mortis, ideo ex omnibus s̄. dictis concludendum est istam fuisse donationem causa mor. Non ob. quod supra allegaui in contrarium, ex quo dicta donatio fuit facta dicto Basilio, & suis hæredibus, uidetur donatio inter uiuos, ut no. Bald. in d.l.2.C.de iur. dot. cū sim. s̄. alleg. Quia pro responsione considerandum est, ꝙ Bald. ibi dicit, quòd donatio, in qua sit facta mentio de hæredibus, magis adaptatur donationi inter uiuos, quam donationi causa mortis, quia donatio inter uiuos de sui natura tansit in hæredes, secus est in donatione causa mortis. Sed primò responderi potest, quòd licet ex hoc colligeretur aliqua coniectura donationis inter viuos, in contrarium sunt præsumptiones efficaciores, & fortiora fundamenta, ex quibus necessarium est fateri istam fuis-
10 se donationem causa mortis per ea, quæ supra dicta sunt: † quia vna præsumptio tollit aliam, ut not. in l. diuus. vbi Bar. ff. de in integr. restitu. & aperta probatio casu isto videtur tollere præsumptionē.l.fi.ff.quod met. cau. & plures probationes vincunt vnā.l.cū de indebito.in prin.de prob. c. illud.de p̄sum. ita arguit Alex.in consi. 88. Omissis tribus.lib.7.& And.Sic.in consi.42.lib. 1. Secundò r̄ndetur, ꝙ licet facta sit mentio de hæredibus, illa mētio hæredis dēt intelligi secundū subiectam materiam, videlicet vt si donatio sit confimata, & habeat locum in persona donatarij,

ADDITIO.

a ¶ Bald.) Idem Ias. ibi, & l. quæ dotis. cum sequent. solut. matrimo. Philip. Dec. l. vlt. numer. 20. C. de pact. Caro. Ruin. consilio 51. numero 14. lib. primo.

a tarij, ꝙ tunc [a] transeat ad hæredes ex persona donatarij defuncti non autem ut incipiat ab ipsis hæredibus noua donatio ex persona eorum.l.1.C.ut actio ab hære.ita in terminis Bald. ad literam scribit in consi.361.Domina Ioanna.in vers.nec obst. ꝙ fuerit facta mentio hæredis.lib.1. & sic secundum istam declarationem illa mentio facta de hæredibus non magis videt arguere donationem inter viuos, quam causa mortis.Nec obst quod Bald.ibi postea arguit in contrarium per l.si quis Titio. ff. de vsufru. accre.ubi legatum factum Titio,& eius hæredib.heredes videntur legatarij:quia dimidiam Titius, & dimidiam eius hæredes habebunt:quia ille tex.nihil facit:quia esset dicẽdum, ꝙ dicto Basilio dimidia,& eius hæredibus altera dimidia acquireretur,quod esset absurdum , quia hæredes post Basilium successiuè vocati videntur,ut no.in l.Gallus.§.quidam rectè.ff.de libe.& posthu.vbi
11 Bart.versi.quæro,quid si testator.† vbi inquit, ꝙ si testator instituat talem,& eius filios,& etiã hæredes, ex eo, ꝙ dicit hæredes, intelligitur,ꝙ veniant ordine successiuo.Non ob.tex.in d.l. si qs Titio.quia dum ibi dr̃ de legato facto Titio,& heredibus suis,illa verba,& heredibus suis. non intelliguntur de heredibus Titij cui factum fuit legatum,sed hæredibus testatoris, qui reliquit le
12 gatum,prout glo.ibi intelligit.† Et hoc confirmatur quia verba
b in dubio debent referri ad testatorẽ, [b] ut no.Bar.in l.cum in testamento.ff.de aur.& argen. legat.& ut dixi,esset absurdum,ꝙ in casu nostro eodem tempore venirent hæredes Basilij cum dicto Basilio,quia viuentis non dicitur esse hæreditas.l.1.ff.de here.vel acti.ven.& facit text.in l.neminem.ff.de acq.hær. Et ad s̃. dicta ꝑ Bal.in d consi.306.lib.1.facit quod no.idem Bal.in consi.lib.1.Factum tale est,quidã nomine Cola Putij.versic.duo puncta.lib.5.
13 † vbi concludit,ꝙ si facta sit donatio filiæ,& hæredibus filiæ, donatio non valet,quo ad filiam,quæ erat in potestate; vnde si ea nuit in persona filię, ad hæredes transmittere non potuit : alleg. no.in l.2.C.de inof.don. & sic confirmatur dictum secundũ Bal. ꝙ donatio transeat in hæredes successiue , si prius confirmata sit , & habuerit locũ in persona donatarij,non autẽ immediatè hæredibus acquiritur;alleg s̃.in ꝯrium pñt.& videntur procedere, qñ fuisset æque principaliter donatio facta heredibus,sicut donatario,ita,ꝙ ualeret in hæredibus, dato quòd nõ valeret in donatario.Tertio dici potest,ꝙ dictum Bal.in d.l.2.C.de iur.do. non sit verum,quia aut in donatione nihil dictum fuit de hæredibus, & tunc non veniunt hæredes , quia videtur facta donatio propter benemerita.l.nec adiecit.ff.pro socio.& talia benemerita nonꝑueniunt in hæredibus incognitis. Et dato ꝙ venirent heredes ratione ꝯctus,& tunc ita venirent in donatione causa mortis : quia vtroq; casu est pactũ,siue ꝯctus, qui in heredem porrigitur.arg. l.pactum.ff.de proba.aut in donatione expressum fuit de hæredibus,prout Bal.loquitur,& veniunt hæredes, quia ita fuit expressum : & ista expressio ita põt fieri in donatione causa mort. sicut inter uiuos, & sic data paritate terminorum non videtur differẽtia inter donationem cã mor. & donationem inter viuos. Non
14 ob.tex.in d.l. nõ omnis. † quia intelligitur quando donatio fuit facta intuitu personæ,quia tunc non transit in heredem, & ideo præmoriente donatario extinguitur donatio.d.l. non omnis. & idẽ est in donatione facta uxori à marito inter uiuos:quia uxore donataria præmoriente resoluitur , & non transit in hæredes.l. marito.C.de do.inter vir.& uxo.l.si inter virũ.in prin.ff. de reb. dub.quia vr̃ facta propter affectionem vxoris, & sic data paritate terminorum(vt dixi)non vr̃ differentia inter donationem inter viuos, & causa mortis ; & quia illa mentio hæredum vr̃ facta ex consuetudine notariorum ; vnde nõ debet multum ponderari,vt no Cor.in d.consi.123.lib.1. hæc tamen sunt ex abundanti quia prima responsio s̃. data sufficit , & conclusio clarissima videtur,quod dicta prima donatio facta Basilio fuit donatio causa mortis,& ideo potuit reuocari.

ADDITIONES.

a ¶ Quòd tunc.) Falsum est,quia æquiparatur legatis.l.ult.C.de dona. cau. mor.sed in legatis verbum, & hæredibus. operatur transmissionem , quia talis apparet uoluntas,ergo idẽ in donatione causa mort.quam etiam donatarius pro se,& hæredibus acceptauit.Tamen in donatione hæredes respiciunt ius à donatario,nõ autem hæredes hius legatarii à legatario,quã uis sint uocati ut hæredes.

b ¶ Testatorem.)Et bene,non per d.l. cùm in testamento. sed ex verisimili mente dixi ad Alex.consi.56.li.1.adde Marsi.sing.21.Caro.Rui.consi.103. nu.14.lib.1.

EPITOME Consi. CCCCLXIX.

Non debet quis admitti ut talis , nisi probet se talem. Vnde ponens se agnatum habet probare se agnatum esse. Et uolens recuperare rem, quæ fuit maiorem suorum vi statuti id permittentis probare habet eandem fuisse ascendentium, adeo ꝙ non sufficit probare eam fuisse paternam.

SVMMARIVM.

1 *Actor si tanquam agnatus agat, se agnatum probare debet.*
2 *Filius hæreditatem petens se esse legitimum hæredem probare tenetur.*
3 *Matrimonium de iure canonico non præsumitur, sed potius fornicatio ex masculi coniunctione cum femina.*
4 *Fornicationis præsumptio, quę de iure canonico habetur, intentionem fundat nisi de legitimo matrimonio probetur.*
5 *Agnationis ius tantum in legitimis residet, & illegitimè natis non competit.*
6 *Statuto si de filio mentio fiat, de naturali, & legitimo intelligitur.*
7 *Succedere si vna persona prohibeatur, etiam ex ea descendentes excluduntur.*
8 *Verba pluralis numeri in uno non uerificantur.*
9 *Distribuendi bona in pauperes qui potestatem a testatore habet, in unum solum distribuere non potest.*
10 *Clausulæ per lineam paternam ascendentium in quibus verificentur.*



Vridicam esse arbitror conclusionem superi' firmatam à præclarissimo V. I. Docto. dom.Cæsare de nobilibus olim doctissimo auditore meo Florentiæ,& Paduæ, & clarissimum videt primum fundamẽ
1 tum,† ꝙ cum actor agat tanquam agnatus, de quo statutum loquitur debet ꝓbare se agnatum ut in sim. casu tradit Pau.de Cast.in consi.69.Super eo vero, quod quæritur.& dixi in cons.13 Et cum opponatur, ꝙ Ser. Bar. pater actoris non fuerit filius legitimus Io. Nochi aui paterni actoris,debuit articulari,& probari de matrimonio quo mediante esset natus dictus Ser. Bar. legitimus, ut docet Alex. in consil. 24. In causa vertente.lib.4.s̃.al eg. Et ista conclusio confirmatur
2 † quia quando filius agit petens hæreditatem, tunc ipse tenetur probare se esse legitimum,ut no Ant.de But. in cap. peruenit.el 2.in ver.aut filius agit.qui fil.sint legi.eo. modo si filius agit ad hęreditatem patris uti filius,debet probare se filium , quia istud est fundamentũ suæ intentionis,ut no. Ang.in l. liberorum. in prin. ff de his,qui no.infa.cum ergo in casu nostro Io. actor tanquam agnatus intendat consequi prærogatiuam , quæ agnatis à statuto tribuitur. ipse tenebatur probare se esse agnatum legitimum, quia non debet quis admitti ut talis, nisi probet se talem, ut dicit Bar. per illum tex.in l.non ignorat.C.qui accus. & hoc etiam
3 comprobari potest:† quia de iure canonico ex coniunctione masculi ad fœminam non præsumitur matrimoniũ, sed potius fornicatio.39 quęstio.5.in c.aliter.licet secus sit de iure ciuili.l.in liberæ.ff.de ritu nup.& not.per glo. in c. illud. de præsum. in verbo,uxorem & tradit Bal.in c.ex transmissa.de resti.spol.& Abb. in c.Ecclesia S.Mariæ.de consti.in versi 7.casus.& ibi dicit,quod in utroque foro attenditur,& præualet dispositio iuris canonici & idem Abb.in c.illud,in fi.de præsump.& no.Bal.in l.& si con
4 tra.C.de nup.† & ideo illa præsumptio fornicationis, quæ habet de iure canonico,vr̃ fundare intentionẽ rei, nisi ex parte actoris probetur de legitimo matrimonio, & cum non sit probatum patrem actoris fuisse legitimum , non potest dici , ꝙ agnatus fuerit
5 † quia ius agnationis tantum residet in legitimis, & non competit illegitimè natis,ut no.Bar.in l.tutelas.ff.de cap. dimi. in l. pronunciatio.§.familiæ ff.de ver.sig. Bal.in l.fin.ver.sequitur uidere. C.unde legi. Ant.de But.in consi 55.Vr̃ primo. & tradit Alex. in consi.2. Visis codic.in prin.& facit quod not. Bart. in consi. 229.
6 Cauetur statuto.in prin † vbi concludit, ꝙ qñ in statuto fit mentio de filio intelligitur de naturali, & legitimo. idem ergo vr̃ dicẽdum in statuto,quod loquitur de agnatis, ut de naturalibus,& legitimis intelligatur:& cum nõ fuerit probatum Ser.Barth. patrem actoris legitimum fuisse , nõ potuisset ipse uti prærogatiua huius statuti per supra d'cta, & pari ratione descendentes ex eo excluduntur à prærogatiua dicti statuti, quia proueniunt à radice infecta.l.fi.C.de na.lib.& no.Bal.in l.fin in fin.C.de uer. sig.Io. And.in addi.Spec.in ti.de succes.ab intest.§.j.in addi.inci. Accur. cum sim.ut tradit Alex in consi.174.Super eo,de quo quæritur.
7 lib.5.& Bene.Cap.in consi 134 Et si uideatur.† Et est regula generalis, ꝙ qñ una persona prohibetur succedere , et descendentes ex ea excluduntur, ut not.Ang.in §. reliquum.uer. ex diuerso. in in Auth de hær.& fal.Bal.in l.fi.C.de li.præt.facit tex. in l. si uiua matre.C.de bo.mater.& ex his corroboratũ remanet fundamentum , ꝙ actor non sit agnatus. Secundo principaliter conclusio domini consultoris fundata uidetur ex eo,quia non uidetur probatũ sufficiẽter de qualitate rei alienatæ,ꝙ sit patrimonialis, put à statuto requiritur:nã in statuto dr̃,de eo, qui uoluerit alienare rem immobilem patrimonialem.i. quæ fuerit suorum per lineã paternam ascendentium; ista.n.uerba, per lineam paternã ascendentium.

dentium. sunt pluralis numeri, & ad minus debent verificari in duobus ascendentibus per lineam paternam. ubi numerus. ff. de testi. in regula pluralis locutio. de reg. iur. in 6. & ideo si fuit patris eius, qui alienauit tantum, non videtur habere locum statutum, ut alias consului, & ut patet in consi. 222. s. alle. per dominum cōsultorem, & hoc confirmatur ex eo, quod tradit Pau. de Cast. in
8 consi. 14. Visis, & consideratis. ubi in simi. casu cōcludit, † ꝙ verba pluralis numeri non uerificantur in vno. & ista conclusio indubitanter procedit, quando non est eadē ratio in singulari numero, quæ est in plurali, prout videtur in casu, in quo loquitur Bar.
9 in l. j. ff. de op. lega. vbi inquit, † ꝙ ille, qui habet à testatore potestatem distribuendi bona in pauperes in numero plurali non pōt in unum solum distribuere quia in pluribus maior pietas vr̄, & ideo statutum quod loquitur de eo, qui accesserit cum hominibus armatis, & sic in plurali, non habet locum in uno armato, qa
a eadem[a] ratio non vr̄, ut no. Bal. in l. iubemus. §. sin autem. in vers. pone, statutum est. C. ad treb. secus vbi esset eadem ratio in uno, quæ est in pluribus: quia tunc quod dr̄ de pluribus, habet locum in vno, vt concludit. Pau. de Cast. in l. 1. C. de conditio. inser. cum sim. ut latè dixi in cons. 50. Quia verba testamenti. cum ergo in casu isto requiratur, ꝙ res fuerit suorum per lineam paternam
10 ascendentium, † ista verba non possunt verificari in re, quæ fuit patris tantum eius, qui alienauit, nec in solo patre eadem ratio vr̄, quæ est in re, quę fuit ascendentium per plures gradus: nam tali casu vr̄ statutum respectum habuisse ad iura, quæ considerant non paruū esse interesse familiæ, ꝙ bona maiorum suorum conseruentur in familia. l. si in emptionem. ff. de mino. in l. lex, quæ tutores. C. de adm. tut. in l. 1. §. sed si rem. ff. si quid in frau. patro. & sub nomine maiorum veniunt ascendentes per plures gradus l. iurisconsultus. in §. parentes. ff. de gradi. in l. quiq;. §. parētes. ff. de in ius voc. & tradit Alex. in consi. 4. Ponderatis verbis. lib. 4. & ideo in re, quæ fuit tantum patris, statutum non vr̄ verificari, ut latius dixi in consi s. alleg. Tertio considerandum est, ꝙ ex supra dictis in ꝯsilio res clara vr̄. Sed ēt si dubia uideretur esset pronuntiandum in fauorem rei conuenti illum absoluendo secundū regulam, quæ habetur in c. cū sint partium iura. de reg. iur. in 6. facit tex. in l. Afrianus. ff. de act. & obl. & in l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. in c. ex literis. de proba. & hoc in terminis huius statuti tradit Alex. in consi. 52. in fi. Viso themate. lib. 1.

ADDITIO.

a ¶ Eadem.) dixi s. consi. & ad eundem Dec. l. 1. nu. 12. C. de pac. adde Caro. Ruin. consi. 14. nu. 6. lib. 5.

EPITOME. Consi. CCCCLXXII.

Testator legauit T. omnia mobilia sua in domo sua existentia. Certè libri, aurum, argentū, pecuniæ, & alia, quæ moueri possunt de loco ad locum, in hoc legato includuntur, dummodo fuissent tunc in domo testatoris perpetuò, & non ad tempus, nec casu, neque negotiationis causa.

SVMMARIVM.

1 *Omne qui dicit, nihil excludit.*
2 *Statuto si caueatur, quod maritus in omni casu vxore præmortua dotem lucretur, tale statutum liberis ex primo matrimonio extantibus, locum habet.*
3 *Dictio vniuersalis omnia complectitur, & generalis est indefinita, & uniuersali non æquipollet, quando omnium comprehensorum eadem ratio non est.*
4 *Mobile dicitur, quod de sui natura moueri aptum est.*
5 *Legato immobilium libri, aurum, & argētum in tali legato includuntur.*
6 *Appellatione mobilium pecuniæ numeratæ comprehenduntur.*
7 *Dispositio indefinita de argento, vel auro facta ad pecuniam numeratam non trahitur, in qua diuersa ratio videtur.*
8 *Legato immobilium pecuniæ non veniunt.*
9 *Clausula, omnia mobilia sua. de verborum proprietate comprehendit omnia, quæ de loco ad locum moueri possunt.*
10 *Mobilia sua homines communi sermone suppellectilem suam appellant. num. 11.*
12 *Loquendi communis usus magis attenditur, quàm verborum proprietas. 13.*
14 *Doctori excellenti asserenti de consuetudine credendum est.*
15 *Loquendi communis usus, qui est facti, probari debet.*
17 *Doctoribus mortuis non creditur sicut testibus absque iuramento. 18.*
19 *Consuetudinem generalem licèt Io. & Vgoli. glossatores allegent, illis non creditur, nisi talis consuetudo probetur.*
20 *Legata si sit domus, & ea, quæ ibi erunt, in tali legato quæ ibi sunt à casu non includuntur.*
21 *Perpetuum quod esse potest, uel ad tempus, in dubio iudicari debet, quòd perpetuum sit.*
22 *Dictio, perpetuo. sine temporis præfinitione intelligitur.*
23 *Res, quæ sunt ad personæ usum, indistincte in loco esse reputantur, dato ꝙ ibi ad tempus essent.*
24 *Scholaris si testamentum fecerit, & legauerit socio omnia, quæ haberet in ciuitate, ubi studet, an in tali legato libri includantur.*
25 *Frumentum uenale quo casu in legato non ueniat.*
26 *Abesse ad tempus dicitur, quod propter latronum incursionem in alium locum translatum fuit.*
27 *Vendat si quispiam bladum, uinum, & oleum, quod ex suis possessionib. colligitur negotiari non uidetur.*



Testator legauit omnia mobilia sua existētia in domo sua prædicta, pro resolutione eorum, de quibus Lucæ dubitari contingit, videndum est de tribus. Primo de importātia huius legati attenta vi, & proprietate verborū in prima parte parte ibi, omnia mobilia sua. Secundo an proprietas verborum alteretur in isto casu propter cōem vsum loquendi. Tertio de intellectu illorum uerborum, existentia in domo sua prædicta. Circa primum verba uniuersalia sunt, dum dicit testator, omnia mobilia. † nam qui omne dicit, nihil excludit. l. a procu. C. mand. vbi glo. & Bald. in l. lul. vbi Bar. de leg. 3. & ideo in dispositione facta sub signo vniuersali ēt uenalia cōprehenduntur, ut no. Bar. in l. gene. §. uxo. ff. de usuf. le. & facit quod no. Bar. in l. serui electio. §. fi. de leg. j. & no. quod Ro. tradit de sta
2 tuto, † quo cauetur, ꝙ maritus lucretur dotem in omni casu vxo præmor. propter uerbum illud, omni casu. statutum ēt habet lo-
a cum extan. libe. ex primo matrimonio, ut Ro. scribit[a] in cons. 44. Ex supra narrato themate. in 3. dubio. nam ut ex suprà dictis colligitur, maioris est uirtutis uniuersalis oratio, quam generalis,
3 † quia uniuersalis omnia complectitur, & generalis est indefinita, quæ non æquipollet uniuersali, quando non est eadem ratio omnium comprehensorum, ut no. Pau. de Cast. in cons. 28. In cā quæ uertitur in 2. parte, in nouis. & ex his vr̄ fundata intētio legatariorū, ꝙ omnia mobilia illis debeantur: mobilia n. & se mouē-
4 tia idem sunt. l. mouentium. ff. de uerb. sig. † & mobile dr̄, quod de sui natura est aptum moueri de loco ad locum, & econtra immobile dr̄, ꝙ à loco non mouetur, ut tradit Old. in consi. 219 Factum tale est, dn̄s rex. & ideo oīa, quæ moueri possunt de loco ad locum, in isto legato de proprietate verborum comprehen-
5 duntur. † Ex quo infertur, quod libri, aurum, argentum, & pecudes in tali legato includūtur, ut dicit Spe. in tit. de fruc. & interesse in uers. tertiò quæritur. & ibi in ver. sed pone, prælatus. ēt dicit
b ꝙ fructus[b] separati à solo in mobilibus annumerantur. & idem de fructibus no. Bal. in tit. de pace Constan. c. 1. in prin. in uer. qd de fructibus. & idē sequitur Iac. Alua. in d. c. 1. in uer. si uero pacis. alleg. quædam iura, quæ parum faciunt, sed est text. clarus qui apertè hoc dicit in l. fi. ff. de requirendis re. ibi, sed & diuus Traianus inter semouentia fructus quoq; haberi rescripsit. & ueniunt fructus à die mortis testatoris, ut Card. tradit in consi. 51. Super dubijs præmissis. in fin. imò veniunt etiam fructus pendentes nō separati à solo, quia sunt res mobiles secundum eorum propriā
c naturam: ita de frumento. no. Pau. de Cast. in consi.[c] 140. Videtē dicendum, ꝙ dictum frumentum. ubi ita cōcludit. alle. quod no.
6 Bar. in l. fi. ff. de requi. re. † Vlterius etiam sub nomine mobilium pecuniæ numeratæ comprehenduntur: & considerandum est, ꝙ licet in legato auri, & argenti non includantur pecuniæ numeratæ, quia non facile quisquam argenti numero nummos computat. l. Quintus. §. 1. & in l. cum aurum. in prin. ff. de auro, & arg.
7 leg. † quia illa indefinita dispositio facta de argento, uel auro nō trahitur ad pecuniam numeratam, in qua diuersa ratio vr̄. arg. l. quesitū §. illud. de leg. 3. & no. per Dy. in rub. de reg. iur. in 6. & qa pecunia non est aurum, uel agentum nisi secundum quid; & uerba intelligi debent simpliciter, non secundum quid, l. hoc legatū. vbi Barto. de leg. 3. secus vr̄ in legato mobilium, de quo agitur,
d quia pecunię[d] comprehenduntur, quia moueri possunt de loco ad locum, ergo sub noie mobilium ꝯprehendūtur. & ad hoc est text.

ADDITIONES.

a ¶ Ro.) scribit. Sed male ꝯsuluit, ut dixi s. consi. 283. nu. 2. & in meo tract. de don. fac. in tract. matrimonij. & de inofficiosis.
b ¶ Fructus] dixi in consue. Pari. §. 1. gl. 1. q. 3. num. 36. & latius tractat dom. And. Tiraq. in tract. retrac. proximi. §. glo. 7. nu. 43. cum sequen.
c ¶ In consi.) quod est consilium 132. libr 1. in nouis. quod Andr. Tiraq. d. glo. 7. nume. 43. copiæ gratia, non approbationis citat, quia est consi. falsissimum, prout nec Decius hic illud citat tanquam verum, sed tanquam causæ inseruiens.
d ¶ Pecuniæ.) Supra consi. 481. nu. 4. vbi dixi.

tex.in Auth.de nup.§.& quia parum.in versi in text.ibi,alijs immobilibus.& ibi Ang.per illum tex.dicit, ꝙ pecunia dicitur res mobilis:& ad idem vr̃ tex.in l.si chorus.§.1.de leg 3. vbi his verbis,quæ mobilia mea erunt,do,lego:dicitur ibi quod in tali legato non veniunt pecuniæ repositæ, ut mutuo darentur, sed aliæ pecuniæ repositæ causa præsidij cõprehenduntur in legato mobilium.& ita vr̃ in casu isto: quia testator erat Canonicus cathedralis ecclesiæ Lucensis, qui lucri causa negotiari prohibetur c. fi.86.dist.& in c.negotiatorem.86. dist. c.1.& 2.& c. secundum instituta.ne cle.vel mona.& ideo dicendum,est ꝙ pecuniæ, quę erant in domo,essent repositæ causa præsidij, & per consequens ꝙ in d.legato comprehendant,ut ẽt aliàs dixi in consi.381. Visis his.in prin.Non ob.ꝙ Cor.uoluit ꝯrium in consi.49. In præsenti consultatione.ver.circa pecuniam.lib.3.

8 † vbi concludit,ꝙ in legato mobilium nonueniunt pecuniæ,per tex.in l.quæsitum.§. 1.de leg.3.& in l.si mihi Mæuia.in prin.eo.ti.quia hoc non vr̃ verum p ea,quę s̃.dixi.Non ob.iura,quibus Corneus mouet,quia in dictis iuribus non erant legata oĩa mobilia. Non ob. ꝙ ibi legata erant,quæ ibi essent,quia gl.in d.l si chorus.§.1.r̃ndet,ꝙ intelligitur secundum distinctionem d.l.si chorus.§.1 videlicet de nummis, qui essent ibi ad tempus causa mutui; & de hoc j̃.videbimus in tertio dubio:quia illa verba, existentia in domo prædicta.videntur restringere verba præcedentia legati, de quo j̃.dicam: vel in d.l.quæsitum.§. 1. erat facta dispositio de nominibus debitorum,& de nummis, ideo sicut non veniunt noĩa debitorum, ita ibi non veniunt nummi, ut fiat æqualis determinatio; arg.l.iam hoc iure.de vul.& pup. aliàs secus vr̃ per s̃.dicta. Et ex

9 s̃.dictis remanet absolutum primum dubium,†& conclusio est, ꝙ de ꝓprietate verborum illa verba,oĩa mobilia sua cõprehendunt oĩa,quæ moueri possunt de loco ad locum.In secundo dubio an verba legati alterata sint p p communẽ vsum loquendi, & prima facie vr̃ dicendum,ꝙ sic, quia, dicit Old.in consi.209.

10 Factum tale est,quia dñs rex.circa fi. † ꝙ in cõi sermone homines mobilia sua appellant suppellectilem suam: & sic solum venirent illa, quæ habentur in l suppellectili legata.ff.de suppellecti.leg.& idem Io. And.in addi.Spec.in tit.de fruc.& interesse.§.

11 1.in versi.sed pone.†vbi dicit,ꝙ verbum, mobilium.non refert ad iura,sed ad communem vsum loquendi,qui est vocandi mobilia,quæ in suppellectili consistunt.& sic concordat cum Old.in

12 d.consi.219.†& est regula cõis,ꝙ magis attenditur communis vsus loquendi,quam ꝓprietas verborum,ut no.in l.liberorum.§. quod tamen Cassius.de leg.3. Bart.in l Labeo ff.de suppelle.leg. c.quamuis.ubi Abb.post Ant.de But.de ver.sig.& facit tex.in c. quanquam.2.q.7.ibi,secundum vocabula, quæ vsus obtinuit.&

13 ibi Domi.†& in omni materia restringibili,& odiosa debet semper fieri interpretatio secundum communem vsum loquendi, vt Abb.dicit in ca.2.de arbi. cum similibus, ut congerit Felin. in proœ.decre.Alexan.& Moder.in rub.ff.de ope. no.nun.& cum Old.& Io.And. in locis s̃.alleg. attestentur de communi vsu loquendi,videtur illis credendum,ut de consuetudine not. Bar.in

14 l.de quibus.ff.de legi.in 3.princ.q.in prin.†vbi inquit,ꝙ doctori excellenti asserenti de consuetudine credendum est, & sequitur Cu.in consi.57.Monasterium circa.& Bartho. Veronen.in consi. 39 Lucius ciuis.in prin.cum similib.ut tradit Ias. in d.l.de quib. ff.de legi.& attento tali communi vsu loquendi, ꝙ sub nomine mobilium veniant tantum suppellectilia,legatum, de quo s̃.dictum est, multum restringeretur; & plura, de quibus s̃.dictum est,non comprehenderentur. Sed tamen prædictis non obstantibus contrarium de iure esse arbitror, quia de tali communi vsu loquendi non probatur, ꝙ sit in ciuitate Lucana, vnde erat testator oriundus,& in qua testator fecit testamentum;vnde in dubio à proprietate verborum, de qua s̃. in primo dubio dictum est,non est recedendum.l.non aliter.in prin.ff.de leg.3.in l.1.§.si is,qui.ver.in re igitur dubia.ff.de exerci.& secundum verborum proprietatem legatarij habent fundatam intentionem per ea, quæ suprà dixi in primo dubio. Non ob. quod s̃.in contrarium

15 allegatur de communi vsu loquendi;quia respondetur,† quòd iste communis vsus loquendi est facti ideo debere probari, vt Alex.dicit in consil.26. Videretur fortasse.in ver.non obstat. ꝙ ex communi vsu loquendi.lib.3. facit text.in c. 1.de consti. in 6.

16 †vbi dicitur,ꝙ consuetudo est facti,ideo debet probari,quia ea, quæ in facto consistunt, debent probari: quia non præsumunt. l.in bello.§.factæ.ff.de capt.c.cum in iure.de offic. deleg.& hoc modo arguit Bal.in rub. C.de fide instru. Abb.in consil.36.Circa primum. lib.2.& debet probari, ꝙ tempore conditi testamenti in loco se haberet communis vsus loquendi, vt not.Bart.in l. Labeo.ff.de supel.le. Ant.de Bu.in c.fi.de consu. Alex.in d.consi. 26.lib.3. Fulg.in consil.165. In quæstione proposita. Non ob.ꝙ de tali communi vsu loquendi in quæstione nostra attestentur Old.& Io. And.qui sunt maximæ autoritatis,quia respondetur, ꝙ non dicunt, ꝙ talis cõis vsus loquendi sit in ciuitate Lucana, in qua testator fecit testamentum, prout requiritur, secundum doctō.in locis præalleg.nam Old.qui hoc dicit,videtur attestari de communi vsu loquendi, qui erat in Gallia, vbi ipse consuluit,& ibi morabatur, & idem Io. And. qui formaliter refert verba Old.vnde licèt cõis vsus loquẽdi sit in vno loco,vel in aliquibus locis,non tñ vr̃ esse in oĩb locis;ut dicit Alex.in consi. 5.Circa primum dubium lib.3.& ista vr̃ clara responsio. Secundò re-

a sponderi potest,ꝙ ſm veriorem opinionem non creditur [a] doctori asserenti de cõi vsu loquendi,uel de cõsuetudine, ut Ale. concludit in l.post dotem. in versiculo, sed puto indistinctè.ff.

17 sol.mat.dicens.† ꝙ ẽt si plures doctores in eorum lecturis affirment ita de consuetudine esse, & obseruari, ꝙ illis non creditur, quia illis est concessum iura interpretari, non aũt super his,quæ sunt facti,possunt disponere.& idem tenet Are.in consi. 132.In causa,quæ vertitur.ubi inquit,ꝙ nunquam sibi placuit,ꝙ credat doctori affirmanti consuetudinem esse:quia non creditur ẽt religiosis sine iur̃o. c. nuper. de testib. & circa hoc latius insistit idẽ Franc.de Curte.in consi.78. Quia solet dici.& Corneus concor-

18 dat cũ prædictis in consil.83. Circa primũ.lib.4.†ubi concludit non esse credendum mortuis doctoribus, quia testibus non creditur absq; iur̃o.& d.gl.de consuetudine non est standũ,nisi consuetudo probet,ut Bal. dicit in l.ꝓsentaneum.in 5.oppositione. in fi.C.quomo.& quan.iud.& idem Bal.in l.fi.C.de fideic. dicit,

19 †ꝙ licèt Io.& Vgol.glossatores allegarent generalem consuetudinem,illis non credit, nisi talis cõsuetudo probet: quia est facti, & debet probari.alleg.c.1.de constitu.in 6.& idem Bald in l.cùm quidam.§.quod dr̃.in fi ff.de acq. hære.ꝙ non statur d. Bar.asserenti de cõi vsu loquendi, sed debet ꝓbari in iudicio de isto cõi vsu loquendi.Venio ad tertium dubium,in quo agitur de declaratione illorum verborum,existentia in domo sua prædicta quę restringunt legatum; & ista uerba declarata uidentur in l.si ita le

20 gatum.de leg.3.†ubi dr̃ ꝙ in legata domo, & eis,quæ ibi erunt, cum moriar,in fin.dr̃, ꝙ in tali legato non includuntur, quæ ibi sunt à casu, quia reputantur abesse. Et eꝯ comprehendunt,quæ casu abesse reperiuntur,quia in domo esse uidentur.ad idem tex. in l.quæsitum.§ fi.eo.ti.de leg.3 & ibi Bar.dicit, ꝙ ea,quæ casualiter absunt, abesse non uidentur.ad idem facit text.in l.prædia.§. 1.de fun.instru.& in l.si testamento.ubi Bart.ff.de ali. & ciba.leg. & in c.ex parte tua.de cleri.non resi. & ad prædicta facit text.in l.huiusmodi.§.legatum.de leg.1.ubi ancilla,quæ aufugit,reputatur esse in loco.& in l.seruus, qui in fundo.de leg.3. & in l.si fundus.eo.tit.ubi illa verba,quæ ibi erunt, non intelliguntur de his, quæ ibi sunt ad tempus, sed de his, quæ ibi perpetuo esse solent. ad idem text.in l.qui saltum ff.eo. tit de leg. 3.in l.ex facto.§ rerum aũt.ff.de hær.inst.in l.1.C de verb.sig.& tradit Alex.in consil.16. Viso tit.lib.1. & sic ex prædictis legatum limitatur non habere locum in his, quæ reperiuntur esse in domo à casu, uel ad tempus.vnde perscrutandum erit, an bona reperta in domo essent ibi ad tempus,uel a casu,uel perpetuo. Et in dubio vr̃ fundata intentio legatariorũ,ꝙ bona ibi,deberent perpetuo remane-

21 re,†quia in dubio illud,quod potest esse perpetuum,uel ad tempus,debet iudicari ꝙ perpetuum sit.l.sufficit.ff.de condi.indeb. vbi Bar.& in l.iurisperitos.in prin.ubi Bar.ff.de excu.tu. facit qđ not.per gl.in c.fi.in uerbo, perpetuus.in fin.de rescrip.in 6 & ibi Domi.in fi glo.in uer.& no bene istam gl.& ad idem, quod no. per gl.in c.2.in uerbo,electione.de rescrip.& quod tradit Card.

22 in cle.1.in 10.q.de elec.cum simil.† Et perpetuo intelligitur sine temporis præfinitione, ut dicit Bald in l.ex facto. declarando illum text.in uerbo, perpetuo.ff.de hære.insti.ubi alleg. text.in l. debitor.ff.de pign. & idem Ang.in d. l.ex facto. Et huic conclusioni non uidentur obstare iura suprà alleg. quia non loquuntur in dubio,sed in dictis iuribus apparebat, ꝙ res essent in loco à casu,vel ad tempus; & hoc constat discurrendo dicta iura : nam in d.l.si ita legatum.& in d.l.quæsitum.§ fi.dicitur, ꝙ non ueniunt, quæ à casu sunt in domo, quia ibi esse non solent, secus ergo si ibi esse solent. prout in casu isto uidetur.in primis.enim consuetudo ipsius testatoris inspicitur. l. si seruus plurium. §.fin.de leg. 1.in l.hæredes palam.§.si quid post.ff.de test. & non considerat, quod casu superuenienti contingit,ut per gl in l.certi condictio. in princip.in uerbo,ex omni.in fi. ff.si cer.pet. & uidetur text.in l.item ueniunt.§ cum prædiximus.ff.de peti.hære. Et econtra si aliquid fuisset extra domum à casu, reputaretur ꝙ esset in domo, & comprehenderetur in legato, ut probatur in iuribus

23 præalle. † Et res, quæ sunt ad usum personæ, indistinctè reputantur esse in loco,dato ꝙ ibi essent ad tempus, ut Bald.concludit de scholari in d.l.ex facto. §.rerum autem.in uersicul.deinde

24 no.†ubi ponit quęstionem de scholari,qui fecit testamentum, & socio legauit oĩa, quæ habebat in ciuitate, ubi studebat, concludit,

ADDITIO.

a ¶ Non creditur.) Suprà consi.402.vbi dixi.

cludit, quòd in tali legato includ ũtur libri, qui licèt essent ibi ad tempus, tamen quia erant ad vsum personæ, dicuntur esse in loco, in quo illis vtebatur: allega. l. debitor. ff. de pigno. & idem sequitur Ange. ibi in d. l. ex facto. post Cyn. ibi in versi. & allegatur ad quæstionem. Non obst. iura, in quibus dicitur, ꝙ non veniunt pecuniæ, quæ sunt ibi causa fœnerandi, d. l. si fundus legatus. & in d. l. si chorus. §. 1. de leg. 2. quia hoc deberet probari, ꝙ ibi essent pecuniæ causa fœnerandi, præsertim propter qualitatem personæ, per suprà dicta, & hoc non probatur, nec probari potest. Non obst. quod dicitur de frumento, quod non venit in tali legato, vt tradit Capra in consi. 45. Cum viso. quia videtur positum ad tempus: quia vltra trienniũ durare non potest, iuxta glo.
25 in l. 1. C. si aduer. vsuca.† & quia si esset venale, non veniret in legato, vt no. in l. generali. §. vxori. de vsufru. leg. Quia pro responsione considerandum est, ꝙ decisio illa fundatur principaliter, quia dispositio testatoris non porrigebatur ad futura. iuxta l. si ita. de auro. & argen. lega. & illud frumentum non erat in domo tpe testamenti: & ista ratio cessat in casu nostro, in quo erat frumentum in domo tempore testamenti: aliæ rationes non videntur procedere, nam dato, ꝙ frumentum vltra triennium durare non possit, propter hoc non potest dici, ꝙ frumentum ad tempus in domo repositum fuisset, ſm ꝙ doctores cõsiderant, an ibi res sit perpetuò, vel ad tempus. Primum. n. attenta ratione prædicta, ꝙ frumẽtum non durat vltra triennium, semper esset frumentum ibi ad tempus, & non posset dari casus, ꝙ frumentum esset perpetuò in domo. & illa distinctio, quam faciunt iura s. allegata, nõ posset in frumẽto verificari; vnde in ista materia verbum, perpetuò. intelligitur sine præfinitione temporis, vt dixi s. ſm Bal. & Ang. in d. l. ex facto. & ad tempus quando de certo tẽpore exprimitur; vel secundò ad tempus dicitur, quando à casu reperitur ibi esse, & nõ cum intentione, ꝙ ibi moretur, & ita iura considerare videntur in d. l. ex facto. §. rerum. vbi ad tempus dicuntur abesse serui, qui pro vno negotio putà ad exigendum debitum, vel merces comparandas missi sunt: & propter hoc nõ
26 reputantur abesse, vt in l. 1. C. de verb. sign.† vbi ad tempus abesse dicitur, quod propter incursionem latronum custodiæ causa in alium locum translatum fuit. & idem vr̃ in alijs iuribus s. allegatis; & ita vr̃ dicendũ in frumento, si quis habet et in domo frumentum, & ne cogeretur illud vendere extra domum, in loco secreto reponeret: quia esset extra domum ad tempus, & à casu, & reputaretur esse in domo, & hoc modo ad tempus, & à casu debet accidentaliter considerari. Similiter non obst. ꝙ frumentum esset venale, & venalia non includuntur, vt suprà dictũ est: quia Capra in d. consi. loquitur conditionaliter, si esset frumentum venale, & in casu nostro frumentum non erat venale, & etiã si esset venale, videretur includi in legato propter illa verba vniuersalia, omnia mobilia. vt not. Barto. in d. l. generali. §. vxori. de vsufru. leg. Alex. in consi. 118. In casu. lib. 5. hoc tamen dictum est ex abundanti, quia ex qualitate personæ constat, ꝙ non negotiabatur, & quia dato, ꝙ dominus testator venderet frumentum quod ex prædijs suis colligeret, nõ diceretur negotiari, vt Abb. tradit in consi. 6. Casus, super quo. in fi. in versi. ad secundum. lib.
27 1.† vbi in terminis dicit, ꝙ ille qui vendit bladum, vinum, & oleum, quod colligitur ex possessionibus suis, non dicitur negotiari: ideo non habet locum quod dicitur in c. fin. de vita, & honesta. cleri.

EPITOME Consi. CCCCLXXIII.

Custos pecuniarum publicarũ non tenetur de nummis ei furto subtractis, dummodò non sit in culpa, & in eorum custodia illam diligentiam adhibuerit, quam diligens paterfa. fecisset.

SVMMARIVM.

1 *Genus perire non potest.*
2 *Depositarius quando pro custodia mercedem recepit, etiam pro leui culpa tenetur.*
3 *Contractibus quodlibet verbum etiam minimum operari debet.*
4 *Locator si conductori promittat illum non expellere durante locationis tempore, vt verba contractus aliquid operentur, generaliter accipiuntur.*
5 *Debitor speciei ex natura contractus de casu fortuito non obligatur.*
6 *Furtum in dubio custodis culpa factum videtur.*
7 *Casu ex fortuito nullus tenetur.*
8 *Consuetudo vbi extat, aliquid fieri excusat.*
9 *Exactores publici si pecuniam exigant, illam in florenis redigere non debent, vel florenos in pecuniam.*
10 *Officiales pecuniam communis in alios vsus conuertere non debent.*
11 *Verba licèt intelligi debeant, vt aliquid operentur, attamen nisi secundũ actus naturam, de quo agitur, operari non debent.*
12 *Murum ruptum, vel ostium fractum custodem excusat.*



Væritur in effectu, An officialis, q recepit pecunias pro dñis Lacus Perusini, teneatur illas restituere, si existẽtes apud eum furto subtractæ fuerunt. Et primo motu videretur dicendũ, ꝙ sic, quia ipse recepit pecunias simpliciter, & vr̃ constituere se debitorem ad restituendum tot pecunias in genere, quia habent functionem in suo genere. l. 2. §. j. ff. si cer. pet. & mutua vice funguntur, & tantundem præstant, vt dicit tex. in l. certum. in fi. ff. eo tit. & stante hoc, ꝙ esset obligatus in genere, si pecunias, quas recepit, aliquo casu amiserit nihilominus obligatus remanet, vt dicit tex. in l. 1. §. is quoq;. ff. de act. & obli. & in §. item is, cui. inst. quib. mo. re contrahi. obli. in fi. & ratio illa
1 videtur,† quia genus perire non pōt. l. incendium. C. si cer. pet. l. in ratione. la 2. § incertæ. ff. ad l. fal. facit text. in l. si te bonis. C. de iure delib. Sed dato, ꝙ in specie dictus officialis obligatus fuisset ad pecunias, quas recepit, restituendas, considerandum est, ꝙ licèt dictus officialis esset depositarius, q solũ de dolo, & lata culpa tenetur, qñ fit depositum gratia tantùm deponentis. §. præterea. insti. qui. mo. re contrahi. obli. in l. si vt certo. §. nũc videndũ. ff. como. in l. ꝯctus. ff. de reg. iur. in prin. l. 1. C. depositi. tñ in casu isto, vbi officialis, habebat salarium pro officio, & custodia, vr̃, ꝙ tale depositum esset factum gratia vtriusq; deponentis, & depositarij, quo casu depositarius tenetur de dolo, & lata culpa, & leui, vt no. Bar. in l. ꝙ Nerua. in 8. q. ff. deposi. Abb. post alios in c.
2 2. de depo.† Et qñ depositarius pro custodia recepit mercedem, ēt pro culpa leui tenetur. §. nunc videndum. in vers. nisi fortè. & in d. c. 2. ibi, vel si aliquid pro custodia recepisset. & in l. j. §. si vestimenta. ff. depositi. & in l. qui mercedem. ff. loca. vbi gl cum ergo prædictus officialis habeat salariũ pro dicto officio, & custodia, tenetur de dolo lata culpa, & ēt de leui culpa per iura præallegata. est ergo videndum in casu proposito, an dicto officiali, saltẽ leuis culpa imputari possit, vt ꝓ tali furto teneatur; & in hoc debet in primis ꝑscrutari ꝯctus promissionis factæ pro ipso officiale Io. Stephano per Guidonem ser Ridolphi, qui ꝓmisit facere, & curare ita, & taliter cum effectu, ꝙ dictus Io. Stephanus bene legaliter, solicitè, bona fide, & sine fraude reddet rationẽ administrationis dicti sui officij, & reddet, ac restituet omnes, & singulas pecuniarũ quantitates ad manus dicti Io. Stephani perueniendas cã, & occasione dicti sui officij, alias de suo proprio facere, attendere, & restituere promisit, vt latius in suo instrõ pro-
3 missionis continetur:† nam in ꝯctib. quodlibet verbum ēt minimum debet aliquid operari, vt no. Bal. in rub. C. de ꝯhen. emp. 9.
4 q.† Et ideo si locator promittit cõductori illũ non expellere durante tpe locationis, vt verba ꝯctus aliquid operentur, verba illa accipiuntur generaliter, vt verba sonant, & non poterit locator conductorẽ expellere, dato ꝙ velit domum pro suo vsu; & tali casu non habet locum tex. in d. l. ędem. vt Ang. ibi dicit; ita videretur dicendũ in casu isto, ex quo fuit promissum, ꝙ dictus officialis restituet oẽs pecunias, quæ ad eius manus peruenissent; talis promissio generalis debet generaliter intelligi, vt verba sonãt vt aliquid operetur: & sic non obstante furto aliquo vr̃ voluisse se obligari. Prætereà dato, ꝙ officialis nõ esset pro casu fortuito
5 obligatus ſm regulam, quæ est, †ꝙ debitor speciei ex natura cõtractus de casu fortuito non obligatur. l. quæ fortuitis. C. de pig. actio. l. in rebus. in prin. ff. commoda. in l. 2. §. si eo tempore. ff. de admin. re. ad ciui. pertinen. & in deposito est tex. in l. 1. C. deposi. & generaliter dr̃ in l. contractus. in fi. ff. de reg. iu. tñ si culpa præcedit casum ratione culpæ, ēt de casu debitor tenetur. d. l. in reb. §. 1. & in §. item si is, cui. in fi. ibi, si modò non ipsius culpa is casus interuenit. insti. quib. mo. re. ꝯhi. obli. facit tex. in l. ꝙ te. ff. si cer. pet. in l. si ex legati causa. de verb. obli. & in d. c. 2. de deposi. & in casu isto dr̃, ꝙ officialis fuit in culpa, quia non habebat pecunias in capsa solita, sed deposuit illas in quodam suo forzerio, & ꝯ ipsum officialem est fundata intẽtio, quia ad ipsum pecuniæ peruenerunt, vnde in furto præsumitur culpa ꝯ officialẽ, nisi probetur casus, vt not. Bar. in l. si quis ex argentarijs. §. an verò hæredi. ff. de eden. & ipse debet probare casdm manifestis probationib.
6 vt dicit Bar. ibi per l. si creditor. C. de pig. actio. Et in dubio uidet
a furtum factũ culpa custodis,[a] ut no. Bal. in l. 3. § cognoscit. de offic. præfec. uigi. in uersi. item not. ꝙ furtum. per tex. in d. l. 3. in §. effracturæ. & idem no. Ang. in l. fi. ff. de custo. reo. circa fi. & tradit Corneus in consi. 23. In hac consultatione. lib. 3. Et vr̃ etiam iudex habere potestatem torquendi custodes, ut fures indicent, ut not. Bart. in l. 1. in 3. not. per illum tex. ff. de offi. præfec. uigi. & in l. 1. in fin. ff. furt. aduer. nau. & Ioan. de Imo. in consi. 2. In casu proposito.

ADDITIO.

a ¶ Custodis.) Alex. consi. 158. nu. 3. lib. 2. Phili. Decius, l. quod te. in prin. si cer. pet. & vtrobiq; in annotationibus dixi.

proposito.& hoc etiam sine alijs indicijs intelligitur,ut not.Bar. Veronen.in consi.18.Statutum Vicentiæ. Ange. Are.in tract.ma lefi.in verbo, Vestem cœlesti natura.in ver.& etiam tu iudex aduertas. Supradictis tñ non obstantibus contrarium de iure arbitror,videlicet, ꝙ dictus officialis molestari non possit.& præsuppono ꝙ furtum,de quo agitur,sit casus fortuitus,quia absq; culpa officialis factum fuit,s'm ea,quæ narrantur,& inferius dicam, quo casu dr̃ fortuitus,vt no.per gl.in l.cum duobus.§. damna fatalia.ff.pro socio.& probatur in l in ratione.la 2 in princ. ff. ad l. fal.& per illum tex tenet Alb.in l.quę fortuitis.in ver.vtrum furtum sit casus fortuitus C.de pigno.actio.vnde regula cōis succe-
7 dit,† ꝙ ex casu fortuito prædictus officialis non tenetur.d.l.j.C. deposi.d.l.in rebus.in prin.cum si.s.alleg.nec in isto casu dici pōt ꝙ culpa præcedat casum,secundum ea,quæ narrantur: quia dr̃, ꝙ cum officialis requisiuisset scriptorem,ut iret simul ad socian dum Camerlingum in die veneris sancti ad officium diuinum: scriptor dixit dicto officiali, ꝙ ipse postea veniret: cui officialis replicauit, ꝙ in eius discessu bene omnia clauderet, & ꝙ claues secū portaret, & ita cum breui spacio dictus scriptor postea ad ecclesiā cum clauibus accessit:& in ecclesia erat officialis, & scriptor cum Camerlingo:& illis omnibus existentibus in ecclesia ve nit vnus de familia, qui illis tribus nuntiauit cameram apertā fuis
a se, & forzerium,in quo erant pecuniæ, fractum [a] fuisse, & pecunias ablatas fuisse, prout erat in veritate, & tunc scriptor ostendit claues dictæ cameræ dictis officiali.& Camerlingo his stantibus,prout narratur,non vr̃,ꝙ culpa aliqua imputari possit prædicto officiali, p p quam ipse teneatur:nam quando officialis recessit,vt iret ad ecclesiam,dimisit in domo scriptorem, cui commisit,ꝙ in eius discessu omnia bene clauderet,& claues secum de ferret:in hoc.n.fecit quod quilibet diligens paterfa.fecisset,ideo non vr̃ in culpa,ut not.Bart.in l.si negotia.ff.de neg.gest.in ver.tu dicas.& Pet.de Anch in consil.349 Pro decisione quæsiti.ubi dicit excusari à culpa illum, qui adhibuit illam diligentiam, quam
8 homines discreti,& diligentes solent adhibere.† Et quia erat con suetum ita fieri,ideò excusatur officialis,ut no. Pet. de Anch. in d.consilio, vbi ponit notabilem casum de incendio, & custos nō tenetur,qñ absque eius culpa datum damnum fuit,ut no. Rom. in consi.7. Visis necessarijs.in versic.3.ex eo.vbi alleg.tex. in l. si quis fundum § imperator.ff.loca.& in simili casu custodem non esse in culpa,& consequenter non teneri consuluit Ro. in consi. 395.Vt res clarior reddatur.& sic vr̃ concludendum, ꝙ in isto casu officialis non teneatur.Difficultas videtur in respondendo ad allegata s̄.in contrarium, quibus tñ ex supra dictis responsio colligitur,& respondendo formaliter,primò non obstat, ꝙ officialis vr̃ debitor in genere,quia genus perire non potest,ut supra dixi:quia ad hoc respondet negando,& dico, ꝙ imo in specie erat obligatus ad illas pecunias, quas recipiebat .ad hoc bene facit dictum Bar.in l.1.C de au.public.persecutio.lib.10. vbi per illū tex.
9 dicit,† ꝙ exactores publici, si exigunt pecuniam, non debent illam redigere in florenos,vel florenos in pecuniam:ex quo datur intelligi,ꝙ pecunias,quas recipiunt, debent officiales reddere in specie, nam ipsi recipiunt nomine rei publicæ, & dominium est rei publicæ,& officiales habent custodiam,& in depositum recipiunt pecunias,& natura depositi est,ꝙ non trasferatur dominiū & ꝙ reddatur in specie, & non potest officialis pecuniam publicam mutuo accipere,vel aliter in eius vtilitatem conuertere l. 1. vbi Bar.C.de his,qui ex publi.colla.lib.10 & in l.2.e.tit.dicit Bar.
10 ꝙ † officiales non debēt pecuniam communis in alios vsus con uertere,& idē Bar.in l.diui minime.C.de suscep.præpo. & arch. lib.10 Non ob.ꝙ officialis depositarius esset obligatus etiam de leui culpa in tali deposito facta gratia vtriusque; ut suprà dixi: quia respondetur, ꝙ secundum suprà dicta non vr̃ officialis fuisse in culpa saltem lata,vel leui,nec leuissima: quia vr̃ casus fortuitus,vt dictum est,& pro tali casu officialis depositarius non tenetur.Non ob. ꝙ verba generalia promissionis latè debent intelligi,qñ aliàs nihil operarentur: quia in casu isto multum operarentur: quia obligant illum, qui aliàs non tenebatur: & ideo in casu isto consonat, ꝙ verba generalia secundum subiectam materiā intelligantur, & secundum naturam contractus, de quo agitur. l.si vno.in princ.ff.loca.vbi Bart.l.si.stipulatus.ff.de vsur.l.insulā.
11 ff.de præscrip.verbis.† Et licèt verba debeant intelligi,ut aliquid operentur, tamen non debent operari nisi secundum naturam actus,de quo agitur,ut no.Bal.in rub.C.de contrahen.emp.in 9. q.& tradit Alex.in consi.21.Viso cōpromisso lib. 5 Non obstat, quod de casu quis tenetur qñ culpa casum præcedit:quia hic culpa nō precessit casum,ut ex suprà dictis patet.Non obstat,quod vr̃ in culpa,quia pecunias non habebat in capsa solita,sed illas reposuit in quodam suo forzerio: quia in eodē forzerio habebat proprias pecunias,vnde non vr̃ in culpa,arg.l.si constant.§ si maritus.ff. sol. matr.& hoc vr̃ omninò in casu isto procedere, quia cōi opinione pecuniæ non erant minus securæ in forzerio,quam in capsa solita.Non obstat,ꝙ officialis,ad quem peruenerunt pecuniæ tenetur probare casum: quia videtur probari secundum narrata, ex eo ꝙ camera,quæ erat clausa,fuit aperta,& forzeriū
12 ruptū fuit,ut no.Bar.in l.si quis ex argentarijs.§.fi.ff.de eden.† Et idem in muro rupto,vel ostio fracto,no.Bart.in l.si quando. in fi. C vnde vi.cum si.Non obstat, quod in dubio furtum præsumit̃ factum culpa custodis,quia in casu isto res non videtur in dubio, quia constat ex supra dictis officialē non esse in culpa. Non obst. ꝙ iudex habet potestatem torquendi custodes,ut fures indicent: quia hoc vr̃ intelligendum in custodibus,qui verisimiliter haberent notitiam furti,secus videtur in casu isto, in quo absente dicto officiali furtum factum fuit,& illi nō uidetur, ꝙ culpa adscribi possit, ut supra dictum est.& ita ex omnibus supra dictis concludo,ꝙ pro tali furto officialis,uidelicèt custos dictarum pecuniarum molestari non possit:& in simili casu idem tradit Bar. Veronen.in consi. 69. Circa primum de incendio. pro quo conductor non tenetur,prout etiam consuluit Petr.de Ancha.in dicto consi.349.Pro decisione quæsiti.

ADDITIO.

a ¶ Fractum) Idem latè Hiero.Grat.consi.94. lib.2.& ibi consi. sequenti. Ioan.Maria.Riminaldus consi.96.aliud consilium cum subscriptionibus, & consilio.97.Antonius Piparotus.& consi.98.consi. Iasonis.& consi. 99. consilium Barthol.Socin.& consi.100.Gualeoti de Gualdis in eandem rē eodem libro inter consi.Grati.

EPITOME Consi. CCCCLXXIIII.

Transactio facta à prælato capituli consensu accedente valet, nisi inde inferretur ecclesiæ grande præiudicium Adeo vt contra eā in integrum restitutio nō detur, nisi de enormi læsione appareret.

SVMMARIVM.

1 *Causis fauorabilibus sic debitores sumus,ne alijs iniustitia fiat.*
2 *Prælatus cum capituli consensu ecclesiæ præiudicare potest.* 56.
3 *Instrumentum publicum si de aliqua re extet, licèt manifestum sit, secus tamen quando contra instrumentum obijcitur.*
4 *Futurum omne despicitur, suadentque præsentia fructum, & ad præsens oua cras pullis sunt meliora.*
7 *Confessio solius prælati ecclesiæ præiudicat,quando capitulum non habet.*
8 *Transactio de re dubia, & lite incerta fit.*
9 *Transactio inter personas ecclesiasticas quo casu valeat.*
10 *Religiosi reprehensione digni sunt, qui contractui ab eis solenniter celebrato, & longo tempore obseruato contrauenire non verentur.*
11 *Restitutio in integrū ad hoc,ut concedatur,læsio non parua probari debet.*
12 *Monasterium restituitur,quando apparet enorme dispendium incurrisse.*
13 *Restitutio in integrum post quadriennium ecclesię non datur.*
14 *Probabilis ignorantia in facto proprio non cadit.*


VIso Instrumento Syndicatus, & transactionis subsequutæ, & diligenter consideratis his,quæ accuratè,& plene deducta sunt in consilio celebratissimi iurisconsulti domini Mathęi de Nicolinis uti fratris maioris honorandi, iuridicam esse arbitror conclusionem ab eius excellentia firmatam, in fauorem Raphaelis Nichodemi contra Priorem,& monachos ordinis S.Benedicti,ut ipsi non debeant contrauenire transactioni ab eis maturè, & solenniter factæ,& conclusæ,& annis quam pluribus obseruatæ. licèt enim causa monasterij, & ecclesiæ eorum fauorabilis sit, † sic tamen fauorabilibus causis debitores sumus, ne alijs fiat iniustitia, vt dicitur in cap. ex tenore. de foro compet. in cap. nuper. de don. inter uir.& uxo. & manifesta iniustitia quidem esset in casu isto, si à dicto instrumento transactionis recederetur: & hoc euidenter probatur,quia in tali transactione monasterium nihil relaxauit,quod possideret,& quo casu a prælato cum capit.transa
a ctio fieri pōt, secus si a prælato res immobilis deberet relaxari, [a] ut concludit Bart.in l.nulli.ff.de transac.Fede.in consi.94. Casus talis est ꝗ prælatus. & Abb. in consil. 56. Videtur primo. lib. 1. in consil. 62. Illud de iure quæritur. eo.lib. 1.& in ca. veniens. de transac. in vltimo not.in c.contingit.eod.tit. Cum ergo in dicta transactione non ageretur de aliqua alienatione, sed remissione cuiusdam actionis competentis monasterio, concludendum est dictam transactionem cum prælato, & consensu capituli fa-
* ctam voluisse,ut * communiter doct. tenent in locis s̄. alleg. & ad
2 hoc facit ꝙ no. Bar.in l.iubemus nullam.C.de sac. san.eccl.† vbi conclu-

ADDITIO.

a ¶ Relaxari.] Panor.c.cùm tempore.de arbitris.Ias.d.l.nulli.l.2.de offic. eius, cui manda. est Iurisdi. Iacobi. de sancto Georgio in inuestitu. feud. char.18.in magnis.

concludit, ꝙ prælatus cum consensu capituli pōt præiudicare ecclesiæ. & tradit Do. in consi. 229. Circa istud dubium. & de episcopo no. Bal. in l. præses. C. de transac. ꝙ transigere potest de bonis non incorporatis ecclesiæ, & episcopus cum capitulo habet potestatem plenam disponendi de bonis ecclesiæ, ut Cald. tradit in cōsi. 3. An si ecclesia. in tit. de reb. eccl. non alie. Secundò principaliter hoc comprobatur ex qualitate debiti, de quo facta fuit transactio: nam in tali debito plures crcunstantiæ concurrebant, ex quibus dici non potest, ꝙ dicta transactio fuerit facta saltem cū graui præiudicio ecclesiæ: erat enim debitum fundatum in confessione dotis, ut patet in instrumento, quo casu opponi potest exceptio nō numeratæ pecuniæ dotis. l. 1. ubi Bar. C. de dote cau. non nu. & sic ex isto primo capite apparet, ꝙ debitum non erat liquidum, quia erat opus probare pecuniam numeratam fuisse. Secundò prout narratur in instrumento syndicatus, licet confessio dotis facta fuisset pro florenis quingētis, vt patet ex libro Frācisci del Nente, in veritate tantum floreni trecenti soluti fuerunt quo casu etiam ex isto capite non videt, quod debitum quingentorū florenorum clarum, & liquidum dici possit: † quia licèt ma-
3 nifestum sit illud, de quo extat publicum instrumentum, vt nota. Bar. in l. 1. in prin. ff. de noui ope. nunc. cum si. vt dixi in c. licet causam. de proba. in 13. no. hoc non est verum, quando ꝯ instrumētum obijcitur, ut no.. Anto. de Butr. in c. cum conting. de rescrip. in c. cum dilecti. de do. in d. c. licet causam. Tertio considerandū. est, ꝙ debitum dotis, de quo agitur, non erat exigibile de præsenti, quia non erat tempus restitutionis dictæ dotis, ut dr̄ in dicto instrumēto syndicatus: quo casu ob interusurium medii temporis soluendo de præsenti illud, quod erat soluendum in futurum, dr̄ plus soluere: & tardius soluendo dr̄ minus soluere. §. plus autē in versi. tempore. insti. de actio. & dies dicitur pars summæ. l. 1. §.
4 diem. ff. de edend. † & quia omne futurum despicitur, suadentq; præsentia fructum, & ad præsens oua, cras pullis sunt meliora, vt gl. dicit per illum text. in c. cum hi. in prin. de transl. Et de prædictis constat ex dicto instrumento syndicatus, & ex confessione di-
5 cti prioris, & monachorum: † quo casu confessio prælati cum capitulo præiudicat ecclesiæ, ut nota. per gl. in l. certum. §. sed an ipsos. in verbo, non sufficere. ff. de confes. & idem tenet gl. in c. dudum. el 2. de elec. in verbo, veritate. quæ tñ dicit hoc procedere, qñ alia adminicula concurrunt, prout in casu isto videtur. & idē Abb. concludit, qñ ex tali confessione non inferatur præiudiciū in bonis immobilibus ecclesiæ, vt ipse tradit in c. fi. de præscript. & idem, quando confessio prælati cum capitulo tendit ad liberādū, ut late scribit Pau. de Cast. in ꝯs. 1. Ego Pau. de Cast. & ista in casu isto ꝯcurrunt, quia non tractatur de alienatione bonorum immobilium, sed tractatur de fauore liberationis, ideo talis confessio vr̄ ecclesiæ præiudicare. & idem Abb. in consi. 42. Videndum est. in uer. item hic interuenit confessio prælati. libr. 1. vbi alle. Io.
* And. in c. quia clerici. de iure. patr. qui dicit *communiter* teneri,
6 † ꝙ factum prælati cū concilio capituli præiudicat ecclesiæ, licet secus esset in confessione solius prælati, ut tradit Ro. in cōsi. 369. Paucis agam. & Ab. in c. dilectus. de capel. mona. dicit, † ꝙ etiam
a confessio solius prælati preiudicat ecclesiæ, qñ non habet [a] capitulum, & in confessione prelati cum capitulo ꝙ præiudicet ecclesiæ, ēt tenet Ang in consi. 245. Quia omne datum. quibus oīb. suprà dictis transactio, de qua agitur, euidenter iustificata videtur, ut nullo modo impugnari possit, quia transactio fuit facta de re dubia propter confessionem: & ex eo, quia dicebatur debitum tantū fuisse de florenis trecentis, & quia de præsenti soluti sunt ducentū viginti, ut suprà dictum est: & stantibus supra dictis videtur facta trāsactio s̄m eius naturam, † quæ est, ꝙ fiat de re dubia,
8 & lite incerta, ut no. in l. 1. ff. de transac. & tradit Abb. post alios in rub. de transa. Ro in consi. 244. Prouidentia. in prin. Cu. in consil. 156. visa serie. cum si. ut dixi in rub. C. de transa. & in casu nostro
9 in terminis consuluit Pet. de Anch. in cons. 135. Ex consilij. † vbi concludit valuisse trāsactionē factā inter moniales, & quosdā fratres, qa ius monialiū erat dubiū, & incertū, & iusta fuit causa transigēdi de re dubia, & lite incerta. & licet in casu isto lis adhuc nō esset, sufficit, ꝙ subesset timor, & suspicio futuræ litis, l. 2. C. de trāsa. & cū legitima fuerit facta transactio, retractari non potest. l. q̄uis. l. transactione. C. de transf. & adhoc etiā alle. Pet. de Anch. in d. consi. tex. est. in c. fin. de pact. in 6. & dicit hoc maximè habere locum in religiosis; & prædicta transactio corroboratur ex eo, ꝙ longo tempore obseruata fuit, ut dicit Pet. de Anch. in consil. prealle. & facit tex. in c. contingit. de transact. ibi, si fuerit aliquot annis seruata. & ista transactio per annos 20. obseruata fuit, vt patet ex cursu temporis; quia anno millesimo quingentesimo
10 quarto facta fuit, † unde reprehensione digni sunt religiosi, qui contractui ab eis solenniter celebrato, & longo tempore obseruato contrauenire non uerentur, & contra illos ualde inuehit in simili casu Maria. Socin. in consil. 15. Visis prædictis publicis instrumentis. & ibi admonet contrahentes, ut ab eorum contracti-
b bus tanquam à re pestifera [b] abstineant. Et ex supra dictis patet, ꝙ dicta transactio prætextu enormis læsionis impugnari non po-
* test, quia secundum *communem* opinionem dispositio l. 2. C. de rescin. uen. non habet locum, iuxta gl. in c. cum causa. in verbo, restitueret. de empt. & uendi. cum si. ut late dixi in consi. 216. Visa transactione. & licet plerique teneant contrarium, ista disputatio non cadit in isto casu, in quo patet ex supra dictis nullo modo enormem læsionem interuenisse, attento ꝙ debitum erat fundatū in confessione, cui obstabat exceptio non numeratæ dotis, & quia dicebatur, ꝙ debitum erat tantum de florenis trecentum soluendis in futurum, & de præsenti transactione soluti sunt ducentum uiginti floreni: & ista omnia prior, & monachi confitentur in eorum instrumento syndicatus, & cum dictis pecunijs solutis de præsenti prouisum fuit necessitati ecclesiæ, quę tunc vrgebat, merito non potest dici, ꝙ in dicta transactione ecclesia passa fuerit enormem læsionem. Et eijsdem rationibus non potest in casu isto dictæ ecclesiæ competere restitutio in integrum, quia de læsione tali non probatur, ut à contractu transactionis
11 recedendum sit. † Et ad hoc, vt restitutio in integrum concedatur, debet læsio non parua probari, ut in ecclesia probatur in capitul. primo de restitu. in integrum. ubi Abb. in secundo not. dicit, quòd duo requiruntur ad hoc, ut ecclesia consequatur restitutionem, quòd fuerit læsa, & quòd manifeste appareat, &
12 not. in c. pe. de reb. eccles. non alie. ubi dicit, † quòd monasterium restituitur, quando apparet enorme dispendium incurrisse: & hoc in casu isto non interuenit, quia debitum non erat liquidum, per suprà dicta, & totum pendebat à casu, & ab euentu futuræ litis: quo casu non potest dici monasterium læsum esse ex eo, quòd pendet a casu. l. quo fideicommisso. C. de transact. in l. si pater puelle. C. de inoffic. testamen. & in l. verum. §. sciendum. ff.
13 de minor. † & quia decursum est tempus petendi restitutionem in integrum, quia nō datur ecclesiæ post quadriennium. c. 1. & 2. de restitu. in integ. in 6. in clem. 1. de resti. in integ. & ad idem tex. in l. fi. C. de tempo. in integ. resti. pen. Non obstat, ꝙ dictum tempus quadrieñij non currit ignoranti a principio, ut not. Bald. in l. falsam. C. si ex fal. instru. in versi. & ideo si quis. Card. in clem. 1. in 25. q. de restitu. in integ. Alexand. sequitur in consil. 84. in causa uertente. lib. 1. & in consi. 4. Videretur inspectis his. in versiculo, non obstat, si diceretur. lib. 2. quia in Priore, & monachis, qui
14 contraxerunt, non erat probabilis † ignorantia in facto proprio. cap. ab excommunicato. de rescrip. l. quanquam. ff. ad Velle. & si non sit ignorantia in facto, iusta non datur restitutio, ut Ro. concludit in consi. 127. Posito, quòd dominium. in fin. & tradit Aretin. in consi. 15. Reuerendissime pater. in fin. & ex omnibus supra dictis concurro in sententiam præclarissimi domini consultoris.

ADDITIONES.

a ¶ Non habet.) Supra consi. 142. nu. 1. vbi dixi.
b ¶ Pestifera.) Supra consi. 129. in fi. infra. consi. 564. consi. 650. in fi. & Alberi. in l. si quis in suo. C. de inoff. testa.

EPITOME Consi. CCCCLXXV.

A. postquam tria facit testamenta, filij de eius consensu promiserūt cum iuramento acquiescere tertio testamento, & nunquam inducere patrem ad id mutādum, & casu, quo mutaret id, pro nullo haberetur. Deinde A. fecit aliud & quartum testamentum, in quo filias instituit, quæ post eius decessum hæreditatem adeunt. Sed eis opponitur de dicta conuentione, de qua controuersia partes compromittunt in arbitros, qui per laudum dicunt conuentionem esse seruandam Deci. respondit, ꝙ non obstante præfata conuentione, & laudo A. potuit liberè testari, & ꝙ quartum & ultimum testamentum attenditur, virtute cuius filiæ in eo hæredes institutæ debent conseruari, & manu teneri in possessione bonorum hæreditariorum, in qua esse reperiuntur.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum ultimum inspicitur, & præcedens tollitur.* 2. 7. 12.
3 *Regulam, qui pro se habet, fundatam intentionem habere dicitur.*
4 *Hæres institutus ex sola testamenti inspectione in possessionem mitti debet.*
5 *Filia, quæ patris hæreditati cum iuramento viuente patre in manibus fratrum, & patris renuntiauit, si pater postea in testamento disposuit, quod non obstante iuramento cum fratribus succedat, an succedere poterit.* 11.
7 *Statuta qui obseruare iurauit, intelligitur, nisi reuocata fuerint.*
8 *Facere aliud est, & aliud facienti consentire.* 10.
9 *Mulier, quæ contrahere prohibetur, non prohibetur contrahenti consentire.*
13 *Pro laudo licet præsumatur, secus tamen quando laudum nullum fuerit.*
14 *Sententia lata ex falsa causa in iure est ipso iure nulla.*

15 Sententia

15 *Sententia arbitrorum. & etiam iudicis inualidi pacti prætextu nõ tenet.*
16 *Laudum sicut vitiat falsa causa, ita & falsa causa causam uitiat.*
17 *Voluntate alicuius in his, quę pendent, non potest quis astringi, quominus penitere posit.*
18 *Procurator constitutus, ut reuocari non possit cum iuramento, reuocari tamen poterit.*
19 *Hæreditas pacto d tri non potest.*
20 *Pactum impediens liberam testandi facultatem cõtra bonos mores dicit.*
21 *Pactum si pater cum filia faciat, quòd ipsa æqualiter succedere debeat, tale pactum nullam obligationem inducit. 26.*
22 *Pactum de viuentis hæreditate tanquam uotum captandæ mortis inducens non ualet.*
23 *Diuisio facta inter filios cum iuramento, & de patris consensu tacitam cõditionem habet, si pater in tali consensu perseueret.*
24 *Conuentio ualet, quòd quis decent um mulieri, ne cum Titio contrahat.*
25 *Matrimonio quis premij spe inuitari potest.*
27 *Dispositio, quæ generaliter loquitur, etiam personas coniunctas comprehendit.*
28 *Approbatum semel reprobari non potest.*
29 *Error, qui fuit in principali promissione, etiam in renuntiatione postea facta intelligitur.*
30 *Diuisio si inter fratres de bonis paternis, & maternis æqualiter facta fuerit eo prætextu, quòd bona inter eos cõmunia essent, si postea de errore appareat; quia unus tantum ex uno latere frater esset, diuisio retractari debet promissione aliqua de non contrauenitendo non obstante.*
31 *Confessio nihil operatur, si constitutum factum fuit ex falsa causa, quam constituens esse ueram confessus fuit.*
32 *Contractus ex causæ finalis defectu vitiatur.*
33 *Laudum nullum approbari non potest, ut in laudi uim ualeat. 34.*
35 *Sententia nulla probari non potest, ut tanquam sententia ualeat.*
36 *Laudum quando nullum est, laudi executio peti non potest.*
37 *Statutum prohibens interpretationem fieri, de interpretatione declaratiua locum non habet.*
38 *Laudum nullum est, quando sine causæ cognitione factum fuit.*
39 *Compromissum non extenditur ad lites ex testamento prouenientes uerbis testamenti non uisis, nec cognitis.*
40 *Arbiter tertius si eligatur non constito, de duorũ discordia, actus factus nullus est.*
41 *Alienare regulariter qui non potest, pariter de rebus alienari probibitis compromissum facere non potest.*


IN causa, quæ Mantuæ agitatur, uisis allegationibus præclarissimorum aduocatorum utriusque partis, qui exquisitis rationibus se oppugnant, superest, ut maturo iudicio discernatur, & declaretur, cuius partis rationes præualent. & studendo breuitati, prout in tali casu uentilato, & discusso consultorem decet, omnibus uisis, consideratis, & circunspectis puto, & arbitror, ꝙ quartum, & vltimum testm̃ attendatur, & ꝙ omnia in eo contẽta debeant obseruari. & fundata intentione pro ultimo testõ ad ea, quæ opponuntur, ex ĩ. dicendis mihi apparebit: nam pro ulti-
1 mo testõ stat regula, † ꝙ vltimum testm̃ inspicitur, & præcedens
tollitur §. posteriore insti. quib. mod. testa. infir. in l. si quis priore. ff. ad Treb. & ipso iure tollitur testm̃, quod præcedit à posteriore, ut dicit tex. in l. sancimus. C. de test. & hoc ẽt procedit, si posterius testamentum sit de iure speciali. l. 2. ff. de iniusto rup. in l. eius militis. § fi ff. de testa mili. & no. Ange. in consi. 258. Testator fecit testamẽtum Pau. de Cast. in consi. 365 Dubium facit. & Alex. in consi. 84. Viso themate. li. 2. Similiter hoc habet locum, dato ꝙ in posteriori nulla facta sit mentio de priori, ut dicit gl. in c. 1. de consti. in 6. & ideo non est opus, ꝙ in posteriore testamento apponatur clausula illa, cassans, & irritans omne aliud testm̃, quæ apponi solet, ut Ang. Are. dicit in d. § posteriore. & idem Ang.
2 de Peru. in d. consi. 258. † Et testamentum præcedens vr̃ habere
tacitam conditionem, si non fiat aliud testamẽtum, ut dicit Ang. in conf. 159 Corradus Alberti de Pisis. & ex his fundata videtur
3 intentio pro ultimo testamento: † quia qui habet regulam pro
se, dicitur habere fundatam intentionem, ut no. per glo. in l. omnis diffinitio. ff. de regu. iur. & in rub. eo. tit. in 6. & not. Barto. in l. quoties. ff. si quis cautio. cum si. ut dixi. in l. 1. ff. de reg. iur. & cum virtute dicti vltimi testamenti dom. Ant. Maria fecerit testamentum, in quo duas eius filias legitimas, & naturales hæredes instituit, quæ reperiuntur in possessione bonorũ dictæ hęreditatis, debent in tali possessione ꝯseruari prædictæ filiæ, & hæredes: quia cũ appareat testm̃ dicti domi. Ant. Mariæ non abolitum, neque cancellatũ, in quo eius filiæ institutæ sunt, deberent mitti in possessionem omnium bonorum defuncti, iuxta l. fi. C. de edic. diui
4 Adria. tollen. † ubi hæres institutus ex sola inspectione testĩ debet mitti in possessionem. & no. Pet. de Anch. in cõsi. 146. In prædicta q. in prin. Alex. in consi. 101. Visis omnibus. cum simi. ut dixi. in consi. 87. Excellentissimi doctores. & in consi. 25. in princi. In causa, quæ quondam. à fortiori ergo dictæ filiæ hæredes, quæ reperiuntur in possessione, in illa deberent conseruari, & manuteneri. argu. l. patre furioso ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iur. cum similib. ut tradit Pet. de Ancha. in consi. 404. Tria dubia. & Alex. in l. si unus. § pactus ne peteret. in quarto notabili. ff. de pactis. & And. Sicu. in consi. 63. lib. 1. ubi plura similia adducit. solum ergo remanet difficultas in respondendo ad ea, quæ obiiciuntur. & in hoc uis tota consistit. Nam primò opponitur principaliter de cõuentione, quę fuit facta inter ipsos filios de consensu patris; cum iuramento. n. promisserunt stare, & acquiescere tertio eius testamento, in quo reuocato secundo testamento primum confirmauit: & promiserunt nunquam inducere eorum patrem ad mutandum testamentum, & casu, quo mutaret, uolebant illud pro nullo, & inualido haberi. Inde uidendum est de uirtute, & efficacia huius conuentionis: & breuiter concludendum est; ꝙ licèt talis conuentio ualida fuerit propter consensum patris, de cuius hæreditate agebatur, ut est tex. in l. fi. C. de pact. & Bal. ibi in prin. declarat, & rationem adducit, & Fulg. in consi. 73. Paterfamilias. Tamen talis cõsensus reuocari potest ab eo, de cuius hæreditate tractatur, ut est tex. in d. l. fi. & ideo ex tali consensu non uidetur ius quæsitum contrahentibus, ut ibi dicit Pau. de Cast. quia tunc non posset reuocari. l. fi. ff. de pact. & talis reuocatio non solum operatur quò ad ipsum reuocantem, de cuius hæreditate agitur, sed ẽt ad alios paciscentes, quia tale pactum quò ad omnes resoluitur, vt tradit Pet. de Anch in consi. 403. Viso diligenter tenore. & dixi in d. l. fi. in quarto notab. & in not. casu scribit Bald. in c. ad no-
5 stram. el 2. in uersi. pone, filiam. de iureiur. † ubi concludit, ꝙ filia,
quæ renuntiauit hæreditati patris cum iuramento uiuente patre in manibus fratrum, & patris, si postea pater in testamẽto disposuit, ꝙ non obstante iuramento succedat cum fratribus, poterit succedere, quia uenit ex testõ.[a] & quia inuito patre non tenet il-
a lud pactũ, quia requiritur, ꝙ pater in dicto consensu perseueret
vsq; ad mortem, ut est casus singularis in d. l. fi sic in casu proposito concludendum est ꝙ non obstante illa cõuentione facta inter fratres de cõsensu patris potuit mutare uoluntatem, & aliud posterius testm̃ condere. & hoc confirmatur, quia illa cõuentio, in qua fratres promiserũt consentiente patre acquiescere, & stare tertio testamento confirmatorio primi, intelligitur rebus sic stãtibus l. quæro. §. inter locatorem ff. loc. & no. Bal. in l. clari. C. de fideicom. & no. per gl. fi. in l quod Seruius ff de cond. ob causam
6 cum si. ut ibi tradit Alex. & in consi. 85. Viso themate. lib. 5. † ubi
inquit, ꝙ ille, qui iurauit obseruare statuta, intelligitur, nisi reuocata sint: & in terminis in testamento not. Angel. in d consi. 159. Quòd testamentum, qđ præcedit, uidetur habere tacitam conditionem, si non fiat aliud testamentũ, quia ambulatoria est uoluntas testatoris usq; ad mortem. l. 4. de adi. leg. l. cum hic status. §. ait oratio. ff. de don. inter uir. & uxo. quod dictum est de testõ, idem est in pacto, de quo agitur, quia assumit naturã testamenti, & ultimæ uoluntatis, qđ reuocari possit ad nutum eius, de cuius hęreditate agitur. d. l. fi. C. de pact. Non ob. ꝙ in casu isto non solum partes promiserunt stare, & acquiescere dicto tertio testõ cũ consensu patris, sed ẽt pater consensit, ꝙ casu, quo faceret aliud testm̃, illud irritum sit. & sic constat de uoluntate patris ẽt post factum
7 testamentum ultimum. † Ista. n. uerba uidentur inducere clausu-
lam derogatoriam, quæ facit, ꝙ præcedens dispositio posteriori præferatur. l. si mihi, & tibi. in §. legatis. de leg. 1. l. si quis in prin testamenti. in prin. de leg. 3. not. per glo. in l. pacta nouissima. C. de pact. Sed ad hoc respondetur, quod illa derogatio fuit facta ab ipsis fratribus, & non à patre, qui licèt esset præsens, & tacitè uideretur consentire, tamen talis consensus non impedit patrem, quominus possit mutare uoluntatem absq; alia derogatiõne pacti, & conuentionis præcedentis, ut probatur in d. l. fi. C. de pact.
8 & ad hoc facit, † quia aliud est facere, aliud est facienti consenti-
9 re. l. aliud est uendere. ff. de reg. iur. † unde mulier,[b] quæ prohibe-
b tur contrahere non prohibetur contrahenti consentire, ut not.
10 Bald. in rub. C. de pact in fi. † & prohibitus alienare, non prohi-
betur alienanti consentire, ut not. per glo & Bar. in l cum pater. §. libertis. de leg. 2. & ideo uendenti, non autem consentienti datur remedium. l. 2. C. de rescin. uen. facit. tex. in l. 2. in l. si pater. in fi. ff. de ma. uin. Secundo respondetur, ꝙ dum fratres promittũt eueniente casu, ꝙ mutaret testamentum, uolunt illud haberi pro nullo, & inualido: talis cõuentio ualida non uidetur, quia per indirectum uidetur tollere patri facultatem testandi annullãdo ordinata ab eo: ita tradit Pet. de Ancha. in d. consi. 403. Viso. in fin. vbi

ADDITIONES.

a ¶ Testamento.) Idem decis. Tolosa. 456. Pau. consi. 448. libr. 1. consi. 288. lib. 2. Phil. Dec. l. 1. in prin. C. de colla. And. Tiraq. in tract. mort. saisit viu. par. 2. declara. 8.

b ¶ Mulier.) Suprà consi. 124. fallit, si esset eadem ratio, vt probat tex. in l. cum quis. de reg. iur. Phil. Deci. in d. l. aliud est. vbi in anno. dixi. adde And. Tiraq. de legib. connubia. gl. 3. nu. 129.

vbi alleg.l.quæ à patre. C. de testi. mil. & facit tex.in l. stipulatio hoc modo concepta.de verb.obliga.in l.ex eo. C. de inuti.stipul. & ad hoc facit quod nota.Bald.in l.fin. C de pac. versicul. tu dic.
11 † vbi concludit, quòd non valet renuntiatio, quam fecit filia et cum iuramento, vt non succedat patri ex testamento, quia tollit liberam facultatem testandi, vt dixi in l. pactum, quod dotali. C. de col.& inferius etiam dicam respondendo ad ea, quę in contrarium adducuntur: vnde cùm dicta conuentio fuerit nulla, non fuit opus illi derogare, ut not.Cal.de electione nulla in consi.14. de rescri.& de vnione nulla tradit idem Cald.in consi.29. in titu. de preben.Old.in consilio 299.Quidam Vgo.versic.2. electio 1. facit tex.in l.4.§.condemnatū.ff.de re iud.in l.non putauit.§.nō quæuis.ff.de contrata.& idem Abb.scribit.in c. ex tenore.de rescrip.cum si.ut dixi ibi. Tertiò responderi potest, quod cum vltimum testamentum factum sit inter liberos,& sit magis fauorabile pro liberis, clausula illa derogatoria non requiritur,ut no.per glo.in §.& si quidam.in Auth.de testa.no.Bald.in auth.hoc inter liberos.C.de testa.Rom.in consilio 179.Amplissime doc.in vers. 1.quod ubi pater.& Alexand.in consi.146. Viso themate suprà, scripto.in princ.in versic.non obst.lib.2.Quartò respondetur,& dici potest.quod verba inserta in ultimo testamēto habent vim specialis derogationis,dum in eo dicitur,cessans,&c. omne aliud testamentum,& ultimam voluntatem per eum hactenus conditā præter hoc præsens,quod,&. quam voluit cæteris omnibus alijs
12 prævalere. † Ista verba videntur habere uim specialis derogationis per ea,quæ tradit Bal.in consi.168.Quæstio mouetur.in 4.lib. & in consi.198.Reperitur,quod quidam A.lib.3.& sequitur Soc. in l.si mihi,& tibi.§ in legatis.in fi.in ver.3.& in versi.4.deciditur de leg 1.Et etiam dici potest,quod in ultimo testamento sit specialiter derogatum,cum ibi sit apposita oratio illa,Beata es uirgo Maria.quę erat in clausula derogatoria.Et ex omnibus suprà dictis conclusio firmata remanet, quod conuentio facta inter fratres,& filios cum consensu patris non impediuit patrem,quominus potuerit facere quartum,& vltimū testamentum non obstāte illa clausula derogatoria.& ita prima,& principalis oppositio absoluta sit.Secundò principaliter obstare videtur,quod conuētio facta inter fratres,seu filios de consensu patris fuit confirmata per arbitros,vel arbitratores in eorum laudo, in quo inter alia determinauerunt dictos fratres debere seruare voluntatem eorū patris contentam in dicto primo testamento cōfirmato per tertium:unde videndum est de virtute,& efficacia dicti laudi.Et bre
13 uiter considerandum est, † quod licet in dubio pro laudo præsumatur,ut nota.per Dy.in consil.13.Tholomæus.cum si.vt tradit Alexand.in l.sciendum,de verb.oblig.in ver.item fallit in laudo. tñ in isto casu constare vř, ꝙ in ista parte laudum sit nullum:quia vř fundatum super illa conuentione facta inter ipsos fratres.quę est reprobata à iure,quo casu sñia est nulla, ut not.Bart.in l.si is, ad quem.ff.de acquir.hær.in versi.secundo casu.vbi concludit ꝙ
14 † sñia lata ex falsa causa in iure est ipso iure nulla.alle.l. qui in testamento.ff.de excus.tut.& l.2.C.qñ prouo.non est necess.& idē tex.in c.1.de re iud.& facit text.in c.2.de purga. vulga. & ad hoc
15 est decisio Ful.in consi.73.Paterfamilias.† vbi ꝯcludit,ꝙ sñia arbitrorum,& etiam iudicis lata prætextu pacti inualidi non tenet quia vitiū,quod erat in pacto,perseuerat in sñia & in confirmatione alle.tex.in l.1.§.j.ff.de sen.quæ sine appel.rescin.& hoc idē
16 tradit Pet.de Ancha.in consi.207.In quæstione s. dicta † vbi arguit laudum nullum ex falsa causa;quæ sicut vitiat causam, ita et laudum,ut tradit Soc.in cons.101. Visis duobus testamentis.ver. præterea laudum est nullum.in 3.lib. Quod autem illa conuentio fratrum,in qua fundatum est laudum, fuerit,& sit nulla de iure, s. dictum,& probatum fuit. Et ulterius etiam probatur,quia nō potuit testator legem sibi imponere, à qua non liceret sibi recedere.l.si quis in principio testamenti.de leg.3.l.diuus.§ licèt.ff.de
17 iu.codi.† & est regula communis,ꝙ in his,quæ pendent à voluntate vnius, non potest quis astringi, quominùs pœnitere possit,
18 ut no.Bar.in l.cū precario.ff.de precar.† & ideo procurator constitutus,ut reuocari non possit etiam cum iuramento, potest tñ reuocari,ut no.per gl.in c.fi. in verbo, reuocatus. in 6. & tradit Ang.in consi.125.Punctus est talis,Martinus.Pau.de Cast.in cōs. 57.Venerabilis vir.Alex.in consi.29.Perspectis.in quarto dubio. lib.5.& in testamento,de quo agitur,etiam alia ratio concurrit,
19 † quia hæreditas pacto dari non potest.lege hæreditas.C.de pac.
20 conuen.l.ex eo.C. de inutil. stipu.† & quia tale pactum impedit liberam facultatem testandi, ideò dicitur contra bonos mores. d.l.ex eo.& in l.stipulatio hoc modo concepta.de verb.oblig.&
21 lege pactum,quod dotali.C.de pactis.† ubi si pater facit pactum cum filia,quod ipsa deberet æqualiter succedere,dicit text.quod tale pactum nullam inducit obligationem,quia non potuit patri tollere facultatem testandi,& ibi tamen non tollitur libera facultas testandi,sed restringitur.ad idem tex.in l.cum duobus.§.idem respondet.el 1.ff.pro socio.ibi,nec libertatem de supremis iudicijs constringere quis poterit.& quia si illud pactum deberet obseruari, voluntas, & dispositio patris esset captatoria.C.de testa. milita.in l.captatorias.ff. de hæredib. instituen. in l. illa institutio. eod.titu l.captatoriæ.de lega.1.& not.Bald.in l.1.versi.iuxta hoc quæro.C.de sacrosanc.eccl. Ang.in consil.201. Viso themate. in
22 prin.& Lauren.Calcaneus in consil.107.In causa.† & quia tale pactum inducit votum captandæ mortis,ideo non valet pactum de hæreditate viuentis.d.l.fi.C.de pact.l.si quis mihi bona.§. sed vtrum.versi.sed an nominatim.ff.de acquir.hære.in l.quidam.§. fi.ff.de donatio.facit tex.in c.2.de concessione præben.in c.ne captandæ.in ca.detestanda.de conces.præbend. in 6. Non obstat, quod pater consensit,quo casu votum captandæ mortis tollitur. d.l.fin.de pact.quia in tali consensu postea non perseuerauit, & potuit reuocari. d. l. fin. & ideo testamentum vltimò factum attenditur, ut suprà dixi. & pro conclusione suprà facta bene facit quod notat.Oldr.in consil.231. Vt eius, de quo quæritur. in
23 versiculo,si autem quis dicere vellet.† vbi concludit,quod diuisio facta à rege inter filios etiam cum iuramento, & de consensu regis habet tacitam conditionem, si pater in tali consensu perseueret, & rebus sic stantibus, argum. legis cum quis.in princip. ff.de solut.& de hoc est text.in d. l. fin.ut suprà dixi ibi, nisi fortè ipse, de cuius hæreditate pactum est, voluntatem suam eis accommodauerit, & in ea vsque ad extremum vitæ suæ spacium perseuerauerit.& idem dicit Paul.de Castr.in consilio 448. Non est dubium.in nouis.in 1.parte.Et cum prædictis concordat Pet. de Ancha. in consilio 403. supra allegato. & Fulgo. in d.consilio 73.Paterfamilias. Non obstant, quæ ab aduersa parte adducuntur respondendo rationibus supra dictis. Primò dum dicitur, quod tollitur libera facultas testandi. d. l. stipulatio. & in d. l. pactum, quod dotali. C. de pact. ab aduersa parte dicitur hoc non esse verum, quia in casu isto non tollitur facultas testandi, sed solum restringitur, & restrictio valet, ut patet in matrimonio,
24 † in quo valet conuentio,quod quis det centum mulieri,ne contrahat cum Titio, quia poterit cum alijs contrahere. l. cum ita legatum. de cond. & demon. & pariter videtur in testamento. Sed ad hoc responderi potest, quod in casu isto testamentum non bene æquiparatur matrimonio,quia in testamento maior li-
25 bertas requiritur: † quia in matrimonio potest quis spe præ-
a mij inuitari. l. Titio centum. §. 1. de condi.& demon. non sic [a] videtur in testamento.l.ille autem.§.1.ff.de hæred.instit. & quia licet facultas contrahendi matrimonium restringi possit, d.l. cum ita. non ita uidetur in testamento. d.l. cum duobus. §. idem respondet.el 1. & est tex.in d.l. pactum, quod dotali. C.de pact.
26 † vbi erat pactum cū filia, ꝙ æqualiter succederet cum filijs masculis, prout erat de iure communi. l.maximum uitium.C.de libe. præteri.& sic ibi restringebatur solum libera facultas testandi in parte, quæ filiæ competebat: & tamen ibi dicitur, ꝙ pactum non valet, quia aufert liberam facultatem testandi: vnde patet, ꝙ fundamentum suprà factum in iuribus suprà allegatis bene procedit.Similiter ad iura suprà allegata, quæ dicunt, ꝙ hæreditas pacto dari non potest, ab aduersa parte respondetur, ꝙ hoc non habet locum in filijs per l.fi.C famil.ercis.& in auth. hoc inter liberos.C.de testam.Sed hoc non videtur uerum, quia tex.in d.l.fin.& in d. auth. hoc inter liberos. loquuntur in testamento, non in pacto, uel contractu, ut in illis pater.& ꝙ imo iura suprà allegata habeant locum in filijs, facit, quia generaliter loquun-
27 tur:quo casu dispositio, quæ generaliter loquitur, etiam personas coniunctas comprehendit.l.data. C.de donat. & in terminis est gloss.not.in l.fin.C.de pact. in gloss.1.in fin.quæ tenet, ꝙ dispositio illius legis, quæ dicit non valere pactum de hæreditate uiuentis, etiam habet locum in filijs. Tertio principaliter obijcitur, ꝙ dictum laudum ratificatum fuit à partibus, ergo uide-
28 tur, ꝙ contrauenire non possit, † quia semel approbatum reprobari non potest.l. Pomponius scribit.ff.de nego.gest.facit regula, quod semel placuit.de reg.iur.in 6.in cap. accepimus.cum gloss. de æta & qualit.in l.si vxor.§.fi.ff.de adulte.no.Old.in consi.18. Circa primum.in prin. Sed ad hoc respondetur, ꝙ illa approbatio laudi casu,quo facta sit, uidetur facta sub ea consideratione; quod laudum valeret, & quòd illa conuentio facta inter fratres valida fuisse; & cum hoc falsum sit, ut suprà dictum fuit, talis approbatio erronea nocere non debet, vt in simili nota. Bart. in
29 l.fin.§.idem quæsiuit. ff. de condi. indebi.† dum inquit, quod error, qui fuit in principali promissione, etiam in renuntiatione postea facta intelligitur, & sicut indebitè promisit, ita indebite renuntiauit,ideo renuntiatio non præiudicat.argum.l.doli.§. diuersum. ff. de noua. & ita pariter videtur in ista approbatione, quæ fuit facta per errorem ab Antonio Maria,qui pro constanti habuit, quod illa conuentio facta a fratribus valuisset, & pariter laudum inde sequutum etiam non debet nocere ex eo, quod

ADDITIO.

a ¶ Non sic.] Idem Dec.l.1.C.de instit.& substit.sub condi.fact.vbi dixi.

eo, quod not. Bart. in d. §. idem quæsiuit. & in simili not. quæstione refert Pau. de Cast. se consuluisse in d. l. fina. § idem quæsiuit.
30 † quòd diuisio, quæ fuit facta inter fratres æqualiter de bonis paternis, & maternis eo prætextu, quòd bona essent communia inter eos, si postea apparet de errore, quia vnus esset frater tãtùm
a ex vno latere, diuisio debet retractari [a] non obstante, quòd adinuicem promisissent dicti fratres obseruare dictam diuisionem, & nullo modo contrauenire facit, quod no. Bal. in rubri. de cõsti.
31 pecu. in fin. in ver. deinde venio ad causam. & † vbi dicit, quòd si constitutum factum sic ex falsa causa, quam constituens confessus fuit esse veram, illa confessio nihil operatur, quia contractus inualidus non confirmatur per confessionem erroneam. l. fin. ff. eo. tit. de consti. pecu. & dicit Bald. in l. nec apud. C. de hæredi. in-
32 stitu. † quod nitiatur contractus ex defectu causæ finalis. & facit tex. in l. fina. ff. de hæred. insti. Et prædicta responsio intelligitur, & procedit dato, quod constaret de approbatione laudi. Sed in casu isto non uidetur constare de approbatione, quòd legitimè facta sit, nam illa approbatio, quę fuit facta, antequam esset latum laudum, non valet, vt not. Bald. post Dy. quem ibi refert in l. fi. in ver. duodecimo quæro. C. de contrahen. empt. post laudum verò approbatio fuit limitata in parte, & partibus, quæ respiciunt fauorem approbantis, & talis protestatio iuuat, ut dicit Anto. de But. in cap. cùm olim. in princ. in versi. not. quod ex hoc sumunt aduocati cautelam. de censib. cum simi. vt tradit. Alex. in l. 1. C. ut quæ desunt aduoc. & in consil. 136. In causa, & lite. libr. 2. Præterea etiam si laudum latum absolutè fuisset approbatum a parti-
33 bus, non valeret ut laudum, cum esset nullum, vt supra; † & laudum nullum non potest approbari, vt valeat in vim laudi, vt no. Bald. in titu. de pace Consti. in versic. sententiæ quoque. & sequitur Roma. in consil. 155. Præmissum laudum. in uersic. nec secundo loco. & probatur in ca. exeminata. de confirma. vtil. vel inutil. vbi Abb. in secundo no. Maria. in consil. 18. Prosequendo ordinem. Nec obst. ꝙ valere potest in uim pacti, uel transactionis, iuxta gloss. in l. 2. C. commu. utri. iudi. & not. Bart. in l. 1. C. qui pro sua iurisdi. Rom. in consi. 173. Pro decisione. in fi. & in consi. 175. Dictum ultimum laudum in versic. nec præmissæ conclusioni refragatur. Quia respondetur, quod hoc haberet locum in materia, in qua habuissent partes potestatem disponendi, Secus si partes non possent disponere, quia tunc non potest ualere virtute pacti, nec per uim transactionis, ut not. Abba. declarat in d. cap.
34 examinata. de confir. vti. uel inuti. in secundo not. † vbi inquit, ꝙ quando uitium nullitatis laudi, uel sententiæ respicit fauorem partium, partes scienter approbando ex vi pacti tenentur obseruare illud, quod in laudo continetur, & in tali casu procedit gloss. in d. l. 2. C. commu. utri. iudi. Secus si uitium nullitatis nõ pendet a consensu partium, quia tunc laudum nullum non potest vi pacti approbari, d. c. examinata. & idem Abb. tradit in consil. 92. Contra sententiam latam. in versi. item quia cum sententia. lib. 1. & ita uidetur in casu isto, quia non poterant partes tollere liberã facultatem testãdi testatoris, & impedire, uel annullare quartum testamentum, per ea, quæ supra dicta sunt, ergo in uim pacti lau-
35 dum approbari non potest. † Et hoc confirmatur, quia sententia nulla non potest approbari, ut ualeat tanquam sententia, quia hoc non est in potestate partium, cum priuati non possint iurisdictionem tribuere. l. priuatorum. C. de iurisdictio. omn. iudi. & ita not. Calde. in consil. 8. in versic. nec obst. si dicatur. & Bartol. in l. 1. C. qui pro sua iurisdict. & ista ratio, quod partes non possunt approbare sententiam nullam, vt ualeat in uim sententiæ militat in casu isto, quia nõ possunt partes approbare pactum, propter quod libera facultas testandi auferatur testatori. Secundò respondetur, quod gloss. in d. l. 2. intelligitur, quando interuenit stipulatio, ut not. Bald. in cap. cum causam. el 1. versic. not. quod at testationes. de testib. quæ quidem stipulatio in isto casu non interuenit, nec etiam pactum expressum interuenit, quod saltem requiritur, vt Socin. scribit in consil. 220. Visis compromisso. in versicu. nec huic conclusioni. lib. 2. & in consil. 76. Visis inuestitura. in uersiculo prætereà dico. in 3. libr. Prima tamen responsio plenior est, quia absque dubitatione procedit. Et ex supra dictis
36 infertur, † quod executio laudi peti nullo modo potest, quia cum laudum fuerit nullum: executio peti non potest. l. 4. § condẽnatum. ff. de re iudi. facit text. in l. 2. in fi. ff. de pœn. in l. non putauit. §. non quæuis. ff. de contratabu. vbi Bartol. & in cle. pastoralis. in versic. ut igitur. de re iudi. cum simil. ut tradit Roma. in l. si vero. §. de uiro. in 33. fallentia. ff. solut. matri. Et ista conclusio procedit dato, quòd statutum prohiberet interpretationem fie-
37 ri, † quia non intelligitur de ista interpretatione declaratiua, ut dicit Paul. de Castr. in consil. 199. Super hoc puncto. & quia laudum nullum non dicitur laudum, ut not. Corneus Perusinus in consil. 140. Viso puncto. in princip. libr. 4. Vis tota consistit in hoc, quod laudum fuerit nullum, ut supra de nullitate laudi probatum fuit illo fundamento irrefragabili: quia non potuerunt partes, nec arbitri, vel arbitratores auferre liberam potestatem testandi ipsi testatori, & annullare futurum quartum testamentum, vt supra latè deductum fuit. & hoc solum fundamentum sufficit, & non esset opus vlterius insistere, tamen ex abundanti ad maiorem declarationem etiam nullitas dicti laudi ostenditur
38 † ex eo, quod videtur latum sine causæ cognitione, quia non apparent acta interuenisse, vt tradit Ange. in consi. 198. Pro deci-
39 sione. & quia, ut ibi dicitur, † compromissum non extẽditur ad lites prouenientes ex testamento, non visis, nec cognitis verbis testamenti, iuxta legem de his. ff. de transac. & idem Ange. in cõs. 318. Visa narratione. Alex. in consi. 123. In causa, & lite. ver. prę terea dicta verba lib. 2. Et quia dr̃, ꝙ electus fuit tertius arbiter, qui solum in casu discordię inter duos eligi debuisset ex forma
40 cõpromissi, † & cum fuerit electus non constito prius de discordia, laudum ẽt ex isto capite redditur nullum, vt tradit Alex. in consi. 124. lib. 2. s. alleg. in ver. tertia ratione principali moueor. & idem Alex. in consi. 48. In causa vertente. in ver. vlt. principaliter. in 7. lib. Accedit ẽt, ꝙ dicti fratres erant prohibiti alienare bona omnia eis relicta in primo testamento confirmato per tertium, & stante tali prohibitioni non potuerit dicti fratres de di-
41 ctis bonis alienari prohibitis compromittere: † quia regula est, ꝙ ille, qui non põt alienare, pariter de rebus prohibitis alienare
b non potest compromittere, [b] vt probatur in c. cum tempore. de arb. vbi Io. Andr. & Ant. de But. ibi & Abb. Lapus in allegatione 102. Non potest clericus. Card. in consi. 75. Ad primum. cum sim. vt dixi in consi. 39. Iuridicam esse arbitror. in cons. 44. & diligenter. & ista, quæ latius clarissimi aduocati prosequunt, dicta sunt ex abundanti, quia sufficit primum fundamentũ nullitatis dicti laudi, vt dixi. Ex quibus omnibus concludo, ꝙ quartum, & vltimum testamentum attendatur, & consequenter ꝙ domi. Anto. Maria liberè testari potuerit, & ꝙ eius testamentũ omninò debeat obseruari. & ista conclusio est clarissima de iure per supra dicta: & etiam in dubio sic debet iudicari propter voluntatem testatoris, de qua constat in vltimo testamento, & propter fauorem filiorum, quibus fauorabilius est, ꝙ ultimum testamentum attendatur. & si causa mihi esset commissa, ita iudicarem. plura scribere potuissem, sed solito more meo satis sit breuiter veritatem, vt puto, retulisse. Ad laudem Dei omnipotentis, & gloriosæ Virginis. Et ita iudicatum fuit Mantuæ. Philip. Dec. Pisis.

ADDITIONES.

a ¶ Retractari.) Suprà consi. 351. vbi dixi.
b ¶ Compromittere.) Suprà consi. 39. vbi dixi: adde Andream Tira. de legib. connubialibus. char. 156.

EPITOME Consi. CCCCLXXVI.

De legato vsusfructus omnium bonorum quando in alimenta resoluatur: Et quando legatarius authoritate propria possit legatum accipere.

SVMMARIVM.

1 *Testatoris voluntas vt seruetur, à verborum proprietate receditur.*
2 *Tutela pubertate finitur.*
3 *Actus sequens præcedentem intentionem declarat.*
4 *Clausula, durante vita sua. æquipollet, ac si dicatur, donec vixerit.*
5 *Legatarius non solum de expressa testatoris voluntate authoritate propria legatum accipere potest, sed etiam ex tacita, & coniecturata.*
6 *Testator si domum vxori legauerit, & hæredes prohibuerit, ne illam in dicta domo molestarent, authoritate propria dictam domum accipere potest.*


Onclusionem superius firmatã ab excellenti, & clarissimo iurecõsulto do. Mariano Socino Iuniore vti fratre maiore honorando, amplector propter manifestam testato-
1 ris voluntatem. Et ultra supra dicta hoc confirmatur, † quia receditur à propietate verborum, vt voluntas testatoris seruetur, vt no. Bar. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. & refert, & sequitur Alexand. in l. 3. C. de liber. præter. Et consonat, quòd do. Virginiæ in casu isto legatus fuerit vsusfructus omnium bonorum per suprà dicta: & comprobatur, quia in testamento dicitur, quòd sit *donna e madonna durante la vita sua*. nam ex hoc datur intelligi, quòd sit vsufructuaria, quia vsusfructus durat in eius vita, & per mortem extinguitur. §. finitur. instit. de vsufruct. & facit text. in l. repeti. in princip. ff. quibus mod. vsusfruct. amit. & licèt esset tutrix testamentaria, & ratione tutelæ haberet administrationem, talis administratio termina-
2 tur pubertate, † quo tempore finitur tutela. institut. quibus mod. tut. fini. in princip. Et ideo cum constituta fuerit domina durante eius vita in omnibus bonis mobilibus, & immobili.

mobilibus præsentibus, & futuris, uidetur vsufructuaria omnium
bonorum: & hoc modo arguit Alex. in consi. 214. Ponderatis uer-
bis versic. nec dicatur. ad idem facit, quia testator præcisè voluit
bona non peruenire ad hospitale, nisi post mortem dictæ Virgi-
niæ, vt ex verbis testamenti patet, ergo datur intelligi, quòd intē
tio testatoris fuerit, ꝙ bona propter vsumfruc. essent apud dictā
3 dom. Virginiam, † quia actus, qui sequitur, ostendit, & declarat
intentionem præcedentem. l. sed Iulianus § perinde. ff. ad Mace.
no. Bart. in l. cætera. §. sed & si parauerit. de leg. 1. & in § pauonū.
instit. de rer. diui. Suadetur etiam hoc, quia in fauorem dom. Vir-
giniæ hospitale non admittitur illa uiuente, ergo videtur, quòd
ipsa ratione vsusfructus dicta bona retinere possit, ut in simili
not. Bart. in l. 2. §. videndū. ff. ad Tertyllia. in l. seruo legato. §. si te-
stator. vbi Bar. de leg. 1. Et retenta ista conclusione ꝙ dom. Virgi-
niæ debeatur vsusfructus omnium bonorum, Non obst. quòd ta-
le legatum resoluatur in alimētis, ex quo filius à testatore fuit in-
stitutus, ut not. per glo. in aut. hoc locum. C. si mu. secundò nup.
vbi Bar. & idem Bart. in l. Titia. § fin. de leg. 2. & in consi. 9. Super
eo. in consi. 56. Bar. fecit testamentum. in secundo dubio. Roma. in
consil. 118. Quò ad primum. in consil. 153. Hæc domina Alexan-
dra. in consi. 28. Viso themate. lib. 4. Quia illa conclusio non vide
tur habere locum in casu isto propter voluntatem testatoris, quę
uidetur in contrarium Nam illa consuetudo, quæ restringit lega
tum vsusfructus omnium bonorum in alimentis, est fundata in
coniecturata voluntate testatoris, qui non videtur uoluisse in tā
tum filiis præiudicare, ut nota. Salic. in d. authen hoc locum. in
fin. & ideo si aliter appareat de uoluntate ipsius testatoris, illa at-
tenditur, & ita concludit domi Marianus Senior in consilio inci-
piente. Franciscus Donati de Aretio. quod consilium reperitur
in consi. 1. in vlt. lib. consiliorū do. Bertholomęi eius filij. & Are.
in consi. 40. Præsupponitur. & hoc idem tradit in terminis Pau.
de Cast. in consi. 388. Quod uxor quondam. in prin. vbi hoc dicit
etiam ex tacita, & coniecturata mente, & uoluntate defuncti; &
sequitur Alex. in consi. 57. Perlectis uerbis. lib. 3. & in d. consi. 214.
in fin. lib. 6. & ita uidetur in proposito, quia testator voluit illam
administrare omnia bona, & quod illa verba, *donna e madonna*. tri-
buant plenam administrationem, & cum plena deliberatione. Ex
quo patet, quòd dicta verba non restringuntur in alimentis; & ita
quod suprà dictum est, corroboratur authoritatibus suprà di-
ctis. Secundo respondetur, quòd talis consuetudo habet locum
viuentibus filiis, in quorum fauorem illa est cōsuetudo inducta,
a secus est illis mortuis,[a] vt in casu isto contingit; & hoc clarum est
in substituto extraneo vulgari, & idem in substituto pupillari, de
quo agitur, quando dicitur, donec vixerit: vt not. Bartol. in d. l.
Titia. la. 1. §. fi. in versicul. pone, quòd filius. de leg. 3. & ibi dicit se
ita consuluisse: & patet hoc in consi. 171. Nico. ser Amati & idem
sentit Bartol. in l. sicut in annos. ff. quib. mod. vsusfruct. amit. in
princ. & dicta Bar. latè comprobat, & sequitur Roma. in consil.
516. In casu propositę consultationis. & idem tenet Abb. in consi.
78. Punctus quęstionis. lib. 2. Petr. de Anc. in consil. 185. Quæstio
videtur Alexan. in consi. 42. Viso processu. in fin. lib. 2. Bal. in cōs.
318. Nicolaus Tuderti. lib. 1. cum aliis similib. quæ Ias. congerit
in l. & si contra tab. de vulga. & pupilla. ex quibus concludit istam
* esse * *communem* opi. quæ in casu isto uidetur procedere, dum di
4 citur durante vita sua: † nam ista verba æquipollent, ac si dicatur,
donec vixerit: ut suprà dictum est. Et ista conclusio videtur pro-
cedere dato, quòd locus pius substitutus sit, ut not. Imo. in l. & si
contrata. post Bal. quem ibi refert. ff. de vulg. & pupi. & s̃. dictum
fuit. Non ob. etiam conclusioni s̃ dictæ de legato vsusfr. ꝙ adita
non sit hæreditas, nec adiri possit: quia supra responsum fuit, &
vlterius responderi potest, ꝙ viuente filio instituto illud legatū
vsusfructus omnium bonorum resoluitur in alimentis, ut suprà
dictum est. & tali casu alimenta percipere potest vxor à se ipsa,
nec requiritur ꝙ accipiat de manu filij, uel hæredis, ut not. Bar. in
auth. hoc locum in fi. alle. in arg. l. fundi Trebatiani. in fi. & gl. ibi
de usufr. leg. & idem no. Angel. in l. 1. versi. cui adde. ff. rer. amo.
vbi ad hoc alle. Io. And. in add. Spe. in titu. qui filij sint legi. §. 1. &
idē dicit Bal. in c. fi. in ver. consuetudo interpretatur. de cōsue. &
quod dictū est de alimentis, idem dicēdum est de usufructu, quia
est idē legatū. & Bar. in d. auth. hoc locum. arguit de usufructu ad
alimenta, & sic pro ꝯstanti habet hoc habere locū in vsufructu;
5 & hoc in casu isto comprobatur; † qa non solū de uoluntate ex-
pressa testatoris legatarius propria authoritate legatum accipe-
re pōt. l. Titia cum testō. §. 1. vbi Bar. de leg. 2. facit quod no. Bart.
b in l. legitimos. in prin. de legit. tut. Sed ēt ex tacita,[b] & coniectura
ta mente defuncti pōt legatarius propria authoritate legatū acci-
pere; & hoc ex eo colligitur, quia si legatarius datus sit executor
in testō, uidetur illi data licentia, ut legatū ꝑpria authoritate ap-
prehendere possit, ut not. Bal. in l. nō dubiū C. de legi. per l. fistu-
las. § fundum ff. de ꝯtrah. emp. cum si. vt tradit Alex. in d. l. nō du-
biū. & facit quod not. Ang. in l. hæc si res. in ver. no. diligēter. ff. de
6 rei ven. † ubi inquit, ꝙ si testator legauit domū vxori; & hæredes
prohibuit, ne illam molestarent in dicta domo; ex talibus verbis
videtur data licentia accipiendi domum legatā propria autho-
ritate: pariter ergo videtur dicendum in isto casu in isto legato
alimentorum, & vsusfructus relicto dictæ do. Virginiæ, &
cum ipsa sit constituta vera, & legitima administratrix his sal-
tem omnibus simul iunctis uidetur concludendum, quòd ipsa
vsumfructum omnium bonorum sibi relictum propria eius au-
thoritate accipere possit, & sic de additione hæreditatis non vi-
detur curandum.

ADDITIONES.

a ¶ Mortuis.) Hac sola ratione bene consuluit Philip. Dec. alioquin malè
consuluisset. dixi in anno. ad Alex. consi. 42. consi. 56. & seq. lib. 3. & ad
Dec. supra consi. 454. & in cap. causam, quæ. nu. 2. de off. delega. & cum
Dec. hic Ioan. Corr. de serui. l. 1. Hier. Grat. consi. 78. in prin. libro. 1.
Caro. Rui. consi. 44. lib. 2.

b ¶ Tacita.] supra consi. 418. adde quæ dixi suprà consil. 243. Andr. Tir.
in tract. mor. saisit viu. char. 63.

EPITOME Consi. CCCCLXXVII.

Substitutio facta decedenti sine filijs cessat superstitibus filiis,
nisi aliud appareat de voluntate testatoris.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio, quæ semel expirauit, quo casu locum non habeat, & non valeat.*
2 *Testatoris voluntas totum facit.*
3 *Voluntas tacita sufficit, quòd ex coniecturis colligatur.*
4 *Testatorem non sufficit ita voluiße, nisi disponat.*



Isoconsilio celebratissimi. V.
I. Doct. do. Vin-
centij de Herculanis de Perusio vti fra-
tris maioris honorandi, vltra ea, quæ ab
excellentia sua accuratè, & eleganter di-
cta sunt, cōclusio superius firmata in fa-
uorem Pet. & Alex. filiorum testatoris
prima facie videbatur dubitabilis, quia
in effectu quantum ad propositum sub
stitutio fuit facta Marco Antonio filio testatoris, si decederet
sine filijs; ipse autem decessit relicto Cæsare filio, quo casu
clarum est, quòd substitutio ex defectu conditionis non potuit
habere locum; & cum semel conditio expirauit per existentiā
Cæsaris filij, licèt postea Cæsar filius moritur sine filiis, sub-
stitutio semel extincta non reuiuiscit, vt est decisio Oldra. satis
not. in consi. 21. Thema tale est. vbi concludit, quòd si alicui
facta sit substitutio, si decesserit sine filiis masculis. substitutio
extinguitur existentibus filiis masculis tempore mortis, quic-
quid postea contingat de filiis masculis: quia licèt filii, qui fa-
ciunt deficere deicommissum, ipsi postea moriantur sine filiis
1 masculis; † non tamen habet locum substitutio, quæ semel ex-
pirauit, alle. Old. in l. cum vxori. C. quando dies leg. ced. & idē
tradit Io. And. in add. Spe. in tit. de test. § in primis. in vlt. quę-
stio. & Ioan. And. refert, & sequitur Pau. de Cast. in l. ex facto. §.
pen. ff. ad Treb. & in consi. 170. Ne impropriis vtamur vocabu-
lis. Alex. in consi. 31. Ponderatis his. in prin. lib. 3. & in simili casu
Abb. in consi. 40. Venio ad primum. in 1. dub. lib. 1. Et sic vide-
tur cessare testamentum, & ab intestato hæreditas Cæsaris esset
debita eius sororibus, & nō patruis, qa sunt in gradu proximio-
ri. Sed tñ hoc nō obstante ꝯtiū, vt s̃. conclusum fuit, de iure es-
2 se arbitror ꝑp volūtatē testatoris, † quæ totū facit; vt dicit tex.
in l. ex facto. la grande. § rerū aūt. ff. de hær. insti. & in l. in ꝯditio-
nibus primū locū in prin. de cond. & dem. in l. cū qō. in fin. C. de
leg. & præcipuè in fideicōmissis voluntas testatoris attenditur,
vt dicit tex. in l. fideicommissa § itē si quis. in fi. de leg. 3. in l. pe.
3 de leg. 1. † & voluntas ēt tacita sufficit, ꝙ colligatur ex coniectu
ris. l. qui solū. §. 1. l. cū proponeretur. in fi. de leg. 2. l. licèt Impera
tor. vbi Bar. de leg. 1. facit tex. in l. cū auus. de cond. & dem. & in
casu isto manifesta vr̃ voluntas testatoris, dū disposuit, ꝙ neptes,
quæ restarent ex filiis tribus institutis, deberent dotari de bonis
eorū patris, & residuū hæreditatis eius, qui decessit sine filiis ma-
sculis, deueniat ad alios hæredes vniuersales superuiuentes, aut
ad eorū filios masculos in stirpē, & non in capita. Cū ergo ex di-
cto Marco Antonio relictæ sint neptes, debēt dotari de hæredi-
tate, & portione Cæsaris earū fratris, qui successit Marco Anto-
nio eius patri; & cū duæ sint neptes, cuilibet ipsarū debent dari flo-
reni 600. secūdū ordinē, & dispositionē testatoris: & ꝙ residuū
hr̃ditatis filii defuncti debeat aliis hr̃dibus vniuersalibus superui
uentibus, & sic debetur Pet. & Alex. qui sunt hæredes, & super-
uiuunt: & cum in hoc manifestissimus sit sensus testatoris, non
est vlterius laborandum. l. 3. C. de lib. præter. & in l. ille §. cū in
uerbis. de leg. 3. & hoc idem confirmatur, quia testator semper
vocauit nepotes masculos filiorum: ergo vr̃ voluisse exclude-
re fœminas neptes, de quibus agitur, quia in terminis masculus

negatur

repugnat fœminis, ut not. Abb. in consi. 37. Vr primo. lib. 1. Ant. de But. in consi. 45. Recte decisum est. Io. de Ana. in consi. 22. Ad approbandum. & quia fecit specialem prouisionem, & voluit, quod neptes debeant dotari, & quod superest vltra dotem acquiratur hæredibus vniuersalibus masculis superuiuentibus; vnde exploratam habemus voluntatem testatoris, quod dictæ neptes excludantur, & hoc in bonis, quæ ab ipso testatore peruenerunt, in quibus haberet locum fideicommissum, secus esset in bonis, quæ Marcus Antonius pater dictarum neptum acquisiuisset, quia non veniunt in fideicommisso. l. cohæredi. §. cum filiæ. de vulg. & pup. in l. sequens quæstio. de leg. 2. in l. 3. §. vxor. de dote prelegata. & no. Pau. de Cast. in consi. 162. Visa narratione. Alex. in cõsi. 20. Ponderatis. lib. 3. Non ob. quod dd supra in cõtrarium allegatur, quia illud haberet locum, quando testator apposuisset simpliciter conditionem, si decederet sine liberis. quia extantibus liberis cessat conditio fideicommissi, & licet postea moriantur filij sine liberis, conditio semel defecta non reuiuiscit, quia testator in isto casu non
4 disposuit. † Et dato, quod istam mẽtem testator habuisset, non sufficit testatorem ita uoluisse, nisi disponat. l. quidam cum filium, vbi Bald. & Imo ff de hære. insti. Secus est in isto casu, in quo testator vlterius procedit disponẽdo in alio capitulo testamenti, vbi voluit, quod filiæ filiorum debeant dotari, & residuum bonorum restituatur aliis hæredibus vniuersalibus superuiuentibus, quæ quidẽ verba verificata sunt in dictis Pe. & Ale. qui superuiuunt, & sunt filij, & hæredes testatoris, ad quos bona debent peruenire extractis prius dotibus secundum manifestam voluntatem testatoris. Philip. Dec. Pisis.

EPITOME Consi. CCCCLXXVIII.

De vxore instituta in vsufructu, & post eius mortem filij instituti sunt.
Et præteritio filiorum reddit testamentum nullum.
Et de directa substitutione, quæ non potest fieri post aditam hæreditatem à pagano.
Et de clausula codicillari, & quando fideicommissum non agnitum in hæredes transmittatur.
Et quando filius intret locum patris.

SVMMARIVM.

1 *Filius in testamento præteritus, vel exhæredatus dicitur, nisi institutus fuerit, licet de eo mentio facta fuerit.*
2 *Substitutio præteritionis defectum non tollit.*
3 *Testamentum, quod institutionis respectu non valet, à gradu substitutionis valere incipit.*
4 *Clausula, eius hæredes vniuersales, directam institutionem denotat.*
5 *Filiorum prima causa est in successione patris ab intestato.*
6 *Fideicommissum non agnitum non transmittitur, quando clausulæ codicillaris virtute debetur.*
7 *Fideicommissum, quod hæredi scripto clausulæ codicillaris virtute restituendum est, ignoranti non acquiritur.*
8 *Ius vnum quando in aliud transfunditur, iuris transfusi natura amplius non attenditur.*
9 *Præteritio matris hodie pro exhæredatione non habetur.*
10 *Statuto etiam si proximiores vocentur, filius tamen fratris cum patruis simul admittitur.*
11 *Fideicommissi in successione, quæ ex testatoris dispositione procedit, filius patris locum non intrat, sed proximiores in gradu præferuntur.*
12 *Fideicõmisso filius patris locum nõ obtinet, sed in gradu prior admittitur.*


IN causa Domi. Aurelij, quæ Perusij agitatur viso puncto, & diligenter consideratis omnibus, quæ narrantur, agam breuibus: & fm resolutionem; quam inferius dicam, cessabunt plura dubia, de quibus in puncto quæritur. Primo. n. dubitatur de validitate testamenti do. Gilioti Recanatensis, qui instituit do. Constantiam eius vxorem vsufructuariam omnium bonorũ: & post eius mortẽ instituit eius hæredes vniuersales sex filias suas legitimas, & naturales. Nam primo videbatur dicendum, quod valeret testm̃, quia cum ipsa sit instituta in vsufructu pro toto tempore eius vitæ nullo dato cohærede, talis institutio trahitur ad omnia bona hæreditatis, & videretur grauata post eius mortẽ dictis filiabus hæreditatem restituere, vt in terminis de vxore instituta in vsufructu non dato cohærede tradit Bal. in l. id, quod pauperib. in 14. q. C. de epis. & cle. & idem not. Ang. in l. certi iuris. C. de testa. mili. in l. filius à patre. in prin. ff. de lib. & posth. Sali. in l. extraneum. in 3. q. C de hære. insti. cum si. vt Alex. scribit in consi. 162. Circa primum dubium. lib. 2. Ang. Are. in §. hæres. insti. de hæred. insti. & dixi in consi. 278. Non leuis perplexitas videtur. Sed breuiter concludendum est, quod dictum testamentum fuerit nullum
a ex defectu præteritionis, [a] quia cum dictæ filiæ essent in potestate, & in vita domi. Constantiæ præteritæ sint, testamentum redditur nullum § primo. insti. de exhære. lib. & in l. inter cætera. de
1 lib. & posth. in l. fin. §. sancimus. C. de lib. præte. † Et licet facta sit mentio de filio in testamento, dicitur tñ præteritus, si non sit institutus, vel ex hæredatus, vt not. Bart. in l. quidam. C. de fideic. & est text. in §. posthumi quoq;. insti. de exhære. libe. in §. eadem. institut. de hære. quæ ab intest. facit text. in d. l. inter cætera. in l. posthu. C. de contratab. & ideo etiam si filio relictum sit legatum, dicitur præteritus. l. si cum in vtero. C de testa. milit. & in l. ita tamen. §. qui rogatus. ff. ad Treb. & dato, quod filius fuerit substitutus alio in 1. gradu instituto; dicitur præteritus, & vitiatur & testamentum. l. ex facto. §. Lucius. ff. de vulg. & pup. l. si filius fam. substituatur. ff. de hære. insti. & not. Ro. in consi. 516. In casu propositæ consultationis. Ange. in consi. 94. Pro parte negatiua. Raph. Cu. in consi. 126. Visa copia. cum sim. vt dixi in consi. 105. Et ideo vitium præteritionis factæ in prima institutione non purgatur ex eo, quod postea filiæ institutæ fuerint post mortem do. Constan-
2 tiæ prius institutæ: † quia ista videtur quędam substitutio, quæ non tollit defectum præteritionis. d. l. ex facto. § Lucius. de vulg. & pup. & ita patet, quod testamentum quantum ad primam institutionem do. Constantiæ fuit nullum: & in hoc res satis clara videtur per supra dicta. Secundo videndum est de validitate secundæ institutionis factæ de filiabus eius post mortem do. Constantiæ primo institutæ, nam primo videretur dicendum quod licet testamentum sit nullum in primo gradu institutionis, in quo filiæ præteritæ sunt, tamen in secunda institutione videretur valere,
3 quia cessat vitium præteritionis. † Et testamentum, quod non valet respectu institutionis, incipit valere à gradu substitutionis. l. 3. § fi. ff. de libe. & posthu. & in d. l. ex facto. §. Lucius. ff. de vulga. & pupil. & in l. si filiusfam. substituatur. ff. de hære. insti. Sed breuiter hoc in casu isto non videtur habere locum, quia hic non agitur de substitutione vulgari, prout iura supra allega. loquuntur: sed hic agitur de institutione directa facta post mortem do. Cõstan-
b tiæ, quæ in effectu non valet, [b] quia paganus non potest facere directam substitutionem post aditam hæreditatem, prout hic præsupponitur post mortem do. Constantię. §. extraneo. institu. de pup. in l. verbis ciuilibus. in princ. ff. de vulg. & pup. & speciale est in milite, vt post aditã hęreditatem directo substituere possit. l. miles ita hęredem. in prin. ff. de testa. mili. in l. Centurio. ff. de vulg. & pupil. constat autem, quod illa verba, post mortem do. Constantię suę vxoris instituit eius hęredes vniuersales &c. sunt verba directa, vt de verbo, instituit. not. Bald. in l. fin. in versicu. illud est certum. C. de sacrosanct. eccles. vbi allegat titulum ff. & C. de hęre. instituen. & idem Bal. in consi. 46. Verba institutionis. lib. 3. & in consi. 55. Punctus. lib. 2. Bar. in l. Centurio. in l. recusare. in §.
4 Titius. ff. ad Treb. † Similiter illa uerba, eius hęredes vniuersales. denotant directam institutionem, vt not. Bart. in d. l. Centurio. & cum facta sit à pagano post aditam hęreditatem, clarũ est, ut dixi, quod non valet. Similiter cum dicta institutio facta de filiabus nõ sit facta sub conditione potestatiua, etiam ex isto capite non valet, & nullius est momenti. l. Lucius. in fin. ff. de condi. & demon. in l. si pater. C. de instit. & substi. l. suus quoque. ff. de hered. insti. facit tex. in l. iam dubitari. ff. eo. tit. de hęre. insti. in l. 1. §. sciendum. in versi. idem erit dicendum. ff. de suis, & leg. in l. si libertus. in §. existimo. § autem. ff. de bon. lib. Et stante nullitate dicti testamenti, vt patet ex suprà dictis, res ab intestato reducta fuit, & ab inte-
5 stato veniebant filiæ, † quia prima causa est filiorum in successione patris ab intestato, auth. in successione. C. de suis, & legi. l. 1. C. vnde lib. l. inter filios. C. fami. ercisc. & in §. 1. in Auth. de hęre. ab intest. venientibus. & cum in dicto testamẽto reperiatur clausula codicillaris, eius virtute prędictę filię hęredes ab intestato hęreditatem Gilioti earum patris do. Constantię institutę tenebantur restituere, quia vt Oldr. dicit in consi. 71. Thema tale est, Titius.
* in versi. 7. & vlt. in hoc * *omnes* cõcordant, quod virtus illorum verborum est, quod videantur rogati ab intestato venientes restituere bona scriptis hęredibus. alleg. l. cohęredi. § cum filię. ff. de vulg. & pup. & l. ex ea scriptura § ex his ver. ff. de test. & ibi Bar. hoc idem dicit per tex. in l. quę rebatur. in ver. vtrum autem. ff. de testa. mili. & idem Bar. in l. quia autem. ff. si quis omis. causa testam. in versi. tertio not. & tradit Alex. in consi. 152. Viso processu. & in consi. 161. Examinatis iuribus. libr. 2. in consilio 9. Visis verbis. libr. 1. & secundum istam conclusionem consuluit Fulg. in d. consilio 21.

Ad pri-

ADDITIONES.

a ¶ Præteritionis.) Imo valet, & non sunt præteritæ. sed institutæ etiam in primo gradu, & hoc per no. in auth quod locum. C. si secundo nup. mulier. & s. consi. 454. consi. 476. mater non censetur instituta, nisi respectu alimentorum, & sic in certo iure tantum, & Verbum postquam non differt institutionem, sed libertatem ab alimentis, & administratione.
b ¶ Non valet.] Imo valet, & pura est, vt supra dixi.

Ad primum, de quo quæritur. in consilio 32. Ex facto proponitur. Corn. in consi. 298. Ante omnia. lib. 1. in consi. 206. Ex themate. lib. 2. cum sim. quæ nota sunt. Et cum dicta Constantia mortua sit, uidetur ad eius hęredes ius fideicommissi uniuersalis transmisisse: quia secundum * *communem* opinionem ius fideicommissi uniuersalis transit in hæredes, si fideicommissarius decedat ante factam sibi restitutionem, ut Bart. concludit in l. cum filio. in uer. quæro, pone. de leg. 1. & idem Bar. in l. 3. per illum tex. C. de fideicom. in l. à testatore. circa finem. ff. de condi. & demõ. ubi ad hoc plura iura inducit. & idem Bar. in consi. 16. Ex facto proposito. in uersi. quinto restat. & idem tenet Imo. in l. 1. §. 1. de lega. 2. in gl. in uerbo, lucretij. & ista est communis opinio ut Alex. concludit in d. l. cum filio. in ver. in ead. ibi, sed in uniuersali. & à prædicta communi opinione non est recedendum. Sed difficultatem facit, quia dicta communis opinio limitatur non procedere in casu nostro
6 qñ fideicommissum debetur uirtute clausulæ codicillaris, † quia tunc fideicommissum non agnitum non transmittitur, ut no. uoluit Bar. in l. 1. in 1. q. ff. de iure codicillo. per textũ in l. quærebat. ff. de testam. milit. ubi dicitur, ꝙ uirtus testamenti conuertitur in codicillos: unde sicut hæreditas non adita non transmittitur, l. 1. §. in nouissimo. C. de cadu. toll. ita nec istud fideicommissum, in quod directa institutio conuertitur, quia vr̃ habere tacitam conditionem, si agnoscatur, & si agnitum non fuerit, non transmittitur. & idem no. Bar. in consi. 12. incipiente, Si quis hæres institui-
7 tur. † ubi similiter concludit, ꝙ fideicommissum, quod est restituendum hæredi scripto uirtute clausulæ codicillaris, non acquiritur ignoranti: & nisi fideicommissum agnoscatur in hæredem, non transmittitur: alleg. dictam legem quærebatur. de testa. mili. & sequitur Ang. Are. in tract. de testa. in uerbo, iure codicillorũ. ergo vr̃, ꝙ domina Constantia hæres instituta, quæ non agnouit dictum fideicõmissum, illud non potuerit ad hæredes eius trans-
a mittere. Sed breuiter [a] concludendum est, ꝙ illud dictũ Bar. non sit verum, vt Alex. scribit in d. l. cum filio. in loco supra allegato: quia ratio, in qua fundatur cõis opinio, ꝙ fideicommissum non agnitum transmittatuur, est, quia fideicommissario competit officium iudicis ad compellẽdum hæredem adire. lege quia poterat, ff. ad Treb. no. per gl. in l. & si fine. in uerbo, cõuentos. C. ad Treb. & tradit Bar. in l. si legatis. in prin. ff. ad Trebellianum. Et officium iudicis nobile, prout hoc vr̃, transit in hæredem, in l. non solum. ff. de in integ. restitu. & ista ratio utique militat in hoc fideicommisso, quod debetur ex clausula codicillari: ergo dicendum est, ꝙ transmittatur. & à fortiori idem esset dicendum, si actio competeret pro restitutione facienda, ut per gl. in d. l. & si fine. & per Bart. in d. l. si legatis. in prin. & ꝯ Bar. etiam tenet Raph. Cum. in l. 1. ff. de iure codicillorum. & Ro. in l. si quis priore. ff. ad Treb. ubi dicit, ꝙ contra Bar. est tex. in l. 2. § fi. ff. de iure codicillorum. & cũ prædictis etiam concordat Aret. in d. l. cum filio. in uersiculo, aduerte tñ. & latius in l. ex ea scriptura. §. ex his. in fi. ff. de testa. & ibi adducit bonã rationem, quia ratio Bar. non bene concludit, dum inquit, ꝙ uirtus testamenti transfunditur in codicillos, ergo codicilli, & sic fideicommissum uidentur assumere naturam testamenti, & institutionis, quæ est, ꝙ hæreditas non adita non transmittitur: nam ratio ista in contrarium retorquetur, quia causa testamenti transfertur in codicillos, ergo vr̃ assumere naturam fi-
8 deicommissi, & codicillorum: † quia qñ unum ius in aliud transfunditur, amplius non attenditur natura iuris transfusi, sed eius, in quem fit transfusio, ut no. in l. aliam. ff. de noua & idem, qđ supra tenet Pet. Philip. Corneus Perusinus post Io. Petrucij, ut ipse ibi refert in auth. ex causa. C. de libe. præ. ubi reassumit rationem Aretin. & ponit exemplum de uxore Loth, quæ fuit conuersa in statuam salis, in qua prima natura cessauit, & noua assumpta fuit; & patet in titulo de cõuer. coniugat. & de cõuersio. infideli. & licet Soci. in d. l. cum filio. conetur rñdere in ultima charta, vel prima, & secunda, dum inquit, ꝙ in casu isto conuersio testamenti vr̃ facta in codicillos non absolute, & simpliciter, prout allegata contra Barto. loquuntur: sed s̃m quid uidelicet quatenus natura testamenti repugnat codicillis, ut quia in codicillis hæreditas nõ potest dari directo. lege hęreditatem. C. de codicillis. §. fi. instit. de codicillis. sed quo ad alia, quę non repugnant naturæ testamenti, conseruari vr̃ uirtus testamenti, prout est transmissio, quæ s̃m naturam testamenti non habet locum: sed potest rñderi, ꝙ imo natura testamenti repugnare vr̃, quia cum testm̃ sit transfusum in codicillos in essentialibus, ita ut nõ dicatur institutio directa, sed in fideicõmissum, natura fideicommissi attendi debet, quæ est, ut transmittatur; & quia si fideicõmissum relictum in testamento transmittitur, licet agnitum nõ sit secundum cõem opinionem, pariter idem vr̃ in fideicommisso, quod uirtute clausulæ codicillaris inducitur. & cum ista uideatur cõis opinio, ut patet ex s̃. dictis, non vr̃ esse ulterius laborandum. Et retenta hac cõi conclusione infertur, ꝙ do. Constantia, quæ non agnouit fideicommissum, quod erat sibi restituẽdum, ad eius hæredes illud transmisit; & cum ipsa in eius testamento hæredes instituerit do. Ludouicã uxorem Bartholomæi Vlpini de Recanato, & do. Lamiam uxorem Aurelij Guarini de Auximo ipsius testatoris filias legitimas, & naturales, ut constat in testamento; ad ipsas duas filias tantum vr̃ transmissum fideicõmissum: & hoc esset clarum, si testm̃ ualeret, sed reuocari potest in dubium de ualiditate testamẽti, quia do. Constantia in eius testamẽto de nepotibus suis ex alijs suis filiabus non fecit aliquam mẽtionem. unde præteritio dictorũ nepotum vr̃ reddere testm̃ nullum, quia tenebant locum matris. ar. l. posthumorum. ff. de iniu. rup. & in §. ita demũ. insti de hære. quę ab intest. & in §. posthumorũ. instit. de exhæredat. lib. q̃ iura licet loquantur in linea paterna, tñ hodie ẽt habent locum in linea ma-
9 terna, † quia hodie præteritio matris non habetur pro exhæredatione, & ideo descendentes per lineam maternã, si præteriti sint
b sine insertione causæ, testm̃ redditur nullum. [b] §. aliud quoq; capitulũ. in Auth. ut cum de appel. cogno. & ita Old. concludit ꝯsi. 40. Breuiter uidet, ꝙ nepotes ex filia. & si tale fideicõmissum deferatur ab intestato hæredibus do. Constantiæ, stante nullitate testamenti ab intestato ad successionem eius uocati uidentur nepotes prædicti ex filiabus in stirpem simul cũ dictis Ludouica & Lamia filiabus: quia dicti nepotes in locum matris eorũ succedunt. §. cum filijs. insti. hæredi. quæ ab intest. & in §. reliquum. in Auth. de hære. quę ab intest. & in Auth. ut fra. filij. in prin. no. per gl. in l. cum ita. §. in fideicõmisso. in uer. proximo, de leg. 2. & in not. casu
10 Alex. tradit in consi. 88. Quod concurrere debent. lib. 1. † vbi cõcludit, ꝙ ẽt in statuto, in quo uocati sunt proximiores, tñ filius fratris cum patruis simul admittitur, & pariter in casu isto uideretur dicendũ, ꝙ nepotes ex filiabus pręmortuis simul cũ filiabus do. Constantiæ eorũ maternæ admitterentur. Sed ulterius, & recte cogitanti ꝯrium in casu isto cõcludendum vr̃, uidelicet ꝙ ad petendum fideicõmissum, de quo agitur, solum uocatę sint filię
c dictę do. Constantię exclusis [c] nepotibus ex filiabus pręmortuis. & pro uerificatione huius cõclusionis considerandũ est, ꝙ transmissio dicti fideicõmissi facta per dictam do. Constantiã in suos hęredes vr̃ de fideicommisso agnoscendo, ut dicitur de hęreditate, qñ transmittĩ, quia non agnita, sed ut agnoscenda transmittitur. l. si quis filium. §. si filius. ff. de acqui. hęre & in tali fideicommisso succeditur primo testatori, qui fecit fideicõmissum uirtute codicillaris clausulę. l. cohæredi. §. cum filię. ff. de uulg. & pupil.
11 † Et in successione fideicõmissi, quę procedit ex dispositione testatoris, filius non intrat locum patris, sed proximiores in gradu pręferuntur, ut Bal. concludit in l. cum ita §. in fideicõmisso. in fi. ff. de leg. 2. ubi distinguit, ꝙ aut agitur de successione legali, & filius subrogatur in locũ patris, auth. cessante. C. de legi. heredi. aut agitur de successione, quę procedit ab hoīe ex dispositione testatoris, prout loquitur text. in d. §. in fideicõmisso. & tunc filius nõ intrat, locum patris, sed proximior in gradu pręponitur. & opinionem Bald. sequuntur ibi Raph. Cu. & Flo. de sancto Petro. &
12 idem Raph. Cu. in consi. 106. Mulier instituit maritum. † ubi expresse dicit, ꝙ in fideicommisso filius non obtinet locum patris, sed prior in gradu admittitur. alle. Bal. in d. l. cum ita. §. in fideicõmisso. & hoc idem tenet Ang. Are. in d. §. cum filius. instit. de hęre. quę ab intest. & ratio diuersitatis secundum Bal. vr̃ in d. §. in fideicommisso. quia in dispositione legis consideratur iuris dispositio, quę est, ꝙ filius intret locum patris, sed in fideicõmisso consideratur affectio testatoris, quam ad proximiores habere videtur. Et secundum istam conclusionem consuluit Alexã. in consi. 203 alias 204. Consideratis uerbis. lib. 2. ubi dictum Bald. in d. §. in fideicommisso. sequitur. & idem Alex. in cons. 4. Ponderatis uerbis testamenti. lib. 4. & in cõsi. 129. Pespectis his, quę in themate. lib. 5. & ita late alias consului, ut patet in consi. 1. Memini me. ubi plura dixi, quę nunc gratia breuitatis non repeto. Allegata supra in contrarium nõ obstant, quia habent locum in successione legali, secus in fideicommisso, ut supra dictũ est. Et sic concludendum est, ꝙ ad dictum fideicommissum uocatę sunt solum filię dictę dom. Constantię uti proximiores exclusis nepotibus ex filiabus pręmortuis. Est etiam considerandum in fauorem dictarum Ludouicę, & Lamię, quę solę institutę sunt ab earum matre domi. Constantia: quia dato, quod testamentum sit nullum ex causa pręteritionis dictorum nepotum, ut supra dictum est, illis tamen institutis propter clausulam codicillarem hęreditas dictę do. Constantię esset restituenda per ea, quę superius dicta sunt. & sic conclusio uidetur, quod hęreditas dicti Gilioti, & similiter hereditas do. Constantię uirtute fideicommissi solum ad dictas dominas Ludouicam, & Lamiam spectare uidetur discurrendo, ut supra dictum est.

ADDITIONES.

a ¶ Breuiter.] Et in hoc bene.
b ¶ Nullum.) Et bene in hoc testamento.
c ¶ Exclusis.) Imo quia ex quo fideicommissarius mortuus est, postquam dies cessit, licet ante agnitionem transmisit, vt supra eod. nu. 7. nu. 8. Et sic omnes admittuntur.

EPITOME Consi. CCCCLXIX.

Non potest tutor præstare autoritatem in facto proprio: & quando valet transactio facta à tutore, & quando recedatur ab illa præsumptione, quæ ex decreto habetur, & propter enormem læsionem à trãsactione receditur.

SVMMARIVM.

1 *Tutor transactionem facere potest.*
2 *Dictio, solùm, taxatiua est.*
3 *Tutor certæ rei, vel causæ dari non potest.*
4 *Pupilli bona immobilia sicut sine causa, & solennitate alienari non possunt, ita etiam & obligari.*
5 *Iudicis decreto præsumitur etiam in voluntario iurisdictionis actu.*
6 *Præsumptio vna aliam vincit.*
7 *Actus factus propter temporis breuitatem non valet.*
8 *Transactionis in contractu licèt vltra dubij euentus æstimationis dimidiã quis deceptus fuerit non tamen petere potest, quòd transactio facta rescindatur; num. 9.*
10 *Transactione facta licèt instrumenta appareant, quibus transigentem deceptum fuisse constet, etiam si grauis deceptio fuerit, lis propter hoc suscitari non debet.*
11 *Transactio quo casu iuramento equiparetur.*
12 *Transactio non valet, cum lis, & litis instantis timor cessat.*
13 *Transactio per relationẽ ad litem facta, vbi lis non extat, nulla est nu. 14.*


N controuersia, quæ in celebri ciuitate Brixie agitatur, de
duobus dubitari contingit, circa trãsactionem, de qua
agitur: primo an transactio ipso iure fuerit nulla. Secũ
dò dato ꝙ valeret, an ꝑ enormem lesionẽ retractari possit. Cir
1 ca primum, †licèt tutor trãsactionem facere possit, ut no. per gl.
in l. præses. C. de transa. in l. tutoris quoq;. ff. de pac. tex. in l. inter-
dum. § qui tutela. ff. de furtis. in l. si pignore. §. fi. e. ti. de furtis. tamẽ
in casu isto legitimè non interuenit tutor: duo. n. tutores adhibi-
ti fuerunt in ista transactione, do. Petrus Iacobus, qui tutelam ad-
ministrabat, & cum ipse tanquã pars dicta transactione interueni
ret, non potuit in facto proprio autoritatẽ præstare. l. 1. in princ.
l. pupillus. in prin. ff. de autoritate tuto. in §. si instit. de autoritate
tutorũ. Et propter hoc in tali trãsactione adhibitus fuit do. Ioan.
Petrus de Aueroldis, qui erat tutor testamentarius, licèt non ad-
ministraret, & ipse ejus autoritatem solum in tali trãsactione in-
terposuit, quia dictus Petrus Iacobus, qui administrabat, nõ pote
rat in illo actu interuenire; vnde si specialiter in hoc casu ratione
prædicta voluit officium tutoris exercere, ergo in aliis casibus vr
voluisse administrationem tutoris recusare. ar. l. cũ prætor. ff. de
2 iudi. l. maritus. ff. de proc. † Et quia vtitur illa dictione, solùm quę
est taxatiua, & cum ratione, quæ allegatur, exclusiua vr. l. aduer-
sus. si aduer. rem iudi. l. his solis. C. de reuocan. dona. no. Bal. in l. 1.
C. de contra. & non vr, ꝙ dictus do. Io. Petrus tutor testamenta-
rius potuerit officium tutoris diuidere, arg. l. 1. de acqui. hæred. &
in l. neminem. de leg. 2. & quia ista transactio debuit fieri cũ illo
tutore, qui haberet administrationem, & facta cum alio non vide
tur valere. l. & si ex pluribus. ff. de admi. tuto l. 3. §. sed & si quidẽ
3 tutor. ff. iudi. solu. † & quia certæ rei, vel causæ tutor dari non
potest. §. certæ aũt rei. instit. qui testam. tuto. dari possunt. & in l.
certarum rerum. ff. de testam. tute. nõ obstat, ꝙ à statuto permit-
tatur, ꝙ ad certum actum tutor dari possit: quia hoc intelligitur,
a si detur à iudice, non aũt potest[a] ipse tutor administrationem tu-
telę ad certum actũ restringere, quia officium tutoris indiuiduũ
videtur, ut suprà d xi. Et dato, ꝙ tutor legitimè dictam trãsactio-
nem facere potuisset, quod tamen negatur, ex alio capite transa-
ctio nõ valuit, quia præiudicialis, & valde damnosa fuit pupillo,
ut latè præstantissimus dominus aduocatus deducit: & ta'i casu
transactio facta à tutore non ualet. l. pactum curatoris. C. de pac.
facit tex. in l. qui filium. §. itaque. ff. de manu. testamẽ. in l. qui fun
dum. § si tutor. ff. pro empto. & in l. tutor. in princi. ff. de fur. & in
transactione not. Bartol. in consil. 47. Nunquid tutor. in fin. Ro.
in consi. 28. Visa facti serie. in fin. & Cornet. consil. 252. Primò vi-
dendum est. lib. 3. facit, quod not. Angel. in consil. 66. Visis dictis
compromissis. in 1. dubio. & faciunt quæ Socin. tradit in consil.
4 73. Difficultatem faciebat. lib. 3. † Item considerandum est, quòd
11 lib.3. dicit, † ꝙ mulier non habet familiam.l. pronuntiatio.in fi. de uerb.sig.& propter hoc reprobat glo. Sed replicari potest, ꝙ saltem largo modo mulier dr̃ habere familiā, ut concludit Soci. in d.consi.43.lib.tertio.per illum tex.in d.§.cum inter. & hoc cōsonat, ut iura iuribus concordentur.c.cum expediat.de elec.in 6. Vel secundo rñdetur ſm Salic. in l.ea lege. in prin. C.de condi.ex leg.ubi dicit illum tex.procedere in filio, prout loquitur ꝑ magnam coniunctionem, arg.l. cum ratio.de bo. damna. secus esset in alijs uenientibus ab intestato.& ad hoc facit text. ff.de lega.3.l. filius.& ista opinio ꝯ Bar.uerior vr̃ de iure, ut concludit Imo. in d.l.peto.§.fratre.post Pet.& Bal. quos ibi refert Soci. in d.l.ea lege.& Fulg.in consi.117.Io.quondam de Rampondis. & Soci. in d.consi.43.lib.3. & dixi in d. consi.23. Non obstat, ꝙ negari non potest, quin communis opinio sit in contrarium, à qua non vr̃ re
12 cedendum: † quia rñdetur, ꝙ imo receditur à communi opinione, qñ opinio contra communem fundata sit melioribus rationibus, prout in casu isto uidetur, nam sæpenumero contingit, ꝙ doctores nostri imitantur aues, quæ qñ una uolat, omnes aliæ sequuntur: & merito cōis opinio non attenditur, quando contraria efficacioribus rationibus conuincitur, ut no.Io.And.in c. 1.in fi.de cōsti.ubi Abb.post alios sequitur per tex.in l.1.§. sed neque ex multitudine cunctorum.C.de uete.iure enucle. bonus text.in c.capellanus.de ferijs.ubi Abb.in pe.not. & idem tenet Domi.in c.1.in uer. not.argu. de sum.Trini. & fide catho. Iustius enim, & æquius est illi sententiæ inhærere, quæ melioribus rationibus fulcitur, etiam si imperator sit in opinione ꝯria.l.Aemilius.ff.de mino.ita dicit Ang.in consi.170 Sanctissima, & illustrissima. cū sim. ut dixi in c.1.de consti. licet etiam communis opinio saluari possit distinguendo, ut supra dixi.

EPITOME Consi. CCCCLXXXII.

F.mandauit vt percuteret duobus vulneribus I.quod & fecit, ita tamen ꝙ mortuus est. Inquiritur contra F.qui confitetur mandatum. Respon. F.non esse puniēdum pœna corporali, quæ pro homicidio imponit, Sed alia pœna arbitrio iudicis puniri debet.

SVMMARIVM.

1 *Mandans aliquem præcise vulnerari, non autem occidi, quo casu de homicidio teneatur.2.4.5.*

3 *Delinquit si quis in plus incidendo in aliam speciem delicti præter intentionem, si illud, quod committitur, tēdit ad illum finem, qui sequutus est, tunc euentus inspicitur.*

6 *Confessio per inquisitum facta in ipsius fauorem interpretari debet.*

7 *Pœna homicidij locum non habet, nisi homicidium dolo commissum sit.*

8 *Statutum si dictauerit, quòd quis pro homicidio decapitari debeat, intelligitur, quando dolo commissum fuerit.*

9 *Homicidium quo casu non dolo, sed culpa commissum esse dicatur.*

10 *Bannitum non legitime qui interficit, non punitur de homicidio dolose facto, sed de culpa.*

11 *Mulier si medicamentum concipiendi causa dederit, ex quo mors secuta fuerit, extraordinarie punitur.*

12 *Homicidio tenetur qui hominē non occiderit, sed uulnerauerit, ut occidat.*

13 *Lapidem projciens in locum prohibitum, qui casu fortuito transeuntem percutit, de culpa, non de dolo puniri debet.*

14 *Maritus, qui occidit uxorem in adulterio deprehensam, de homicidio non punitur, quamuis illam occidere prohibitus sit.*

15 *Defendendo se si quis modum excesserit, pœna legis Corneliæ de sicarijs tanquam dolosus puniri non debet, sed uti culpabilis.*

16 *Doctori, qui in aliqua opinione singularis est, fides adhibenda non est.*

17 *Pœna mitior semper imponenda est.*



Ro resolutione casus propositi videndum est, an Francis. Fatij Calcinēsis ueniat puniendus pœna mortis naturalis, ex eo ꝙ formata ꝯ eum inquisitione confessus fuit se mandasse Bastiano eius nepoti, vt Ioannem Baptistam Targonani duobus vulneribus percuteret, ex quibus præfatus Ioannes Baptista mortuus est. Et prima consideratione quàmplures esse arbitror, qui inclinarent ad dicendum, quòd dictus Francis. pœna capitis pu-
1 niendus sit, † quia licet præcise non mandauerit homicidium cōmitti, sed vulnerari, tñ quia vulnera tendunt ad mortem, vr̃, ꝙ Franciscus prædictus pœna homicidij sequuti debeat puniri: ita
2 vr̃ casus in c.fi.de homi.in 6.vbi dr̃, † ꝙ is, qui mandat aliquē verberari, licet expresse inhibeat, ne occidatur, si mandatarius fines mandati excesserit, & occiderit, mandans tenetur pro tali homicidio, quia, vt ibi dr̃, cum mandando in culpa fuerit, & hoc euenire posse debuerit cogitare. & hoc vr̃ tenere Bar.in l.diuus. in fi.ff.
3 de sicar. † vbi concludit, ꝙ si quis in plus delinquit incidendo in aliam speciem delicti præter intentionem, si illud, quod committitur, tendit ad illum finē, qui sequutus est, tunc inspicimus euentum, alleg. tex.in d.c.fi. & in l.fi.ff. de crimine expil. hære. & facit tex.in l.qm̄ multa.C.ad leg.Iul.de vi.& ideo in casu isto cum mādatum de vulnerando tenderet ad homicidiū, quia vulnera non possunt limitari, videtur, ꝙ Franciscus, qui mandauit de homicidio sequuto teneatur.& hoc idem tenet Bal.in l.cum mandati.C.
4 manda.† ubi inquit, si dominus mandauit procuratori, ꝙ vulneraret, & non occideret, & procurator intulit vulnus mortale, tenetur de homicidio dn̄s, qui mandauit: quia cogitare debuit hoc posse euenire, ut in d.c.fi.de homi.in 6.& per illū tex. idem tradit
5 Bal.in l.non eo minus.C.de accusa.in versi.item quæro. † vbi concludit, ꝙ si mando tibi, ꝙ gladio aliquem vulneres, & non occidas: quia moderare vulnus non est in potestate vulnerantis, mandans tenetur de homicidio, ac si mandasset homicidium fieri, d.c.fi & sequitur Ang.Are.in tract.malefi.in verbo, Sempronium mandatorem. in q. 18. & ſm istorum opinionem late consuluit Bar.Veron.in cōsi.34 Si vnquam magnifice domine.in vlt.char. Prædictis tñ non obstantibus ulterius cogitanti ꝯriam sententiā ueriorē esse arbitror, & illam tanq̄ humaniorem amplector, & concludo, ꝙ in casu proposito dictus Franciscus nullo modo pœna corporali sit condemnandus. Et primo considerandum est,
6 † quòd confessio facta à dicto Francisco super inquisitione con
a tra eum formata in dubio debet in fauorem [a] ipsius Francisci interpretari, vt not.dicit Anto.de But.in cap.ex literis.el j. in fin.de sponsa. & refert, & sequitur Alexan. in consi.183.Viso puncto. lib.5.vnde cum confiteatur se mandatum fecisse pro duobus vulneribus, ista confessio limitata in uulneribus non debet trahi ad homicidium, quòd à uulneribus distinguitur. & sic manifeste constat mandatum limitatum fuisse in vulneribus, & non est trahendum ad homicidium, & hoc clarum videtur: & etiam in dubio confessio, vt dixi, debet in fauorem confitentis interpretari. Secundò pro euidenti fundamento huius conclusionis præmit-
7 tendum est, † quòd pœna homicidij non habet locum, nisi homicidium dolo commissum sit.l.1. C.de sica. l.j.§.diuus. ff.de sicar. in capitu. significasti.el 2. de homici. Et in tali pęna corporali lata culpa non æquiparatur dolo.l.lege Cornelia.ff.de sica. & hoc etiam

ADDITIO.

a ¶ Fauorem.) Supra consi.278.& 189.nu.1.ubi dixi.

8 etiam procedit in statutis:† quia si statutum dicat, ꝙ pro homicidio quis debeat decapitari, intelligitur, quando dolo, & ex proposito committitur, ut no. Bal. in l. data opera. in versi. item si statutum præcisè. C. qui accusa. & ita de facto dicit se respondisse Pau. de Cast. in l. & si seuerior. C. ex quibus causis infa. irroga & dicit ꝙ si non habuisset authoritatem Bal. non obtinuisset. & idem Pau. de Cast. in l. nemo. C. de epis. audien. vbi dicit illud dictum Bal. in d. l. data opera. esse singulare, & ꝙ non reperit alium hoc dicentem. Sed ad hoc tamen etiam decisio Bar. in l. 1. §. 1. in versi. iuxta hoc quero. ff. si quis test. lib. & expresse dicit Card. in consi. 44. Pro domino Christoforo. ubi alleg. Io. And. qui hoc dicit in regula, pro possessore. de reg. iur. in 6. in mercuriali. & idem no. Ang. in l. is, qui cum telo. C. de sica. & illum refert, & sequitur Fulg. in consi. 134. Visis denuntia. in fi. & cum prædictis concordat Pau. de Cast. in l. 3. in princ. C. ubi sena. vel cla. & in consi. 193. In causa carceratorum. Alex. in consil. 140. Videtur in casu pro-
9 posito. lib. 2. Hoc præmisso in casu isto considerandum est, † ꝙ licèt ex uulneribus sequutum fuerit homicidium, tale homicidiũ non dicitur ex dolo mandantis processisse, sed ex culpa, ut est casus in d. c. fin. de homi. in 6. dum ibi dicitur expresse, ꝙ mandans fuit in culpa, [a] quia debuit cogitare hoc euenire posse; si fuit in culpa etiam lata non æquiparatur dolo quantum ad pęnam corporalem, d. l. lege Cornelia. ff. de sica. vbi Bar. ponit in summariũ generaliter in pœna corporali. & idem Bart. in l. quod Nerua. in uersi. item quæro. ff. deposi. ubi Bart. dicit de pœna corporali. & est glo. in l. in actionibus. ff. de in lit. iurand. Cum ergo Franciscus qui mandauit Ioan. Baptistam uulnerari, quantum ad homicidiũ sequutum fuit in culpa, & non in dolo, non debet puniri pœna corporali; & istud videtur clarissimum, & irrefragabile fundamentum. Nam pro homicidio facto culposè debet quis puniri de culpa, & non pro homicidio facto dolosè, ut not. Bart. in l. pe-
10 nult. ff. de adul. † ubi concludit, quòd ille, qui interficit non legitime bannitum, non punitur de homicidio facto dolosè, sed de culpa, quia non fuit perscrutatus, an esset legitimè bannitus. & ad hoc facit text. in d. l. lege Cornelia. dum ibi dicitur de putatore, qui ramum deijcit, & non præclamauit, prout tenetur. l. si putator. ff. ad leg. Aquil. nam si hominem prætereuntem occiderit, non punitur pęna l. Corneliæ, quia tale homicidium commissum fuit ex culpa non præclamando. ad idem text. in l. lege Cornelia. § cum quidam. ff. de sica cum glo. ibi, ubi pro homicidio culpa commisso quis relegatus fuit in quinquennium. ad idẽ
11 text. in l. 3. § sed ex senatusconsulto. ff. de sica. † vbi mulier relegata fuit, quæ medicamentũ, ex quo mors sequuta est, dedit non malo animo, sed ad conceptionem: & sic mors, quæ præter opinionem delinquentis sequitur, non punitur pęna corporali: & facit tex. in l. 1. § diuus. ff. de sica. vbi dicitur, qui hominem occiderit, si non animo occidendi hoc admiserit, † absoluitur a pœna
12 l. Corneliæ. de sicar. & ibi etiam dicitur, † qui hominem non occiderit, sed uulnerauerit, ut occidat, pro homicida damnandum etiam. & hoc ibi bene procedit, quia habuit animum occidendi, secus est in casu isto, in quo non habuit animum committendi homicidium, quia limitata fuit uoluntas in uulnerib. ut s. dixi. & ad idem facit quod no. Ang. in l. non contrahit. ff. ad
13 leg. Iul. maiesta. ubi inquit, quòd ille, qui † proijcit lapidem in locum prohibitum, & casu fortuito percutit transeuntem, puniri debet de culpa, non de dolo. & sic secundum Angel. principiũ erat illicitum, & tamen solum punitur de culpa, & non de dolo. Et ista conclusio confirmatur ex eo quod mandatarius excessit modum occidendo contra uoluntatem mandantis unde mandans non debet puniri de homicidio commisso contra eius voluntatem, sed de excessu, in quo mandans in culpa concurrit, ut in simili probatur in l. si adulterium cum incestu. in §. impera
14 tores. ff. de adulte. † ubi maritus, qui occidit vxorem deprehensam in adulterio, non punitur de homicidio, quamuis prohibitus sit illam occidere. l. nec in ea §. fin. ff. de adulte. sed tantũ punitur de excessu, quia poterat se uindicare, sed excessit modum, & in illo excessu videtur in culpa; propter quam venit puniendus. & Ang. ibi not illum text. quem etiam ad hoc alleg. Bal. in l. ut uim. ff. de iusti. & iur. & idẽ no. Bal in c. j. § si quis ultrò. in fi. de pace iuram. fir. & in c. j. de pace tenenda. in uer. itẽ qui excedit modũ. & hoc dictũ pro singulari Ro. ponit in tertio no. An si quis excesserit modum. & Pa. de Cas. idem ꝯcludit in ꝯsi. 193. In cã carceratorum. circa fin. vbi refert se vidisse Bal. consuluisse Papiæ per dictũ §. imperatores. & tradit Alex. in ꝯsil. 76. Visa inqui-
15 sitione lib. j. ubi concordat cũ prædictis, & dicit, † ꝙ si quis se defendendo excessit modum, nõ debet puniri pęna l. Corneliæ de sicariis. tanquam dolosus, sed uti culpabilis. alleg. etiam Io. And. in addi. Spe. in rub. de homicidio. & idem Alex in consi. 109. Visis eo. lib. j. in consi. 24 animaduersis his. lib. 2. in consi. 140. Videtur in casu proposito. eo. lib. 2. in consi. 14. Ponderatis. lib. 3. Aretin. in consi. 34. Visis diligenter. Bart. Veron. in consil. 1. Scio magnifice. in consi. 29. Viso processu. & ex omnibus suprà dictis concludendum est, ꝙ dictus Franciscus, qui fecit mandatum de vulneribus duobus inferendis, non tenetur de excessu mãdatarij, qui modum excessit occidendo, & ille excessus nullo modo saltem in pœna corporali imputari potest, neque debet mandanti, licèt culpa illi imputari queat, vt s. dictum est per dictum ca. fi. de homici. in 6. Et ista conclusio clarior apparebit ex his, quæ statim dicam respondendo ad allegata suprà in contrarium, & ad quędam alia, quæ in contrarium adduci possunt. Primò ergo non obst. tex. in cap. fi. quia ille text. retorquetur in contrarium intelligendo, prout loquitur in homicidio ratione culpæ commisso respectu mandantis, pro qua culpa corporalis pœna imponi non potest, ut suprà dixi. & per illum tex. in d. c. fin. tolluntur responsiones omnes, quas tradit Bartho. Veron. in d. consi. 34. dum inquit, ꝙ videtur mandans habuisse animum occidendi, ex quo mandauit illud, ex quo uerisimiliter mors poterat euenire; & tali casu euentus, & non uoluntas inspicitur: & quia videtur in dolo, ex eo ꝙ actus vulnerandi tendit ad mortem: nam ista omnia sunt contra tex. in d. c. fin. qui expresse dicit mandantem fuisse in culpa, & ratio illa videtur, quia uoluntas mandantis limitata fuit in vulneribus, & homicidium fuit sequutum præter intentionem mandãtis, ut s. dixi. Non obst. quod nor. Bar. in d. l. diuus. in fin. quia eius dictum intelligitur secundum tex. quem alleg. ut no. Bar. in l. non solùm. §. si liberationis. de liber. legat. in l. cùm quidam. ff. de his, quib. ut indig. Rom. in consi. 211. Allegationes. in ultimo dubio. & Bar. alleg. d. cap. fina. quod loquitur de homicidio culpa commisso quò ad mandantem, pro quo pęna mortis imponi non potest. & ita dictum Barto. intelligi debet, & eo modo intelligitur Bal. in locis. s. alleg. in contrarium, in quibus etiam ipse alleg. tex. in d. c. fin. ideo intelligitur, quòd puniatur mandans pro homicidio culposo, pro quo pœna corporalis non imponitur, ut dictũ est. Non obst. quòd contrarium consuluit Bar. Vero. in d. consi.
16 34. † quia ipse fuit singularis in illa opinione, & pro conclusione nostra contra illum plerique doct. excellentissimi consuluerunt, uidelicèt domi. Anto. Rosellus de Are. in consi. 35 inter consilia Bartho. Vero. in consi. incip. In hac quæstione, in qua de hominis uita. & idem Ant. Rosel. in consi. 38. inter consilia dict. Bar. Vero. in consi. incipiente. Magnifice, & generose uir. & idem consuluit famosus doctor domi. Francisc. de Capitibus listæ in consi. 36. inter consilia dicti Bar. Veron. incipien. In casu isto. & in consi. seq. 37. incip. Visa inquisitione, & confessione. consuluit Ange. filius domini Pau. de Cast. & istorum omnium opinio præualere uidetur opinioni solius Bartho. Veron. & quia istorum plurium opinio uidetur fundata melioribus rationibus, & iuribus meritò pręualere debet, ut not. Io. And. in c. 1. de consti. ubi Abb. circa fi. alle. tex. in l. 1. §. sed neque. C. de uete. iure enuclean. ad idem tex. in c. capellanus. ubi Abb. in pen. not. de feriis. Domi. in c. 1. de sum. tri. in 6. & Angel. in consi. 110. Sanctissima. Et prædictæ conclusioni non obstat, si dicatur, ꝙ illud, quod supra dictum est de excessu facto in defensione, pro qua non imponitur pęna mortis, ut quã plures docto. relati supra concludunt, uidetur procedere, quando principium licitum fuit, secus uidetur in casu nostro, in quo principium illicitum fuit, & ita respondet Bar. Veron. in d. consi. 34. Sed replicari potest, ꝙ ista diuersitas non tollit fundamentum supra factum: quia in tali excessu uidetur esse in culpa, & non in dolo, & pro culpa non imponitur pęna corporalis. ut supra dictũ est. & ista ratio militat, licet in casu nostro principium illicitum fuerit, quia licet principium fuit prohibitum, satis est, ꝙ excessus sit sine dolo, & cum sola culpa, ut est casus in d. c. fi. de homicid. in 6. ubi principium illicitum fuit, & tamen in excessu dicitur esse culpa. & Angel. in d. l. non contrahit. etiam ponit exemplum in principio prohibitio, & ideo ea, quæ supra dixi, uidentur bene procedere, & aliæ rationes adducuntur in consiliis supra alleg. & remouentur quædam aliæ rationes, quæ in contrarium adduci possunt; sed gratia breuitatis non refero, & quia de facili uideri possunt, & ista pars amplecti debet, ut minor pœna imponatur. l. factum. §. in pœnalibus. ff. de reg. iur. in regula, in pœnis. de regu. iur. in 6. in l. si præses. in l. interpretatione. ff. de pœnis. & in dubio benignior intellectus accipi debet. l. proxime. in uersicu. sed in re dubia. ff. de his, quæ in testa. delen. l. benignius. ff. de legi & ex omnibus supra dictis concludo, & arbitror partes magnifici Vicarij uici Pisani esse de iure communi in pronuntiando, quòd dictus Franciscus nullo modo debeat puniri pœna corporali, sed alia pœna arbitrio eius puniri possit.

ADDITIO.

a ¶ Culpa.] Idem Maria. Soci. c. ad audientiam. de homici. Ias. l. pro hærede. §. si coram. de acqui. vel amit. hæredi. vide Angel. in tract. Malefi. versic. Sempronium mandatorem q. 18. And. Alcia. l. 1. §. si stipulanti nu. 36. cum sequen. de verbo. oblig. Cæpol. consi. 34. quia illud dictum Decij non est tutum, sed iudex arbitrabitur.

EPITOME

EPITOME Consi. CCCCLXXXIII.

Communitas Bientinæ vendidit quædam bona particularia communitati Buti. in quibus ipsa communitas venditrix habebat ius pascendi, de quo tamen nulla fuit facta mentio in venditione, cuius vi fuit translatum dominium rei venditæ in emptores Bien. vult vti iure pascendi, quod habebat in dictis bonis tam de iure communi, quàm consuetudine. Opponit emptrix de iure suo, excipiendo, fertur sententia. De quo Deci. consultus respon: quia processus fuit agitatus nõ obseruato iudicio cum ordine sententiam nullam esse. Et quò ad principalitatem emptores dictorum bonorum ratione prædictæ pasturæ non debent molestari.

SVMMARIVM.

1 *Iustitia fieri dicitur, quando iuris ordo seruatur, & vnicuiq; quod suum est tribuitur.*
2 *Iustitia si alicui committatur, cognoscere potest, & terminare.*
3 *Iudiciorum ordo est, q libellus offeratur, litis contestatio fiat, & de calũnia iuretur, &c.*
4 *Negatiua probatur, quando in processu aliquid non reperitur.*
5 *Legatum si in testamento non reperitur, probatur, q legatum non sit. & idem in eo, qui in matricula descriptus non extat.*
6 *Citationis defectus, & aliorum quæ requiruntur, apparet ex actis.*
7 *Libellus parti offertur, & lis contestatur, aliâs sententia esset ipso iure nulla.*
8 *Nullitas ex defectu processus in substantialibus procedit, neq; appellationis iudex sententiam nullam reformare debet.*
9 *Fundorum proprietas nihil cum iurisdictione commune habet.* 10. 17.
11 *Argumentum de dominio ad iurisdictionem an valeat.*
12 *Alienatione in qualibet à particularibus personis facta cõmunitatis ius semper exceptum intelligitur.*
13 *Pasturandi ius est species seruitutis realis.*
14 *Seruitus mediante præscriptione, vel consuetudine acquiritur.*
15 *Seruitus mediante præscriptione, vel consuetudine acquiritur.*
16 *Venditores de euictione tenentur, licèt se obligauerint.*
17 *Actio de euictione si aliquem teneat, eundem agentem repellit.*
18 *Venditor de euictione tenetur, si res vendita seruitutem habere reperiatur.*
19 *Vendiderit si quis omnes possessiones, quas in castro habet, an iurisdictionem vendere videatur.*
20 *Consuetudo generalis probatione non indiget.*
21 *Consuetudo licèt contra ius commune sit, ad vnguem seruari debet.*
22 *Consuetudo stricti iuris est, & non extẽditur de loco ad locum, nec de persona ad personam.*
23 *Probatio non concludens non est probabilis.*
24 *Consuetudo est iuris, quoniam est ius non scriptum.*
25 *Consuetudinem ad probandum requiritur, q testes deponant de visu actus cuius consuetudo allegatur, & de frequentia, & temporis diuturnitate.* 27. 29.
26 *Consuetudine quando quis fundatur, de præscripta intelligi debet.*
28 *Notorij in declaratione pars citari debet.*



PRo resolutione litis, & controuersiæ, q̃ agitaẽ inter communitatẽ Bientinã agentẽ, & communitatem Butinen. sed defendentem, tria discutienda sunt. Primò de validitate sententiæ latæ contra Butinenses vidẽdum est. Secundò data validitate sententiæ perscrutãdum erit, cuius cõitatis rationes, & iura, præualeant attento iure communi. Tertiò de virtute cõsuetudinis, quæ allegatur, iudicandum erit. Circa primum breuiter considerandum est, q lata fuit sententia à magnifico vicario Bernardo de Adimaris vigore commissionis sibi factæ ab excelsis dominis. & inspecto tenore commissionis, & literarum in effectu committitur, q fiat iustitia, & ita in omnibus literis conti-
1 netur. † & iustitia fieri dicitur, q̃n ordo iuris seruatur, & vnicuique tribuitur quod suũ est, vt no. Ang. in §. exhæredatos in prin.
2 per illum tex. in Auth. de hære. & fal. † Et ibi infert ad commissionem factam, q fiat iustitia, & cui iustitia committitur, cognoscere potest, & terminare, vt not. Do. in c. quoniam in ver. no. tex. de immu. eccle. in 6. & etiam in dictis literis specialiter causæ cognitio committitur, & talis forma debuit diligenter obseruari. c. cum dilecta. de rescri. facit tex. in l. diligenter. ff. manda. debuit ergo Magnificus vicarius in tali causa adhibere causæ cognitionem, & seruare ordinem iuris, siue dicamus vicarium ordinariũ iudicem in tali causa delegatum, quia tenetur obseruare formã rescripti. d. c. dilecta. siue dicamus illũ esse ordinarium, cuius excitata sit iurisdictio, iuxta not. in c. licèt. de offic. ordin. & in l. & quia. ff. de iurisdi. om. iud. & pariter iudex ordinarius tenetur adhibere causæ cognitionem, & seruare solitum ordinem iudiciorum, aliâs sententia est nulla, l. prolatam. C. de senten. & secundũ
3 gl. ibi † ordo iudiciorum est, q offeratur libellus, fiat litis contestatio, & iuretur de calumnia, & prætermisso tali ordine sentẽtia non valet, vt gl. ibi dicit, & Bar. in d. l. prolatam. in prin. dicit, q si fuit omissus libellus, vel litis ɔtestatio, sentẽtia est nulla & sine petitione sententia non valet, vt Abb. tradit in consi. 46. In quæstione, quæ ad præsens vertitur. ver. 3. corruit. lib. 2. not. per gl. in cle. sæpe. in verbo, necessariò. de verb. sign. & tradit Bar. in tract. ad reprimendum. in verbo, figura. & dicit Bal. post glo. in l. 2. in fi. C. de hære. vel act. vend. q non tenetur quis respondere aduersario, nisi offeratur sibi libellus, & in casu isto non apparet de petitione, vel libello, similiter non apparet de litis contestatione.
4 † Ista. n. negatiua probatur, [a] ex eo q in processu hoc non reperit
a c. quoniam contra. de prob. vbi dr̃, q omnia acta debent ɔscribi, & quæ non sunt scripta in processu, apparet illa non interuenisse; nam hoc modo probaẽ negatiua restricta ad certam scriptu-
5 ram. † Vnde si in testamento non reperitur legatum, probatur, q non sit legatum, & idẽ in eo, qui non sit descriptus in matricula, vt no. Bar. in l. fi. per illum tex. C. de reb. cred. in l. Titiæ textores. de leg. 1. in 2. notabili. in l. 2. C. de erro. aduo. in consi. 81. Martinus. Fed. in consi. 119. Nulli dubium est. & in proposito nostro
6 tradit Imo. in consi. 110. In causa, quæ vertitur. in prin. † vbi concludit, q ex actis apparet defectus citationis, & aliorum, quæ requiruntur; & ideo cum in processu non appareat de libello, nec ditis contestatione, sufficienter probatur, q non interuenerunt. Et licèt appareat de positionibus, & responsionibus factis, per positiones, & responsiones factas non inducitur litis contest. sed per petitionem factam in iure; & responsionem fieri debet litis contestatio, vt est tex. in c. dudum. el 2. de elec. & propter hoc ibi irritatur processus. pariter in casu isto ex defectu petitionis, & litis contest. concludendum est sententiam, de qua agitur, nullam fuisse. Accedit prædictis, q etiam in sententia, dum ibi recitãtur ea quę interuenerũt, nihil dr̃ de libello, nec de aliqua petitione, nec de litis contestatione, ex quo apparet euidenter, q non interuenerunt. & licet ẽt in dicta sententia recitata fuissent illa verba, non facerent fidem, vt no. Inno. in c. quoniam contra. de probat. cum si. vt dixi ibi. Sed in casu isto res clara, & indubitata vr̃, ex quo in processu, nec in sentẽtia aliquid dicitur de libello, nec de litis contestatione. Nec prędictis obstare vr̃, q rescriptum habeat vim libelli, & litis contestatæ. l. 1. C. q̃n libellus principi dat. quia illud est verum quantum ad effectum interrumpendę præscriptionis, de quo tex. ibi loquitur, non autem quò ad ordinem
7 processus: † quia oportet, q libellus offeratur parti, & lis contestetur, aliâs sententia esset ipso iure nulla, vt Bal. concludit in d. l. 1. in 1. notabi. & dicit Bald. in l. 1. C. de preci. impera. offeren. q rescriptum pro libello habetur quò ad cõclusionem iudicij, sed non quò ad conclusionẽ partis: & ideò ɔ̃ partem libellus requiritur. & idem Abb. post Host. & alios in c. 2. de dilatio. in ver. sed pro declaratione. secus dicit Abb. ibi esse in summarijs, quia sufficit petere à iudice, prout in rescripto cõtinetur. & idem Imo. in l. si quis filio. §. hi autem. ff. de iniusto rupto. cum sim. vt tradit Alex. in consi. 201. In causa. lib. 2. & cum in casu isto causa ordinaria sit, concludendum est sentẽtiam nullam fuisse. & stante dicta
8 nullitate, † quia nullitas procedit ex defectu processus in substantialibus, iudex appellationis non habet reformare sententiã nullam, iuxta no. per Bar. in l. si vt proponis. la 1. C. q̃uo, & q̃n iudex. in l. si expressim. de appel. Abb. in c. cum Ioan. in fi. de fid. instru. in c. dilecto. de app. cum si. sed solum debet pronunciare sententiam nullam vt est text. not. in c. dilecti. vbi Abb. in 3. & 4. no. de emp. & ven. & illũ tex. ad hoc extollit Bal. in l. 2. in 14. q. C. de rescin. ven. & tradit Alex. in consi. 79. Prospectis verbis. in versi. & est verum. in 2. lib. & secundum istam conclusionẽ erunt partes iudicis appellationis in pronunciando sententiam nullam fuisse & ulterius in meritis causæ non procedere: & ita in hoc primo dubio concludendum vr̃, & retenta hac conclusione non esset laborandum in meritis causæ: Si tñ ad maiorem declarationem uolumus in meritis causæ ueritatem inuestigare, uidendum est de 2. dubio, in quo quæritur data ualiditate sententiæ, & inspecto iure cõmuni, cuius communitatis potiora sint iura. Et in hoc dubio primo motu uideretur r̃ndendum in fauorem communitatis Bientinæ, quia secundum diuisionem, quæ in laudo lato, & approbato à partibus continetur, tenementum de quo agitur, assignatum fuit communitati Bientinæ, & in tali tenemẽto cõitas Bientinæ vr̃ habere ius pascendi, uel esse saltem in quasi possessione iuris pascendi, prout complures testes uidentur deponere. & tale ius pasturandi vr̃ dictæ cõitati competere etiam in bonis

ADDITIO.

a ¶ Probatur.] Bal. Lancelo. Decius, Ias. in l. Titiæ textores. de leg. 1. Maria. Soc. trac. de citatione. arti. 30. Ias. in l. 49. condemnatum. de re iudi. Ioan. Amicus consi. 92. Dec. suprà consi. 218. num. 6.

bonis particularibus uenditis ab ipsa cõitate,& ab alijs particula-
ribus uirtute consuetudinis, quę allegatur, de qua uidebimus in
tertio dubio.Sed etiam absq; consuetudine hoc vř suaderi de iu
re cõi,ex eo quod no.Bal.in l.à procuratore.C.mandati.in uersi.
9 item pone.† ubi dicit, ꝙ proprietas [a] fundorum venditorum ni-
a hil habet commune cum iurisdictione,unde dñs,qui habet iuris-
dictionem in loco,& dominium in quibusdam prędijs, licet per
uenditionem prędiorum dominium transferatur, iurisdictio tñ
non transit in emptorem, sed dño reseruatur, prout illi prius cõ-
petebat et in prędijs uenditis,allegat no.Inn.in c.cum ad sedem.
de resti.spol.& idem tradit Old. in consil.176. Factum tale est.in
10 uer.ad secundam quęstionem.ubi concludit,† ꝙ proprietas non
comprehenditur appellatione territorij, districtus,uel iurisdictio
nis,quia dicta verba sonãt in superioritatẽ coertionis.l. pupillus.
territorium.ff.de uer.sig.in c.licet causam. de probatio. proprie-
tas uero dicitur dominium nudum ,& cum prędictis nulla socie-
tate coniungitur ; & imo uno posito priuatiue, uel positiue alte-
rum non sequitur,quia inter se nihil habent commune,ut in simi
li dicit in l.naturaliter. §.nihil cõe.ff.de acq. pos. in l. pmisceri.in
prin.ff.eo.tit.& in l.iusto.§. non mutat.ff.de usuc.l.2.§. separata.
ff.pro emptore.l.locum §. proprietarius ff. de usufruc. cum si.ut
11 latius tradit Old.in consi.preal. Et ad hoc etiam facit:† quia licet
qñque ualet argumentum de dominio ad iurisdictionem , ut no.
Bar.l.qui furere.ff.de statu homi in l.1.ff.de iurisdi.om.iudic.se-
cundum Bart.ibi hoc non procedit in dominio particulari alicu-
ius rei ad iurisdictionem ; unde ex his uidebatur in casu isto dicen
dum , ꝙ quamuis communitas Bientinę uendiderit quędam bo-
na particularia,& in illis dominium in emptores translatum fue-
rit iurisdictio tñ in dictis bonis particularibus ab ea abdicata non
fuit, & pariter idem videtur dicendum in iure pasturandi ,quod
hic pro iurisdictione accipitur.& idem concludendum vř in alijs
pluribus bonis particularibus uenditis ab hominibus particulari-
bus communitatis Bientinę: quia ipsi non potuerunt preiudica-
re cõitati in dicto iure pasturãdi,ex eo qđ no. Bar. in l.rescripto.
12 § sciendum.in fin.ff.de mun.& hono.† ubi inquit, ꝙ in qualibet
alienatione facta à particularibus personis exceptum semper in-
telligitur ius communitatis. & per illud dictum hoc infert Bart.
Vero in terminis iuris pasturandi , in trac.de seru.in c. de serui.iu-
ris pascendi.in 7.q.in uer.item quid si cõe. & primo motu etiam
de iure cõmuni ita uidebatur dicendum. Quibus tamen non ob-
stantibus ulterius cogitanti cõtrarium de iure communi esse ar-
bitror, uidelicet, ꝙ emptores dictorum bonorũ in dictis bonis
particularibus ratione pasturę non debeant, neq; possint mole-
stari.& ista conclusio clarissima vř , negando , ꝙ ius pasturandi
13 competeret cõitati Bientinę: quia hoc non probatur:† ius.n.
b pasturandi [b] est species seruitutis realis ,l. pecoris.ff. de serui.ru-
sti.prediorum.& seruitus non præsumitur, nisi probetur,ut not.
Bar.in l.si in ędibus.C.de seruit.& not.per glo.in l.sicuti.§.si quę-
ratur.ff.de seruit.urb.in uerbo, possessoris & ibi Bar.& hoc pro-
cedit etiam si uicinus sit in quasi possessione seruitutis: quia illa
c non releuat [c] possidentem ab onere probãdi,licet secus sit in pos-
sessione rerum corporalium,ut dicit Pau.de Cas.in rub.ff.de ser-
uitu.per glo.s.allegatam in d §. si queratur. Et in casu isto de tali
seruitute non probatur, quia talis seruitus constituitur pactioni-
bus,uel in ultima uoluntate.§.fi. institu. de serui. & institu.de usu-
fruct.§.1.&§.item alij.facit text in l. vsusfructus pluribus modis.
ff.de vsufru.& prędictis modis non apparet constitutam fuisse ta
14 lem seruitutem.† Similiter seruitus acquiritur mediante præscri-
ptione,vel consuetudine.l.1.& 2. C. de serui. facit tex.in l.hoc iu-
re.§.ductus aquæ.ff.de aqua quotidiana,& æstiua.de quo videbi-
mus in tertio dubio.si ergo non probatur de seruitute,indubitan
dum est,quòd emptores molestari non possunt.Sed dato , quòd
communitas Bientinæ haberet ius pasturandi, saltem ex consue-
tudine,vel præscriptione illud ius non uidetur competere contra
emptores,qui causam habuerunt ab ipsa communitate,quę ven-
ditionem fecit simpliciter, quo casu res præsumitur vẽdi.libera,
& nemini obligata,vt no.Bal.in l.ex prædijs.post gl.ibi ,C.de eui-
ctio.& ibi etiam dicit, ꝙ ex natura contractus venditionis est, ꝙ
res libera tradatur. Et uenditor uidetur uendere rem iure pro-
prio,& libero,ut no.idem Bald.in rub.C.de contrahen.emp.qui
allegat l.in uenditione.ff.de act.emp.& l. pe. de euic.& idem not.
Floria.in l.si arborem.§.hæc lex.ff. de seruit urbanorum prædio-
rum.per illum text.& ideo cum emptoribus acquisitum fuerit
simpliciter dominium , possunt prohibere , ne quis in prędijs
suis immittat animalia ad pasturandum.l. Quintus Mutius. ff. ad
legem Aquil. & etiam possunt prohibere , ne quis in dictis locis
15 suis uenetur. l. D. Pius. ff. de seruitu. rustico. prædiorum. † Et
uenditores tenentur de euictione , licet se non obligauerunt,
quia hoc uenit de natura contractus.l. non dubitatur. ubi Bald.
C.de euict.& tradit Paul.de Cast.in consilio 49. Visis omnibus.
in princip.ubi ad hoc plura iura adducit ; unde si emptores pate-
rentur talem seruitutem, haberent regressum de euictione , quæ
competit etiam , quãdo res pro parte euincitur.l.1.ff.de euictio.
& etiam pro iure patronatus agitur de euictione. l. Titius. ff. de
act.emp.& no.Bal.in l.1.in fin.C.de pericu.& commo. rei vendi.
& communitas ipsa Bientinæ, quæ vendidit, cum obligata sit de
16 euictione,non potest ius pasturæ vendicare,† quia quem de eui-
ctione tenet actio , eundem agentem repellit exceptio.l. vendi-
cantem.ff. de euictio. & cõmunitas Bientinæ, & alij venditores,
qui sciebant seruitutem pasturandi in bonis venditis competere,
dato,quòd competeret, tenebantur certiorare emptores , qui si
hoc sciuissent , non emissent , vel pro minori pretio emissent.& si
hoc non fecerunt,tenentur ad interesse.le. quęro. vbi tex.& in l.
1.§.venditor.in l.1.§.Iulianus.in prin.ff.de act.emp.& tradit Ale.
in consi.95. Diligenter consideratis his.lib. 5. Non obstant allega
ta supra in contrarium : quia omnia tolluntur negando ius pa-
sturandi competere communitati Bientinæ in bonis , de quibus
agitur : quia de tali iure non probatur : solũ allegatur consuetu-
do,de qua statim inferius dicam. & dato quòd competeret, non
videtur habere locum in dictis bonis liberè venditis per supra di
17 cta. Non obst.dictum Bald. in d.l.à procuratore. C.manda. † vbi
dicit iurisdictionem esse separatam à proprietate ; vnde per ven-
ditionem prędiorum , licet facta traditione transferatur domi-
nium, non transit in emptorem iurisdictio , quę venditori com-
petebat : quia respondetur, quòd dictum Bald. intelligitur,& be-
ne procedit in iurisdictione,prout loquitur,quę est separata à do
minio, & respicit personam venditoris , & coheret personæ, vt
no. Bart.in l.1.ff.de iurisdict.om.iudicum. non sic videtur in iure
pasturandi , quod videtur cohęrere prędio , quia seruitus pastu-
randi est seruitus realis.l. pecoris ff. de serui.rusti. prędio.§. inter
rusticorum.insti.de serui.rusti.prędio. vnde dominium, qđ trans-
fertur per venditionem factam de prędijs prędictis , absolute in
emptores transfertur,& non minuitur, neque alteratur per iuris-
dictionem remanentem penes venditorem ; quia iurisdictio est
penitus ab ipso dominio, & proprietate separata , vt supra dictũ
est.Secus esset in seruitute pasturãdi,quæ est realis, & videtur ha-
bere connexitatem cum dominio, & proprietate, & ideo tale ius
pascendi non potest venditor retinere , ex quo liberè fuit facta
venditio iure proprio, & venditor tenetur tradere rem liberam
18 ut supra dixi.† Et ideo si res vẽdita reperitur habere seruitutem,
venditor tenetur.d.l.1.§.venditor.ff. de actio.emp. & ideo dictũ
Bald.in d.l.à procuratore. in casu nostro nihil facit , quia loqui-
tur in iurisdictione,per quam nihil detrahitur dominio translato
in emptorem. Secus videtur in ista seruitute pasturandi, quæ rea-
lis est , vt dixi , & per illam detrahitur dominio, quod debuit in
emptorem transire ; & tali casu non esset perfecte facta traditio,
& agi potest contra venditorem, qui rem vendidit obligatam, vt
not. Ange. in l. 1.§.si hęres. ff.ad Trebel. in versi. & per hunc text.
& tradit Alexan.in consi.67. Fortificantur prędicta.in 3.lib.& est
regula communis, quòd quando non fuit plene satisfactum, ite-
rum agi potest l.etiam ff.de solu.no.in l.Iulianus.§.1.de verb.obl.
facit text.in l.3.§.si reddita. ff. commo. & pro distinctione supra
facta inter iurisdictionem, & seruitutem iuris pascendi, bene fa-
cit quod specialiter in proposito ipse Bal.scribit in c.1. in ver.alia
19 questio formatur à Dyn. in titulo. de ca.qui curiam vendi.† vbi
d. post Dy.cõcludit,[d] quod si vendo omnes possessiones, quas ha-
beo in castro,an videar vendere iurisdictionem ; & dicit , quòd
non,si habeo iurisdictionem ratione personę. & in tali casu vide-
tur procedere dictum Bald. in d.l. à procuratore. si vero vendi-
tor habet iurisdictionem ratione possessionum, & territorij,ven
dito territorio uenit iurisdictio , quia tunc realis uidetur iurisdi-
ctio. & hoc idem dicendum uidetur in iure pasturandi , quia est
seruitus realis, & non potest separari a dominio , ut supra dixi.&
ex his etiam tollitur quod not. Oldr. in consi. 176. allegato supra
in contrarium : quia loquitur in iurisdictione, quę personę cohę-
ret. Non ob. ꝙ alij particulares uenditores nõ uidentur uendidis-
se ius pasturandi , quod communitati Bientinę competebat , ex
eo quod

ADDITIONES.

a ¶ Proprietas.)Old.q.176. Rom.consi. 444.late dixi in consue. Paris.§.1.
glo.5.nu.45.

b ¶ Pasturandi.)Cæpol.tract.de serui. rusti.prædio.c. de pascuis.

c ¶ Non releuat.)Bart.in l.1.de itinere, actuque priuat. Bald.insti.de ser.§.
prædiorum.Cæpol.trac.de serui.rusti.prædio.ca.1.& bene quicquid mira
deprauatione conetur Alcia.in lib.1.paradoxo.c.9.& in suo trac. de præ-
sump.reg.2.

d ¶ Concludit.]Dixi late in consuet. Paris. §.1.glo.5. nume. 47. & vltra ea,
quæ ibi dixi,idem tenet Bald.in l.monumenta.C.de lega. Francis.Purpu-
ratus.l.1.de iuris.omn.iudic.Alcia.in capit.quod sedem nume.89. de offic.
ordinarij.& dicit Alexand.consi.94. nume.9.lib 5. quòd iurisdictio in du-
bio censetur concessa personæ, & territorio , & quòd præsumitur de per-
tinentijs Alexan.consil.55.num.18.lib.4. Sed allegans probare debet, sed
qualitas rei,& consuetudo regionis ad præsumendum sufficit. capit. super
eod.de censibus.

eo quod no.Bar.in d.l.rescripto.in §.sciend.quia illud dictum intelligitur in dubio: quia authoritas superius reseruata videtur.l. fin.in princip.vbi Bart.ff.ad muni cap. venientes.de iureiuran. secus videtur in isto casu, in quo constat, quòd venditio fuit libera absque onere alicuius seruitutis, & tali casu venditor tenetur ad interesse. & agi potest contra eum, etiam antequam res euincatur.l.si seruum in prin.ff.de act.emp.& in l.seruus, quem.§ fin.ff. eod.tit Et ex omnibus supra dictis duæ conclusiones colliguntur. Prima est, quòd aliter nõ probata seruitute iuris pascendi omnia vendita à communitate, & ab hominibus communitatis Bientinæ remanerent libera à tali seruitute; & de iure cõi res clara uidetur, & nullam habet dubitationẽ Secunda cõclusio est, ꝙ etiã si probetur talem seruitutem competere communitati Bientinæ, dicta seruitus non videtur habere locum in prædijs venditis libere, & iure proprio, per suprà dicta. Et quia pars aduersa totum fundamentum facit in consuetudine, est videndum de tertio dubio, de probatione huius consuetudinis, & in hoc videtur tota vis consistere, ideo diligenter insistendum erit.& prima facie videretur dicendum satis constare de dicta consuetudine, quia in toto comitatu Pisarum inoleuit ista consuetudo, quòd communitates habent ius pasturandi in eorum territorio: & talis consuetudo quasi notoria non videtur, quòd aliter debeat probari,
20 † quia generalis consuetudo non indiget probatione, vt Bal.dicit in l. si fugitiui. C. de serui. fugiti. & in notoria consuetudine iudex supplere potest, ut not. Bald. in l.filius fami. §. veterani.in versicul.item potest supplere.ff.de procu.in authen iubemus.in quarto.not.C.de iudic.Barto.in l.lege Iulian.in fin.ff.de testibus. cum similib.vt tradit Alexan.in consi.14. Viso processu.in prin. libr.5. Et dato quòd dicta consuetudo deberet probari, videtur probata sufficienter à quampluribus testibus: nam primus testis Ioannes Symonus dicit, quòd vidit, & sciuit à tempore eius cognitionis boni à malo, quòd in comitatu Pisarum viguit, & viget consuetudo, quòd licet bona sint particularium personarum forensium, tamen iurisdictio remanet sub communi, sub quo sunt bona. Idem secundus Michael Ang.dicit de tali consuetudine: & quòd iurisdictio, & ius pascendi nõ obstante alienatione spectat ad communitatem alienantem. & cum prædictis videntur concordari omnes alij testes, quorum dicta non refero gratia breuitatis & quia vniformiter deponunt. Sed his non obstantibus vlterius cogitanti contrarium de iure esse arbitror, videlicet quòd intentio agentis nullo modo probata sit: & quia videtur fieri magna vis in tali consuetudine: in primis considerandum dato, quòd testes probarent dictam consuetudinem, esse probata limitate, prout testes deponunt, videlicet in bonis scopertis ad granum destinatis: & dicta consuetudo non habet locum in bonis vineatis, & fructuatis in quibus sine magno damno pasturari non potest, ita expresse dicunt primus, & secundus testis, & omnes alii idem attestantur: & in hoc bene concordant. & pro parte communitatis Buti.in 4.capitu.ponitur, quòd in tenemento, de quo agitur, non sunt terræ ad pasturandum, sed vineæ, & arbores fructiferæ.& hoc probat primus testis Santes, & secũdus Baptista super quarto capit.& alij testes qui à communitate Buti.inducuntur.ex quibus resultat conclusio clara, & manifesta ꝙ etiam stante consuetudine, prout testes deponunt, intentio communitatis Bientinæ nullo modo probata sit: quia stante consuetudine limitata, prout omnes testes deponunt, pro parte dictæ communitatis Bientinæ probandum erat, quòd bona, de quibus
21 agitur, essent talia, in quibus haberet locum consuetudo. † Et dicta consuetudo cum sit contra ius commune, debet seruari ad vnguem, vt Bald.dicit in l.quicunq; C.de ser.fugiti.& de consuetudine contra ius tradit Aret.in consi.44. In proposita consul-
22 tatione.& idem not.Bald in cap.1. in prin.de feud.cog. † Vbi inquit, quòd consuetudo est stricti iuris, & non extenditur de loco ad locum, nec de persona ad personam, & not.etiam Aretin. in consi.132 In causa, quæ vertitur.in versic.non obstat secunda ratio. similiter consuetudo, quæ allegatur, secundum quod testes deponunt, fuit limitata in territorio communitatis, & ita dicit primus testis pro communitate Bientinæ inductus, ibi, & vsque extenduntur confinia, dicit consuetudinem habere locum.idem secundus ibi, intra fines, & iurisdictionem communis.idem, tertius, dum inquit, & hoc in iurisdictione communitatis.& in hoc omnes alij testes concordant, & vlterius referre supernacuum videtur; & ita patet euidenter, quòd dicta consuetudo dato, ꝙ probaretur à testibus, est limitata simpliciter in bonis, quæ sunt in territorio, & intra fines communitatis, & in bonis scopertis: & ideo ad probandum intentionem pro communitate Bientinæ fuisset opus probare, ꝙ bona, de quibus agitur, sint in territorio Bientinæ, & ꝙ essent bona scoperta, & hoc probatum non fuit. Sed bene cõtrarium fuit probatum, ꝙ sint bona vineata nõ apta ad pasturam, vt supra dixi: & ideo probatio facta simpliciter in isto casu non concludit, & per consequens non valet.c. in præsentia. de proba. l. non hoc. C. vnde legiti.l. multis. vbi Bald. C. de

23 libera.causa † Et probatio non concludens non est probatio, vt dicit Bal.in l.matrem.C.de probatio.cum simili.vt latè dixi in dicto cap.in præsentia . & in d l.non hoc. Et istud est clarissimum fundamentum, & irrefragabile, quod sufficit pro victoria: quia actore non probante reus absoluitur.l.qui accusare. C. de ed endo.cap.inter dilectos.de fide instrumen. cap. 1.ut eccle.bene fic. cum simili. Secundò principaliter dico absolutè non esse probatam consuetudinem per testes, qui inducuntur, quia omnes attestantur, & dicunt consuetudinem esse, & ꝙ videtunt illam obseruari: quo casu asserendo consuetudinem ita esse, deponunt
24 de iure: † quia consuetudo est iuris, quia est ius nõ scriptũ.§.ex non scripto. insti.de iure naturali.no.in l.de quibus.ff.de legi.testes aũt debent deponere super facto; ita in terminis Alex. reprobat testes dicentes simpliciter consuetudinem ita esse, in ꝯsil. 45. Visis attestationibus. in prin.in 2.lib. & hoc confirmatur, quando dicunt extare consuetudinem.uidentur iudicare, & non deponere super facto, prout debent, & ad testes non spectat iudicare, vt no.Bar.in l.qui testamento.§.si.ff.de testa.& in l. 1. circa fin.C.de vsur. Inno. in c. cum causam. de testi. Bald. in.l. solam. C.de testi. Alex.in consi.28. In causa, & lite. lib. 5. Are. in consi.
25 38.Consultissime. † Et secundum *communem opinionem ad probandũ [a] consuetudinem requiritur, ꝙ testes deponant de visu actus, cuius consuetudo allegatur, & ꝙ deponant de frequẽtia, & de tẽpis diuturnitate, & actus tales factos fuisse ita, & taliter, ꝙ appareat interuenisse tacitũ consensũ populi, vel maioris partis, ut magistraliter tradit Cy. in l.2 in versi.sed quæro, deponunt testes. C.quæ sit long.consue. & Bald.in l.de quibus.in versicul.postremò qualiter consuetudo probetur.ff.de legibus & sequitur Alex.in d.consi.45.lib.2.& idem Alexan. in consi. 131. In causa vertente coram prætore. versi.nec obstat, si diceretur.eodem lib.2. & in consilio 136. In causa vertente inter Iacobum. versi quinimò.eodem li.2.& idẽ notabilissimè tradit Alex in consil.173. Viso, & diligenter considerato processu.lib.6. vbi ad propositum inquit, † ꝙ quando fundatur quis in consuetudine, intelligitur de consuetudine præscripta c. Cum de elect. not. Bal. in l.binos.C.de aduo.diuer.iudi.& in c. 1.in prin.in versi.& not. de feu.cogni.& ad hoc vt consuetudo dicatur præscripta, quando causam hẽt non continuam, prout erat ibi: & in isto casu in consuetudine pasturandi, requiritur tempus, cuius initij memoria non est in contrariũ.l. hoc iure §.ductus aquæ.ff.de aqua quotidia.& æsti. & quia non fuit deductũ, neque capitularum, neq; probatum de consuetudine tanti temporis, cuius in cõtrarium memoria non existat, concludit, ꝙ testes non probent intentionem actoris & ita videtur in casu isto, quia agitur de seruitute iuris pasturandi, quæ causam hẽt discontinuam.& in d consi.in vers. quinimò. Alex dicit ꝙ testes deponentes de consuetudine non probant, nisi eo modo, quo suprà dictũ est.& cũ suprà dictis concordat Ang. Aret. in § ex non scripto.in ver.quæro, an
27 testes.instit. de iure naturali. † Vbi concludit, ꝙ pars volens probare consuetudinem, dẽt probare tria, vsum populi, frequentiã actuum, & diuturnitatẽ temporis: & ponit practicam, ꝙ testes dicant, ꝙ viderunt uti in hac ciuitate, ꝙ primogenitus totam hęreditatem habuit: & ꝙ viderunt semel ita iudicari præsentibus centum hominibus. Item ꝙ alia vice viderunt ẽt iudicari præsentibus ducentum hominibus. & si deponant de decennio, erit probata consuetudo: & dicit valde esse difficile probare consuetudinem. & dixi in consi. 215 In causa vertente.& ibi plura habentur, quæ in proposito faciunt.& gratia breuitatis non refero, quia non expedit stantibus suprà dictis: Ex quibus liquidò cõstat nõ esse probatam consuetudinem: & dato ꝙ probata fuisset, quod omnino negatur, non est probata illo modo, quo testes deducunt, vt suprà dixi . ex quibus omnibus euidenter cõstat partes domini iudicare debentis esse in absoluendo communitatẽ Buti. à petitis. Non obstant allegata suprà in contrariũ, & primò dum dicebatur, consuetudinem, de qua agitur, quasi notoriam videri, quæ probatione non indiget, & ꝙ iudex de tali consuetudine se informare potest: quia ad suprà dicta in contrarium respondetur, ꝙ talis consuetudo nullo modo videtur notoria: quia de illa constare non videtur, & non sufficit allegare aliquid esse notorium, quia multa dicuntur notoria, quæ non sunt, vt dicit tex. in cap. consuluit.el 1.de appellationi. & imò cautela est, vt per iudicẽ prius declaretur factũ, de quo agitur, notoriũ esse, vt Abbas docet in c.ad nostrã el 3 de iureiuran. Card.in clem. pastoralis.in 17.no.de re iud.& ꝯferunt, quæ de noto. Aret.tradit in ꝯsil. 165.
28 Sicut Io. dicit. col. 6. † Vbi concludit, quòd in tali declaratione notorij pars debet citari. [b] vnde in casu isto actor, qui fundatur

ADDITIONES.

a ¶ Probandum.) Supra consi. 215. vbi dixi.
b ¶ Citari.] Matth. Afflic. decisio Neapo. 181.

datur in consuetudine, debet illā probare, quia non est notoria, & consuetudo non est facti, ideo ꝓbanda est, ut notatur per glo. in l. 1. C. quæ sit lon. consuetudo. not. Bart. in l. præscriptione. C si contra ius circa fi. & semper debet probari cōsuetudo per illum, qui illam allegat, ut dicit Bar. in l. 2. 25. q. C. quæ sit lon. consuetudo. & facit regula legis ei, qui. ff. de probation. in l. actor. C. eodem titulo. Non obstat, quòd iudex se informare possit de consuetudine: quia illud verum in consuetudine, quæ respicit ordinē procedēdi, quia illa est modici præiudicij, secus est in consuetudine, quæ cōcernit decisionem causæ, de qua agitur in isto casu, † quia
29 illa legitimè probari debet, ut declarat Bartolus in lege de quibus. in repetitione. col. 12. in versicu. secundò probatur consuetudo. ff. de legibus. Secundò potest responderi, quod allegata in cōtrarium procedunt, vbi agitur de stylo, & consuetudine fori, & curiæ, vbi agitatur iudicium, & ita videtur velle Alexander in lege quarta. §. hoc autem iudicium. ff. de damn. infect. in versiculo, item iudex supplet. secus videtur in cōsuetudine extrinseca, quæ debet plenè probari per supra dicta, & probata non videtur, ut supra deductum fuit, & merito concludendum est, ut supra dixi, qa res clara videtur, & etiam in dubio in fauorem rei pronuntiandū est, in regula cum sint partium iura. de regu. iur. in 6. l. Arrianus. ff. de actio. & oblig. & in l. fauorabiliores. ff. de reg. iur.

EPITOME Consi. CCCCLXXXIIII.

Statutum, quod excludit filiam dotatam, intelligitur ab hæreditate dotantis, nisi vlterius procedat. & statutum de masculis ēt habet locum in vno. & statutum, quod fratres excludant sorores, nō excludit filios fratrum, qui cōcurrunt cum patruis.

SVMMARIVM.

1 *Statuti à verbis recedendum non est.*
2 *Succedere quando vna persona regulariter prohibetur, etiam ex ea descēdentes excluduntur.*
3 *Statuto si cauetur, quòd extantibus filijs masculis filia non succedat, tale statutum de filijs loquens in numero plurali non videtur habere locum in vnico filio masculo existente.*
guntur,ut no. Bar.in l.ſi conuenerit.la 2.in §.ſi nuda.ff.de pig.act.
& idem Bar.in l.2.in repeti.C.quæ ſit long.conſue.q.37.in fi.& in
tract.de inſula,in uerbo,nullius.in fi. Accedit etiam, ꝙ uenditio,
de qua agitur,recipit fomentum ex diuturnitate temporis an.40.
quia propter antiquitatem præſumitur,ꝙ licentia requiſita à ſta
10 tuto interuenerit,† quia ſolennitas extrinſeca ex diuturnitate tẽ-
poris prȩſumitur,ut not.Ang.in l.ſciendum.ff.de uerb.obli.cum
ſi.ut ibi tradit Alex.in uerſi.item fallit.ſecundum Angel.ubi dicit
* iſtam eſſe * *cõem* opin.& idem Alex.ſcribit in conſi.79.Circa pri-
11 mum.li.1.facit tex.in l.ſi filius.C.de peti.hære.† ubi Pau.de Caſt.
concludit, ꝙ uenditio facta a filio ex diuturnitate temporis præ
ſumitur facta de licentia patris. & in ſimili caſu de licentia Papæ
conſuluit Are.in conſi.36.Caſus talis eſt.cum ſi.quæ nota ſunt.&
ex prædictis pluribus modis patet ſtatutum, quod alleg.non ob-
ſtare,quominùs uenditio,de qua agitur,debeat inuiolabiliter ob-
ſeruari.Secundò principaliter uenditio facta impugnatur ex de-
fȩctu mandati ſyndicorum,qui uenditionem prȩdictã fecerunt,
b & ex diuturnitate temporis nunquam mandatum [b] præſumitur,
iuxta no.per Bal.in l.2.C.ſi ex fal.inſtrũ. cum ſimi.ut tradit Alex.
in l.ſciendum. de uerb.obli.& in conſi.1.lib.3. Quia ſupra ad hoc
bene reſponſum fuit per dominum conſultorem. & certè dictũ
Bal.non probatur iure,& propter antiquitatem eſt præſumptio
in contrarium, & ipſe Bal.contrarium dicit in conſi.289.In pri-
mis uidendum eſt.in uerſicu. quò ad ſ̃m lib.3.& hoc late probat
Franc.de Curt.in conſi.77.Super motiuis.& facit tex.in l.fi.ff.de
vſu. pro empto. ubi uidetur probari, ꝙ mandatum præſumatur
propter longitudinem temporis:& hoc ſaltem omnino dicendũ
eſt in iſto caſu concurrentibus coniecturis, & præſumptionibus,
quæ s̃.inducuntur.& hoc idem comprobatur ex ratificatione di
ctæ uenditionis, quæ facta uidetur ex ſolutione pretij poſtea fa-
cta,& ex poſſeſſione dictorum bonorum poſtea tradita, & quia
homines Querceti dicta bona poſtea conduxerunt à cõi Vulter
rarum; ut bona dicti cõis,& ſoluerũt penſionem,ut s̃.dicitur per
dominum Conſultorem,ex quibus manifeſte patet de ratificatio
12 ne dictæ uenditionis, † quæ fieri poteſt non ſolùm uerbo, ſed ẽt
facto.l.Paulus reſpondet ff.rem rat.habe.& plus eſt aliquid facto
facere,quam uerbo.c.dilecti.el 1.de app.& ideo uniuerſitas,quæ
ſoluit expenſas factas per ſyndicum in lite,uidetur geſta per eum
ratificare,ut not.Spe.in tit.de ſyndi.uer.ſed pone, uniuerſitas.&
refert, & ſequitur Alex.in conſi.127. Viſo inſtrumento.in conſi.
175.Perſpectis verbis.lib.5.& per receptionem cenſus ratificatio
contractus inducitur, ut no.Bal.in conſi.184.Ad intelligentiam.
lib.2.alleg.l. ſi præteritus.ff. de contrat.& l. ſi proponas.§.1.ff.de
inoffi.teſta.ubi eſt bonus tex. & agens ex contractu uidetur ratifi
care contractum, ut not.Bald.in conſi.14. Punctus lib.5.Ang.in
conſi.161.Viſo.cũ ſi ut dixi in regula, ſemper qui non prohibet.
ff.de reg.iur.& ulterius in caſu iſto conſiderandum eſt,ꝙ res iſta
habuit tractum ſucceſſiuum à 40.ann. citra, & propter hoc vni-
uerſitas Querceti obligari potuit, etiam ſi de cõi deliberatione
vniuerſitatis factum non ſit,ut not.tradit Pet.de Ancha.in conſi.
13 157.Ex narratis in facto. † ubi concludit, ꝙ in tali caſu qui habet
c tractum ſucceſſiuũ,vniuerſitas obligatur ex delicto, licet à prin-
cipio non conſenſerit; à fortiori uidetur obligari ex contractu,
& ideo non uidetur,ꝙ nunc contrauenire poſſit. Et ex prædictis,
& aliis per dominum Conſultorem ſupra deductis in eius ſenten
tiam concurro,& de ſubſcriptione requiſitus.

ADDITIONES.

a ¶ Principaliter.)Alex.conſi.170.nu.8.lib.5.vbi dixi.Ang.conſi.247. Decius ſuprà conſi.184.
b ¶ Mandatum.)Suprà conſi.36.nu.6.vbi dixi.& conſi.199.nu.5.
c ¶ Tractum.)Iaſ.conſi.139. libr.4. Albert. Bru.conſi.29.Vide Paul.conſi.304.lib.2.Phil.Cor.conſi.224.lib.4.

EPITOME Conſi. CCCCLXXXVII.

Duellum eſt innocentiæ experimentum.Quod non permittitur, niſi cum ſuperioris authoritate, & maxima ex cauſa: præſertim pro conſeruatione honoris. Et tunc armorum electio ad reum prouocatum ſpectat.

SVMMARIVM.

1 *Duellum iure communi intantum reprobatum eſt,quòd conſuetudo in contrarium non tenet.*
2 *Fideiuſſor,qui de facto vſuras ſoluere cogitur, eas à principali repetere poteſt,perinde ac ſi de iure ſoluiſſet.*
3 *Duellum ex quibus cauſis de facto permiſſum ſit.*
4 *Verba iniurioſa ſunt,etiam ſi alicui dicatur, mentiris, ſaluo honore tuo.*
5 *Mentiris illi dicere licet, qui aſſerit te aliquid crimen commiſiſſe.*
6 *Verbum, quotieſcunque.conditionem importare videtur.*
7 *Duellum ad probationis veritatem inuentum fuit.8.*
9 *Armorum electio in duello ex Imperatoris cõſtitutione approbato de conſuetudine ad reum prouocatum ſpectat.*
10 *Actor iudicatur ille, qui prius litem mouit.*
11 *Liberalis,quis in neceſſitate non videtur.*
12 *Credulus in tertij præiudicium quis eſſe non debet.*
13 *Iniuria,ut illata dicatur,animus iniuriantis conſiderari debet.15.*
14 *Factum pro honore reipublicæ iniuriandi animo factum non dicitur, licèt in alicuius contumeliam cedat.*


1 N quæſtione propoſita de duello, in pri
mis conſiderandũ eſt, † ꝙ
licèt de iure cõmuni reprobatum ſit duellũ,in c. mo-
nomachiam.2.q.4.& in c.2.de cler.pugnan.in duello.
adeoꝙ cõſuetudo in contrarium non ualet,ut ibi dicitur, & no.
Hoſt.ibi in ſumma.& Albe.in l.hac actione.§.ſi quis. in colluctatione.ff.ad leg.Aquil.Lucas de penna.Iac.Rebuff.in l.1.C.de gla
diato.lib.11.Spec.in tit.de accuſ.§.ſequitur.in uer.ſed quid ſi A.
fuit à B.publice interfectus.& Bal.in l.ex hoc iure.in ver.8.quæri
tur ff.de iuſt.& iur.& idem Bal.in c.1.de pace tenen.Imo. in l.cũ
filius § fi.de lega.2.Old.in conſi.291.Nullo modo tamen ex quo
de facto obſeruatur,quia plerunq; milites,& nobiles prouocant
ſe ad ad duellum,& re ipſa de facto exequuntur, perinde haberi
2 debet ac ſi de iure permitteretur. † vnde fideiuſſor, qui cogitur
de facto ſoluere vſuras repetere poteſt á principali, perinde ac ſi
de iure ſoluiſſet,ut tradit Albe.in l.1.uerſ. ego hanc quæſtionem
ubi dicit ſe ita obtinuiſſe Bergami.& idem tenet Card.& Imo.in
c.peruenit.in ver.3.caſu.de fideiuſ.cum ſimilib. ut tradit Alex.in
conſi.107 Pro inueſtigatione prædictorum. in ver. bene facit li.
2.& facit glo.notab.in l.qui habebat.in glo.fi.ff.de manu.teſtam.
Et etiam videtur, ꝙ ſaltem in quibuſdam caſibus dictum duellũ
3 tolerari poſſit,ut no.Bal.in d.l.ex hoc iure.in d.q.8.in fi. † vbi di-
cit, ꝙ ex maxima cauſa videtur permiſſum cũ authoritate ſupe-
rioris,& pro defenſione ſua, & ſuorum, & pro cõſeruatione ho-
noris videtur permitti duellum,ut not.Bal. in tit. de pace tenen.
quia ut Bal.ibi dicit,crudelis eſt,qui ſuam famam negligit. 12. q.
1.in ca.nolo.& non minor vr̃ timor honoris, & infamiæ, quam
mortis.l.iſti quidem.ff.quod met.cau.& in caſu iſto videtur tota
quæſtio propter conſeruationem honoris, qui utilitati præponi
debet.l.Iulianus.ff.ſi quis omiſ.cauſ.teſta.& in hoc fundatur quȩ
a rela [a] magnifici Aluiſij de Gonzaga,qui aſſerit magnificum comi
tem Ludouicum de Belgioſo verba feciſſe generaliter ꝯ milites,
qui ſeruiunt illuſtriſimæ dominationi Venetorum cui prȩfatus
comes Ludouicus reſponſum dedit formaliter his verbis: *Però
vi dico, che tutta uolta, che uoi habbiate detto, o diciate, che io habbia
parlato fora di ragione, vi hauete mentito, e mentite.* ſtantibus his uer-
bis, quæritur, an comes Ludouicus arguendus, & damnandus
ſit,quod modum in talibus verbis exceſſerit.Et prima facie uide
4 batur dicendum ꝙ ſic, † quia illa verba, ꝙ magnificus domi.A-
luiſius mentiatur, iniurioſa ſunt etiam ſi dicatur alicui, tu men-
b tiris ſaluo [b] honore tuo.ut no.Bart. poſt Dynum in l. ſi quis ex-
traneus.in prin.ff.de acq.hær. & in l. item apud Labeonem. §.ait
prætor.in uerſi.& ideo puto.ff.de iniuriis.Nõ obſtat,ꝙ dominus
Aluiſius aſſeruerit dictum comitem Ludouicum loquutũ fuiſ-
ſe contra honorem eorũ, qui ſeruiunt illuſtriſſimæ dominationi
Venetorũ, quo caſu videtur, ꝙ ad expurgandum innocentiam
eius licitè comes Ludouicus potuerit dicere, ꝙ dictus dominus
Aluiſius mentiretur,ut no.Bar.in l.quæ oĩa.ff.de procurato.§.j.
5 † vbi

ADDITIONES.

a ¶ Quærelam.)vide Bal.conſi.210.lib.1.And.Iſer.de pace tenenda,& eius violatoribus. Lauren. Calcan.latè conſi.2.Io.Fab.§.per contrarium.inſtitu.de hære.quæ ab inteſt.deferun.Iaſ.l.ex hoc iure.& ibi Claud.de Seiſſelo de inſti.& iure.Iaſ.conſil.144.lib.2.& 113.lib.4.Philip.Dec.c.Eccleſia ſanctæ Mariæ nu.16.de conſti.& in fi.conſi.386.ubi etiam dixi.
b ¶ Saluo.)Quamuis Bar.in l.ſi non conuitij.C.de iniur.& l. quæ omnia.de procu.& Alex.apud eum in d.§.ait prætor.diſtinguant, an clauſula, ſaluo. præcedat,uel ſequatur,tamen eſt proteſtatio contraria facto, nec excuſat, ſiue præcedat,ſiue ſequatur, ſed ſemper eſt iniuria.Alber.in 2. parte ſtatuto.q.40.Franc.Are.l.ſi quis extraneus.in princ.de acqui.hæred.Soc. in l.1. quod quiſque iur. Lance.Dec.l.Turpia.in prin.in fi.de leg.1.Guid. Papæ deciſ.delphinali.q.465.Iaſ.l.non ſolum.§.morte.& ibi Ant. Rubeus in repeti.num.461.de ope.nou.nuntiatio.Fran.Ripa cap.cum Mar.Ferrarien. num.88.de conſti.niſi verum ſit quod obijcitur, ſcilicet mentiri illum, qui mendacij arguitur.Bald.conſil.45.lib.j.Bonifacius de Vitalinis. clemen.1. in fin.de pœn.

5 †vbi Bart.dicit, ꝙ ei, qui aſſerit te aliquod crimen commiſiſſe,
tu licite potes dicere, tu mentiris. Quia ad hoc reſpōderi poteſt,
ꝙ dominus Aluiſius non videtur aſſeruiſſe præciſè dictum co-
mitē Ludouicū dixiſſe talia verba, ſed refert ſe ita intellexiſſe;&
& ſi ita dixit, videtur ſibi hoc dictum fuiſſe alienum à ratione,&
in hoc, ut eſſet certificatus per reſponſionem dicti comitis,mo
tus fuit ad ſcribendum.ex quibus uerbis apparet,quod dominus
Aluiſius erat ſuſpenſus de relatione ſibi facta,& propter hoc vo
luit certior fieri;nam actus,qui ſequitur,oſtendit, & declarat in-
tentionem præcedentem.§.pauonum.inſt.de rer.diuiſ.l.ſed & Iu
lianus.§.proinde.ff.ad ſenatuſconſu.Macedo.no.Bar.in l.cætera.
§.ſed ſi ſeparauit.de lega.1.& ideo ex eo, quod dominus Aluiſius
abſolute non affirmauit,nō videtur, quod potuerit mentiri.Sed
tamen his non obſtantibus cōtrariū de iure videtur], videlicet
ꝙ licitè comes Ludouicus dicere potuit dicto domi. Aluiſio, ꝙ
mentiat,conſiderata forma & qualitate verborū, quib. vſus fuit
comes Ludouicus,dum inquit,*tutta volta che habbiate detto,ò dicia
te,che io habbia parlato fora di ragione,vi hauete mentito, e mentite.* iſta
verba conditionalia ſunt,quia reſoluuntur,acſi dicatur,quotieſ-
6 cunque dicatis.† & uerba iſta,quotieſcunque.videntur importa
re conditionem.l.uxorem.§.teſtamento,quo de legatis 3. in l.1.
§.1.de vacatio.mun.& idem videtur de dictione,quoties.l. quo-
ties.ff.qui ſatiſdat.cogan. in l.1.ff. de interrogator.actio.& uerba
conditionis debent diligenter perſcrutari, quia conditio debet
formaliter impleri.l.Mæuius.& l.qui hæredi.in prin.de conditio
nibus.& demonſtratio.vnde illa verba,*habbiate detto,ò diciate*.ab-
ſolute prolata non verificantur in verbis,quæ dominus Aluiſius
ſcripſit comiti Ludouico,per ea,quæ ſupra dicta ſunt; vnde con-
ſiderandum eſt,quod aut dominus Aluiſius non dixit dicta ver-
ba iniurioſa dicto comiti Ludouico, & non uidetur mentitus à
dicto comite Ludouico, quia conditio, ſub qua mentitus fuit,
non fuit uerificata,& diſpoſitio facta ſub conditione non imple
ta conditione non habet locum.l.cedere diem.ff.de verb.ſignifi.
l.hæc uenditio.in princ.ff.de contrahen.emptio.l.neceſſario.§.1.
de pericu.& commo. rei vendi. Aut dominus Aluiſius dixit illa
verba in dedecus comitis Ludouici,& ſic verificata ſit illa condi
tio,ſub qua dominus Aluiſius fuit mentitus, & licitè potuit men
tiri,vt notat Bar.in d.l.quæ omnia.ff.de procuratori. & Alberic.
in ſecunda parte ſtatutorum.q.42.incipiente,Sed quid,ſi quis di
xerit,tu mētiris.& Abb.in c.cum te.de re iudica.Sed quia ex par
te rei in veritate dominus Aluiſius abſolute non dixit talia ver-
ba,inter eos,ut ſupra dictum eſt,nulla videtur eſſe controuerſia,
7 & ideo inter eos non cadit duellum,† ꝙ inuentum fuit ad proba
tionem ueritatis,ut not.Hoſtien.in ſumma de cle.pugnan. in duel
lo.not.Bal.in cap.1.de pace.tenen.in verſi porrò duellum.& ubi
conſtat de ueritate,ut hic,debet ceſſare duellum, quia duellum
eſt experimentum innocentiæ,& ſolum habet locum in defectū
aliarum probationum,ut not.Bal.in l.1. C. de lati.liberta. tol.cir-
8 ca finem.& in l.cum filius.§.fi.de legat.2.†vbi in ſecundo requiſi
to ad duellum dicit,quod ad illud deuenitur, quando non po-
teſt illud,de quo conceditur, probari per veram probationem.
& idem Bald.in conſi.345.Caſus eſt.libr.4.& tradit Andr.Sicu in
conſ.62.ſupra allegato.& Ioan.de Ana.in rub de clerico pugnā.
in duello.& Laurentius Calca.in d.conſi.2.& ideo ſuaderem, ꝙ
iſti magnifici abſtinerent ab iſta contentione duelli, quia nulla
cauſa iuſta ſubeſſe uidetur. & quandoque in tali duello qui inno
cens eſt,& nullam habet cauſam, ſuccumbit.capi.2. de purgatio.
vulg.& Deus in hoc tentari non debet,vt dicitur in capitu.fin.de
purgatione vulg.& 22.q.2.in capitulo quæritur.in princ.& mul-
tos vidimus ſub iuſto clypeo perire ut notatur per gloſſam in le-
ge qua actione.§.ſi quis in colluctatione.ff. ad legem Aqui-
liam. & ideo dicit Bald. in dicta leg. ex hoc iure.quod non con-
ceditur duellum, niſi ex maxima cauſa, quæ in caſu iſto non vi-
detur, imo nulla cauſa ſubeſſe videtur, vt ſupra dixi. Sed dato
quòd de iure,vel de facto eſſet deueniendum ad duellum, quod
omnino negatur per ſupra dicta, dubitatur in caſu iſto ſtantibus
a narratis,cui competat electio armorum [a] in tali duello.†Et ſecū-
9 dum conſtitutionem Federici Imperatoris approbatam etiam
de conſuetudine ad reum prouocatum ſpectat armorū electio,
vt no.Bal.in cap.1.in princip. de pace tenenda. eſt ergo videndū
ſtantibus narratis,quis debeat reus in caſu iſto iudicari: & primo
conſiderando tenorem literarum, quas dominus Aluiſius pri-
mo ſcripſit comiti Ludouico clarum videtur, quod comes Lu-
douicus ſit reus,quia dominus Aluiſius aſſerit illum feciſſe verba
contra honorem eorum,qui ſunt in ſeruitio illuſtriſſimæ domi-
nationis Venetorum,inter quos ipſe erat,& uidetur ſibi, ꝙ con-
tra rationem ſit loquutus.iſta enim querela oſtendit etiam domi
num Aluiſium actorem,quia actor dicitur ille,qui primo incipit
litem,vt Bald. dicit in l.libertus à patrono. per illum textum.ff.
de in ius vocan.& actor dicitur, qui primo alium ad cauſam vo-
cat.c.forus §.accuſator.de verbor.ſignificatio.ad idem tex.in l.in
trib.ff.de iudicijs. vbi actor iudicatur ille, qui prius mouit litem.

10 † & hoc etiam procedit,ſi quis petat,quòd aduerſario ſilentium
imponatur,quia actor dicitur,ut not.Bar.in d.l.libertus.in fin.&
Paul.de Caſt.ibi,idem dicit Abb.poſt Anto. de Butrio in capitul.
intelleximus.in uerſ.quid autem.de iudic.cum ſimilibus, ut dixi
ibi in uerſiculo. quid autem.& tradit Alexand. in conſilio. 103.
Conſideratis his.lib.5.& ita fuit concluſum in deciſione 268. in-
cipien. In alia cauſa fuit dubitatum. in deciſionibus conſilij Nea-
politani.& ideo ſine dubio concludendum eſt attentis dictis lite-
ris primis ſcriptis per magnificum Aluiſium, quod ipſe dicitur
actor,& comes Ludouicus dicitur reus. Et quòd ſit reus, proba-
tur ex uerbis comitis Ludouici, qui in reſponſione ſua facta pri-
mis literis domini Aluiſij dicit, *ſiate ſecuro, che non ſono per fuggire
quello,che voi cercate.* iſta enim verba oſtendunt comitem Ludoui
cum reum eſſe,quia reorum eſt fugere.l.properandum. §. ſi qui-
dem.C.de iudi.Reſtat videre,an iſta concluſio,quæ clara videt, al
terata ſit ex aliis literis, quæ ſucceſſiue ad inuicem inter eos ſcri-
ptæ;ſunt nam poſt primas literas dñi Aluiſij,& reſponſionem co
mitis Ludouici,de quib. ſupra dictum eſt, dominus Aluiſius re-
ſcripſit alias literas comiti Ludouico, in quibus repetit, & affir-
mat iterum illud quod in primis ſuis literis continebatur, & di-
cit ſe in primis ciuiliter,& cum modeſtia habuiſſe:quia non dixit
dictum comitem Ludouicum mentiri,ex eo, quod mentitur, &
ſic in dedecus, & dishonorem eius, & tot nobilium, quorum
verba fecit. in iſtis uerbis, in quibus dicit, quòd comes Ludo-
uicus mentitur, loquitur conditionaliter, ſi dictus comes Lu-
douicus loquutus ſit contra honorem dicti domini Aluiſij: &
iſta conditio non fuit verificata,quia non apparet comitem Lu-
douicum talia uerba dixiſſe. Et comes Ludouicus videtur hoc
negare, cum in ſua reſponſione dixit, quòd dominus Aluiſius
mentitur, ſi dicat illum locutum eſſe contra honorem eorum,
qui ſeruiunt illuſtriſſimæ dominationi Venetorum, & quòd e-
ius verba fuiſſent aliena à ratione, & quod multi ſint domini in
ſeruitio dominorum Venetorum, pro quibus vellet exponere
omnia,ſicut pro dominis ſuis,& fratribus;& ideo non uerificata
conditione non uidetur, quod dominus Aluiſius mentitus ſit
comitem Ludouicum per ea,quę ſupra dicta ſunt. Et ex his non
uidetur alterata concluſio ſuperius facta, ꝙ comes Ludouicus
ſit reus, & per conſequens quod debeat habere electionem ar-
morum. Et hoc confirmatur, quia dominus Aluiſius obtulit e-
lectionem armorum comiti Ludouico, ut patet in dictis literis
ſecundo ſcriptis,& ideo videtur fateri ſe reum, & licet poſtea ſe
reſtringat,ut poſt quindecim dies non uelit quod electio armo
rum habeat locum, non potuit hoc facere in præiudicium dicti
comitis Ludouici, cui tanquam reo talis electio competit;& in
tali electione armorum uoluit dominus Aluiſius uideri liberalis
11 in eo,quod cogebatur facere.†Et in neceſſitate quis non dicitur
liberalis.l.rem legatam.ff.de adimendis leg. Reſtat uidere de ulti
mis literis ſcriptis per dominum Aluiſium, in quibus ſpecialiter
refert relationem tibicinis fuiſſe, quod comes Ludouicus dixiſ-
ſet,quod comes Ludouicus dixiſſet quod omnes armigeri, qui
ſeruiunt illuſtriſſimo dominio Venetorum, eſſent, ut vulgo di-
citur, poltroni. & his uerbis commotus dominus Aluiſius, &
hac de cauſa dicit in loco duelli ſe oſtendere, quod ipſe non ſit,
ut uulgo dicitur, poltrone, & quod in hoc mentitur dictus
comes Ludouicus, ſi hoc dixit, & quotieſcunque hoc dicat.
ſuper quibus uerbis conſiderandum eſt, quòd tota controuer-
ſia conſiſtit in relatione facta per tibicinem, & certe non de-
buit ita facile dominus Aluiſius credere in re tanti ponderis in
præiudicium comitis Ludouici, ex eo, quod nota. Bartol. in l.
prima.ff.de eo, per quem factum fuer. in princip. ubi inquit in
12 tertia oppoſitione, † quod quis non debet eſſe credulus [b] in
b præiudicium tertii: allegat. textum in l. tertia in uerſiculo ſed ſi
ſic.ff. de tributo. & tradit Lapus in allegatione 126. Factum ſu-
per quo.& licet alias ſtandum ſit iuramento;tamen in præiudiciū
tertii non ſtatur iuramento, vt notat Dominicus in capitul. eos,
qui.de temporibus ordinan.in 6. allegat textum in ca.ex inſinua-
tione. de procurato. & ideo cum hoc leui fundamento facto in
relatione tibicinis nō debuit dominus Aluiſius prouocare domi
num Ludouicum ad duellum. Et cum comes Ludouicus videa-
tur negare, ut ſupra dixi, videtur ceſſare duellum, ſecundum
conſuetudinem iſtorum militum, qui exercent duellum. Et
dato, quòd talia verba comes Ludouicus dixiſſet, quod om-
nino negatur, potuit hoc dicere, non animo iniuriandi, ſed ad
oſtendendum, quod non timeret,& quod conſtanter tueretur
13 ciuitatem Laudenſem pro regia maieſtate. † nam ut iniuria il-
lata

ADDITIONES.

a ¶ Armorum) Idem Iaſ.conſi.113.lib.4.Bal.in c.1.in princ.de pace Con-
ſtan.in vſi.feu.Hiero.Gratus.conſi.3.in fi.lib.3.And.Alcia. in tract. de ſin-
gulari certamine.

b ¶ Credulus.) And.Iſernia c.1.hic finitur lex.in vſi.feud.

lata dicatur, debet animus iniuriantis considerari. l. qui iniuriæ in prin. ff. de furtis. l. si non cõuitij. de iniur. Et quod dictum est pro interesse reipublicæ, licet cadat in dedecus priuatorum, non attẽditur: nec dicitur fieri iniuria, ut probatur in l. quod Reipublicæ
34 ff. de iniu. † ubi dicitur, ꝙ factum pro honore Reipublicæ non dicitur animo iniuriandi factum licet cedat in cõtumeliam alicuius & ita videtur in isto casu, quia dicta uerba posito quod dicta fuissent, dicta fuerũt pro honore & dignitate regiæ maiestatis. principaliter, & non consideratur, ꝙ cedant in dedecus priuatorum, quia non videntur dicta animo iniuriandi, sed pro honore regiæ maiestatis. Et maxime hoc videtur dicendum in domino Aluisio, quia non constat, ꝙ illo tempore, quando dicta fuerunt talia verba, dñs Aluisius esset tunc in seruitio dominorum Venetorũ. Et non cõstat, quòd comes Ludouicus haberet notitiam, & hoc
35 sciret, quo casu non potest dici, ꝙ iniuriatus fuerit, † quia iniuria non fit, nisi quis habeat animum iniuriãdi d. l. qui iniuriæ. cum similibus. Ex quibus omnibus duæ conclusiones colliguntur. prima, ꝙ in casu isto non sit deueniẽdum ad duellum, & dato, quòd duellum haberet locum, comes Ludouicus dicitur reus, & ad ipsum spectat electio armorum per supra dicta.

EPITOME Consi. CCCCLXXXVIII.

Donatio præsentium bonorum valet, & etiam futurorum in ecclesia, vel hospitali.
Et stante iuramento purgatur defectus insinuationis
Et scriptura priuata habet vim testamenti etiam inter filios.
Et quod non potest approbari à partibus.

SUMMARIUM.

1 *Instrumento donationis in dubio standum est.*
2 *Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum non valet.* 3.
4 *Hospitale ecclesiæ priuilegijs gaudet.*
5 *Donatio ecclesiæ facta de omnibus bonis præsentibus, & futuris ecclesiæ fauore valet, etiam absque insinuatione.* 8.
6 *Insinuationis donationis defectus iuramento purgatur.*
7 *Testamentum imperfectum ex solennitatis defectu inter filios valet.*
9 *Voluntatem suam si scripsit in schedula, quam tamen coram testibus, & notario non publicauit, si moriatur talis, schedula habetur pro testamento inter liberos, licet imperfectum sit testamentum.*
10 *Testis de tractatu deponens actus consummationem non probat.*
11 *Testamentum ad pias causas quo casu ex scriptura testatoris iussu facta non valet.* 15.
12 *Testamentum imperfectum non ualet ex scriptura, quæ ad ipsum faciendũ parabatur.* 13.
14 *Verba declaratoria à testatore prolata de testamento in futurum faciendo nihil operantur.*
16 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*
17 *Hæres, qui sponte soluit fideicommissum inutiliter relictum, illud solutum repetere non potest.*
18 *Testamentum publici iuris est, & eius forma priuatorum pactis alterari non potest.*
19 *Pactum futuram successionem continens non valet.* 20.
21 *Pactum contra publicam vtilitatem, vel bonos mores non valet.*
22 *Principale si non valet, nec accessorium.*



N causa, Et lite, quę vertitur inter Ioannem Gerardi de Guardis, & hospitale S. Mariæ nouæ occasione donationis factæ dicto hospitali per Petrum [a] dicti Gerardi de Guar
a dis, Viso puncto, & diligenter ꝯsideratis oĩbus, quæ narranť, pro vera resolutione videndum est de trib. Primò de virtute, & efficacia dictæ donationis in qua intentio hospitalis fundata vř. Scđò de scriptura priuata, quæ asseritur facta de testõ Gerardi de Guardis an talis scriptura attendať saltẽ in filijs. Tertiò dato, ꝙ de se non ualeret, an confirmetur conuentione, & approbatione facta inter filios, & hæredes dicti Gerardi. Circa primũ non laborando, vbi non expedit, concludendum est breuiter, ꝙ ex instrumento
1 donationis intentio hospitalis fundata sit, † quia in dubio standũ est instrumento donationis. l. cum precib. C. de probat. & instrũ est probatio probata, & probat illud, qđ cãtat, vt no. Ang. in l. interest in vltimo nota. C. de soluti. & euidenter dř illud constare, qđ apparet ex inspectione instrumenti, ut no. Ant. de But. per illum tex. in c. cum contingat. in 3. notabi. de rescrip. & in c. cum dilecti. in 3. notabi. de donat. & manifeste dř constare illud, de quo est instrũm publicum, vt Bart. dicit in l. 1. in vers. vero ad qõnem. ff. de ope. noui nunt. cum simili. vt dixi in c. licet causam. in 12. notabili, de probatio. Nec obstare vř, ꝙ ista vř donatio omnium bo
2 norum præsentium, & futurorum, † quæ non valet, vt not. Bart. & doct. in l. stipulatio hoc modo concepta. de verbo. oblig. in l. fi. C. de pac. Bal. in l. cum duobus §. idem rñdet. el 1. per illum tex.
* ff. pro socio. & hoc * *communiter* tenet, ut dicit Imol. in rub. extra de testa. in ver. quid aũt. & idem dicit Bal. in c. in præsentia de probationib. & Roma. in consil. 171. Pro decisione. in princi. Abb. in consi. 48. Augustinus. libr. 2. Quia ab hoc rñdetur, ꝙ ista non fuit donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum: sed fuit facta donatio de quibusdam bonis particularibus expressis, & specificatis. Et dato, ꝙ donator alia bona non habuisset, fuisset donatio omnium bonorum præsentium, quæ non prohibetur, quia non tollit facultatem testandi, quia in futurum poterit lucrari, vt not. Bart. in d. l. l. fin. C. de pactis. & in d. l. stipulatio hoc modo.
3 † & idem si donatio facta sit simpliciter de omnibus bonis, quia de præsentibus intelligitur, ut no. Bart. in locis præalleg. per tex. in l. fi. §. 1. de leg. 2. & notat Ange. in l. 1. in princ. ad finẽ. ff. de pignoribus, cum similibus. Secundo respondetur, ꝙ donatio hic fuit fa-
4 cta hospitali, † quod gaudet priuilegiis ecclesiæ. l. omnia. ubi Bar. C. de episcopis, & clericis. Abb. in c. 2. in secundo notabili. de cõsuetudine. no. Bald. in cons. 124. In ciuitate Brixiensi. lib. 3. Abb. in consi. 14. Videtur 1. lib. 2. in consil. trigesimosecundo. Circa duo. eodem libro 2. in consil. centesimosecundo. Circa personarum eo. libro 2. Capra in consilio quinquagesimoquarto. Circa primum. Corneus in cons. 206. Licet in hac consultatione. in princ. lib. 1. in consi. 13. In præsenti consultatione, lib. 3. Perindeergo ha
5 betur, ac si donatio facta fuisset ecclesiæ, † quo casu facta ecclesię de omnibus bonis præsentibus, & futuris, ualet fauore ecclesiæ vt no. Bar. in d. l. fi. C. de pact. & idem Bald. in auth. si qua mulier, versi 6. no. C. de sacrosan. eccles. cum similib. ut tradit Alexan. in d. l. stipulatio, in vers. quæro utrum. & idẽ tenet Abb. in c. in præsentia. in 5. no. de probatio. in c. fi. de successio. ab intesta. in 1. notab. in c. 1. de concess. præben. in c ut priuilegia. de priuil. & idem Abbas in consil. 102. li. 2. š. alleg. & late Mari. in tractatu oblatio-
* num. in 10. libello. Ex quibus constat istam esse * *communem* opinionem, & licet nonnulli contrarium dicant non videtur recedẽdum à cõmuni opinione, ut dixi in d. l. fi. & in d. c. in præsentia, in 7. nota. Et in hoc non videtur laborandum, quia manifeste patet istam non fuisse donationem omnium bonorum præsentium, & futurorum, ut supra dictum fuit. Postremo donationi supra dictę, in qua fundata est intentio hospitalis, non obstat defectus in-
6 sinuationis, † quia talis defectus purgatur per iuramentum, [b] qđ
b interpositum fuit, secundum * *communem* opinionem, ita tenet
* Io. And. in addit. Specu. in titulo de instru. edit. §. porrò in versic. sed quid renuntians. Calderin. in consilio. 1. in titulo de donatio. in uersicul. sed omnibus his cessantibus. Federi. in consil. 281. Casus talis est, statuto cauetur. cum simil. ut tradit Alexan. in l. nemo potest. in versic. fallit, nisi iuramentum. de lega. 1. ibi dicit sæpius se consuluisse. & hoc patet in consi. 4. Circa primum. lib. 1. in consi. 12. Viso instrumento. eodem libro primo in consil. 27. Ponderatis. lib. 6. in consi. 26. Cumulatissimè. in fi. libro septimo in consil. 133. Stantibus his. eodem libr. 7. Et istam esse communem opinionem late probat, & ostendit Bar. soc. in consi. 177. In præsenti consultatione. & Corneus in consil. 221. Quia in hac causa. libr. 1. & in consi. 186 De duobus. & lib. secundo in consi. 36. Si recte cõsideretur. lib. 3. Ex quibus omnibus patet istam esse communem opinionem, licet articulus esset disputabilis. Contrarium enim tenet Bald. in l. illud. in 5. quæst. C. de sacrosan. eccle. Ang. in consil. 179. Visis. in fin. Rom. in consil. 12. Viso facto. Anto. de Canario in tractatu insinua. q. 63. Andreas Sicul. in consi. 16. libro secũdo, sed non est recedendum à communi opinione, quam etiam tenet Roman. in consilio. 26. Pro decisione. in secũdo dubio. idẽ Areti. in consilio. 2. Intellecta diligenter. in uersi. 3. etiam ex alio capite, & in consi. 47. Visis. in fin. & in consilio. 77. Et ratio scribendi, ad fin. Et ista communis conclusio maximè uidetur pro
c cedere in donatione facta ecclesiæ, [c] vel hospitali, † quia hodie
7 valet donatio absque insinuatione, vt dicit Bartol. in l. illud. in versicul. bene autem puto. C. de sacrosanctis ecclesijs. per legem penult. in princip. C. de donatio. & idem tenet Specu. in titul. de instrum. edit. §. porrò. in fin. Et hoc idem probat, & sequitur Anton. de Canario in tractatu insinuatio. in quæstion. 41. In hoc tamen

ADDITIONES.

a ¶ Petrum.) Qui erat vnus ex filijs dicti Gerardi, qui Petrus donauit postea partem suam hospitali forte in odium prætensi fideicommissi, ut patet in consilio Caroli Ruini consilio 7. lib. 3. ubi in hoc eodem casu pro eadẽ parte idem quod Decius consuluit.

b ¶ Iuramẽtum.) Idem Dec. supra consi. 432. & in consi. 536. Guil. Pap. Decisio. Delph. 350. & consil. 32. Cur. iunior. consil. 34. & multò plures, quos citare piget.

c ¶ Ecclesiæ.) Iason. consi. 169. lib. 4. Francis. de Rip. de reuoca. do. Responsio 2.

men non est opus insistere stante communi opinione, quòd do-
natio non insinuata iuramento cõfirmetur, ut supra dictum est.
& ex his absolutum sit primum dubium, in quo res clara uidetur.
Venio ad secundum dubium, in quo maior dubitatio uidetur. Et
prima facie uidebatur dicendum, quod priuata scriptura, de qua
agitur, deberet obseruari pro testamento ualido, & solenni inter
8 ipsos filios: † quia testamentum imperfectum ex defectu solen-
nitatis ualet inter filios. l. hac consultima. §. ex imperfecto. C. de
testamen. l. final. C. famil. ercis. & ad hoc bene facit quod no. Bar.
in l. si is, qui. versi. quæro, quid si testator scripsit. ff. de testamen.
9 † vbi concludit, quòd si testator scripsit in schedula uoluntatem
suam, quam tamen non publicauit coram testibus, & notario, si
a moriatur testator, talis schedula [a] habetur pro instrumento in-
ter liberos, licet imperfectũ sit testamentum ratione solennitatis
omissæ. & idem Bar. in l. fideicommissa. §. 1. de le. 3. & tradit Ioan.
de Ana. in consi. 57. Visis, & consideratis circa fi. Bal. in dic. l. fina.
in ver. sed hic quæro. Alex. in d § ex imperfecto. & in cõsi. 4. At-
tentis narratis. libro septimo. cum similibus. Omnibus tamen, &
similibus, quæ adduci possunt, non obstantibus contrarium de
iure esse arbitror, & concludo ꝙ scriptura nullo modo etiam in
ter liberos debeat pro testamento obseruari: quia (vt filij ipsi atte
stãtur) in approbatione dictæ scripturæ talis scriptura fuit facta
pro faciendo, ordinando, & perficiendo, & exinde rogando di-
ctum suum testamentum, &c. Non ergo facta fuit dicta scriptu-
ra, ut esset testamentum, sed pro designando testamentum, futu-
rum: & uidetur continere tractatum, & præparationem futuri te
stamenti: vnde ex hoc non probatur testamentum, quia mul-
ta tractantur, quę non perficiuntur, ideo non sufficit probare tra
ctatum, ut not. Bald. in l. multum interest. C. si quis alteri, uel si-
bi. est enim tractatus separatus ab ipso contractu, ut probatur in
in cap. tua. de his, quæ fiunt à prælat. & in cap. 1. de reb. eccles. non
alie. in 6. no. in c. 3. loco. de proba. pariter tractatus testamenti vi-
10 detur separatus ab ipso testamento: † & ideo testis, qui deponit
de tractatu, non probat consumationem actus, ut Bald. dicit in
capitul. fina. in versicul. testis tamen. de iura. calum. ubi allegat. gl.
in l. eleganter. in prin. ff. de condict. indeb. & idem not Bald. in l.
cum allegas. in versi. scias etiam. C. de vsur. vbi inquit, ꝙ non suffi-
cit probare ratiocinationem, & ꝙ verba facta sint de contractu,
nisi probetur, ꝙ conclusio firmata sit: quia multa dicuntur, quæ
non fiunt. l. sciendum ergo dictum. in fin. de ædil. ædict. nam tota
vis in conclusione consistit. l. si uoluntate. vbi Bald. C. rescin. ven.
Et hoc modo in simili casu arguit Alex. in consi. 31. Visis, & accu
ratè ponderatis. lib. 1. & in consil. 57. Viso processu. in fin. libr. 6.
Et ꝙ ista præparatio testamenti in casu isto non attendatur, bene
facit, quia non sufficit testatorem ita uoluisse, nisi ulterius proce-
dat disponendo, ut not. Bald. & Imo. in l. quidam cum filium. per
illum text. ff. de hæred. institu. Et specialiter in proposito videtur
11 decisio Oldra. in consil. 119. Titius condidit testamentum. † ubi
ponit casum, ꝙ duo testes deposuerunt, ꝙ testator fecit eos vo-
cari, & in eorum præsentia fecit scribere per quendam clericum,
ꝙ in bonis suis instituebat hæredem locum pium, & dictos testes
rogauit, ꝙ talem ordinationem faceret scribere per aliquem no-
tarium, & ꝙ ad illa scripta uocarentur testes in eius præsentia, &
omnia in publicam formam redigerentur, & antequam hoc per-
ficeretur, mortuus est testator: concludit Oldra. ꝙ ex tali scriptu-
b ra non probetur testamentum etiam ad pias [b] causas, quia non
potest dici probatum esse testamentum, sed probata est quædam
prima dispositio ad testandum, seu quædam nuda verborũ enun
tiatio redigenda postmodum in testamentũ, sicut scriptura, quã
iudex habet ante formatã sñiam, non est sñia, sed est quędã pri-
ma dispositio ad sñiam. l. 2. C. de sen. ex peri. reci. & ita ſm eũ vr es
se in tali testõ, quia vr quędã pordinatio priuata redigenda post-
ea in testm. ualet. n. argumentum de sententia ad testamentum,
quia testamentũ sñia dr. l. hac cõsultissima. §. at cum humana fra-
gilitas. C. qui testa. face. pos. Et quia cum testator voluerit testes
adhiberi, & in scripturã publicã redigi per notariũ, antequã hoc
factũ sit, nihil est actũ, qđ subsistat, ar. l. contract. C. de fid. instr. Et
12 ad hoc uidetur tex. in l. ex ea scriptura. in prin. ff. de testa. † ubi dici
tur, ꝙ ex ea scriptura, quæ ad testamẽtũ faciendum parabat, si te
stamentum nullo iure imperfectum esset, nec ea, quæ fideicom-
missorum uerba habent, peti posse, ad idẽ tex. in l. fideicommissa.
§. 1. de le. 3. ubi similiter dicitur, quoties quis exemplum testamen
ti præparat, & prius decedat, quam testetur, non ualet. Nõ obst.
c. cũ esses, & c. relatum, de testa. in quibus dicitur, ꝙ ualet ultima
uoluntas ad pias causas coram duobus testibus: quia Old. respon-
det in dic. consilio, ꝙ in dictis iuribus constabat saltem per duos
testes factũ fuisse testamentum, sed in casu Oldr. non erat factum
testamentum, sed præparatum ut fieret: & ita concludit Oldra. in
testamento ad pias causas, & idẽ in terminis, in quibus Old. loqui
tur, tradit Io, And. in addi. Spe. in titulo de instrumen. edi. §. com-
pendiosè. char. penu. in fi. in versic. sed fuit quęstio de facto, & ibi
ponit rationes Old. & dicit ita fuisse iudicatum. & secundum istã

c conclusionem in fortiori casu idem consuluit Pau [c] de Cast. in cõ
13 si. 366. Visa dicta facti narratione. † ubi lecta fuit scriptura priua-
ta, in qua cõtinebatur ordinatio testamenti, institutio hæredis ad
pias causas: & testator dixit, ꝙ sibi placeret, & ꝙ ita faciebat, ad-
didit tamen, quod volebat adhiberi testes, & notarium, & quòd
volebat differre vsq; ad vesperas, & interim mortuus est testator,
concludit Paulus de Castro in dicto consilio in versiculo, sed ta-
men ipsis non obstantibus. quòd tale testamentum etiam ad pias
causas non ualet: quia talis dispositio perfecta nõ fuit: licet enim
verba apta essent ad faciendum dispositionem perfectam, si testa
tor voluisset, tñ ex verbis sequentibus apparet, ꝙ testator noluit,
quia distulit in futurum, & voluit notarium adhiberi: unde appa-
ret, ꝙ nõ habuit illam dispositionem perfectam, sed fuit designa
tio futuri testamenti: & ad hoc allegat Ioan. And. in addi. Spec. in
tit. de instru. edi. §. compendiosè, in loco s. alleg. Et quod dictum
est de testõ ad pias causas, idẽ dicit Pau. de Cast. esse in testõ inter
liberos: quia isti casus æquiparantur secundum Paulum de Castr.
d in d. consi. & idem [d] Pau. in consil. 202. Ad primum [e] quæsitum.
e in 3. dubio. in fi. & in consi. 190 In causa, quę vertitur [f] Bergami. in
14 col. fi. † vbi concludit, ꝙ quã verba non fuerũt emissa à testatore
f animo tunc condendi testamentum, sed animo declarãdi, ꝙ in fu
turũ facere uolebat cum notario, talia verba nihil operent. & cũ
s. dictis concordat Io de Imo. in consi. 91. In causa, quæ uertitur.
15 † vbi concludit nõ probari testamentum ad pias causas, ex eo, ꝙ
testes deponant testatorem dixisse, ꝙ uolebat instituere locum
pium: & ibi in 2 dubio, ꝙ non ualet testm̃ ad pias causas, si sit im-
perfectum ratione uoluntatis. & Io. de Ana. in consil. 57. s. allega-
to. dũ in effectu distinguit, ꝙ aut testator eius uoluntatem simpli-
citer declarauit, & habuit illam pro perfecta respectu uolũtatis,
licet imperfecta sit quantũ ad solennitatẽ, & ualet testm̃ fauore
piæ causæ: & de isto casu non agit in proposito: aut testator post
uoluntatẽ declaratã, & ordinatam voluit, ꝙ omnia redigerentur
in formam publicã per notariũ, & interim testator mortuus sit,
non valet testamentũ, quia non habuit uolũtatẽ pro perfecta, &
absoluta. unde illa vr quædam præparatio futuri testamenti. alle.
Io. de Im. post Pe. de Anc. qui hoc tenet in d. c. cum esses. de testa-
men. in uer. vlt. quærit. & in effectu sequunt decisionẽ Old. & Io.
And. in locis s. primo alle. & facit quod in sim. no. Pau. de Cast. in
l. cũ res. C. de prob. cum si. ut dixi in consi. 159. Casus, qui propo-
nit, ubi in simili casu consului in pia causa. & idem vr in cã libero-
rũ, de qua agitur, quia in utroq; casu dispositio iurisgentiũ consi-
deratur, ut dicit Pau. de Cast. in d. cons. 366. & in consil. 202. s. alle.
& ex omnibus suprà dictis remanet firmata conclusio s. facta, ꝙ
scriptura, de qua agitur, nullo modo et inter liberos pro testõ ha-
beri debet. Non obstant allegata supra in ꝯrium: quia responde-
tur primò, ut supra dictum est, secundum Oldr. ꝙ haberent locũ,
qñ absolutè dispositio à testatore facta fuisset, prout loquit tex.
in d. c. cum esses. & c. relatũ. secus videtur esse in isto casu, in quo
non fuit absolutè factum testm̃, sed fuit quædam præparatio, &
tractatus futuri testamenti: & hoc modo etiam respõderi potest
ad tex. in l. fi. C. fam. erci. & in d. l. hac consultissima. §. ex imperfe-
cto. quia dicta iura loquuntur, & procedunt, quando dispositio
fuit facta simpliciter ab ipso testatore, & non fuit suspensa in fu-
turum, secus uidetur in casu nostro, in quo dispositio relata fuit
ad futurum, & tunc de præsenti testator non disposuit, sed signifi
cauit illud, quod volebat facere, & non fecit, ideo talis dispositio
fuit nulla per suprà dicta. Non ob. dictum Bart. in d. l. si is, qui. &
in d. l. fideicommissa. §. 1. quia similiter responderi potest, ꝙ Bar. lo-
quitur in dispositione facta simpliciter à testatore non suspensa
in futurum ad notarium adhibentium: secus ubi relatio est facta
in futurum, prout loquitur Oldrad. in d. consi. 119. Et ita dictum
Bar. à decisione Oldr. distinguit, & declarat Corn. in auth. ꝙ sine.
circa fi. C. de testa. & idem tradit Alex. in cõsi. 105. Super his in fi.
lib. 7. vbi inquit, ꝙ Old. loquitur, quando testator non fuit testa-
tus, sed præordinationem ad testandum fecit. nã in casu Old. & in
casu nostro, qñ fuit facta relatio ad notariũ, videtur defectus vo-
luntatis, quia uoluntas testatoris fuit suspensa in futurum, merito
nõ ualet ẽt inter liberos, ut no. Bar. in d. l. si is, qui. Præterea in ter-
minis ẽt, in quibus loquitur Bar. in d. l. si is qui. videt esse defectus
voluntatis: & ideo non valet testm̃ etiã inter liberos, ut tenet Sal.
in d.

ADDITIONES.

a Schedula.) Dixi in consue. Parisi. §. 96.
b ¶ Pias.) Pau. Are. d. l. si is, qui. Alex. consi. 74. nu. 3. ubi dixi. lib. 1. Cur. Iu-
nior. cons. 12. Caro. Rui. cons. 204. lib. 2.
c ¶ Paulus.] Gl. c. significantibus. in fi. de off. dele. gl. tex. c. 2. de preca. Alex.
consi. 32. in prin. lib. 2. ubi dixi.
d ¶ Paulus.} quod est cõsi. 450. li. 2. in nouis, ubi integre habetur, sed princi
pium eiusdem consilij habetur trucantim lib. 1. consi. 75.
e ¶ Quæsitum.} Quod est consi. 307. lib. 1. in nouis.
f ¶ Bergami.) Alias pergami, & est consi. 137. lib. 2. in nouis.

in d.§.ex imperfecto.in prima oppositione. Allegat text. in l.hac
consultissima.§.at cum humana.ibi,elogium ipse suum profitea-
tur agnoscere.C.qui testamen.fac.pos.& contra Bar.ēt tenet Bal.
in d.auth.quod sine.in versi.& ex prædictis determinatur q̄stio.
ubi dicit speciale esse in d.auth.quod sine.q̄n talis scriptuta fuit fa
cta propria manu testatoris,ergo in contrarium videtur ius cōe:
& respondet dictis Bar.qui videtur tenere contrarium,in d.l.fidei
commissa.§.1.& Bal.sequitur Pau.de Cast.in d.l.si is,qui.& Alex.
idem sequitur in d.§.ex imperfecto.in consi. Alex.allegato supra
in contrarium erat scriptura manu testatoris, & dispositio facta
à testatore,ut patet in d.consi.4.li.7.& 3.Sed cum in casu isto scri
ptura non sit de manu testatoris, dicendum est testamentum nō
ualeret ēt inter liberos. Et ista conclusio indubitāter uera vide-
tur in casu proposito, in quo scriptura retulit se ad testm̄ facien-
dum,& videtur defectus uoluntatis, ut suprà dixi secundū deci-
sionem Old.Ioan.And.& doct.in locis suprà allegati.& sic in hoc
secundo dubio remanet firmata ꝯclusio.ꝙ dicta scriptura nullo
modo habetur pro testō, etiam inter liberos. Tertio videndum
est de approbatione, & ratificatione dictæ scripturæ facta inter
filios,& hæredes dicti Gerardi in vim,& robur testamenti,& vl
timæ voluntatis.Et primo motu videbatur, ꝙ dicta approbatio
16 dicti testamenti ualida fuerit,& debeat obseruari:† quia ꝯctus ex
conuentione legem accipiunt.l.1.§.si cōueniat.ff.deposi.& in re-
gula cōtractus.de reg.iu.in 6.cum si. Secūdò specialiter facit tex.
in l.non dubium.§.illud ēt.C.de testa.ubi hæres, qui agnouit vo-
luntatem defuncti,quæ de iure non valebat, cogitur illam adim-
17 plere.Tertiò hoc idem probari videtur in l.2.C.de fideic.†vbi he
res,qui sponte soluit fideicomissum inutiliter relictum,non po-
test illud solutum repetere;idem ergo uidetur in istis hæredibus,
qui scienter promiserunt soluere, & adimplere disposita in testō
isto inualido: quia paria sunt soluere,uel promittere.l.final.C.ad
l.Falcid.Quartò dato, ꝙ talis ratificatio,seu approbatio non va-
leret in uim testamenti,deberet saltem ualere in uim simplicis cō
uentionis,sicut dr̄ de sententia,quæ si nō valet,non potest appro
bari,ut ualeat uti sententia,saltem approbari potest, ut valeat in
uim pacti,& conuentionis,ut not.per gl.in l.2.C.commu.utriusq.
iud.vbi Bar.& idem Bar.in l.1.C.qui pro sua iuris.Cal.in consil.8.
in tit.de re iu.Pet.de Anch.in consi.67.Querela exposita.Card.in
consi.71.Seriatim super singulis.in 2.dubio. cum si.ut tradit Feli.
in c.significasti.de foro compe. His tamen non obstantibus ꝯtra-
rium de iure esse arbitror, videlicet ꝙ non ualeat illa conuentio
facta inter filios,& hæredes dicti Gerardi, ut illa scriptura priua-
ta,quæ non continebat testamentum,ut suprà dictum est, ualeat
18 in uim testamenti,& ultimæ voluntatis: † quia testamentum est
publici iuris,& forma eius pactis priuatorum alterari nō potest.
l.3.ff.de testa.l.fi.ff.de suis,& legi.l.ius publicum.l.iurisgentium.
§.si paciscar.ff.de pact.facit tex.in l.nemo potest.de leg.1. & quia
hæreditas testamento,& nō per pactum dari pōt, l.hæreditas.C.
de pact.conuen.& solennitas testamenti pacto tolli nō potest,vt
dicit Bart.in d.l.3.de test.in versi.circa secundum.unde si ualet pa
ctum,ꝙ scriptura priuata haberet uim testamenti, in effectu so-
lennitas testamenti tolleretur, & elusoria redderetur dispositio
iuris,quæ cum tanto apparatu requirit solennitatem in testamē
tis adhiberi:& illa solennitas requisita uidetur propter suspicio-
nem falsitatis remouendam.l.fi.C.de fideicommiss.l.iubemus.in
fi.C.de test.& ideo à testatore, & à cōtrahentibus remitti nō po-
test,ut no.Barto.in l.nemo potest.in ver.præterea omnia, quę.de
leg.1.Et sic ut non possunt facere partes,ꝙ scriptura, de qua agi-
tur, habeat vim testamenti: pariter talis concordia, & cōuentio
non videtur ualere in vim pacti, & simplicis conuentionis: quia
in effectu esset pactum de futura successione:quia dicti filij essent
adinuicem substituti,ut in scriptura dicitur,& sic reciprocum es-
set fideicommissum,ut in l.cum proponas.la 1.C.de pact.& tale
fideicommissum debet fieri in testamento solenni, ad hoc ut ua-
leat.d.l.2.C.de fideicommis.quod per uiam pacti,& conuentio-
19 nis inter uiuos fieri non potest,quia,ut dixi,esset pactum † de fu-
tura successione,quod non ualet.l.pactū,quod dotali. C.de pac.
in l.stipulatio hoc modo concepta.de ver.obl.in l.cum donatio-
nis C. de trās. in d.l.hæreditas.C.de pac.ꝯuen.in l.ex eo.C.de inu.
stip.no. Bar.in l.fi.C.de pact.adeo quòd tale pactum non firma-
tur iuramēto, quia est contra bonos mores, quia aufert liberam
facultatem testandi,ut probatur in iuribus suprà allegatis. & no.
Bar.in l.si quis pro eo.ff.de fideius.& in d.l.stipulatio hoc modo
concepta.cum si.ut tradit Alex.ibi.& in d.l.pactum. C.de pact.&
istam conclusionem consulendo latè sequitur Alex.in consi. 28.
Ponderatis uerbis instrumenti.in 3.lib.& dixi in consi. 63.in fi.in
consi.225.Et ulterius hoc comprobatur authoritate Bar. in cons.
20 208.incipiēte, Promitto tibi,& tu mihi.† ubi ponit casum,quòd
si promittis mihi,& ego tibi,ut altero præmoriente bona debe-
bant esse superstitis per viam successionis,talis conuentio non va
let,quia sunt certi modi succedendi, uel iure sanguinis, vel se-
cundum legem 12.tabularum, uel iure solennis ultimæ uolunta-
tis,qui modi nō sunt in isto casu,sed est pactum de succedendo,
quod non ualet,quia est contra bonos mores,vt in iuribus s̄.alle
gatis:nec confirmatur iuramento secundum Bar.ibi,& s̄. dictum
est.& ita videtur in isto casu, quia per viam successionis est facta
conuentio,quod dicti filij,& fratres instituti,& ad inuicem substi
tuti debeant succedere, prout in priuata scriptura dicitur, ideo
non ualet pactum,quia est in effectu pactum de succedendo, qđ
non valet,ut dictum est:& sic conclusio est in isto tertio dubio,ꝙ
dicta approbatio non ualet in uim testamenti, nec in uim simpli-
cis conuentionis.Non obstāte.allegata supra in cōtrarium, quia
responsio colligitur ex suprà dictis:& etiam respondendo specia
liter. Primò non obstat, quod contractus accipiunt legem ex
conuentione, quia respondetur hoc esse verum regulariter,
sed hoc fallit in pluribus casibus, in quibus, pactum non va-
21 let,& inter alios est casus,† quando pactum sit contra publicam
utilitatem,uel contra bonos mores,ut supra dictum fuit. Secun-
do non obstat tex.in l.non dubium. §.illud ēt. quia respondetur,
quòd ibi ualet ista approbatio in præiudicium hæredis approbā-
tis,quia potuit in præiudiciū eius cōsentire, secus est in casu isto,
in quo illa priuata scriptura nō potuit approbari in vim testamē-
ti,nec in vim simplicis conuentionis,quia erat pactum cōtra bo-
nos mores, ut dictum est. & hoc modo etiam respondetur ad l.
secundā.C.de fideicommiss.Vltimo non obst.ꝙ dicta approba-
tio saltem deberet ualere in uim simplicis conuentionis iuxta gl.
in dicta l.2.C.communi utriusq. iudi. quia ibi nihil erat,ꝙ impedi
ret conuentionem ualere,secus est in isto casu, quia in effectu es-
set pactum de succedendo,quod non ualet,ut supra dixi.& retē-
ta ista conclusione,de qua non uidetur dubitandum, ꝙ ista con-
uentio sit nulla,pariter videtur, quòd promissio pœnæ,quæ ac-
22 cessoria est, non valeat, † quia si non valet principale, non valet
accessorium.l.non dubium. C. de legib.nota. per gloss. in l. si pa-
tronus.§.patronum in verbo,fauiana. quod promissio pęnæ an-
nullatur destructo principali,& not.Bart.in l.si quis bonorum in
fi.ff.de legat. 1. Bald.in l.secunda. in versiculo ex prædictis. C.de
episcop. audienti. Et quia cum talis conuentio de succedendo
sit contra bonos mores, quia tollit facultatem testandi, pœna
promissa non debetur, ut est textus in lege stipulatio hoc modo
concepta,de verborum obligatio.

EPITOME Consi. CCCCLXXXIX.

Per secundum testamentum quamuis de iure speciali factum id
fuerit,& non contineat clausulam derogatoriam,aut annulla-
tiuam,primum tollitur ac reuocatum esse censetur.

SVMMARIVM.

1 *Testamenti mutatio non valet,si testator pauperibus relinquens agnato-*
rum persuasione testamentum mutauerit.
2 *Testamentum suggestum an ualeat.9.*
3 *Testamentum primum regulariter superuenientia secundi tollitur.*
4 *Testamentum condere non impeditur semimortuus, sicut ille qui habet*
linguam balbutientem,& grossam.
5 *Testamentum impugnans,impedimentum probare tenetur.*
6 *Testatorem amicum,uel coniunctum licite potest quis blandis verbis, &*
suasionibus inducere ad eum instituendum.
7 *Vtilitatem suam qui procurat,dato quòd in consequentiam alteri noceat,*
animo nocendi facere non præsumitur.
8 *Iure suo qui vtitur,nihil dolo facere videtur.*
10 *Termino,ad quem fit relatio,quicquid continetur,etiam continetur in ter*
mino referente.
11 *Interesse qui promittit, verè & propriè promittit illam quantitatem,quæ*
probatur.
12 *Testes deponentes de peritia bene probant,licèt de credulitate dicant.*
13 *Sana mentis in dubio quis præsumitur.*

IN casu occurrenti in terra Vexani,licet accurate scri-
ptum sit à clarissimis doctoribus, & conclu-
sum, quòd primum testamentum domini Horatij à secun
do reuocatum sit: ista conclusio non paruam difficultatem
prima facie habere videbatur.Primò quia,ut colligitur ex dictis
testium, secundum testamentum factum fuit ad instantiam, &
importunam requisitionem eorum, qui successuri erant ab in-
testato: quo casu non videtur,quòd primum testamentum à se
cundo in effectu sublatum sit: ex eo, quod not. Angel. per il-
1 lum tex.in l.non enim.ff.de inoffi. testa.† vbi inquit se obtinuis-
se magnam hæreditatem pro pauperibus, quibus erat relicta: &
agnati persuaserunt testatori,& tantum dixerunt,ꝙ testator mu-
tauit testamentum,& ipsos hæredes instituit. concludit Ang.per
illū.tex.ꝙ aduocanda sit hæreditas ab agnatis, & dari debet pau-
peribus in primo testamēto institutis:& dicit ita factum fuisse. &
idē not.Ang.in l.fi.C.si quis aliquē testa.prohi.ubi dicit, ꝙ casus
est quo-

est quotidianus,& menti tenendus facit quod not. Pau.de Cast. & Alex.in l.3.§.quanquam. in versi.item not. ff. de condict. ob cau. Secundo conclusioni suprà dictæ aduersatur, quod scribit
a Pau.[a] de Cast. in consi.367. Viso puncto.& allegationibus. in fi. ubi specialiter in proposito concludit glo. in d.l. iubemus.C de test. procedere, quando non præcedit aliud testamentū, quia tunc valet testamentum factum ad interrogationem notarij, & satis est, quòd testator respōdeat sic, secus dicit Paul.de Cast. si aliud testamentum factū solenniter præcedat, prout in casu isto cōtingit: quia secundum Pau.de Cast. illa glo. nō haberet locum. & rationem adducit, quia quando aliud testamētum factum nō fuit, fauorabile est testatori, ꝙ decedat testatus. quæ ratio cessat stante alio testamento facto solenniter: vnde nō est dicēdum, quòd reuocatum sit vno verbo in articulo mortis, & ad suggestionē alterius, & instituta causa pia in primo testamento, quæ omnia in casu isto videntur concurrere: ideo primum testamentum reuocatum nō videtur. & idē videtur tenere Pau. de Ca. in l. j. §.si quis ita.de verb.obli.duobus cōcurrentibus, ꝙ testator esset in graui infirmitate cōstitutus, & interrogās submissus fuisset ab agnatis, prout in casu nostro videtur. Et secūdum istam opin. Pau.de Ca. nouissimè latè consuluit, Barth. Soc. in cōs. 92. In causa domini Anto. in 3.lib. vbi plura inducit, quæ gratia breuitatis non refero. Tertiò cōsiderādum est, quòd testes examinati non deponunt, quòd notarius, qui interrogauit testatorē, expresserit nomina hæredum, qui instituti sunt in secūdo testamēto: vnde non videtur valere testamentum, cùm hæredes non fuerint nominati à testatore, nec à notario, qui interrogauit testatorē. l. iubemus.C. de testa.& in quæstione nostra tradit Corneus in cons. 304. Circa hanc consulationem.lib 1. Quartò, & vlt. conclusioni suprà dictæ obstare videtur quod no. Pau.de Cast. in l.hac consultissima.
2 §.at cum humana fragilitas.C.qui testa.face.po. † vbi refert se in contingentia facti habuisse, ꝙ quidam fecerat testamentum, & hæredem extraneum instituerat, postea cum esset propè mortē, eius consanguinei habuerunt notarium, & fecerunt scribere pro ut voluerunt, deinde duxerunt notarium ad testatorem, & fecerunt, quòd dicta scriptura lecta fuit coràm testibus, & testatore, qui interrogatus an ita vellet, respondit, quòd sic: vnde per hoc dicebatur, quòd primum testamentum esset reuocatum, vt per gl. in d.l.iubemus. dicit Pau.de Cast. se contrarium consuluisse, quando erat testator ita oppressus infirmitate, vt non appareret, ꝙ dicta scriptura esset facta eius voluntate: & allegat Ioan. And. in ad.Spec. in tit.de test. in §. in primis. & ista sunt, quæ à præsenti cōsultatione me primo motu distrahebant. Sed tamen prædictis non obstantibus vlterius cogitanti contrarium de iure esse arbitror, & conclusioni superius firmatæ adhæreo, videlicet quòd primum testamentum per dictum secundum reuocatū sit: & in hoc hæredes scripti in secūdo testamento fundatam ha-
3 bent intētionem secundum regulam, quæ est, † ꝙ primum testamentum tollitur per secūdum, in §.posteriore. institu. qui. mo. te.infir. l.si quis priore.in prin.ff.ad Trebellia.quia ambulatoria est voluntas testatoris vsque ad mortem. l.3.§.1.ff.de adimen. lega.l.cum hic status.§.1.ff.de donatio.inter virum.& hoc procedit etiam, si testamentum secundum validum sit de iure speciali. l.2.ff.de iniust.rupto testamento.& in l.eius militis.§.fi.in fi.ff.de testam. mili. in l.hac cōsultissima.in § si quis autem.C.de testam. Et tradit Pau.de Cast. in consi.265.Dubium facit. Alexan.in consi.84. Viso themate.lib.2. Primum enim testamētum videtur habere tacitam conditionem, nisi fiat secundum, & sufficit, quòd secundum valeat per momentum, vt no. Ang.in cōs.159. Ex hoc igitur themate.& valet secundum, licèt facta non sit in eo mentio de primo, vt no. per glo. in cap. 1. de consti. in 6. & clausula, quæ apponi solet, cassans, & irritans omne aliud testamentum non requiritur, vt dicit Ang. Aret. in d.§. posteriore. in princip. Et in casu isto sufficit, quòd testator ad interrogationem notarij dixerit sic, vt testes deponunt de hæredibus institutis, & de
b alijs dispositis in dicto secundo testamento, vt tenet glo.[b] in
* d.l.iubemus. quam Barto. & docto. *communiter sequuntur: & dicit Barto. in l. hæredes palam. in princip. ad fi. ff. de testamen. quòd ita obseruatur: & sic etiam not. Ange. in l. in fraudem. §. 1. ff. de testa. mili. cum similibus. vt tradit Alexan. in d. l. iubemus. & dicit ibi, quòd ista est communis opinio: & idem dicit Alexan. in cons. 12. Viso instrumento donationis. in princip. lib. 1. & consilio 33. Ponderatis verbis. libro 3. vbi refert Ioan. de Imola, quia attestatur istam esse communem opinionē in capitu. cum tibi. de testa. Ange. Areti. institu. de testament. in principio dicit in 3. colum. in versic. Nota istam glo. quòd communiter doctores ita tenent. & pro ista communi opinione facit text. in l. quoniam indignum. C. de testamen. vbi pro-
4 batur secundum Angelum post gloss. † quòd semimortuus, sicut est ille, qui habet linguam grossam, & balbutientem, quia laborat in extremis, non impeditur condere testamentum. & idem notat Angelus in l. aduersa. ff. de testamen. in dicta l. in fraudem. §. primæ. ff. de testam. mili. facit tex. in l. Pamphilo. §. p-
c positum. de lega. 3. & hoc quando potest articulate[c] loqui, alias secus: quia est mortuo similis, vt dicit text. in d.l. iubemus. vbi Barto. & docto. late. Alex. in d. consi. 33. lib. 3. & in cons. 105. Super his. lib. 7. & no. Bal. in cōsi. 303. Quidā Lilius. in fi. libr. 4. & ibi
5 dicit, ꝙ in dubio præsumitur pro testatore: † & ideo qui impugnat testamentum, tenetur probare impedimentum: & idē not. Ang. in l. cū antiquitas. C. de testam. dicens, ꝙ in dubio non dēt fieri interpretatio in perniciem testatorū, & testantium. & meritò in casu isto concludendum est valere secundū testamētum, quia articulate loquebatur, & explicat uerba sic, uel non: & etiā in dubio, ut dictū est, ita debet iudicari in fauorem testamenti secundum regulam, quæ est, ꝙ in dubio iudicandum sit pro testamento. l. si pars. ff. de inoff. testa. & in c. fi. de re iud. facit tex. in l. in testamentis. ff. de reg. iu. & præsertim hoc vr̄ habere locum in casu isto, in quo agitur de fauore filiarum, quæ institutæ sunt in secundo testamento. & in tali testamento facto inter liberos nō requiritur, quòd testes sint rogati, ut not. per gloss. in l. fi. C. de codic. in verbo excepto testamento. vt no. Bald. in auth. quod sine. in ver. Quæro nunquid C. de test. Ang. in Auth. de testa. imperfec. in princ. cum simili. ut tradit Alex. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. & in consi. 228. Super eo. libr. 7. & ex his remanet fundata intentio pro secundo testamento. Solum superest respondere ad allegata supra in contrarium: & in hoc vis tota consistit: & in responsionibus veritas manifesta huius consultationis apparebit. Primò ergo non obstat dictum Ang. in d.l. non. n. & in d. l. fin. quia pro vera responsione præmitten-
6 dū est, † ꝙ licite potest quis blandis[d] verbis, & suasionibus ami-
d cum, vel coniunctum eius inducere ad eū instituendū, vt est tex. in l. fin. C. si quis aliquem te prohibue. & no. Bar. in l. Lucius. §. Sempronia. in fi. de lega. 2. Et ideo isti, qui testatori hoc suaserūt, licite hoc fecerunt, & eorū vtilitatem procurare potuerūt. arg. l. pupillus. in fi. l. qui autem. § sciendū. ff. de his, quæ in frau. credito. Allegata suprà in contrarium habent locū, qn̄ quis dolosè per falsas causas induxisset testatorem ad eum instituendum, & ita loquitur Ang. in locis alleg. in cōtrarium. Et de tali dolo in casu isto non constat: & in dubio non præsumitur. l. quoties. §. qui dolo. ff. de proba. & facit tex. in l. meritò. ff. pro so. & per illum
7 tex. dicit Bar. in l. fluminum §. fi. ff. de damn. infect. † ꝙ in dubio ille, qui procurat suam vtilitatem dato, ꝙ in consequentiam alteri noceat, non præsumitur facere animo nocendi, & ideo sibi permittitur, ut per glossam 11. q. 3. in cap. si quis verò. in glo. 1. in
8 fin. & no. in l. fluminum. §. fi. ff. de dam. infe. & facit regula, † nullus videtur dolo facere, qui iure suo vtitur. ff. de re. iu. cum simil. vt dixi ibi. & ita contrarium primū remouetur. Secundò nō obstat decisio Pau. de Cast. in d. consilio 367. dum limitat gloss. & communem opinionem in d.l. iubemus. non procedere, quando præcedit aliud testamētum, prout in isto casu contingit: quia respondetur, quòd hoc dictum non videtur verum, quia est contra mentem, & rationem doctorum: nam qua ratione do-
c ctores, vt supra dixi, communiter tenent cum glo.[e] in d. l. iu-
9 bemus. † & concludūt valere testamentum, quando testator ad interrogationem notarij respondet sic, de necessitate præsumūt doctores, ꝙ in tali testamento sit voluntas testatoris, & propter hoc valet testamentum: si ergo talis uoluntas posterior sit, necessariò sequitur, ꝙ illa attendatur. d. §. posteriore. cum simili. suprà allegatis. facit text. in l. si mihi, & tibi. §. in legatis. de lega. 1. Non obstat ratio Pau. de Cast. dum inquit, quòd quando aliud testamentum non præcedit valere testamentum, ne intestatus decedat, quæ ratio cessat alio præcedente testamento. Quia ratio ista nihil valet, ex quo in primo testamento deficit voluntas testa-

ADDITIONES.

a ¶ Pau.] quod est cons. 156. lib. 1. in nouis. idem in eodem ferè casu Aymo. consi. 117.

b ¶ Tenet glo.] Idem Cald. consi. 40. de testam. Alexan. consi. 12. lib. 1. consi. 33. nu. 12. lib. 3. Phil. Cor. consi. 67. li. 4. Soci. consi. 20. lib. 4. Carol. Rui. consi. 2. consi. 12. lib. 2. Nic. Boer. decis. Burdegal. 35. nume. 6.

c ¶ Articulatè.] & intelligitur Phil. Franc. in rubrica de testamentis. in sexto.

d ¶ Blandis.] Henr. Bohic. c. inter cætera. in fi. de præbē. Panorm. in capitu. 2. de pecu. cleric. Bal. Imo. l. captatorias. de hæred. instituen. Ias. l. 3. §. vlt. ff. de condic. cau. da. Hippo. Marsi. singulari. 526. vide Matt. de Afflic. decisi. Neap. 69. Carol. Rui. consi. 73. lib. 2.

e ¶ Cum gl.] Imò plures tenent contrarium, vt Rom. consi. 36. in fi. Phil. Cor. consi. 1. consi. 319. lib. 1. Hippo. Marsi. singu. 449. Matt. Affl. decisio. Neapol. 144. Carol. Rui. consi. 8. cum duobus sequentibus lib. 3. & bene, [redacted] idem Iaso. consi. 196. lib. 2.

tas testatoris: unde non decederet testatus, prout in posteriori testamento voluit. Non obstat, quod vnico verbo ad suggestionem alterius non debet reuocari testamentum ab eo, qui sit in articulo mortis: quia esset hoc verum in eo, qui esset grauatus ita quòd articulatè loqui non posset. d. l. iubemus. & alias secundum distinctionem suprà factam: & nihil facit, quòd in primo testamento sit instituta ecclesia, nec quòd vnico verbo tollatur testamentum, vt not. in d. l. iubemus. & etiam inferius dicam. Non obstat quod dicit Paul. de Castr. in d. l. 1. §. si quis ita. de verborum obligationibus. quia ibi loquitur secundum opinionem Pylei, & Ioann. Andr. ad quem ibi se remit-
* tit: & illa opinio * *communiter* reprobatur, vt interius statim dicam. Tertiò non obstat, quòd in secundo testamento hæredes nō sunt nominati à notario, nec à testatore: qa respondetur, quòd imo fuerunt nominati à notario, qui interrogauit, & ad eius interrogationem post quædam legata instituit suos hæredes nominatos in dicto testamento: & ita primus testis deponit: idem secundus, tertius, quartus, & alij in hoc concordant: ergo si instituit nominatos in testamento, fuerunt nominati per relationem ad testamentum. & hoc sufficit; quia relatum est in referente. l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iud. l. si ita scripsero. ff. de conditio. & demonst. l. asse toto. ff. de hæredibus instituend. & relatio facta intelligitur cum omnibus qualitatibus suis, vt no. Barto. in l. 1. §. si. ff. si famil. furt. feci. dica. in l. 1. ff. de receptato. in l. si quis seruum. §. fin. in versi. sed quæro, testator. de leg. 2. & notanter tradit Bald. in consi. 338. Ea, quæ
10 veniunt per modum declarationis. libro 2. † vbi inquit, quòd vulgaris est doctrina, quòd quicquid continetur in termino, ad quem fit relatio, continetur in termino referente saltem implicitè: & qui explicat, nihil noui facit. l. adeo. § cum quis. ff. de
11 acquiren. rerum dominio. & ideo infert, † quòd qui promittit interesse, verè & proprie promittit illam quantitatem, quæ probabitur: quia illud, quod per relationem ad aliud habetur, vere & proprie intelligitur: quia ex coniunctione duarum scripturarum resultat vere certum; & natura relationis est natura veritatis patentis ex coniunctione duarum scripturarum. Quartò, & vltimo non obstat dictum Pau. de Castr. in d. l. hac consultissima. §. at cum humana fragilitas, quia ipse se remittit ad Ioann. Andr. in additionibus Specul. in titulo testamen. §. in primis. & Ioann. Andr. ibi tenet opinionem glossæ in d. l. iubemus. vt dicit Imo. in capitul. cum tibi. de testament. & illum refert, & sequitur Alexand. in d. l. iubemus. in fin. & idem Alexan. in d. consi. 33. libr. 3. Et pro vera resolutione considerandum est, ꝙ licet dominus Horatius testator esset grauatus infirmitate; erat tamen sanus mente, & intellectu, vt testes deponunt: & licet dicant de eorum credulitate, & intelligentia, tamen probant, quia vt dicit Card. in consi. 56. Casus super quo. quòd directo probari non potest, quòd quis sit sanæ mentis, vel furiosus: quia hoc non cadit in sensum testis, sed consistit in intellectu. & dicit Bald. in l. solam. C. de testamen. quod in tali probatione requiritur perspicax inquisitio: & ideo videtur, ꝙ testes de credulitate, vel de iudicio suo bene probent:
12 † sicut testes, qui deponunt de peritia, bene probant, licet dicant de credulitate, vt not. per glo. & Bart. in l. 1. in princip. ff. de vent. inspi. in verbo, vel duæ. Ange. in §. hinc nobis. in Authen. de hæredi. & falcid. & tradit Bartho. Veronen. in consil. 28. Magister Iacobus. Et hoc maxime videtur procedere in isto casu, in quo testes rationem adducunt, quia non loquebatur verba, neque faciebat signa aliqua, per quæ appareret ipsum esse extra intellectum, & memoriam; quo casu credulitas videtur coniuncta sensui, & bene probat, ut not. Bald. in l. testium. in versic. item quærit Cy. C. de testibus. in l. solam. in 5. quæstione. C. eo. tit. & ideo testis, qui dicit, credo, quia uidi, bene probat, vt no. Bal. in l. si seruus. §. qui quinque. de leg. 1. Anto. de But. in ca. quoties. de testibus. Alex. in consi. 119. Viso processu. libr. 7. Et
13 ista conclusio confirmatur ex communi regula, † quæ dicit, ꝙ in dubio quis præsumitur sanæ mentis, ut not. Bald. per illum textum in l. nec codicillos. C. de codicillis. not. per glossam in c. fin. in verbo, compotem. de successioni. ab intest. Bald. in l. quidam in suo. in secundo notabi. ff. de conditio. institutio. Bartol. in l. filium. ff. de acquirenda hæreditate. Cardi. in d. consil. 56. Et stante ista conclusione, ꝙ esset sanæ mentis, etiam concurrit, ꝙ articulate loquebatur, quia eius verba intelligebantur, & audiebantur: quo casu potest testari, vt dicit Ang. in d. l. iubemus. in princ. & Alexan. in d. consi. 33. in 3. libr. facit text. in d. l. quoniam indignum. C. de testam. ut suprà dictum est. Et his duobus concurrentibus non videtur dubitandum de validitate testamenti: & ista conclusio videtur habere magnam æquitatē, & iustitiam, quia omnibus satisfactum videtur ecclesiæ, vxori, & liberis, vt patet ex tenore testamenti: & ideo ab hoc secundo testamento non videtur recedendum. & si causa mihi esset commissa, ita iudicarem.

EPITOME Consi. CCCCXC.

Testator inter cætera in testamento disposuit, ꝙ si decederet sine filijs, legata ab eo relicta locis pijs pro anima sua tunc deberentur subiiciendo clausulam codicillarē, natus est ei posthumus, post eius natiuitatem superuixit testator, qui tandem decessit non mutato testamento. Respondet Decius. quamuis legata prædicta non debeantur, attamen fideicommissum vniuersale de tota testatoris hæreditate conseruatur.

SVMMARIVM.

1 *Testatoris mens totum facit.*
2 *Posthumi præteritione ignoranter facta legata in magna quantitate facta non conseruantur.*
3 *Testator de filijs cogitasse videtur, quando in aliqua testamenti parte de ipsis filijs mentionem fecit.*
4 *Indefinita non æquipollet vniuersali, quando eadem ratio non est.*
5 *Casus omnes in generalitate comprehenduntur, licèt maior ratio sit in vno, quàm in alio.*
6 *Negatiua potentius negat, quàm affirmatiua affirmet.*
7 *Testator si testamentum mutare potuit, & non mutauit, iniuriam, quæ post testamentum facta fuit, remisisse videtur.*
8 *Testamento rupto posthumi natiuitate si testator superuixit, & habuit tempus mutandi testamentum, & non mutauit, p clausulā codicillarem fideicommissum vniuersale de tota hæreditate conseruatur.*
9 *Actus, qui sequitur, intentionem præcedentem declarat.*
10 *Clausula codicillaris in testamentis apposita ex testatorum intentione apposita uidetur.*
11 *Fideicommissum quando clausulæ codicillaris virtute debetur, tunc non agnitum transmittitur.*
12 *Ius vnum quando in alio transfunditur, iuris transfusi amplius natura non attenditur, sed eius, in quem transfusio fit.*

VIsis, Et circunspectis omnibus, quæ in præsenti consultatione proponuntur, considerando mentē testatoris, † quæ totum facit, vt dicit text.
1 in l. ex facto. ff. de hæredi. institu. Multùm efficax uidetur illa coniectura de voluntate testatoris, dum in casu isto voluit, ꝙ legata ab eo relicta locis pijs pro anima ipsius testatoris tunc deberentur, si decederet sine filijs. Et sic prætulit filios legatis pijs particularibus: vnde à fortiori dicendum est, ꝙ in fideicommisso vniuersali, de quo agitur, ꝙ videatur filios extraneis debere præferri. Et ista ratio vr̄ præponderare in articulo valde dubio, & disputabili. Et in casu isto videtur indubitanter procedere opinio Bar. in authen. ex causa. C. de liber. præter. vbi
a pluribus rationibus concludit, [a] † ꝙ in præteritione posthumi
2 ignoranter facta non ꝯseruant̄ legata fcā in magna quantitate, quia non est verisimile, ꝙ illa fecisset, si de filijs cogitasset, & verisimiliter extraneos filijs non prætulisset. Et ista ratione potissime monetur Bart. quæ in casu isto in fideicommisso vniuersali à fortiori videtur procedere. & idem tenet Bart. in l. 1. in 6. quæstione. ff. de iure codicil. cum simili. ut tradit Alex. in authen. ex causa. in versi. iuxta hoc est uidendum. & Alexan. hoc sequitur in consil. 41. Viso tenore. in fin. libro 1. Paul. de Cast. in cons. 60. Clarum est. in tertio dubio. & idem sequitur Ang. in consi. 51. Ex facto. vbi dicit, ꝙ aliàs consultus tenuit opinionem Bart. idē Ang. in consi. 76. Posito pro constanti. in versi. secundo, in cōsilio 99. Viso. vbi dicit se consuluisse: & ita iudicatum fuit Perusij. & in consi. 108. Ista quæstio. in secundo dubio. quia non est verisimile voluisse priuare filios, ut supra dictum est. & idem etiam sequitur Card. in consi. 20. Cùm in testamētis. in fi. Aret. in consi. 24. Quatuor dubia. & idem Areti. late consuluit in consilio vltimo 167. Eleganter, & subtiliter. vbi late reassumit quæstionem, & concludit secundum opinionem Barto. & alleg. & Bart. in consi. 235. Lapus fecit testamentum. & post longam disputationem in fin. consilij concludit, ꝙ ista sit communis opin. doct. vbi agitur de auferenda maiori parte hæreditatis per fideicōmissum uniuersale in præiudicium filiorū, & non ꝯsonat pietati paternæ, ꝙ uelit hæreditatem suā dare extraneo, vel personę coniunctæ, quā minus diligit, q̄ filios. & istā eadem opinionem veriorē, & cōem late deducit Barth. Soci. in consilio 93. Testamentum præmissum. vbi latissime insistit respondendo ad omnia, quæ in contrarium adduci possunt: & residet in resolutione, quam facit Areti. in l. Titius. ff. de liberis, & posthum. secundum quam non videtur virtute clausulæ codicillaris iniunctum

ADDITIO.

a ¶ Concludit.) & bene, idem Ias. ibi, Fran. Aret. l. Titius. in princ. de liber. & posthu. & consi. vlti. Caro. Rui. consi. 2. consi. 6. lib. 3. Alex. consil. 41. num. 6. lib. 1. vbi in annot. dixi.

ctum fideicommissum in præiudicium filiorum.& in ista opinione residet dominus Iason in dicta authent. ex causa. Et ista conclusio videtur omnino in isto casu procedere, in quo testator noluit legata ad pias causas relicta habere locum extantibus filijs, ergo multominus videtur habere locum fideicommissum, ut supra dixi. Et ita prima facie videbatur dicendum absque disputatione, & conflictu rationum gratia breuitatis. Est verum, quòd plerique tenent contra Bar. quos Alex. refert in d. authen. ex causa & ibi dicit, quòd magis * *communis* opin. videtur contra Bart. & idem tradit Alex. in consilio 30. Ponderatis his. in prin. lib. 3. in consilio seq. 31. eod lib. 3. idem Alex. in consilio 123. Discussis. lib. 1. dicit, quòd ista est magis communis opinio. idem Alexan. in consilio 50. Circa primam dubitationem. lib. 6. Et propter talem variationem, quæ inter docto. reperitur, non facile perscrutari potest, quæ nam sit communis opinio: ideo instabo in duobus, in quibus opinio Bar. nõ uidetur procedere, dato, quòd esset communis, quod tamen negatur. Primo opinio Barto. non habet locum, quando testator apposuit clausulam codicillarem, & apparet illum cogitasse de liberis. Secundo, quando testator superuixit, & potuit mutare testamentum, & non mutauit. Circa primum, quando cogitauit de liberis, videndum est, an in se verum sit hoc dictũ, & quando dicatur cogitare de liberis ad istum effectũ, vt opinio Barto. non habeat locum: nam in tali casu, quando cogitauit de liberis, uidetur cessare fundamentum Bart. in d. authen. ex causa. dum inquit, quod verisimiliter nõ fecisset tot legata, si de liberis cogitasset: ergo secundũ Bartol. secus esset Si cogitasset de liberis, quia tunc apparet de voluntate testatoris, quia fecit expressè legata non obstante cogitatione filiorum. & idem Bartol. in l. 1. in 6. quæstione. ff. de iure codici. Et ista conclusio videtur saltem in casu isto procedere, in quo cogitatum fuit de liberis in genere, & in specie.[a] Primo in genere, quia verba clausulæ codicillaris concepta fuerunt in futurum, si non valebit iure directæ institutionis valeat iure fideicommissi, grauando dictos filios posthumos nascituros de restituendo hereditatem venientibus ab intestato, vt not. Barto. in d. l. 1. in 6. quæstione. de iure codici. Baldus in dicta authenti. ex causa, in versiculo, item in testamentis. & in l. fi. de codicil. & tradit Roma. in consilio 122. Circa id, quod effectualiter quæritur. vbi concludit, quod sufficit, si in genere cogitauit de liberis: inducit l. qui iure militari. ff. de test. mili. quem textum ad hoc allegat pro singulari Angelus in dicta authentica ex causa. Pau. de Cast. in consilio 57. incipiẽte à primo & sequitur Corneus in consilio 195. In hac consultatione. in 1. lib. Et ibi dicit, quod tenentes opinionem Barto. illam limitant hoc modo, nisi cogitatum sit in genere de liberis. & idem cõcludit Alexan. in consilio 123. Discussis hæsitationibus. lib. 1. & in dicto consilio 31. eodem lib. 3. & in consilio 50. Circa primam dubitationem. in versiculo 3. potest responderi. libro 6. & est repetitum in consilio 142. libro 2. idem Corneus in consilio 225. Antequam aggrediar. libro 3. Et in casu isto nedum in genere cogitatum fuit de liberis, prout docto. loquuntur in locis suprà allegatis, sed etiam in specie, quia fecit testator quædam legata, si decederet sine filijs: ex quo colligitur, quòd cogitauit de filijs nascituris: & hoc expresse not. Bald. in l. qui filiabus. in princip. ff. de lega.
3 1. † vbi in terminis huius quæstionis de clausula codicillari dicit cogitatum esse de filijs, quando testator in aliqua parte testamenti fecit mentionem de filijs, per illum textum. & idem Bald. in dicta authenti. ex causa. in versiculo item in testamentis. dicit non esse dubium, quòd cogitauit de liberis, quando in aliqua parte testamenti de illis fecit mentionem, per dictam l. qui filiabus. Et sic cum fuerit cogitatum in genere, & in specie de filijs nascituris, non videtur in tali casu opinio. Bartol. habere locum secundum communem opinionem, vt colligitur ex suprà dictis. Prædictæ conclusioni primo videtur obstare, quia licet clausula codicillaris referatur ad futurum, non tamen videtur etiam in genere cogitatum de ruptura testamenti ex natiuitate posthumi: quia illa uerba, si non valebit. aliter possunt verificari: cum pluribus aliis modis testamentum annullari possit, videlicet si hæres moriatur ante testatorem, vel si adita postea non sit hæreditas, uel hæres institutus efficiatur incapax ex delicto suo: ita Aretinus concludit in consilio vltimo. Eleganter, & subtiliter. & ibi dicit, quòd ista consequentia non est aliquo modo bona: verba possunt comprehendere istum casum, ergo comprehendunt, quia alias verba generalia, quæ de sui natura possunt multa comprehendere, ex mente partium, uel testatoris restringuntur. l. obligatione generali. ff. de pignori. † & quia indefinita non æquipollet vniuersali, quando non est eadem ratio, vt not. per Dyn. in rubrica de regulis iuris. in 6. Sed ad hoc, quod Areti. magnifacit, respondetur, & considerandum est, quòd illa verba, si non valebit. relata in futurum, licet pluribus modis verificari possint, negari tamen non potest, quin in generalitate verborum etiam casus natiuitatis posthumi præteriti comprehendatur, quia eius natiui-
5 tate testamentum rumpitur. l. posthumo. C. de contratabu. † Et quia sub generalitate omnes casus comprehenduntur, licet maior sit ratio in uno, quàm in alio. l. 1. §. quod autem. ff. de aleato. l. 1. §. & generaliter. de legatis 1. & in l. in fraudem. in fin. ff. de testamento mili. Et hoc omnino dicendum est in casu isto, in quo est dispositio negatiua, si non valebit. quæ de proprietate sermonis æquipollet vniuersali, vt not. Fulgo. in l. iurisgentium. §. sed si
6 fraudandi. ff. de pactis. † Et quia negatiua potentius negat, quàm affirmatiua affirmet, ut not. per glo. in capitulo cum dilectus. de consuetu. ideo licet oratio affirmatiua in primo actu verificetur, in l. boues. §. hoc sermone. ff. de uerborum significatio. secus est in negatiua, quia trahitur in infinitum, ut not. per glo. in l. hoc genus. ff. de conditio. & demonstratio. & not. Oldra. in consilio 16. Thema tale est, Titius. Et vnde ista dispositio negatiua non ualebit, trahitur in infinitum; & comprehendit omnes casus, in quibus verificari potest, quod in futurum testamentum non ualeret, & per consequens includitur etiam casus, in quo natiuitate posthumi rumpitur testamentum, & allegata suprà in contrariũ possunt habere locum in dispositione affirmatiua. & prædicta conclusio videtur indubitanter procedere in isto casu, in quo, ut suprà dictum est, cogitatum fuit non solum in genere, sed etiam in specie de filijs nasciturís. Non obstat ratio Areti. quam in dicto eius consilio vltimo adducit à contrario, dum inquit in versiculo, ad tertium dico, quod dictum Bald. in d. l. qui filiabus. intelligitur quando esset eadem ratio: secus uidetur in casu isto, in quo diuersa ratio videtur quia licet in legatis ad pias causas cogitauerit de filiis in legatis illis particularibus, quæ non absorbent totam hæreditatem, uel maiorem partem hæreditatis: non ex hoc bene infertur ad fideicommissum uniuersale, in quo agitur de maiori præiudicio: & quia qualitas adiecta in vno capitulo nõ videtur repetita in sequenti, quando non est eadem ratio, ut not. Bald in l. in actionibus. in tertio not. ff. de his, qui notan. infamia. & quia indefinita non æquipollet uniuersali, quando non est eadem ratio, vt per Dyn. in rubri. de regulis iuris. in 6. & tradit Bar. in l. si pluribus. de lega. 2. Quia respondetur, quod prædicta ratio Areti. in proposito nostro non videtur bene adaptari, quia hic non arguitur de legatis particularibus ad fideicommissum vniuersale: quia tunc deberet considerari, an esset eadem ratio: & ad hoc tendit argumentum Areti. Sed hic solum quæritur, an testator cogitauerit de liberis, & dicitur, quod sic: ex eo, quod in una parte testamenti fecit mentionem de liberis, argumẽ. di. l. qui filiabus. Et talis cogitatio liberorum limitata non videtur in illo actu particulari, in quo habita fuit mentio liberorum; sed infertur, quod in toto illo testamento uideatur cogitare de liberis, sicut generaliter infertur in d. l. qui filiabus. quod ex quo in una parte testamenti est facta mentio de posthumis, uidetur sensisse generaliter in toto testamento, quod sub nomine filiarum veniant posthumæ, & ut dicit Corneus in d. consi. 195. libro 1. in versiculo, per quam limitationem, non est verisimile, quòd in eodem testamento cogitauerit, & quòd postea non cogitauerit de liberis, cum testamentum fiat uno contextu. l. hæredes palam. §. fina. ff. de hæred. insti. & facit text. in l. nam ad ea. ff. de conditionibus & demonstra. & in l. non est ferendus. ff. de transactionibus. & sic remanet confirmata communis opinio, quòd opinio Bartoli non habeat locum in isto casu, in quo constat, quòd testator in genere, & in specie de liberis cogitauit. & hoc solum fundamẽtum uidetur sufficiens pro victoria. Venio ad secundum fundamentum, quod est, quòd post natiuitatem posthumi testator superuixit, & mutare potuit testamentum, & non mutauit: nam etiam in tali casu videtur, quòd communis opinio Barto. non habebat locum. & ad hoc facit gl. in l. athletæ. §. dat remissionem. in
7 uerbo, nisi prius. ff. de excusa. tut. quæ dicit, † quòd si testator potuit mutare testamentum, & non mutauit, uidetur remisisse iniuriam, quæ fuit facta post testamẽtum, & qui potuit mutare testamentum, & non fecit, videtur approbare, ut dicit glo. in l. tractabatur. ff. de testamen. mili. in uerbo, nihil. Et ad hoc facit textus in l. 3.

ADDITIO.

a ¶ Specie.] Est uerum, Sed fecit mentionem ad finem resoluendi testamẽtum, quia uoluit legata pia deberi, si decederet sine filijs, ut in principio cõsilij. Non obstat clausula codicillaris, quia præter id, quod no. Bar. in l. 1. q. 6. de iure codicil. censetur facta sub eadem conditione, quæ uidetur in clausula accessoria repetita. Non obstat, quod diu post posthumum natum uixit, quia putabat ius eius saluum per illam conditionem si sine liberis. quæ etiã pendebat, & potuit posthumus premori. Tum videbat pater fideicommissarium esse mortuum, & sic existimare potuit caducum esse per erroneam opinionem Bartol. de qua infra eod. consil. Et error iuris, uel qualibet circunstantia ad iudicandum pro filijs sufficit. Et sic puto Decium hic male consuluisse, quamuis pro Decio faciat Alexan. consil. 26. nume. 5. consil. 123. libr. 1. consi. 47. nume. 8. consi. 142. nume. 9. libr. 2. consil. 30. in princip. libr. 3.

in l. 3. C. de inoffic. testamen. vbi consideratur, an superuixerit testator, ita quòd habuerit facultatem mutandi testamentum & in quæstione nostra ita voluit in terminis Iacob. Belui. in disputatione incipiente, Quæritur, quare pater, uel mater. quam Alexā. refert in dicta authenti. ex causa. & ad hoc idem tenet Romanus in consilio suprà allegato. 122. in principio. versiculo 1. quia post conditum testamentum & idem concludit Paul. de Castr. in l. fin. in fin. C. de posthu. hæredi. institu. ubi refert se cōsuluisse, † quod
8 rupto testamento natiuitate posthumi, si testator superuixit, & habuit tempus mutandi testamentum, & non mutauit, per clausulam codicillarem conseruatur fideicommissum vniuersale de tota hæreditate. & idem Paul. de Castr. in l. sicut certi. in versic. 2. nisi postquam sciuit. C. de testamen. mili. & in consilio 58. incipiente, A primo in versiculo, pro confirmatione prædictorum. & in alio consilio 60. Clarum est testamentum prædictum. in fi. & sequitur Alexan. in dicto consilio 123 libro 1. & in consi. 142. Circa primam. libro 2. quod consilium est repertum in consilio 50. libro 6. Et cum prædictis concordat Corneus in dicto consilio 195. libro 1. & in consilio 118. Videtur primo. in fine. lib. 2. & in consilio 133. In hac consultatione. libro tertio. & in consilio 225. Ex quibus omnibus euidenter constare videtur istam esse communem opinionem, à qua consulendo, & iudicando non est recedendum. Et ideo non obstat, quòd quidam contradicant: nā primò Barto. in consilio 235. Lapus fecit testamentum. in versiculo, non obstat dicit, quòd ratio suprà allegata non valet, quia licet superuixerit testator tanto tempore, quòd potuerit mutare testamentum, & non mutauit, non per hoc videtur approbare testamentum, quia illa coniectura, de qua dicitur in l. 3. C. de inoffici. testamento. secundum Bartolum in dicto consilio solum habet locum quando alij filij sunt instituti, secus ubi extranei, vt in d. l. 3. in fine habetur. & dato, quòd testator ita voluisset, talis voluntas non est legitima, quia non est facta coram solenni numero testium. Sed rationibus prædictis responderi potest: primo quòd imo in d. l. 3. ponderatur, quòd testator potuerit mutare testamentum, & uidetur hoc dictum generaliter per iura suprà allegata: & in hoc ibi nulla specialitas est in filijs, licet speciale ibi sit in filijs respectu institutionis filiorum, quando testamentum mutari non potuit, & sic ille text. bene facit pro communi opinione. Secundo non obstat, quòd voluntas non sit probata legitimè: quia imo probata est legitime per clausulam codicillarem, quæ de sui natura trahitur ad fideicommissum: & de illa constat in testamento, solum dicebatur, quòd illa clausula generalis ex verisimili intentione testatoris non intelligeretur in præiudicium filiorum: & ista præsumptio tollitur ex alia præsumptione, quia post natiuitatem posthumi potuit mutare testamentum, & non mutauit: quia vna præsumptio tollit aliam l. diuus. ff. de restitut. in integrum. ubi Bartol. capitu. literas. de præsumptionibus. &
9 ad hoc facit: † quia actus, qui sequitur, declarat intentionem precedentem §. pauonum. in fin. institut. de rerum diuisio. not. Bartol. in l. cætera §. fina. de lega. 1. vbi allegat text. in l. sed & Iulianus §. proinde ff. ad Maced. & sic tolluntur rationes Barto. quas Areti. sequitur in consilio vltimo suprà allegato. Vlterius contra communem opinio. suprà firmatam Aret. in dicto consilio inducit duo iura ad probandum, quòd illa facultas mutandi testamentum non attendatur. Primo tex. in l. filio. §. Seia. ff. de adimen. lega. vbi dicitur, quòd si ex inimicitia superuenienti legatum tacite reuocatum sit, licet postea testator nouam faciat dispositionem, idest, nouos codicillos, in quibus legatum expresse non ademerit, durat tamen ademptio tacite prius facta: si ergo dicit Aretin. id, quod tacite uidetur ademptum, non censetur confirmatum ex hoc quòd testator postea disponendo illud nō reuocauerit, multominus videbitur confirmatum ex hoc solo, quòd uixerit tanto tempore, quòd potuerit mutare dispositionem. Sed respondetur, quòd ista inductio parum facit, quia termini non sunt pares; quia in casu nostro, in quo concepta fuit clausula codicillaris, in futurum non valebit: videtur testator cogitasse de exclusione liberorum, ut suprà dictum est, & ista præsumptio confirmatur, ex quo postea nato posthumo potuit mutare testamentum, & non mutauit per iura. suprà allega. non sic videtur in d. §. Seia. vbi legatum tacite reuocatum videtur superueniente inimicitia; & illa tacita reuocatio non tollitur, licet nouam fecerit dispositionem codicillorum: quia illa noua dispositio fuit limitata, & declarauit illud, quod mutare voluit: & ideo tacita reuocatio legati in suo statu reuocationis remanet: & si testator voluisset reuocationem legati non habere locum, expressisset, prout expressit de alijs dispositis in codicillis. argu. l. 1. §. finautem ad deficientis. in fin. C. de cadu. tollen. c. inter corporalia de transl. præla. & in c. ad audientiam. de deci. Et ita apparet, (vt dixi) quòd termini non sunt pares, quia hic agitur, ꝙ non mutando testamentum videtur confirmare, quod fuit dispositum per clausulam codicillarem relatam ad futurū: & in d. §. Seia. agit de facto limitato declarando, vt dixi. Secundo Aret. alleg. tex. in Auth. vt fac. not. consti. §. fin. ibi, & non accusandus, eo, ꝙ tempore, quo superuixerunt illi, eas non mutauerunt. & sic ibi non imputatur illi, qui potuit mutare testamentum, & non mutauit, & ratio ibi assignatur, quæ bene facit, dum ibi dicitur. ꝙ non debet imputari, si non mutauit: quia posse facere testamentum non est semper in nobis: & quia plerumque incidunt repentes hominibus mortes testandi potestatem eis auferentes. Sed etiam ad illum tex. respondetur, ꝙ loquitur in casu particulari, in quo agitur de cōseruatione testamēti facta ante nouam legem, & text. ibi expresse dicit, quòd esset absurdum infringi testamentum ab initio recte factum, quia tempore testamenti illi nihil poterat imputari: & in illo casu speciali nō imputatur si potuit mutare testamentum, & non mutauit: secus extra illum casum per supra dicta. Non obst. quod obiicitur de clausula codicillari, quę apposita videtur potius ex consuetudine notariorum, quam ex mente testatoris, ut dicit Bart. in l. 1. in 6. q. in fi. ff. de iure cod. facit quod no. Abb. in c. quintauallis. de iureiu. in versic. alia tamen opin. cum sim. vt tradit And. Sicu. consi. 42 lib. 1. & in consi. 16.
10 in prin lib. 2. † quia respondetur, quòd imo talis clausula codicillaris videtur apposita ex intentione testatoris, ex quo apponi cōsueuit, vt Alex. concludit in consi. 1. in versi. quinimo lib. 5. & idē Alex. in consil. 53. In causa, & lite. lib. 7. quia notarius rogatus videtur apponere clausulas consuetas. l. fin. vbi Salic. C. de fideiuss. nam non præsumitur, quòd notarius aliquid scripserit, quod sibi non fuerit iniunctum, vt dicit Bald. in l. errore. C. de testa. & ibi
a dicit. ꝙ quicquid scriptum est, videtur scriptum de voluntate, [a] & mandato eius, qui rogauit tabellionem. & idem Bal. in l. j. circa fi. de priuil. dot. dicit, ꝙ quicquid dicitur à notario, quod factum respiciat, de quo fuit rogatus, videtur dixisse de voluntate, & assertione partium. & idem repetit Bal. in l. ab executione. in versi. pone, statuto cauetur. C. quo. appel. in l. mater. versi. præterea. C. de rei ven. in l. 2. in fi. C. de excep. rei iudi. & Roma. in consi. 179. Amplissime domine. in versi. non refragatur. Soci. in consi. 20. In facto præsupponitur. lib. 3. & Fran. de Cur. in consi. 49. Memoriæ recolendæ. char. 15. in ver. dum autem vltimo loco. & ista addenda sunt ad ea, quæ dixi in l. semper in stipulationibus. ff. de regu. iur. ex quibus omnibus patet, ꝙ dictum Bar. in d. l. 1. de iure codi-
* cil. * *communiter* reprobatur: & quia in hoc non videtur dubitandum, vlterius non insisto. Similiter non obst. ꝙ clausula codicillaris non habet vim fideicom. quando testamentum est nullum ex causa præteritionis, vt voluit glo. in auth. ex causa. C. de libe.
* præte. in gl. fi. circa fin. Quia dicta gl. * *communiter* reprobatur, vt dicit Alex. in d. authen. ex causa. & idem Alex. in consi. 41. Viso tenore. in versic. & si dicatur lib. 1. & in consi. 26. Circa primum. eo. lib. 1. & in consi. 142. Circa primam dubitationem. lib. 2. And. Sic. in consi. 54. in vlti. dubio. lib. 3. & idem concludit Bal. in cōsi. 36. Proponitur. lib. 3. & in consil. 431. glo. in authen. ex causa. eod. lib. 3. & in consi. 170. Quidam Nicolaus. lib. 5. Postremo non ob. ꝙ in casu isto mortuus sit fideicommissarius, quo casu licet secun-
* dum *communem* opinionem ius fideicōmissi vniuersalis transeat in hæredes, si fideicommissarius decedat ante factam sibi restitutionem, vt Bar. concludit in l. cum filio. versi. quæro, pone. de leg. 1. in l. 3. per illum tex. C. de fideicom. in consi. 13. Ex facto proposito. in versi. 5. restat, cum si. vt tradit Alex. in d. l. cum filio. vbi dicit, ꝙ ista est communis opinio. Dicta communis opin. limitatur non procedere, quando fideicommissum debetur virtute clausu-
11 læ codicillaris: † quia tunc fideicommissum non agnitum non transmittitur, vt not. voluit Bart. in l. 1. in 1. quæstione. ff. de iure codicil. per tex. in l. quærebatur. ff. de test. milit. vbi dicitur, quòd virtus testamenti conuertitur in codicillos: vnde sicut hæreditas non adita non transmittitur, l. 1. §. in nouissimo. C. de cad. tollen. ita nec istud fideicommissum, in quod directa institutio conuertitur. & idem Bar. in consi. 12 Si quis hæres instituitur. & sequitur Ange. Are. in trac. de test. in verbo, iure codicillorum. Sed breui-
b ter [b] concludendum est, ꝙ illud dictū Bar. non sit verū, vt Alex. tenet in d. l. cū filio. in loco supra alle. quia ratio, in qua fundatur communis opinio, ꝙ fideicommissum non agnitum transmittatur, est, quia fideicommissario competit officium iudicis ad cōpellendum hæredem adire. l. quia poterat. ff. ad Treb. not. per gl. in l. & si fine. in verbo, conuentos. C. ad Trebel. in l. non cogendus. in glo. fi. ff. ad Treb. not. Bar. in l. si legatus. in prin. ff. ad Treb. Et officium iudicis nobile, prout hoc videtur, trāsit in hæredem. l. non solum. ff. de in integ. resti. & ista ratio vtiq; militat in fideicommisso, qđ debetur ex clausula codicillari, ergo dicendū est, ꝙ transmittatur: & à fortiori idem esset dicendum, si actio competeret pro restitutione fideicommissi, vt per glo. in d. l. & si fine. & Bar.

ADDITIONES.

a ¶ Voluntate.) supra consi. 185. consi. 450. vbi tetigi.
b ¶ Breuiter. in hoc Decius bene reprehendit Bart. Tamen in effectu male consuluit, vt dixi.

& Bart. in d. l. si legatus. in princ. Et contra Bar. etiam tenet Raph. Cu. in d. l. 1. de iure codicil. Ro. in l. si quis priore. ff. ad Treb. ubi dicit, quod contra Bar. est tex. in l. 2. §. fin. ff. de iure codicil. & cum prædictis etiam concordat Aret. in d. l. cum filio. versiculo, aduerte tamen. & latius in l. ex hac scriptura. § ex his. in fin. ff. de testam & ibi bonam rationem adducit ad tollendum fundamentum Bart. qui dicit, quod virtus testamenti transfunditur in codicillos, ergo codicilli, & sic fideicommissum videntur assumere naturam testamenti, & institutionis, quæ est, quod hæreditas non adita non transmittatur: nam ratio ista in contrarium retorquetur, quia ex quo causa testamenti transfertur in codicillos, ergo videtur assu-
12 mere naturam fideicommissi, & codicillorum: † quia quando vnum ius in aliud transfunditur, non attenditur amplius natura iuris transfusi. sed eius, in quem fit transfusio, ut no. in l. aliam. ff. de noua. & cum prædictis concordat Corneus Perusinus post Ioan. Petrutij, vt ipse ibi refert in d. auth. ex causa. ubi reassumit rationem Aret. & ponit exemplum de vxore Loth, quæ fuit conuersa in statuã salis, in qua prima eius natura cessauit, & noua assumpta fuit: & hoc patet in ti. de conuersio. coniugato. & de conuersione infidelium. & licet Barthol. Soci. in d. l. cum filio. in vlti. char. conetur respondere, & defendere Bar. dum inquit, quod in casu isto conuersio testamenti in codicillos videtur facta non absolutè, & simpliciter, prout allegata in contrarium loquuntur, sed videtur facta transfusio limitatè, & secundum quid, videlicet quatenus natura testamenti repugnat codicillis, ut quia in codicillis hæreditas directò dari non potest §. fi. instituta de codicil. & in l. hæreditatem. C. de codicillis. sed quo ad alia, quæ non repugnant naturę testamenti, videtur conseruari natura testamenti, prout est transmissio, quæ secundum naturam testamenti non habet locum in d. l. 1 §. in nouissimo. Sed tamen responderi potest, quod imò natura testamenti repugnare videtur in isto casu, quia cum testamentum transfusum sit in codicillos in essentialibus, ita, vt non dicatur institutio directa, sed fideicommissum, natura fideicommissi attendi debet, quæ est, ut transmittatur, licet agnitum non sit, vt suprà dixi, secundum communem opinionem, & ex prædictis apparet, quod fundamentum Bart. non est bonum, & contra eum videtur communis opin. à qua non est recedendum. Et ita ex omnibus suprà dictis concludo, si attendatur opinio contra Bar. in d. auth. ex causa. quam plerique dicunt communem vt supra dixi; sed indubitanter vera, & communis omnino videtur duobus concurrentibus. Primò, quod de liberis cogitatum fuit in genere, & in specie. Secundo, quòd testator superuixit, ita quod potuerit mutare testamentum, & nõ mutauit per supra dicta. Non obst. quod noluit, quòd legata pia deberentur filijs existentibus, quia si idẽ voluisset, in clausula codicillari expressisset argu. l. 1. §. sin autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. c. ad audientiam. de decimis. quia in clausula codicillari videtur expressisse contrarium in generalitate, ut suprà dictum est.

EPITOME Consi. CCCCXCI.

Statutum astringens filios pro patre debitore cessante, non habet locum in contractibus extra statuentis territorium factis, sed in his quæ simpliciter paterna bona possidere reperiuntur.

SVMMARIVM.

1 *Filius quod pro patre obligetur, odiosum est, quia contra naturalem æquitatem.*
2 *Filius habitando domum patris videtur se pro hærede gerere, nisi probetur, quòd ex alia causa fecerit.*
3 *Hæreditatem qui ex testamento repudiauit, si pro hærede, vel possessore simpliciter possideat, incidit in edictum. si quis omissa causa testamenti.*
4 *Simulatio non præsumitur*



IN casu proposito agitur de interpretatione statuti Senensis, quod astringit filios pro patre debitore cessante, & licet tale statutum valeat, rigorosum videtur ut no. Bal. in l. dotis. C. de iure dotiũ. in vers. ista gl. est arg. & Imo. in c. pe. circa fi. de consue. & tradit Alex. in cons. 42. Super præmisso themate. lib. j & facit quod not. Alex. in consi. 113. Visa conclusione. lib. 7. & quod rigorosum sit, & odiosum videtur, quia quod vnus pro alio teneatur, odiosum est, ut no. Ioan. And. in addi. Spe. in tit. qui fil. sint legi. in rub. in vers. quęstionem de statuto ubi loquitur in statuto, quod
1 pater teneatur pro filio, à fortiori in casu isto, † quod filius obligetur pro patre dicendum est, quod odiosum sit, quia est contra naturalẽ æquitatem. c. 1. in prin. de iniurijs. in 6. & contra ius ciuile, ut in ti. C. ne fil. pro patre. & ideo tale statutum debet stricte interpretari, ut in terminis huius statuti dicit Ang. in consil. 41. Quæritur, & quæstio per statuta. & Pet. de Anch. in consi. 270. In primo dubio quærit de duobus. cum si. ut dixi in cons. 359 s. alleg. & ista ratione: quia statutum prædictum debet stricte intelligi, & restringi-
a tur, ut non habeat locum in contractibus factis extra [a] territoriũ statuentis, vt Soci. scribit in l. Modestinus. ff. de exceptioni. & pari ratione videtur in casu isto concludendum, quod statutum, dum astringit filios, & descendentes ad debita parentũ, si reperiantur tenere, & possidere aliqua bona immobilia, quæ tenerentur, vel possiderentur per tales debitores cessantes tempore cessationis, & fugæ & c. vt in statuto latius continetur, non habeat locum in isto casu; & considerando hoc modo, statutum loquitur simpliciter in filijs, & descendentibus, qui reperiuntur simpliciter tenere, & possidere: ex tali. n. simplici possessione videtur statutum præsumere, quod filij, & descendentes hæreditatem paternam vel auitam adierint: quia ut
2 no. Bar. in l. 1. per illum tex. C. de repu. hæredi. † filius habitando domum patris videtur se gerere pro hærede, nisi probetur, quod ex alia cã fecerit. & no. Bal. in l. 1. C. si ut se ab hęre. absti. circa fi. in vers. quęro, nunquid filius. & no. in l. non hoc. C. vnde legit. secus ergo si pręsumatur, quod ex alia causa, quàm ex eo, quod gerat se pro herede, possessio rei hæreditariæ habeatur: quia tunc aditio hereditatis non inducitur; ita videtur in proposito dicendum: nam statutum debet intelligi de filijs, & descendentibus, qui reperiuntur tenere, & possidere simpliciter, prout statutum loquitur: secus ergo videtur in casu, de quo agitur, in quo apparet istum possidere non ex cã hæreditaria, sed ex alia cã, videtur uidelicet ex causa noua vigore laudi, quo casu videtur cessare suspicio, quod ex causa hæreditaria possideret, ex quo constat, & apparet ex alia causa istos tenere, & possidere, prout dicit Bar. in d. l. 1. C. de repudi. hęre. & ad hoc bene facit tex. in l. fi. ff. si quis
3 omis. causa testa. vbi dicitur, † quod ille, qui hæreditatem ex testamento repudiauit, si possideat pro hærede, uel pro possessore simpliciter, incidit in edictum, si quis omis. causa test. & tenetur legatarijs, & fideicommissarijs, ac si hæreditatem ex testamento adiuisset, quia fraus præsumitur, secus si pro emptore pro dote, vel pro donato, vel alio tit. possideret: quia tunc non tenetur legatarijs, nec incidit in edictum, si quis omis. cau testa. ut est tex. in d. l. fi. & ita videtur in casu isto, quia cum appareat istos tenere, & possidere nõ simpliciter, prout statutum loquitur, sed ex causa, & tit. legitimo, non videtur habere locum statutum, arg d. l. fi. & ista conclusio intelligitur, quando quis ex tali titulo bona fide possessionem acquisiuit. facit tex. in l. 2. C. de repu. hæred. ibi, si modo id bona fide fecisti. l. is, qui bonis. ff. de acq. hęre. & no. Bar. in consi. 68. Proponitur, quod Ioannellus in ver. 3. ex eo. vbi alle. d. l. si is, qui bonis & l. 3. C. de natura libe. Et in casu isto pro laudo, cuius vigore isti possident, præsumitur, vt no. per Dyn. in consi. 13. Ptolomæus. cum si. vt tradit Alex. in l. sciendum. de verb obl. Cal. in consi. 5. in tit. de arbi. Ant. de But. in consi. 33. In quæsito prædicto. Card in consi. 140. Respondimus ad præmissa. in 2. dubio. Abb. in consi. 64. Venio ad primum. lib. 1. cum si. ut dixi in c. quoniam contra. de probatio. char. pen. & intentio nostra etiam fundata videtur ex com
4 muni regula, quæ dicit, † quod simulatio non pręsumitur. l. quamuis. vbi Bald. C. si quis alte. vel sibi. no. in l. cum precibus. C. de probatio. tradit Bal. in consi. 18. Punctus quæstionis. lib. 2. Cuma. in cõs. 41. Ad primum quæsitum. & Fulg. in consi. 198. In quæstione proposita. cum si. quæ nota sunt; & præsumptio simulationis, si qua esset, excluditur ex veritate, de qua constat, ut no. Bal. in l. & qui. C. de distra. pigno. Cum ergo appareat in veritate istos tenere, & possidere domum, de qua agitur, ex causa laudi, non videtur habere locum statutum, quod loquitur de his, qui reperiuntur tenere, & possidere simpliciter. & ista interpretatio suadetur in statuto odioso de quo agitur, quod debet restringi, quantum potest, ut suprà dictum est; & à fortiori hoc est dicendum in casu isto, in quo statutum non restringitur, sed generaliter intelligitur, vt verba sonant. & ex isto nouo, & clarissimo fundamento vltra dicta per alios arbitror partis integerrimi iudicis esse in iudicando in fauorem filiorum, absoluendo eos à petitis.

ADDITIO.

a ¶ Extra.) Et placet, ita vt nec passiuam quidem extensionem recipiat, ut in simili noué dixi in tract. reg. Cancel. reg. 18. nu. 109. Et in consue. Paris. §. 8. gl. 1. nu. 48. & in lectura mea super l. cunctos populos. C. de sum. Tri.

EPITOME Consi. CCCCXCII.

Donatarius quando agere possit de euictione.
Et quãdo quis est obligatus tãtum de facto suo, quomodo factum suum intelligitur.

SVMMARIVM.

1 *Declarantis factum per alium explicari non potest.*
2 *Concilium generale si dedit potestatem prioribus nominandi Potestatem à concilio generali Potestas nominatus videtur.*

3 *Papa, qui sui prædecessoris dispositionem exequitur, facere non dicitur, quoniam factum prædecessori adscribitur.*
4 *Exequens aliquid noui non confert, sed ille facere dicitur, qui mandauit.*
5 *Statuto si disponatur, quod potestas debeat habere quartam partem pœnarum, quas in communi redigi fecit, si vnus potestas condemnauit, & alius successor condemnationem, & pęnam exigit, quarta pars debetur primo, qui condemnauit, & non successori, qui executionem fecit.*
6 *Contractibus partium intentio attenditur.*
7 *Donator de euictione non tenetur.*
8 *Alienatio prohibita est in iudicio familiæ erciscundæ lite contestata.*
9 *Emendare, vel corrigere qui non potest, declarare valet.*
10 *Donat qui aliquam rem, ius, quod in ea habet, donare uidetur.*
11 *Verba simpliciter, & non secundum quid intelligi debent.*

TEstator vxori reliquit quatuor prædia cū onere, quòd ipsa post mortē suam deberet distribuere florenos mille amore Dei, quinque centum certis personis in testamento nominatis, & alios quinque centum, prout ipsa declararet: mortuo testatore vxor donauit ista prędia cuidam nepoti ex fratre cum debitis, & creditis dictorum bonorum, & promisit defensionem dictorum bonorum pro suo dato, & facto tātùm. Post prędictam donationem dicta vxor declarauit in eius testamento, quòd dicti floreni 500. soluerentur hospitali Innocentium, & ab ipso hospitali bona euicta fuerunt à donatario: agit donatarius contra hæredes donatricis de euictione eo prætextu, quòd facto donatricis bona euicta sint: quia ipsa declarauit, quòd dicto hospitali solutio deberet fieri, & in tali declaratione videtur electa industria personæ, ex quo generaliter data fuit potestas declarandi, vt in capitulo is, cui. de officio delega. in 6. & facit text. in capitulo si cui nulla. de præben. in 6. & cum electa sit industria per-
1 sonæ, videtur factum ipsius declarantis, † quod per alium explicari non potest. l. inter artifices. ff. solutio. in capit. fina. de officio. delega. & sic patet, ꝙ illa euictio causata fuerit immediate ex facto ipsius donatricis, & per consequens ipsa videtur obligata, quia pro facto suo promisit, vt in contractu dicitur. Et vlterius considerandum est, ꝙ prędicta vxor, quæ donationem fecit, ipsa erat obligata hospitali soluere dictos florenos, & ab ista obligatione non potuit se eximere donando dicta bona cum oneribus: quia hospitale, cui erat quæsitum ius post factam declarationem ab vxore secundum dispositionem testatoris, non habebat actionem contra donatarium, sed contra vxorem, quæ donauit: de hoc in venditore hęreditatis est casus in l. 2. C. de pac. & in l. 2. C. de hęredi. vel actio. vendi. idem etiam videtur in donatione: quia eadem ratio videtur in isto casu, ne creditor inuitus cogatur habere alium debitorem. d. l. 2. & ideo quantum ad hospitale nihil releuat, ꝙ donatio facta sit cum debitis, & creditis dictorum bonorum His tamen non obstantibus concludendum est, ꝙ hæredes non debeant, nec de iure possint in hac causa euictionis molestari, habent enim hæredes fundatam intentionem: quia donatarius, cui bona donata tradita fuerunt, prout in isto casu videtur, non potest agere de euictione. l. Aristo. §. fi. ff. de donatio. facit text. in l. ad res donatas. ff. de ædil. edictio. vbi dicitur, ꝙ donator liberalitatis suę pœnam pati non debet. Non obstat ꝙ in casu isto fuit promissum de euictione, quo casu donatarius agere potest de euictione. l. 2. vbi glo. C. de euictio. quia respondetur, ꝙ promissio fuit limitata pro facto donatricis: & in casu isto non habet locum, quia ex facto donantis euictio facta non fuit. Non obstant alleg. in contrarium de facto declarationis: quia tale factum non attenditur, quia venit in executionem testamenti secundum dispositionem testatoris, quo casu
a illud factum attribuitur testatori, [a] qui principaliter ita disposuit, ex eo, quod not. Barto. in l. vnum ex familia. §. si de falcidia.
2 de lega. 2 † vbi concludit, ꝙ si concilium generale dedit potestatem prioribus nominandi Potestatem, videtur Potestas nominatus à concilio generali. & videtur text. in l. item eorum. §. si decuriones. ff. quòd cuiusque vniuersita. nomi. & facit tex. in l. vtrum. §. cum quidam. de rebus dubijs. Et ita responsum fuit à præclarissimis doctoribus, qui prius scripserunt, & bene: & ista est conclusio, in qua tota vis consistit. Vlterius comprobari potest per tex.
3 singularem in cap. literis de rescriptis. † vbi papa, qui exequitur dispositionem sui prædecessoris, non dicitur facere, sed factum prædecessori ascribitur, ibi, cum factum prædecessoris nostri potius, quàm nostrum fuerimus prosequuti. & per illum text. dicit ibi in tertio notabili Pet. de Anch. quòd ille, qui factum alterius prosequitur, non dicitur aliquid de nouo facere, nihil enim dat, sed datum significat. l. hæredes palàm. §. si quid post. ff. de testam. in fin. ibi; nihil enim nunc dat, sed datum significat. & ibi subij-
4 cit, † quòd ille, qui exequitur, non confert aliquid noui, sed ille dicitur conferre, & facere, qui mandauit. l. pater ex prouincia. ff. de manumissis vindi. & ad idem adduco not. decisionem Ange. in l. si possessor. §. redactæ. ff. de petitio. hæredita. vbi inquit ꝙ
5 † disponente statuto, quòd potestas debeat habere quartam partem pœnarum, quas redigi fecit in commune, si vnus Potestas condemnauit, & alius successor exigit condemnationem, & pœnam, tali casu quarta pars debetur Potestati primo, qui condemnauit, & non successori, qui executionem fecit: quia illa executio trahitur retro, sicut finis trahitur ad principium, quando habet necessariā consequentiam ad principium. l. 3. §. scio. ff. de minori. Ex quibus concludendum est, quòd verba illa apposita in contractu donationis pro facto suo non possunt verificari in electione facta per donatricem secundum ordinationem testatoris: quia ipsa, quæ exequitur mandatum testatoris, non dicitur virtualiter facere per suprà dicta. & vlterius hoc idem alio principali fundamento comprobari potest: quia illa verba pro facto suo debent intelligi de facto voluntario, in quo culpa posset sibi
6 imputari: & ista videtur fuisse intentio partium, † quæ etiam in contractibus attenditur. l. fi. C. quæ res pigno. in l. in conuentionalibus. in principio; de verbo. obligatio. not. per gloss. penultimam. in l. si in venditione. ff. communia prædiorum. secus ergo videtur in facto necessario, in quo culpa sibi ascribi non potest, ideo facilius quis debet excusari, argumento l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisdare cogantur. l. cùm postulassem. §. fina. ff. de damno infect. l. quod si minor. §. restituti. ff. de minoribus. & suadetur ista interpretatio, quia hoc pactum est contra natu-
7 ram donationis, † quæ est, ꝙ donator non teneatur de euictione. d. l. Aristo. §. fin. quia non debet pœnam pati ex sua liberalitate, vt dicitur in d. l. ad res donatas. ideo tale pactum debet strictè interpretari, quia est contra regulam, & contra ius commune. l. quòd vero. ff. de legibus. & quia interpretatio debet fieri contra donatarium, qui potuit apertius legem dicere. l. veteribus. ff. de pactis. & in l. Labeo scribit. ff. de contrahenda emptione. & licèt in instrumento dicatur, de facto suo simpliciter ista indefinita non æquipollet vniuersali, vbi non est eadem ratio, vt not. in rubrica de regulis iuris. in 6. per Dyn. & Bar. in l. si pluribus. de legat. 2. & non videtur eadem ratio in facto necessario, quæ est in voluntario per suprà dicta. & in casu isto agitur de facto necessario, quia donatrix fecit electionem ex necessitate, quia tenebatur adimplere voluntatem defuncti; & de tali facto necessario non intelligitur illa promissio pro suo facto, sed de facto voluntario, vt suprà dictum est. & ad hoc bene fa-
8 cit text. in l. alienationis. ff. familiæ erciscundę. † vbi lite contestata in iudicio familiæ erciscundæ est prohibita alienatio: & hoc intelligitur de voluntaria, secus in necessaria, vt ibi dicitur. Accedit etiam, ꝙ pactum euictionis pro suo facto simpliciter vide-
b tur respicere factum futurum[b] post factam donationem, & non videtur habere locum in electione facta à donatore post donationem: quia licèt electio facta sit post donationem, illa electio fuit quædam declaratio, quæ nihil noui tribuit, d. l. hæredes palàm. §. si quid post. & qui declarat, non disponit, sed quid actum sit, in præteritum ostendit, vt Bald. dicit in l. cùm testamento.
9 in fin. C. de manumiss. testamen. † Et ideo qui non potest emendare, vel corrigere, potest tamen declarare, vt not. Bald. in §. quibus. in prima constitutione C. cum similibus, vt dixi in l edita. C. de edendo. & ad hoc facit, quòd suprà dictum est, ꝙ non dicitur facere ille, qui executionem facit, sed actus attribuitur primo disponenti, vt supra dixi. & ideo illa verba, pro facto suo. prolata simpliciter non videntur verificari in isto facto electionis: quia hospitale, quod fuit nominatum ab ipsa donatrice, videtur virtualiter nominatum ab ipso testatore, qui electionē commisit per s̄. dicta: ex quibus conclusio ista videt clara de iure. Postremò cōsidero vnum, quod casum istum indubitabilem reddit, & tolluntur omnes difficultates, in quibus doctores laborāt: hic. n. agit donatarius cōtra donatricem de euictione: & cum ipse donatarius teneatur satisfacere creditoribus secundum formam donationis, ipse debuit soluere hospitali agēti cōtra eum hypothecaria, & non debuit donatarius onus soluendi reijcere in donatricem: & sic nō pōt donatarius ipse allegare culpam donatrici, ex cuius persona lucrum habuit, vt in l. ex qua persona. ff. de re. iur. & in l. cùm in fundo. ff. de iure dotium. Et ideo respectu donatarij agentis non cadit illa disputatio, ꝙ donatrix, vel hæredes eius in culpa fuerint non soluendo hospitali: & ꝙ non facere ēt comprehendatur sub illo pro facto suo, iuxta dictum Alexandri in l. vbi autem. §. qui id, quod de verbo. obli. & Corneus in cons. 209. Dn̄s Bald. in 1. libr. ista n. dubitatio haberet locum respectu

ADDITIONES

a ¶ Testatori.] suprà consi. 251. suprà cons. 544. num. 8. gloss. clem. dudum. §. rerum. verb. obuentionibus. de sepultu. Ant. Corset. in sing. verbo. Commissarius.

b ¶ Futurum.] hoc falsum, sed per alias rationes bene consuluit Deci.

respectu hospitalis, cui facta declaratione ex testō acti o compe-
tebat, sed quo ad ipsum donatarium agentem de euictione hoc
10 nullo modo dici potest.† ille.n.qui donat aliquam rē, vr̄ dona
re ius, quod habet, vt no.Bar.in l. prædia.in fi.C. de loca. prædio
ciui.lib.10.& Bal.in l.si domus.§.si fundus.in fi.de leg.1. vbi alle
tex in cap.pastoralis.de dona. & hoc manifestum fuit in isto ca-
su in quo fuit facta donatio dictorum prædiorum, ita quod de-
bita, & credita ad ipsum donatarium spectarent, & ꝙ apparet, ꝙ
donatrix uoluit ponere donatarium in locum eius:& donatarius
quando fuit conuentus ab hospitali actione hypothecaria, ipse
tenebatur soluere secundum formam, & legem donationis. l. le-
gem.C.de don.& nō debuit litem sibi motā denuntiare donatri
ci, quia illa non tenebatur in tali casu donatarium defendere: qa
non agebatur de actu, nec de facto ipsius donantis, ut s̄.dictū fuit
& hoc modo res ista clara vr̄, & sine dubio procedere. Non obst.
allegata s̄.in ꝯrium, quia responsio ex s̄.dictis colligitur:& for-
maliter respondendo nō ob. ꝙ agat̄ de facto donatricis, quia ipsa
elegit, & ex facto electionis suæ ius statim quæsitum fuit hospita
li, propter quod euictio facta fuit: Quia respondetur, ꝙ licet ne-
gari non possit, quin eligendo interueniat factum eligentis; ta-
men illud est factum executiuum, quod in nudo ministerio con-
sistit, quo casu secundum interpretationem iuris nihil dicitur de
nouo facere, sed ille dicitur facere, qui disposuit, & mandauit, ut
s̄.dictum est: & verba illa pro suo facto nō uidentur verificari in
tali facto executiuo, quia videtur factum secundum quid, & non
11 simpliter:& verba intelligi debent simpliciter, & non secundum
quid l.hoc legatum.de leg.3.vbi Bar, & ita electio vr̄ declaratio,
q̄ nihil noui tribuit, vt s̄. dixi:& quia illud factū electionis est fa-
ctum necessarium, quia donatrix tenebat̄ adimplere volūtatem
defuncti, & de tali facto necessario non intelligitur promissio fa-
cta pro facto suo, sed debet intelligi de facto voluntario secun-
dum verisimilem mentem partium, ut s̄.dictum est. Vltimo nō
obst ꝙ donatrix esset ipsa obligata hospitali, & à tali obligatio-
ne non fuit liberata per donationem ab ea factam.d.l.2.C.de pa-
ctis & d.l.2.C.de hæredi.uel actio. vendi. Quia ista consideratio
haberet locum inter hospitale, & donatricem, inter quos non a-
gitur in præsenti lite. Sed causa agitur inter ipsam donatricem, &
donatarium, quo casu non potest donatarius, qui prætendit cau
sam lucratiuam, agere de euictione contra heredes mulieris, quę
donauit. & quia secundum tenorem donationis ipse donatarius
tenebatur hospitali, & aliis creditoribus satisfacere, vnde non vi
deo, quo vultu ipse donatarius, qui fuit in culpa non soluendo, a-
gere velit de euictione, & culpam reiicere in donatricem, uel hæ
redes eius, cum alteri non possit culpa imputari, ex qua quis sen
tit commodum, & lucrum, l.nupta, §.fi.ff.soluto matrimonio.&
in l. pen.§.fi.vbi glos.ff.eod.titulo.& dicta lege cum in fundo de
iure dotium cum similib. Ex quibus omnibus supradictis indubi-
tanter arbitror partes integerrimi iudicis esse, in absoluendo hæ-
redes à petitis, Laus Deo. Phil. Dec. Pisis.

EPITOME. Consi. CCCCXCIII.

Non solum in substantia, sed etiam in qualitate mādatum obser-
uari debet. Adeò ꝙ procurator constitutus ad negotiandum,
& alienandum, etiam cum iuramento si confiteatur debitum
præteritum domini, vel futurum proprium, ex hoc dominus
principalis non tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Confessio procuratoris quo casu domino noceat.*
2 *Clausula, quod possit omnia, & singula facere, vt ipse constituens, &c. liberam potestatem importat.*
3 *Transigere potest liberam potestatem habens, licet mandatum speciale requiratur.*
4 *Confessio veram numerationem probat. 6.*
5 *Confessio institoris probat contra dominum sicut statutum de solutione in confessione verificatur.*
7 *Procuratoris gesta dn̄s ex iuramenti interpositione approbare videtur.*
8 *Mandatum diligenter attendi debet.*
9 *Prouideri de præbenda certi ualoris si alicui mandetur, de minori valore prouideri non poterit.*
10 *Clausula, ad negotiandum, mercandum, &c. contractus, qui post mandatum fieri debent, respicit.*
11 *Procurator pro eius facto bona, & res domini obligare non potest.*
12 *Negotiatio propriè dicitur, quando interuenit contractus ultro, citroque obligatorius.*
13 *Mandatum qui habet ad mutuum recipiendum, non sufficit, quod confiteatur se recepisse. 14. & 15.*
16 *Confessio in dubio in rei confitentis fauorem interpretari debet.*
17 *Verbum, expedire utilitatem respicit.*
18 *Clausula, uiderit expedire boni uiri arbitrium importat. 19.*
20 *Clasula, opus fuerit, prout uerbum, oportet, necessitatem importare uidetur.*
21 *Verbum, placebit. boni viri arbitrium significat.*
22 *Verba in dubio ad boni uiri arbitrium reduci debent.*
23 *Similia non dicuntur illa, quæ non sunt idē formaliter, sed in effectu,*
24 *Confitenti recepisse ex causa mutui exceptio non numeratæ pecuniæ conceditur.*
25 *Iuramentum non extenditur, nisi quousque concessum est.*
26 *Iuramentum ad plus non extenditur, quàm promissionis uirtus extendat̄.*
27 *Iuramentum habet illam tacitam conditionem, quam habet actus, super quo interponitur.*
28 *Actionis intentatæ qualitas ex libelli conclusione demonstratur.*
29 *Confessio per procuratorem facta reuocari potest.*
30 *Societas quo casu ex communi concordia finita dicatur.*



VIso tenore. Instrumenti, in quo Hieronymus olim
ser Io. de Collodio ꝓcuratorē suū ꝯsti-
tuit fratrē suū carnalē Andreā de Collo
dio, & successiuè uisa ꝯfessione facta ꝑ
dictū Andreā vigore eius mandati, reuo
cat̄ in dubiū, & quærit̄, an Hieronymus
principalis obligatus sit ex dicta confes-
sione facta per dictum Andream eius
procuratorem. Et primo motu uidebatur dicendum, ꝙ sic; nam
si dictus Andreas habuisset speciale mandatum ad faciendam cō
1 fessionem, quam fecit, non esset dubium, † ꝙ dictus Hierony-
mus principalis esset obligatus, ut no.in l.proinde.la 2.in §.si pro
curator .ubi gl.ff.ad leg. Aquil.pariter idē vr̄ in isto casu, in quo
mandatum vr̄ factum cū libera ptāte, ut colligitur ibi, ꝙ possit
2 omnia, & singula, quæ facere posset idem constituens.† illa.n.uer
ba importāt liberam potestatem, ut no Bar.in l.procurator, cui
generaliter.ff.de procuratoribus.alleg l.creditor.§.Lucius.ff.mā
dati.cū si.ut tradit Alex.in consi.20.Viso lib.6 & ēt expresse inte
rius dr̄, ꝙ concedit plenum, liberū, & largū mandatū: quia man-
datum cum libera æquipollet speciali mādato, ut no Bar.in l.mā
dato generali ff.de procu.Bal.in l.illud.ff.de minoribus. ubi con-
cludit paria esse habere speciale mandatū, uel liberam potestatē.
& Alex.tradit in consi.22.Viso instrumento.lib 1.& in cons.44.
Viso, & discusso.lib.2.& in d.consi.28.lib 6.s̄ allegato. & in con
3 sil.133.Circa executionem.lib. 6. † & ideo habens liberam pote-
statem potest transigere, licet in transactione requirat̄ speciale
mandatū.l.mandato generali.ff. de procuratorib. & tradit Alex.
in consi 92.Perspectis.in prin lib.6.Scd ò principaliter ista cōcla
sio cōprobari vr̄: quia licet mandatū debeat diligenter obserua-
ri, l.diligenter.ff.manda.in c. cū dilecta.de rescriptis. tn̄ mandatū
extendit̄ ad casus similes.l.fi.§.fi ff.mandati. l. si quis mihi bona.
§.sed si quis mandauit.ff.de acq.her.ubi Bal.& hoc modo arguit
Bal.Alex.in cons.34.Viso instrumēto.circa finem.lib.2.ergo vr̄,
quod mandatum ad recipiendum extendatur ad confessionem:
4 † quia confessio videtur probare ueram numerationem. l. pecu-
niæ.C.de solutioni.ubi Bal.in primo notabi.& uidetur tex.in l.fi.
5 ff.de instito. † ubi confessio institoris probat contra dominum,
& statutum, quod loquitur de solutione, uerificatur in confessio
ne, ut no.Bal.in l.si non sortem.§.indebitum.in uersi. quid de ex-
ceptione fictæ confessionis. ff. de condictione indebiti ubi alle-
gat bonum textum in l.si acceptilatum.§ fi.ff.de acceptilatio. &
quod confessio probat ueram numerationem, latè scribit Paul.
a de Cast.in consi.394.alias.397.Quæritur utrum.[a] ubi concludit,
6 † quod confessio creditoris de recepto ueram probet numera-
tionem, ut fideiussor ꝯ debitorem agere possit.& idem Alex. cō
cludit in consi.25.Viso instrō.lib 2 ubi latè insistit; ergo videtur,
ꝙ mandatum extendatur ad istum casum confessionis, qui habe
tur pro æquipollenti. Tertio principaliter in casu isto interposi-
7 tum fuit iuramentum, † quo casu vr̄, ꝙ dominus obligetur, qn̄ in
mandato constituens se ratum habiturum promisit, ꝙ à procu-
ratore gestum fuerit interposito iuramento, ut no. voluit Pau. de
Cast.in consi.221.Consideranda sunt verba instrumenti.& ita vr̄
in casu isto, qa interuenit iuramentum cum dicta clausula, ergo
videtur, ꝙ dominus obligatus sit. Quartò, & vltimò videtur, ꝙ
teneatur dictus Hieronymus ex eo, quod promisit dictus An-
dreas, ꝙ reddet bonum computū societati de omnibus per eum
gestis, & administratis, & restituere, & consignare, quod ad vnū-
quēq; eorum spectaret, ut latius in instrumento continetur. Prę-
dictis

ADDITIO.

a ¶ Quæritur vtrum.) quod est consil.64.libr.1.in nouis. Idem Alexan.consil.90.lib.3.vbi dixi. Philip.Deci.l.2.nume.14.si cert.pet.& bene ut ibi tetigi, quicquid ibi scripserit Francisc. Purpurat.nume.87.cum seq. Et consilium Deci.hic non iustificatur, nisi per circunstantias facti, quas tradit nume.10.& nu.24.

dictis tamen in casu isto non obstantibus vlterius recte cogitanti contrariũ de iure esse arbitror, uidelicet quòd Hieronymus principalis ex dicta confessione dicti Andreæ procuratoris non obligetur, nec conueniri possit: & fundata videtur intentio ex com-
8 muni regula, quæ dicit, † quod mandatum diligenter debet obseruari. dicta l. diligenter. & dicto capitulo cum dilecta. de rescri.
9 & bonus tex. in capitu. ei, cui. de præben. in 6. † vbi dicitur, quod si mandatur prouideri alicui de præbenda certi ualoris, de minori ualore prouideri non potest, quia huiusmodi mandata debent diligenter obseruari, & non debent extendi ad alios casus, quam expressos. facit text. in cap. fi. de uerb. signi. Et non solùm in substantia, sed etiam in qualitate debet mandatum diligenter obseruari, ut not. Anto. de But. in capitu. fi. quod incipit, Pisanis. in septimo notabi. de restit. spoliato. & stante dicta regula verba, quæ sunt in mandato, diligenter perscrutari debent, dum dicitur, ꝙ Andreas est constitutus procurator vice, & nomine ipsius constituentis ad negotiandum, emendum, mercandum, alienandum &c.
10 † ista uerba respiciunt contractus, qui debent fieri post mandatum, & sic in futurum: unde ista uerba non uidentur adaptari ad obligationes, quæ contractæ erant ante mandatum, quia si aliqđ in futurum cõceditur, in preteritum videtur prohiberi. argumẽto l. cum lex. ff. de legi. constat autem, quod confessio facta est ꝓ debitis præteritis, quia confessio non inducit debitum, sed probat obligationem l. Publi. §. fi. ff. deposi. ergo mandatum factum pro obligationibus futuris post mandatum non uidetur habere locum pro obligationibus contractis prius ante mandatum. Et maxime ista conclusio videtur procedere: quia (ut narratur) dictæ obligationes, quas Andreas procurator in eius confessione inseruit, non spectabant Ad Hieronymum constituentem, sed ad ipsum Andream procuratorem: & ideo pro tali confessione dato, ꝙ vera esset, constituens nullo modo obligatur, quia procurator, qui debet tractare negotia domini, si eius propria negotia tractauit sub colore mandati, uidetur esse in dolo, & non obligat dominum, quia in quolibet mandato intelligitur, quod dolus absit. l. creditor. §. Lucius. ff. mandati. & ibi Bald. expresse di-
11 cit, † quod non potest procurator pro eius proprio facto bona, & res domini obligare, & facit tex. in l. si in emptione. §. fin. ff. de contrahenda emptione. ubi procurator constitutus ad uendendum non potest ipse emere: & quia (ut dixi) verba mandati non conueniunt dictæ ꝯfessioni dr̃, n. quod procurator fuit constitu-
12 tus ad negotiandum: † negotiatio enim dicitur propriè, quando interuenit contractus ultro, citroque obligatorius, ut no. Barto. in l. legatis. de legat. 3. & hoc non verificatur in confessione; similiter in mandato dicitur, ad emendum, mercandum, uendẽdum, alienandum, &c. ista etiam verba non conueniunt confessioni, ut de se patet: demum dicitur ad recipiendum cambium, & recãbium, & mutuo. quæ quidem uerba non uidetur adaptari ad confessionem: quia aliud est confiteri recepisse, aliud est mutuum re-
13 cipere. † Et ideo qui habet mandatum ad mutuum recipiendum, non sufficit, quod confiteatur se recepisse, vt dicit Bart. in l. si debitorem. ff. de nouationib. & idem Bart. in l. 2. §. fin. in versi. & ista sunt utilia ad quæstionem. ff. si certum petatur. ubi allegat textum in l. 1. §. qui mutuam. in uersi. plane. ff. si quid in fraudem patroni. facit textus in l. certum. §. sed an ipsos. ff. de confessis. & tradit etiam Barto. in l. non abstulit. C. de nouatio. & in ista opinione residet Alex. in d. l. 2 §. fi. in uersic. puto in primo dicto. ubi hoc confirmat; & Moderniores ibi sequuntur. & specialiter pro ista conclusione in terminis adduco decisionem Pauli de Cast. in con
a silio vltimo [a] numero 398. In causa, quę uertitur Pisis. in anti-
14 quis. † ubi consuluit in hac ciuitate, quod in mandato generali de recipiendo pecuniam mutuo non uenit ut mandatarius con-
15 fiteri possit se recepisse. & ibi dicit, † quod etiam si in confessione exprimatur se habuisse per literas cambij: quia si non creditur confessioni, quando quis attestatur recepisse per seipsum, vbi agitur de facto proprio, minus credendum videtur, si confitetur per interpositam personam recepisse; & per hoc in casu isto non est credendum, licet exprimantur quamplures personæ, quibus dicatur, quod dictæ pecuniæ solutæ fuerunt ad iustificãdum confessionem, ut dicit Paul. de Castr. in consilio præallegato. Solum superest respondere ad allegata supra in contrarium, & in hoc vis tota consistit. Primo ergo non obst. quod in casu isto fuit mandatum cum libera, quod æquipollet mandato speciali, per allegata supra in contrarium: quia responderi potest dupliciter: primo quod etiam in speciali mandato ad confitendum esset in-
16 telligendum ad confitendum ea, quæ recepisset, † quia in dubio confessio debet interpretari in fauorem rei confitentis, ut nota. Anto. de But. in capitu. ex literis. el 1. in fi. de sponsal. allegat not. per Bartol. in l. inter stipulantem. §. 1. de uerb. ob. refert. & sequit Alex. in cons. 183. Viso puncto. lib. 5. Et ageretur de magno præiudicio confitentis, si intelligeretur ad confitendum illud, quod non recepisset: quia hoc in effectu esset donare, & talis facultas donandi non venit in eo, qui etiam habet liberam administrationem, nisi exprimatur l. contra iuris §. fi. ff. de pactis. l. filiusfamilias. in princip. ff. de dona. Secundò respondetur, ꝙ hic non fuit concessa libera potestas, sed restricta fuit, & limitata, licet enim in mãdato sint plura verba, quæ videtur importare liberã facultatem, ut supra in contrarium dictum fuit, tamen adducuntur alia verba, quæ uidẽtur restringere, & limitare alia verba, dũ dicitur, toties quoties expedierit, & ipsi Andreæ videbitur, & ibi, si opus fuerit, & dicto procuratori videbitur, & placebit, & ibi prout opus fuerit, &c. prout supra. & ibi, si & quando,
17 & quoties expedierit. † uerbum enim, expedire. respicit utilitatẽ. l. 2. in fi. ibi, si non expediat ei. & ibi, an expediat sibi consilium. ff. mandati. & in capitulo cum expediat. de electio. in 6. vbi gloss. in verbo expediat. dicit, ꝙ proprie expedientia utilitatem respicit: facit text. in c. non solùm. de reg. in 6. in c. magnæ. de voto. ibi qđ expediat secundum utilitatem. facit text. in ca. aliud 11. q. 1. & ista
18 vtilitas vr̃ consistere in arbitrio boni viri. & in terminis, † ꝙ dicta uerba, uiderit expedire. importent arbitrium boni uiri, tradit Bal. in cap. 1 §. inter pares. in titulo de l. Corra. ubi allegat bonum
19 tex. in c. 2 in fi. de iuramen. calum. in 6. ibi uiderit expedire. † Et similiter verbum, uidebitur. importat arbitrium boni uiri, ut not. Bar. in l. si sic. in prin. de legat. 1. per l. fideicommissaria libertas. ff. de fideicommiss. liber. & idem Bart. in tractatu ad reprimendam. in uerbo, uidetur. & in l. creditor. § Lucius. ff. mand. Ant. de But. in c. quærenti. per illum tex. in penul. notab. de verbo. signifi. facit
20 tex. cum glo. in cap. 2. de corpo. uitia. † Et uerbum illud, opus fuerit. vr̃ importare necessitatẽ, prout uerbũ, oportet ut no. in l. j. in
21 prin. ff. de iustitia, & iure. † & verbum placebit. similiter uidetur importare arbitrium boni uiri. l. Thais. §. sorore. ff. de fideicommiss. liberta. & sic ex omnibus uerbis supra dictis, quæ important arbitrium boni uiri, restringuntur uerba prius dicta, quæ de se prolata simpliciter importarent mandatum cum libera: quia vltima derogant præcedentibus. l. pacta nouissima. C. de pactis. & in rebus imperfectis ultimum uerbum inspicitur: unde si dicat, uolo, nolo. ultimo uerbo standum est, ut non. Bal. in l. quidam eulogio. uersi. quid ergo. C. de iure deliberan. & facit text. in l. si inæqualibus. ff. de hæredi. instituen. & ideo potestas, quæ videbatur libera data procuratori, restricta fuit per verba sequentia ad arbitrium boni viri: & etiam in dubio uerba ad arbitrium boni uiri reduci debent, ut not. Bar. in l. cum filius. §. pater. de leg. 2. in notabili. & sic concludendo non est uerum, quod in mãdato, de quo agitur, esset data libera potestas procuratori: & etiã dato, quod data fuisset, non extenderetur, ad ea, de quibus in casu isto agitur, videlicet ad debita contracta ante mandatum, nec ad debita ipsius procuratoris: quia (ut supra dixi) ista esset donatio, quæ etiã habenti liberam administrationem prohibetur. d. l. ꝯ iuris. §. fi. & in d. l. filiusfamilias. in prin. Secundò principaliter non obs. quod mandatum extendatur ad similes casus, quia respondetur, quòd in casu isto non sunt similes casus, ut supra dixi: nam aliud est confiteri se recepisse, & aliud est mutuum recipere in ueritate
23 & ista nõ sunt similia, † quia illa non dicuntur similia, quæ non sunt idem formaliter, sed in effectu; ut not. Bald. in l. qui liberis. in principio per illum tex. ff. de vulgari, & pupillari. cum similibus. ut tradit Alex. & dixi in capit. translato. de constitutioni. constat autem, ꝙ in effectu non sunt idem confiteri recepisse, & in ueritate recepisse. Non obstat quod confessio non uidetur probare ueram numerationem, quia hoc non habet locum in mutuo, de
24 quo mandatum loquitur: † confitenti enim recepisse ex causa mutui datur exceptio non numeratæ pecuniæ. l. prima. & per totum. C. de non nume. pecunia. & instit. de literarum obligatio. §. primo no. in d l. 2. §. fina. ff. si certum petatur. Secundò responde tur ad allegata supra in contrarium de iuramẽto secundum Paul. de Cast. quia illud dictum Pau. de Cast. non videtur habere locũ in casu nostro, in quo est defectus consensus: quia principalis noluit obligari pro debitis contractis ante mandatum, sed tantum pro obligationibus futuris, ut uerba mandati sonant. similiter noluit principalis obligari pro debitis ipsius procuratoris, quo casu vbi est defectus uoluntatis iuramentum non astringit, l. final. vbi text, C. de n n numerata pecunia. & nota. Bartol. in l. si quis
25 pro eo. in uersiculo prædicta, quæ dixi. ff. de fideiussoribus. † vbi
b inquit, quòd iuramentum [b] non extenditur, nisi vsque quo consensum est. d. l. final. & in l. final. ff. qui satisdare cogantur. in
26 l. si libertus. ff. de operis libertorum. † Et ad hoc facit, quia iuramentum ad plus non extenditur, quã extendatur uirtus promissionis, ut dicit Ang. in consi. tricentesimodecimoquinto. Sta
27 tuto cauetur. † & ibi etiam dicit, ꝙ iuramentum habet illam tacitam conditionem, quam habet actus, super quo interponitur. & idem tradit Oldrad. in consilio 238. Cum mulier. & in consi. 278. Licet quintum. in 3. q. Roman. in consilio 269. Non est dubium.

ADDITIONES.

a ¶ Vltimo.] consi. 228. consi. 337. lib. 1. in nouis.
b ¶ Iuramentum.) consi. 240. in fi. vbi dixi.

bitum.in principio. Are in conſi.24.Quatuor dubia.in principio.
Præterea loquitur Pau.de Caſt.duobus concurrentibus; quando
renuntiatum ſit beneficio diuiſionis,& quòd ille, qui conſtituit
procuratorem,in inſtrumento procuratorio promiſerit,& iura-
uerit ſe ratum habiturũ, & impleturum, & obſeruaturum quic-
quid per procuratorem factum fuerit: nam tunc uidetur iuraſſe
non ſolum de eo,quod receperit, ſed etiam de eo, quod procu-
rator promiſerit. ſed in caſu noſtro talis promiſſio non interue-
nit: quia conſtituens procuratori nihil promiſit, ſed ſolum fuit
data poteſtas procuratori, ut poſſit in animam conſtituentis iu-
rare: vnde patet, quòd termini non ſunt pares: & dictum Pau.
de Caſt. non poteſt in caſu iſto adaptari, & ideo concluſio ſuprà
dicta videtur bene procedere. Vltimo non obſtat, quòd Hiero-
nymus obligatus videtur quia ꝓmiſit, quòd dictus Andreas red
deret bonum computum, ut ſuprà in contrarium arguitur, quia
primo reſpondetur, quod iſta diſputatio non cadit in præſenti
iudicio, in quo agitur ad hoc, ut Hieronymus cogatur ſoluere
ſcutos mille ducentũ de marchis pro tertia, & ultima paga, &
hoc uirtute confeſſionis factæ per dictum Andream procurato
rem dicti Hieronymi: & hoc expreſſe dicitur in concluſione li-
28 belli, quæ quidem concluſio attenditur, † & qualitas actionis
intentatæ ex concluſione libelli demonſtratur, ut not.Bart.in l.ſi
prius in quinta oppoſitione ſecundæ partis.ff.de oper. noui nun-
tiat.in l.certi condictio. in princip.ff.ſi certum petatur. facit tex.
in l.non debet.in fine.ff.de dolo.in capitulo literæ. vbi Antonius
de Butrio de dilatio. & ſententia debet libello cõformari.l.ut fun
dus.ff.communi diuidun.capitulo licèt Hely. de ſimo.c.qualiter
& quando.de accuſatio.& ideo in iudicio inchoato ſolum iudica
ri debet de illa petitione ſcutorum ducentum, quæ fundatur in
confeſſione procuratoris, quæ non præiudicat, vt ſupra dictum
29 eſt.† Et talis confeſſio facta per procuratorem etiam poteſt re-
uocari,ut not.Imola in capit.fin.verſiculò,circa tertium. de con-
feſſis. vbi dicit, quòd tali caſu ſufficit probare rem ſe aliter habe
re; nec eſt neceſſe aliter probare de errore. Secundo reſponderi
poteſt, quod Hieronymus procurator promiſit, quod Andreas
frater eius redderet bonum computum de omnibus per eum ge
ſtis,& adminiſtratis,ut latius in inſtrumento continetur: vnde ſi
ex tali promiſſione agere aduerſarius voluiſſet, opus fuiſſet, ꝙ
debitum, ꝙ petitur, proceſſiſſet ex geſtis, & adminiſtratis per
dictum Andream occaſione dictę ſocietatis: quia promiſſio fuit
reſtricta, & limitata cum iſta qualitate: & limitata cauſa limita-
tum effectum producit.l.in agris.de acquirend.rerum dominio.
l. cancellauerat.ff.de his, quæ in teſtamen. delen.& hoc minimè
probatum fuit; nam cum promiſſio fundata ſit in iſta qualitate
de omnibus per eum geſtis, & adminiſtratis, talis qualitas debet
probari,ut in ſimili no.Ioan.And.in cap.primo. de homi.in ſex-
to.Bar.in l.j.§ ait prætor.ff.ne quid in flumi.publi. cum ſimilibus
quæ nota ſunt.& cum talis probatio facta nõ fuerit, ſuccedit re
gula, ꝙ actore non probante reus abſoluitur.l.qui accuſare.C.de
edendo.c.inter dilectos.in fin.de fide inſtrumen.& in c.vnico.vt
eccl. benefic. cum vulgaribus. Tertio etiam vr̃ poſſe reſponderi
quod ab illa promiſſione facta per Hieronymũ procuratorem,
ꝙ Andreas principalis redderet bonum computum, receſſiſſe
partes vident,ex eo,quod narratur, ꝙ de cõi concordia renun-
tiauerunt ſocietati,uidelicet Franciſcus Gabrielis procurator di
cti Ioan. Baptiſtæ eius fratris, & Andreas principalis pro altera
parte inſcio, & ignorante dicto Hieronymo fideiuſſore finierũt,
& terminauerunt dictam ſocietatem vnicuique ſociorum ratã
30 ſuam vtilis,& damni aſſignando,ut in puncto dicitur. † quo ca-
ſu ex tali renuntiatione facta de communi concordia finita fuit
ſocietas §.manet.inſtitu.pro ſocio.& talis renunciatio potuit fie-
ri per procuratorem, ſine mandatum habuerit ſpeciale, ſiue ha-
beret adminiſtrationem omnium bonorum.l.actione §. renun-
tiare.ff.pro ſocio.& cum unicuiq; portiones lucri, & damni aſſi-
gnatæ fuerint,& factæ fuerint nouæ conſtitutiones dicto Hiero-
nymo ignorante, vr̃, ꝙ dictus Hieronymus fideiuſſor liberatus
fuerit a dicta eius ꝓmiſſione,quia renuntiatio facta ſocietati, &
aſſignatio facta vnicuiq; ſociorum lucri, & damni, & nouæ cõ-
uentiones factæ Hieronymo ignorante ſe non cõpatiunt cum di
cta obligatione prius facta per dictum Hieronymum, & ideo ẽt
hodie nouatio inducitur,ut no.Bal. in l.fi.C.de nouatio. dũ alle.
l.Valerianus.ff.de præto.ſtipulatio.& ſtãte nouatione dictus Hie
ronymus fideiuſſor liberatus vr̃.l.nouatione. C. de fideiuſſo. &
no.Bar.in l.aliam.ff.de noua.& ita remotis omnibus s̃.allegatis in
contrarium ꝯcluſio ſuperius firmata videtur optimè procedere.

EPITOME Conſi. CCCCXCIIII.

B. redigit in ſcriptis ſuam ultimam diſpoſitionem, quam vo-
luit habere exequutionem, ac ſi teſtamentum eſſet factum
manu publici notarij, eamque obſeruari, ſi non reuerterere-
tur Florentiam. Deinde illuc rediens declarauit velle mu-
tare multa de contentis in dicta ſcriptura. Quo audito eius
fratres conuenerunt ſe obſeruaturos voluntatem B. cum mu
tationibus faciendis per commiſſos ab eo. Poſtquam B. com-
miſit A. I. & T. ad diſtribuẽdum pro eorum arbitrio omnes
facultates ſuas deceſſit Reſpon. Dec. quòd B. ſcriptura nullo
modo vim teſtamenti haber, neque eius fratrum conuentio-
ne, aut laudo commiſſariorum validari poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentũ publici iuris eſt, & eius forma à priuato alterari non põt.*
2 *Pactum de viuentis hæreditate non valet.*
3 *Succedendi modi quot eſſe dicantur.*
4 *Voluntas captatoria dicitur, & non valet, quando in alterius volunta-
tem committitur.*
5 *Clauſulæ pro eorum arbitrio, & iudicio, boni viri arbitrium important.*
6 *Teſtamenti factio alterius arbitrio committi non poteſt.*
7 *Fratres minores executoris officium acceptare non poſſunt.*
8 *Frater minor arbiter eſſe non poteſt. 9.*
11 *Clericus licèt tabellio eſſe nõ poſſit, ſi tamen inſtrumẽta conficiat, valẽt.*
12 *Actus geſtus contra legem non valet.*
13 *Actum quando lex prohibet, & vltra procedit actum confirmando pro-
hibitione non obſtante actus validus remanet.*
14 *Religioſus, & monachus ſeruo æquiparantur.*
15 *Sententiæ, quæ melioribus rationibus fulcitur, adhærendum eſt.*


Vod ſupra maturè & pro veritate, vt pu-
to, concluſum fuit per clariſſi-
mum iuriſconſultum dominum Marcum Aſinariũ
vti fratrem maiorem honorandum puto eſſe de iu-
re,& de ſubſcriptione requiſitus agam paucis. Primò enim cla-
rum eſt, ꝙ priuata ſcriptura, de qua agitur, pro teſtamento ha-
beri non dẽt: quia licèt Benedictus Vanis de Strocis dicat in pri
uata ſua ſcriptura, quòd velit habere executionem, ac ſi teſtamẽ
tum eſſet factum manu publici notarij, in hoc diſpoſitio ſua nõ
1 valet: † quia teſtamentum eſt publici iuris, & forma eius a priua
to alterari non poteſt.l.3.ff.de teſta.l.fin.ff.de ſuis, & legitimis. l.
ius publicum.l.iuriſgentium § ſi paciſcar. ff. de pactis. facit tex.
in l.nemo poteſt.de leg.1. Et ſolennitas teſtamenti à priuato tol
li non põt, vt no. Bar. in d.l.3.in verſi. circa ſecundum. nã ſi pri-
uatus poſſet facere, ꝙ priuata eius ſcriptura haberet vim teſta-
menti, in effectu ſolennitas teſtamẽti tolleretur, & eluſoria red
deretur diſpoſitio iuris, quę cum tanto apparatu requirit ſolen
nitatem in teſtamentis propter ſuſpitionem falſitatis.l. ſi C. de
fideicom.l. iubemus.in fi.C. de teſt. Et ideo à teſtatore remitti
non poteſt, vt not. Bar. in l.nemo poteſt.de leg.1. facit text. in l.
codicillis.§.ſi de leg.2. Et quia dictus Benedictus voluit dictam
ſuam ſcripturam obſeruari ſub conditione, ſi non reuerteretur
Florentiam. & illa conditio non fuit impleta, quia reuerſus fuit,
ergo etiam attenta eius voluntate dicta ſcriptura non debuit ha-
bere locum deficiente conditione. l. cedere diem ff. de verb. ſi-
gnifi. l.lega ſub conditione.ff.de condi. & demonſtra. l.1. C. de
inſtitu. & ſubſtit.l. hæc venditio.in princ.ff.de contrah. emptio.
& quia poſteaquàm dictus Benedictus rediit Florentiam, aſſe-
ruit, & dixit ſe velle mutare multa de contentis in dicta ſcriptu-
ra, vt ſupra narratur, vnde ex his liquidò conſtare vr̃. ꝙ dicta ſcri
ptura priuata nullo modo vim teſtamenti habere dẽt. Non ob
ſtat illa conuentio, quæ fuit facta inter fratres dicti Benedicti de
obſeruando voluntatem dicti Benedicti ſcriptam in dicta pri-
uata ſcriptura cum mutationibus, & correctionibus fiendis à ve
nerabilibus religioſis habentibus commiſſionem a dicto Benedi
cto: quia cũ talis conuentio facta ſit viuente adhuc dicto Bene-
2 dicto, non potuit de iure fieri: † quia pactũ de hæreditate viuen
tis non valet.l.ſi C.de pactis.l. quidam §.ſi ff.de donat.in l.ſi quis
mihi bona.§.ſed vtrum. in verſ. ſed an nominatim. ff.de acquir.
hære.adeo ꝙ nõ firmatur iuramẽto, quia ꝯ bonos mores, vt tra-
dit Pet.de An in ꝯſ.404 Viſo diligenter. Felg in ꝯſil.72. Pater fa
milias. & Soc. in conſi. 84. Viſa ꝯuentione.in verſi. 2 principali-
ter.in vlt.lib. Vlterius conſiderandũ eſt, ꝙ attẽta tali ꝯuentione,
& priuata ſcriptura hæreditas dicti Benedicti deberet dari virtu
te pacti, & conuentionis, quod quid ẽ reprobatũ eſt.l.hæreditas.
C.de pactis conuen.l. ex eo.C de inuti.ſtipula.& in effectu vr̃ pa
ctũ de ſuccedẽdo, qđ nõ valet.l.pactũ, quod dotali. C. de pact.
l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verb. obliga. l.cum dona
tionis. C.de tranſact. & in propoſito not. Barto. in conſil. 208.
3 Promitto tibi.† vbi inquit, quòd ſunt certi modi ſuccedendi
conſtituti à iure, vel iure ſanguinis, vel ſecundum legem 12. ta
bu. vel iure ſolennis vltimæ voluntatis: vnde infert non valere
a conuentionẽ factam inter duos, quòd altero præmoriente [a] al-
ter

ADDITIO.

a ¶ Præmoriente.) Supra conſi.225. infra conſi. 516. conſi. 555. Dec.in l.
pactum quod dotali.2.C.de collatio. in l.1.num.6.C.qui teſtam. fac. poſſ
Alex. conſi. 83.lib. 2. vbi tetigi.

ter succederet,quia iste non est modus succedendi approbatus
a iure. & in simili casu Alex.scribit in consi. 28. Ponderatis ver-
bis instrumenti.lib.3.Secundo principaliter considerandum est,
ꝙ illa commissio,quæ fuit facta in dominum Antonium,& fra-
trem Franciscum ordinis Min. & fratrem Thomam ordinis præ
dicatorum,vt ipsi disponere,& ordinare,& distribuere, & dona
re possint pro eorum arbitrio,iudicio,& beneplacito omnes fa-
cultates dicti Benedicti, talis remissio tanquam captatoria non
valet,vt supra dictum est.l.captatorias.ff.de hæred.institu. & in
l.captatorias. C.de testam.mili. cum simili. supra allega. Sed in
isto fundamento aduertendum est: quia haberet locum , quan-
do remissio facta fuisset in libera voluntate eorum , qui supra
nominati sunt, secus si arbitrio boni viri talis commissio illis fa-
cta fuisset,quia valeret,ut tradit Pau.de Cast. in d.l. captatorias.
4 C.de testa.mili. in versic. item extra glo. † vbi inquit, ꝙ volun-
tas captatoria dicitur,quando in voluntatem alterius committi-
tur,& non valet,secus si facta sit commissio per verba, quæ im-
portent arbitrium boni viri , puta si Titius fuerit arbitratus. l. si
sic. in princ.de lega. 1.l.fideicommissa.§.quamquàm.de leg.3.&
5 ita in casu isto videtur : † quia illa verba, pro eorum arbitrio , &
iudicio. important arbitrium boni viri . de verbo , arbitrio. di-
ctum est,& habetur in l.hæc venditio.in prin c.ff.de contrahen.
emp.de verbo,iudicio.no.Imo.in l.si sic.in princ.de leg. 1. cum
sim.vt ibi tradit Alex. Sed certe ista differentia, quam facit Paul.
de Cast.ut dixi in d.l.captatorias. non vr̄ vera in casu isto : quia
vr̄ contra tex.in l.illa institutio.ff.de hæred. insti. vbi dicitur , ꝙ
vltima voluntas non debet pendere ex alieno arbitrio,& tamen
arbitrium importat arbitrium boni viri , vt dixi. & quia text. in
d.l.illa institutio,dicit,ꝙ vltima voluntas ex seipsa ꝯstare debet
respectu institutionis,ergo excluditur voluntas, & arbitrium al-
terius. Similiter non obstat,si dicatur,ꝙ substantia institutionis,
& testamenti non fuit prænominatis commissa, sed tm̄ declara-
tio: quo casu valet talis commissio.l.v trum.§. cùm quidam , de
reb.dub.not.Bar.in d.l.institutio.in fin.in versi. vltim. quæro. in
d.l.captatorias.in fi.& tradit Alex.in consi. 175. Contingit du-
bitari.lib.6. Quia respondetur,ꝙ in isto casu fuit commissa sub-
stantia institutionis,vt patet ex verbis commissionis, dum dr̄ , ꝙ
dictus Benedictus oppressus erat infirmitate,adeo ꝙ non pote-
rat facere aliquod testamentum,ideo commisit supra dictis , ꝙ
ipsi disponerent,& ordinarent de facultatibus,& bonis dicti Be-
nedicti. ex quibus verbis manifeste patet,ꝙ substantia testamen-
ti commissa fuit suprà nominatis,quia talem commissionē fecit,
quia ipse non poterat testari,ergo vr̄, ꝙ illis commiserit factio-
6 nem testamenti: † & hoc fieri nō pōt.d.l.illa institutio.Et sic fun
damentum suprà factū de voluntate captatoria videtur bene ꝓ-
cedere,quia iura volunt testamenta non pendere ex alieno arbi-
trio d.l.illa instit.& no.Bal.in l.1.in versi.iuxta hoc quæro.C. de
sacrosan.eccle.& Ang.in consi.201. Viso themate.in princip.&
Laurentius Calca.in consi.107.In causa. & hoc modo secundū
fundamentum de voluntate captatoria corroboratum videtur.
Tertiò principaliter dicta cōmissio redditur nulla propter inha
bilitatem fratris Francisci ordinis Minorum,qui huiusmodi cō-
missionem acceptare non potuit,vt no per glo.in cle. 1. in ver-
7 bo,suscipere. de testa.quæ dicit,† ꝙ fratres Minores non possūt
acceptare officium executoris. idem tenet Bart.in l.1.de lega.2.
Bal.in auth.ingressi.C.de sacrosan.eccle.Dom.in c.religiosus.in
glo.2.de testa.in 6. Vnde si non potest esse executor testamenti,
à fortiori non pōt esse arbitrator: ita arguit,& tenet Ang. in ꝯsi.
8 272.Primus punctus.vbi istam æquiparationē facit , † quod fra-
ter Minor non pōt esse arbitrator , nec executor. & idem con-
cludit Pau.de Cast.in l.ex facto.§ si quis rogatus.el 2.ff. ad Treb.
in versi.& est argumentum. & secundum istam conclusionē cō-
suluit Bal.in consi.437. Proponitur,ꝙ quoddam compromissū.
9 in 4.lib.vbi in 1.col.dicit,† ꝙ frater Minor etiam de consensu ge
neralis Ministri nō pōt cognoscere more arbitri,sicut nec seruus
de consensu domini.l.illa verba.ff.de verbo. significat. & ibi di-
10 cit,† ꝙ fratres Minores sunt ab officijs secularibus per regulam
eorum prohibiti, contra quā prohibitionē non pōt dispensari
per eorum superiorem. & subiicit ibi Bal.ꝙ sicut liber si pronun
tiat cum seruo,pronuntiatio non valet l.Pedius.ff. de arbi. ita in
fratre Minore dicendum est,quia ipse est seruus religionis: & li-
cèt Bal.videatur loqui in arbitro,idem tamen videtur in arbitra
tore per supra dicta:quia cū eadem ratio sit in arbitratore , quæ
est in arbitro quantum ad propositum,idem dicendū est in arbi-
tratore,vt dicit Ang.in d.consi. 272. Sed circa hoc , quod dictū
est de fratre Minore , cadit dubitatio necessaria , quia licet fra-
ter Minor prohibeatur esse arbitrator , vt supra dictum est, ta-
a men [a] ex quo constitutus fuit, & laudum protulit simul cum a-
lijs , videbatur prima facie dicendum, quòd valeat ,quia multa
prohibentur fieri quæ tamen facta tenent.l.1.§.biduum ff.quan
do appell.sit l. relegatorum. in § ad tempus.ff.de inter.& releg.
& specialiter in proposito facit quod no. Fede. de Senis.in consi.
11 293.Factum tale in ver.item posset forsan attenta. † vbi dicit in
terminis,ꝙ sicut in clerico ,cui interdictum est officium tabel-
lionis, tamen si instrumenta conficiat,valent , vt not. Hostien.
& Ioan.And. in cap. sicut. ne cle.vel mona. sic secundum Fede.
videtur in Guardiano ordinis fratrum Minorū,quia licet sit ꝓ-
hibitus per cle.exiui.de verb.signi.si tamen superior non prohi-
buit,nec oppositum sit, tenet executio ab eo facta , quia non est
facta ꝓhibitio propter vitium, sed pp pefectionem regulæ , &
decisionem Fede.cōprobat Ro.in ꝯsi. 409. Quo ad primum . &
in simili de prælato no. Abbas post alios in cap. decernimus. de
iudi. Sed tamen his non obstantib. contrarium de iure esse arbi-
tror, videlicet ꝙ compromissum factum contra prohibitionē
dictæ cle.exiui.& pariter laudum sit nullum , per regulam com-
12 munē,† quia actus gestus contra legem non valet.l.non dubiū .
C.de legi.c.2.de testi.& in regula,quæ contra iūs.de reg.iur.in 6.
Et non vr̄ differentia,an lex prohibeat simpliciter,vel vltra pro
hibitionem vlterius procedat annullādo,quia vtroq; casu actus
est nullus,vt no.Bar.in d.l.non dubium.in 2.not.Bal. ibi in quar-
to no. & tradit Alex.in l.1.ff.de libe & posthu.& in consi.24. In
specto processu.lib.4.& ex hoc intentio nostra fundata videt̄.
Non obstant allegata supra in contrarium : & primò iura , quæ
dicunt, ꝙ multa fieri prohibentur,quæ facta tenent: quia respō
detur secundum Bar.in d.l. non dubium in versi quandoq; quæ
13 ritur. † vbi concludit,ꝙ quādo lex prohibet actum , & vltra ꝓ
cedit confirmando actū non obstante prohibitione, tunc actus
remanet validus : & hoc modo procedant iura allegata supra in
contrarium,videlicet in d.l.j.§.biduum.cum simi. si vero prohi-
bitio facta sit a lege simpliciter,& vltra non ꝓcedit, & actus est
nullus,& ita videtur in isto casu. & not. Dy. in regula, quæ con-
tra.in fi.de reg.iu.in 6.& Bar.in d.l.1.§.biduū. Secundo non ob-
stat decisio Fede.in d.consi.293.quia secundū doctrinam præce
dentem non videtur uera,quia in d.cle. exiui. est facta prohibi-
tio simpliciter,& papa ibi ultra non procedit confirmando : er-
go vr̄,ꝙ actus in contrarium sit nullus. & ratio,quam Fede.ad-
ducit,non valet,dum arguit de clerico seculari ad regliosum,qđ
quidem arg. nō valet,quia in religiosis est strictior prohibitio ,
vt dicit tex.in c. sed nec procurationes . in ver.districtius autem.
14 ne cle.vel mona.† Et quia religiosus , & monachus seruo æqui-
parantur,ut no.per Inno. in c. cum olim. de priui. & cum seruo
actus est nullus,licet non opponatur,ut no. Ange. in l.cum præ-
tor.§.non autē in prin.ff.de iudi.seruus enim prohibetur simpli
citer esse in iudicio l.seruus C. de iud. & si contra prohibitionē
b seruus interueniat vt procurator,non valet [b] iudicium,licet non
opponatur,vt no.Ang. post Ia. Bu. in d. l. seruus. per illum text.
Et partes non possunt habilitare seruum,vt iudicare , vel esse in
iudicio possit,vt no. Abb.in c.sciscitatus.de rescrip. Et ex ista æ-
15 quiparatione serui,& religiosi infertur, † ꝙ instrumentum , de
quo rogatus sit religiosus,non valet,quia idem esset in seruo , ꝗ
tabellio esse non potest,in l.generali.C.de tab.libro x. Et si quis
fuisset prius notarius,& postea seruus efficeretur , esset omnino
inhabilis ad officium notarij,quia per seruitutem omne ius a iu-
re ciuili inductum extinguitur. l.ex facto. §. Iulianus. ff. de vulg.
& pup.idem ergo in monacho,& religioso dicendum est. & istā
æquiparationem de religione, & seruitute superueniente facit
Bal.in l. 2.circa fin.C.de senten. & de his latius dixi in c. decerni-
mus.de iudi.ex quibus manifeste patet, ꝙ rō allegata per Fede.
non ualet. Non ob.ꝙ dictum Fede.vr̄ approbatum cōiter,quia
quandoque doct.nostri non perscrutantur rationes,& imitan-
tur aues,quæ quando vna uolat,aliæ omnes sequuntur: unde da
tō,ꝙ opinio Fede.esset cōiter approbata,communis opinio nō
attenditur quando, contraria esset fundata melioribus rationi-
bus,ut no.Io.And in c.1.in fi.de const. & Abb. ibi sequitur cir-
ca fi.per l.1.§.sed neq; ex multitudine auctorum.c. de uete. iure
enuclean. & ad idem tex.in ca.capellanus. de fer. vbi Abb. in pe-
16 no.Dom.in c.1.in ver.not.argumen.de sum. Trin.in 6. † Iustius
enim,& æquius est illi sententiæ in hærere, quæ melioribus fulci-
tur rationibus , etiam si imperator sit in opinione ꝯtraria. l. Ae-
milius ff.de mino.& ita Ang.dicit in consi.170.Sanctissima,& il
lustrissima.cum si.ut dixi in d. c. j.de consti.& ita uidetur in isto
casu per supra dicta . ex quibus omnibus concurro in sententiā
domini consultoris .

ADDITIONES.

a ¶ Tamen.) totum residuum huius consilj est ad verbum repetitum infra consil. 499. num. 6. vsque ad nu. 13.vsq; ad nu.14.paucis ibi,nu. 13. paucis ibi,nu. 10.nu.11.interiectis. nolui tamen hic delere , cum sint diuersa consilia. idem quandoque practicabat Alex.vt apud eum detexi.

b ¶ Non valet.] Idem infra consi.499. nu.9.sed falsum est. fa.quæ dixi in c. 1.de rescrip. in 6. super glo.& in l.vniuersis. in lectura Tubingensi. C. de præcib. impera. offeren. Et Panor.in d. cap.sciscitatus , magis sentit pro opinione mea .

EPITOME Consi. CCCCXCV.

Quando filia faciat deficere fideicommissum iniunctum, si decesserit sine filiis.

Et quando per diuisionem remittatur fideicommissum.

Et non potest ab herede, qui non fecit inuentarium detrahi Trebellianica.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum appellatione etiam filiæ continentur.*
2 *Fideicommissum iniunctum alicui decedenti sine filijs etiam relictis filiabus expirat.*
3 *Filij, & ex eis descendentes, nomina appellatiua sunt, quæ agnationi non conueniunt, quæ à iure ciuili nomen recepit.*
4 *Personarum appellatione tam masculi, quàm feminæ comprehenduntur.*
5 *Descendentes ab aliquo per lineam fœmininam de eius genere dicuntur.*
6 *Proles dicitur omnis descendens in infinitum.*
7 *Conditio tacita, quæ in persona grauati intelligitur, si sine filijs decesserit, tam in fœminis, quàm in masculis verificatur.*
8 *Testator quando in vna conditione de filijs masculis exprimit, & in alia de filiis simpliciter, de masculis non intelligitur.*
9 *Testatoris voluntas in primis attenditur.*
10 *Testamenti vna pars per aliam declaratur.*
11 *Testator si in principio testamenti de filio simpliciter mentionem fecerit, & postea expressam mentionem de masculo, de eodem masculo intellexisse videtur.*
12 *Clausula, si decesserit sine liberis, ex coniectura mente testatoris de masculis intelligitur.*
13 *Testator, qui filios masculos instituit, & filias ab vniuersali hæreditate excludit, etiam illas à reciproca substitutione exclusisse videtur.*
14 *Statuto Mantuano, quo cauetur, quòd extantibus masculis feminæ non succedant, si testator filios instituit, feminę includuntur.*
15 *Masculinum in materia differenti fœmininum non concipit.*
16 *Masculus à femina de iure communi nihil differt.*
17 *Fideicommisso renuntiatum videtur, quando in bonis aliud ius non competebat.*
18 *Factum contra suum quis venire non potest, & ideo clausula, contra factũ suum &c. tacitè in omnibus contractibus intelligitur.*
19 *Renunciare quòd quis velit iuri suo non præsumitur.*
20 *Renunciatione non venit nisi illud, quod exprimitur.*
21 *Fratres hæreditatem diuidentes fideicommissi notitiam habere non præsumuntur, nisi aliter de scientia probetur.*
22 *Legitima de fideicommisso detrahitur, quoniam de illa quodlibet onus reijcitur.*
23 *Trebellianica per quæ verba probibeatur.*
24 *Trebellianica an propter non confectionem inuentarij prohiberi possit. nu. 25. & 27.*
26 *Filius ergo heres, solet dici.*
28 *Legitima excepta magis ecclesiæ fauetur.*



Visso eleganti consilio consumatissimi iureconsulti domini Antonij Francisci de Doctoribus qui fuit collega meus Paduæ, & cum quo erat mihi non leuis amicitia, præter morem eorum, qui in lectura congrediuntur: & hac ratione noluissem sententiam, & iudicium eius impugnare, uerum amicorum precibus deuictus, & quia scriptum est, amicus Plato, amicus Socrates, sed magis amica veritas: idcirco pro veritate, & iustitia dicam, quod mihi videtur. Et in præsenti consultatione in primis quæritur, An claudia filia Sebastiani de Maraschis faciat deficere fideicommissum iniunctum Sebastiano eius patri, si decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus. & de iure communi res clara videtur, ꝙ sic, quia illa
1 verba, sine filijs, etiam in filiabus verificari videtur: † quia appellatione filiorum etiam filiæ continetur. l. si quis ita. in princ. ff. de test. tut. l. si ita scriptum. in princip. ff. de leg. 2 l. iusta. de verb. significatio. & per ista iura in terminis concludit Ioan. Andr. in ca. Raynaldus. de test. & sequitur ibi An. de But. in fin. in ver. circa primam partem. Alexand. in consi. 55. Ponderatis his. in ver. præ-
2 terea illa verba. libr. 3. † quòd fideicommissum iniunctum alicui decedẽti sine filijs etiam relictis filiabus expirat, & unica etiam filia sufficit. l. non est sine liberis. ff. de ver. sig. no. Bar. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb facit tex in l. j. C. de cond. in ser. & in l. quisquis. ff. de verb. sign. Et ista conclusio de plano procedit, nisi aliud appareat de uolũtate testatoris, ꝙ uoluerit de filijs masculis intelligere, ut no. Bar. in l. si. in ver. iuxta hoc qro. ff. ad Treb. est ergo videndũ, an in casu isto apparet de uoluntate testatoris, ꝙ tantum de masculis intellexerit. & per dominum Consultorem conclusum fuit, ꝙ non constat sufficienter testatorem intellexisse tantũ de masculis, quia non vr̃ habuisse respectũ ad agnationẽ, quæ in masculis consideratur. §. 1. institu. de legi. agna. tut. & hoc secundum cum colligitur ex eo, ꝙ testator habebat fratres carnales, quos non vocauit, sed montem pietatis substituit nulla habita ratione de fratribus, per quos agnatio conseruata fuisset. & ꝙ testator non considerauit agnationem probatur, quia voca-
3 uit filios, & ex eis descendentes: † ista enim sunt nomina appellatiua naturæ, quæ non conueniunt agnationi, quæ recipit nomẽ à iure ciuili, ut no. Bar. in l. tutelas. in prin. ff. de c. dimi. & quia uo-
4 cauit descendentes vsq; ad diffinitionem psonarum: † nam sub isto nomine personarum tam feminæ, quam masculi cõprehenduntur, ut no. in auth. item quęcunq; communitas. C. de epis. & cler. & quia uoluit testator hæreditatem eius deuenire in eius generationem, & prolem quæ verba etiam naturalia sunt, & comprehendunt tam fœminas, quàm masculos, de generatione probatur in c. nouit. de iudi. vbi Anto. de But. in 4 no. dicit per illum
5 tex. † ꝙ descendentes ab aliquo per lineam fęmininã dicunt de
a genere [a] eius. & idẽ tradit Pau. de Cast. in l. 1. C. de condi. inser. &
b in consi. 316. Suprascriptus dominus consultor. in nouis. Io. de Imo. in consi. 62. Post exhibitum consilium. Maria. Soci. in cons. 25. Dominus Franciscus. & Pet. Phil. de Cor. in consi. 223. In hac consultatione. lib. 4. cũ si. vt dixi in d. c. nouit. Et idem de prole
6 no. Bal. in c. j. de gra. suc. in feu. vbi p illum tex. dicit, † ꝙ proles dr̃ omnis descẽdens in infinitum; & sub noĩe descendentiũ veniũt tam masculi, quã feminæ, ut Alex. concludit cõsi. 160. Viso themate. in prin. li. 2. allegat tex. in Auth. de hære. quæ ab intest. post prin. & in l. si C. de suis, & legit. & cum prædicta vocabula naturalia sint ita in feminis, sicut in masculis debent verificari, arg. l. maximum vitium. C. de libe. præt. & ad hoc facit tex. in l. cum auus.
7 de condi. & dem. & in l. cum acutissimi. C. de fideicom. † vbi tacita conditio, quæ intelligitur in persona grauati, si decesserit sine filijs tam in fœminis, quam in masculis verificatur. Non obstat, ꝙ in ultimo gradu substitutionum, dum vocauit montẽ pietatis, illa substitutio facta fuerit nullis relictis filijs masculis: quia dominus consultor respondet, ꝙ illud dictum de masculis tãtum vr̃ procedere in illo vltimo gradu, in quo expresse dicitur
b de masculis secus [b] vr̃ in alijs gradibus præcedentibus, in quibus simpliciter de filiis dicitur: & ad hoc videtur decisio Io. de Ana. in consi. 22. Ad probandam. vbi specialiter in proposito conclu-
8 dit, † ꝙ quando testator in vna conditione exprimit de filiis masculis, & in alia conditione loquitur de filijs simpliciter, non intelligitur de masculis, quia si ita voluisset testator, expressisset, ar gu. l. j. §. sin autem ad deficientis. C. de cad. tol. & in capitulo ad audientiam. de deci. Nec obst. si dicatur, ꝙ verba præcedẽtia, in quibus dixit testator de filijs simpliciter, debent declarari per sequẽtia, in quibus expresse dicitur de masculis, iuxta l. si seruus plurium. §. fi. de leg. 1. in fi. quia respondet dominus consultor hoc esse verum, qñ esset eadẽ ratio, sed in casu isto vr̃ ratio diuersitatis manifesta, quia in vltimo gradu substitutionis, ubi exprimit de masculis, vr̃ excludere fœminas, quæ sunt remotiores in gradu ipsi testatori: non sic videtur in primo gradu substitutionis, quia excluderetur filia Sebastiani neptis testatoris, quę est proximior: & videtur magis dilecta. arg. l. Publius. §. fin. de cond. & dem. & ista sunt in effectu, quæ habentur in ɔsi licet plura verba non necessaria effundantur, quę gratia breuitatis non refero. Quibus nõ obstantibus vlterius cogitanti contrarium esse de iure arbitror; & concludo in casu isto, ꝙ Thomas filius Christophori testatoris vocatus sit ad fideicommissum iniũctum Sebastiano alteri filio, si decederet sine filiis legitimis & naturalibus: nam talis conditio intelligitur de filiis masculis ex mente, & intẽtione testatoris: & ideo Claudia filia Sebastiani nõ videtur in casu proposito excludere Thomam fideicommissarium. Et ista conclsio probatur ex
9 eo, † ꝙ uoluntas testatoris in primis attenditur. lege in conditionibus primum locum, in prin. de condit. & dem. l. cum quæstio. in fi. C. de lega. cum si. quæ nota sunt. & tacita volũtas etiam sufficit, quæ ex coniecturis colligatur. l. cum proponeretur. in fi. l. qui solidũ. §. j. de lega. 2. l. cum auus. de condi & demon. in l. licet imperator. vbi Bar. de leg. j. & ideo in fideicommissis potius voluntas, quàm verba inspicit. l. cùm virũ. C. de fideicom. l. 3 §. conditio.

ADDITIONES.

a ¶ Genere.] vt dixi in consue. Paris. §. 12. nu. 3. idem Pau. consil. 316 supra scriptis. consi. 300. Super quinto lib. 2. tex. in c. nouit. & ibi Anto. Butr. notab. 4. Phil. Deci. num. 16. de iud. idem appellatione prolis. Secus in substitutione facta illorum de domo, & progenie, ut per Phil. Corneum. consil. 55. lib. j. consil. 26. consi. 41. lib. 4. post Bart. in l. tutelas. de capitis diminu. l. pronunciatio. in fin. de verb. sig. l. vlt. C. eo. Iaco. de Are. l. j. in prin. ad Syllan. Ang. vterq; Imo. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ad Treb. laté Alex. consil. 213. lib. 6. quia tunc intelligitur de agnatis, idem quoties, & quatenus alias apparet mentem testatoris fuisse substituere illos tantum, per quos conseruatur dignitas generis, & domus; quia tunc etiam appellatione descendentium ex filiis non continentur fœminæ, ut per Ludou. de Gozad. consil. 45.

b ¶ Secus.) Et bene, quamuis alias repetitum videatur secundum ea, quæ dixi in annot. ad Alex. consil. 3. lib. 4. & ad Deci. supra consi. 15.

ditio.de adi.lega.& in casu isto euidens, & fortis coniectura vr̃, quia testator vocauit ultimo loco montem pietatis Mantuæ nõ existentibus filijs, vel descendentib. masculis: tali casu clarum est, quod filia non excluderet mõtem pietatis: quia expresse dicitur de masculis, ergo non potest intelligi de fœmina, ut patet ad sensum.& no. Abb.in consi.36.Casus quidam Andreas. versi. sexto & ultimo. in primo lib. sicut ergo in ultimo gradu substitutionis testator disposuit de filijs masculis, & sic uidetur habuisse respectum ad agnationem, quæ in masculis conseruatur.§.j.insti.de legi.agna.tute.& no.Bal.in auth.in successione.C.de suis & legi.eodem modo vr̃, ꝙ in alijs gradibus substitutionum illa uerba, sine
10 filijs, intelligantur de masculis, †quia vna pars testamenti per aliã declaratur.l.qui filiabus.in princi.de lega. 1. & hoc expresse dicit
11 Abb.in ɔsi.præallegato 36.in versi.nec obstat.† vbi inquit, ꝙ licet testator in principio testamenti fecerit mentionem de filio simpliciter, si postea fecit expressam mentionem de masculo, etiam in principio videtur intellexisse de masculo: quia uerba præcedentia declarantur per sequentia.d.l.si seruus plurium.§. fi. in d.l.qui filiabus.in prin.in l.fi.§.cui dulcia. ff. de uino triti. oleoque lega.& idem in simili casu consuluit Raph.Cuma.in cõsilio 117. A.in testamento instituit. vbi erat facta substitutio filio instituto decedenti sine filiis maribus legitimis, & naturalibus, & idẽ filio decedenti sine nepotibus simpliciter: propter verba præcedentia cõcludit, quod intelligatur pariter de nepotibus maribus.& s̃m istam conclusionem consuluit Pau.de Cast.in consi.358.Viso di-
12 cto testamento.† Vbi concludit ꝙ illa cõditio, si decesserit sine filijs.ex coniectura ta mente testatoris intelligitur de masculis,& mens testatoris ibi colligitur ex eo, ꝙ masculos hæredes uniuersales instituit, & filiabus quędã bona particularia reliquit. & idẽ
13 tradit Pau.de Cast.in consi.79.Casus iste frequenter ɔtingit.† vbi concludit, ꝙ pater, qui instituit filios masculos, & filias exclusit ab uniuersali hæreditate, censetur etiam uoluisse illas excludere à reciproca substitutione.allegat Bart.in d.l.fin. ff. ad Trebellia. qa testator censetur habuisse respectum ad agnationem, & lineam masculinam,& uoluisse bona remanere in familia, ut latius prosequitur Pau. ibi. Et ratio prædicta manifestè uidetur habere locũ in isto casu, in quo testator expresse dicit, ꝙ intendit conseruare dignitatem generis sui,& domus. accipitur enim domus hic pro agnatione, ut no.in l.1.in princ. ff. ad Syllania. vbi Barto. post Iaco.de Are.& in l.pronunciatio.§.familiæ.ff.de verb.sign.& idem indicant alia verba, dum inquit, ꝙ intendit, & uult hæreditatem suam præsentem, & futuram transire non posse, nisi in generationem,& prolem prouentam vsque in præsentem diem,& in futurum proueniẽdam ex dictis eius testatoris filiis legitimis, & na
a turalibus: nam ista verba intelliguntur de masculis, [a] prout postea inferius exprimit, de masculis. ex quibus omnibus uerbis patet, ꝙ habuit testator respectum ad agnationẽ, ut bona remaneãt in familia:& ideo illa verba, sine filijs, intelliguntur de masculis,
14 ut dicit Pau.de Cast.& hoc idem comprobatur: † quia est statu-
b tum [b] Mantuæ, ꝙ extantibus masculis fœminæ non succedant. quo casu si testator instituit filios, in tali loco non ueniunt filiæ, ut no.voluit Pet. de Anch. in l. tres fratres. ff. de pac. & sequitur Ale.in l.Gallus.§.j.in fin.ff de libe.& posthu. & in l. hęredes mei. §.cum ita.in verf.pro hoc facit.ff. ad trebellia. nam propter statu
15 tum, quod facit differentiam inter masculos,& fœminas, † & in materia differenti masculinum non concipit fœmininum, not. Barto.in l. prima.ff.de uerb.sign.in l. prima in fin. ff. de pecu. Bal. in l.seruus. C.communia.de suc. in l.in militis. in uersic. & nota, ꝙ masculinum. ff de statu homi.& ita alias consului in fauorem
c substituti contra filiam, ut patet in consi. 15. [c] Et ista conclusio videtur bene procedere in isto casu, in quo Thomas, qui est patruus, & sic agnatus reperitur substitutus secundum resolutionẽ, quam facit Pau. de Cast.in d.consil. 79. & idem nouissime tradit Alex.in consil.39. Perspectis his, quæ in themate narrantur. lib. 6.vbi concludit pro substituto, si sit de agnatione testatoris, put in casu nostro contingit. & ad confirmationem prædictorum facit quod in simili casu notat Cuma. considerando fauorem agnationis in consi.2 Proponitur, quòd ser Blanchus.& Fulg. in consilio 18.Solonutia fecit testamentum.& in consi.37.In proposita q.& nouissime cum supra dictis etiam concordat Socin. in cons. 14.Viso testamento.libro tertio. Non obstant allegata supra in contrarium: & primo dum dicitur, quod testator non uidetur habuisse respectum ad agnationem ex eo, quod locum pietatis substituit, & nullam rationem habuit de eius fratribus: quia respondetur, ꝙ imo non paruam videtur habuisse considerationẽ de agnatione per ea, quæ supra dicta sunt,& fratres præteriit testator, quia substitutio de monte pietatis facta fuit decedẽtibus filijs testatoris, & descendentibus sine filijs. & stante hac forma
d substitutionis testator naturaliter cogitauit, [d] ꝙ post eius filios,& descendẽtes fratres sui nõ essent in rerum natura, & respectu filiorum, & descendentium vr̃ considerasse fauorem agnationis ex eo, quod dixit de filijs masculis ĩ ultimo gradu substitutionis, & per alia, quæ supra dicta sunt. Non obstat, ꝙ testator usus fuerit verbis denotantibus naturam, quæ non conueniunt agnationi: quia hoc uerum est, si verba talia de se deberẽt ɔsiderari: sed in casu isto ɔcurrunt alia uerba, quæ videntur præponderare ad iudicandum, ꝙ testator habuerit respectũ ad agnationem per ea, quæ s̃. dicta sunt.& præsertim quia testator expressam fecit mẽtionem de masculis. Nõ obstat respõsio domini ɔsultoris, ꝙ fuit facta mentio de masculis in ꝑsonis remotioribus, ex quibus non videtur bene inferri ad filiam proximiorem in gradu. Et quia si in prioribus substitutionibus, in quibus loquitur de filiis simpliciter, uoluisset intelligere de masculis, illud expressisset, sicut ex-
e pressit in ultimo gradu substitutionis: quia [e] ad ista respondetur, ꝙ exprimendo de masculis voluit considerare agnationem, per illa, quæ s̃. dicta sunt. Et ista ratio agnationis uidetur generaliter habere locũ tam in fœminis proximioribus, quàm in remotioribus. Et prædicta ratio agnationis ɔseruãdæ operatur, ut non solũ intelligatur de masculis, vbi hoc exprimitur: sed ẽt in aliis partibus testamenti, in quibus dicitur de filijs simpliciter, tñ de masculis intelligatur, quia militat eadẽ ratio agnationis ɔseruãdæ: & dispositio s̃m rationem eius debet regulari.l.illud.ff.ad legẽ Aquiliã.& in l.à Titio.de verb.obl.Nõ obstat qđ habetur in l.cũ anus. & in l.cũ acutissimi.C.de fideicom.quia respondet Pau.de Cast. in d.consi.79.Casus iste.col.2.ꝙ dicta iura procedunt inspecto iu
16 re ɔmuni, † s̃m quod non fit differentia inter masculum, & fœminam, l.maximum uitium.C.de libe.præte.Secus uidetur stante statuto exclusiuo fœminarum,& attenta uoluntate testatoris, qui uoluit præferre masculos fœminis, per s̃. dicta. Et ita breuiter remotis omnibus allegatis. s̃.in contrarium firmata remanet cõclusio, ꝙ Claudia excludatur,& nullo modo faciat deficere fideicommissum iniunctum Sebastiano eius patri, si decederet sine filiis: quia de masculis tantum ex mente testatoris intelligitur: & ita primum dubium absolutum sit. Venio ad secundum dubium, in quo dominus ɔsultor insistit, videlicet an per diuisionem factã inter dictos fratres Sebastianũ,& Thomã de bonis communibus videatur renũtiatũ fideicõmisso, quod nunc Thomas ɔsequi intendit. Et dominus consultor ɔcludit, ꝙ ꝑ verba generalia, & prægnantia, quæ sunt in instrumento diuisionis, videtur renũtiatum fideicõmisso ɔditionali de futuro per ea, quæ tradit Ioan. Andr.in additio.Spe.in tit.de testa.§.in primis.versi.quid si duobus.& videtur sequi Alex.in l.qui Romæ.§.duo fratres.in versic. aduerte tñ.de verb.obl.& ad idem facit quod no.Bar.in d.§.duo
17 fratres.in 6.questione.† vbi concludit, ꝙ videtur renuntiatũ fideicommisso, qñ in bonis aliud ius non cõpetebat arg.l.2.ff. de libe. & posth.adducit etiam dñs consultor quod tradit Ale. in consil. 8.Viso themate.lib. 5.ubi sequitur dicta Bar.in d.§.duo fratres.in 8.quæstione. Sed tamen his non obstantibus non uidetur, ꝙ fideicommissum conditionale quod pendebat tempore diuisionis,
* remissum fuerit: quia secundũ * *communem* opinionem per diui-
f sionem [f] factam inter grauatos onere futuri fideicommissi non uidetur remitti fideicommissum, data, ꝙ partes promittant non contrauenire diuisioni, quia diuisio de se non inducit remissionẽ futuri fideicommissi, l.cũ pater.§.hæreditatem.el.2.ff.de lega. 2. not. Barto.in d.l.qui Romæ.§ duo fratres.in 1.& 2.q. Et quia illa clausula genaralis, in qua diuidentes promittunt non contra facere diuisioni, restringitur ad specificata, argu.l. si de certa. C. de transac.in l.fi.§.idem quæsijt.ff.de condi.ind.& idem tenet Paul. de Cast.in cõsi.92.Quia dubia suprà formata.& dicit Pau.de Cas. in l.tres fratres.ff de pac.quod ita cõmuniter tenetur.refert Ale. in d.§.duo fratres.ubi residet cum ista opinione. & idem Bald. in consi.54.In testamento Rolandi.in 1.lib.in consi.69 Res prohibitę alienari.lib.3. Roma.in consi.403.Pro decis.in princip. Cuma. in consi.141.Visis tenore.circa fi.& Fulg.in consi.41.Casus talis proponitur.in tertio dub.ubi concludit, quod frequentior sit illa sententia, quòd per diuisionem hæreditatis factam inter fratres scientes de fideicommisso.& si subiecta sit clausula, contra ea non fieri. non derogetur fideicommisso post mortem dato adinuicem fratribus, si sine filijs decessissent. & idem Alexan concludit.

ADDITIONES.

a ¶ Masculis.] [redacted]

b ¶ Statutum.] Istud argumentum non ualet, quia loquitur in causa intestati, [redacted]

c ¶ Consi.15.] vbi pessimè consuluit,& hic [redacted], & veritas erat filiam absoluendam.

d ¶ Cogitauit.] Ista sunt somnia, imò deliria, quia fratres verisimiliter erant relicturi nepotes.

e ¶ Quia.) similem responsionem,& extensionem facit Ludo. de Goza. consil. 45. nume. 16. post Bald.in l.prima. C.de ijs, qui an.aper. tabu. Sed non est vera.

f ¶ Diuisionem.) Suprà consi. 86. [redacted]

concludit in consi.21. Viso compromisso in prin.lib.5.& idē nouissimè consuluit Alex.in consi.208. Ponderatis narratis li.6.ubi dicit istam communem esse opinionem,à qua in iudicando non est recedendum. & dicit istam communem opinionem procedere,etiam si in diuisione dictum sit,ꝙ non possint contrauenire ali
18 qua ratione,vel causa : † quia talia verba inerant tacitè, cum qs non possit venire contra factum suum.l.post mortem.ff.de adop. & expressio eius quod tacitè intelligitur,nihil operatur.l.3. de le. 1.& cum prædictis etiam concordat Alex.in consil. 167. Visis,& ponderatis lib.7.& Soci.in consil.31. Viso testamento Ioannis.in versi.2 dubitatur.libr.4. & ista conclusio maxime videtur procedere,quando verba diuisionis relata sunt ad tempus præsens, & ad iura præsentia:quia tunc clarum est,ꝙ futurum fideicommissum non videtur remissum,ut no.Ange.in consi. 286.Pro clariori decisione.per l.cum stipulamur.de uerbo.obl.in l.si à colono.eo. titu.in l.si quis ita ff.de auro,&arg.lega.& idem no.Raph.Cuma. in consi.105.Testator instituit.in princ. & idē Corneus Perusinus in consi.340 Quamuis videatur.in prin.libr.1. & dixi in consil.86. in 2 col.Non obstant allegata in contrarium:& primo quod dicitur de verbis generalibus,& prægnantibus,quia illud uidetur procedere,quando verba prægnantia essent relata ad futurum,secus si referantur ad præsens tempus,prout narratur in isto casu: quia relatio videtur facta ad præsens,& præteritum,unde nullo modo videtur remissum fideicōmissum conditionale de futuro per ea, quæ suprà proxime allegata sunt. Prætereà procedit illud dictum Io.An.ut dictum est,in quæstione, in qua communis opinio est in contrarium,per ea, quæ suprà allegata sunt, & à cōi opinione non videtur esse recedendū.Itē illud dictum posset habere locū, quando essent verba adeo prægnantia, quæ non posset restringi salua ratione recti sermonis,aliàs secus: unde illa verba, alia quacunque ratione, restringuntur ad similia expressis,ut notat Cal. in consi.2.in fi.de rescri.facit tex.in l.fi.§.cui dulcia.ff.de uino,fru. oleoque lega.in cle.non potest.de procu.cum similibus: ut tradit Ro.in consi.42.Visis.in fi.in consi 92.Indubitatissimā.& quia istæ clausulæ veniunt accessoriè ad principalem dispositionem,& illā non deberent ampliare,cle.1.in fi.de præb.& quia in tali clausula prægnanti agitur de renūtiatione iuris quæsiti,ideo debet strictè intelligi,& restringi: quia tales renuntiationes plerunque apponuntur cum parua causæ cogitatione,& ex quadam consuetudine notarij.ita Card.dicit in consi.120. Titius obligauit se. in fi.fa-
19 cit quod not.Bar.in l.1.in 6.q.in fine.ff.de iure codici.† & quia renuntiatio non est verisimilis,nec præsumitꝰ, ꝙ quis velit iure suo renuntiare,c.super hoc.de renuntia.notat Bald.in l.prima.in vlti. nota. C.de edic. diui. Adrian.tollen. Et ex aliquo actu etiam proximo non inducitur renuntiatio,nisi expresse agatur,c.sanè.cum glossa in verbo,sustinere.in fine.de renuntia.not.Car.in consi.30.
20 In hac dubita.† & in renuntiatione non venit nisi illud,quod exprimitur:ideo qui renuntiat liti, non per hoc videtur renuntiare titulo beneficij,ut not.Cald.in consi. 5. An habens. in fi. in tit.de præben.Etaccedit,quòd talis renuntiatio fideicommissi non est verisimilis ex patre Thomæ,qui filios masculos habebat, quibus verisimiliter non videtur pater voluisse præiudicare, argum.l.fi. C.de cura.furio.in l.si furioso puberi.in fine.ff.de cura.furio.facit tex.in l.nec in ea ff.de adult.Et verisimiliter sperabat, quod conditio fideicommissi de filijs masculis deberet verificari in eius fratre Sebastiano, qui filiam tantum habebat. Et cum hoc non esset verisimile, requiruntur clariores, & fortiores probationes,c. quia verisimile.de præsump.ubi Abbas in secundo nota. & notat Spec.in titul.de probatiō.§. fi.Bal.in l.transactionem.C. de transactio.& ibi etiam Alexander.& idem Alexander in consilio centesimono. In casu prædicto. in fi. libro tertio. & ideo in casu isto non videtur sufficiens illa probatio, quæ fundatur in illa generalitate verborum. Postremò considerandum est, quòd non probatur istos fratres, qui hæreditatem paternam inter se diuiserūt, habuisse notitiam fideicommissi reciproci inter eos,& in suis,& necessarijs hæredibus ignorantia testamenti , & fideicommissi præsumitur.l.eius,qui.in §. quòd si stipulatus.ff.si certum petatur & ibi Bar.& idem Bart.in l.qui Romæ.in §.duo fratres.in 3.quæstione.de verborum obligationib.cum enim isti essent fratres, & filij eorum patris Christofori ab intestato potuerunt hæreditatem accipere, & ideo non videntur notitiam testamenti habuisse,prout etiam concludit Ioannes And.in additio. Spec. in tit.de
21 testamen.§. in primis.in versicul.quid si duobus.dicens , † quòd fratres diuidentes hæreditatem non præsumuntur habere notitiam fideicommissi, nisi aliter de scientia probetur.argumen.l. verius.ff.de probationi.& idem dicit Angelus.in l. tres fratres.ff.de pactis.cum similibus,ut Alex. tradit in dicto §. duo fratres charta ante pe.in versi.extra gl.& ita etiam arguit Alexander in consi. 124. In causa, & lite. libro secundo. & in consilio 4. Videretur eo.lib.2.& idem Soci.in consi.31. Viso testamento.lib.4. Et stante ista conclusione,quod ignorantia præsumatur, tolluntur omnia, quæ in contrarium allegari possunt:quia non potest quis renuntiare iuri,quod ignoret sibi competere, l.mater. ff.de inofficio.testamento.Retenta conclusione, quod fideicommissum dicto Thomæ debeatur, & ꝙ illi per diuisionem factam inter dictos fratres renuntiatum non sit,ut suprà conclusum fuit. Superest tertia quæstio in qua dominus consultor prosequitur , videlicet de quibus bonis dictus Sebastianus grauatus potuerit disponere non obstante fideicommisso:& concludit,ꝙ potuit detrahere legitimam in qua grauari non potuit , & etiam Trebellianicā detrahere potuit,ex quo eodem tempore non detrahitur cum legitima.Et licet illam testator videatꝰ prohibere,in filijs primi gradus prohiberi non potuit.Primò quantum ad legitimam clarum
22 est,† quòd de fideicommisso detrahitur,quia de legitima quodlibet onus reijcitur,l.quoniam in prioribus.C de inoff.testamen. facit tex.in l.cum patronus.de lega.secundo.not.Angelus in consi.131.Ad decesionem.Roma.in consi.185.Pro decisione quæsitorum.in prin.in consilio 239. In hac re breuis ero.Fulgo. in consil.19.Tertiò principaliter. in consilio. 88. Proponitur. in secundo dubio.Cuma.in consil.25.Franciscus. Alex.in consilio 68.Circa præmissam consultationem.libr. 4.in consilio 78. Attentis verbis testamenti.in prin.libr.5.cum similibus, ut dixi in consilio 81. in princi.& de hoc non est dubitandum.Secundò quæritꝰ de Trebellianica,in qua res dubia videtur, quia videtur prohibita in testamento,dum inquit testator, ꝙ tota , & integra eius hæreditas
23 perueniat in filios & descendentes.†ista enim verba,quæ repetita sunt, videtur Trebellianicam prohibere, secundum * *communem* opinionem,vt latè tradit Alexander in consilio 5. Circa primum lib.tertio. & ibi alios refert.& idem Alexander in consilio. 149. Viso testamento.in fin.libro secundo.in consilio 133. Super quæsitis.libro 5.Ange.in consilio 125 Hoc est testamentum.versiculo,similiter credo.tamen quia plerique tenent ꝯrium, Rom. in consil.79.Totum fundamentum.& in consi.239. In hac re.Maria. Socin.in consi.14.Sequendo ordinē.& in consilio 33. Prosequendo ordinem. in versicul.secunda principalis dubitatio.prædictum fundamentum de prohibitione Trebellianicæ.non videtur tutū,& dato,ꝙ esset prohibita Trebellianica, in isto casu parū facit,quia dominus consultor dicit,ꝙ testator non potest prohibere Trebellianicā in filijs primi gradus,de quibus agitur,ut not. Bal.per illum text.in l.iubemus.C.ad Trebel.cum similibus,ut dixi in consi.81.in 4.dubio. vbi sum secutus istā opinionē.Sed breuiter ex alio capite concludendū videtur, ꝙ Trebellianica detrahi nō possit,quia Sebastianus,q erat grauatus,non fecit inuentariū,
24 ut narratur.† Vnde videndum est,an p p hoc sit priuatus, ut non possit detrahere Trebellianicam:& dubitabilis est articulus,quia uario modo doct.loquuntur.nam Bart.post Ia.de Bel.in auth.sed cum testator.in ver.quæro, an per non confessionem inuentarij. C.ad legem Falc.tenet partem negatiuam.& idē Bar.in l.Marcellus.ff.ad Treb.cū similibus:ut Alex.scribit ibi col.pe. & finali.ubi ipse videtur residere cum ista opinione , & idem concludit Alexander in consi. 29. Perspectis.lib. 5.cum similibus,ut dixi in consil.236. in quinto dubio. Sed vt dixi ibi alia est opinio principalis
25 affirmatiua,† ꝙ hæres [a] priuetur commodo Trebellianicæ,si nō fecit inuentarium,ut tenet Cy.in d.authen.sed cum testator.in 8. q.& sequitur Bal.in l.cū tale.§.1.de condi.& demon.& in d.auth. sed cū testator.& Sali.ibi in fi & ipse Bar. hoc tenet in consil. 234. Lena Matarelli.& idem Old.in consi.134 Satis credo in prin.Cuma.in ꝯsi.141. Visis.ubi refert opinionem Bal. in d. auth. sed cum testator.& dicit,ꝙ sibi verior vr:& Fulg.in consil.41. Casus talis proponitur.ver. illud quoque. ubi approbat opinionē Bal. quod hæres perdat Trebellianicā,si non fecit inuentariū:& dicit sæpius se cum clarissimis præceptoribus suis ita consuluisse: & idē Fulg. in consi.87.Proponitur.& in consi.96.Pro decisione. & idē ēt sequitur Pau.de Cast.in cons.36.Super primo quæsito.in primo dubio.in 2.parte.in nouis & cum supra dictis concordat And. Sicu. in consi.46.lib.3 & Guido Papæ idem concludit in q.53.inci.Obseruatur in iudicando. & licèt ipse videatur hoc limitare , vt non habeat locum in filijs primi gradus , quia filius agit quodammo-
26 do de dāno euitando:† quia dici solet filius,ergo hæres.17.q.vlt. c.fi.sed vt dixi in dicto ꝯs.236.in quinto dubio. prædicta limitatio non videtur vera,quia cōtra mentē doc.qui generaliter loquunt: & rationes,quibus mouētur,militant etiam in filijs, & in ipsis filijs vr esse maior ratio priuationis:quia ipsi duas quartas detrahūt secundū * *communem* opinionē:& ad hoc facit ꝙ no.Pau.de Cast. in l.iubemus.C.ad Trebellianum.in versicu.tertiam limitationē. ubi limitat illū text. non habere locū in filijs detrahentibus duas quartas,& in terminis in nostra quæstione tradit Corneus in cōs. 168.In hac consultatione.li.3.vbi cōcludit veriorē esse, & magis

* *communem*

ADDITIO.

a ¶ Priuetur.) Suprà consi.480.

* *communem* opinionem, † ꝙ hæres perdat Trebellianicam, si non
27 facit inuentariũ. & tñ eum hoc magis suadetur in filijs, quibus duæ quartæ debentur. Non obstat rõ, quã dominus Guido adducit: quia argumentũ eius nõ ualet, dum arguit, sicut filius nõ priuatur legitimã, non debet priuari Trebellianica: quia in legitima est longe maior ratio: qa illa est quasi debita, ut per gl. in l. si emãcipata. C. de iur. & fact. igno. & legitima reputatur æs alienum, ut not. Bart. in l. si quis legatum. §. si ff. ad l. fal. & patet, quia Trebellianica potest prohiberi non legitima: & rationem differentiæ tradit Cor. in d. ɔſ. 168. li. 3. Nõ obstat tex. in d. c. fi. 17. q. vlt. ubi fauorabilior est cã filiorum, quã ecclesiæ: quia illud est verum quantũ
a ad legitimam, ne filius in totũ excludatur, aliàs secus, [a] † quia ex-
28 cepta legitima magis fauetur ecclesiæ, ut declaret Pe. de Anch. in cõsi. 46. Prima facie. Bar. in l. 1. C. de sac. san. eccl. ver. circa primũ. Ant. de But. in conſ. 25. Ad primum dubiũ. Are. in conſ. 12 In causa Nicolai. & sic concludendum est ꝙ in casu isto Trebellianica detrahi non possit, ex eo, ꝙ Sebastianus non fecit inuentarium. & stante ista conclusione non obstat quod dicitur de filijs primi gradus quibus Trebellianica prohiberi non potest, quia hic non agitur de prohibitione hominis, sed de prohibitione, quæ inducitur à lege in pœnam. & cum fideicommissum, de quo agitur, factum sit fauore agnationis, ut s. dictum est, filij videntur instituti gratia agnationis; & tali casu institutus contemplatione alterius nõ potest quartam detrahere, ut no. dicit Bal. in l. post mortem. in ver. unũ est ualde no. C. de fideic. Et ad suprà dicta no. est, ꝙ licet Claudia filia Sebastiani sit de agnatione, tamen à testatore, qui uocauit masculos pro conseruatione agnationis, non reputatur agnata, sicut in simili statutum, quod uocat agnatos, non comprehendit fœminas agnatas, ut no. Io. de Ana. in consi. 4. Visis statutis. in 2 dubio. & idem Bal. in consi. 473 Circa quæstio libr. 5. & ex omnibus supra dictis firmatæ sunt tres conclusiones. Prima, ꝙ dicta Claudia non faciat deficere fideicommissum iniunctum Sebastiano patri decedenti sine filijs. Secunda, ꝙ fideicommissum nõ fuerit remissum per diuisionem factam à dictis fratribus. Tertia, ꝙ in tali fideicommisso non detrahatur Trebellianica.

ADDITIO.

a ¶ Secus.) Imo simpliciter, ut dixi suprà consi. 426.

EPITOME Consi. CCCCXCVII.

Gabellæ non debet solui ab ecclesijs, nec pro relictis pijs.

SUMMARIUM.

1 *Laici nullam potestatem habent statuendi in præiudicium ecclesiæ.*
2 *Gabellam ecclesia soluere non tenetur pro acquisitione facta ex titulo lucratiuo.*
3 *Statuto si caueatur, quod soluantur duo denarij pro libra, in relictis ecclesiæ locum non habet.*
4 *Ecclesiæ priuilegium per actum contrarium tolli non potest.*
5 *Præscriptio quo casu vim priuilegij habeat. 6.*
7 *Gabellæ in libro si quis descriptus non reperitur, probatur, quod gabellam non soluerit, & sic negatiua probatur. 8.*
9 *Consuetudo particularis non tollitur, nec à statuto superueniente illi derogatur, de qua statuentes verisimiliter notitiam non habuerunt.*
10 *Statutum licet disponat, quod in instrumentis dotalibus nulla præscriptio currat, præscriptio centum annorum non excluditur.*
11 *Statuti à generalitate persona priuilegiata excluditur.*
12 *Beneficium inuentarij, quod hæredi datur, competit: quando ex causa hæreditaria contra hæredem immediatè agitur.*
13 *Priuilegium, quod actum successiuum habet, per unicum actum contrarium non tollitur.*
14 *Dictio, relictis in ultima uoluntate locum habet.*
15 *Vocabuli de stricta ad latam significationem extensio fieri potest.*
16 *Extensio in pœnalibus ecclesiæ fauore fieri potest.*



IN causa domini operarij Pisani, qui conuenitur pro gabellis oblationum, seu commissionũ, quæ ab operarijs fiũt in ingressu officij, in dubiũ reuocatur, & quæritur, an in talibus casibus à dicto do Operario gabella solui debeat de iure. Et de primo generaliter in oĩbus gabellis ɔtractuũ res clara vř de iure cõi, ꝙ ab ecclesia, de qua
1 agitur, gabella solui non debet, † qa laici nullam habent potestatem statuendi in ꝑiudicium ecclesiæ. ca. ecclesia sanctæ Mariæ. de co[...] in prin. de reb. eccle. nõ alie. & 99 dist. in c. bene quidẽ & cum ecclesia, & bona ecclesiarũ non sint de foro seculari, c. 2. de foro comp. c. decernimus. de iud. c. seculares. de foro comp. in 6. pari ratione statutis laicorũ non subijciuntur, quia forum sortiri, & statutis ligari æquiparantur, ut no. Inn. in rub de consue. ubi Ant. de But. refert in vers. unam regulã habetis. & ibi dicit, ꝙ talem regulã posuit Cald. in quæstione incipiente, statuto Arch. 8 dist. in c. quo iure. Spe. in tit. de cõsti. § 1. in ver. & no. & hoc modo arguit Cuma. in ɔſ. 139. P. laicus. in princ. Pau. de Cast. in conſ. 69. Visis. & Alex. in consi. 209. Ponderatis. li. 2. Et in terminis de gabellis concludit Ant. de But. in cap. 1. in fin.
2 de censibus. † ꝙ ecclesiæ non tenenť soluere gabellas pro acquisitione facta ex titulo lucratiuo. & idẽ Ant. de But. in c. non eo, minus. de immu. eccle. repetit, ꝙ ecclesia non tenetur ad gabellas, q̃ soluuntur de contractibus, vel donationibus lucratiuis. alle. l. sancimus. C. de sacrosan. eccl. quæ est lex pe. & Bal. ibi per illum text. dicit, quòd ecclesiæ non debent soluere gabellam de contractib. suis. Et quòd statutum in contrarium non valet allegat Innoc. in cap. nouerint. de senten. excommu. & facit text. in auth. Item nulla communitas. C. de episcop. & cler. & in c. non minus. in cap. aduersus. de immu. eccle. & facit quod no. Bal. in l. 1. in ultima quæstione. C. de contrahend. emptio. & tradit Abb. in consi. 6. Casus, super quo. in secundo dubio. lib. 1. dicens, quòd clerici, & ecclesię non tenentur soluere gabellas. alle. c. quamquam. de censi. & cle. præsenti. de censi. & idem Fede. in consi. 207. Nos frifolus Iacobi. consuluit cum domino Grifolo in causa eis commissa, ꝙ ecclesia sancti Galgani non teneretur ad gabellas per dictum c. quamquam. & per c. super quibusdam. de verb. sign. & hoc idem de gabellis latè probat dominus Abb. in consi. 13. Vniuersitas ciuitatis. libro 2. & Ang. in consi. 24. Ecclesia non tenetur. in fi. ad proposi-
3 tum dicit, ꝙ † statutum, ꝙ soluantur duo denarij pro libra, non habet locum in relictis ecclesiæ, de quibus statutum non intelligitur, quia sunt priuilegiati. d. l. sancimus. & facit quod not. Abb. in c. ex literis. in fi. de vita, & honesta. cle. & in c. innouamus. de censi.
* ex quibus omnibus patet istam esse* *communem* opinionẽ, & ideo concludendum vř, ꝙ statutum laicorum de soluendis gabellis non habet locum in oblationibus, seu commissionibus, quæ fiũt ecclesiæ ab operarijs. & idem vř dicẽdum in alijs gabellis quibuscunque, & per suprà dicta. Nec obstat quòd quandoque ab operarijs soluta fuerit gabella pro contractibus factis ab eis, quia ꝑpter hoc non vř, ꝙ in præiudicium ecclesiæ sit sublatum priuile-
4 gium ecclesiæ, † cui operarij non potuerunt præiudicare, ut no. per gl. in c. priuilegium. 11. q. 1. in gl. fi. in fi. quæ alle. tex. in c. cum tempore. de arbi. & not. Inn. in c. accedentib. de priuil. vbi Abb. cũ si. ut dixi in c. accessissent. de consti. Secundò respondetur, ꝙ hoc priuilegium est negatiuum in non soluendo: quo casu tollitur ꝑ
a ꝑ factionem, quatenus contra factũ sit, sed in alijs remanet [a] priuilegium. l. uoluntariè. C. de excu. tutor. ubi Cyn. & Saly. in l. 2. C. de his, qui sponte mu. sub. lib. 10. & tradit Salyc. in l. falso. C. de diuer. rescrip. cum si. ut tradit Alexander in consil. 33. Ponderatis his. in princ. lib. 5. & idem Alexander in consil. 193. Ex præmisso themate. lib. 3. & secundum istam conclusionem, quæ ut suprà dixi, communis est, res clara videtur quocunque modo loquatur statutum, quia ecclesijs præiudicare non potest. Secundò principaliter in casu isto, etiam si verba statuti attenderẽtur, quęritur, an gabella solui debet de dictis oblationibus & commissionibus. Et prima facie videbatur dicendum, quòd sic, quia videtur quædam donatio: & statutum expresſè dicit, quòd de omni contractu, uenditione, donatione, & similibus soluantur octo denarij pro libra; & cum statutum generaliter loquatur, debet generaliter intelligi, argumen. l. 1. & l. generaliter. de leg. præstan. adeo quod dispositio generalis includit etiã personas priuilegiatas, ut no. Bald. per illum tex. in l. in fraudem. in fi. ff. de test. mil. ergo videtur, ꝙ comprehendantur ecclesiæ, licet priuilegiatæ sint & hoc suaderi videtur: quia alius operarius dominus Franciscus Aliata pro tali cõmissione videtur soluisse, quia de pecunijs numeratis oblatis empta fuerunt bona, pro quibus soluta fuit gabella, quo casu contraueniens priuilegio dato ad non soluendum videtur soluendo renuntiare priuilegio, nisi protestetur. l. 1. ubi Bar. C. de his, qui spon. mu. pub. sube. lib. 10. no. Ang. in l. 1. §. si quis tutor. ff. quando appe. sit facit. textus in l. 2. C. de iure do. impe. in c. cum accessissent. de const. ubi Abb. in ult. notab. in c. pro illorum. in ultimo nota. de præbend. Pet. de Anchra. in consil. 260 In quæstione, quæ uertitur. in fi. cum sim. Et ista conclusio uidetur cõfirmari ex eo, quod operarius sancti Francisci soluit gabellam pro commissione, seu oblatione ab eo factæ: pari ratione uideť, ꝙ operarius ecclesiæ cathedralis soluere debeat, cum nulla ratio diuersitatis inter unum operarium, & alium assignari possit. argumẽ. l. illud.

ADDITIO.

a Remanet.) Fel. Phil. Dec. c. cum accessissent. de consti.

illud ff. ad legem Aquiliam, & in l. 1. à Titio. de verb. oblig. & ista sunt quæ, ut intelligo, in fauorem gabellæ, & fisci adducuntur. Quibus tamen non obstantibus contrarium de iure esse arbitror videlicet quod dominus operarius nullo modo dictam gabellã soluere teneatur: & in hoc dominus Operarius habet fundatam intentionem ex eo, ꝙ talis gabella hactenus nunquã soluta fuit à tanto tempore, cuius initii memoria non est in cõtrarium, quo casu talis præscriptio habet vim priuilegii. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æstiua. & tanto tempore etiam reseruata principi acquiruntur, in c. sup quibusdã § ꝑterea. de uer. sig. & in tali præscriptione non requiritur titulus. c. 1. in fi de præscrip. in 6. Similiter bona fides non requiritur, ut no. Sal. in l 2. in prin. C. de seruitu. Et ex tali pręscriptione dominium directum acquiritur, ut not. Barto. in l. traditionibus. C. de pact. uer. ego dico. per d. l. hoc iure. §. ductus aquæ. Et Alex. ibi sequitur. & Socin. in consil. 127. Visis capitulis. & eodem modo currit pręscriptio absq; scientia superioris secundum gloss. primam in d. § ductus aquæ. in d. l. hoc iure. ubi Angel. & not. Bald. in ca. 1. in titu. quę sint reg.

6 † Vbi inquit, quod ista pręscriptio habet vim priuilegii concessi à principe ex certa scientia. & Anton. de Butr. in capitulo peruenit. de censibus cum similibus ut Alexand. tradit in consilio sexto. Viso themate. libro primo ubi dicit, quod ista est verior opi-

* nio, & magis * *communis*, & talis negatiua, quod hactenus gabella in isto casu soluta non fuerit, probatur per liberos gabellę, vt

7 not. Bald. in l. final. in 4. opposit. C. de rebus creditis. † Vbi inquit, quòd si quis non reperitur in libro gabellæ descriptus, probatur quod non soluit gabellam. & idem notat Baldus in l. iustum. C. de edend. & idem tradit Bartolus in l. Titię textores. in secundo

8 notabili de legatis primo. † ubi dicit, quòd negatiua probari po

a test ex inspectione scripturę [b] per illum textum, unde infert, ꝙ probatur aliquem non soluisse collectam, si non reperitur in libro soluentium. & idem Bartol. in consilio 81. Martinus Furniconis. & de libro excommunicatorum nota. Feder. in consilio. 119. Nulli dubium est. & de probatione negatiua, quod dictum est nota. Alexand. in consilio. 56. Viso titulo quæstionis. in princip. libro quarto in consilio. 120. Viso puncto. in fin. eod libr. quartò vnde probata negatiua eo modo, quo dictum est, per inspectionem librorum gabellæ, & concurrente præscriptione, de qua supra dictum est, dominus Operarius fundatam intentionem habet, ut nullo modo debeat ad solutionem dictę gabellæ urgeri, sed uenit absoluendus. Nec obstat, si dicatur, quod statutum gabellæ, quod superuenit, videtur derogare præscriptioni supra di

9 ctæ, quæ erat in contrarium: quia respondetur † quòd consuetudo particularis non tollitur, nec illi derogatur à statuto posteà superueniente, de qua statuentes verisimiliter non habuerunt notitiam. capitulo primo de constitut. in 6. ita Abb. concludit in capitul. fina. in fin. de consuet. & ista conclusio Abb. qui loquitur in consuetudine, videtur à fortiori habere locum in præscriptione, in qua agitur de præiudicio particulari eius, cui fuit ius quæsitũ ex præscriptione, cui statutum non uidetur uoluisse præiudicare & maxime hoc est dicendum in præscriptione tanti temporis, cuius initij memoria non est in contrarium: quia talis præscriptio nunq̃ sublata videtur, nisi specialiter exprimatur, vt no. tradit Angel. in Authenti. vt de cætero commuta. rerum ecclesiæ. per illũ

10 tex. ibi. nullo tempore. aliàs nulla temporis præscriptione. † Vbi inquit, quòd per statutum disponens, quòd in instrumentis dotalibus nulla currat præscriptio, non excluditur præscriptio, cen-

b tum [b] annorum, per gl. ibi, & idem Ang. in l. non solum. ff. de vsuca. & idem Abb. concludit in capi. fin. de præscrip. in versiculo. Et per prædicta ego puto, quod non excludatur præscriptio tanti temporis, quod eius memoria non sit in contrarium. & idem Angel. in l. si quis decurio. C. de decur. libro. 10. Aretin. in consil. 15. Reuerendissime pater, & domine. in fin. in tertio dubio si ergo statutum expresse reiecta præscriptione non videtur tollere præscriptionem, cuius initij memoria non sit in cõtrarium, à fortiori statutum, quod loquitur simpliciter nulla facta mentione præscriptionis, non est dicendum, quòd uideatur talem præscriptionẽ remouere, & sic patet, quòd statutũ gabellæ non uĩ habere locum stante ista præscriptione in contrarium. Non obstant allegata supra in contrarium; Et primo dum dicitur, quod statutum loquitur generaliter, & quod videtur etiam includere personas, & casus priuilegiatos: Quia respondetur illud verum esse, nisi casus ille, vel persona sit specialiter priuilegiata in casu

11 illo, in quo statutum loquitur: † quia tunc ratione priuilegii ab illa generalitate statuti eximitur, ut notat Salyc. in l. fi. in princip. in versi. ex quo no. bonum argumen. C. de iure dot. declarando, ut dixi in l. 1. ff. de re. iu. & in consi. 5. In causa dominæ Mariæ. & ita uidetur in casu isto, quia causa videtur priuilegiata, quia ecclesia non tenetur ad gabellas, vt supra dictum est. & etiam ratione præscriptionis, ut etiam dictum est. Et hoc confirmatur, quia speciali priuilegio alicui competenti non derogatur à generali dispositione superueniente, ut not. Barto. in l. 3. per illum text. cum gl. C. de silentiarijs lib. 11. Baldus in l. 1. in princip. in l. dotalem. ff. de testamen. milit. in capitul. 1. in uersi. pone, princeps. de rescrip. cũ simil. vt dixi ibi. Secundo non obstat, quod ab alio operario contra factum sit; quia soluit gabellam. Quia respondetur dupliciter primo., quod gabella non fuit soluta immediate de oblatione facta ab eo, qa obtulit, & soluit pecunias numeratas, de quib. gabella soluta non fuit, & licet postea de pecunijs empta fuerint bona immobilia ab ipso operario, de quib. fuit soluta gabella, non propter hoc dicitur gabella de oblatione. seu cõmissione ab eo: quia uerba debent intelligi immediate, ut in simili tradit Angel.

12 in cons. 31. Dominus Philippus. † ubi concludit, quòd beneficiũ inuentarij, quod datur hæredi per l. fi. C. de iure delibe. competit, quando agitur contra hæredem immediate ex causa hæreditaria: Secus si debitum hæreditarium reformatum sit ex noua conuentione facta cum hærede, quia tunc si hæres pro tali debito re-

c formato conueniatur, non habebit beneficium inuentarii, [c] quia non conuenitur ex causa hęreditaria immediate, alleg. Ang. text. in l. cum hæreditas. ff. ad Treb. & in simili casu ꝯsuluit Are. in consil. 148. In quæstione proposita. & in simili casu scribit Cald. in cõsil. 1. in tit de hæreti. cum sim. ut dixi in cons. 137. ex quibus patet, quod illa solutio gabellę facta ab illo operario pro bonis emptis non dicitur soluta pro ipsa oblatione, seu commissione, ex quo immediate facta non fuit pro ipsa oblatione, seu commissione. Secundo respondetur, quod etiam si a dicto operario solutio gabellę facta fuisset pro oblatione immediate, solum esset factum præiudicium, quatenus contra factum fuisset, & non in futurum l. voluntarie. C. de excu. tuto. l. 2. C. de his, qui spon. mu. sub. li. 10. cum simil. ut supra dixi. & etiam factum operarij non potuit pręjudicare ecclesię, ut supra dictum fuit. Non obst. supra allegata in contrarium, quia haberent locum in conuentione uniuersali. puta in eo, qui descriptus sit in libro, ut subiret onera generaliter, prout loquitur Ange. in d. l. 1. §. si quis tutor. secus in priuilegio,

13 quod habet tractum successiuum, prout est solutio gabellæ: † qa per unicum actum non tollitur, prout no. Bar. in l. j. in fi. ff. de cõsti. princ. in l. 2. §. fin. ff. de decu. Bald. in c. plerunque. de rescript. & tradit Alex. in d. cons. 33. lib. 5. & dixi in c. cum accessissent, de cõsti. Vltimo non obstat quod dictum est de operario sancti Francisci, quia factum unius alteri præiudicare non debet in regula, non debet. ff. de reg. iu. l. si unus. § ante omnia. ff. de pact. & res inter alios acta non debet nocere. l. sępe. de re iudic. & in rub. C. res inter alios acta. per totum. & exemplis non est iudicandum. l. nemo. C. de sent. & ex omnibus supra dictis remanet firmata cõclusio in fauorem domini operarij, ꝙ maxime in casu isto gabellam soluere non teneatur. Postremo hoc idem alio principali fundamento comprobari potest, quod ex verbis ipsius statuti colligit, dum excipit a regula statuti, ꝙ etiam non debeat solui aliquid de relictis ad pias causas: nam ista exceptio vr̃ verificari in oblatione facta ecclesiæ, de qua agitur in isto casu: quia relictũ ecclesiæ, dicitur ad pias causas. l. illud. C. de sac. san. eccl. cap. fin. de test. no. Spe. in tit. de instrumento. edit § nunc aliqua. uersi. & scias. Nec obs. si dicatur, quod statutum in d. exceptione loquit̃ de relictis,

14 † quod uerbum intelligitur de relictis in ultima uoluntate. l. 1. in fin. ff. de tabu. exhi. l. uerbum relinquendi. ff. de ver. sig no. Bar. in l. vnum ex familia. in prin. de leg. 2. & hoc non uidetur uerificari in ista oblatione, quę videtur esse quædam donatio inter uiuos. Sed responderi potest, ꝙ largo modo istud uerbum etiam videt̃ adaptari ad illud, quod disponitur inter uiuos. §. item non aliàs. inst. de adop. & cum eadem sit ratio, quia utroque casu agitur de fauore pię causæ statutum in vltima uoluntate uidetur etiam habere locum inter uiuos. inst. de l. fusia can. in princ. & ex qui. cau. ma. l. licet. in l. seruũ filij §. cum qui chyrographum. de leg. 1. l. pa-

15 ctum inter hęredem. ff de pact. † Et quia de stricta ad latam significationem uocabuli extẽsio fieri põt. l. filium habeo. ff. ad Mace l. pen. C. de inter. ma. iuncta. l. senatuscon sulto. ff. de rit. nu. & maxime, quia in casu isto materia est fauorabilis ecclesijs, & pijs lo-

16 cis. † Quo casu fauore ecclesiæ etiam in pœnalibus extensio fit, ut not. per gl in c. sciant cuncti. ubi Dom. de ele. in 6. & no. Abb. in c. nihil. de elect. a fortiori uidetur dicendum in materia fauorabili, de qua agitur. Et ad supra dicta facit, quia exceptio facta in vno casu ad similes casus porrigit, ut not. per gl. in l. 1. ff. de condi. indebi. Abb per illum text. in c. cum dilecta, de confirma. uti. Bal. in cap. per translationem. §. quanquam. de renun. & ideo exceptio facta in statuto de relictis ad pias causas uidetur habere locum in oblatione facta ecclesiæ, quia agitur de pia causa in vtroque casu. & sic etiam ex isto capite concludendum est, quod dominus operarius ad gabellam prędictam minime teneatur.

ADDITIONES.

a ¶ Scripturæ.) Supra consi. 483. nume. 4. ubi dixi, & ultra adde. Caro. Rui. in repe. rub. de ope. no. nun. in fi.

b ¶ Centum.] dixi in consue Paris. §. 7. nu. 12 & §. 8.

c ¶ Inuentarij.] Nisi esset facta per uiam simplicis recognitionis, ut dixi in consuet. Paris. §. 124.

EPI-

EPITOME. Consi. CCCCXCVII.

A. instituit fratres, & nepotes, & eos inuicem substituit per fideicom. quod uoluit in quibusdam bonis emendis præstari, & restitui, prout in testamento L. disponitur. Resp. ꝙ ex testō A. non oritur nouum fideicom. Sed per id uoluit testator augere, & extēdere fideicom. a L. relictum ad bona emenda, prout testando disposuit.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio, quæ in materia fauorabili de liberis loquitur, in transuersalibus locum non habet.*
2 *Papa prorogando gratiam ad triennium, nouam gratiam facere non dicitur, sed ipsam extendere.*
3 *Termino, ad quem fit relatio, quicquid continetur, continetur in termino referente saltem implicite.*
4 *Institutio facta in testamēto ualet de illo, qui in codicillis nominatus erat.*
5 *Subijcere idem est, quod submittere.*
6 *Actus reiteratus, & geminatus ex maiori deliberatione procedere uidetur.*
7 *Voluntatibus in ultimis à personis receditur.*



Ccurate, & eleganter Consuluit excellentissimus doctor do. Antonius Negusantius de Fano vti frater maior honorandus in fauorem Laurētii, & Io. Baptistæ de Nicolinis, ꝙ ipse admittatur ad fideicommissum, cui Antonius testator eius patruus uoluit, & disposuit quædam bona emenda subiecta esse, ut in testamento dicti Antonii cōtinetur. Et restringēdo rem paucis, neruus huius qōnis uidetur in hoc consistere, an tale fideicommissum debeatur ex testō dicti Antonij, ita ꝙ ex eius testamento nouū oriatur fideicommissum in bonis emendis, vel tale fideicommissum præstari debeat uirtute testī Laurentij senioris, ita ꝙ fideicommissum insertum in dicto testamento Laurentij extendatur, & comprehendat bona emenda, de quibus in testō dicti Antonii dr̄. nam in testō Antonij nullum apparet fideicommissum: quia simpliciter fratres, & nepotes instituti in testō Antonij fuissent inuicem substituti per fideicommissum: & in tali fideicommisso non subintelligitur illa tacita conditio, si grauatus decesserit sine liberis, iuxta. l. cum auus. ff. de condi. & demon. in l. cum acutissimi. C. de fideicō. in l. generaliter. §. cum autem. C. de institu. & subst. quia dicta iura loquuntur, quando sunt filij, & descendentes instituti, & non hn̄t locum in fratribus, & transuersalibus institutis, ut no. Cyn. & Angel. ibi in prin. in d. §. cum autem. cum sim. vt tradit Alex. in consil. 38. Viso themate. lib. 1. & facit tex. in l. 3. §. liberis. ff. de leg. præ
1 stan. † Vbi dispositio, quæ in materia fauorabili loquitur de liberis, non habet locum in transuersalibus. Et si ex testamento dicti Antonii deberet præstari fideicommissum, illud peti non potest a dicto Laurentio iuniore, quia grauati in dicto testamento adhuc uiuunt, & aliqui mortui sunt, & decesserunt cum filijs. Si uero tale fideicommissum petatur ex testamento Laurentij senioris, vr̄, quod peti possit à Laurentio iuniore, ut supra dictum est. Et placet conclusio domini consultoris, quòd non oriatur nouū fideicommissum ex testamento Antonij, sed ꝙ agatur de eodem fideicommisso relicto in testamento Laurentij senioris. Et comprobatur ista conclusio, quia dictum fideicommissum relictum in testamento Laurentij senioris prorogatum fuit in testamento Antonij eius filij, vt extendatur ad bona quædam emenda: & fideicommissum prorogatum dicitur idem fideicommissum, sicut idem officium dicitur officium prorogatum, ut nota. Bartol. in l. quarta. in princip. circa fin. ff. de damn. infect. facit text. in l. sed si manente. ff. de preca. & in l. si cum dies. in prin. cum glo. de arbi. cum si. ut tradit Alex in d. l 4 in prin. & idem Bal. in l. obseruare. §. proficisci. in 19. qōne. & in l. meminisse. in fi. ff. de offic. procon. & lega. in l. eum, qui. §. iudicare. ff. de iurisom. iud. & tradit Corneus Perusinus in consi. 235. De pluribus quæritur. libr. 2. Et in proposito bene loquitur Paul. de Cast. in consi. 117. Si con-
2 sideramus. ubi in no. quæstione concludit, † quòd Papa prorogādo gratiam ad triennium non dicitur nouam gratiam facere, sed primam extendit. & dicit Pau. de Cast. ibi, quod aliud est aliquid de nouo fieri, aliud quod factum est de nouo extēdi, allegat. l. qđ dicitur. la prima. §. sed si impensis. ff. de impensis in reb. dota. & l. peculium nascitur. §. crescit. ff. de peculio. & hoc secundum eum patet in homine, qui cum paruulus nascatur, & quotidie crescat, non diuersificatur, sed idem est. arg. l. proponebatur. ff. de iudic. & ex his merito concludendum uidetur, quod non agatur de nouo fideicommisso relicto in testamento Antonij, sed de fideicōmisso relicto in testamento Laurentij senioris, quod dictus Antonius eius filius uoluit augere, & extendere ad bona emenda, ꝓut ab eo in eius testamento disponitur. & non uidetur dubitandū de ista dispositione Antonij testatoris, quia scriptum est, disponat testator quod uoluerit, & pro lege seruabitur, in §. disponat. in Authē. de nup. no. Bar. in l. 1. in prin C. de pact. & in testamētis uoluntas testatoris totum facit, l. ex facto. ff. de hæred. insti. & in l. in conditionibus primum locum. in prin. de condi. & demon. & præcipue in fideicommissis est seruanda uoluntas testatoris, l. fideicommissa. §. item si quis. in fi. de leg. 3. in l. pe. de legat. 1. in l. cū quæstio. C. de legi. cum si. quæ nota sunt. Secundo principaliter hoc probatur per relationem factam ad testamentum Laurentij senioris, dum in eius testamento Antonius dicit, quod uoluit bona emenda deueniri per fideicommissum, & restitui in illos, & per illos, de quibus, prout in dicto testamento, & codicillis dicti Laurentii disponitur, ac si fuissent bona dicti Laurentij. In tali. n. relatione considerandum est, quod ut magistraliter dicit Bald. in consil. 338. Ea quæ ueniunt per modum declarationis. libr. 2. vul
3 garis est doctrina, † quòd quicquid cōtinetur in termino, ad quē
a fit relatio, [a] continetur in termino referente saltem implicite, & qui explicat, nihil noui facit, l. adeò §. cum quis. ff. de acquir. rer. domi. & illud, quod intelligitur per relationem ad aliud, verè & propriè intelligitur, quia ex continuatione duarum scripturarū resultat uerè certum: & natura relationis est natura ueritatis patentis ex coniunctione scripturarum, ut Bal. dicit in consi. præallegato. & iura sunt uulgata, quod illud dicitur contineri in scriptura referente, quod continetur in scriptura, ad quam relatio facta sit, l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iudi. l. si ita scripsero. de conditio. & demonstratio. Et considerando istam relationem simpliciter uideretur dicendum, quod fideicommissum, de quo agitur, sit relictum in testamento Antonij, in quo fit relatio ad testamentum Laurentij, quia consideratur testamentū, in quo relatio fa-
4 cta sit, l. asse toto. ff. de hæred. institu. † ubi dicitur, quod ualet institutio facta in testamēto de illo, qui erat nominatus in codicillis, quia uidetur institutio facta in testamento, licet relata sit ad codicillos, ut expresse dicitur ibi, hoc testamento data uidetur. ad idē tex. in l. institutio talis. de condit. institut. & in d. l. si ita scripsero. Et certe negari nō potest, quin hoc fideicommissum ex testamēto Antonij prædicti debeatur, quia Antonius ipse ita uoluit, & disposuit. Sed in casu isto non agitur de relatione facta simpliciter, sed dispositio fideicommissi fuit restricta, & limitata, ut bona emenda subiecta sint fideicommisso facto in testamento Laurētii patris dicti Antonij: & limitata causa limitatum effectum ꝓducit. l. in agris. de acquiren. rerum do. l. age. C. de transa. & sic patet, quod noluit Antonius nouum fideicommissum inducere. sed ampliare fideicommissum relictum in dicto testamento Laurentij, & illud prorogare, & extendere ad bona emenda. hoc patet ex uerbis ipsius testatoris, qui uoluit, & disposuit bona emenda esse subiecta fideicommisso, id est restitutioni, quæ debet fieri in testamento Laurentij, authen. res, quæ subiacent restitutioni.
5 C. communia de leg. † & subijcere idem est, quod submittere, uel supponere, c. 2. in princip. de reb. eccl. non alie. in 6. ergo non inducitur nouum fideicommissum, quia in nouo fideicommisso bona essent subiecta fideicommisso relicto in testamento Antonij. & hoc idem confirmatur per alia uerba, dum Anton. idem testator dicit bona subiecta fideicommisso Laurent. restituenda esse in illos & per illos prout in testamento dicti Laurentii: ergo non vr̄ tractari de nouo fideicōmisso relicto in testō Antonij, ga tūc restitutio debuisset fieri per hæredes ipsius Antonii, l. restituta. ff. ad Trebel. & uerbum illud, prout. denotat, ꝙ uideatur fideicommissum ex testamento Laurentij, ad quod se refert, & sic limitatè ponitur, ut no. in l. edita. C. de eden. ubi Bar. & idem Bart. in trac. ad repri. in uerbo, prout. cum sim. ad idem facit, dum dicitur in fi. ac si fuissent bona dicti Laurentij. nam clarum est, quod si fuissent bona Laurentij, in fideicommisso relicto ab eo in eius testamento includerentur: ergo pariter in eodem fideicommisso Laurentij debent includi ista bona, de quibus idem uoluit Antonius iudicari, ac si fuissent bona dicti Laurentij. ad hoc facit text. in l. prima. C. de erro. aduo. ibi, perinde habēda sunt, ac si ab ipsis, dominis litium proferantur. ad idem tex. in §. ex hoc intelligere. institu. quib. non est permis. fa. testa. & in clementina prima. §. 1. de iudi. in §. itē uobis sed si seruus. insti. per quas perso. no. acqui. in §. literæ quoque. insti. de rerum diui. in l. 2. in prin. ff. de do. Et ista conclusio corroboratur ex omnibus uerbis supra dictis simul iniunctis, quæ ostendunt exuberantem uolūtatem Antonij testatoris, quod uoluit solum prorogare fideicommissum a Laurētio eius patre relictum, non aūt nouum fideicommissum inducere. Primò hoc testator Antonius disposuit, dum uoluit bona emenda esse subiecta fideicommisso relicto in testamento Laurentij eius patris. Secundo dum uoluit bona restitui in illos, & per

ADDITIO.

a ¶ Relatio.) Supra consilio. 212. ubi dixi. & in consue. Paris. §. 45. numero. 18.

& per illos, prout in dicto testamento Laurentij disponitur. Tertio dum voluit iudicari de talibus bonis emendis, ac si fuissent bona d. Laurentij: talis enim dispositio testatoris reiterata, & gemi-
6 nata euidentiorē testatoris voluntatē demōstrat, † quia actus reiteratus, & geminatus videtur ex maiori deliberatione ꝓcedere. §. & hoc uero iubemus ubi gl. in ver. iussio. in Aut. ut nulli iudi. & not. Bald. in cons. schismatis 11. in uersic. porro. quia vero omnia consonant, in rub. C. si quis aliquē. test. prohi. & habetur per glo. fi. 2. q. 3. in c. si quis iratus. quę alle. l. si quis mulier. C. ad velle. vbi reiteratio actus magis nocet. & facit qđ no. Bal. de secunda iussione in l. nec damnosa. C. de preci. Imp. of. & per gl. in c. rescri. 25. q. 2. & in c. 1. de const. in 6. in verbo, noscatur. & ideo a prædicta uoluntate testatoris sic euidenter declarata non est recedēdum, nec de illa dubitandū, cū sensus sit manifestissimus, vt vtar verbis Imperatoris in l. 3. C. de li. pte. & secundū prædictā conclusionem, ꝙ in casu supra dicto non oriatur nouū fideicōmissum ex testō dicti Antonij, sed solùm, ꝙ fideicommissum relictum in testō Laurentij extēdatur, & prorogetur ad bona emēda, in terminis aliàs cōsului, ut patet in consi. 362. incipiē. Punctus. de quo quæritur. vbi in effectu inducuntur rationes, quæ supra dictæ sunt, & gratia breuitatis nō repeto. & consonat, ꝙ sit idem casus, quia ibi eadē verba formaliter ponūtur mutatis nominibus. unde ex omnibus s. dictis concurro in sententiam pręstantissimi domini consultoris. Et prædictæ conclusioni non obstat, ꝙ bona emenda erant, prout videretur Ioanni Lappo de Nicolinis, qui nihil declarauit, ideo ab eius arbitratu non uidetur recedendum, l. si quis arbitratu. de uer. ob. quia respondetur, ut suprà dictum est, & ulterius, ꝙ tex. in d. l. si quis procedit in contractu stipulationis, prout lo-
7 quitur, & nō habet locum in ultimis voluntatibus † in quibus receditur a persona, quia res arbitrio boni uiri cōmissa videtur, l. 1. ff. de lega. 2. & ibi Barto. Bald. in l. fin. C. contrahen. emp. in tertia opp. & in casu isto licèt agatur de contractu in bonis emendis, tamen quia talis dispositio originem ducit ab ultima uoluntate, idem, quod de ultima uoluntate iudicari debet, ut no. Bald. in d. l. fi. C. de ꝯhē emp. in tertia oppo. in ver. sed hic occurrit dubium. allegat tex. in l. si hęres. ff. de act. emp. cum si. ut tradit Alex. in d. l. si quis.

EPITOME Consi. CCCCXCVIII.

Mortuo patre filia mittitur in possessionem bonorum etiam feudalium. Et filia, quæ debuisset admitti secundum tenorem primæ inuestituræ, non debet excludi a posterioribus inuestituris, quæ non potuerunt prioribus derogare.

SVMMARIVM.

1 *Ordo iuris est, ut prius de possessione, quàm de proprietate cognoscatur.*
2 *Liberorum prima causa est.*
3 *Feudum non præsumitur, nisi probetur.*
4 *Filia prius in possessionem mitti debet, & postea agnatus agat.*
5 *Res certa dicitur, quando regulæ innititur.*
6 *Iurisdictionis fœmina inhabilis est, nisi iure hæreditario competebat. 21.*
7 *Dare est dominium transferre.*
8 *Dictio, pleno iure significat proprietatem cum vsufructu.*
9 *Dominium absolutè intelligitur plena proprietas cum potestate alienādi, & pleno iure intelligitur sine diminutione.*
10 *Res cum onere hypothecæ tradita non dicitur pleno iure quæsita.*
11 *Donauit quando rex quicquid iuris habebat in principatu ratione feudi sibi aperti, ex quo sibi directum dominium non reseruauit, illa donatio non est feudum, sed donatio simpliciter.*
12 *Donatio si alicui facta fuerit pro se, & descendentibus, feminæ & descendentes veniunt.*
13 *Imperator omnes dignitates creare potest.*
14 *Baronia dicitur feudum, quod sub se alia feuda habet.*
15 *Imperator si concessit alicui castrum specialiter, deinde alteri prouinciā, in qua illud castrum reseruatum situm erat, ex illa concessione prouinciæ castro prius concesso non derogatur.*
16 *Metus illatus non purgatur actu sequenti, etiam cum interuallo eadem causa durante.*
17 *Feudi recognitio aliter, quàm more solito per impressionem, vel errorem facta posteris non nocet.*
18 *Feudi ad successionem antiquissimæ inuestituræ uirtute fœmina venire potest, non obstantibus posterioribus inuestituris, quæ tantùm de masculis loquebātur, sicut iurisdictionis est capax. 21.*
19 *Donatio si a rege cuidam primogenito, & alijs successiuè facta fuerit ex contractu donationis, etiam ab ipso rege, qui donauit, reuocari non potest, sed ipsi primogenito, & alijs successiuè ius quæsitum uidetur.*
20 *Res si prohibita sit alienari extra familiam, & omnes de familia alienationi consenserint, illi qui consenserunt, contrauenire non possunt.*
22 *Præscriptio 30. annorum etiam in feudis locum habet.*
23 *Statutum, quod generaliter præscriptionem inducit contra filium qui agere non potest, locum non habet.*
24 *Fœmina an a summo Pontifice habilitari possit, ut in bonis feudalibus patri succedat.*
25 *Remunerationis gratia multa conceduntur, quæ aliàs prohibita sunt.*
26 *Princeps rem alterius concedere potest, turn el insula, ex certa scientia.*
27 *Princeps vbi de plenitudinis potestate scribit, nihil opponi potest, quod gratiam annullet.*
28 *Papa potest omnia facere, quæ Deus potest claue non errante.*
29 *Papa est culmen Episcoporum, & cæterorum, quos intellectus imaginari potest, &c.*
30 *Princeps potest legitimare filium, vt in præiudicium agnatorum in feudū succedat.*
31 *Princeps sicut solus legem condere potest, sic etiam priuilegia nemine citato.*
32 *Dispensatio fieri potest illis non citatis, de quorum interesse agitur.*
33 *Papa si in aliquibus liberam potestatem habet, citatio non requiritur.*



VIso casu proposito, & quā pluribus dubiis, quæ ex eo eliciū-
a tur in causa magnificæ do. Virginiæ [a] filiæ vnicæ magnifici do. Ioannis Ludouici Palauicini prætendentis hæreditatem patris sui ad ipsam pertinere cōtra agnatos, qui dictam hæreditatem ad eos spectare contendunt; Pro clara, & uera resolutione huius controuersiæ uidendum est principaliter de duobus. Primo de possessorio. Secundo de petitorio. Circa primum,
1 secundum ordinem iuris est, † vt prius cognoscatur de possessione, quā de proprietate. l. ordinarii. C de rei vē. l. 1. C. de app. l. incerti. C. de interdi. l. si de vi. de iud. Et hoc ex eo constitutum videtur, ut ille, qui victus sit de possessione petitoris partibus fungatur. l. exitus. ff. de acq. poss. & commodum possessionis est, ꝙ ille, qui possidet, dicitur reus, qui actore non probante absoluitur. §. commodum. insti. de interdi. c. ex literis. de proba. Et si res dubia reperitur, melior est conditio possidentis, ut no. per gl. in c. nulli dubium. 12. q. 5 not. Bartol. in l. 1 §. non autem. ff. de sec. tabul. in l. si inter. ff. de re. dub & in notabili quæstione tradit Bal. in c. capitulum, de rescri. Et in tali possessorio res clara videtur in fauorem dominę Virginiæ, quòd ipsa debeat habere possessionem omniū bonorum, quæ dominus Ioannes Ludouicus pater eius tempore mortis suæ tenebat, & possidebat, siue essent bona allodialia, siue feudalia. de allodialibus non uidetur dubitandum: quia cum ipsa
2 sit vnica filia, & hæres ab intestato eius patris † quia prima causa est liberorum, auth. in successione. C. de suis, & legi. §. 1. in Auth. de success. ab intest. & ad acquirendum possessionem bonorum illi uidetur competere interdictum quorum bonorum. l. 1. & 2. C. quorum bonorū. not. per gloss. in l. 1. in verbo, scripto. C. quorum lega. & in bonis omnibus videtur habere fundatam intentio-
b nem: quia in dubio allodialia [b] esse præsumuntur, & nō feudalia, vt not. Ioan. And. in cap. nimis. de iureiuran. & idem Ioan. Andr. in addi. Spec. in tit. de feud. §. quoniam. versic. 21. cum simi. ut tradit Alexan in consi. 129. Ponderatis his. in prin. lib. 1. & in consil. 15. Visis narratis. in prin. lib. 5. & idem not. Bald. in c. significauit.
3 de rescrip. † vbi inquit, ꝙ non præsumitur feudum, nisi probetur. c. cæterum. in fi. de iud. & tradit Paul. de Cast. in consi. 164. in causa, quam magnificus. in prin. Et dato, quòd essent bona feudalia, idem est dicendum, quia ipsa Virginia debet habere possessionē omnium bonorum etiam feudalium, quæ eius pater possidebat
c tempore mortis, & in tali possessione debet conseruari donec [c] agnati probent de iure suo potiori, ut probatur in c. 1. §. defuncto milite. in titul. si de feud. fue. controuer. inter domi. & agna. vbi dicitur, quod filia mortuo patre in possessione feudi manere de-

ADDITIONES.

a ¶ Virginia.) Pro qua in hac eadem causa scripsit Carol. Ruin. consil. 38. incip. Quoniam de pluribus. lib. 1. vbi excepto possessorio articulo, quem non tangit, loquitur plenius, quàm Decius. Sed idem Carol. Ruin. in hoc eodem casu contrarium consuluit pro agnatis, vt patet consil. 208. incip. Præmittendum est primo. co. li. 1.
b ¶ Allodialia.) Suprà consi. 467. & seq.
c ¶ Donec.) Amplia etiam si per consuetudinem, uel statutum possessio feudorum ipso iure transferatur in agnatos, vel masculos: quia interim filia non solùm sequestrum impedire, sed etiam fiduciariam possessionem obtinere poterit in interdicto, vti possidetis [illegible] &c mal [illegible] & sic in hoc primo articulo Decius bene dicit.

re debet, donec de feudo probetur, & iudicetur. & idem not. per gloss. primam, in fin. in cap. primo de controuer. inter masculum, & foemin. de benefi quæ dicit, quòd filia debet mitti in possessionem, & postea agnatus petere debet, si prætendit aliquid iuris habere. & hoc idem in terminis tradit Ioan. Andr. in addi. Spec. in titul. de test. §. pen. in fin. vbi dicit, quòd filia, quæ remansit mortuo patre, debet mitti in possessionem rerum, quę patri in feudū concessæ fuerunt, & quòd agnati masculi non erunt legitimi cōtradictores ad impediendum talem missionem, per text. in d. c. primo. §. defuncto milite. suprà alleg. & istam decisionem pro not. refert, & sequitur Alexan. in l. fin. C. de edic. diui Adria. toll. circa fin. in versi. aliud uero dictum. & hoc idem not. Bald. in cap.
4 1. versi. vel dic quarto. de conten. inter masculum, & foemi. † ubi repetit quòd filia debet prius mitti in possessionē, & postea agnatus petere debet, si aliquid velit, alleg. text. in d. cap. primo. §. inter filiam. in uersi. defuncto milite, supra alleg. Cùm ergo prædicta Virginia deberet mitti in possessionem omnium bonorum, ut euidenter patet ex suprà dictis, a fortiori cum ipsa reperiatur in possessione omnium bonorum, in illa debet conseruari, & manuteneri: quia si de nouo posset illam acquirere, a fortiori debet posse illam retinere: quia retentio fauorabilior videtur, ut not. in l. per retentionem. C. de usur. in cap. intelleximus. de iudi. in cap. cum inter. de excep. & in no. casu tradit Benedict. Capr. in consi. 19. Comuiso. facit text. in l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui. & in regula, factum, legitimè. de regulis iuris in 6. & notat Petr. de Anchar. in consi. 404. Tria dubia. in versic. 3. hoc probat. & ex his breuiter absolutum sit primum principale dubium, & conclusio est, quod in possessorio Virginia habeat potiora iura: & conclusio ista clarissima videtur de iure per suprà dicta. Venio ad secundum principale dubium, uidelicèt in petitorio, in quo difficultas uidetur consistere, nam si bona essent allodialia, res non haberet dubium, quia ad dictam Virginiam filiam unicam pertinerent, quia prima causa est filiorum. §. primo in Authen. de hære. ab intest. auth. in successione. C. de suis, & legiti. si verò bona essent feudalia, foemina regulariter esset exclusa, cap. primo. §. ad filias. de suc. frat. cap. primo. §. hoc autem notandum, qui feud. da. pos. cap. 1. de suc. feu. pater. cap. vnico. an mutus, vel alter imperfe. & esset fundata intentio agnatorum: quia fundata habet intentionem ille, qui habet regulam pro se, ut not. per gl.
5 in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. & in rub. eodem titul. in 6. † & res dicitur certa pro eo, qui regulæ innititur, ut not. Bartol in l. quoties. ff. qui satisda. cogan. & secundum regulam pronuntiandum est, nisi contrarium probetur, vt dicit Bald. in ca. primo. C. de alien. iudi. mutan. cau. fau. cum sim. vt dixi in l. prima ff. de reg. iur. in secundo not. Et si prima concessio, quæ fuit facta a principio de istis bonis magnifico Vberto Palauicino, & hæredibus posterisque suis, contineret priuilegium, non competeret feminis, nec descendentibus ex eis, ut in l. prima, in fin. ff. de iure immu. Et quia in castris, & locis, de quibus quæritur, tractatur de transferendo, & exercendo iurisdictionem, † in qua foemina habilis
6 non uidetur, l. cum prætor. §. non autem. ff. de iudic. & in l. foeminæ. ff. de regu. iur. Et ad iudicandum an dicta bona sint allodialia, uel feudalia tota uis consistit in inuestituris, quæ habentur, quia tenor inuestituræ attendi, & perscrutari debet. capitulo primo in fin. ibi, secundum tenorem inuestituræ. & Bald. ibi, de duo. fra. a cap. inuesti. & not. Bald. in præludiis feudorum, in quarta diuisione. in versicul. porrò & idem Bald. in l. prima, §. sed & si quis. C. de lati. liber. tol. in cap. primo. §. denique. quæ fuit prima causa benefic. amit. & in consi. 119. Considerandum est. lib. primo. Ioã. de Anan. in consil. 7. Visis. Et quia inuestituræ, ut aliàs vidi, in
a simili [a] causa pro domina Aluisia Palauicina uario modo loquuntur: Pro uera resolutione videndum est de duobus. Primo an foeminæ in prima, & secunda inuestitura comprehendantur. Secundo dato, quòd admittantur inspecta prima, & secunda inuestitura, an excludantur a posterioribus inuestituris, in quibus tantum de masculis dicitur: & dicta bona in feudum recognita fuerunt. Circa primum ex pluribus verbis, quæ sunt in prima inuestitura Ludouici Imperatoris, & in secunda Corradi Imperatoris apertè colligitur, quòd foeminæ in dictis concessionibus sicut masculi includuntur. In prima enim inuestitura Ludouici Imperatoris bona, & castra, de quibus agitur, data, & concessa fuerunt magnifico Vberto Palauicino. & hæredibus, posterisque suis, & ab eo & hæredibus eius descendentibus, ut colligitur ibi, concedimus, atque donamus pleno iure. & similiter in secunda inuestitura Corradi Imperatoris dicitur ad literam, liberè, plenoque iure concedimus, atque donamus. & ibi repetit concessionem, &
7 donationem: † dare enim importat dominium transferre, §. si itaque. instit. de act. l. vbi autem. §. fin. ff. de verborum obligationibus. not. in l. si [illegible] distrahatur. ff. de contrahenda emptione, &
8 [illegible] voluit a[illegible] † verbum illud, pleno iure significat, quod propriet[illegible] illum textum in l. mater, quæ defuncto. C. ad Tertyllia. ad idem est bonus text. in l. foeminæ. §. illud etiam. in fi. C. de secund. nup.
9 vbi Bald. in fin. dicit, † quod dominium absolutè intelligitur plena proprietas cum potestate alienandi, & pleno iure intelligitur sine diminutione, ut ipse etiam dicit in l. præcibus, in uersicu. procedo ulterius C. de impube. & aliis substitut. facit tex. in l. fideicommissa. §. quanquam. de legat. tertio. in l. si te solum. §. primo, ff. de hæredi. instituendis. & sexta quæstione prima in capit. si
10 omnia. † Et ideo si res tradita sit cum onere hypothecæ, non dicitur pleno iure acquisita, ut Alexand. dicit in consil. 207. Viso summario in princip. libro secundo. Et ex his patet, quod cum dicta bona ex toto translata fuerint in dictum dominum Vbertum, Palauicinum, & Ludouicus Imperator nihil sibi reseruauit, q̄d talia bona non possunt dici feudalia. Et hoc modo in simili casu arguit, & concludit Alexand. in consilio vigesimoquarto Pōderatis his, quæ in themate. libro quinto, & hoc idē voluit prius
b Oldr. [b] in cōsi. cētesimoquinquagesimonono. Ex præsenti thema
11 te, in 1. dubio. † vbi post longam disputationem concludit, quòd quando rex donauit quicquid iuris habebat in principatu ratione feudi sibi aperti, ex quo non reseruauit sibi directum dominium, illa donatio non potest dici, quòd sit feudum, sed est donatio simpliciter, ut verba sonant, quia ibi dicebatur, damus, & donamus prout etiam dicitur in secunda inuestitura in isto casu, ibi, concedimus, atque donamus pleno iure, & decisionem Old. refert, & sequitur Alberic. in rubric. C. de dona. in uer. item quæro de quæstione ardua. & cum prædictis concordat Pau. de Cast. in consi. 161. In præsenti causa. vbi arguit, quòd non esset feudū, quia feudum nominatum non fuit: & quia illa res data fuit, vt accipiens illam haberet tanquam rem suam propriam, & liberam: quæ verba repugnant, ut non dicatur data in feudum. capitulo primo. §. hæc ita. de conten. inter dom. & vasal. de inuesti. ibi rem dicant esse propriam, & non infeudatam. Et ista conclusio confirmatur, quia ista donatio fuit beneficium principis, quod latè debet intelligi, l. fin. ff. de consti. prin. in cap. cùm dilecti. de dona. & ideo consonat, quod in dubio potius dicatur donatio, quàm feudum, licèt in casu isto res non sit in dubio per suprà dicta. Accedit, quòd donatio fuit facta propter bene merita ipsius d. Vberti vt narratur in dicta inuestitura prima, & secunda, ideo etiam, ex hoc capite debet latè interpretari, ut not. per Alexand. in l. tertia. in princ. in uersiculo secundo limita. ff. quod quisque iur. Et quia concessio fuit facta motu proprio, ut in inuestitura dicitur: etiam isto capite redditur fauorabilis, capitu. si motu proprio. de præbend. in 6. Ex quibus omnibus constat, & euidenter apparet illam fuisse liberam donationem, in qua foeminę sicut masculi includuntur: & ista est differentia inter donationem, & feudum, ut tradit Angel. in consi. 252. Super puncto primo. in versiculo secundo dico. & idem notat Bald. in terminis in consi. 303. In bonis feudalibus. versiculo, secunda rerum qualitas. libro tertio vbi expressè dicit, quòd castra donata ab Imperatore, quia pleno iure translata sunt: idem de istis, quod de aliis bonis patrimonialibus merè debet iudicari. & quòd in donatione ueniant foeminæ etiã Alexan. scribit in consil. 160. Viso themate. libro secundo vbi cō-
12 cludit, † quòd in donatione facta alicui pro se, & descēdentibus veniunt foeminæ, & descendentes ab eis. & idem Alexand. in dicto consi. 24. libro quinto suprà allegato. & facit quod notat Cardinalis in consil. 64. Quòd domina Nera. ubi ponit regulam, quòd in bonis paternis foeminæ simul cum masculis succedunt: excipiuntur tantùm bona feudalia, ergo confirmatur regula in bonis donatis, & in aliis, quæ non sunt feudalia. & sic breuiter absolutū sit primū dubiū, ex quo cōclusio clarissima habetur, quod in dicta prima inuestitura foeminæ sicut masculi comprehenduntur: & ex ista conclusione domina Virginia fundatã habet intentionem, vt ipsa ad bona, de quibus agitur, admittatur, & succedat. Venio ad secundum dubium, quod est, dato, quod domina Virginia vocata sit virtute primæ, & secundæ inuestituræ, vt suprà dictum est: an excludatur a posterioribus inuestituris. Et in hoc considerandum est, quod in erectione Ducatus Mediolani facta per Lanceslaum Imperatorē dictum fuit, q̄ subiecti essent Duci omnes feudatarij, & Barrones existentes in territorio Ducatus Mediolani, & bona, de quibus agitur, sunt in territorio Ducatus Mediolani: nã de tali erectione Ducatus nō est dubitandū,
13 † quia Imperator potest creare omnes dignitates. cap. 1. de feu. Marchi. & no. Andre. de Iser. in c. 1. in verbo, Valuasores. in titu. qui feu. dare pos. & no. in c. 1. in titu. quis dicatur Dux, Marchio. Sed

ADDITIONES.

a ¶ Simili.] Scilicet suprà consil. 467. adde suprà consi. 413.
b ¶ Oldra.] Idem Deci. suprà consi. 41. Caro. Rui. consi. 36. nu. 8. consi. 38. consi. 39. lib. 1. Et in hoc etiam articulo, vt foeminę includantur bene dicit Decius.

Sed in casu isto dicendum est, quòd verba submissionis non cõueniunt, quia pro pter bona, quæ liberè donata fuerunt donatarij non dicuntur feudatarij nec Berones. † Nam Baronia [a] dici-
14
a tur feudum, quod sub se habet alia feuda, ut not. Andr. de Iser. in capit. 1. §. simpliciter potest. in versicu. Baronia vero. de capi. qui cur. vendi. hic enim agitur de donatione libera, & perfecta, quæ alterari non potest. l. perfecta. C. de dona. quæ sub modo & etiam authoritate rescripti Imperatoris rescindi non potest. l. si donationem. C. de reuo. dona. Cum ergo uerba submissionis nõ conueniant, non videtur habere locum dispositio l. 4. §. prætor ait. in fi. ubi Barto. ff. de dam. infec. in l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. & in c. indemnitatibus. §. pe. de elec. in 6. Et hoc etiã alia ratione principali comprobatur, quia in inuestitura Corradi Imperatoris dicta castra, & bona, separata fuerunt à ciuitatibus, in quarum territorio erant, & ex certa scientia, & de plenitudine potestatis concessa, & reseruata sunt sub omnimoda potestate, gubernio, tuitione, & libero dominio ipsius Vberti, & successorum suorum: quo casu licèt ciuitates, in cuius territorio erant dicta castra, & loca, postea applicatæ fuerint Ducatui Mediolani, talis applicatio non intelligitur derogare castris, & locis separatis prius à ciuitatibus, & reseruatis sub omnimoda potestate, libero dominio ipsius domini Vberti, & successorum, ex eo, quod not. Hostien. & Abb. post alios in ca. nimis, uersi. sed cir
15 ca prædicta. de iureiur. † vbi ponit quęstionem, ꝙ si imperator concessit alicui castrum specialiter, deinde alteri postea concessit prouinciam, in qua situm erat illud castrum reseruatum, ex illa concessione prouinciæ alteri facta non videtur derogatum illi castro specialiter prius concesso, quia generalis concessio prouinciæ videtur facta sine preiudicio alterius, argum. l. 2. §. meritò. & §. si quid a Principe. ff. ne quid in loco publico, in capitu. super eo, de offic. delegat. facit tex. in cap. studuisti. de offic. lega. in cap. 2. cum glo. de relig. domi. & potius verba impropriari debent, quàm quòd tertio præiudicium inferatur, ut not. Abb. & Card. in d. cap. super eo. Et ista cõclusio etiam procedit, si gratia alicui motu proprio facta sit, quia non tamen videtur, quod tertio præiudicium inferatur, ut not. Abb. in capitul. causam, quæ el secundo de test. Secundo principaliter obijcitur de recognitione facta per dominum Palauicinum a Duce Mediolani tanquam de bonis feudalibus unde cũ successiue retenta fuerint dicta bo-
b na tanquam feudalia, non videtur, [b] quod Virginia in illis succedere possit, per ea, quę not. Barto. in l. si rem aliquam. ff. de acquirend. possessio. Paul. de Cast. in consil. 154. Super primo. cum similibus. Sed ad hoc respondetur duobus modis. Primo,
c quòd talis recognitio (ut narratur) fuit facta per metum [c] per ordinationem pœnalem ipsius Ducis: quo casu ex tali præcepto pœnali iustus metus inducitur, ut not. Bartol. in l. creditor. in fin. ff. de solut. per l. fin. §. 1. ff. quod met. caus. & idem Bartol. in tractat. de tyrannide. in septima quæstione Angel. in l. liber homo. in fin. ff. de hæredita. institut. Pet. de Ancharan. in consi. 300. Visa s. dicta facti narratione. Cuman. in consil. 185. Laurentius. & Nellus in tractatu bannitorum. in prima parte tertij temporis. quæstione penultima. Non obstat, quòd talis metus purgatus uidetur ex longo temporis interuallo, in quo isti de Palauicinis præstiterunt ea, quæ à feudatariis præstari solent, argum. l. 2. C. quod metus causa. Quia responderi potest, quod talis metus etiam ex interuallo purgari non potest, ex quo eadem causa metus subsistebat: quia erat semper sub potestate, & Imperio Ducis, ex eo, quod not. Bartol. in l. si ob turpem. ff. de condictio. ob causam ubi concludit, quòd metus illatus vxori per maritum nunquam etiam ex interuallo purgatur durante eodem matrimonio. & not. Bald. in d. l. secunda. versicul.
16 sed quæro. † vbi inquit, quòd post metum illatum ex aliquo actu sequenti nunquam purgatur metus, etiam cum interuallo eadem causa metus durante. & idem tradit Pet. de Anchar. in d. consil. 300. & hoc in notabili casu Cardin. scribit in consi. 137. Redemptoris omnium, qui est rex regum. Calderin. in consil. primo. in titul. quod metus causa. Abb. in capitul. accedens. in tertio notabili de procuratori cum similibus, ut dixi in consilio 219. Viso puncto. & addo dictum Bald. in capitul. j. §. si uero.
17 de feud guard. ubi inquit, † quòd si recognitio feudi aliter, quã more solito facta sit per impressionem, uel per errorem, non nocet posteris; & ideo cùm in casu isto recognitio feudi facta fuerit per metum, & duraret causa metus, vt supra dictum est: talis recognitio non nocet posteris per supra dicta. Secundo principaliter respondetur ad id, quod supra dictum est de recognitione feudi, quod prima inuestitura, & secunda attenditur, quæ utraque continet liberam donationem, & ex illis ius acquisitum fuit domino Vberto primo acquisitori, & eius successoribus: & tale ius tolli nec alterari potuit per dominum Palauicinum, & alios, qui bona, quæ erant libera, fecerunt feudalia: nam hoc facere nõ
d poterunt in præiudicium posterorum [d] quibus erat ius quęsitum ex prioribus inuestituris: quia noua inuestitura non potest fieri in præiudicium alterius, quia prima radix attenditur, ut not. Bald. in l. 1. C. quando non peten. par. & in capitu. 1. de eo, qui sibi, & hæredibus suis. & recognitio feudi facta aliter quàm solito more, non nocet posteris, ut not. Bald. in capitul. 1. §. fin. in uer. quis dicatur castaldus. de feudo guard. & in terminis nostris specialiter tradit Bald. in consi. 82. Proponitur, ꝙ inuestitu
18 ræ antiquæ. lib. 1. † vbi inquit, ꝙ fœmina venire potest ad successionem feudi virtute antiquissimæ inuestituræ, in qua vocabatur non obstantibus posterioribus inuestituris, quæ tñ de masculis loquebantur. Et dicit Pau. de Cast. in consil. 63. Videtur dicendum ꝙ non est recedendũ ab antiquioribus inuestituris, nisi in posterioribus aliter sit dictum de cõ consensu eorum, quorum interest. Et ad confirmationem huius cõclusionis bene facit, quod not. Paul. de Cast. in consi. 162. In præsenti causa. in
19 vers. sed nos loquimur in successione. † vbi in donatione facta à Rege cuidam, & eius primogenito, & successiuè alijs videtur ius quæsitum ex contractu donationis, quod reuocari non põt etiam ab ipso Rege, qui donauit. l. perfecta. C. de donatio. quæ sub modo. allegat etiam l. aliud est. ff. de solu. iuncta l. legem. C. de pactis. Et in dicto consilio in vers. applicando igitur ista, concludit, ꝙ omnibus successiuè comprehensis in d. donatione sit ius quæsitum non per viam transmissionis de persona in aliam, sed ex persona propria eueniente casu, quòd persona, quæ fit anterior, tollatur de medio, ut ipse ibi probat, & deducit: & ideo in casu isto concludendum videtur, ꝙ Virginia ad successionem dictorum bonorum admittatur non obstantibus posterioribus inuestituris, quæ illi non præiudicant per supra dicta. & in simili casu, ꝙ secunda inuestitura non intelligatur priori derogare, tradit etiam Paul. de Cast. in consilio 159. Viso, & examinato puncto. & Roman. in consi. 298. Circa præmissam dubii consultationem. vbi plura similia inducit. & Alexand. in consil. 23. Viso processu. eodem libr. quinto. & certè cum ista sit vnica filia domini Ioan. Ludouici, & bona sint allodialia, non videtur dubitandum, quominus ipsa ad hæreditatem patris sui admittatur. & ex his etiam secundum dubium breuiter expeditũ sit. Non obstat Virginiæ, ꝙ ipsa non esset nata tempore concessionis dictorum bonorum factæ domino Vberto primo acquisitori, nec tempore, quo dominus Palauicinus alienauit directum dominium recognoscendo dicta bona allodialia in feudũ: quia sufficit, ꝙ ipsa sit de posteris, & descendentibus dicti domini Vberti, licèt postea nata sit: quia verba relata sunt ad futurum, quia concessa fuerunt hæredibus, & posteris dicti domini Vberti, quo casu sufficit, quòd nata sit tempore, quo venit casus successionis, vt no. Ioan. And. in addit. Spec. in titul. de testamen. in rubr. versi. Item Lambertinus. refert, & sequit Alex. in consi. 26. Videretur fortasse. lib. 3. bene facit, quod no. Fulg.
20 in l. quoties. C. de fideicommiss. ibi concludit, † quòd si res prohibita sit alienari extra familiam, & omnes de familia alienationi consenserint, illi, qui consenserunt, non possunt contrauenire. dicta l. quoties. alij tamen descendentes postea nati, quibus fideicommissum debetur, possunt ex eorum persona petere, & alienationem reuocare, per not. in l. peto §. fin. de legat. secundo. & dictum Fulg. sequitur Corn. in dict. l. quoties. ista tamen dubitatio non cadit in isto casu, in quo bona peuenerunt ad dominum Ioann. Ludouicum, & nunc agitur de hæreditate ipsius domini Ioann. Ludouici, quæ ad dominam Virginiam eius filiam indubitanter spectare videtur. Non obstat, quod Virgi-
e nia excludatur ex testamento domini Rolandi, [e] qui uoluit, & disposuit, quòd bona, de quibus agitur, tantum ad masculos peruenirent: quia ipse non potuit hoc disponere in præiudicium fœminarum, quibus erat ius quæsitum ex prima, & secunda inuestitura, quæ continet donationem, vt supra dictum est. Et quia vassallus non potest testari de feudo, capi. primo. de succes. feud. in principio cap. primo. § donare. qua. olim feud. alie. poterat sed in hoc non est insistendum, quia ista non sunt bona feudalia, sed allodialia, ut supra dictum est. Non obstant allegata

ADDITIONES.

a ¶ Baro.} Francischi. tract. feud. fol. 4. Alciat. parerg. lib. 5. cap. 16. dixi in consuet. Paris. §. 20. num. 3. cum seq.

b ¶ Non.) videtur hoc verum, & male contra scripserunt Philippi Dec. & Caro. Ruin. per ea, quæ scripsi in consuetu. Paris. §. 1. gl. 5. nume. 10. cum sequen.

c ¶ Metum.} hæc esset bona solutio, sed facti est, nec de ea loquitur Ruin.

d ¶ Posterorũ.] Imo potuerunt, ex quo non erat ius quæsitum, nisi hæredibus, ut suprà eodem nu. 6. & ita in simili And. Tiraq. tract. retract. proxi. §. 32. nu. 42. rectè decidit.

e ¶ Rolandi.) Idem Rui. consi. 38. num. 22. cũ seq. & malè, ex quo res erat hæreditaria.

gata ſuprà in contrarium. Et primo dum dicitur, quòd ſi eſſent
bona feudalia, eſſet fundata intentio agnatorum, quòd fœmi-
na excludatur, quia ex ſupra dictis apparet bona non eſſe feuda
lia, ſed allodialia, & donata liberè, & ſimpliciter. Et ex hoc ēt
tollitur, quo ſupra in contrarium dicebatur de priuilegio, quod
non porrigitur ad deſcendentes ex fœminis, d.l. 1. de iure im-
muni. quia reſpondetur, quòd hic non agitur de priuilegio, ſed
de donatione, vt ſuprà dictum eſt. Et eſt ſpeciale in priuilegio
immunitatis, prout loquitur text. in d.l. 1. vt illum text. decla-
rat Paul. de Caſtro in l. maritum. ff. ſoluto matrimonio. Imola
in l. ſi ita ſcriptum. ff. de legatis ſecundo. Alexander in l. quia
perſonale. ff. ſoluto matrimonio. ſed in alijs priuilegijs eſſet
ſecus. Non obſtat, quòd mulier non ſit capax iuriſdictionis,
21 vt ſupra in contrarium arguitur, † quia in iſta iuriſdictione,
quæ competeret iure hæreditario, mulier habilis dicitur, vt no.
Angel. in l. fœminæ. ff. de regul. iur. in l. cum prætor. ff. de iud.
& not. Abb. poſt alios in cap. cum dilecta. de maioritate, & obe
dientia. & not. in capitul. ſignificauit, de reſcript. Vltimò non
obſtat, quòd videtur agnatis ius quæſitum virtute præſcriptio
nis: quia ſemper ipſi agnati hactenus tenuerunt, & habuerunt
22 poſſeſſionem dictorum caſtrorum: † & etiam in feudis habet lo
cum præſcriptio xxx. annorum. capitulo, ſi quis per xxx. an-
nos, ſi de feud. fuerit controuer. inter domin. & agnat. not. in
capitulo fina. de feudo dato inuicem. leg. commiſ. & notat Pa.
de Caſt. in ꝯſi. 155. Circa præſentem. per l. fi. C. de fun. patri. lib.
11. facit tex. in l. ſicut. in l. omnes. C. de præſcrip. xxx. annorū,
& in caſu iſto videtur præſcriptio tanti temporis, cuius ini-
tij memoria non ſit in contrarium, quæ habet vim priuilegij,
in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidia. & æſtiuà.
in capitulo ſuper quibuſdam §. prætereà de verborum ſignifica
tione. in capitul. primo in fin. de præſcrip. in 6. Nam ad hoc
reſpondetur, quòd contra Virginiam præſcriptio locum habe
re non poteſt, quia antequam naſceretur, ius agendi ſibi non
competebat, cùm non eſſet in rerum natura: & illi non valen-
ti agere præſcriptio non currit, l. 1. in fin. C. de anna. exceptio.
23 † Et ideo ſtatutum, quod generaliter inducit præſcriptionem,
non habet locum contra filiumfam. qui agere nō poteſt, vt no.
Bald. in authentica, niſi tricennale, in verſic. ſed quid dices. C.
de bonis mater. Et quia in iſto caſu impeditur agere, antequàm
actio competat, & tali caſu non currit præſcriptio, vt declarat
Barto. in l. ſenatus. ff. de officio præſi. nam præſcriptio fuit in-
uenta contra deſides, & negligentes, vt not. in l. fin. C. de edicto
diui Adria. tollen. quæ quidem negligentia nō cadit in illa, quæ
agere non potuit, vt in ſimili caſu notat Paulus de Caſtro in con-
ſilio 467. In caſu præmiſſo. in nouis, in ſecunda parte. & cum
ipſa Virginia non eſſet in rerum natura, non potuit currere præ
ſcriptio ſuper eo, quod non erat actu, nec potentia cauſarum,
vt idem Pau. de Caſt. dicit in conſilio 392. Viſis dubijs. in anti-
quis, vbi allegat textum in l. talis facta ſtipulatio. ff. de iure do-
tium. illa enim eſt regula naturalis, quòd non valenti agere nō
currit præſcriptio: quia vbi non eſt culpa, non debet eſſe pœ-
na, vt inquit Bald. in dicta authentica niſi. & facit text. in l. 2.
in §. in omnibus autem. ff. de iudi. in l. cū notiſſimi. §. illud. C.
de præſcriptione triginta vel quadraginta annorū, & not Abb.
in conſilio 101. In quæſtione, quæ vertitur. libro primo. Aret.
in conſilio 100. In cauſa Georgij in princip. cum ſimilibus, vt
tradit Felyn. in capitul. ex tranſmiſſa, de præſcriptio. Poſtremò
dato, ꝙ bona, de quibus agitur, eſſent feudalia, quod omnino
24 negatur per ſupradicta. † Quæritur, an dicta Virginia habili-
tari poſſit à ſummo Pontifice, vt ipſa ſuccedat in bonis feudali-
bus, quæ pater eius tenebat, & poſſidebat tpe mortis excluſis
agnatis. Et in hoc multa dici poſſunt, ſed ſtudendo breuitati con
cludendum eſt, ꝙ intuitu benemeritorum patris, & etiam pro-
pter benemerita mariti ipſa Virginia poſſit inueſtiri in dictis
bonis feudalibus: nam non eſt nouum, quòd feudum conceda-
tur filiæ a domino propter amorem, & ſeruitium patris, vt eſt
text. in capitulo vnico in titul. quemadmodum. feud. ad filiam
perti. & per illum textum no Fulg. in conſil. 4. Ad id, de quo
quæritur. & idem ibi Fulgoſ. dicit de marito filiæ in verſiculo,
& ad hoc bene facit, quia non refert, an per filios, vel per gene-
ros ſeruitia exhibeantur, l. 3. C. de natura. liber. in fin. & licet
textus in d. capit. vnico queadmo. feud. ad filiam perti. intelli-
a gatur in feudo nouo, idem tamen videtur in feudo antiquo [a] ac
cedente authoritate ſummi Pontificis, qui hoc facere potuit
contemplatione patris, & mariti in præiudicium agnatorum:
quia hoc ius vtilis dominij, quod conſideratur in bonis feuda-
libus, vt not. in cap. 1. §. rei autem. de inue. de re alie. facta. eſt
de iure ciuili, ut no. Bar. in l. ex hoc iure. ff. de iuſtitia, & iure. &
in dominio quæſito de iure ciuili poteſt Princeps illud tollere ad
libitum voluntatis, vt notat Bald. in l. fi. C. ſenten. reſcind. non
poſſ. in verſiculo, ſed immediate opponitur. & idem Angel. in
l. item ſi verberatum. §. primo ff. de rei vendicatio. per illum
textum dicit, quòd Imperator poteſt de plenitudine poteſtatis
auferre nobis dominium etiam nulla cauſa ſuadente. & idem
Angel. dicit in l. 3. §. ſi is, pro quo in princip. ff. quod quiſque
iur. in l. 2. C. de quadri. præſcript. & Paulus de Caſtro poſt Al-
beric. in l. quoties. C. de precibus impera. offerend. Baldus in
lege reſcripta. verſiculo, tertiò quæritur. C. de precibus impe-
rator. offerend. & in lege ſecunda in verſicul. item nota, quòd
ſi Papa. C. de ſerui. & in dicta lege, item ſi verberatum. §. primo.
ff. de rei vendicatione. Et iſta concluſio indubitanter videtur
procedere in iſto caſu, in quo factum fuit ex cauſa remunera-
* tionis intuitu patris, & mariti, quo caſu * *omnes* tenent, quòd
ex cauſa hoc fieri poteſt. & probatur in dicta lege Lucius. vbi
Angelus dicit, ꝙ ex cauſa legitima ibi prædia fuerunt publicata,
& fuit cauſa remunerationis, vt colligitur ibi, partes ueteranis
in præmia aſſignatas: & notat Bartolus in l. quicunque. in fi. Co
dice de fide inſtrumentorum, & iure haſtæ fiſc. libro decimo:
25 † nam propter remunerationem multa conceduntur, quæ alias
prohibita ſunt. lege Aquilius Regulus. lege ſi pater. §. primo.
ff. de donationi. cum ſimlibus vt Roma. tradit in l. ſi vero. §. de
viro. in quaranteſimaoctaua Fallentia. ff. ſoluto matrimonio.
& in conſi. 310. In cauſa propoſitæ conſultationis. Andr. Si-
cul. in conſil. 11. libr. ſecundo. Et etiam abſque cauſa ſummus
Pontifex hoc facere poteſt, cum ſit ius quæſitum de iure ciuili,
vt ſupra dixi, dummodo conſtet de voluntate eius; vnde etiā
poſt aditam hæreditatē poteſt legitimare in præiudicium agna-
b torum, [b] vt not. Bald. in capitul. primo quod incipit, Domino
guerram. in principio, in verſic. & nos dicimus in legitimato.
in titulo, hic finitur lex Corra. & idem tenet Paul. in lege cum
hæredes in principio. ff. de acquirenda poſſeſſione in l. 3. ff. de
teſtament. & latius in conſil. 228. Super primo dubio. Alexan.
in conſil. 2. Viſis codicillis. libro primo. & de voluntate conſta-
re videtur, ſi hoc concedatur a ſummo Pontifice per viam pri-
uilegij cum clauſula, ex certa ſcientia: quia ex tali clauſula ap-
paret, ꝙ voluit præiudicare illi, cui erat ius quæſitum, vt di-
cit Paul. de Caſtro in conſilio 105. aliàs 107. Donatio prædi-
cta. vbi allegat gloſſ. in capitulo ad hæc, de reſcript. & idem
26 Ioann. de Anan. in conſil. 81. Viſo inſtrumento † vbi conclu-
dit, ꝙ Princeps poteſt rem alterius cōcedere, ſi clauſula ex cer-
ta ſcientia apponatur. & tradit Alexand. in conſilio ccxv. Nec
arguendi ſumus. libro ſecundo. quod enim factum eſt ex certa
ſcientia Principis, in dubium reuocari non poteſt, notat Bartol.
in lege conficiuntur. §. codicilli. ff. de iure codicillorum. & idem
Bartolus in conſilio cxcvj. Ciuitati Camerini. & Oltrad. in con
ſilio cclvij. Factum tale eſt. & quod Princeps facit ex certa ſcien
tia, videtur facere de plenitudine poteſtatis, ut notat Baldus in
lege eos. in princip. C. de appell. & non debet quis audiri con-
tra illud, quòd Princeps facit ex certa ſcientia, ſed debet repel-
li, & illi perpetuum ſilentium imponi, ut inquit Bald. in capit.
27 primo. §. ſi quis autem. de pace Conſtan. † Similiter vbi princeps
ſcribit de plenitudine poteſtatis, nihil opponi poteſt, quod an
nullet gratiam, ut dicit Bald. in proœmio decretalium. vbi al-
legat Compoſtel. & non poteſt dici Principi, cur ita facis, vt no.
idem Bald. in præludijs feudorum verſiculo, ſed pauca de prin-
cipe dicamus. & quemadmodum conſtat de voluntate Pon-
tificis per ſuprà dicta: de poteſtate vero non uidetur dubi-
tandum, cum ſit ſupra ius. capitulo propoſuit, de conceſſio.
28 præbend. vbi Abb. poſt Hoſtien. quem ibi refert & dicit, † ꝙ
Papa poteſt omnia facere, quæ Deus poteſt claue non erran-
te: quia ipſe non puri hominis, ſed vicem Dei gerit in terris.
capitulo quanto, de translatio. prælato. & ipſe eſt ſucceſſor Pe-
tri, & Vicarius Chriſti, capitulo licet. de translat. prælatorum.
capitulo vnico. §. porro. vt eccle. benefic. & ſolus Papa habet
plenitudinem poteſtatis, ſecunda quæſtione 6. capitulo decre-
to. capitulo ad honorem, de autho. & vſu pallij. & no. Bald. in
29 proœmio decretalium. in princip. ibi, Epiſcopus. † vbi dicit
quòd Papa eſt culmen epiſcoporum, & cæterorum, quos in-
tellectus imaginari poteſt; & cui data eſt clauium plenituto, &
ſumma, & libera poteſtas abſoluta ab omnibus vinculis; & ab
omni regula arctatiua. & idem not Bald. in l. reſcripta. Codice
de preci. imperato. offerend. & maxime iſta concluſio videtur
procedere in his, quæ ſunt de iure ciuili introducta, quibus ex
ſola voluntate Papæ, vel Imperatoris derogari poteſt, vt ſupra
dixi. &

ADDITIONES.

a ¶ Antiquo.) Idem Ruin. conſil. 38. nume. 9. lib. 1.

b ¶ Agnatorum.) Falſum etiam illa iacente, etiam patre vouente, vt te-
net idem Dec. ſupra conſilio 365. numero primo. Cardin. Ruin. conſilio
36. In cauſa feudali. numè. 14. cum ſequent. lib. 1. [redacted]

dixi.& idem not. Paul. de Cast. in dicto consi. 107. Dicta donatio. vbi arguit, quòd in dubio non videtur iuri alterius derogari, secus vbi constat, per suprà dicta. & bonum est, quòd hoc exprimatur, ut not. Paul. de Castr. in consi. 84. Quæstio ista vertitur. in fin. in secunda parte, in nouis. & facit quod not. per gloss. in capi. na-
30 turales. si de feud. fuerit controuer. inter do. & agna. q̃ tenet, † ꝙ Princeps potest legitimare filium, ut succedat in feudum in præiudicium agnatorum, & ideo cum in casu isto cõcurrat potestas, & voluntas summi Pontificis, vt patet ex suprà dictis, concludẽdum est, ꝙ dicta Virginia potuerit habilitari, quia in omni actu voluntas cum potestate requiritur, ut not. Bald. in l. omne verbũ. C. communia de lega. & in l. cum te. per illum tex. C. de dona. ante nup. cum simi. ut dixi in cap. cum super. in quarto not. de offi. de leg. Nec obstat prædictæ conclusioni, quòd in tali habilitate, seu dispensatione nõ fuerũt citati agnati, de quorũ pіudicio agebat: quia respondetur duobus modis. Primò quòd cum talis habilitatio facta sit per modum priuilegij: & ipsa habilitatio fœminæ ad bona feudalia dicitur esse priuilegium, ut not. Bal. in prælud. feu. in versi. item si concedatur fœminæ. quo casu in concessione priuilegij non est de more, ꝙ quis citetur, quia est donũ superioris,
31 ut no. Bald. in l. nam ita diuus. ff. de adoptio. † sicut enim princeps solus legem condere potest, sic est in potestate eius cõcedere priuilegia nemine citato, ut idem Bald. dicit in l. fi. C. quib. res iudi. non nocet. & in l. fi. in ver. extra opponitur. C. de fructi. & litium expen. & idem tenent Cald. Bald. & Abb. post alios in c. olim. de re iudi. & ad hoc est dictum Innocen. in cap. nisi cum pridem, in
32 verbo, indulgeri. de renuntiatio. † ubi inquit, quod dispensatio fieri potest non citatis illis, de quorum interesse agitur. & refert, & sequitur Ro. in consi. 369. Circa primum. in versi. & huius est ratio. Secundò respondetur, quòd ex quo apparet, ꝙ Papa uoluit tertio præiudicare, ut suprà dictum est: alia citatio non requiritur, quia habet locum regula l. qui potest inuitis. ff. de regul. iur. & ita arguit Roman. in dicto consilio. 369. & idem Abb. in capitul. inter quatuor. in 2. notabili, de maioritate, & obe-
33 dientia † vbi cõcludit, quod in his, in quibus Papa liberam habet potestatem, ut in his, quæ sunt de iure ciuili, in quibus constat ꝙ voluit alicui præiudicare, non requiritur citatio, & idem concludit Alexan. in d. consil. 2. Visis codicillis. lib. 1. & Pau. de Cast. in d. consi. 228. ubi concludit, quòd citatio de illo, qui non potest contradicere, non est necessaria, allegat l. 4 §. 1. ff. de fideicom. liberta. Et habet locum dicta regula, qui potest. ff. de reg. iur. & hoc modo arguit Oldra. in consi. 95. Ex forma istius statuti. in fi. & Rom. in consi. 212. Quo ad primum, in princ. cum si. ut dixi in l. qui potest. ff. de regul. iur.

EPITOME Consi. CCCCXCIX.

De compromisso facto in fratrem minorem vti arbitratorem an valeat, & ratificari possit à partibus.

SVMMARIVM.

1 *Monachus, & alij religiosi medicantes arbitratores esse non prohibentur, ubi de monasterij interesse agitur, & Abbate non prohibente.*
2 *Fratres minores de superioris licenta testamentorum executores esse non possunt. 3.*
4 *Religiosus alicuius religionis, qui in communi proprium habere potest, etiam potest esse arbitrator.*
5 *Fratres minores funditus pro mortuis, & omnino extinctis habentur.*
6 *Laudum à fratre minore factum, dato, quòd arbitrator esse non possit, an valeat.*
7 *Actus contra legem gestus non valet.*
8 *Actum quando lex prohibet, & vltra procedit actum confirmando, probibitione non obstante actus validus remanet.*
9 *Iudicium non valet, si seruus vt procurator in iudicio interuenit, licet non opponatur.*
10 *Instrumenta clerici seculares, antequam eis officium interdictum sit, facere possint, secus tamen monachi.*
11 *Procurator quod non possit esse clericus secularis ante litem contestatam solum opponi potest, sed religioso semper.*
12 *Doctores plerunque aues imitantur, ut quando una uolat, omnes sequantur.*
13 *Laudum nullum partium consensu approbari, & ratificari non potest.*
[redacted]

N causa, quæ Parpiani agitatur, in qua accuratissimè, & subtiliter scripsit dominus Galdricus Font, olim acutissimus discipulus [redacted] hic Pisis, iuridic[redacted] arbitror conclusionem ab eo firmatam. & pro clariori demonstratione videndum est de tribus. Primo an compromissum factum cum consensu superioris in fratrem minorem sancti Francisci uti arbitratorem ualuerit. Secundo an dato, quod de iure fieri non potuerit, si tamen factum sit, valeat. Tertio dato, quòd non valeat, an a partibus possit ratificari, & emologari. Circa primum paucis concludendum est differentiam esse inter monachos, & alios religiosos mendicã-
1 tes pro una parte, & fratres minores pro alia parte. † nam monachus, & alii religiosi mendicantes non prohibentur esse arbitratores, vbi agitur de interesse monasterij, & Abbate imperante, ut Spec. concludit in tit. de arbitr. §. fin. incip. sequitur videre. uersi. sed quid de simplici monacho. & idem tenent Bald. in l. si qui ex consensu. C. de episcopa. audi. & Alber. post antiquos, quos ibi refert in l. non distinguemus. §. sacerdotio. & l. Pædius. in prin. circa fin. ff. de arbit. & ibi dicit, quòd uidit practicari, & seruari de facto in omnibus, qui prohibentur esse arbitri, quod possunt esse arbitratores, & amicabiles compositores. Hostien. in summa. de arbit. §. quis posset esse arbiter. in fin. Card. in clemen. secunda de rescript. Pet. de Anchar. in consi 444. Primo eliciamus. & de seruo, & monacho, quod possint esse arbitratores, etiam dicit Bal. in d. l. Pædius. §. in seruum. & cum licentia superioris non videtur dubitandum. capit. religiosus. de testa. in 6. & in clem. religiosus. de procur. Sed in fratribus minoribus sancti Francisci magis stricta est prohibitio, ut no. per gl. in clem. 1. de test. in verbo, suscipe-
2 re. quæ dicit illum text. † qui permittit religiosis officium executoris suscipere de licentia superioris, non habere locum in fratribus minoribus, qui tale officium de consensu, & licentia superioris suscipere non possunt secundum gloss. ibi, quam Cardi. ibi sequitur in 5. oppo. quòd speciale est in fratribus minoribus. & idẽ ibi dicit Imo. in dicto verbo, suscipere. per text. allegatum ibi in glo. in clem. exiui. de verbor. signifi. §. proinde. in versi. item cum executiones vltimarum suscipiunt uoluntatum. ubi arguuntur, ꝙ suscipiunt executiones vltimarum uoluntatum. & in §. iterum etiam. ubi prohibentur, dum in ver. cunque ibi dicitur, debent sibi scire interdictum, quòd huiusmodi executionibus, & dispositionibus se exponant: & idem tenet Ioan. And. in d. ca. religiosus. ubi limitat gloss. ibi, quę generaliter dicit illum textum habere locum in mendicantibus, vt non habeat locum in fratribus minoribus per dictam clem. exiui. & idem sequitur Dom. in d. cap. religiosus. in gloss. 2. idem dicit Bar. in l. 1. de lega 2. Bald. in auth. ingressi. C. de sacros. eccl. & sequitur Lanfran. de Brixia in tractatu de arbitr. char. x. versi. de fratre minore. & idem habetur in tractatu de arbitr. qui adscribitur genero Bartol. in 4. libr. in 4. cap. in fi. Ex quibus omnibus patet * *communem* esse opinionem, † quòd
3 fratres minores non possunt esse executores testamentorum, à fortiori, videtur, ꝙ non possint esse arbitratores in negotijs secularium, quia executio ultimarum volũtatũ fauorabilior videtur, quia interest reipubli. ꝙ uoluntas testatoris habeat locum. l. vel negare. ff. quemadmodum testa. aperi. not. Bald. in l. Gallus. §. ꝙ si is. in 3. nota. de liberis. & posthu. & tamen executores esse prohibentur, ut suprà dictum est: ergo ut dixi, à fortiori nõ possunt esse arbitratores: & hoc in terminis tenet Angel. in consi. 272. Primus punctus. ubi istam æquiparationem facit, quòd frater minor non potest esse arbitrator, nec executor, quia nullum participium, habet uel habere potest circa temporalia etiam habentia secum pietatem admixtam, in dicta clementina exiui. & idem in terminis concludit Paulus de Castro in l. ex facto. §. si quis rogatus. el secundo. ff. ad Trebellianicam in versicu. & est argumen-
4 tum, † ubi inquit, quòd religiosus alicuius religionis, quæ potest habere proprium in communi, potest esse arbitrator, quia eius status non est omnino annihilatus, sed si non potest habere proprium nullo modo, ut in fratre minore, non potest esse arbitrator, quia pro mortuo omnino habetur, & in arbitratore idem habetur in dicto tractatu de arbitris in quarto libro capitu. quarto. in fi. & secundum istam conclusionem ẽt in terminis cosuluit Baldus in consilio 437. Proponitur, quoddam compromissum. in quarto libro. ubi in versiculo, sed in contrarium inquit, quòd frater minor etiam de consensu generalis ministri non potest cognoscere more arbitri, sicut nec seruus de consensu domini. l. illa verba. ff. de verborum significatione, & dicit, quòd fratres minores ab istis officijs secularibus per eorum regulam sunt prohibiti, contra quam prohibitionem non potest dispensari per eorum superiorem, vt in dicta clementina exiui. & ut ibi dicitur, non possunt se litigiosis actibus immiscere, in dicta clementina. §. cupientes. & §. cunque dicti ordinis, & subijcit Bal. ibi, quòd sicut si liber pronuntiat cum seruo, pronuntiatio non valet, l. Pædius. ff. de arbitr. ita in fratre minore dicendum est, quia ipse est seruus religionis, & quia partes errauerunt compromittendo in fratrem minorem, ideo non ualuit compromissum. †. si per errorem. ff. de iurisdictione omnium iudicum. Et licet Bald. videatur loqui in arbitro, habet locum in arbitratore, ut notat Angelus in consilio ducentesimoseptuagesimosecundo. suprà allegato.

allegato. Et ex suprà dictis patet differentiam esse, ut suprà dixi,
5 inter fratres minores, & alios religiosos. & ad idem facit: † quia
fratres minores habētur funditus pro mortuis, & omnino extin-
ctis, ut Bald. dicit in l. cum acutissimi, versicul. item nunquid. C.
de fideicommiss. & ideo veniunt succedentes ab intestato perin-
de, ac si frater minor non esset in rerum natura, ut Bartolus con-
cludit in tractatu minoricarum. in ultimo lib. in principio. in ver-
siculo, sed ad quos pertinebunt bona. & idem Bal. post Iacobum
Butrig. in authentica ingressi. in versicu. extra gloss. quæritur. C.
de sacrosanct. eccles. cum similib. ut dixi in capitu. in præsentia. in
char. vltima de proba. Et tales fratres non possunt capere bona,
ut uendant, ut Abbas concludit in dicto capitulo in præsentia,
in vltima charta. Card. in dicta clementina exiui. §. proinde. circa
finem. & in consi. 102. Super dubijs præmissis. in secundo dubio.
secus est in alijs mendicantibus, qui possunt accipere, ut vendāt,
ita quòd prætium in eorum necessitatibus conuertatur, ut notat
Bald. in l. cum quæstio. C de legat. cum similib. ut tradit Alexan.
in l. apud Iulianum. § constet. de leg. 1. & dixi in d. cap. in præsen-
tia. & sic patet, quòd in fratribus minoribus prohibitio est magis
stricta. & confirmatur, quod suprà dictum fuit, & conclusum, ꝙ
in fratrem minorem nō potuit fieri compromissum etiam in ar-
bitratorem, etiam de consensu superioris, & quòd laudum latū
6 non valet, & ita primum dubium absolutum sit. † Venio ad secū
dum dubium, in quo quæritur, dato, quòd de iure frater minor
a prohibeatur esse arbitrator, tamen [a] ex quo cōstitutus fuit, & lau
dum protulit, an tale laudum valeat. Et videretur prima facie di-
cendum, quod ualeat, quia multa prohibentur fieri, quæ tamen
facta tenent. cap. ad apostolicam de regula. l. 1. §. biduum. ff. quan
do app. sit. l. relegatorum. §. ad tempus. ff. de interd. & relegat. &
omissis alijs pluribus, q̄ ueniunt a remotis, ad hoc v̄r decisio Fe-
de. in cons. 293. Factum tale est. in versi. item posset forsitan atten
b tari. ubi in terminis dicit, quòd sicut clerico [b] interdictū est offi-
cium tabellionis, & tamen si instrumenta conficiat, valent, ut no.
Host. & Io. And. in c. sicut. ne cler. vel mo sic videtur in Guardia-
no sancti Franc. ordinis minorum, quia licet per cle. exiui. sit re-
prehendendus, si tamen nec superior prohibeat, nec oppositum
sit, tenet quod factum sit: quia prohibitio nō est facta propter vi
tium, sed propter perfectionē regulæ, & ideo in casu isto videt,
quod ex quo frater minor factus fuit arbitrator, & latū sit laudū
non obstante ista prohibitione debeat valere secundū decisionē
Fede. quam sequitur, & comprobat Roma. in consi. 309. Quo ad
primum in 2. dubio, & in simili de prælato no Abb. post alios in
c. decernimus. de iu. & alia similia tradit Ro. in ɔs. 215. Duo sunt.
cum si. quæ no. sunt. Sed tñ prædictis non obstantib ɔ̄rium de iu-
re v̄r, ꝙ compromissum factum ɔ̄ prohibitionem dictæ cle. exiui.
sit nullum, & eodem modo laudum reddat nullum per regulam
7 communem, † ꝙ actus gestus ɔ̄ legem non valet. l. non dubium.
C. de leg. in c. 2. de testib. & in regula quæ ɔ̄ ius. de regu. iur. in 6. &
non uidetur differentia, an lex prohibeat simpliciter, uel ultra
ꝓhibitionem vlterius procedat annullando. quia utroque casu
actus est nullus, ut not. Bartol. in dicta l. non dubium. in secundo
not. & Bald. ibi in quarto not. & tradit Alexander in l. 1. ff. de li-
beris, & posthumis. & in consi. 24. Inspecto processu. libr. 4. &
ex hoc intentio nostra fundata videtur. Non obstant allegat. su-
pra in contrarium, & primo iura, quæ dicunt, quod multa fieri
prohibentur, quæ tamen facta tenent: quia respondetur, & dico
secundum Bartol. in dict. l. non dubium. in versicul quandoque
8 quæritur. ubi concludit, † quod quando lex prohibet actum, &
vltra procedit confirmando actum non obstante prohibitione,
& tunc actus remanet validus, & hoc modo procedunt, & lo-
quuntur iura allega in contrarium in d. l. 1. §. biduum. cum simili-
bus. suprà allega. Si vero prohibitio facta sit a lege simpliciter,
quæ ultra non procedit, actus est nullus. prout in casu nostro vi-
detur, & ita etiam not. Bar. in d. § biduum in 2. opposi & Dyn. in
regula, quę contra ius. in fin. de reg. iur. in sexto. Secundo non
obstat decisio Feder. in dicto consil 293. quia secundum doctri-
nam præcedentem non videtur vera, quia in d. clemen. exiui. est
facta prohibitio simpliciter, & Papa ibi vltra non procedit con
firmando, ergo actus in contrarium est nullus, ut supra proxime
dictum fuit. Secundo considerandum est: quia Federicus fun-
datur in ratione, quæ non valet, quia arguit de clerico seculari
ad religiosum, quod quidem argumentum non procedit: quia in
religiosis strictior prohibitio videt, vt dicit tex in c. sed nec pro
curationes. in versicul. districtus autem ne cleri. vel monac. &
quia monachus, & religiosus seruo æquiparantur, ut not. per
Innocen. in ca. cum olim. de priuileg. & cum seruo processus est
nullus, licet non opponatur, ut not. Ange in l. cum prætor §. non
autem. in princip. ff. de iudic. quia seruus in iudicio esse non po-
9 test l. seruus. C de iudic. † Et si in iudicio seruus ut procurator in-
teruenit, iudicium non valet, licèt non opponatur, ut not. Ang.
post Iacob Butrig. d. l. seruus. per illum textum. quia partes non
possunt habilitare seruum, ut iudicare, vel in iudicio esse possit,
ut not. Abb. in c. sciscitatus. de rescriptis. Et ex ista æquiparatione
serui, & religiosi infertur, quòd instrumentum, de quo rogatus
sit religiosus, non valet, quia idem esset in clerico, qui tabellio es
se non potest. l. generali, C. de tabula. lib. 10. & si quis prius fuisset
notarius, deinde postea seruus efficeretur esset omnino inhabi-
lis ad officium notarij, quia per seruitutem omne ius a iure ciui-
li inductum extinguitur, l. ex facto. § Iulianus. ff. de uulg. & pupil.
idem ergo in monacho, & religioso dicēdum est, quia pro mor
tuo habetur. §. cogitandum. in Authen. de mona. facit text. in c.
si religiosus. de electio. in 6. & istam æquiparationem de religio-
ne, & seruitute superueniente facit Bald. in l. 2. circa finem. C. de
senten. & istam differentiam inter clericum secularem, & reli-
giosum, seu monachum sentit Spe. in tit. de stat. mona. §. 1. versi.
10 26. ubi dicit, † quòd monachi noua instrumenta conficere non
possunt: deinde dicit, quòd instrumenta facta a clericis secula-
ribus ualent, antequam officium sit eis interdictum à superiore
& gloss. in c. ut officium. §. ad conscribēdas. in verbo, præmissa. di-
c cit similiter, quòd noua [c] instrumenta monachus conficere nō
potest, idem Bartol. in l. 1. §. si penes. de tabul. exhib illa enim ver-
ba, non potest. uel non possunt. tollunt potentiā ita ꝙ actus red-
ditur nullus, ut not. in l. Gallus. in princip. de liber. & posthum. &
quia, ut dixi, videtur maior prohibitio in religiosis, quàm in cle-
ricis secularibus. d. c, sed nec procurationes. § districtus autem. &
facit text. in d. ca. ut officium. §. ad conscribendas. ubi dum loqui-
tur de religiosis, utitur tex uerbis præteriti temporis ibi, in seculo
tabellionatus officium habuisse, & exercuisse. & ibi, in seculo of-
ficium tabellionatus habuerunt in clericis utitur verbis præsen-
tis temporis, ibi, qui haberent officium tabellionatus. Et hoc idē
confirmatur ex his, quæ no. Io. Andr. & docto. in c. in nostra. ubi
11 Abb. de procu. ubi tenent, † quòd in clerico seculari solum ante
litem contestatam opponi potest, quòd non possit esse procura
tor, sed religioso semper etiam post litem contestatam opponi
potest. ex quibus omnibus patet, quòd fundamentum Fed. in cō-
si. s̄. alleg. non procedit, dum arguit de clerico seculari ad religio
sum: & maxime hoc v̄r procedere in casu nostro in fratre mino-
re, in quo etiam magis præcisa videtur prohibitio, quam in mo-
nacho, vel alio religioso, ut suprà late dictum fuit. & per s̄. dicta
aliàs consultum fuit per dom. Francis. Aretinum, & ego subscri-
psi hic Pisis, quod testamentum do. Petri de Noceto, de quo ro-
gatus fuit quidam frater Archangelus ordinis minorum, non va
leret. Non obst. quod dictum Fed. in d. consi. 293. videtur appro
12 batum communiter: † quia plerunque doct. nostri non perscru-
tantur rationes, & imitantur aues, q̄ quando una volat, aliæ om-
nes sequuntur: nam dato, quod constaret cōem opi. esset s̄m de
cisionem Federici, cōis opinio non attenditur, quando alia opi-
d nio. [d] contra communē fundata sit melioribus rationibus, ut no.
Ioan. And. in c. 1. in fin. de constitu. & Abb. ibi sequitur circa fin.
per l. 1. §. sed neque ex multitudine authorum. C. de uete. iu. enu.
ad idem text. in capitul. cappellanus. de ferijs. ubi Abb. in pen.
not. & Dom. in capitul. 1. versicul. not. argumen. de summa Tri-
nit. in 6. iustius est. enim & æquius illi sententiæ inhærere, quæ
melioribus rationibus fulcitur, etiam si imperator sit in opinio-
ne contraria. l. Aemilius. ff. de min. ita Angel. dicit in consil. 170.
Sanctissima, & illustrissima. cum similibus ut dixi in capitu. 1. de
constitut. & ita videtur in isto casu per supra dicta: & ex his
13 secundum dubium supra formatum expeditum sit. † In tertio
dubio breuiter concludendum est, quod laudum, quod fuit
nullum propter inhabilitatem personæ arbitratoris, non po-
tuit consensu partium approbari, nec ratificari: & hoc cla-
rum videtur stante instrumento approbationis, prout narratur
quod non intendit personas arbitratorum in aliquo habilitare,
unde dato, ꝙ tale laudū approbari potuisset, talis limitatio appro-
bationis nihil operaretur, quia limitata causa limitatum produ-
cit effectū. l. in agris. ff. de acqu. rer. do. in l. cancellauerat. ff. de his,
quæ in testa. delen. Præterea dato, quòd pars uoluisset laudū ap-
probare habilitando personā arbitratoris, non potuisset, quia ta
lis habi-

ADDITIONES.

a ¶ Tamen.) Quæ sequuntur vsque ad nu. 13. exceptis contentis sub nu. 10. & 11. habentur ad verbum suprà consi. 494.

b ¶ Clerico.) [redacted].

c ¶ Noua.) Scilicet noua recipere, sed prius suscepta in formam redigere. sub data antiqua suscepti negotij. Spec. de stat. mona. §. 1. versi. 27. Bart. l. si quis ex argentarijs. §. rogentur. & ibi Ias. de eden. Fel. in c. cum P. tabellio. de fid. instrumen. Io. de Ana. in c. fraternitatis. de hæreti. Ange. Clausu. versi. tabellio. §. 4.

d ¶ Opinio.] Suprà consi. 259. in prin. [redacted].

lis habilitatio non potest fieri a partibus, quòd frater minor possit arbitramentum suscipere contra prohibitionem d.cle.exiui. quia loquitur prohibitiuè, & iuribus prohibentibus renuntiari non potest, ut not.per gl.& Bar.in l.2.in fi.in ver. ultimo quæro. C.ne fide.doti.dentur & no.Bar.in l.de his.ff. de transf.facit tex.in l.quos prohibet.& ibi Bar.ff.de postulan.& quod no.per gl.1.in l.licèt.ff.de iud.Et quia superior nō potest habilitare fratrem minorem, quòd arbitrari possit, vt suprà dictum est, s'm Bal.in consi.suprà alle.437.li.4.a fortiori uidetur, quòd partes priuatæ hoc facere non possint. Premissæ conclusioni non obstat constitutio Cathaloniæ, quæ executionem tribuit sententiæ arbitrali non obstantibus quibuscunque exceptionibus: quia talis constitutio loquitur de sententia arbitrali, & hoc non videtur in casu isto ueri ficari, quia talis sententia arbitralis fuit nulla, ut in simili no.Bart.
14 in l.diuus.ff.de testa.milit.† vbi inquit, quòd si ex forma statuti nulla exceptio opponi possit contra instrumentum, poterit opponi, ꝙ non sit [a] instrumentum illud, quod producitur, & sic uerba statuti non verificantur, quia sententia nulla non est sententia.l.4.§.condemnatum.ff.de re iudi.l.nullo.C.de feriis. & idem Barto.in l.non putauit.§.non quæuis.ff.de contratabu.cum si ut tradit Alex.in consi.33. Viso themate.in prin.lib.1.& in consil.3. In causa, & lite.lib.2.Secundò respondetur, quòd statutum, dum loquitur de sententia arbitrali intelligitur, quòd lata sit a persona, quæ sit, & possit esse arbiter, uel arbitrator, vt not.Bart.in l.2. §.prætor ait.ff.qui satisd.cog.& not.Cum.in consi.44. Ab arbitrali sententia. & Ang.in consi.249. Super primo quæsito.in fin. Ant.de But.in consi.77.Viso puncto. Pet.de Anch.in consi.207. In quæstione prædicta. Abb.in consi.44.In præsenti quæstione.in fi.li.1.facit quod not per gloss.in clem.1.de seque.pos.& fru.Bal. in l.exceptionem. circa fi.C. de proba.Ang.in consilio.215.Visa narratione.in fi.cum si.vt Ale.scribit in l.de pupillo.§.qui opus. de ope.no.nun.Vltimò non obstat, ꝙ dicta approbatio, & ratificatio laudi videtur ualere saltem in vim pacti, & transactionis, vt per gl.in l.2.C.commu.vtriusque iud.no.Bartol.in l.1.C.qui pro sua iurisdi.Quia respondetur, ꝙ per talem confirmationem, quæ valeret vt pactum, non videtur approbata sententia arbitralis, vt sit exequibilis secundum formam statuti: debet enim seruari, vt pactum, quod non habet executionem paratam de iure cōmuni.l.minor 25.cui fideicommissum.ff.de mino.ita in casu nostro declarat Aret.in consilio 56. Post absolutum primum consilium.in fin.& talis sententia arbitralis, quę fuit nulla, non potest approbari, quòd valeat, vt sententia, vt not.Bart.in d.l.1.C.qui pro sua iurisdi.& Cald.in consi 8.de re iudi. Card.in consi.71.Seriatim in 2.dub. Roman.in consi.clxxiij. Pro decisione.in fin. in consi.175.Dictum laudum. circa fin. Abb. per illum text.in cap. examinata, de confir.vtil.& in consi.92 Contra sententiam.lib. 1.& in consi.62. In controuersia.li.2. & ideo in casu isto non potest habere locum statutum Cathaloniæ de sententia arbitrali. Et ista conclusio procedit dato, ꝙ constaret de voluntate partium expressè, ꝙ voluissent talem sententiam valere virtute pacti, vel transactionis: quia hic non confirmatur sententia arbitralis, vt dictum est.sed vlterius in casu isto non apparet de expressa voluntate partium, prout requiritur, vt Soc.tradit in cons.220. Visis.vbi alios refert. & sic ex omnibus suprà dictis tres conclusiones colliguntur. Prima, ꝙ compromissum factum in fratrem minorem non valuit, quia inhabilis videtur, vt arbitrator esse non possit. Secunda, ꝙ compromissum, & laudum inde secutum contra talem prohibitionem fuit nullum. Tertia, quòd talis sententia lata ab arbitratore inhabili non potuit a partibus approbari, ita ꝙ valeret vt sententia, quæ executionem habere possit.& ita in præsenti consultatione concludendum videtur ad laudem omnipotentis Dei. Amen.

ADDITIO.

[a] ¶ Non sit.] Suprà cons.458.& idem Dec.c.ex parte:2.num.5.de offi.dele. vbi dixi.

EPITOME Consi. CCCCC.

Venditio facta incipiendo a nominibus denotantibus numerum, vel mensuram limitatur in numero, & mensura expressis: Secus si inceptum sit a corpore per confines designato, quia tunc corpus ipsum emptori debetur absque limitatione.

SVMMARIVM.

1 *Contrahentes si incipiant explicare conceptum mentis a nominibus explicantibus numerum, uel mensuram, tunc non plus in actum deducitur, quàm præcedens numerus, uel mensura significet.*
2 *Vendam si tibi prædium tale pro mille, & dico, quòd sunt centum iugera, uenditio ad mensuram non dicitur.*
3 *Fundum ad demonstrandum loci nomen cum duobus confinibus exprimi debet.*
4 *Venditio ad numerum expressum limitata uidetur, quando numerus in eadem oratione exprimitur.15.*
5 *Vltima regulariter primis derogant.*
6 *Clausula, ad habendum, tenendum, &c.certum corpus respicere uidetur.*
7 *Contractibus in omnibus uerba intelligi, & adiuuari debent, ne repugnantiam contineant.*
8 *Conuentionem per secundam nunquam primæ derogatum uidetur, nisi expressum sit.*
9 *Clausula executiua, uel accessoria principale non alterat.*
10 *Donatio causa mortis ad hoc, ꝙ sit, non attenditur, quòd in uerbis executiuis mortis mentio facta sit.*
11 *Clausula, authoritate nostra cognoscas, commissarium delegatum facit, quando in principali dispositione apponitur, secus in executione.*
12 *Clausula, promittens habere ratum &c. in instrumento procuratorio apposita libera administratio non datur.*
13 *Factum quod inter partes fuerit, in dubio factum videtur, quòd partibus minus præiudiciale est.*
14 *Instrumenti uerba intelligi debent, quòd superflua non sint.*



IN causa, quæ Mantuæ agitatur inter Magnificum dominum Nicolaum de Mapheis agentem, & magnificum dominum Federicum de Crema se defendentem, in effectu quæritur, an uenditio, de qua instrumentum exhibetur, facta sit limitatè ad mensuram, uel absolutè pro toto corpore, quod intra fines designatos comprehenditur. Et vt in fol.20. narratur, visum est quibusdam præclarissimis doctorib.qui ita retulerunt, ꝙ talis uenditio facta sit ad corpus inclusum in confinibus, & nō ad mensuram. Et ista conclusio de plano procederet attenta simpliciter illa parte instrumenti, in qua dicitur, ad habendum, tenendum, & possidendum, & quicquid sibi, & suis hæredibus deinceps perpetuo placuerit faciendum, cum omnibus, & singulis, quæ intra prædictos, & cuiuslibet prædictorum rerum venditarum continentur confines. per ista verba patet uenditum esse quicquid intra dictos confines continetur, l.si fines agri.C.de euic. not.in c.forma.de censi.in l.fundi.ff.de act.emp.cum si.vt not.Ang.in consi.4.Visis omnibus.& Ro.in consi.5. Viso puncto.& Bal. in rubr.C. de contrah.emp.in 20.q.per text.in l.æde sacra.§.j.ff de contrah. emp.& ista conclusio etiam haberet locum, si post corpus determinatum cum confinibus exprimatur certa mensura: quia propter hoc non alteratur, quod prius dictum fuit de certo corpore: quia adiectio mensuræ est loco falsæ demonstrationis, quæ non vitiat, vt Old. tradit in consi.197. In concessione cuiusdam donationis. & quod Old. dicit, sequitur Petr. de Anc.in cap.per tuas.de dona.& idem Abb.ibi cum si.vt statim dicam. Sed in ca-
1 su isto difficultatem facit quod idem Old. scribit in d.consi.† vbi concludit, ꝙ si contrahentes incipiunt explicare conceptum mētis a nominibus explicantibus numerum, vel mensuram, tunc non plus in actum deducitur, quàm per præcedentem numerū, vel mensuram significetur, alle.l.si quis in testamento.in prin.de leg.j.secus si prius dicatur de certo corpore, vt suprà dictum est, & ista distinctio Old. *communiter* approbatur, vt not. Abb.post Petr.de Anch.in d.c.per tuas, cum si.ut tradit Alex. in consi.132. Viso processu causæ vertentis. lib.1.& in consi.120. Omissis argumentis.in vers.item non ob.lib.2. vbi Old.refert, & sequitur in d.consi.197. & idem Alex.in consi.127. Viso processu causæ principalis.eod.lib.2.& in consi.72.Videtur prima consideratione.lib.3.& in consi.106.Viso processu agitato.lib.6.vbi Alexan. attestatur communem opin.esse secundum distinctionem Oldrad.in consi.præall.& idem dicit Alexan.in consi.107 Quamuis circa primum.eod.lib.6. & idem Cor. in consi.51. Licèt videatur.lib.4.& secundum dictam distinctionem Oldrad. colliguntur duæ conclusiones contrariæ.Prima est, ꝙ venditio facta incipiendo a nominibus denotantibus numerum, vel mensuram limitata videtur in numero, uel mensura, quæ exprimitur, & vltra numerum, vel mensuram emptor nihil vltra consequi potest Secunda conclusio est, ꝙ si uenditio facta sit incipiendo a corpore designato per confines, totum illud corpus debetur emptori quantuncunque sit, non obstante, ꝙ post corpus determinatum exprimatur certus numerus, vel mensura: quia per illam

illam expressionem numeri, vel mensuræ non minuitur, nec augetur illa concessio prius facta de toto corpore designato. & in istis duabus conclusionibus * *communiter* doctores conueniunt, & concordant, vt patet in locis suprà allegatis. modo applicando ista ad casum instrumenti, de quo agitur, videndum est, & diligenter perscrutandum, an in isto casu prima cõclusio, vel secunda habeat locum. Et primò uideamus, an prima conclusio de vẽditione facta ad mensuram habeat locum. Et primò motu videretur dicendum, quòd non, quia Oldrad. & doc. in prima conclusione loquuntur, qñ contrahentes incipiunt a numero, vel mẽsura, hic autem inchoatur a re, dum dicitur, vnam petiam terræ bubulcarum 15. &c. Itẽ vnam petiã terre bubulcarum 37. & idem repetit in alijs petiis terrarum: vnde talia verba videntur potius adaptari ad secũdam conclusionem Old. supra dictam, in qua primò dicitur de corpore, & postea de numero, vel mensura; & hoc
2 videtur tenere Bart. in l. Iulianus. §. si Titius de act. emp.† ubi inquit, si uendo tibi prædium tale pro mille, & dico quòd sunt cẽtum iugera, non dicitur venditio ad mensuram. idem Alexand. in d. consi. 133. li. 1. Vlterius tamen cogitanti contrariũ vr̃ de iure, ꝙ immo uerba dicti instr̃i, dum exprimit petia terræ cum nu-
a mero bubulcarum, [a] uidentur inchoare a numero, quia ibi non exprimũtur confinia, ex quibus corpus certum reddatur, prout loquitur Old. de corpore determinato: nam non potest dici corpus determinatum, nisi exprimantur confinia. l. cum seruo. §. fin. ff. de contrah. emp. no. Bar. in l. demonstratio falsa. in prin. in 7. q.
3 de condit. & demonstratio.† ubi inquit, ꝙ ad demonstrandum fundum debet exprimi nomen loci cum duobus confinibus, alleg. l. forma. ff. de censi. ubi ẽt Bar. & quod not. Bar. in l. libellorũ. in prin de accu. ergo exprimendo unam petiam terræ cum certo numero bubulcarum non potest dici ꝙ expressum sit certum corpus, sed videtur inchoari a numero bubulcarum, & ita sumus in prima conclusione Old. ꝙ uenditio facta sit incipiendo a numero. Et hoc spãliter, & expresse dicit Abb. in d. c. per tuas. vbi exẽplificat primam conclusionem incipiendo a noĩbus designantibus numerum, uel mẽsuram, si dicatur, uendo tibi terram quatuor modiorum in talibus cõfinibus: hoc modo s̃m eum vr̃ facta uenditio incipiendo a numero. & not. Alex. in consi. 7. Vr̃ fortasse. li. j. Et pariter vr̃ in casu nostro, ꝙ uenditio facta sit incipiendo a numero, dum dr̃, vendidit unam petiã terræ tot bubulcarum. & idem repetit in qualibet petia terræ ad dictã mẽsuram Mantuanam. unde ista uerba reiterata ostendunt uẽditionem factam fuisse ad mensuram, arg. eius, qđ no. per gl. in l. si stipulatus. in prin. ff. de vsur. quam alleg. Alex. in consi. 91. Repetit. lib. 7. facit tex. in §. & hoc uero iubemus. in Auth. ut nulli iudi. & gl. in c. si quis iratus. 2. q. 3. cũ sim. Et ad hoc facit spãliter, quod no. Pau.
4 de Cast. in l. si uenditor hoĩs. ff. de act. emp.† ubi inquit, ꝙ uenditio vr̃ limitata ad numerũ expressum, qñ in eadem orõne numerus exprimit̃, ut quia dicatur, uendo fundum cum tot bubulcis, q̃ ibi sunt. & ita vr̃ in isto casu, quia in eadem orõne dr̃, ꝙ uẽdit petiam terræ tot bubulcarum, ergo vr̃ uenditio facta ad mẽsuram, uel numerũ. Et retenta hac conclusione, de qua non vr̃ dubitandum, ꝙ in casu nr̃o sit facta uenditio inchoando a numero, uel mensura; succedit communis opi. Old. & doct. in locis s̃. alleg ꝙ venditio vr̃ limitata ad numerum, uel mensuram expressam; & iõ illud qđ excedit in numero, uel mensura, debetur uenditori. & ista conclusio de plano procederet consideratis primis uerbis instrumenti, dum loquitur de petijs pluribus terrarum cum certo numero, uel mensura, ut suprà dictum est. Sed obstare videtur clausula illa inferius posita, ad habendum &c. de qua s̃. dixi: nam clausula illa inspecta, ut s̃. dixi, uenditio videtur facta de toto certo corpore incluso in confinibus, ut s̃. dixi. Et ex his insurgit quædam contrarietas in dicto instr̃o, quia in primis clausulis, in quibus est facta uenditio de pluribus petiis terrarum cum certo numero, uel mensura, videtur, quòd venditio limitata sit ad mensuram expressam, ut suprà ostensum fuit. Contrarium videtur, quòd immo venditio facta sit de certo corpore incluso in confinibus expressis in dicta clausula, ad habendum inferius eodem instrumento posita. Est igitur uidendum, quomodò talis contrarietas extricari possit. Et prima facie uideretur dicendum in tali contrarietate, ꝙ attendatur illa clausula, ad habendum, tenendum, &c. in qua dicitur de certo corpore: quia talis clau-
5 sula apposita est in loco posteriori instrumenti.† Et regula est, ꝙ vltima pacta derogant primis. l. pacta nouissima. C. de pact. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. & ideo in contractibus non est opus apponere clausulam illam, cessantes, & irritantes omnem alium contractum, quia tacitè intelligitur, vt dicit Bald. in ca. 1. per illum text. de transa. & in scripturis ultima scriptura attenditur. l. si quis eum. ff. de vulg. & pupill. tradit Alexan. in consil. 19. Admodum præclarè. in fin. lib. 2. & facit quod not. gloss. in cap. prædicator. 16. q. 1. cum si. vt dixi in d. l. pacta nouissima. Et hoc confirmari videtur, quia uno tãtum pretio facta fuit venditio, vt patet in instrumento ibi, pro pretio aureorum octocentum, vnde ab vnitate pretij consonat, quòd ista venditio facta sit pro vno corpore, & in tali casu falsa demonstratio non attenditur, vt no. Bal. in rub. C. de contr. empt. in vlt. q. facit tex. in l. quòd si uno. ff. de indicta uidui. in l. si duos ff. de contrah. emp. & quod not. Bar. in l. scire debemus. de uerbo. oblig. & quia ex quantitate
b pretii [b] arguitur, & demonstratur qualitas contractus, ut no. per glo. in l. 1. §. qui superficiem. & ibi Bar. ff. de superfi. & no. Bar. in l. patronis. §. 1. de leg. 3. in l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. Petr. de Anch. in consi. 403. Pluribus rationibus. Alexan. in consi. 15. Consideratis uerbis. lib. 4. Aret. in consi. 6. Viso instrumento diuisionis. & ex his rationibus fortè moti fuerunt præstantissimi doctores, qui retulerunt uẽditionem, de qua agitur, factam fuisse pro certo corpore, non ad mensuram, ut suprà etiam relatum fuit. Et licèt apud me non parua sit authoritas prædictorum doctorum, ego tamen doctoribus viuentibus, nec mortuis tantum tribuo, quo minus dicam pro ueritate, & iustitia, quod mihi videtur: & ideo cum bona uenia eorum mihi videtur, ꝙ uenditio, de qua quæritur, facta sit ad mensuram, & ꝙ secundum mensuram, uel numerum expressum debeat restringi, & limitari. Et ista conclusio clara videtur inspectis clausulis prioribus, quæ in instrumento sunt, in quibus patet, vt supra demonstratum fuit, ꝙ venditio fuit facta incipiendo a nominibus designantibus numerum, & mensuram: & hoc negaret nullus, nisi apposita fuisset illa
6 clausula, ad habendum, tenendum &c.† quæ videtur respicere certum corpus, vt suprà dictum est, & vr̃ derogare aliis clausulis præcedentibus in eodem instr̃o. tota vis ergo consistit in respondendo ad clausulam illam posteriorem, ad habendum, tenẽdum &c. Et pro responsione considerandum est, ꝙ uerba instr̃i, quæ contraria vñr, debent ita interpretari, si fieri potest, ne sibi contradicant. c. inter dilectos. §. cæterum. de fi. instrum. & no. Bar. in l. fi. § idem quæsiit. in uer. circa prædictam clausulam. ff. de cond.
7 indeb.† vbi inquit, quòd in contractibus uerba debent intelligi, & adiuuari, ne repugnantiam contineant. argu. in § quibus. in 1. constit. C. & in positionibus tradit Bal. in l. cum falsa. in fin. C. de iur. & fact. igno. cum si. ut Alexan. scribit in l. 1. ff. ne quis eum. Et hoc procedit in qualibet materia, ut per distinctionem contrarietas tollatur, si fieri potest: ita Alex. dicit in consi. 141. Viso testamẽ
8 to. lib. 2.† & per secundam conuentionem nunquam primæ videtur derogatum, nisi expressum sit, vt no. Bar. in cõsi. 72 Ex facto. & iõ in casu proposito cum in principio instr̃i constet uenditionem factam fuisse limitatam ad mẽsuram, non vr̃ derogatum huic venditioni ad mensuram ex eo, quòd in clausula posteriori dicatur, quòd uenditio facta sit de omnibus, & singulis, quæ in confinibus expressis ibi continentur: quia ista verba, ne contradicant præcedentibus, intelligi debent, quòd omnia, & singula cõprehensa sint ad mensuram, secundum suprà dicta. Et ista interpretatio suadet, ne instr̃m uideatur se incontinenti corrigere. argu. l. non ad ea. ff de cond. & demon. l. si id, quod, in prin ff. de rescin. uend. Et quia clausula præcedens est maioris efficaciæ ad determinationem sequentium, quàm econtrà, vt no. Bar. in l. quisquis. de leg. 3. in l. auia. de cond. & demon. in l. filium. ff. quando dies leg. ced. in prin. in l. si quis §. si initium. ff. de eden. & hoc pro no. dicto ponit Matthæsi. in nota. 151. nota singulare dictum. & hoc modo arguit Ro. in consi. 552 Diligenter inspectis. & ideo videtur, ꝙ clausula illa, ad habendum, tenendum in posteriori loco posita recipiat determinationem a præcedentibus clausulis, in quibus dicitur de uenditione ad numerum, uel mensuram. Et quia illa clausula, ad habendum, tenendum, possidendum, &c. cum omnibus, & singulis, &c. non est posita in corpore instrumenti; sed respicit executionem, & accessoria est, & non videtur ampliare, nec alterare ea, quæ superius dicta sunt, argu. tex. no in
9 clem. j. in fi. de præben.† vbi clausula, quæ respicit executionem, & venit accessoriè, non videtur principalem dispositionem alterare. Et facit, quod not. Bald. in addi. Spec. in titu. de instru. edit. quem refert, & sequitur Alexan. in l. quæ dotis. in uers. 7. fallit. ff.
10 solut. matrim.† ubi dicunt, ꝙ ad iudicandum donationem causa mortis non attenditur, ꝙ in verbis executiuis sit facta mentio mortis. & sequitur Soc. in consil. 53. In præsenti consultatione. lib. j. & in simili idem dicunt Card. & Imol. in cap. quoniam Ab-
11 bas, de offic. deleg.† vbi dicunt, ꝙ illa verba, autoritate nostra cognoscas. faciunt commissarium delegatum, quando apponuntur in dispositione principali, secus si in executione, vt quia dicatur,

ADDITIONES

a ¶ Bubulcarum.] late Ias. consi. 73. consi. 79. li. 1. Alex. consi. 120. li. 2. consi. 8. li. 4. ubi dixi. adde suprà consi. 447.

b ¶ Pretii.] suprà consi. 4. Alex. consi. 3. li. 3. ubi dixi. adde Fabia. de sanct. Saui. in tract. de empt. & uend. in 5. q. prin. Ant. Burgos. in c. ad nostram. num. 51. de emp. & uend. And. Tiraq. de retract. proximit. §. 1. gl. 14. nu. 86.

dicatur, quod superior committens ratum habebit quicquid eius autoritate factum erit: quia tunc illa verba non faciunt commissarium delegatum. & facit quod no. Bar. in l. j. in uer. quæro secun-
12 dum Petrum. & Cyn. ff. de offic. proc. Cęsa. † vbi concludit, quod si quis constituit procuratorem, & in fine instrumēti apposita sit ista clausula, promittens habere ratum quicquid per procuratorem prædictum gestū fuerit. per ista uerba non videtur data libera administratio: quia talia verba accessoriè veniūt ad cautelam eorū, quæ s. dicta sunt, & de nouo nihil afferunt. & dicit Imo. in d. clem. j. in uers. 2. not. quod uerba executiua debent regulari secundum principalem dispositionem præcedentem: & uerba, quæ ponuntur ad exequendum, non ampliant. & ratio videtur secūdum Imo. in d. clem. 1. in prin. quia clausulæ executiuæ apponuntur de stylo Cancellarię præter scientiam Papæ, qui solum exprimit dispositiua, & meritò in casu nostro concludendum videtur, quod illa clausula, ad habendum tenendum &c. cum respiciat executionē, non debeat alterare ea, quæ dicta sunt, per d. cle. 1. cum aliis similibus, vt congerit Fel. in c. licèt de offi. ord. & per cōsequens attenduntur clausulæ præcedentes, in quibus videtur facta uenditio ad mensuram. Et suprà dicta interpretatio etiam comprobari potest, quia minus est præiudiciale partibus, quòd uenditio facta sit ad mensuram, quàm si facta sit pro toto corpore comprehenso in confinibus positis in dicta clausula, ad habendum, tenendū &c. quia in venditione ad numerum, uel mensuram partes non ita decipi possūt, sicut in venditione facta pro corpore confina-
13 to, vnde succedit regula, † quod in dubio factum vr̄ illud, quod est vtrique parti minus præiudiciale, vt not. Pau. de Ca. in l. 1. ff. si qs cau. ex quo ibi infert in dubio pronuntiandum appellationem non esse desertam, quia hoc est minus præiudiciale. facit tex. in l. ex his. in fi. ff. de his, quæ in fraud. cred. Et ista ratione in dubio iu-
a dex debet admittere articulos, [a] de quibus dubitatur, an debeāt admitti, quia hoc videtur minus præiudiciale, vt not. Imo. post Host. in c. per tuas. de testib. & dixi in cons. 162. In causa, quæ agitatur. accedit ēt, quia pretium octocentum aureorum magis correspondet, quod ad mensuram videatur facta venditio, quia in toto corpore incluso in confinibus dictæ clausulæ, ad habendum, tenendum &c. magis pretium constitui debuisset, & sic ex quantitate pretii qualitas venditionis argui potest iuxta glo. in d. l. 1. §. qui superficiem. ff. de superfi. vbi Barto. cum si. suprà alle. Et cum venditio ad mensuram sit minus præiudicialis partibus, vt dixi, benignior videtur interpretatio, quod facta sit ad mensuram, & in tali cōtrarietate benignior interpretatio preualere debet. l. benignius. ff. de legi. & in l. semper in dubiis. ff. de reg. iu. in l. proximè. ver. sed in re dubia. ff. de his, quæ in testa. delen. cū si. ut tradit Ro. in cons. 62. Florentina constitutio in fi. & not Bar. in tractatu ad reprimendum. in uerbo non obstantibus. cum si. Et quia si uenditio facta fuisset de toto corpore incluso intra fines, superflua essent illa uerba, quæ exprimūt numerum bubulcarum in qualibet
14 petia terræ, † & uerba instrumenti debent intelligi, quod non sint superflua, ut no. Bal. etiam in minimo uerbo instrumenti, in rub. C. de contrah. emp. in 9. q. & ideo ne talia uerba sæpius repetita reddant superflua consonat, quod uenditio facta sit ad mensurā, & ita concludendum uidetur per omnia s. dicta. Non ob. allegata s. in contrarium. Et primò dum dictum est, quod ultima derogant primis, quia rñsio ex s. dictis colligitur: nam illud habet locum qñ verba sunt præcisè contraria, ita quod nullo modo concordari possunt, secus si possunt concordari, prout in casu isto vr̄, per s. dicta. [illegible] clausula posterior respicit executionem eorū, quæ superius dicta sunt, & non vr̄ alterare præcedentia. per tex. in d. cle. 1. de præb. cum si. s. alle. Non obstat qd̄ s. in contrariū allegatur de unitate pretii, quia unitas pretii non repugnat, quo minus uenditio facta sit ad mensuram expressam, quia pro toto numero bubulcarum expressarum constitutū fuit vnū pretium, & ad hoc vr̄ tex. in l. qd̄ sæpe §. pe. in uer. sed si ex doliario. ff. de cōtrah. emp. vbi loquitur tex. in uēditione facta ad mensuram, & formaliter dicit, nec interest, utrum pretium omnium centum metretarum in simul dictum sit, an in singulas eas. Non ob. quod ex quantitate pretii qualitas contractus demōstretur, quia verum est, sed argūm retorquetur, vt dixi, quia ex paruitate pretii non videtur, quod venditio facta sit de toto corpore comprehenso in confinibus, sed potius uidetur facta ad mensuram pro numero bubulcarum expressarum, pro quibus omnibus vnum pretium cōstitutum fuit. & ita remanet firmata conclusio, quod venditio sit facta ad mensuram. Et reassumendo ad maiorem declarationem ea, quæ supra dicta sunt, & resoluendo, quantum ad propositum habemus cōsiderare duos casus, primus quando res vendita est cum certis confinibus, & post confinia exprimitur de certo numero: & tali casu venditio uidetur facta pro certo corpore designato in cōfinibus non obstante, quod postea numerus exprimatur, & isto casu loquitur Old. in d. consi. 97. dum loquitur de corpore determinato, & ita etiam intelligitur, & loquitur Barto. in d. l. Iulianus. §. si Titius. dum inquit, uendo tale prædium, uidetur præsupponere, quod certum, & determinatum sit. ita videtur importare illud verbum, tale. l. 3. ff. de vsur. & in l. custodiam. ff. de peri. & cōmo. rei uend. & isto casu etiam loquitur Alex. in d. consi. 133. lib. 1. & in d. consi. 120. li. 2. & in d. cons. 127. eo. lib 2. & in d. cons. 27 lib. 3. in d. cons. 106. 107. & vlt. li 6. quia in dictis locis erat demonstratum certum corpus per confinia, antequam numerus, uel mensura exprimatur. item prædicta conclusio firmata in dicto primo casu intelligitur, quando sit facta mentio numeri, uel mensuræ in diuersa oratione, prout dicit Pau. de Cast. in d. l. si uenditor hominis. ff. de act. emp. secus si in eadem oratione, ut inferius statim dicam. Secundus casus, quando res uendita est cum expressione certi numeri, uel mensuræ ante fines appositos, prout fuit in casu isto, de quo agitur. & tali casu videtur facta uenditio ad mensuram, quia videtur inchoatum a mensura, ex quo prius non constat de certo corpore, vt suprà dixi. & not. Abb. in c. per tuas & Alexand. in d. consil. 7. lib. 4. vbi induxit text. in d. cap. per tuas. &
15 per illum text. concludi. † Si concedo tibi terram talem quatuor modiorum, dicitur concessio facta ad mensuram, quia prius exprimitur numerus, vel mensura, quam sint demōstrata confinia. Et quia in eadem oratione cum ipsa mensura, vel numerus exprimitur, ut dicit Pau. de Castr. in d. l. si venditor hominis & ad hoc etiam bene facit quod scribit idem Paul. de Cast. in consi 53. sed quia exceptiones, quæ opponuntur in uer. restat nunc respondere. vbi ponit quæstionem, quando legatum fuit relictum: & locus, vnde solutio debeat fieri, designatus sit, an legatum debeat limitari, & restringi ad locum designatæ solutionis: & concludit, quòd si in vna oratione exprimatur quid, & unde solui debeat: puta si dictum sit, Volo solui tibi 10. ex fructibus talis fundi, tūc videntur fructus appositi gratia taxationis, & illis non extantibus hæres soluere non tenetur. Secus dicit Paul. de Castr. in duplici oratione, vt quia testator dicat, Volo decem dari Titio, quæ uolo solui ex reditu talis fundi, vt latius prosequitur Paul. de Castr. in d. consi. cum ergo in eadem oratione in casu isto dictum sit unam petiam terræ tot bubulcarum, venditio videtur limitata ad numerum expressum, vt in terminis dicit Paul. de Castr. in d. l. si uenditor hominis. & in simi. in consi. præalleg. Et sic remanet firmata conclusio, quòd venditio facta ad mēsuram restringitur ad numerum bubulcarum expressarum, & illud, qd̄ plus reperitur, cedit ad utilitatem venditoris. l. qui fundum. §. qui agrum. ff. de contrah. emp.

ADDITIO.

a Articulos.] Idem Dec. in c. in præsentia. nu. 33. de proba. c. dilecti. nu. 4. de excep. ubi tetigi.

EPITOME Consi. CCCCCI.

Cognatio spiritualis in pœnam canonum contracta non extenditur de uiro ad vxorem, nec efficit, quòd matrimonium contractum dissoluatur.

SVMMARIVM.

1 *Cognatio spiritualis impedit matrimonium contrahendum, & contractum dirimit.*
2 *Baptismo ad infantem suscipiendum iuxta sacrorum canonum dispositionem unus uir, uel una mulier tantum accedere debet.*
3 *Matrimonium permissum uidetur, nisi expresse prohibitum sit.*
4 *Ius est fortius, quod quis per se ex eius persona habet, quàm quod ex alterius persona competat.*
5 *Statuto si pœna apposita fuerit offendenti officialem, tale statutum non habet locum in eo, qui officialis uxorem offenderet.*
6 *Statuta contra hominum tolerabilius est aliquos colligatos dimittere, quàm coniunctos contra Dei statuta separare.*



IN ciuitate Alexandriæ do Marcus Ant. de Calcamigiis contraxit matrimo. cum do Hisolta, & in tali matrimo. fuerunt per sex menses, nunc obiicitur, quòd inter eos matrimonium consistere non possit propter cognationem spiritualem quæ inter eos contracta uidetur, ex eo, quòd magister Lancelotus Clarus primus maritus do Hisolitæ interuenit simul cum aliis pluribus ad leuandum de sacro fonte filiam dicti d. Marci Ant. ex alia eius vxore, quo casu videtur contracta cognatio spiritualis inter dictū Marcum, & dict. magistrum Lancelotum, & talis cognatio spiritualis ex persona dicti magistri Lanceloti ad eius tunc vxorem d Hisoltam porrigitur. 30. q. 4 cap. si quis unus ergo uidetur, quòd d. Hisolta ex persona magistri Lanceloti eius primi mariti haberet cognationem spiritualem cum do. Marco Ant. nunc eius marito, meritò videtur,
1 quòd debeant separari, † quia cognatio spiritualis impedit matrimonium

trimonium ꝯhendum,& dirimit contractum,c.1.de cogna.spiri. in 6 & de hoc vr̃ casus in terminis in c.Martinus.de cogna.spiri. vbi Martinus duxit vxorem Bertam, Tebergam sibi copulauit Lotharius,qui Bertæ, & Martini filium de sacro fonte suscepit, Lothario vero,& Berta sublatis de medio Martinus cũ Teberga præfata contraxit matrimonium: mandat Papa,quòd tale matrimonium debeat separari, quia liquidũ est Tebergam non posse matrimonialiter copulari Martino, qui compater eius fuerat,cũ quo vna caro Teberga noscitur extitisse.Teberga. n.ex persona Lotharii mariti contraxit cognationem spiritualem cum dict. Martino,ideo matrimonium non potest habere locum; & ita pariter in casu isto vr̃.quia Hisolta ex persona magistri Lancelotti,primi mariti contraxit cognationem spiritualem cum dicto d. Marco Ant.ideo non vr̃,ꝙ cum eo potuerit matrimonium cõtrahere,vt est tex.in d.c.Martinus.ad idẽ facit tex.in c.fi. de cog.
2 spiri.in 6 † vbi dr̃,ꝙ quamuis non plures,q̃ vnus uir, vel vna mulier accedere debeat ad suscipiendum de baptismo infantem iuxta sacrorũ canonũ instituta,vt hr̃ de ꝯse.dist.1.c. non plures.si tñ plures accesserint,spiritualis cognatio contrahitur matrimonia contrahenda impediens, & etiam post contracta dissoluens. & ideo dato,ꝙ magister Lancellotus ipse non suscepisset puerum de sacro fonte;tñ ex quo interuenit cum aliis pluribus,contracta omninò vr̃ cognatio spiritualis,quæ impedit matrimonium cõtrahẽdum,& dissoluit contractum,d.c.fi.& in d.c.1.de cogn.spi. His tñ non obstantibus vlterius cogitanti contrarium de iure esse arbitror,ꝙ dictum matrimonium legitimè contractum sit,& ꝙ dicti coniuges nullo modo debeant separari.Et pro fundamẽto huius cõclusionis præsupponendum est,ꝙ dicit text.in c. cum
3 apud. de spon.† ꝙ matrimonium permissum vr̃, nisi expresse ꝓhibitum sit:& not.per gl.in c.1.de cog.spi.in 6.in verbo, contractum.in fin.& dicit Ant.de Bu.in d.c.1.§.ex cõfirmatione. prout Dom.ibi refert,ꝙ sufficit,ꝙ non sit exprese prohibitum: nec in tali materia argui potest de uno casu ad alium ex identitate rationis.& in isto casu verificantur iura,quæ dicunt omnia esse permissa,si non sint specialiter prohibita.l.nec non.§. quod eis.ff. ex quib.cau.maio.in l.mutus.§.cum quæritur.ff.de procura. in l. ab ea parte.ff.de probationibus. in l. 1. §. 1. de testib. Secundò præmittendum est,ꝙ fortior vr̃ prohibitio,quæ sit facta alicui ex facto eius,& immediatè ex persona ꝓpria,quã illa,quæ facta sit ex persona alterius:hoc probatur ex eo,quod not. Bartol. in l.quod
4 principi.ff.de legi.†Vbi inquit, ꝙ fortius est ius, qđ quis habet ꝑ se ex eius persona,quam si ius cõpetat alicui ex persona alterius: allegat.l.1.& 2.in fi.ff.de offi.proconsul.& lega.& ideo legatum factum principi ad successorem porrigitur.d l.quod principi. qa habet dignitatem iure proprio,secus si relictũ sit Augustæ, quia habet ipsa dignitatem ex persona mariti,ideo ad eius successorẽ non porrigitur.l.si Augustæ.de leg.2.& ideo prohibitus postulare apud præsidem,non videtur prohibitus postulare apud eius legatum,in l.moris.§.potest.ff.de pœnis. cum sim. vt Aret. scribit
5 in consi.131.Consultissime domine collateralis.† ubi in not. casu Senis consuluit,quòd pœna imposita a statuto offendenti officialem non hadet locum in eo,qui offenderet vxorem officialis: qa cum statutum loquatur in officiali principali, qui habet dignitatem iure proprio,nõ extenditur ad vxorem,quæ ex persona mariti dignitatem cõsequitur,vt latius in d.cõsi. habetur. His duobus præmissis intentio istorum coniugum fundata videtur, quia casus iste nullibi expressus reperitur,ꝙ tale matrimonium.prohibitum sit,ergo permissum intelligitur per supra dicta. Solum superest respondere ad allegata suprà in contrarium, & in hoc vis tota consistit.Primò ergo non obstat,ꝙ cognatio spiritualis cõtracta per maritum extendatur ad eius vxorem: quia hoc haberet locum,quando maritus ipse filium de sacro fonte suscepisset, & ita loquitur,& procedit text.in d. c.si quis vnus.30 q.4.vbi dicitur, si quis vnus de coniugio filium,aut filiam alterius de sacro fonte susceperit.sed in casu nostro hoc non verificatur,quia magister Lanc.primus maritus d.Hisoltæ non suscepit puerum de sacro fonte,sed solum cum pluribus aliis interuenit, & non reperitur iure cautũ, quòd cognatio spiritualis eius, qui interuenit, ad eius vxorem porrigatur; ideo casus iste omissus remanet sub regula permissa.& quia maior ratio videtur in eo,q leuauit puerum de sacro fonte,prout iura loquuntur,quam in aliis, qui simpliciter interuenerunt, qa plures prohibentur accedere,c. fin.de cogna.spi.in 6.si tamen accesserint,cum illis contrahitur cognatio spiritualis,quę videtur in pœnam contracta,quia faciunt contra prohibitionem canonum, & non debet extendi ad vxores eorum,qui interuenerunt, quia ipsæ non contrafecerunt canonibus,& pęna non debet habere locum in vxoribus,quæ non deliquerunt,argu.l.sancimus.C.de poenis.& sic est casus omissus,ut dixi, & non videtur, ꝙ extensio fieri debeat maxime non subsistente eadem ratione, ut dictum est, & aliqui etiam dicunt, quòd in dict.cap.fin.non dicit tex.ꝙ cognatio spiritualis contrahatur cum omnibus interuenientibus, sed impersonaliter loquitur, ꝙ cognatio inde contrahitur:& non dicit,cum quo,nec cum quibus,in hoc tamen non insisto, quia non est opus stantibus suprà dictis.Secundo non obst.tex.in d.cap.Martinus.quia similiter ille tex.loquitur in marito,qui susceperit filium de sacro fonte, vt patet ibi,filium de sacro fonte leuauit;unde non debet fieri extẽsio ad casum nostrum,in quo magister Lancelotus non leuauit filium, sed solum cum aliis pluribus interuenit, per suprà dicta. Tertiò non obst.ꝙ licèt magister Lancelotus non leuauerit filiũ de sacro fonte;tamen ex quo interuenit.videtur ꝯcta cũ eo cognatio spiritualis,ut est tex.in d.c.fin.de cogna.spiri. in 6. quia respõdetur, ꝙ quãuis cum ipso marito contracta sit cognatio spiritualis,tamen talis cognatio non porrigitur ad vxorẽ, quia hoc iure cautum non reperitur,nec eadem ratio videtur per ea, quæ s̃.dicta sunt. Postremo specialiter adduco illud,quod no. Ant.de But.prout refert ibi Domi.in c.j.§.fi.de cogn.spi.in 6.in versi. sed
6 uidi dubitari.† vbi ponit quæstionem,quam dicit se Bononiæ habuisse de marito,qui posteaquam carnaliter eius vxorem cognouit:leuauit puerum de sacro fonte,& sic eius vxor ex persona mariti effecta fuit mater spiritualis illius pueri,deinde moritur maritus,& eius uxor relicta ad secunda uota transiuit:& ex eo marito habuit filiam,an filia ex secundo viro possit contrahere cum illo puero ex primo marito:& refert,ꝙ Ant.de But.tenebat,ꝙ inter illos non esset prohibitum matrimonium, quia iste casus non reperitur expressus: & adducit rationem, quæ in proposito bene facit,quia dicit ipse rationẽ esse,quia illa nõ est directa cognatio spiritualis,sed indirecta,quia mediante marito contracta fuit,vnde non debet extendi,quia debilior uidetur,quam illa,quæ esset contracta ex propria persona immediatè,per ea, quæ,suprà dixi in secũdo dubio præmisso.& sic ibi uidetur decisio in terminis,ꝙ cognatio contracta ex persona mariti non debet extendi. Non obst.quòd Dom. in dicta quæstione uidetur tenere contrarium, quia aliis rationibus mouetur,& non uidetur reprobare rationẽ Ant.de Butr. quæ in proposito ponderatur,& comprobatur,ex suprà dictis in secundo præmisso.Et dictum Dom. contra Anto. de Butr.videtur procedere re integra,ubi ageretur de matrimonio contrahendo,sed post contractum matrimonium verior videtur opinio Ant.de But.quam ita dicit procedere Summa Angelica,in verbo,Matrimonium tertio.in uersi.impedimentum.7. §.3.& ideo cum in casu isto contractum sit matrimonium, concludendum est, quòd matrimonium contractum non sit dissoluendum in casu nostro,nec in quęstione Ant.de Butr.nã posteaquam matrimonium est contractum, fauorabile est, quod illud
7 conseruetur,& ideo dicit tex.in c.quadam.in fi. de testi. † quòd tolerabilius est aliquos contra statutum hominum colligatos dimittere,quàm sic cõiunctos ꝯ statuta Dei separare & fauore matrimonij attenditur illa opin.quę stat pro matrimonio conseruã-
a do, [a] etiam si communis sit in contrarium,vt voluit Host.in c. si vir.de cogna.& spiri.ubi Abb.post alios sequitur in secundo no. & idem Abba.in c. fi.de re iudic.in prin.& ita omissis pluribus,q̃ veniunt a remotis, concludo breuiter ex suprà dictis partes reuerendi domini Vicarii esse in pronuntiando,ꝙ prædicti coniuges debeant in matrimonio persistere, & nullo modo debeant separari,& si causa esset mihi commissa, ita iudicarem. Laus Deo Phil. Dec. Pisis.

ADDITIO.

a ¶ Conseruandum.] Idem Decius in c.1.lect.1.num.31.de con[illegible]

EPITOME Consi. CCCCCII.

De intellectu statuti Florentini,quòd mulier nõ possit alienare sine uiri consensu.

Et sicut non potest vendere, ita non potest facere pactum de vendendo.

Et dispositio præiudicialis non extenditur ad futura.

Et dispositio generalis secundum præcedentia restringitur.in secũdo dubio.

In tertio de pacto super hæreditate viuentis,& de cessione quæ est diuersa a pacto de cedendo.

SVMMARIVM.

1 *Actus contra prohibitionem legis, vel statuti factus ex sola prohibitione nullus est,licet non annulletur.*

2 *Extensio principalis ad antecedens per viam extensionis venit.*

3 *Prohibeatur si aliquid, etiam prohiberi uidetur id,quod est eius antecedens.per quod ad illud peruenitur.*

4 *Copula inter diuersa ponitur.*

5 *Legis initium quando generale est per modum regulæ, & postea ex regula ad casum specialem inferatur,tunc principium attenditur.*

6 *Statuti verba intelligi debent,ut aliquid operentur.*

7 *Mutuare si quis pecuniam promisit, nec fecit, ad interesse tenetur.*
8 *Vendere promittens ad vendendum præcise cogi non debet.*
9 *Procuratorem suum Seium contra Titium si quis in instrumento fecerit, & generaliter in omni alia re, contra Titium intelligitur.*
10 *Contrahere quis non potest de re particulari viuentis, cuius hæreditatem sperat.*
11 *Cessio realis, & promissio de cedendo diuersa sunt.*


X duobus consiliis
celebratissimorum doctorum, quæ exhibentur, tres cõclusiones colliguntur,
& de subscriptione requisitus agã paucis. Et capio primam conclusionem,
quæ habet, quòd promissio de vendendo facta per dominam Pippam Ioanni
de Stroccis non valuit obstante statuto
Florentino, quo cauetur in rubr. de acquisitis per vxorem, quòd
nullo modo vendere, vel alienare possit sine consensu mariti sui,
& quòd talis alienatio non præiudicet viro. & prohibitio statuti
videtur præcisa, vt colligitur ex eo, quod dicit, nullo modo. iuxta gloss. in clemen. hi, qui de æta. & qua. not. in l. fin. C. de testam.
1 † Et actus factus cõtra prohibitionem legis, vel statuti est nullus
ex sola prohibitione, licet non annulletur. l. nõ dubium. ubi Bar.
in 2. not. C. de legitim. eo. 2. in fin. de testib. & regula, quæ contra ius. de regul. iur. in 6. cum similibus, vt late tradit Alexand. in
l. 1. ff. de libe. & posthum. vnde sicut non valeret venditio, pariter
non valet pactum de vendendo, per quod ad venditionem peruenitur, argumen. l. oratio. ff. de spon. & hoc modo supra arguitur. Sed prima facie istud fundamentum non videtur in casu isto
procedere, quia text. in d. l. oratio. videtur procedere per viam
extensionis, vt ibi colligitur, dum inquit, vt suppleatur, quod ora
tioni deest. & ita illum text. declarat Bald. in l. 1. C. si rector pro-
2 uinciæ. colum. fin. in versicul. tu hic aduerte. † vbi inquit, quòd
extensio principali ad antecedens venit per viam extensionis. d. l.
oratio. in verbo, suppleatur. & idem tradit Alexand. in consilio
194. Consideratis uerbis instrumenti. lib. 2. & ibi, in fin. & ex hoc
infert, quòd tale argum. non habet locum in contractibus, prout
in casu isto agitur, ergo videtur, quòd statutum, quod loquitur
de venditione, non habeat locum in pacto de vendendo. Sed ad
hoc uidetur posse responderi, quòd text. in d. l. oratio. non loquitur de supplemento simpliciter: sed dicit, ut suppleatur, quod
orationi deest: & sic videtur ibi supplementum fieri in verbis, nõ
autem quo ad mentem, & intentionem legis: quia ista videtur
interpretatio passiua, quæ etiam in materia stricta uidetur procedere, ut not. in l. 1. §. lex. Falcidia. ubi Barto. ff. ad l. Falcid. & est
3 doctrina Barto. in l. 2. circa fin. ff. de iurisd. omn. iudic. † ubi inquit,
quòd si aliquid prohibetur, etiam videtur prohiberi id, quod est
eius antecedens, per quod ad aliud peruenitur, alleg. d. l. oratio.
quæ hoc bene probat mente inspecta. & hoc argumentum bene
procedit, ubi sit eadem ratio, vt Alex. cõcludit in consi. s. allegato 194. li. 2. & in casu isto eadem ratio vr, quia prohibitus alienare
videtur prohibitus facere, ex quo alienatio sequatur, vt not. per
gloss. in l. si ita quis. §. ea lege. de verbo. obliga. in verbo, interest.
& ideo prohibitus alienare videtur etiam prohibitus compromittere, quia ex compromisso potest sequi alienatio. capit. cum
tempore. de arbitr. vbi Abb. Anton. de But. in versicu. not. illam
gloss. & not. Roman. in consilio 175. Dictum vltimum laudum.
in versicul. secundo. & in consilio 369. Circa primum. in versic.
tria autem. & idem Lapus in allegatione 102. Non potest clericus. Cardin. in consilio 95. Ad primum. & ex his remanet firmata
prima conclusio dominorum consulentium. Vlterius etiam aduertendum est ad intellectum statuti, de quo agitur: quia non videtur, quòd in tali statuto fundamentum fieri possit: quia statutum videtur solum respicere interesse mariti: dum dicit, quòd
talis alienatio non præiudicet marito: non autem uidetur inhabilitare mulierem, ut alienare non possit. Et in casu isto non agitur de præiudicio mariti, quia illa promissio de vẽdendo est collata post mortem dominę Pippæ: & sic soluto matrimonio, quo
casu non agitur de præiudicio mariti, qui solum in talibus bonis
acquisitis uxori debet habere usumfructum durante matrimonio: & sic in casu isto uidetur cessare ratio prohibitionis factæ a
statuto, & per consequens dispositio statuti l. adigere. §. quamuis.
ff. de iur. patro. capit. cum cessante. de appell. & secundum istam
declarationem non uidetur uerum, quòd requiratur consensus
mariti propter fragilitatem mulieris, vt supra dictum est, sed solum propter interesse mariti eius consensus requisitus uidetur:
& ita seipsum uidetur declarare statutum, dum considerat præiudicium mariti. & ad hoc etiam facit, quia statutum se restringit
in bonis acquisitis uxori constante matrimonio, ut colligitur,
dum dicit statutum, talia bona. ergo non videtur considerare fragilitatem mulieris quia idem ...

que bonis: quia ratio fragilitatis sexus generalis est. l. 2. §. uerba
itaque. ff. ad Vell. l. fin. C. ad Velle. cap. ex parte. el 1. de priui. Sed
ad ista etiam videtur posse responderi saluando dictam primam
conclusionem a dominis consulentibus firmatam. Et consideran
dum est, quòd in dicto statuto uidetur absolute facta prohibitio,
ut in statuto patet, dum additur, copula & videlicet, & quòd talis alienatio non præiudicet marito: vnde apparet, quòd interesse mariti ibi consideratur post prohibitionem absolute, & ge-
4 neraliter factam, † quia copula ponitur inter diuersa, ut not. in
rub. ff. de iur. & fac. igno. vbi Barto. & per glo. in capit. quærelam.
de simo. & interesse mariti consideratur per uiam additionis: &
ideo illa prohibitio generalis non restringitur ad interesse mariti, de quo in clausula sequenti dicitur: quia statutum facit regulam negatiuam absolutè, & generaliter ab illa regula generali nõ
receditur, licet postea aliqua uerba ponantur, quæ uideantur restringere, ut est text. not. in l. regula. §. & licet. ff. de iur. & fac. igno.
& per illum text. not. doctrinam tradit Imol. in l. si ita quis. §. ea
5 l. in uersicul. non obstat, si dicatur. de uerbo. oblig. † ubi inquit,
quòd quando initium legis generale est per modum regulæ, &
postea infertur ex regula ad casum specialẽ, tunc attenditur principium. d. l. regula. §. imperatores. uersic. & licet. Sed quando lex
post principium generale non procedit inferendo, sed ulterius
declarat mentem suam, & tunc habet locum, quod dici consueuit, quòd præcedentia per sequentia declarantur. l. si seruus plurium. §. fin. de legat. 1. cum ergo in statuto, de quo agitur, præcedit regula generalis, & post regulam inferatur, quòd talis alienatio marito non præiudicet, non debet restringi statutum, ut solum quo ad præiudicium mariti intelligatur, sed secundum regulam præcedentem generaliter intelligitur. & per hoc respondetur ad illud, quod supra in contrarium dicebatur, quòd statutum uidetur solum respicere interesse mariti, quia hoc non est
uerum, quia statutum generaliter loquitur, ut dictum est: & ideo
ratio statuti cessare non uidetur: quia in illa generali dispositione statuti uidetur statutum considerare fragilitatem mulieris, &
non solum interesse mariti, de quo in sequenti clausula dicitur,
post prohibitionem generalem, ut supra dixi. Non obstat, quòd
statutum loquatur tantum in bonis acquisitis uxori in matrimonio: quia dato, quòd hoc sit uerum, propter hoc non tollitur,
quin in tali alienatione consideretur fragilitas mulieris, ex quo
est facta prohibitio generaliter, & interesse mariti uenit puiam
aditionis per illam copulam, & l. ea tamen adiectio. de leg. 3. confirmatur hoc, quia si tantum interesse mariti consideraretur a
statuto, satis fuisset illa clausula, quòd talis alienatio non præiudicet marito, & superflua fuisset clausula generalis prohibitionis,
6 quæ præcedit, quod non est dicendum, † quia uerba statuti debent intelligi, ut aliquid operentur, ut not. Barto. in l. 3. ff. de usucapio. in l. 4. §. prætor ait. uersicul. quæro, quid si statutum. ff. de
damno infect. facit text. in l. si quando. de legat. 1. in capit. si Papa.
de priuil. in 6. Et ex his remanet diligenter declarata, & confirmata prima conclusio, quòd non ualuit dicta promissio de uendendo. Sed dato, quòd ualeret, illud clarum est de iure, quòd tale factum uendendi Pippa, & eodem modo eius hærdes præcise
non teneantur; sed soluendo interesse liberantur secundum re-
a gulam, quæ est, quòd in obligationibus facti succedit [a] obligatio
ad interesse. l. si quis ab alio. ff. de re iudi. in fi. l. stipulationes non
diuiduntur. uersi cu. Celsus. de uerbor. obligatio. & ad hoc facit
7 text. in l. si pœnam. in fin. de uerbor. obligatio. † ubi ille, qui promisit mutuare pecuniam, si hoc non facit, obligatur ad interesse.
& in terminis in pacto de uendendo tradit Alexand. in consilio
8 212. Ponderatis his, lib. 6. dicens, † quod ille, qui promisit uendere, non debet præcise cogi ad uendendum, quia cum istud sit
facti, l. concilio. in fin. ff. de cura. furio. obligatus ad faciendum
non cogitur præcise facere. d. l. si quis ab alio. in fin. & hoc procedit, dato etiam, quòd ille, qui promisit uendere, habeat facultatem uendendi, & tradendi rem, quam uendere promisit: quia
militat eadem ratio, quòd in obligatione facti non debet quis
præcise compelli: nam licet ista facultas tradendi rem consideretur in uẽditore, illud est ex eo, quia obligatio uenditoris ad tradendum participat de obligatione dandi, ut not. Bartol. in l. stipulationes non diuiduntur. de uerborum obligatio. & in l. prima
C. de senten. quæ pro eo, quod interest. & in l. certi condictio. in
princip. ff. si certum petat. Secus est in eo, qui simpliciter promisit uendere, quia talis promissio merum factum continet, &
in tali facto quis non obligatur præcise dato, quòd habeat facultatem tradendi, & ita etiam declarat Corneus in consilio 256.
Primus consultationis articulus. in princip. libro. 4. & ad idem
facit

ADDITIO.

a ¶ Succedit.] hæc vulgaris regula non est vera, vt dixi in tracta. diuid. &
indiuid.

facit, quia obligatus ad vendendum non tenetur tradere; sed ven
a dendo simpliciter est liberatus, [a] vt not. Aretin. in consilio 28. Diligenter animaduersis. in versicul. plus dixit Bald. vbi ad hoc allegat Bald. in l. fin. C. de pact. inter empto. & vendito. & ideo facultas tradendi in casu isto, vt dictum est, non debet considerari. & sic ex supra dictis stat firmata conclusio supra dicta, quòd non valuit promissio de vendendo facta per Pippam obstante statuto, & dato, quòd valuisset, nec ipsa, nec eius hæredes præcise cogi possunt ad vendendum, sed solum agi potest ad interesse, vt supra dictum est. Venio ad secundam conclusionem firmatam a dominis consultoribus, quæ habet, quòd dicta promissio de vendendo fuit limitata in dimidia bonorum, quę tempore promissionis dictæ dominæ Pippæ spectabat, & pertinebat: vnde non trahitur ad iura, & bona post dictam promissionem acquisita. l. si stipulatus fuerim. §. cum stipulamur. l. si a colono. de verborum obligationibus. not. Barto. in l. si ita. ff. de auro, & argent. legat. & in simili casu pactum interpretatur Abbas in consilio 51. Ad dilucidationem. libro secundo. nam quando agitur de graui præiudicio, prout videtur in casu isto, dispositio non comprehendit futura. l. si mandauero. §. is, cuius. ff. manda. in dict. l. si ita. & not. Abbas in capitu. quia circa. in capitul. cum capella. de priuileg. Similiter limitata fuit dicta promissio de vendendo pro iuribus, & bonis competentibus dictæ dominæ Pippę ex testamento patris eius, & ad istum effectum agnouit eius successionem, vt supra dictum fuit, ideo dicta promissio limitata, ad iura postea obuenientia non porrigitur, quia limitata causa limitatum producit effectum. l. age. vbi Bald. C. de transact. l. in agris. ff. de acquirend. rerum domin. cum similibus. & in hoc res clara videtur. Sed solum dubitationem facit clausula illa, quæ subiicitur vniuersaliter, dum inquit, & omnem ratam, & partem dictorum bonorum dictæ dominæ Pippæ quomodolibet pertinentem, sed supra responsum fuit, quod illa verba generalia, & prægnantia restringuntur secundum præcedentia, uidelicet de bonis pertinentibus de præsenti, & uigore testamenti paterni, quia clausula generalis, uel uniuersalis, quæ subiicitur, debet restringi secundum præcedentia, ut nota. in lege si de certa. C. de transactio. facit textus in lege si ex pluribus. in principio. ff. de solutionibus. in lege si ita quis. §. fin. de verborum obligatio. in l. legatorum. §. qui plures. de lega. secundo. ubi Bart. & ad hoc facit, quod notat Barto. in l. quod dicitur. in princip. ff. de tutel.
9 ubi dicit, † quod si quis in instrumēto fecit procuratorem suum Seium contra Titium in tali causa, & generaliter in omni alia, restringitur ista clausula generalis contra Titium, & non habet locum contra alios propter præcedentia. & hoc dictum pro singulari ponit Roman. in nota. 155. Constituo procuratorem Titium. & in simili casu notat Oldrad. in consilio 8. Quod si testator. & Anton. de Butr. in capitu. cum dilecti. in prima quæstio. de donatio. cum similibus, ut tradit Felin. in capi. sedes. de rescriptis. ex quibus remanet comprobata secunda conclusio, quæ non uidetur difficultatem habere; & ex omnibus supra dictis clara redditur. Tertia conclusio ex prædictis consilijs habetur, quod illa cessio, quam Pippa promisit facere dicto Ioanni de iuribus dotis dominæ Petræ eius matris, tunc uiuentis non ualuit, quia uidetur pactum de hæreditate uiuentis, quod inducit uotum captandæ mortis, & non ualet. l. fin. C. de pactis. & ita alter ex con-
b sultoribus dicit, alter uero [b] negat hoc esse pactum de hæreditate uiuentis, quia est de re particulari, uidelicet de dote; sed respōderi potest, quod dos est quid uniuersale, ut not. per Barto. & docto. in rubric. ff. solut. matrimo. & in casu isto de dote dominæ Petræ fuit dictum tanquam de hæreditate Petræ, quæ ad dominam Pippam eius filiam spectabat ab intestato, & dos in isto casu non poterat separari ab hæreditate, quia de dote agebatur sub consideratione hæreditatis, quæ ad ipsam Pippam pertinebat, & sic in effectu uidetur fuisse pactum de hæreditate uiuentis, quod non ualet. dict. l. fin. & de dote dictum fuit sub consideratione hæreditatis, ut dixi, quia aliud non habebat Petra præter
10 dotem. Præterea, ut supra dictum fuit, † non potest quis contrahere, etiam de re particulari uiuentis, cuius hæreditatem sperat, ut est textus in dicta l. fin. in fin. in uersicu. iubemus. & illum textum ad hoc notat Fulgos. in consilio 83. Paterfamilias. & refert uerba illius legis ibi, in alienis rebus contra domini uoluntatem aliquid fieri, uel pacisci secta temporum meorum non patitur, dicit Imperator. & adeo hoc procedit, quod tale pactum non firmatur iuramento, ut concludit Fulgos. in dict. consi. & idem tradit Petrus de Ancha. in consilio 203. Viso diligenter tenore donationis. & cum supra dictis concordat Soc. in consi. 84. Visa conuentione. libro ultimo. Preterea etiam dato, quod pactum de cedendo iura dotis Petræ ualeret, in casu isto locum habere non potest, & considerandum est, ꝙ promissio ista de cedendo non est cessio, & realiter cessionem non inducit, ut no. Rom. in consi.
11 86. Viso quæstionis themate. † ubi inquit, quod diuersa sunt realis cessio, & promissio de cedendo. cum ergo cessio non esset facta dicto Ioanni, non poterat dictus Io. agere pro iuribus dotis Petrę, sed totum ius ante factam cessionem residebat in ipsa Pippa, quæ pro dicta dote recepit bona in solutum, vt narratur: &
c per illam dationem in solutum extincta [c] fuit actio, quæ pro dote competebat: quia solutione eius, qđ debetur, tollitur obligatio. institu. quibus modis tolli. obliga. in principio. & hoc modo arguit Marian. Socin. in consi 18. Prosequendo ordinem. in ver. quare prædicta verba. & ideo actio, quæ fuit extincta, cedi non potest. l. Modestinus. in fi. ff. de solutio. cum similibus: vt tradit Marian. in dicto consi. 18. in versi. nec apparet. & ex his remanet corroborata tertia conclusio, quòd promissio facta de cedendo iura dotis Petræ tunc viuentis non valuit; & dato, quòd valuisset, fieri non potest.

ADDITIONES.

a ¶ Liberatus.) Idem Francis. Purpurat. l. singularia. nu. 48. si certum pet. Aretin. consi. 6. late Andr. Tiraquel. tracta. retract. proximi. §. 1. glo. 2. nu. 41. dixi in tract. diuid. & indi. super l. corruptionem. num. 31. nu. 37. cum sequen. C. de vsufruct.

b ¶ Alter vero.) scilicet Caro. Ruinus. consi. 145. nu. 13. lib. 1. idem Stepha. Bertran. consi. 196. Ex themate. num. 2. lib. 1. consi. 62. Vtinam. libr. 5. Sed contrarium sentit Alciat. in l. fin. C. de pact. & ibi Franc. Purpura. num. 18. cum seq. & Decius hic, & bene.

c ¶ Extincta.] Idem Rui. d. consi. 145. in fi. lib. 1.

De eadem materia.

CONSILIVM CCCCCIII.

1 *Casus omnes sub generalitate comprehenduntur, dato*, *quod maior ratio sit in vno casu, quàm in alio.*

2 *Obligatione ad factum quis præcise non tenetur; sed interesse soluendo liberatur.*

3 *Instrumentum, ad quod facta est relatio, si ad aliud instrumentum se referat, etiam illud exhiberi debet.*

4 *Statuti a claris verbis recedendum non est.*

5 *Contractu quando requiritur consensus eius, de cuius præiudicio agitur, per modum solennitatis requiri debet.*



VPerioribus Diebus consului vna cū pluribus doctoribus excellentissimis, ꝙ promissio facta de vendendo per dominam Pippam Quiri. de Strocis nō valeret, obstante statuto Florentino, quo cauetur, ꝙ mulier talia bona nullo modo vendere, vel alienare possit sine cōsensu sui viri: & talis alienatio non præiudicet viro, vt in consilio habetur: nunc in calculo ferendæ sententiæ excitantur quædam dubia ab excellenti, & præclarissimo V. I. doctore domino Aenea de Vbaldis Rotæ Florentinæ auditore constantissimo. Et primo dicitur, ꝙ statutū præallegatum solum intelligitur quo ad viri præiudicium, quia cum s. dixerit statutum, ꝙ vir vti possit bonis vxoris acquisitis constante matrimonio vna cum vxore: ideo illa prohibitio alienandi vř facta in fauorem mariti, quia facta alienatione maritus non posset vti rebus alienatis, vt latius in 1. dub. habetur. Sed ad hoc responderi potest, ꝙ imo prohibitio alienationis fuit facta a statuto generaliter, & nō tantum in fauorem mariti; sed in fauorem vxoris propter fragilitatem sexus. hoc probatur ex verbis statuti, quæ generalia sunt, dum dř: & mulier talia bona nullo modo vendere, vel alienare possit. ista verba generalia sunt, ergo debent generaliter intelligi.
1 l. 1. §. & generaliter. de leg. præstand. † & sub generalitate omnes casus includūtur dato ꝙ maior ratio sit in vno casu, quam in alio. l. 1. §. qđ autem ff. de aleato. Non obst. ꝙ prohibitio alienationis videatur facta solum in fauorem mariti, quia hoc dici non potest propter verba precedētia prohibitionem, vt in dubio s. arguitur: quia de præiudicio mariti expresse dř post prohibitionem ibi, & talis alienatio non præiudicet uiro. ex quo datur intelligi, ꝙ s. in verbis præcedentibus prohibitionē statutum non cogitauit de præiudicio mariti respectu ꝓhibitionis, quia expressum facit cessare tacitū. l. cum ex filio. §. filio impu. de vul. & pup. facit tex. in l. doli clausula. de ver. ob. & in l. sanctio legū. ff. de pœnis. Non obstant verba illa prolata post prohibitionē alienationis, & talis alienatio nō pręiudicet uiro, quia uisum fuit in consilio, ꝙ ex quo illa prohibitio, quæ ꝑcedit, est facta generaliter, nōn restringitur per uerba sequentia, ut probatur in l. regula. §. & licet. ff. de iur. & fac. igno. & not. lo. de Imo in l. si ita quis. §. ea lege. de uerb. oblig. in uersicul. non obstat, si dicatur. Et hoc confirmatur, quia statutum per modum additionis loquitur de præiudicio mariti, & talis prohibitio alienationis est separata a præiudicio mariti, ut

dixi in consilio, vbi ego moui hanc difficultatem, & dedi responsum: & quia consilium extat, gratia breuitatis non repeto. & q ꝯ dictum est, etiam confirmatur, quia dato, ꝙ maritus non possit vti rebus acquisitis vxori; quia acquisitæ sint cum ista cōditione, ꝙ vsusfructus non communicetur viro, argumento auth. excipitur. C. de bonis, quę lib. vt in statuto dicitur: & tamen talia bona, in quibus non agitur de interesse mariti, non potest alienare: ergo patet, quòd prohibitio alienationis non videtur facta solum in fauorem mariti; sed propter fragilitatem sexus. Secundo reuocatur in dubium, quia in consilio dictum fuit, quòd dato, ꝙ illa promissio de vendendo valuisset, talis obligatio respicit factū venditionis futuræ, quia contractus sunt facti. l. consilio. in fin. ff.
2 de cura. furio. † Et in obligatione ad factum quis præcise non tenetur, sed soluendo interesse liberatur. l. si quis ab alio. de re iudic. l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. de verborum obligat. Ad hoc opponitur, quòd ex quo venditor in casu isto videtur habere facultatem tradendi, præcise cogitur tradere, vt no. per glo. in l. 1. ff. de actio. emptio. vbi Barto. & in l. ex empto. in princ. eodem titul. & quod dicitur de venditione, idem videtur in eo, qui vendere promisit, argum. l. oratio. de spon. Sed respondetur, ꝙ dato, quòd venditor, qui habet facultatem tradendi, præcise teneatur tradere, illud videtur ex eo, quia illa obligatio participat de obligatione dandi, vt not. per glo. in l. certi condictio. in prin. ff. si certum peta. vbi Bart. cum similibus, vt dixi ibi. Sed ratio ista cessat in pacto de vendendo, quod merum factum videtur continere, ideo non tenetur præcise implere quod promisit, dato, ꝙ habeat facultatem tradendi, sed liberatur præstando interesse. & hoc in pacto de vendendo tradit Alex. in consi. 212. Ponderatis his. lib. 6. in versi. & etiam si quis promisisset vendere. & Corneus in consi. 216. Primus consultationis articulus. vbi differentiam facit inter venditorem, qui tenetur ad tradendum, l. prima. ff. de actio. emptio. & illum, qui promisit uendere, qui ad merum factum obligatur; ideo prestando interesse liberatur, dato, quòd haberet facultatem tradendi: & ratio videtur manifesta; quia obligatus ad vendendū non tenetur tradere, sed vendendo sim-
a pliciter liberatus [a] videtur, vt no. Aretin. in consil. 28. Diligenter animaduersis. in versic. plus dixit Bald. vbi ad hoc allega Bald. in l. fin. C. de pactis inter emptorem, & venditorem. & latius dixi in consilio, ad quod gratia breuitatis me remitto: & ita secundum dubium absolutum videtur. Tertio ex alio capite dicitur, quòd hæredes Pippæ præcise teneantur tradere, quia videntur obligati vigore testamenti; quo casu obligatus ex dispositione testatoris ad factum præcise adstringitur. l. fideicommissa. §. fin. de lega.
3. Sed ad hoc etiam respondetur negando, quòd non sit verum dictam Pippam, seu eius hæredes obligatos esse ad vendendum virtute testamenti, sed virtute promissionis obligati sunt, quia licet in testamento facta sit mentio de tali pacto, & dictum sit, quòd pretium conuertatur in emptionem bonorum immobilium, tamen quantum ad promissionem de vendendo alteratum nihil fuit, quia in dicto testamento relatio facta est ad instrumentum promissionis de vendendo eo modo, & forma, prout continetur in instrumento promissionis rogato manu ser Angeli ser Alexandri: nam cum testamentum referat se ad instrumentum promissionis, est opus, ꝙ tale instrumentum promissionis producatur, aliter non probaret testamentum, authen. si quis in aliquo. C. de edend. not. per gloss. in cap. 1. de fide instrumen. & hoc procedit etiam, si notarius attestetur illud instrumentum ab eo confectum fuisse, vt not. Angel. in l. si donatio. in versicu. & ideo
3 si notarius. C. de dona. † & si instrumentum, ad quod facta sit relatio, referat se ad aliud instrumentū, etiam illud exhiberi debet, vt not. Bald. in l. inciuile. circa fin. versicul. item nota. ff. de legib. Alexand. in consi. 4. In causa. & lite. & exhibito instrumento virtute instrumenti agendum erit. Quarto & vltimo obiicitur, quòd in casu, de quo agitur, statutum non videtur obstare, quia loquitur de alienatione constante matrimonio, & nō videtur habere locum in isto casu, in quo promissio de vendendo collata fuit post mortem dominæ Pippæ, quo casu non erit matrimonium: & paria sunt facere actū tempore licito, vel tempore illicito, & illud conferre in tempus habile. l. quod sponsæ. C. de dona. ante nupt. & in l. in tempus. ff. de hæred. instit. Nec obstat, quòd dicta regula non habet locum, quando lex resistit principio propter inhabilitatem personæ, vt probatur in l. si minor. ff. de ser. expor. Quia respondetur per dominum iudicem, quòd in casu isto statutum non resistit principio, quia mulier non inhabilitatur propter fragilitatem sexus, sed videtur facta prohibitio propter interesse mariti. Et hoc probatur ex eo, quòd statutum non prohibet mulieri alienationē in aliis bonis quæsitis ante, vel post matrimonium, ergo apparet, quòd illa prohibitio non fuit facta propter fragilitatem mulieris, quia prohibitio fuit generalis in omnibus bonis mulieris, vt latius in dubio continetur. Ad hoc etiam videtur posse responderi: primo, quod dispositio statuti est clara,
4 quæ absolute prohibet talia bona alienari. † Et a verbis claris statuti non est recedendum, vt not. Barto. in l. quod constitutum. ff. de testamen. milita. & dicit Bald. in l. Gallus. §. si eius. in secundo no. ff. de liberis, & posthumis. quòd vbi habemus claram dispositionem legis, vel statuti, non debemus vlterius inuestigare rationem. & idem dicit Alexand. in dicto §. si eius. in 2. no. Secundo respondetur, quòd text. in d. l. si minor. bene facit, quia quando lex resistit principio propter inhabilitatem personæ, non habet locum regula l. in tempus. & ita videtur in casu isto; quia propter fragilitatem mulieris videtur facta dicta prohibitio. & ideo licet collata sit post mortem, non valet. d. l. si minor. & ad hoc facit, quia in dicto statuto si mulier acquisiuit bona sub conditione, quòd vsus non communicetur marito, prout in simili dicitur in authent. excipitur. C. de bonis quæ libe. & tamen ista bona, in quibus non agitur de præiudicio mariti, non possunt alienari, vt in dicto statuto probatur, ergo datur intelligi, quòd illa prohibitio alienationis fit non solum pro interesse mariti, sed etiam in fauorem mulieris, vt eius fragilitati consulatur. Tertio potest probabiliter dici, quòd duæ sunt rationes, quæ in tali statuto cōcurrunt, scilicet interesse mariti, & vxoris, vt in simili casu Socin. scribit in consilio 23. Circa prædictam conclusionem in vl-
5 tim. lib. in versicul. secundo possumus dicere. † vbi inquit, quòd quandoque in contractu requiritur consensus eius, de cuius præiudicio nullo modo tractatur: & tali casu requirit per modum solemnitatis, vt no. Anto. de Butr. in capitul. cum consuetudinis. de consue. & tali casu in ipso actu cōsensus requiritur, quandoque requiritur consensus eius, de cuius præiudicio agitur, & talis consensus etiam ex interuallo adhiberi potest: & etiam ratificatio sola sufficit: & istos duos casus considerat Anton. de Butrio in dicto capitulo cum consuetudinis. Quandoque etiam, & tertio casu consideratur fragilitas personæ, in cuius contractu debet interuenire consensus alterius: & etiam agitur de præiudicio eius, qui debet consentire: & sic in eodem casu concurrunt dicta supra in duobus casibus primis: & tali casu concurrunt duæ rationes finales: prima propter fragilitatem personæ, secunda propter interesse illius, qui debet consentire: & quando duæ rationes finales concurrunt, sufficit vna. §. affinitatis instit. de nupt. l. liberorum. §. notantur. ff. de his, qui notantur infami. & in dicto concursu rationum ratio fragilitatis personæ videtur magis principalis, ideo illa attenditur, argumēto l. si quis nec causam. ff. si certum petatur. & ita videtur in casu isto dicendum, quia duæ rationes concurrunt, ut colligitur ex supra dictis, uidelicet fragilitas mulieris, & præiudiciū mariti: & ratio fragilitatis mulieris uidetur magis principalis, ut Socinus dicit in consilio præallegato. & ideo attenta dicta ratione fragilitatis optime uidetur in isto casu habere locum textus in d. l. si minor. ff. de ser. expor. & sic remanent declarata dubia, quæ proponuntur. omnia tamen dicta sunt ex abundanti, quia præstantissimus dominus iudex hæc, & longè maiora a verba seipso soluere potuisset.

ADDITIO.

a ¶ Liberatus.) Serpentinum argumētum, quia cauda repercutit, & in obligationem præcisam reinducit.

EPITOME Consi. CCCCCIIII.

V. in testamento per vnum notarium recepto Monticuli, vbi a statuto duo requirerentur, instituit M. vxorem cum suis filiabus in vita tantum, & duntaxat, quibus substituit hospitale. filiæ institutæ relictis filiabus decesserunt, Respon. quòd non obstante statuto non se extendente ad locum pium hospitale admittitur ad huiusmodi successionem exclusis filiis filiarum super existentibus.

SVMMARIVM.

1 *Hospitalium res eodem iure gaudent, quo res ecclesiarum.*
2 *Laici condendi statuta in præiudicium ecclesiæ, vel piorum locorum potestatem non habent.*
3 *Statuto laicorum si caueatur, quòd testamentum mulieris sine propinquorum consensu non valeat, tale statutum in testamentis factis ad pias causas locum non habet.*
4 *Legatum si alicui factum fuerit, & fideicommissum iniunctum, quòd illud ad pias causas amore Dei restituere debeat, legatum, & fideicommissum ad pias causas dicitur.*
5 *Legati iure si bona alicui relicta fuerint, & ille inter pauperes distribuere rogetur, falcidia a primo legatario detrahi non debet.*
6 *Testamentum diuerso iure censeri non debet.*
7 *Testium numerus in testamentis propter pietatem relaxari debet.*
8 *Verba geminata plus operantur.*



N casu occurrenti in terra Monticuli studẽdo breuitati, prout consultorem decet, procedam cõclusiue.& prima conclusio est, quòd testamentum Valentini, de quo agitur, validum sit, licet forma statuti de duobus notarijs adhibendis obseruata nõ fuerit.ista conclusio probatur ex eo, quia ista videtur causa pia, vt not. Barto.per illum text.in l.omnia. C.de episc.
1 & cleric. † vbi inquit, quòd res hospitalium gaudent eodem iure, quo res ecclesiarum.& Specul. in titul.de instrumen. edi. §. nunc vero aliqua.versicu.& scias, quòd inter relicta ad pias causas.expresse dicit.quòd pia loca dicũtur ecclesia, monasteria, hospitalia.& idem Bald.in l.omnes.§.præterea nullus. C. de episco. & cleric. per illum text.dicit, quòd ita sunt exempta hospitalia, sicut ecclesiæ.& Abb.sequitur in consi.14. Videtur.lib.2.in cõsi. 32.Circa duo.& in consil. 102. Circa personam.eod.lib.2. Alex. in consi.9.Visis dicto themate.lib.2.& in consil. 208.Statutis ac
2 curate perspectis.in princip.lib.2. † &.in locis piis non attenditur forma tradita statuto laicorum, quia laici non habent potestatem statuendi in præiudicium ecclesiæ, vel piorum locorum.cap. ecclesia.de constitu.capit.fin.de rebus eccle. non alienand.96.di
3 stinctio.in capit. bene quidem. † & ideo statutum laicorum,quo cauetur, quòd non valeat testamentum mulieris sine consensu propinquorum, tale statutum non valet in testamentis factis ad pias causas,vt not.Bald.in l.generali.circa fin in versi. quæro primo, dicit statutum. & idem dicit Bald.ibi esse in contractibus,in versic.2.quæro.C.de sacrosl.eccle. & sequitur Abb.in c.relatum. el primo,de testamẽ.& ita videtur in proposito, quòd statutum, de quo agitur, non intelligitur habere locum in causis piis, quia licet statutum generaliter loquatur, illa generalitas restringitur, vt non habeat locum in casu,in quo statutum non habet potestatem.capit.a nobis.el primo, de senten.excom.vbi Abb.in tertio not.& not.Bar.in l.si quis sub conditione.in fin.ff.de condi.insti. Bald.in l.fi.§.in computatione.C.de iure delib.& fuit ductum Io. Mona.in c.1.de constitut.in 6.in versi.statuto.refert Ant.de But. in ca.ecclesia.de constitut.circa fin.merito statutum licet in casu nostro generaliter loquatur, non videtur comprehendere dispositionẽ ad pias causas, in quibus statutum non habet potestatem. Sed in casu isto difficultatem facit, quia in testamento dicti Valentini locus pius hospitalis vocatus fuit vltimo loco, & principaliter institutæ fuerunt domina Mariota vxor testatoris cum filiabus dicti testatoris, vt patet in testamento, quo casu inspecta institutione, quæ est caput testamenti.§. ante hæredis.institut.de leg.non videtur, quod testamentum dicatur ad pias causas quo ad legata,& fideicõmissa.quia attenditur institutio,vt no. Anto. de But.in ca.quod clericis.in versic. ideo puto. de foro compe.& idem Salic.in auth.cassa.in 9.q. in fin.C. de sacrosan.eccles.& sequitur Alex.in consi.177.Viso themate.versic.nec prædictis etiã habet obstare.lib.2.& in consi.208. Statutis accurate perspectis. eodem lib.2.Ad hoc videtur posse responderi, quòd imo attento fine totum testamentum debet iudicari factum esse ad pias causas,vt no.voluit Bald.in l.auia.§. Titio.de conditi.& demon.
4 vbi per illum tex.dicit,† quòd si legatum factum sit mihi,& fideicommissum iniunctum, quòd debeam illud restituere ad pias causas amore Dei non solum fideicommissum,quod immediatè est ad pias causas, sed etiam primum legatum inspecto fine dicitur ad pias causas.& idem tenet Paul.de Cast.in l.cum dotem.per
5 illum tex.ff.ad legem Falci.† vbi inquit, quòd si iure legati bona alicui relicta sint,& rogetur ille distribuere inter pauperes etiam a primo legatario falcidia detrahi non debet, quia qualitas pauperum inspicitur, ad quos finaliter bona peruenire debent.& sequitur Alex.in l.1.§.ad municipum.in fi.ff.ad legem Falci.& Ro. in consi.206.Licet de communi conclusione.in fin. Soc.in consi. 48.Viso instrumento.in versi.confirmatur ista opinio.in 4.lib.& facit text.in l.3.§ sed si proponas. de legat.præstan.in l.cogi.§ hi, qui solidum.ff.ad Trebel.& ista conclusio comprobatur,quia in casu mixto,prout iste videtur,negari non potest,quin pro parte in tali testamento agatur de causa pia, ergo videtur, quòd ab ista qualitate potentiori totum testamentum debeat ad pias causas iudicari, vt in simili no.Bar.in l.præcipimus.§. penultim.C.de appellatio.facit tex in c.quod in dubijs.§.fi.de consecrat. eccles.uel alta & ex hoc tollitur fundamentum Ant.de But.in d.c.quod cle
6 ricis.dum inquit, † quòd idem testamentum non debet diuerso iure censeri, argumen.l.eum,qui ædes.ff.de vsucap.quia si totum censetur ad pias causas,non iudicabitur diuerso iure.& ita primo allega.in contrarium remoueri possunt.& hoc modo cum testamẽtum reputetur in totum ad pias causas,valebit in totum,quia solennitas requisita a statuto, ut supra dixi, non habet locum in tali testamento. Secundo non esset dubitandum de validitate testamenti, si testamentum factum fuisset tempore pestis, vt narratur,& notarius attestatur, quia tali casu vnus tantũ notarius sufficit, prout a statuto disponitur: & hoc etiam de iure communi videtur procedere, vt no. Angel. in §.quod autem. in Authen de non alienan. vbi si a statuto in aliquo casu duo notarii requiruntur, talis solennitas remissa videtur, si actus factus sit tempore pestis, per illum tex.ibi, etiam vno.& tempore pestis vnus sufficeret, & tempore pestis notarius etiam non matriculatus recipitur, licet alias à statuto repellatur, vt no. Ange.in l.si vacantia de bonis
7 vacan.lib.10.† & propter pestem etiam relaxatur numerus testiũ requisitus in testamento, vt no.Bal.in l.fi. C. de testamen. cum similibus.vt dixi in consil.284. Viso puncto. Tertio etiam dato, ꝙ non ualeret testamentum quo ad institutionem, tamen respectu substitutionis fideicommissariæ, de qua agitur, omnino videtur, quòd illa debeat habere locum propter clausulam codicillarem, quæ in isto testamento apposita est: nam illa operatur, ꝙ relicta debeantur a uenientibus ab intestato.l.ex ea.§. ex his uerbis.ubi Bart.ff.de testam.not.in l.ex testamento.ubi glo. C. de fideicom. & no.Bar.in l.quia autem.ff. si quis omis.causa test. Old.in consi. 171.Ad primam quæstionem. cum similibus: ut dixi in consilio 242.In casu proposito.in principio.& in terminis in casu nostro tradit Sali.in d.authen.Cassa.in 9 quæstione.in fi.ubi posteaquam dixit, quòd si laicus institutus sit, legata relicta ecclesiæ non debentur, quia testamentum est nullum, cum non sit seruata forma statuti secularis: & sicut non ualet institutio, ita non ualent legata, uel fideicommissa ad pias causas. & hoc secundum eum limitatur, nisi a uenientibus ab intestato repetita sint, quia tunc iure codicillorum ecclesia petere potest legata, uel fideicommissa: & tali casu statutum non obstabit, quia agitur de legato, uel fidei
8 commisso, quod debetur loco pio, † quia statuto laicorum non subiicitur: & sic ibi specialiter casus iste deciditur. & hoc idem dicit Alex.de clausula codicillari in dicto consi.208.uersi uel potest responderi.lib.2.& ideo concludendum est, quòd siue testamẽtum sit ualidum, siue nullum, vtroque casu uidetur, quòd hospitale ad fideicommissum admittatur. Postremo non obstat, ꝙ hospitale ex alio capite excludatur: quia filiæ testatoris, quibus dictum hospitale substituitur, decesserunt cum filiis, qui uidentur excludere substitutum ex tacita conditione, si decesserint sine filijs.ut est tex.in l.cum auus.ff.de condition.& demonstratio. l.cum acutissimi. C. de fideicommis. ubi Bald. post Richar. Malumb.in uersicu. quæro, quid si pater. cõcludit prædicta iura procedere, etiam si ecclesia substituta sit. Sed breuiter in casu isto cõtrarium cõcludendum uidetur illo fundamento, quo utitur Pet. de Ancha.in consil 46. Prima facie uideretur.in princ. ubi inquit, ꝙ dicta l.cum auus.cum similibus fundatę sunt super præsumpta mente testatoris: ex quo sequitur, ꝙ in casu in quo posset præsumi de contraria mente testatoris, cessaret dispositio dictarum legum, ut no.in similib.in l.precibus. C.de impub.& in l.testamento.C.de testament.milit.& ideo in casu proposito dicendum est ex pluribus præsumptionibus non habere locum, quod in dictis legibus disponitur.& primo ex eo, ꝙ institutio dictarum filiarũ limitata fuit præcise in uita ipsarũ tantum, tantummodo, & duntaxat, ut in testamento expresse dicitur: primo illa dictio, tantum. est exclusiua, quòd ulterius non sint hæredes, ut in simili de ista dictione, tantum. notat Bartol. in lege si quidem. C. de transact. in lege rationes. C. de proba. per text.in l.3.§. cum Titio.de adi.lega.& dictio, tantum excludit personam hæredis, ut not. Bartol.in l.qui in futurum.§.1.ff. de pact. in lege si stipulatus.de uerborum obligation. per l.non solum.§. tale legatum.de libe.legiti.& hoc uidetur maxime procedere in isto casu, in quo
9 sunt uerba geminata, † quæ debent plus operari, ut. not. Barto. in l.cum scimus. C. de agri.& censib.lib.11.cum similib.ut tradit Roman.in l.si uero.§.de uiro.in 31.fallen ff.solu.matrim. unde si ipsæ filiæ institutæ solum admittuntur, & hæredes earum excluduntur, a fortiori uidetur, quòd illa tacita conditio liberorum remota intelligatur.& præsertim quia in isto casu non solum uerba geminata sunt, sed triplicata, quia in testamento dicitur, quòd filiæ institutæ sint hæredes in uita tantum, tantummodo, & duntaxat.& ista triplicatio uidetur, quòd plus debeat operari, argu.eius, quod not. Ange.de tertio matrimo.in Auth. quomodo oportet Episcopos.in §.hoc de eo.in fin. Secundo perscrutando mentem testatoris considerandum est, quòd testator, ut patet in testamento, instituit eius uxorem domi. Mariotam, & filias: unde cum prius nominata sit uxor in ordine, uidetur magis dilecta, argu.l.quoties.ff.de usufr.l.generaliter.§.& quis ergo.ff.de fideicom lib.& in c.mãdato.de præben.in 6.& hoc comprobatur: quia instituit uxorem, & filios æquali portione, & ulterius uxorem reliquit usufructuariam omnium bonorũ, & eidem tribuit potestatem alienandi pro eius necessitate, & pro anima. in ipsa uxore clarum est, ꝙ illa tacita conditio liberorum non intelligitur, quia ipsa nõ est de descendentib.testatoris, prout requiritur. d.l.cum auus.& d.l.cum acutissimi. pariter videtur dicendum in filiabus, quibus locus pius est substitutus, vt in illis tacita condi-

tio liberorum non subintelligatur, ne melioris conditionis sint filiæ minus dilectæ, quàm mater magis dilecta. & hac ratione in simili substitutione Bar. interpretatur in l. si mater. §. si filius. ff. de vulga. & pupil. in l. Gallus. in §. si parente. in ver. quæro iuxta prædicta. de libe. & posthu. & quia sicut testator prædilexit in institutione vxorem, pariter etiam in substitutione uidetur illam prædilexisse, vt in simili notat Barto. in l. fi. in versicu. iuxta prædicta quæro. ff. ad Trebellia. & facit tex. in l. 1. C. de impub. & alijs substitut. cum similibus, vt dixi ibi. & ista videtur secunda præsumptio, quòd in casu isto illa tacita conditio nō intelligatur. Tertiò facit, quia sub eadē determinatione vxor cum filiabus æqualiter fuit instituta, vnde consonat, ꝙ etiam in substitutione fiat æqualis determinatio. d. l. 1. C. de impu. facit regula legis iam hoc iure. ff. de vulga. & pupil. in l. quamuis. C. de impube. in l. testamento. C de testamē. mili. Quartò, & vltimo quia in terminis est decisio Pet. de Ancha. in consi. 46. suprà allegat. vbi limitat dispositionē d. l. cum auus. non habere locum, quando causa pia substituta sit, & relictum sit pro anima, quæ omnibus rebus præferenda est. l. sancimus. in fi. C. de sacrosan. eccle. & ibi respōdet ad rationem, quæ facit in contrarium, dum dicitur, quòd magis fauendum est filijs, quam ecclesiæ, iuxta dictum Augustini, quòd filij non debent excludi propter ecclesiam. capitulo fin. 17. quæst. 4. not. per glo. in l. si quis ad declinandam. C. de epis. & cler. nam secundū Petr. de Ancha. in consi. præal. 46 illud dictum intelligitur quantum ad legitimam: tamen vltra legitimam maior fauor præstari debet ecclesiæ, quàm filijs. & idem not. Bar. in l. 1. C. de sacrosan. eccle. in versi. 2. quæro. Ant. de But. in cōsi. 25. Ad primum. Are. in consi. 11. In causa Nicolai. Alexan. in l. pactum, quod dotali. C. de pact. in consilio 45. Habita super his lib. 1. & in consi. 92. Super eo. in dubio 3. vbi sequitur, & approbat consilium Pet. de Anch. in loco. suprà alleg. & certè concurrentibus coniecturis, & præsumptionibus supradictis indubitanter non videtur recedēdum ab opinione Pet. de Ancha. & merito concludendum est, quòd locus pius, de quo agitur, non excludatur a filijs filiarum superexistentibus, quia dispositio d. l. cum auus. non videtur habere locum in casu isto per supradicta.

EPITOME Consi. CCCCCV.

Filia per statutum exclusa a patris successione, quamuis non possit de nullitate testamentum impugnare, agere tamen poterit ad supplementum congruæ dotis, nisi agnati essent instituti, aut a patre dotata esset, uel quando statutū vlterius procederet.

SVMMARIVM.

1 *Dos congrua dicitur, quæ arbitrio boni uiri constituitur.*
2 *Filia ad legitimæ supplementum agere potest non obstante, quòd pater illā prohibuerit, quòd plus petere non possit.*
3 *Dos in locum legitimæ surrogatur.*
4 *Statutum si dictauerit, quòd masculi excludant fęminas, intelligitur, si masculi hæredes fuerint.*
5 *Solennitas requisita in mulierum contractibus locum non habet, quando filia cum patre contrahit.*
6 *Legis exclusio est fortior hominis exclusione.*
7 *Legitima commensuratur respectu successionis ab intestato.*



Copiose, & elegāter absoluta fuit præsens consultatio per clarissimum V. I. doct. do. Bardum de Altouitis acutissimum olim discipulū meum: sed studendo breuitati, primò illud clarum est. ꝙ filia exclusa per statutum a successione patris non potest dicere testamentum nullum,[a] ut no. Bar.
a
in l. fi. in versi. quæro, quid si ista filia. ff. ad Tertyl. Bald. in l. maximum uitium in fin. C. de libe. præte. cum sim. ut tradit Alexand. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de libe. & posthu. in l. filiæ dotem. C. de colla. & in consi. 48. Abundè. lib. 2. in consilio 68. Circa præmissam. lib. 4. & idem tenet Roma. in cōsilio 13. Idem uidetur mihi. Raph. Cuma. in consi. 79. Derisorium videtur. in consi. 227. Mengus in testamento. Benedict. Capra in consilio 84. & si viso. Aret. in consil. 160. Longa est præsens consultatio. in 10. dubio. ex quibus liquido constat istam * communem esse opin. & ideo in hoc non videtur laborandum. Sed uenio ad illud, in quo consistit neruus præsentis consultationis, videlicet de competentia dotis: & prima facie uideretur dicendum, quòd si ista mulier non fuit competenter dotata, quod agere possit, vt not. Bald. in l. fi. in versiculo sed pone, quòd ista filia. C.
1 de do. promis. † vbi inquit, quòd filia exclusa a statuto agere potest ad supplementum congruæ dotis, ita quòd dos arbitrio boni viri constituatur: & tradit Pau. de Cast. in consi. 132. Licet ista domina Lisa. in prin. Non obst. statutum, in quo filia dotata excluditur, vt nihil petere possit in hæreditate patris: quia ista exclusio generalis nō est sufficiens, vbi agitur de legitima. l. si quan
2 do §. fi. C. de inoffic. testamen. vbi Bal. in prin. concludit, † quòd
b filia agere potest ad supplementum legitimæ[b] non obstante, ꝙ pater prohibuerit illam, quòd plus petere non possit, alleg. text. in capitu. cæterum. in Authentic. ut cum de appella. cog. & not. Barto. in l. Papi. §. si conditioni. in fin. ff. de inoffic. testamen. cum simi. ut tradit Alexan. in consilio 69. Super primo dubio lib. 1. & quod dicitur de legitima, idem videtur in dote, a cuius supplemento filia nō excluditur per verba generalia ad similitudinem
3 legitimæ, † quia dos in locum legitimæ subrogatur, ita specialiter dicit Paul. de Cast. in consi. suprà alleg. 132. in fi. & dos competēs, vel congrua videtur vsque ad legitimam, vt not. Sali. in authen. res, quæ. in 2. no. C. communia de leg. cum simi. ut tradit Alexan. in consi 69 suprà alleg. lib. 1. in consi. 7. Visis. lib. 2. in consi. 83. Viso statuto. lib. 4. & dixi in consi. suprà allega. per dominum consultorem. His tamen non obstantibus contrarium, vt suprà conclusum fuit, de iure esse arbitror, & ista conclusio videtur indubitanter procedere concurrentibus tribus, quæ in casu isto suprà narrantur. Primò, quòd instituti fuerūt agnati, quorum contemplatione filia excluditur, alleg. suprà in contrarium haberent locum institutis extraneis, ut Alexan. concludit in d consi. 69. in prin. li. 1. & istam distinctionem expresse facit Pau. de Cast. in consilio 196. In puncto quæritur de quadruplici. in nouis. in prima parte. in ver. quidam vero. & no. Bald. in l. in substitutione. versi. & facit
4 ad statutum. † vbi inquit, quòd dictante statuto, quòd masculi excludant fœminas, intelligitur, si masculi sint hæredes. & in simili etiam vbi agitur de impugnatione testamenti, non potest fieri, quòd filia præterita impugnaret testamentum, si agnati, quorū contemplatione est exclusa, instituti sint: secus si extranei fuerūt instituti, vt tradit Imo. in l. Gallus. §. & quid si tantum de libe. & posthu. cum si. vt Soci. scribit in consi. 35. Visa narratione. li. 4. & dixi in consi. 378. suprà alleg. in vers. 3. responderi potest. & dixi etiam in l. filiæ dotem. C. de colla. Secundo concurrit, quia filia, de qua agitur, fuit maritata, & dotata a patre, vt pro constanti præsupponitur: quo casu quando est dotata a patre, illa non potest dicere, ꝙ incompetenter dotata sit, cum ipse pater melius sciat capere consilium pro filia, l. nec in ea ff. de adul. & quod patri uisum fuit competens pro filia, alteri non debet uideri incompetens, quia nullus amor vincit paternum. l. fi. in prin. C. de cur. fur. facit tex. in l. si furioso puberi. in fi. de cur. fur. ita decidit Pau. de Cast. in consi. 108. aliàs 111. Super primo quæsito. in septimo dubio. & sequitur Alex. in cōs. 32. Videretur. li. 4. circa fi. & Soci. in consi. 288. Circa primam quęstionem. vbi ponderat, ꝙ statutū in patre loquebatur simpliciter, prout ēt in isto casu contingit. & facit quod not. Bald. in l. pactum, quod dotali. C. de colla. q. 25.
5 † vbi inquit, ꝙ solennitas requisita in cōtractibus mulierum non ha
c bet locum, qn̄ filia contrahit cum patre,[c] de quo lex seu statutū confidit, & dictum Bal. in d. l. fi. vr̄ procedere in alio, quàm in patre, per suprà dicta. Tertiò etiam concurrit, ꝙ statutum in casu isto præcise excludit filiam, & dicit, ꝙ filiæ de bonis patris nihil petere possint. & considerandum est, quod qn̄ statutum in prin. loquit̄ de dotata a patre, vel de bonis patris, hoc est in vita patris illam statutum excludit præcise: sed qn̄ debet dotari a fratribus, dicitur, quòd debet competenter dotari: & sic etiam statutum videtur sentire differētiam inter patrem, & alios; & cum statutum dicat, quòd nil petere possit, a uerbis statuti non est recedendum; & tali casu supplementum congruæ dotis peti non potest, ut decidit Bald. in d. l. fina. C. de dotis promiss. vbi limitat, quod dixit filiam posse agere ad supplementum congruæ dotis, nisi statutum vlterius procedat disponendo, quòd teneatur stare contenta dote data, vel promissa. idem Bald. in authent. res, quæ, in uersic. modo quero de duobus. C. communia de lega. & Corne. in consilio 77. Licet multum. libro secundo. nisi dos minima fuisset, quod non est in casu isto. Et hæc tria, quę concurrunt, singulariter sufficerent ad excludendum dictam filiam a supplemēto dotis, a fortiori concurrentibus omnibus dictis tribus conclusio prædicta indubitanter videtur procedere. Solum superest respondere ad illud, quod suprà in contrarium allega, ꝙ in legitima requiratur specialis renuntiatio. d. l. si quando §. fin. Et breuiter respon-

ADDITIONES.

a ¶ Nullum.) Carol. Rui. consi. 40. consi. 56. lib. 3. dixi ad Alexan. consi. 19. libro 6.
b ¶ Legitimæ.) Supra consi. 264. consi. 296. ubi dixi.
c ¶ Patre.) Suprà consi. 26. consi. 203. ubi dixi.

ter respondetur, ꝙ text. in d. l. si quando. §. si. procedit in dispositione hominis, prout loquitur, secus est in dispositione legis,
6 uel statuti, † quia fortior est exclusio legis, quàm hominis, vt tradit Soci. in cõsi. 150. exclusa enim a statuto desinit esse sua, vt no. Bar. in l. 1. §. sciendum. ff. de suis, & leg. ideo non debet institui, nec exhæredatis & præterita non dicit testamẽtum nullum, ut supra dictum est: & in simili casu talis differentia, an quis excludatur a lege, vel facto hominis, habetur per Bar. in l. 1. §. si pater. in vers. ꝯ
7 prædicta. ff. de coniun. cum eman. lib. † Et hoc idem cõfirmatur, quia legitima commensuratur respectu successionis ab intestato, authen. nouissima. C. de inoffi. testa. & ideo cum filia excludatur per statutum ab intestato extantibus masculis, illi non debẽt legitima, ut no. Ang. in consi. 105 Statuto cauetur. vbi ista ratione concludit, ꝙ filia exclusa a statuto non potest petere supplementum legitimæ. & idem Pau. de Cast. in consi. 107. Super eo, de quo quæritur. in prin. & in consilio. 111. Super primo quæsito. ver. ad secundum. in consi. 121. Si dicta Cornelia. in prin. & in ꝯsi. 2 in prin. & in consi. 254. Quoniam fundamentum. Et cum dicta conclusione concordat Cuma. in consi. 124. Dominus Anto. in consi. 188. Spectabilis miles. vbi refert opi. Sal. qui tenet contrarium: & dicit, quòd communiter contrarium seruatur eius, quod voluit Sali. Et secundum istam opin. consuluit Alex. in consi. 68. Circa præmissam consultationem. li 4. & idem Alex. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de libe. & posthu. ubi dicit, ꝙ sæpius requisitus pro opin. Sali. noluit cõsulere: & contra Sal. etiam tenet Corneus in consi. 150. Circa præsentem. lib. 2. & Soci. d. consi. 150. in
* quibus constat indubitanter istam esse * *communem* opinionem, ꝙ legitima non debetur. Et per hoc non obstat tex. in d. l. si quando. §. si quia ibi loquitur, quando debebatur legitima: & ad illum tex. aliter respondet Cuma. in consi. 188. suprà allegato: sed gratia breuitatis non refero: & quia non expedit stantibus suprà dictis, ex quibus omnibus concurro in sententiam domini consultoris, & de subscriptione requisitus, &c.

EPITOME Consi. CCCCCVI.

Quando mulieres excludantur propter masculos, & illis non extantibus admittantur.

SVMMARIVM.

1 *Maritus si in testamento uxori plura legata fecit, & uxor cogitans, quòd frater testatoris esset hæres ipsius mariti, ei legata remisit, & fecit pactum de non petendo, uero hæredi tale pactum non prodest.*
2 *Filia, quæ bonis renuntiationis uirtute non excluditur, nisi persona super sit, quæ ex defuncti uoluntate renuntiantem excludat.*
3 *Filia propter masculum exclusa semper exclusa remanet, nisi statutum uerbis temporalibus utatur.*
4 *Testatoris uoluntas in primis attenditur.*
5 *Pecunia ad unum usum deputata in alium usum ex superioris authoritate, licet conuerti possit, secus tamen quando testator ulterius processit, disponendo quid de tali pecunia fieri debeat.*



N casu proposito, qui coram magnifico prætore Perusij agitatur, omnibus diligenter consideratis, primo motu ex quadam superficiali æquitate videretur dicendum, ꝙ mulieres agentes deberent obtinere, quia exclusæ fuerunt propter masculos, ideo mortuis masculis debẽt admitti. Et hoc videmus in muliere, quę renuntiauit hæreditatis patris contemplatione masculorum, si postea mortui sint masculi, filia, quæ renuntiauit, admittitur non obstante renũtiatione, arg. l. iubemus. C. ad Velle. ita expresse concludit Bal. in l. pactum, quod dotali. in 4. q. C. de colla. & idem not. Sali. in l. pactum, quod dotali. in prin. ibi, in versi. quinimo. cum simili. ut tradit Alex. in cõsi. 29. Præclarè, & subtiliter. lib. 3. & facit quod no.
1 Bal. in l. si actionem. C. de pact. † vbi inquit, ꝙ si maritus in testamento fecit uxori plura legata, & uxor cogitans, ꝙ frater testatoris esset hæres eius mariti, cui propter affectionem uxor remisit legata, & fecit pactum de non petendo, tale pactum non prodest vero hæredi, quia limitatum fuit in fratre testatoris hærede. & in terminis nostræ quæstionis de exclusione fœminarum propter masculos reperio, ꝙ Bal. late prosequitur quæstionem in consil. 437. li. 1. aliàs ſm aliam formam in consi. 372. lib. 3. inci. Quædam
2 puella. † vbi post longam disputationem concludit, quòd filia, quæ renuntiauit, non excluditur virtute renũtiationis, nisi super sit persona, quæ ex persona, & uoluntate defuncti excludat renũtiantem: ideo non excluditur ab alijs sororibus, quæ non renuntiauerunt. & ista conclusio comprobari videtur a statuto, quo Perusij cauetur in rubrica de dotibus, & dotatis mulieribus. quòd mulieres dotatæ excludantur masculo existente, quousque superuixerit masculus. cum ergo ita a statuto limitate disponatur, consonat, quòd exclusio facta in testamentis, ꝙ fœminæ plus petere non possint, intelligatur viuẽte masculo: secus ergo videtur illò mortuo, prout a statuto disponitur, quia in dubio uoluntas testatoris videtur regulari secundum dispositionem statuti, vt not. Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. de bonis lib. Pet. de Anch. in l. tres fratres. ff. de pact. cum simili. vt tradit Alex. in l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. His tamen, & similibus, quæ adduci possunt, non obstantibus vlterius cogitanti contrarium esse de iure arbitror, videlicet ꝙ intentio mulierum agentium nullo modo probata sit, & ꝙ partes magnifici prætoris sint in absoluendo Mariotam matrem, & hæredem Ioannis Francisci a petitis, condemnando actrices in expensis iuxta regulam l. qui accusare. C. de edend. in c. inter dilectos. in fin. de fide instrumen. in c. vnico. vt eccle. benefic. & pro euidenti demonstratione huius cõclusionis considerandum est, ꝙ in præsenti causa producuntur tria testamenta, in quibus agẽtes videntur eorum intentionem uelle fundare: primum testamentum fuit dominæ Marinæ, secundum testamentum est Andreæ Orlandini, tertium est Ioan. Baptistæ, quæ si singula perscrutentur, liquido de iustitia manifesta in fauorem Mariotę apparebit. Primò enim in testamento Marinæ ipsa hr̃des instituit duos eius filios masculos, qui hæreditatem adiuerũt, & per aditionem hæreditatis effectum fuit nouum patrimonium, & vlterius non agitur de bonis dominæ Marinæ. vnde videmus, quòd filia, quæ renuntiauit hæreditati patris, si mortuo patre eius frater hæreditatem accepit, non prohibetur soror fratri succedere, quia vlterius non agitur de hæreditate patris, cui renuntiauit, vt no. Ang. in consi. 52. domi. Gilius. cum similibus, ut Alex. tradit in l. 1. §. veteres. ff. de acqui. poss. Roma. in consi. 40. Visis. in consi. 168. Circa primum. in prin. & Benedictus Capra. in consi. 63. Cum viso. in secundo dubio. & dixi in consi. 318. & consi. 23. Similiter in tali testamento non cadit, nec adaptari potest, quòd dictæ mulieres admittantur in defectum masculorum; quia masculi instituti a Marina superuixerunt, adiuerunt hæreditatem, & fecerunt testamentum; & in tali testamento prædictę mulieres habitis certis portionibus prohibitæ fuerunt plus petere, & sub pœna priuationis exclusæ fuerunt a residuo patrimonij Marinæ. & talis exclusio videtur perpetua, cum sit facta absolutè, vt in simili statuto not. Bald. in l. in quibus. versicu. sed hic occurrit. C. de secundis nuptijs. in c. 1. §. 1. in secundo notabili, in tit. Episcopum, vel Abbatem, & in authen. sed & si quis. colum. 5. versicul. & per hoc
3 infertur. C. de secundis nuptijs. † vbi inquit, quòd filia exclusa propter masculum semper remanet exclusa, nisi statutum utatur verbis temporalibus: & hoc non est in isto testamento, quia verba exclusionis sunt absolutè prolata, ut patet. & pro tali, exclusione facit, quod not. Dominic. in capitulo secundo. de pactis. in sexto. ista tamen omnia ex abundãti dicta sunt, quia masculi hic non defecerunt; & ideo dictæ mulieres nullam habent rationem aliquid petendi, sed voluntas Marinæ debet obseruari, quę pro lege habetur. §. disponat. in Authen. de nuptijs. & sic euidenter ex prædictis patet, quod in testamento Marinæ nullum penitus fundamentum fieri potest. Capio secundum testamentũ Andreę Orlandini, in quo etiam fundamentum nullũ fieri potest: is enim heredem instituit Ioan. Baptistam eius fratrem, qui superuixit, &
a hereditatem adiuit, vt narratur in libello, cui standum [a] est. l. cum precum. C. de libe. caus. & ex tali testamento nec re, nec spe non videtur dictis mulieribus agentibus ius aliquod competere: quia institutio facta de Ioan. Baptista masculo habuit locum, unde nõ cadit, quod dictę mulieres in defectum masculi admittantur: & quia in hoc res clara videtur, vlterius non insisto. Solum superest testamentum Ioan. Baptistæ, in quo videtur aliqualis dubitatio, quia instituit eius filium Ioan. Franciscum, qui mortuus est in pupillari ętate, & in defectum masculi dictę mulieres agẽtes vellẽt admitti: sed hoc nullo iure, nullaque ratione dici potest, quia contra manifestam voluntatem testatoris admitterentur, quod
4 non est dicendum, † quia voluntas testatoris in primis attẽditur. l. in conditionibus primum locum. in princip. de conditio. & demonstratio. & voluntas testatoris totum facit. lege ex facto. la grande. ff. de hęred. institu. Et perscrutando tenorem testamenti Ioan. Baptistę patet euidẽter, quod instituit heredem eius filium Franciscum, & illo viuente sororibus agentibus nihil reliquit, ut constat ex testamento. Nam hoc modo probatur negatiua, vt not. Barto. in l. Titię textores. de legatis primo. in consilio 80. Martinus.

ADDITIO.

a ¶ Standum.) Supra consi. 274. ubi tetigi.

Martinus.Bald.in l.iustum.C.de eden.cum similibus, vt dixi ibi. Et isto casu viuente Francisco, & hærede nulla est quæstio, nec dubitatio. Eodem modo etiam mortuo Francisco hærede prædictæ mulieres nullum ius habent petendi vltra illud, quod eis est relictum in testamento: quia testator Ioan. Baptista specialiter considerauit istum casum mortis filij, & fecit prouisionem, quã voluit: nam tali casu eueniente morte filij fecit quædam legata dictis mulieribus sororibus suis, & illa debentur. Sed vlterius petere nihil possent, quia de residuo aliam fecit prouisionem: vnde ista expressa, & specialis prouisio testatoris fecit cessare tacitam, l.cum ex filio.§ filio. de vulgari, & pupillari. & bene facit, quod notat Bartol. per illum text. in l.liberto.§ Lucius.ff.de annuis leg.
5 † vbi inquit, quòd licet pecunia deputata ad unum vsum potest habere locum, & conuerti possit in aliũ usum ex authoritate superioris, ut notat Barto. in l.legatum.ff.de vsufruct.lega.& in l.legatum.ff.de admini.re.ad ciuita pertinen. Tamen quando testator vlterius processit disponendo, quid velit fieri de tali pecunia, illa commutatio in alium vsum fieri non potest, quia voluntas testatoris debet præcise attendi.& idem not.Bald.in l.dicta.circa finem.C.de condictione ob causam. & ita videtur in proposito: quia licet aliàs exclusio facta de mulieribus suprà dictis agentibus debuisset limitari filio masculo deficiente: tamen hoc non potest dici in isto casu in quo testator in casu mortis filij nouam prouisionem fecit, secundum quam dictæ mulieres excluduntur: nam prouisio testatoris quantum ad propositum habet duo capita: primum est, quod eueniente morte filij relictæ sunt dictis mulieribus quædam portiones limitatę, unde in residuo videtur excludere illas, argumen l.cum pretor. ff. de iudicijs. lege maritus. C. de procuratoribus. & hoc in isto casu clarũ est, quia de residuo aliam fecit prouisionem, quia fecit alterum caput, in quo in residuo bonorum suorum testator vocauit illũ, vel illam, seu illos, & illas, cui, vel quibus dicta eius bona de iure deuenerunt: & in isto etiam capite non competit dictis mulierib. aliquod ius, quia de iure sorores vterinæ tantum, prout sunt dictę mulieres, non concurrunt cum matre, ut est tex. in authen defuncto.C.ad senatusconsultum Tertyllia. & discurrendo hoc modo, vt dictum est, manet firmata conclusio superius firmata in fauorem Mariotæ. Et ad allegata suprà in contrarium responsio satis colligitur ex suprà dictis. Nam verum est, quod fœminæ, quę excluduntur contemplatione masculorum, deficientibus masculis admittuntur. Sed in casu isto in primo testamento Marinę masculi superuixerunt, & hęreditatem matris adiuerunt: & sic cessat [a] fundamentum. Et eodem modo in secundo testamento Andreę, qui instituit Ioan. Baptistam hęredem, qui superuixit, & hęreditatem adiuit. in tertio testamento Ioan. Baptistę, licet instituerit Franciscum filium, qui decessit in pupillari etate, testator in tali casu fecit prouisionem, quam uoluit, & illa debet obseruari: & stante dicta prouisione dictis mulieribus omnino pręclusa est uia, ut suprà deductum fuit, & superfluum videtur repetere. Eodem modo tollitur, quod vltimo dicebatur de statuto, quod loquitur: quousque superuixerit masculus, quia hic exclusio facta est simpliciter in primo, & tertio testamẽto, quo casu dicitur perpetua, vt suprà dixi. allegata in contrarium haberent locum in dubio, sed hic sumus in casu claro secundum expressam voluntatem testatoris Et quia in casu statuti requiritur, quod deficiat masculus heres, hic in primo, nec in secundo testamento masculus non deficit: & licet in tertio masculus non superuixerit, vlterius fuit facta prouisio a testatore, propter quam dictę mulieres omnino excludũtur, vt suprà dictum est, merito conclusio supra facta de iure clarissima uidetur.

ADDITIO.

b ¶ Cessat.] Supra consi.331.consi.480.Alexan.consi.188.lib.6.ubi dixi.

EPITOME Consi. CCCCCVII.

Dictante statuto, quale est Mutinæ, quòd nõ extantibus agnatis masculis ad successionem vocentur mater, soror, &c. patruus succedit exclusa sorore prædefuncti.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, aliquis etiam feminam comprehendit,*
2 *Argumentum a contrario sensu an sumatur, si statutum dictauerit, quòd non extantibus masculis filiæ feminæ succedant.*
3 *Patruus si ex statuti forma matrem excludit, inuitatus uidetur, ut in matris locum succedat.*
4 *Statutum si agnato existente matrem excludat, et mater, soror, & agnatus concurrant, quis præferatur.*
5 *Sensus contrarius in argumentis dicitur subauditus, & non expressus.*
6 *Instrumentum secundum statuti formam executionem habet in eo, quòd tacite ex ipso instrumento colligitur.*



IN causa Mutinensi diligenter cõsideratis verbis statuti, in quibus vis tota consistit, concludendum mihi vr omnibus circũspectis, quod Bartholomæa soror defuncti virtute statuti excludatur a patre patruo defunctæ, remouendo ea, quæ in contrarium obijciuntur, vt infra apparebit. Ista conclusio efficaciter probatur in statuto in versicul. si autem decesserit aliquis. vbi dicitur, si autem decesserit aliquis. non extantibus aliquibus descendentibus, uel ascendentibus, vel agnatis prædictis masculis: sed extante matre, & auia paterna tantum, vel matre, & auia, prędictis, & sorore, uel sororibus saltem ex latere paterno coniunctis, uel extante matre, & ipsa sorore, uel sororibus coniunctis, ut supra, vel extante auia paterna, & ipsis, & sororib. succedant æqualiter pro uirilibus portionib. dicta mater, soror, uel sorores prædictæ, & auia, &c. stantibus his verbis statuti. Primo
1 non vr dubitandum, † quod verbum illud, aliquis. comprehendit & feminã, de qua agitur: quia intelligit, si aliquis, scilicet homo, l.i. vbi Bar. in prin. & in fi.ff.de verb.signi.& not.Bart.in l.5. in l.si quis in tantam. C. vnde vi. per illum text. facit text. in l. si quis maior. C.de transact.& cum ista ↄclusione concordat Cardin. in cle.1, in 3.quęst.de elect.& Dom. in c.generali.de elect. in 6.ubi dicit hoc etiam procedere in statuto. & Aret. in consilio 39. In facto videt. Alex. in consilio 24 Animaduersis.lib 2.& dixi latè in dicta.l.si quis id, quod.& in l.secũnda ff.de regulis iuris. in 4. quęst.
* & cum ista sit * *communis* opinio non vr in hoc laborandũ. Secũdo in tali statuto apertè colligitur a ↄ̃rio sensu, quod soror a patruo excludatur, quia cùm soror admittatur cum matre, uel auia nõ extantibus aliquibus descendentibus, vel ascendentibus, uel agnatis; ergo extãtibus illis, uel aliquibus ex eis vr a ↄ̃rio sensu, quod mater, & soror excludantur. & hoc in simili casu doctores * cõter
2 dicunt in statuto, † quod non extantibus masculis filijs fœminę ad-
a mittantur: ergo a contrario sensu [a] extantibus masculis filiæ excluduntur, & tale argumentũ vr specialiter habere locum in isto casu, quia verba illa, non extantibus masculis, in directo sensu nihil operantur unde ne verba superflua sint, & nihil operentur etiam in statutis, argumentum a contrario sensu recipitur ut nõtat Bald. in l.conuenticulam.C.de episcopis, & cleric. in l. obseruare.§.proficisci. in 3. quæstio. ff. de offic.proconsul. cum simil. ut Alex. scribit in l.3. in vers. fallit hæc conclusio ff. de offi. eius. in l.si cum dotem. in princ. ff. soluto matrimonio. & ita pariter vr in casu isto, quia illa verba, non extantib. aliquibus descendentibus, uel ascendentibus, uel agnatis nihil operarentur; ideo vr a ↄ̃rio, quod illis extantibus, uel aliquibus ex eis soror excludatur, cũ enim mater, & soror solum admittãtur in defectum agnatorum, ergo illis extantibus excludunt, quia illa verba, non extantibus aliquibus, nihil operarentur. Non obstat, si dicatur, quod imo in casu isto statutum operatur in sensu directo: quia soror ex latere patris simul cum matre a statuto admittitur, contra authen. defuncto C. ad Tertyllia. in auth. post fratres. C. de suis, & legiti. quia rñdetur, quod hoc nihil facit: & quia hic consideratur, quod uerba illa, non extantibus. nihil operantur in directo sensu: ergo à ↄ̃rio, ut aliquid operentur illis extantibus, exclusio inducitur. Non obstat, quod statutum operatur, quia uocat sorores ex vno latere æqualiter cũ matre: quia hoc ad propositum nihil facit, quia consideratur, quod statutum nihil operatur in verbis illis, non extantibus. & isto respectu fundamentum supra factum bene procedit, & non attenditur, quod statutum in alijs verbis operatur, quia hoc nihil facit: quia non propter hoc tollitur fundamentum supra factum de verbis illis, non extantibus. & ita fundamentum suprà factum irrefraga-
b bile videtur. Secundo principaliter, quòd soror [b] excludatur, probatur specialiter ex eo, quod not. Pau. de Cast. in l. illam C. de collatio. vbi quantum ad propositum concludit, † quòd si pa-
3 truus ex forma statuti matrem excludit, uidet inuitatus patruus, ut succedat in locum matris, per ea, quæ notat Bartol. in l. 2. §. respondendum. ff. ad Tertyllia. & ideo concludit, quod patruus præferatur matri, dato, quòd cum matre concurrat frater tantum vno latere coniunctus: est verum, quòd Alexander in dicta l. illam. videtur reprobare Paul. de Castr. quia secundum eum dictum eius videtur contra text. in l. 2. §. si sit agnatus ubi si sit in adoptiua familia, & mater concurrat, dicitur, ibi, quod mater admittitur, quia licet pater excludat matrem, §. pater. instit. ad Terty. ipse pater, qui erat in aliena familia, vincit ab agnato. d. §. si sit

ADDITIONES

a ¶ Sensu.) Supra consi. 232.vbi tetigi.
b ¶ Soror.] Supra consi.71.Hiero.Grat.consi.29.consil.20.consil.26.libr. primo.

§. si sit agnatus. & sic, quia agnatus remanet obstaculum patris, mater admittitur. ita videtur in casu Paul. de Cast. quia frater remouet obstaculũ patrui, ideo videtur, quòd mater admittatur. Sed ut dixi in d.l. illam. ille tex. cõtra Alex. hoc modo retorqueri potest: quia sicut ibi remoto obstaculo patris ab agnato mater admittitur, ita in quæstione Pau. de Cast. remoto obstaculo fratris per matrem patruus debet admitti: quia si vinco vincentẽ te, multo fortius vinco te l. de accessionibus. ff. de diuer. & tẽp. præscri. & sic opinio Pau. de Cast. defendi potest ab impugnatione Alexandri, & dicta Pau. de Cast. in d.l. illam. approbat Corne. in consi. 180. In hac consultatione. in consi. 138. In præsenti consultatione. libr. 2. & idem, quod Pau. de Cast. tenet Pet. de Anch.
4 in consi. 336. Si ab agnato. † vbi concludit, quòd si statutum excludat matrem agnato existente, & concurrant mater, soror, & agnatus, cõcludit, quòd agnatus præferatur, quia agnatus debet excludere matrem ad utilitatem suam, & non ad vtilitatem sorori s, arg. l. nam & si sub conditione. §. rumpendo. ff. de iniust. rupt. & ex his cõcludendum est in casu nostro, quod patruus excludat sororem. Non ob. quòd Alexand. in d.l. illam. etiam contra Pau. de Cast. inducit dictum Bar. in l. 1. §. filium. ver. extra gl. ff. de con tra tab. quia illa doctrina Barto. in qua eius decisio fundatur, non probatur iure, ut dicit Corne. in consilio 10. Transeamus itaque. lib. 3. in consi. 75. Quanquam. lib 1. & late in consilio 84. In hac consultatione. lib. 4. cum sim. vt dixi in d.l. illam. Non obst. quòd iste casus sororis remanet in dispositione iuris communis, quia videtur omissus à statuto, ut in simili casu de sorore cum matre consuluit collegium Perusinum, vt Pet. de Ancha. refert in ca. 1. de constit. in ver. capio nunc quartum membrum. sequitur Alexander in d.l. illam. quia in casu isto non est casus omissus, quia de sororibus statutum expresse loquitur, quòd admittantur non existentibus aliquibus agnatis, ergo extantibus agnatis excludũtur, vt supra dictum est: & ista conclusio in fauorem patrui suadetur, quia videtur secundum mentem statuti, quæ fuit conseruare bona in familia. l. 1. §. penul. ff. de ven. inspi. no. per Cyr. in l. 1. C. de adul. Io. And. in additio. Spec. in rub. de suc. ab intest. in versic. est sciendum. Bal. in consi. 68. inter cõsilia Ang. Martinus. Io. de Florentia. cum si. ut tradit Alexan. in consilio 20. Viso processu. lib. 1. in consilio 85. Animaduersis. lib. 2. in consilio 102. Super eo. libro 3. & dicit Bald. in l. maximum vitium. C. de libe. præte. quòd a tali ratione argui potest tanquam a causa finali: & hoc saltem in casu isto videtur dicendum, quòd in dubio debeat statutum secundum eius rationem interpretari: & in casu isto res clara videtur, quia uerba hoc importãt, & cum verbis ratio, & mens statuti concurrit. Non obstat suprà dictis statutum, quòd in cæteris casibus non expressis ius commune seruetur, quo casu non vide
5 tur habere locum argumentum a contrario sensu: † quia sensus contrarius dicitur subauditus, & non expressus, vt not. Abb. in c. cum ab apostolica. in vlt. no. de his, quæ fiunt a præla. Bald. in lege secunda. C. de condit. inser. in versi. item not. hic gl. quia respondetur, quòd etiam expressum dicitur, quod indirecte colligitur, ut notat Abbas in capitul. cum olim. in vltimo no. de censi. facit quod not. Bald. in l. ad probationem. la prima. C. de probationi-
6 bus. † vbi concludit, quòd instrumentum etiam habet executionem secundum formam statuti in eo, quod tacite ex ipso instrumento colligitur. & idem Bald. in lege prima. §. & plenius. C. de rei vxor. actio. cum similibus, vt tradit Alexander in lege iurisgẽ
* tium. §. quòd fere. ff. de pactis. ubi dicit, quod * *communiter* ita retinetur. Et in casu nostro comprobando quod dixi, facit quòd not. Bald. in lege obseruare. §. proficisci. in quæstione tertia. circa fi-
7 nem. † ubi dicit, quod etiam in statutis argumentum a cõtrario sensu procedit, quando sumitur ex natura uerborum limitatorum, prout in casu isto uidetur. & in statutis argumentum a contrario sensu habet locum, quando sumitur a causa finali, ut not. Bal. in consilio 91. Primo statuto. libro secundo. & in consilio 143. Punctus quæstionis. cum similibus, ut dixi in l. prima. ff. de officio eius.

EPITOME Consi. CCCCCVIII.

Hic agitur de eadem interpretatione statuti præcedentis consilij: ideo illius epitome etiam huic conuenit.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum a contrario sensu ad iuris communis correctionem sumi non debet.*
2 *Subtilitate nimia res subuerti non debet.*
3 *Rubricæ statutorum quando rationem perfectam habent, pro textu allegari possunt.*
4 *Argumentum a contrario sensu ex verborum limitatorum natura necessarium est.*
5 *Qualitatem qui probare uult, prius substantiam probare debet.*



Consului alias, quòd uigore statuti Mutinensis patruus excludere sororem vel sorores defuncti, colligendo argumentum a contrario sensu in uersiculo, si aũt cesserit aliquis nõ extantib. aliquib. ascendentib. uel ascendẽtibus. uel agnatis prędictis masculis. tunc prædictis non extantibus vocantur ad successionem mater, auia paterna, & materna, & soror, uel sorores, ut in statuto disponitur, a contrario sensu extantibus agnatis prædictis masculis vsque ad quartum gradũ, de quibus suprà in eodem statuto dicitur, videtur quòd prædictæ mater, auiæ, & sorores excludantur: quia si illis non extantibus admittuntur: ergo il-
* lis extantib. excluduntur. hoc in simili casu docto. * *communiter* dicunt in statuto, quo cauetur, quòd non extantibus masculis a contrario sensu filiæ non excludãtur, ut no. Bal. in l. conuenticulam. C. de episcop. & cler. cum sim. vt dixi in cons. Hoc fundamẽtum reuocatur in dubium, & dicitur, quod tale argumentum a cõtrario sensu non debet absolutè, & simpliciter fieri, prout in cõsilio meo deducitur, sed argumentum a contrario debet considerari hoc modo, ut statim dicam. Sed primo dicitur, quòd statutum præcedẽs sub rubrica. Quod filiæ, uel mulieres dotatæ etiam sorores excludit directè, & expressè solum extantibus fratribus, uel liberis eorum masculis, non ergo extante patruo, uel alijs agnatis sorores excluduntur, argu. l. cum prætor. ff. de iudi. l. maritus. C. de procu. Et hoc clarum videtur in dicto primo statuto. Sed dubiũ vr̃ in sequenti statuto sub rub. Quod attinẽtes uenientes ex linea materna, &c. & in tali statuto etiam sorores directè exclusæ non inueniuntur per alios agnatos transuersales, sed per illud solum excluduntur mater, & auia paterna, & omnes ascendentes per lineam maternam, & auia paternæ, & cognati vsque ad quartum gradum; de sororibus, quæ sunt agnatæ, ibi nihil dicitur in principio statuti ergo clarum vr̃, quòd non excluduntur directe in principio dicti statuti, & in tali statuto exclusiuo solũ excluduntur per iona: ibi expressæ, ut no. Bal. in l. si defunctus. C. de suis, & legiti. in principio. facit tex. in l. si vero. §. de uiro. ff. solu. matrim. cum simil. Solum restat videre an sorores excludant a statuto, in vers. si autem decesserit, &c. sumpto argumento a contrario sensu, &
1 ab aliquibus dicitur. † quod non, quia nõ debet sumi arg. tale ad correctionem iuris communis: & dato, quòd sit sumendum, debet sumi, si fieri potest, ut non corrigat, argum. l. præcipimus. in fi. C. de appellatio. & in l. sancimus. C. de testamen. & absque correctione ab eis dicitur, quòd argu. hoc modo a contrario fieri potest, quia dum in statuto dicitur in vers. Si autem decesserit aliquis non extantibus aliquibus descendentibus, uel ascendentibus, uel agnatis prædictis masculis, &c. debet sic a contrario sensu sumi argumentum: ergo extantibus aliquibus descendentibus, uel ascẽdentibus uel agnatis intelligitur, & restringitur statutũ in agnatis illis, qui excluderẽt sorores, prout est frater, & liberi fratrũ, ut in primo statuto habetur, non autem statutum generaliter intelligitur de omnibus agnatis. & talis restricto suadetur, ut minus corrigatur ius commune, argum. c. cum dilectus. & quod ibi Abbas de consuetudine. Si enim statutũ voluisset excludere sorores per alios remotiores agnatos, verisimiliter hoc expressisset in sensu directo, sicut expressit de fratre, & filijs fratris in fine præcedẽtis statuti, argumen. l. 1. § sin autem. C. de cadu. tollen. & ideo argumẽtum à contrario sensu debet restringi modo prædicto. Et hoc cõ firmatur à statuto, quo cauetur, quod in cæteris casibus in statuto non comprehensis ius cõmune obseruetur: nam intellectus, qui à contrario colligitur, non dicitur expressus, ut not. Abbas in capit. cum ab apostolica. de his, quæ fiunt a præla. & not. Bald. in l. 2. C. de conditio. inser. & ideo hic in statuto non videtur habere locum argum. a contrario sensu, & præsertim videtur hoc procedere; quia statutum in sensu directo satis operatur contra ius commune, dum disponit, quod auia paterna succedat simul cum matre, & sororibus, contra authent. defuncto. C. ad Tertyl. vnde cum statutũ in sensu directo operatur, non debet sumi argumen. a contrario sensu, ut docto. communiter dicunt. Vlterius considerandum est, quod etiam si argumen. a contrario sensu sumeretur simpliciter, & absque vlla restrictione, ut verba sonãt, adhuc tamen agnati non possunt succedere, quoniam statutum vult, quòd dictis agnatis non extantibus, sed extante matre, & auia paterna tantum, vel extante matre, & auia prędictis, uel sororibus, saltem ex latere patris coniunctis, vel extante matre, & ipsa sorore, uel sororibus cõiunctis, ut suprà, uel extante auia paterna, & ipsis sorore, vel sororibus succedãt æqualiter pro virilibus portionibus dicta mater, soror, vel sorores, & auia. Et si sumatur argumẽtum a contrario sensu, dici debet, quòd agnatis prædictis extantibus personæ prædictæ non succedant æqualiter, nec pro virilibus portionibus: & sic per illud statutum non includuntur agnati ad exclusionem sororum, sed solum quod dicto modo non succedant dictæ mulieres æqualiter: & ita in propriis terminis dictum argumentum a contrario sensu sumit Barthol. Socin. in consilio

207. In

207. In causa dominæ Nanæ. in versicu. sed respondendo etiam. & ista intelligentia confirmatur, quia dispositio illa statuti, ꝙ non extantibus agnatis prædictis succedāt dictæ mulieres æqualiter, potest diuidi in duas partes: prima est, ꝙ succedant: secunda, ꝙ æqualiter succedant: & sic duo sunt. Primum est, quòd succedant: secundum est, quod æqualiter succedant, arg. l. Celsus. ff. de arbi. argumentum ergo à contrario non debet sumi à primo dicto, quia corrigeretur ius commune, sed debet sumi à secundo dicto: quo casu res reduceretur ad ius commune, quod est fauorabile, ut per glos. in ca. statutum. in verbo, numerandum. de præben. in 6. no. Anto. de But. in c. olim tibi. per illum tex. de verbo. sig. & Alex. in l. si constante. in versi. cui adde. ff. sol. mat. Ista sunt ad literam quibus impugnari videtur cōsilium, quod alias à me redditum fuit: quę omnia licèt subtilia videātur, carent iu-
2 dicio, & cauillationes sunt: † & nimia subtilitate res subuerti nō debet. l. si quis hæredem. C. de instit. & substitutio. l. penult. C. ad Treb. & huiusmodi subtilitates à iudicibus reiiciuntur. l. sicut. in §. si debitori. ff. quibus mod. pign. vel hypo. sol. Supradictis ergo non obstantibus quod alias consului, indubitanter de iure esse arbitror, videlicet quod sorores à patruo excluduntur per ea,
a quæ dixi in consi. [a] quæ gratia breuitatis non repeto. sed solum respondendum est ad allegata supra in contrarium, in quorum responsione veritas manifesta apparebit. Et primo considerandum est, ꝙ statutum primum sub rubrica, ꝙ filiæ, vel mulieres dotatæ, &c. est distinctum, & separatum à secundo statuto sub rubrica, ꝙ attinentes uenientes ex linea materna. hoc patet ex diuersitate rubricæ, quia primum loquitur de filiabus, vel mulieribus dotatis, vel non dotatis, quæ excluduntur remanentibus liberis ex eadem linea, secundum loquitur magis generaliter de attinentibus venientibus ex linea materna, quæ ab intestato nō succedunt defuncto extantibus attinentibus ex linea paterna;
3 † nam rubrica dictorum statutorum, ex quo habent rationem perfectam, possunt allegari pro tex. ut no. Imo. in rub. de verb. obl. cum si. vt tradit Alex. in l. j. ff. si cert. pet. & ex diuersitate rub. ostenditur diuersitas statutorum, arg. l. si idem. C. de condi. facit tex. in l. scripturæ diuersę. C. de fide instr. & cum dicta statuta diuersa sint, & separata de vno statuto ad alterum non arguitur, quia ex diuersis non fit illatio. l. Papinianus exuli. ff. de mino. l. si. ff. de calum. l. si maritus. C. de dona. inter virum. Hoc præmisso ad omnia, & singula allegata supra in contrarium respondetur. Et primo non obstat, ꝙ sorores defuncti non excluduntur a patruo vigore primi statuti, quia in hoc nōn feci aliquod fundamentum; sed totum fundamentum consistit in secundo statuto in dic. ver. si autem. & ideo in primo statuto non est laborādum. Secundò non obst. ꝙ etiam sorores directè non excluduntur à secundò, in prin. quia de sororibus ibi nihil dicitur: quia pariter respondetur, ꝙ in tali statuto in prin. nō fuit factum fundamentum, & in hoc etiam non est opus insistere. tota uis consistit in d. ver. si autem decesserit, ubi est casus huius quæstionis à contrario sensu, ut dixi in cons. quia statutum in d. versi. si autem decesserit. vocat dictas mulieres, inter quas sunt sorores defuncti, solum eo casu videlicet non extantibus aliquibus descendentibus vel ascendentibus, vel agnatis prędictis masculis: ergo a contrario sensu fateri necesse est, ꝙ extantibus agnatis prædictis, de quibus supra proxime loquitur, ibi, & agnati masculi legitimi, & naturales vsq; ad quartum gradum inclusiuè. ꝙ dictæ mulieres, & sorores non admittantur, & sic agnati vsq; ad quartum gradū excludunt sorores: & ideo patruus, qui est in tertio gradu. §. 3. gradu. institu. de gradi. & in l. iureconsultus. §. 3. eo. tit. debet sororem excludere, ut est casus a contrario sensu in dicto statuto. & in isto casu omnino argumentum a contrario sensu videtur etiam in statutis procedere ad correctionem iuris communis: quia verba statuti in sensu directo nihil operarentur, ut in casu valde simili. no. Bal. in l. conuenticulam. C. de episcopis, & cleri. cum sim. ut dixi in consilio, & gratia breuitatis non repeto. Non ob. successiue illud, in quo uidetur fieri maximum fundamentū ab aduersa parte, ꝙ argumentum a contrario sensu colligi pōt absque correctione iuris communis, si verba statuti, dum loquitur de agnatis, restringantur in agnatis illis, qui excludunt sorores videlicet in fratribus & filiis fratrū de quibus loquitur statutum, quod pręcedit. sed certè iste intellectus nullo modo potest habere locum, quia esset exponere album pro nigro. & mirandum est, ꝙ (vt intelligo) à viro cōsultissimo emanauit, nam statutum in d. ver. si aūt. loquitur de agnatis prędictis masculis simpliciter, & manifeste relationem facit ad illud, quod s. proximè in eodē statuto dr̄ de agnatis masculis vsq; ad quartum gradū, ut colligitur ibi, agnatis prædictis. ista. n. verba non possunt read illud, qđ in primo statuto dr̄, quia ibi de agnatis nullum verbum habetur, & ideo in primo statuto non possunt verificari illa verba, de agnatis prædictis. Sed necessario relatio facta vr̄ ad verba eiusdē statuti in principio, vbi dr̄, de agnatis masculis vsq; ad ultimum gradum, & retento isto intellectu, qui uerissimus videtur, nec aliter dici potest salua ratione recti sermonis, nullo modo adaptari potest, ꝙ dictum de agnatis restringatur in fratribus, & fratrū filijs, vt in primo statuto habetur. Primo, qa hoc manifestā habet diminutionem, & quia statutum loquitur generaliter, & quia in primo statuto nihil dr̄ de agnatis: & qa illa verba de agnatis prædictis referuntur ad illud, quod supra proxime in eodem statuto dr̄ de agnatis vsq; ad quartum gradum. & hoc idem cōfirmatur ex generalitate rubricæ statuti, quæ dicit, quod attinentes ex linea materna non succedant extantibus attinentibus ex linea paterna: & hoc declaratur in statuto in agnatis vsque ad quartum gradū: nam rubrica, quæ generaliter loquit̄ de linea paterna, ostendit, ꝙ textus, qui generaliter loquitur de agnatis vsq; ad quartum gradum, generaliter intelligatur de agnatis vsq; ad quartum gradum, quia rubrica declarat nigrum, ut no. Bar. in l. 1. per glossam ibi. C. ne liceat tertiò puocare. & ille intellectus attenditur, qui conuenit rubricæ, ut not. Anto. de But. in procemio decretali. in §. sane. dixi in l. j. ff. si cert. pet. Ex quibus omnibus euidenter patet, ꝙ nullo modo intelligi potest statutum, ut verbum, agnatis restringatur in fratribus, & filiis fratrum habito respectu ad statutum primum: quia illud statutum primum est separatum, & omnino diuersum à secundo statuto, ut suprà dictū est: & ex diuersis non fit illatio. & quia constat quod secundum statutum, dum loquitur de agnatis prædictis, habet necessariam relationem ad principium eiusdem statuti secundi, in quo dicitur de agnatis vsque ad quartum gradum: & quia relatum est in referente cum omnibus qualitatibus suis. vt not. Bar. in l. 1. § fin. ff. si fam. fur. fe. dica. in l. 1. ff. de recep. in l. si quis seruum. §. fin. ver. sed quæro, testator. de lega. 2 perinde est, ac si statutum hoc s̄m in dicto versi. si autem expressisset de agnatis prædictis masculis vsq; ad quartum gradum. & ista verba nullo modo adaptari possunt in primo statuto, in quo de agnatis nihil dicitur. & in hoc, quia res clara est, non expedit vlterius insistere. Non obst. dum successiue dicitur, si statutum voluisset excludere sorores, expressisset: quia satis videtur expressisse in isto casu à contrario sensu, vt suprà dictum est, & in consilio latius. Non obstat, quòd argu. à contrario sensu non uidetur habere locum in isto casu propter statutum, quo cauetur, quòd in cæteris casibus in statuto non cōprehensis ius commune seruetur: nam intellectus, qui à cōtrario sensu habetur, non dicitur expressus, ut not. Abba. in d. capi. cum apostolica. cum sim. suprà alleg. quia respondetur, quòd etiam expressum dicitur, quod indirectè a contrario sensu colligitur, ut notat Abba. in cap. cum olim. in ver. not. de priuileg. cum simil. vt dixi in consilio. Et vlterius respondetur, quod statutum non dicit de casibus expressis, sed dicit de casibus non comprehensis, & casus iste videtur omnino ꝯprehensus, quia ex quo statutum in sensu directo nihil operatur, argum. a contrario sensu recipitur ad correctionem iuris communis, ut dixi in consilio & supra. si ergo corrigitur ius cōmune virtute argumenti a contrario sensu, negari non potest, quin iste casus comprehensus sit: & quia in casu isto argumen. a contrario sumitur ad limites verborum, quæ in directo sensu habentur, prout sumi debent, vt dicit Anto. de Butrio in dict. cap. cum apostolica in versicul. not. & tali casu etiam in statutis habet locum argumen. a contrario sensu, vt concludit Bald. in l. obseruare. §. proficisci. in tertia quæstione. circa fi. in versi. item si esset argumen. a contrario sensu. ff. de offic. pc. &
4 lega. † vbi inquit, quòd argumen. a contrario sensu ex natura verborum limitatorum est necessarium, & ideo etiam in statutis habet locum, quia uidetur esse textus statuti, & dixi in consil. in fi. Non obstat, dum dicitur, quòd statutum in casu isto operatur, quia admittit dictas mulieres æqualiter contra authent. defuncto. C. ad Tertyl. quia hoc nihil facit: quia satis est, quòd verba illa, non extantibus prædictis agnatis nihil operentur in directo sensu. & licèt in alia parte statutum operetur, hoc nihil facit, ut dixi in consilio. Vltimò non obstat, dum dicitur, quòd argumen. a contrario sensu aliter adaptari potest, etiam si sumatur simpliciter non extantibus agnatis, vt supra dictum est: vt dicamus, quòd non extantibus agnatis dictę mulieres æqualiter succedāt: sed extantibus agnatis prędictæ mulieres non succedant æqualiter: quia respondetur, quòd etiam iste intellectus nullo modo adaptari potest, quia licet hæc duo diuersa sint, succedere, & æqualiter succedere, non potest summi argumen. a contrario sensu respectu qualitatis succedendi æqualiter, quin etiam sumatur respectu succedēdi simpliciter, quia facultas succedēdi æqualis præsupponit ꝯpetere facultatē succedendi, quia qualitas non potest esse sine subiecto, l. eius, qui. §. quod si stipulatus. ff. si cer. pet. & no. Angel. per illum tex. in l. nec vllum. §. si absentis. ff. de petit. hære. Aret. per illum tex. in l. Pompo. §. fin. ff. de acquir.
5 possess. vnde dicit Bald. in consi. 131. Visis dictis. lib. 2. † ꝙ ille, qui vult

ADDITIO.

a ¶ Consi. præcedenti.] adde Bald. consi. 295. lib. 2.

vult probare qualitatem, debet prius probare substantiam: vnde non potest probari, quod quis sit fur manifestus, nisi probetur, quod sit fur. & idem de meretrice publica dicit ibi Bald. & hoc modo etiam arguit Bald. in l. 1. C. de vsuc. pro dote. cum simil. ut dixi in d. §. quod si stipulatus. in 4. nota. cum ergo in casu nostro dicatur, quod non extantibus agnatis dictae mulieres nominatae succedant aequaliter, ergo extantibus agnatis nō videntur succedere aequaliter, nec aliquo modo, ut verba rubricae ostendunt, quae vocat attinentes ex linea paterna, & excludit venientes ex linea materna. & licet sorores non sint ex linea materna, tamen de illis statutum iudicat tanquam de linea materna, quia à statuto sunt nominatae cum alijs attinentibus ex linea materna eo fortè respectu, quia cum sint foeminae, in illis agnatio conseruari non potest: & ideo videtur, quod extante patruo sorores excludantur: nam, vt ex rubrica apparet, in hoc statuto tractatur de successione, & de modo succedendi, & non extantibus agnatis praedictae mulieres nominatae succedunt, & admittuntur aequaliter: sed extantibus agnatis non succedunt, & cum absolutè excludantur, vt rubrica ostendit, non cadit, ut dicatur, quod nō succedunt aequaliter: quia remota substantia, qualitas remota videtur per supradicta. & ideo argumen. à contrario sensu nō potest fieri respectu aequalis successionis: sed debet fieri respectu substantiae successionis secundum intentionem statuti, quae à rubrica declaratur, vt dixi. & hoc etiam comprobatur: quia non extantibus agnatis sorores cum aliis mulieribus nominatis sunt vocatae ad successionem, & aequaliter, & quia qualitas succedendi per supradicta est à contrario sensu, ergo dicendum est, quod extantibus agnatis dictae mulieres non possunt succedere: & cum prohibitae sint succedere, modus succedēdi pro aliqua parte non cadit. & videtur, ꝙ in directo sensu non extantibus agnatis vocatae sint ad successionem, & aequaliter, à contrario sensu extantibus agnatis uidentur exclusae: & ideo quod aliàs consului in fauorem patrui, apertissimi iuris esse arbitror.

EPITOME Consi. CCCCCIX.

Haereditati iacenti arbitrio iudicis dari debet curator, qui virtute testamenti non vitiati mittetur in possessionem omnium praedefuncti bonorum ea auocando à possessoribus, etiam cum titulo post mortem testatoris acquisita.

SVMMARIVM.

1 *Curator bonis defuncti ex iudicis officio dari potest.*
2 *Iudiciorum in praeparatorijs, quae ante litem contestatam occurrunt, aliquis non est ordo, qui omissus processum nullum reddat.*
3 *Testamenti vitium quando patens non est, quia non est rasura, & testium numerus adest, & tunc pro testamento praesumitur.*



EXhibentur duae sententiae ɔtrariae: in prima pronuntiatū fuit dādum esse curatorem bonis, & haereditati dicti quondam Hippolyti: in secunda dictum fuit sententiam fuisse nullam reseruato iterū iure agendi: vnde à me quaeritur, quae sententia praeualere debeat. & breuiter cōcludendum videtur ɔsideratis omnibus, quae in casu isto occurrunt, ꝙ curator dari debeat bonis, seu haereditati Hippolyti defuncti, ut ĩ. dicam & ista prouisio vr̄ necessaria, quia ɔ̄ haereditatem iacētem processus esset nullus, vt no. Ang. in l. 3. §. toties ff. dam. infe. vbi propter hoc dicit se plures processus destruxisse factos ɔ̄ haereditatem iacētē, & talis curator dari debet arbitrio iudicis ut no. Bar. post gl. in l. 2. in princ. ff. de cura bo. dan. & tradit Ang. in cons. 103. Datus fuit curator.
1 † vbi inquit, ꝙ veritas est ꝙ curator bonis defuncti ex officio iudicis dari potest. l. 1. ff. de cu. bo. dando. & idem Alex. in cons. 221. Ponderatis verbis lib. 6. & qn̄ curator debet dari bonis defuncti, prout in isto casu contingit, Ang. in cons. 144. Mortuo debitore, q varios creditores habebat. magistraliter prosequitur materiā: & ibi in ver. restat igitur uidere, qn̄ bonis defuncti sit dandus curator. & ibi concludit, ꝙ quandoq; bona defuncti nullum habēt successorem, & nullus speratur, & tunc non agitur de curatore; quia non sunt bona defuncti, nec dicitur haereditas iacens, sed dicuntur bona vacantia l. 1. §. cui bona. ff. de iure. fis. l. 1. in prin. ff. de succe. edic. & administratio dictorum bonorum ad procuratorē fisci pertinet. l. 1. C. de offi. procu. Caesa. & ideo de alio administratore non est prouidendum Quandoq; dicta bona non habēt successorem de praesenti, sed speratur successor de proximo, & idē, quia non datur curator bonis, sed ad instantiam eorum, quorum interest, praetor statuit tempus, intra quod adeatur. l. si quis instituatur ff. de haere. inst. Quandoq; dubitatur, ꝙ haereditas diu iacere nō debeat, tunc si dubietas causatur à facto, & malitia eius, qui futurus haeres esse potest: quia procrastinatur adire, & tunc statuitur tempus ad adeundum, vel repudiandum. d. l. si quis. versicu. sed si bonorum. & in d. l. 1. de succes. edi. & iste videtur casus noster, qui haeredes instituti in testamento dicti Hippolyti subterfugiunt, & rem procrastinando cauillationibus utuntur: nam in casu isto agitur de testamento dicti Hippolyti, qui tenuit, & possedit bona haereditaria, de quibus agitur; & de illis fecit testamentum, quod exhibetur non abolitum, neque cancellatum, in quo dic. Hippolytus haeredes instituit dict. Baptistā, Fosdenouum, & Petrum Angelum, vt patet in testamento dict. Hippolyti: & dic. Alex. pro suo interesse petiit dictos haeredes institutos interrogari, an velint esse haeredes d. Hippolyti, & iudex die 2. Septē. 1527. statuit terminum quinq; dierū ad deliberandū super petitis per dominum Alex. & in 4. char. dic. Baptista respondet se haeredem Paschini patris di. Hippoly. quę quidem responsio non satisfacit termino sibi assignato à iudice ad respondendum de haereditate dict. Hippolyti, & in effectu videtur negare se esse haeredem dict. Hippolyti. cuius haereditas reperitur iacens, ideo debet dari curator haereditati iacenti, ut suprà dictum est, & no. Bar. in l. si constāte. § si exhaeredato. in fi ff. sol. ma. dicens, ꝙ si haeres institutus per malitiā differt adire haereditatem, iudex debet statuere certum tēpus ad adeundū, vel dare curatorem bonis. & quando quis nō bene respondet, habetur pro negante, & dari debet curator bonis, vt not. Sal. in l. cùm haereditas. in fi. C. deposi. facit text. in l. de aetate. §. qui tacuit. ff. de interroga. actio. Et pro resolutione huius
2 causae considerandum est, † ꝙ ante litem contestatam in praeparatoriis, quae occurrunt, non est aliquis ordo, qui omissus reddat processum nullū, ut dicit Bald. in l. prolatā in ver. quaero ergo. C. de sent. vbi alleg. Spe. & Bart. in l. si quaeramus. ff. de testa. & idem Bal. in auth. ɔ̄ rogatus. in fi. C. ad Treb. dicit, ꝙ in praeparatorijs iudicij ordo praeposteratus, uel omissus non reddit iudiciū nullum. & idē Bal. in l. exceptionē. in versi. reuoco in dubiū. C. de ꝓbat. repetit, ꝙ ante litem contestatam nullus ordo necassarius est, cùm simi. vt tradit Fel. in c. cū dilecta. de rescrip. & ideo processus hactenus agitatus nō potest dici nullus. Nō obstat, ꝙ Fosdenouus, & Petrus Angelus essent minores: quia in processu oppositum non fuit, vnde de minori aetate debuit opponi, & probari. l. si minorem. C. de in integ. resti. min. & dato, ꝙ probetur illos esse mi-
a nores etiā nunc quia res uidetur integra, possunt citari, [a] vt legitimè compareant: & ita citatio intelligitur, licèt sit facta simpliciter, vt not. per gl. in l. si minor. ff. de bonis. auth. iudi. poss. & illam ad hoc alle. Bal. in l. non eo minus. in fi. C. de procur. & no. Bal. in l. fi. in prin. C. si propter pub. pen. vbi dicit, ꝙ sufficit, si minor citatus sit, ꝙ legitimè compareat, hoc est, ꝙ petat curatorem ad litē, & illis legitimè comparentibus iudex poterit terminum certum eius arbitrio assignare, intra quem ipsi simul cum dic. Baptista debeant adire haereditatē dic. Hippolyti, & elapso termino, si haereditatē di. Hippo. nō adierint, tūc dabit curator à iudice bonis, seu haereditati iacēti di. Hippo. & hoc modo ꝓcedēdū videtur. Et praedictae conclusioni primo non ob. quod obijcitur de nullitate testamenti di. Hippolyti ratione minoris aetatis: quia ista disputatio non cadit nunc in istis praeparatorijs, quia sufficit, ꝙ producatur testamentum in debita, & consueta forma, quo casu praesumitur. ꝙ in aetate legitima factum sit ut not. Bal. in l. si post diuisionem.
3 in 1. opposi. C. de iur. & fac. ignor. † vbi inquit, ꝙ quando vitium testamenti non est patens, quia ibi non est rasura, & adest testium numerus, & tunc pro testamento praesumitur, & habilitas personarum praesumitur. & idem no. Abb. in c. cum virum. de regular. in quarto notabili. dicens per illum tex. ꝙ illud, quod consueuit fieri in certa aetate, si illud factum apparet, praesumitur factum in aetate requisita. & idem Abba. per illum text. in cap. in praesentia. de probatio. cum simi. vt ibi dixi in not. decimo. Secundo nō ob. ꝙ aduersarij praetendunt se haeredes, & bona haereditaria dicti Hippolyti possidere praetextu substitutionis factae dicto Hippolyto in testamento Pasquini eius patris: quia non agitur de haereditate dicti Pasquini, qui fecit testamentū, & eius filios haeredes instituit, quia praedicti filij haereditatem dicti Pasquini adiuerunt, seu se dictae haereditati immiscuerunt, quo casu per aditionē haereditatis desinunt esse haeredes Pasquini, vt not per gl. in l. 1. §. veteres. de acquirē. poss. & not Bar. in l. 3. in prin. circa fi. ff. de bono. posses. per l sed si plures. § si filio. ff. de vulga. & pupilla & tradit Ang. in cōsi. 52. Dominus Gilgius ver. nec obstat. cum similibus. vt Alex. scribit in d § veteres. & latius dixi in l. haereditas. ff. de regulis iuris. & ideo haereditas dicti Pasquini adiri non potest: & qa substitutio, quae allegatur, purificata non fuit, cùm facta sit dicto Hippolyto decedenti ab intestato, & ipse fecit testamentum,

ADDITIO.

a ¶ Citari.) Alberi. l. qui habet. §. pupillus. de tutel. Io. Fab. §. vlti. insti. de poena teme. litig. Bal. Alex. l. si ex legati. de verbo obli. Maria. Soci. trac. de citatione. eod. tit. 5. nu. 42. Matthae. Affli. decisio Neapolita. 262. Andr. Tiraquel. de retractu proximi. §. 1. glo. 13. nu. 25. cum sequen.

tum,& ideo bona omnia,quæ isti tenent, & possident de facto remanserunt in hæreditate dicti Hippolyti,a quo ipsi instituti sunt & si in termino illis statuto non adierint hęreditatē dicti Hippolyti,à iudice debet dari curator bonis,ut supra dixi:& tali curatori constituto a iudice debet iudex cum decreto administrationē bonorum concedere,ut no.Ang.in consi.103.suprà alleg.in ver. nunc videmus.& talis curator poterit petere se mitti in possessionem omnium bonorum dicti Hippolyti intentando remedium l.fi.C.de edi.diui Adria.tollen.ut Alexand.dicit in consi. 4.Videretur inspectis his.lib.2.& ibi Alexand.dicit, quòd talis missio in possessionem fieri potest etiam contra possidentes cum titulo post mortem testatoris acquisito,ut not.in d.l.fin.à fortiori in casu isto poterit possessio dictorum bonorum auocari ab istis possessoribus, qui de facto absque aliquo titulo post mortem dicti Hippolyti bona occupauerunt.

EPIME Consi. CCCCCX.

Ex contractu cum nuntio, vel procuratore domini contemplatione inito solus dominus obligatur,nisi in se obligationem procurator suscepisset.

SVMMARIVM.

1 *Probationis tota materia in iudicis arbitrio committitur.*
2 *Scripsisse se asserenti de alterius voluntate non creditur.*
3 *Probatio sufficiens dicitur,quæ iudicem ad credendum inducit.*
4 *Contrahat si quispiam cum procuratore, vel alio administratore voluntario,si constet,quod procurator, vel administrator solum dominum obligare voluerit,solus dominus obligatur.*
5 *Factores licèt in mille literis scribant se debitores,non propterea conueniri poterunt.*
6 *Institor Romæ existens dominum existentem in prouincia obligare potest.*



IN casu, de quo agitur, eleganter, & cumulatissimè scriptū fuit à præclarissimo V.I. docto.domino Nicolao de nobilibus, & à celebratissimo iureconsulto domi.Hormanotio De to aduocatis Florētinis,& de subscriptione requisitus agam paucis:nam (ut patet ex supradictis) vis tota præsentis consultationis in duobus consistit.Primo,an sufficienter probatum sit,quod Laurentius Gabriellis esset institor,siue procurator dicti Iacobi principalis, cuius nomine asserit dictus Laurentius se merces quasdam emisse,& recepisse.Secundò dato,quòd hoc probetur,an ipse Laurentius,qui nomine dicti Iacobi contraxit,ex tali contractu obligetur,ita quod ipse cō
1 ueniri possit.Circa primum considerandum est,† quod tota materia probationis arbitrio iudicis committitur: vnde an aliquid sit plenè probatum,ex mero arbitrio iudicis pendet. vt not.Paul. de Cast.in l.admonendi.ff.de iureiurando.per l.3.§.j.ff. de testib. & idem dicit Anto.de Butr.in cap.ex literis. in 6.not. de probat. Bald. in l. fina. in principio.C.commi. vel epistolas. & ideo dicit Barto.in l.Lucius ff.de his, qui notan. infa. ꝙ licet testes probent in eorū dictis,potest tamen iudex,si sibi videbitur, illis non adhibere fidem,alleg.d l 3.§.j.in uersiculo tu magis.& not Ang.in cōsil.309 Factum est tale.Imo.in l qui testamento.§.j.ff.de testamētis.in fin.Alex.consil.19 In causa appellationis.lib.4 Andr.Sicul. in consil 32.lib.1.cum similib.& pari ratione econtra si probatio non esset clara,& perfecta,uidetur,quod ex presumptionibus,& coniecturis iudex fidem adhibere possit, ex quo probatio arbitrio iudicis committitur.& bene facit tex. in capitulo afferte. de præsumpt.vbi ex præsumptione lata fuit sententia,& in casu isto ex pluribus cōiecturis,& præsumptionibus videtur. quod informari debeat animus iudicis ad iudicandum,quod dictus Laurentinus vti nuntius, vel procurator dicti Iacobi contraxerit.Primò enim est priuata scriptura ipsius Laurentij, qui attestatur se nomine dicti Iacobi principalis cōtraxisse.in qua quidem scriptura priuata considerandum est,quod licet nō probet regulariter pro scribente.l.exemplo.l.rationes.l.instrumenta.C.de probatio.ca.
2 2.de fide instrumentorum. † & asserenti se scripsisse de voluntate,uel mandato alterius non creditur,ut tradit Imo.in consil.91. In causa,quæ vertitur.tamen in his, quæ verisimilia sunt, etiam pro scribente facit fidem:& hoc totum arbitrio iudicis relinquitur:ita Bald.concludit in rubri.C.de fide instrumentorum.in ver
a sicu.sequitur de scripturis sociorum. & idē est in libro rationū [a] priuato,quia probat pro scribente cum iuramento ea, quæ sunt verisimilia,ut notat Bald.in l.1.in vers.istud verum est.C.de edendo.& sequitur Alex.in d.l.1.in versiculo,extrà gloss. & in consil. 54.Circa idem lib.2.in consi.186.Visis.in princip.eodem lib.2.& idem not.Pet.de Anch.in clemen.1.§.Cæterum.versic.subsequēter quærit gloss.de vsur.Corneus in consi.81.Quanquam.lib.4.& Soci in consi.240.Circa præsentem.& dixi in d.l.1. Et in casu isto ex pluribus suprà dictis verisimile est, quod dictus Laurentius nomine dicti Iacobi contraxerit, prout ipse in eius scripto attestatur:quia ut no.Bart.in d.l.admonendi.de facili non est præsumēdum,ꝙ quis scribat falsum,& Anto.de But.in cap.2.in versiculo, tertius casus.de fide instrumentorum.& idem Abb. ibi in versiculo,tertio est opinio.& idem tenet Car.ibi,hoc videtur habere locum in libro rationum, & in alia priuata scriptura eadem ratio videtur.& in dictis locis docto.concludunt,ꝙ ex tali priuata scriptura oriatur aliqualis præsumptio pro scribente.Et hoc confirmatur in isto casu,in quo agitur inter mercatores,in quibus eorum scripturæ semiplenam faciunt probationem,ut not.Bart.in l.nuda.versicu. veruntamen.de donatio.& dato, quod non facerent semiplenam probationem, tamen coadiuuant præsumptionem,quæ in alijs habetur,ut supra dictum est: & hoc propter legalitatem mercatorum,argument.eius,quod not. Bart.in l.fideiussor.§.quædam.in l.quintus.ff.mandati.Bald in l.si pro ea.C.mā da. & hoc idem efficaciter comprobatur,quia Laurentius in eius scripto confitetur recepisse merces nomine dicti Iacobi, & eodem nomine Iacobi promittit soluere pretium:unde non videtur,quod pro tali scripto absolutè Laurentius conueniri possit, sed videtur obligatus nomine Iacobi,ut in scriptura dicitur,& videtur vnum capitulum:sicut in eo,qui decem promittit sub conditione:quia dicitur vnum capitulum,& vna confessio sic qualificata,ut not.Bar.in l. Aurelius.§.idem quæsijt.circa fin.versi.quęro,qualiter intelligatur vnum capitulum.ff.de libe.leg.& tali casu non potest actor acceptare confessionem, seu promissionem simpliciter, sed debet acceptari, & approbari cum illa qualitate conditionis appositæ,ut not.Bart.in l.si quidem.C. de excep. & idem Barto.in consi.228.Catharina accusauit.pariter in casu isto videtur dicendum, quod cum Laurentius expresè dicat se recepisse merces nomine dicti Iacobi,& nomine dicti Iacobi promisisse pretium,illa obligatio debet acceptari cum ista qualitate, quod sit facta nomine dicti Iacobi, & sic quod Laurentius tanquam nūtius,uel procurator interuenerit,& istud videtur clarissimum fundamētum vltra ea quæ supra dicta sunt:& ex omnibus supradictis iudex induci debet ad credendum dictum Laurentiū
3 nomine dicti Iacobi contraxisse. † Et sufficiens dicitur illa probatio,quæ inducit iudicem ad credendum,ut Socin.tradit in consi. 11.in causa dominæ Catharinæ.lib.3.& in consi. 98. Iustissimè iudex.libro 4.& de libro rationum priuato, quod probet, & cum alijs adminiculis plenam faciat probationem, Alexand.scribit in consi. 138. Perspectis attestationibus.in fin. lib. 6. & concludens fundamentum suprà factum, quod confessio, & obligatio dicti Laurentii fuit limitata nomine dicti Iacobi,& limitata causa limitatum effectum producit.l.in agris. de acquirendo rerum dominio.l.age.vbi Bal.C.de transact.& illa qualitas nomine Iacobi diuidi non potest,ut supra dixi,& alia etiam cōcurrunt, de quibus supra dictum est per dominos consultores: ideo cōstare videtur quod dictus Laurentius tanquam nuntius, uel procurator interuenerit, per supradicta, & ita primum dubium absolutum sit. Venio ad secundum dubium,in quo suprà plenè à dominis consultoribus scriptum fuit,& conclusum, ꝙ dictus Laurentius non sit proprio nomine obligatus, nec possit conueniri. Sed in tali conclusione difficultatem facit,quod not.tradit Pau.de Castro in cōsilio 150.Visis,& ponderatis.ubi concludit,quod præpositus administrationi pro dño absente obligat ex ꝯtibus cū eo ꝯctis, qa contrahentes videntur contraxisse contemplatione ipsius administratoris præsentis, & contrahentis, arg. l. cum qui. C. si cert. petat.& ibi infert not.quæstionem,quam etiam refert idem Paul. de Cast.in l 1 § exercitorem.ff.de exercitio. & sequitur Socin.in consi.154.consultationem præsentis difficultatis.in versi. 6.& vl. & ideo in casu isto Laurentius licet receperit merces,& promiserit nomine Iacobi absentis, tamen ipse videtur obligatus, quia à contrahentibus eius persona contemplata videtur,ideo ipse obligatus videtur per supra proximè dicta. Quibus tamen non obstantibus contrarium in casu isto de iure esse arbitror,& conclusioni a dominis consultoribus supra firmatæ adhæreo. Et comprobatur,quia (vt dicit Bart.in l. procurator,qui pro euictione.
4 ff.de procurat.) † Si contraho cum procuratore, vel administratore voluntario,si constat, quod procurator, vel administrator voluit solum dominum obligare,solus dominus obligatur, quia in claris non est opus coniecturis.l.continuus.§.cum ita.de uerborum obligat.& quia contractus ex conuentione legem accipiūt, ut in regula contractus.de reg.iur.in 6.& not. Ang.in l.si pupilli. §.1.ff.

ADDITIO.

a Rationem.) Latę dixi in consuet.Paris.§.5.nu.10.Hiero.Gra.consi.122. nu.10.lib.2.

§.1.ff.de neg.gest.ibi per illum tex.cum quo contraxi nullam.cōcludit,quod qui contrahit cum procuratore cōtemplatione domini,cum solo domino contrahere intelligitur,& solum dominum habet obligatum,& procurator nullo modo a obligatur.& ita videtur in isto casu,quia cùm Laurētius acceperit merces nomine dicti Iacobi,contemplatione ipsius Iacobi videtur manifestè,ꝙ contractus fuit celebratus.& ad hoc facit,quia in ordine literæ in primis verbis dicitur, *Ioan. Lorenzo di Gabrieli da Luca in nome di messer Iacobo Viuiani*, &c. ex hac enim priori nominatione apparet,quòd persona Iacobi tantum contemplata sit,argumē. l.quoties.ff. de vsufruc. & quia vnius inclusio alterius est exclusio,l.cum prætor.ff.de iudi. Cū ergo nomine Iacobi facta sit obligatio,ergo persona Laurentij exclusa videtur:& quia obligatio videtur limitata respectu Iacobi, ideo limitatum effectum producit.l.in agris.ff.de acquirendo rerum dominio.& quia obligatur procurator tunc demum,scilicet quando ipse procurator ꝓ domino vinculum obligationis in se suscepit, ut dicit tex.in d.l. procurator,qui pro euictione.& latè tradit Barthol.Socin in cōsilio.154.Consultorem.secus ergo,si nihil promittat,prout in casu isto contingit, & in casu nostro maximè procedit, quod not.
5 Ang.in l.eadem.in prin.ad fi.ff.de duobus reis.† vbi inquit,quod factores,licèt in mille literis scribant se debitores, nō propterea poterunt conueniri,quia videntur scribere vt factores, & factorio nomine,allegat.text.in l.fin. ff. de instito. & loquitur Angel. quando facit se debitorem simpliciter, à fortiori videtur procedere in isto casu,in quo ꝓcurator Laurentius obligat se nomine dicti Iacobi principalis, & sic patet, ꝙ ꝓprio eius nomine noluit obligari,ut s.dictum est. Non obstat quod s in ꝯtrarium allegat de dn̄o principali absente per l.eum qui.qa loquitur ille tex.in cōtractu facto non contemplatione dn̄i, vt ibi no.cōtemplatione dn̄i, secus vr̄ in casu isto, in quo solum nomine, & contemplatione Iacobi domini fuit facta obligatio.vel loquitur ille text. in dubio,secus est in casu nostro,in quo constat,ꝙ obligatio fuit limitata respectu Iacobi principalis, per supradicta. Non obstat, quod Paul.de Cast.dicit de absente domino:quia illud non videtur habere locū in isto casu, in quo præcisè tantùm respectu domini facta fuit obligatio,vel illud dictum intelligitur in domino absente,de quo ille,qui contrahit,non habet notitiam, secus videtur in isto casu,in quo contrahentes habebant notitiam domini:aliàs verisimiliter tantū eius nomine non contraxissent. Item loquitur Paul.de Cast.in institore qui vniuersalem habet administrationem Bart.in l.si institorem.ff.si cert. peta. non sic videtur in procuratore cōstituto ad vnum actum,de quo in isto casu agitur.Prætereà etiam in institore dictum Paul.de Cast.non videtur verum,quia in contrarium videtur tex.in l.hæres absens.§.apud
6 Labeonem.ff.de iudi.† vbi institor,qui erat Romæ,obligat dominum,qui erat in prouincia;quia in institore videntur contrahentes habere respectum ad dominum, vt expresè dicit text. in §. si igitur.institu.quod cum eo. & dixi in d. l.si institorem. & ex omnibus supra dictis remanet firmata conclusio,ꝙ Laurentius interuenerit vti nuntius,uel procurator,& ꝙ ipse ex contractu nomine Iacobi facto non obligetur.

ADDITIO.

a ¶ Nullo modo.] Idem Alber.Ang.in l.procurator.per illum tex.de procura.Bal.in l.etiam.de fideicommis.Phili.Corn.consi.223.in fi.lib.3. Bal. consi.2.lib.5.Nico.Boer.decis.Burd.81.& ita practicatur.vnde dicit Guliel.Cuneus l.cum mandante.C.vbi causæ fiscales.ꝙ stultum est, qui emit ab administratore,nisi vendat duplici nomine,scilicet proprio, & administratorio,quamuis aliter post Corneum distinguat Vdalri.Zas.l.4.in prin. de re iudi.

EPITOME Consi. CCCCCXI.

Si plures filii instituti grauati sint per fideicommissum, si quis eorū decedat sine liberis, quòd alij succedant, ille, qui vltimo loco moritur,non videtur grauatus,quia non reperiuntur alij ex dictis filiis,qui succedant.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio si alicui facta sit sub conditione si decesserit sine filijs masculis. substitutio extinguitur extantibus filis masculis mortis tempore, quicquid postea de ipsis contingat.2.*
3 *Dictio, vsque. in materia odiosa intelligitur, quòd onus, & odium excludatur.*
4 *Statuto si caueatur,quòd turbans aliquem in possessione certa pœna puniatur,& possessionem restituat,pœna statuti locum non habet,nisi eo casu,quo possession is restitutio fieri posit.*
5 *Institutus si sit filius nominatim,vt quia dicitur,istum filium meum, tunc substitutio ad alium non extenditur.*
6 *Alienatio quando à testatore sub pœna in alicuius fauorem prohibita fuit, si ex alienatione contra prohibitionem facta persona nō offendatur, prohibitio locum non habet.*

VIso testamēto Matthęi Baliardi de Spedia in quo circa finem testamenti hæredes vniuersales sibi instituit Ioannem, Bartholomæum,Thomasinum, & Petrum Andream filios suos legitimos, & naturales æquis portionibus cum hac lege,& cōditione,ꝙ si aliquis,seu aliqui eorum decesserit, vel decesserint qn̄cunque sine filiis legitimis,& naturalibus masculis,ꝙ alij succedant,& succedere debeant,& sic successiuè vsq; ad ultimum:post mortem testatoris successiuè mortui sunt tres filij testatoris relictis filiis masculis,postremo decessit Petrus Andreas quartus filius sine filijs masculis, sed relictis filiabus, quas hæredes instituit. Vnde quæritur, an potuerit dictus Petrus Andreas testari de omnibus bonis,quæ ad eum peruenerūt absque aliquo onere fideicōmissi.Et primo quantum ad tres fratres, qui prius decesserunt relictis filijs masculis,res clare videtur,quia cessat cō-
1 ditio fideicommissi,ut notat Old.in consi.21.Themate est.† vbi concludit,quòd si alicui facta sit substitutio sub cōditione, si decesserit sine filijs masculis.substitutio extinguitur existentibus filijs masculis tempore mortis, quicquid postea de filijs masculis contingat:quia licèt filij, qui faciunt deficere fideicommissum, ipsi postea moriantur sine filiis masculis, nō tamen habet locum substitutio,quæ semel expirauit:allegat Oldra.in l.cum vxori.C. quando dies leg.ced & idem tradit Ioan.And.in addi. Spe.in tit. de test.§.in primis.in vlti.q.incipiente,Prima quæstio talis est.& decisionem Ioan. Andr.refert,& sequitur Paul.de Cast.in l.ex fa-
2 cto.§.penul.ff.ad Trebel.vbi idem concludit,† quòd substitutio facta alicui decedēti sine liberis extantibus liberis tempore mortis substitutio euanescit:quia qualitas adiuncta verba secundum tempus verbi intelligitur.l.in delictis.§.si extraneus.ff. de noxa. l. si Titius.ff.de testam.milit.& idem Pau.de Cast.in consi.170. Ne impropriis vtamur vocabulis.& idem in simili casu Abb. scribit in cons.40. Venio ad primū.in 1.dubio.& Alex.in consi.31.Pōderatis his.in princi.lib.3.& in prædictis tribus filiis, qui prius decesserunt relictis filiis masculis,indubitanter concludendum est, ꝙ substitutio non potuit habere locum, quia conditio defecit, & de his non agitur in casu nostro. Sed dubium videtur in Petro Andrea,qui vltimo loco decessit sine filijs masculis,& sic in eo videtur conditio fideicommissi impleta, & verificata, & si alij filij testatoris reperti fuissent tempore mortis Petri Andreæ, clarum est de iure, quòd fideicommissum illis debitum fuisset. Sed quia omnes alij filii testatoris, qui erant substituti ante ipsum Petrum Andream,decesserunt, non potest habere locum substitutio; & hoc probatur primò ex uerbis ipsius testatoris, dum successiue fecit substitutionem vsque ad ultimum : vltimo ergo non videtur facta substitutio, quia illa dictio, vsque. hic ponitur exclusiue, quia in vltimo filio testatoris decedente non cadit substitutio aliorū, qui præmortui sunt:ideò adaptari non potest,ꝙ dictio illa,vsque.ponatur inclusiue.& ista videtur intentio testatoris,quæ in ista dictione,vsque.inspicitur, vt not.Bartol. in l. patronus. §. Sempronio.de lega. tertio,& quia odiosum est. quod dictus Petrus Andreas esset grauatus fideicommisso,quod est onus, l.co-
3 hæredi.§.cùm filiæ.ff de vulga.& pup.† & in materia odiosa dictio,usque.intelligitur,quod onus,& odium excludatur, ut not. per gloss.in l.& idem est vsque.ff.de dol.& nor.Cyn.in l.a calligato.C.de nupt. & Bald.in authen.hoc amplius.circa fin.C.de fideicom.cum similib.Secundo hoc idem probatur,quia post institutionem quatuor filiorum in testamento dicitur,quod si aliquis, seu aliqui eorum decesserit,vel decesserint qn̄cunque sine filijs, ꝙ alii succedant.& ista verba,ꝙ alii filij testatoriis, de quibus loquitur,succedāt.non possunt uerificari tempore mortis dicti Petri Andreæ, quia omnes alij filij erant mortui. cum ergo verba testatoris non conueniant, nec in casu isto adaptari possint, non videtur habere locum dispositio l.quarta.§.toties.ff. de dam.infect.l.hos accusare.§.omnibus.ff.de accu.& in c.indemnitatibus. §.pen.de elec.in 6.Et hoc confirmatur, quia in testamento præsupponitur,quòd supersint alij filij testatoris, qui possint succedere illi,qui decederet sine filijs masculis,ut colligitur ibi,alij succedant.si ergo hoc præsuppositum non verificatur,non videtur dispositio testatoris habere locum, vt not.Iaco.Butr.Sal.& Fulg.
4 in l.mancipia.C.de ser.fugiti.dum dicunt in statuto,† quo cauetur, quod turbans aliquem in possessione puniatur certa pœna, & restituat possessionem,non habebit locum pœna statuti, nisi eo casu,quo restitutio possessionis fieri possit, ut à statuto præsupponitur,& hoc dictum pro singulari tradit Roma.in singulari 48. Statutum puniens. facit gloss. in clementi. in plerisque. de electio. Tertiò de casu isto est decisio in terminis Ioan. Andr. in loco supra allegat. in addit. Specul. in titul. de testamen. §. in primis. in vlti. quæstio. vbi ponit quæstionem sub ista forma, Quinta qō talis est, testator instituit tres fratres suos A.B.C.

& sic

& sic substituit, si aliquis eorum hæredum sine filijs masculis mori contingat, eius portio deuoluatur ad hæredes superstites: moritur A. vnus ex fratribus hæredibus relictis filijs masculis; quo casu cessat substitutio, quicquid postea de filijs contingat, vt suprà dictum fuit secundum Old. in d. consil. 21. cũ quo concordat Ioan. And. vt supra dixi: & subijcit Ioan. And. in loco supra allega. quod ista verba, si aliquis hæredum meorum. restringuntur ad institutos, & nominatos in testamento, & filij hæredum non sunt hæredes primi testatoris, pariter in casu isto dicendum est: quia dum dicitur, si aliquis eorum decesserit, ꝙ alij succedant. ista uerba referuntur ad nominatos in testamento, & cùm omnes filij nominati in testamento essent mortui, tempore mortis dicti Petri Andreæ cessat substitutio, quia nullus reperitur, qui uocatus sit ad fideicommissum. Et hoc idem confirmatur ex eo, quod no. Bar. in l. Gallus § instituens. ff. de libe. & posthu. circa fi.
5 vbi inquit, † ꝙ si nominatus sit filius nominatim, ut quia dico istum filium meũ: tunc ad alium non extenditur, alleg. glo. in l. si quis ita. in prin. ff. de testam. tute. & ibi etiam Bart. in 1. not. cùm ergo substitutio facta sit respectu eorum filiorum, qui proprio nomine nominati sunt, uidetur, quod substitutio ad alios non nominatos non extendatur, & per consequens filij filiorum non uidentur substituti eorum patruo dicto Petro Andrea. Quarto ad idem facit: quia in effectu in casu isto agitur de onere fideicõmissi, quo casu etiam si essent substituti filij simpliciter, appellatione filiorum non ueniunt nepotes: quia uidetur materia odiosa, quia in substitutione fideicommissaria agitur de onere. l. cohęredi. in §. cùm filiæ. ff. de vulg. & pupil. & in materia odiosa appellatione filiorum non ueniunt nepotes, ut no. Io. And. & Ant. de But. in c. ad extirpandas. de fil. presby. Bar. in l. 2 §. filius. ff. ad Tertyl. Bal. in l. Titius. ff. de libe. & posthu. in uer. Et facit ad quæstionem. & ideo prohibitio alienationis, quia odiosa est, si facta sit filijs, non porrigitur ad nepotes, ut no. per gl. in § nos igitur. in Authen. de restit. fideicom. Bar. in l. filiusfam. §. diui. ff. de leg. 1. cum simil. ut tradit Alex. in consi. 56. Idronandus testamentum condidit. lib. 5. & in terminis in onere fideicõmissi iniuncto filijs, quod
a non extendatur ad nepotes,[a] tradit Pau. de Cast. in consi. 170. Ne improprijs. allegato supra. & idem sequitur Corneus in consil. 182. Videtur prima facie. lib. 2. & in consi. 199. In præsenti consultatione. eo. lib. 2. & hoc maxime uidetur dicẽdum in casu isto, in quo testator se ad filios nominatos in testamẽto restrinxit per supra proxime dicta. Postremo ad confirmationem cõclusionis supradictæ induco notab. decisionem, quam ponit Ang. in con-
6 si. 169. Super puncto supra scripto. † vbi concludit, ꝙ quando in fauorem alicuius fuit prohibita alienatio sub pœna à testatore, si ex alienatione facta contra prohibitionem non offenditur persona, in cuius fauorem fuit facta prohibitio, non habet locum pęna, quia cessat ratio prohibitionis, unde inferebam, quod prohibitus alienare extra familiam, ultimus de familia non prohibetur alienare, quia non superest persona, quæ alienationem reuocare possit, ut dixi in consil. 182. In casu occurrenti. in princ. sic pari ratione in proposito videtur dicẽdum, quod cum Petrus Andreas ultimus fuerit ex filijs testatoris, qui decesserit post mortem aliorum, qui fuerant substituti, ipse non fuit prohibitus alienare, ex quo nullus superest ex substitutis, qui alienationem reuocare possit. & ita ex omnibus supradictis concludendum est, quod dictus Petrus Andreas libere potuit testari de omnibus bonis, quæ ad eum peruenerunt. solum conclusioni prædictæ obstare uidetur, quia testator in suo testamento uidetur habuisse respectum ad agnationem, dum loquitur de filijs masculis, à quibus bona conseruantur in agnatione, ut no. in l. j. §. pen. ff. de uent. inspi. & ideo intẽtio testatoris uidetur fuisse, quod etiam nepotes eius masculi succederent, quia agnatio in illis conseruaretur. Sed respondetur, quod de ista uoluntate testatoris non apparet, & non sufficit testatorem aliquid voluisse, nisi disponat. l. quidam cum filium. vbi Bar. Et quia ratio agnationis conseruãdæ, cum non sit expressa, non attenditur, vt dicit Bar. in l. liberorum. in uer. Pone, statuto cauetur. in fi. ff. de uerb. signi. Bald. in l. si defunctus. uer. ergo. C. de fu. & leg. Are. in cons. 27. Proponitur. Ale. in consi. 97. Viso themate. lib. 2. in consil. 80. Viso. lib. 1. Soci. in consi. 9. Viso statuto. li. 3. & ad hoc facit, quia illa ratio conseruandæ agnationis nõ
b inspicitur, nisi in personis specificatis.[b] Vnde licet filius excludat sororem ex forma statuti, nepos tamen non excludit amitam: ita dicit Bal. in l. sed & milites. ff. de excus. tuto. & ratio conseruandæ agnationis, quæ est in filio, militaret in nepote, ex quo datur intelligi, quod non valet argumentum à ratione agnationis conseruandæ, & uidemus, quod statutum, quod loquitur de fratre ad exclusionem fœminarum, intelligitur de fratre carnali, & non habet locum in fratre patruele, ut not. Bart. in l. Lucius. §. quæsitum de leg. 3. Bal. in c. 1. de feu. Marchi. cum si. ut Alex. tradit in l. 1. C. de succes. edic. & in consi. 97. lib. 2. suprà alle. & tamen ratio conseruandæ agnationis, quæ militat in fratre carnali, militat in fratre patruele, eodem modo statutum, quod loquitur de patruo ad exclusionem fœminarum, nõ habet locum in patruo magno, ut no. Bal. Ang. & doc. in l. 1. C. de success. edic. Bal. in l. iubemus §. fi. C. ad Treb. in l. quod uero. uer. sed pone statutum. ff. de legib. cum si. ut tradit Alex. in d. l. 1. C. de suc. edic. & in d. consi. 97. li. 2. Bal. in consi. 12. Casus talis est. lib. 4. Roma. in cons. 511. Quatuor sunt. in uer. tertio principaliter. Maria. in consi. 30. Quãuis, Barto. Soci. in consi. 280. considerata. cum simil. ut dixi in d. l. 1. de succes. edic. & tamen ratio conseruandæ agnationis, quę cõsideratur in patruo, militaret in patruo magno; vnde patet ex supradictis, quod argumentum suprà factum in contrarium non ualet: & maxime hoc videtur procedere in isto casu, in quo erãt substituti nominatim filij testatoris, & filij filiorum nullo modo erant uocati, per ea, quæ suprà dicta sunt. ex quibus indubitanter remanet firmata conclusio, ꝙ dictus Petrus Andreas, qui vltimo loco decessit, non erat aliquo onere fideicommissi grauatus, & ideo libere testari potuit, & eius testamentum omnino debet obseruari.

ADDITIONES.

a ¶ Nepotes.] Supra consi. 377. nu. 5. ubi tetigi.
b ¶ Specificatis. Supra consi. 13. ubi dixi. fa. supra consi. 261. Hier. Grat. consi. 20. lib. 1.

EPITOME. Consi. CCCCCXII.

In concessione facta Cardinali à summo Pontifice, ut testari possit de bonis ecclesiæ, intelligitur de primo testamento, ita quod uariari non possit.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum primum per secundum tollitur.*
2 *Testatoris uoluntas usque ad mortem ambulatoria est.*
3 *Papa sine causa nõ potest dare licentiã clerico testandi de bonis ecclesiæ.*
4 *Dispensatio ad duo curata beneficia de duobus primis curatis intelligit.*
5 *Licentia data alicui ingrediendi monasterium monialium statuto non obstante solum in prima uice restringitur.*
6 *Licentia data bãnito ueniẽdi ad ciuitatẽ, de prima tantum uice intelligit.*
7 *Dispositione hominis dispositio semper in primo actu restringitur, secus in legis dispositione.*
8 *Potestas data arbitro à partibus prorogandi compromissum, de primo prorogationis actu intelligitur.*
9 *Molendinum destructũ qui reaptare promisit, de prima uice intelligitur.*
10 *Actus quando habet effectum secundum disponentis intentionem in primo actu, ulterius non progreditur.*



CVm Reuerẽdissimus Cardinalis sancti Marci do. Dominicus Grimanus uirtute indulti summi Pontificis Leonis decimi duo fecerit testamenta, & in vtroque instituit dominum Vincentinũ Grimanum eius fratrẽ Carnalẽ, & in secundo testõ hæres sit magis oneratus, q̃ritur, quod testũ præualeat, primum, vel ſm. Et primo motu tanquã res clara sit, uidereẽ dicendum, ꝙ ſm testamentũ
1 attendatur ſm regulam, quæ est, † quòd primum testamentum tollitur per ſm. § posteriore. instit. quib. mod. test. infir. l. si quis priore. ff. ad Treb. in prin. & hoc procedit etiam si ſm testamentum sit ualidum de iure speciali. l. 2. ff. de iniu. rup. l. eius militis §. fi. ff. de testam. milit. cum similib. ut tradit Alex. in consi. 84. Viso themate. li. 2. & in nota casu no. Ang. in consi. 258. Testator fecit testamentum. & Pau. de Cast. in consi. 363. Dubium facit in suprascripto puncto. & ideo ſm testamentũ factum Romæ corã quatuor testibus, quod quidẽ ualet, ut tradit Spe. in ti. de instru. edi. §. cõpendiosè. in uer. item per ius canonicũ. cum similib. vt Alex. scribit in consi. 105. aliàs 107. Viso, & diligenter considerato themate. uer. imo fortius. li. 4. Corn. in consilio 211. De duobus principaliter. li. 4. & dixi plenè in consi. 284. viso pũcto. & cùm valeat tale testũ, siue de iure cõmuni, siue de iure speciali, vr̃ tollere primum per supradicta. Et ista conclusio vr̃ procedere, etiam si in secundo testamento facta non sit mentio de primo, ut dicit glo. in c. 1. de constitut. in 6. & ideo non est opus, quod in secundo testõ apponatur clausula illa, quæ apponi solet cassans, & irritãs omne aliud testamentũ, vt dicit Ang. Aret. in d. § posteriore. & idẽ Ange. de Peru. in d. consi. 258. primum. n. testamentum vr̃ habere tacitam conditionem, si non fiat ſm, ut dicit Ang. in consi. 159. ex hoc igitur themate. per l. cùm in secundo. ff. de iniu. rup. & secundum ista, quæ indubitanter de iure communi procedunt, videẽ, quòd priuilegium testandi concessum à summo Pontifice debeat intelligi, & interpretari, uidelicet quòd testari possit secundum naturam testamenti, quæ est, ꝙ mutari possit testamentum:
2 † quia ambulatoria est uoluntas testatoris usque ad mortem. l. 3. §. fi. ff. de adi. leg. l. cùm hic status. §. 1. ff. de donat. inter uirum, & vxor.

vxor. & priuilegium testandi libere, prout fuit in casu isto, intelligitur secundum ius cōe. l. si quando. in princip. C. de inoff. testa. & not. in l. fin in §. in computatione. C. de iure delibe. & ideo hoc priuilegium testandi videtur concessum secundum ius commune, vt possit testari, & mutare testamentum, prout quilibet regulariter facere potest: & ista sunt, quæ me in hanc partem inclinabant. Quibus tamen non obstantibus vlterius cogitanti contrarium de iure dicendum videtur, ꝙ imò attendatur primum testamentum in isto casu, & non secundum: & ista conclusio sic suaderi potest, quia tale indultum odiosum videtur, in quo quis habilitatur ad testandum de bonis ecclesiæ, uel spectantibus ad ecclesiam, ut expresse in dicto indulto dicitur: licèt enim Papa habilitare possit etiam monachum ad testandum, vt no. Bal. in l. certum. in ver. & prædicta faciunt. C. vnde legi. in d. l. si quando. in fin. in auth. nisi rogati. C. ad Trebel. Angel. & Imol. in l. si seruus communis Meuij. ff. de stip. ser. & latè scribit Maria. in consil. 13. præsens consultatio negari tamen non potest negari, quin
a talis concessio odiosa sit, ideo debet restringi: [a] & propter hoc dicit Maria. in consi. præalle. in ver. 17. ꝙ Cardinalis, qui ex tali priuilegio potest testari, non poterit codicillari, quia regula, quæ dicit, ꝙ ille, qui potest testari, potest codicillari, l. 2. ff. de lega. 1. & in l. conficiuntur. §. 1. ff. de iure codi. procedit in eo, qui testari potest de iure communi, secus si de iure speciali: & ad hoc facit,
3 quod no. Abb. in c. cū omnes. in repetitione. de test. † vbi concludit, ꝙ Papa sine causa non potest dare licentiam clerico testandi de bonis ecclesiæ, quia bona ecclesiæ sunt Dei, & reseruata sunt, vt ex fructib. eorum subueniatur egentibus. 12. q. 1. c. videntes. & nulla ratio permittit, vt quod pro communi vtilitate datum est, vsibus priuatis applicetur. cap. ratio nulla. de præben. & qui subtrahit bona ecclesiæ, dicitur homicida: quia videtur necare illos, qui ex talibus bonis sustentari debuissent in c. qui Christi. & in c. qui abstulerit. 12 q. 2. & hoc uidetur, quòd Papa facere non possit, vt ibi latius Abb prosequitur; & licèt communis opinio sit in cōtrarium, quòd Papa talem dispensationem facere possit, vt dixi, negari non potest, quin talis concessio odiosa sit per rationes, quas Abb. inducit, & per supradicta. & cum odiosa sit, videtur, ꝙ talis concessio, quæ dispensationē continet, restringatur in primo actu testandi, & sic in primo testamento, quod factum reperitur, & quòd ulterius non habuerit facultatem faciēdi secundum testamentum: quia ista est regula, ꝙ in dispensatione facta simpliciter de primo actu tantum intelligitur, ut est tex.
4 in c. non potest. §. 1. de præben. in 6. † vbi dicitur, quòd dispensatus ad duo curata beneficia intelligitur dispensatio tātum de duobus primis curatis, & no. Archi. in c. 1. in fi. de fil. presby. in 6. & ratio illa videtur, quia dispensatio est odiosa cap. 1. & 2. de fil. presbyt. & ista ratione concludit Albe. in 2. parte statutorum. q. 181.
5 per do. fratrem Vbertum. quòd † licentia data alicui ingrediendi monasterium monialium non obstante statuto restringitur solum in prima vice, quia materia odiosa uidetur, & quia est contra iura fauorabilia, quæ loquuntur de clausura monialium: & ex hoc pari ratione concludit Alex. in cons. 15. breuiter in casu præmisso. in prin. libr. 4. quòd in statuto contra ius commune, quia odiosum uidetur, uerba statuti de primo actu intelligūtur: & hoc modo uidetur procedere quod no. Bar. in l. 1. ff. ad leg. Iuli. maie.
6 in uer. quarto quæro. circa fi. † quòd licentia data bannito veniēdi ad ciuitatem intelligatur de prima vice, quia materia uidetur: odiosa. & idem dicit Bartho. Vero. in cons. 77. Circa primum dubium. dum inquit, quòd rescriptum est stricti iuris, quia uenit in derogationem ordinariæ iurisdictionis, ideo debet strictè intelligi: ex quo infert, ꝙ tantum in primo actu restringatur: & cū his concordat Cuma. in consi. 14. statutum dictat. vbi dicit, quòd in materia fauorabili uerba non restringuntur in primo actu, ergo secus uidetur in materia odiosa: & hoc modo etiam procedit, quod no. Ant. de But. in consi 31. dubium ingerit. ubi concludit, quòd in vltima uoluntate, quæ fauorabilis est, non restringit̄ dispositio in primo actu, secus dicit esse inter uiuos, ubi fit stricta interpretatio, & ideo in primo actu dispositio restringit̄. Et ex his patet istam esse communem opinionem, quod in materia, in qua debet fieri stricta interpretatio, verba in primo actu restringi debet, & ita in casu isto vr, ut dictum est. Secundo principaliter ista
7 conclusio probatur, † quia in dispositione hominis, prout in casu isto videtur, dispositio semper in primo actu restringitur, licet secus sit in dispositione legis. Istam differentiam tradit Cyn. in l. ueluti. §. hæc uxor. ff. de eden. & Bal. ibi sequitur, & idem not. Bal. in l. 1. in 4. q. in fi. C. de his, quæ pœ. ubi concludit, quod uerbum prolatum ab homine in primo actu consumitur, etiam dato, quod ille actus non habuerit effectum, secus dicit in verbis prolatis à lege: & tradit Alex. in consi. 70. Viso cons. lib. 2. & idem sequitur Cu. in consi. 14. supra alleg. ubi inquit, quod tex. in l. boues. §. hoc sermone. ff. de uerb. signi. procedit in dispositione hominis, secus est in dispositione legis. & idem Bartho. Vero. in cō
8 si. 67. supra alle. & sic patet istam communem esse opinionē. † Ex quo infertur, quòd potestas data arbitro à partibus prorogandi compromissum, de primo actu prorogationis intelligitur, vt no. Spe. in tit. de arbi. §. excipitur. ver. sed quid si fuerit actū. & idem Bal. dicit in c. fi. de consue. in ver. si autem dictum est. de consue.
9 & in cap. olim ex literis. de rescrip. † Similiter si quis promisit reaptare molendinum destructum, intelligitur de prima vice, vnde si semel refecit, & iterum destruatur, non tenetur reficere, vt no. Bal. in l. licet. in 4. q. C. loc. quia in prædictis casibus agitur de dispositione hominis, quæ in primo actu intelligitur, vt dictum est, & ita videtur in casu isto, quia in tali indulto videtur tractari de dispositione hominis. Tertio hoc idem comprobatur ex do-
10 ctrina Bal. in l. inuitus C de procur. in fi. † ubi inquit, quod quando actus habet effectum secundum intentionē disponentis in primo actu, ulterius non progreditur, & ita uidetur in proposito, qa intentio disponentis uidetur habuisse effectum in primo testamento, quod maturè, & legitimè factum fuit: ergo de actu ulteriori quærendum non uidetur. Quarto principaliter, & ultimo considerandum est, quod priuilegium testandi, de quo agitur, debet intelligi, ut aliquid operetur. c. in his. ubi Abb. in secundo no. de priui. & not. Abb. per illum tex. secundum unum intellectum, in c. 1. de rescrip. facit tex. in c. si Papa. de priuileg. in 6. not. Bald. in auth. habita. in 4. not. C. ne fil. pro pat. in rub. de rescrip. Pet. de Anch. in consi. 186 Pro parte ecclesiæ cathedralis. in uersi. item in themate. cum simi. Et dato, ꝙ aliquid operetur, debet restringi, ut minus uideatur derogare iuri communi, quàm fieri possit, ut dicit Cald. in consi. 12. in tit. de priuil facit tex. in l. si quando in prin. C. de inoffi. testa. not. Abb. in c. certificari. de sepul. uers. sed quæro. facit quod not. Cald. in consi. 32. de testamen. cum simi. ut tradit Ale. in l. fi. §. in computatione. C. de iure deli. & ideo in casu nostro priuilegium satis operatur, quia tribuit facultatem testandi reuerendissimo Cardinali, qui uigore priuilegij fecit primum testamentum: idcirco restringi debet, ne aliud testamentum facere possit. & sic ex omnibus supradictis secundum testamentum ex defectu potestatis non uidetur ualidum fuisse. Non obstant allegata suprà in contrarium, quia procedūt inspecto iure communi, sed in casu isto attendi debet priuilegium, & considerato priuilegio, quia materia odiosa uidetur, debet restringi in primo actu per ea, quæ supra dicta sunt. Non obstat, quod priuilegium testandi debet intelligi secundum ius commune, dicta. l. si quando. in princip quia uerum est, ut priuilegium restringatur, prout loquitur tex. in dicta l. si quando. sed in casu isto non restringeretur, sed ampliaretur, & extenderetur priuilegium contra naturam priuilegij, quod debet restringi, quando aliquid operatur, ut supra dixi. Et quia priuilegium continet materiam odiosam, quæ in primo actu restringitur per supra dicta: & quia agitur de dispositione hominis, quæ in primo actu tantum debet uerificari: & ideo satis est, quod priuilegium in primo testamento uerificatum sit. & ita mihi concludendum uidetur omissis alijs pluribus, quæ ueniunt a remotis.

ADDITIO.

a ¶ Restringi.) & bene, ideo quicquid dicat Decius neutrum testamentum valet, non primum, quia non perseuerauit, sed reuocatum: non secundum, quia inductum erat consumptum, quod satis semel operabitur. l. boues §. hoc sermone. de verb. sign. facit quod primum quartum non valeret, nisi iure speciali, potuit sine solennitate reuocari. l. eius militis. §. 1. de mil. testamento. Tum fauore ecclesię, tum fauore iuris communis, tum quia res de facili ad pristinum statum redit. l. si vnus. §. pactus ne peteret. de pac. c. testamentum. ubi gloss. & omnes. de præben in 6.

EPITOME Consi. CCCCCXIII.

Quando ortum sit fideicommissum inter plures filios institutos propriis nominibus.

Et quando ex prohibitione alienationis, & diuisionis fideicommissum inducatur.

SVMMARIVM.

1 *Institutio præcisè restringitur, quando in testamēto filij instituti sunt proprijs eorum nominibus expressis.*

2 *Substitutio si alicui decedenti sine filiis masculis facta fuerit, si ille, cui in defectum filiorum substitutio facta fuit mortis tempore filios reliquit, talis substitutio expirat. & nu. 3.*

4 *Fideicommissum an ex alienationis prohibitione inducatur.*

5 *Minores prohibitioni factæ ante uigesimum annum renuntiare nō possunt.*

6 *Alienationis prohibitio odiosa dicitur.*

7 *Fideicommissum an ex diuisionis prohibitione inducatur.*

8 *Verba enuntiatiua per modum causæ prolata dispositionem inducunt.*

9 *Nominibus in collectiuis qui comprehenduntur, ordine successiuo vocati intelliguntur nu. 12.*

10 *Appellationis in causa quòad causæ merita ille probare tenetur, qui tenebatur in causa principali.*

11 *Fideicōmissum in probādo non sufficit testatorē ita voluisse, nisi disponat.*

13 *Donatio*

13 *Donatio facta alicui, & hæredibus suis ordine successiuo intelligitur.*
14 *Ordo affectionis facit, vt instituti successiue vocentur.*

IN ciuitate nostra Mediolani ad signũ Leonis lata fuit sententia, in qua condemnati fuerunt domin. Octauianus, & dom. Veronica de Raude coniugales ad relaxandum bona de Burgeto existentia in episcopatu Laudensi do. Philippo de Raude iure fideicommissi sibi debiti vigore testamenti dom. Antonii de Raude; vnde reuocatur in dubium, & quæritur de iustitia, vel iniquitate dictæ sententiæ. Et visis, & diligenter consideratis omnibus, quæ proponuntur, quia tota vis consistit in uerbis testamenti dicti do. Antonij, vt res liquido demonstretur, prosequar singulas partes dicti testamenti, in quibus uidetur, ꝙ fideicommissum, de quo agitur, consistere possit. Et ideo pro vera, & breui resolutione ex toto testamento tria dubia in tali fideicommisso elici possunt. Primo an istud fideicõmissum colligatur ex principali parte testamenti, in qua filiis quatuor propriis nominibus institutis decedenti, vel decedentibus sine filijs legitimis substituti sunt superstites. Secundo an ex prohibitione alienationis factæ in principio testamenti ortum fuerit fideicommissum. Tertio an ex prohibitione diuisionis, quæ facta fuit successiue inter filios institutos, inductum sit fideicõmissum. Circa primum omissis his, quæ
1 ueniunt à remotis, considerandum est, † ꝙ in testamento instituti sunt filii expressis, ꝓpriis nominib. quo casu talis institutio præcise restringitur in filiis, quorum propria nomina expressa sunt, & ad alias personas nullo modo extenditur, ut not. per gl. & Bar. in l. si quis ita. §. 1. ff. de testa. tu. Bart. in l. liberorum. ff. de verb. sig. in l. Gallus. §. instituens. circa fi. de libe. & posthu. vnde cum substitutio facta sit filiis institutis sub hac forma, ꝙ si aliquis, uel aliqui ex dictis Ioan. And. Alexandro, Francisco, Fabiano, & Philippo filiis meis legitimis, & sic expressis nominibus propriis nõ potest extendi ad alias personas non expressas, nec nominatas: ex quo infertur, ꝙ substitutio fideicommissaria, quæ fuit facta Alexandro filio testatoris, nõ porrigitur ad Paulum Antonium eius filium nepotem testatoris: si enim mortuus fuisset Alexander sine filiis, vtique Philippus, qui superuixit, uocatus fuisset ad fideicommissum, quia conditio fideicõmissi impleta fuisset; sed cum Alexander decesserit relicto filio Paulo Antonio, defecit conditio fideicommissi, & fideicommissum expirauit in personam Alexandri; & licet Paulus Antonius, qui fecit deficere fideicõmissum, ipse postea moriatur sine filiis, non habet locum fideicommissum, qđ semel extinctum fuit, sed bona apud ipsum Paulum Antonium libera remanserunt; & ad hoc est decisio Oldra. satis nota in consi. 21. Thema tale est, testator ubi concludit, quòd si
2 facta sit substitutio alicui decedenti † sine filiis masculis, prout fuit in casu isto, si ille cui fuit facta substitutio in defectum filiorum, reliquit filios tempore mortis, substitutio expirat ex defectu conditionis, nec consideratur postea, quid de filiis cõtingat, alle. l. cum vxori. C. quando di. leg. ce. & quædam alia adducit; & hoc idem tenet Ioan. And. in additio. Spec. in titu. de testa. in § in
3 primis. in vltim. q. incip. quinta quæstio talis est. † vbi ponit hanc quæstionem, quidam tres eius fratres hæredes instituit, videlicet A. B. & C. & sic substituit, quòd si aliquis dictorum fratrum hæredum institutorum decederet sine filiis, eius portio ad cohæredes superstites deuolueretur, moritur vnus ex dictis fratribus institutis, videlicet relictis filiis masculis, & sic cessat fideicommissum cessante conditione, & dicti filii masculi postea moriuntur sine prole, descendentes cohæredũ B. & C. petunt bona illius A. qui cum filiis masculis decessit virtute substitutionis supra dictę: concludit Ioan. And. quòd admitti non debent, quia expirauit substitutio quo ad portionem illius A. qui cum filiis decessit, quicquid postea de filiis contigerit, d. l. cum vxori. allegat etiam l. si quis hæredes. C. de institut. & substitut. in l. hæredibus. ff. ad Trebel. & decisionem Ioan. And. refert, & sequitur Pau. de Cast. in l. ex facto. §. penul. ff. ad Treb. & idem tenet, quòd substitutio facta alicui decedenti sine filiis extantibus liberis tempore mortis grauati substitutio expirat, quia qualitas adiuncta verbo secũdum tempus verbi intelligitur. lege in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. & in l. si Titius. ff. de testamen. milit. & licet filii, qui faciunt deficere conditionem, postea ipsi moriantur sine liberis; non tamen habet locum substitutio, quæ semel fuit extincta, vt ibi dicit Paul. de Cast. & supra dictum est: & idem tradit Pau. de Castr. in consilio 170. Ne impropriis vtamur vocabulis. & cum prædictis concordat Alexand. in consilio 31. Ponderatis his. in princ. lib. 3. vbi inquit, quòd illa conditio, si decesserit sine filiis. extinguitur & vno filio existente, vel filia. l. non est sine liberis. ff. de uerborum significatio. l. prima. C. de conditio. inser. & quamuis filius, uel filia, quæ facit deficere conditionem, postea decedat, non habet locum substitutio, quæ fuit semel extincta, allegat dictam l. cum vxori. & in simili casu Abb. consuluit in consi. 40. Venio ad primum dubium. in primo dubio. libro primo. vbi erat facta quædam substitutio de Federico, & si Federicus non extaret, substituti erant eius descendentes, quibus non extantibus erat substitutus Leonellus, ibi concludit, quòd extante Federico, qui virtute substitutionis hæreditatem accepit, statim extincta fuit substitutio facta de descendentibus eius casu, quo Federicus non extaret: quia illo existente conditio defecit; & licet postea Federicus moriatur etiam sine liberis, non admittitur Leonellus vltimo substitutus, quia per existentiam Federici substitutio euanuit: inducit l. Lucius. ff. de hære. institu. l. 1. C. de cõdit. inser. pariter in casu nostro ex omnibus supra dictis indubitanter concludendum est, quòd per existentiam Pauli Antonij Alexander eius pater liberatus fuit ab onere fideicomissi, quod erat sibi impositum casu, quo decederet sine filijs, & consequenter bona remanserunt libera apud ipsum Alexandrum, & successiue apud filium eius Ant. qui libere potuit testari instituendo filiam suam Veronicam, quę in talibus bonis non potest molestari occasione fideicommissi, quod extinctum fuit per supradicta:
4 ex quibus primum dubium absolutum, & declaratum sit. † Venio ad secundum dubium, an ex prohibitione alienationis inductum fuerit fideicommissum, & in hoc non laborando, vbi non expedit, Cum prohibitio alienationis facta sit ad tempus, videlicet ante ætatem 25. annorum, & cum non fuerit, vt narratur, contrafactum prohibitioni, quia non fuit facta alienatio, videtur indubitanter, ꝙ ex tali prohibitione non sit inductum fideicommissum, quia prohibita alienatione absolute, & simpliciter solũ
a in casu contrauentionis [a] haberet locum, vt Alex. concludit in l. qui Romæ. §. cohæredes. in uersic. puto concludendum. de uerborum obligation. & not. Bar. per illum textum in l. pater filium. in §. fin. de legatis tertio. & probatur in l. peto. §. fratre. de legatis secundo. & not. Alexand. in consi. 56. Consideratis uerbis testamenti. in ea. parte. libro primo. & in consi. 24. Consideratis uerbi testamenti domini Leonardi. libro secundo. Sed non facta contrauentione non potest dici, quòd ortum sit fideicommissum, etiamsi quis prohibitus sit alienare toto tempore uitæ suæ, ut est tex. in l. pater filiũ. §. fundũ de leg. tertio. Secũdo considerandum est, ꝙ cum alienatio in casu isto sit solum prohibita ad tempus, post tps vr̃ permissa; ut not. Bart. in d. §. fundum. & in l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. facit text. in l. Imperator. ff. de postu. ideo fideicommissum non inducitur, dicta l. pater filium. §. fundum. Tertio hoc maxime uidetur dicendum in casu proposito, quia ista prohibitio facta ante 25. annum uidetur facta in fauorem minorum,
5 ut eorum fragilitati succurratur: † & ideo minores tali prohibitioni renuntiare non possunt, ut not. Barto. in l. filiusfam. §. diui. de lega. 1. licet secus esset in maiore, ut no. Oldr. in consi. 241. Factum tale est. & dixi in consi. 349. Consuluit. ergo talis prohibitio quia facta est in fauorem dictorum filiorum, ut supra dictum est: & idem tradit Paulus de Cast. in consil. 235. Visis, & consideratis. & Baldus in consi. 342. Multa sunt consideranda. lib. 2. & in consi. 238. Factum, super quo petitur. lib. 2. non debet inducere fideicõmissum, quod uidetur odiosum, quia onus, & grauamen continet. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de uulgar. & pupillar. not. in l. ex tribus. C. de inoffi. testamento. & inducta in fauorem non debent retorqueri in odium. l. quod fauore. C. de legibus. Quarto aduertendum est, quòd dicta prohibitio alienationis fuit facta infrascriptis filijs, & hæredibus, vt colligitur ibi, prohibeo ne infrascripti hæredes mei &c. quo casu talis prohibitio restringitur in filiis, qui scripti sunt hæredes propriis eorum nominibus: quia scripti dicuntur, qui possunt legi, non qui possunt intelligi, ut no. Bar. in l. 1. in prin. ff. de his, quę in testam. delen. in l. qui liberis. §. hæc uerba. ff. de uulg. & pupill. & tradit Alex. in consi. 173. Visa facti narratione. lib. 5. & talis prohibitio non comprehendit Paulum Antonium nepotem testatoris, qui non reperitur scriptus, nec nominatus in testamento, & quia cum filii nominati fuerint propriis nominibus, talis nominatio in aliorum personis adaptari non potest, ut supra in primo dubio dictum fuit. Et ista prima
6 conclusio comprobatur: † quia prohibitio alienationis dicitur odiosa, ideo si facta sit filiis etiam simpliciter, non ueniunt nepotes, ut no. in §. nos igitur. in Auth. de restit. fideic. Bar. in l. filiusfam. §. diui. de leg. 1. in l. Lucius. §. Semproniæ. in fi. de leg. 3 cum si. ut tradit Alex. in consi. 56. Idroandus testan. lib. 5 & à fortiori hoc dicendum est in casu isto, in quo filii nominati sunt expressis propriis nominibus per s̃dicta, & ex omnibus s̃. dictis euidenter patet, ꝙ in ista, ꝓhibitione alienationis non põt dici, ꝙ Paulus Antonius esset grauatus aliquo onere fideicõmissi: & in hoc nõ est dubitandũ. Superest tertiũ dubium, in quo difficultas vr̃ consistere,
7 † an ex prohibitione diuisionis ortũ fuerit fideicõmissum, & ut apertius demonstrari possit ueritas huius dubii, uerba testamenti ita se habent, & similiter uolo statuo, & iubeo, & ordino, ac prohibeo, ne dicti filii mei, nec aliquis eorum toto tempore uitæ suę possint,

ADDITIO.

a ¶ Contrauentis.) Supra consi. 23. consi. 377. vbi dixi.

possint,nec valeant aliqualiter inter sese diuidere possessionem,
nec aliqua bona mea de burgeto existentia in episcopatu Laudę:
quoniam volo, & dispono, ac ordino, quòd dicta bona vsque in
perpetuum remaneant cōmunia, & indiuisa inter infrascriptos
filios,& hæredes meos, & eorum descendentes. In istis enim ver-
bis videtur fundata sententia domini vicarij, quòd esset inter fi-
lios institutos inductum fideicōmissum. Et potuit dominus vi-
carius probabiliter moueri istis rationibus,quæ primo motu oc-
currebant: quia verba uidebantur aperte importare fideicom-
missum, cum sint dispositiua ibi, quoniam volo l.2. C. commu-
nia de lega. §. fin.institut.de sing.re.per fideicommiss.relic.l.& eo
modo.de legat.1. Et quia cum prohibitio diuisionis facta sit cum
causa contemplatione filiorum institutorum, videtur, ꝗ inter
ipsos filios fideicōmissum inductū sit,vt no. Are in l qui Romę.
§.cohæredes.de verbo.obligatio.allega. no per Bar.in l. si socer.
8 §.Lucius.ff.solut. matrimo. † vbi dicit, quòd verba enuntiatiua
prolata per modum causæ inducunt dispositionem, per glo.ibi.
& idem no. Barto. in l.qui volebat.in fi.ff. de hæredibus institut.
& dictū Are.sequitur,& comprobat Bartho.Soci.in d §.cohære-
des.in vers.quartus,& vltimus casus & ibi alleg.Cuma qui idem
videtur voluisse in l.cum ita.§.in fideicommisso. de legat.2.& di-
cit Soci.ibi se ita consuluisse: & sic reperitur in consi.249. Mate-
ria præsentis consultationis.& in consi.251.Quoniam in præsen-
ti consultatione.vbi late in hoc insistit. Et pro ratione supra alle-
gata facit dictum Bar.in l.pater filium §. fundum.in fin.de leg.3.
vbi dicit de prohibitione alienationis facta cū illa causa,quia vo-
lo.quia reddit dispositionem generalem, quæ ampliat dictum:
alleg.l.cum pater.in §.dulcissimis de leg. 2.& melius facit text.in
l.regula.§.si quis.ff.de iu.& fac.igno.ubi Barto.dicit, quòd ratio
ampliat dictum, & dictum Barto.in d.§. fundum. alleg. & sequi-
tur Ro.in consil.457.Circa propositam consultationem.& hoc
in simili casu voluit Pet.de Ancha.in consi.152.plura sunt dubia.
vbi testator instituit quatuor filios hæredes, & disposuit, ꝗ non
possint vendere, neque alienare eius bona: & hoc fecit, vt bona
semper remaneant in ipsos filios, & hæredes eorum successores:
dubitatur ibi, an ultimus ex descendentibus testatoris potuerit
alienare dicta bona,& sic tibi pro constanti præsupponitur,ꝗ ex
verbis supra relatis inter ipsos descendentes successiue vsque ad
vltimum locum habuisset fideicommissum,& ita pariter videtur
in casu isto per rationem supra alleg. & hoc idem confirmatur,
quia testator ultimo loco: uocauit filiorum descendentes ibi, fi-
lios, & hæredes meos, & eorum descendentes. quo casu uocati
uidentur ordine successiuo, sicut in fideicommisso relicto fami-
liæ,quia ueniunt proximiores.l.fin.C.de verbo. signi.l.cum ita §.
fin.de lega.2.& eodem modo de liberis uocatis ad fideicommis-
9 sum no.Ange.in consi.39. Cum instituto.† vbi generaliter dicit,
quòd in nominibus collectiuis illi omnes, qui comprehendun-
tur in talibus nominibus, uocati intelliguntur ordine successiuo,
ut quando dicitur de familia, de genere, de liberis: & idem uide-
tur in casu nostro de descendentibus,ut not.Alex.in consi.24 In
causa uertente.in princip.lib.4.& de cognatis Barto.scribit in l.si
cognatis.in uersicu.quæro quo ordine.ff.de rebus dub.ex quibus
omnibus uidetur, quòd sententia lata iustificari possit. Vltimo
hoc etiam ex mente,& intentione testatoris deprehenditur, qui
mandauit,quod filiæ filiorum deberent dotari: ex quo datur in-
telligi, quod noluit, ꝗ fœminæ in talibus uniuersaliter admitte-
rentur: & ista sunt breuiter, quæ partem Veronicæ, & domini
Octauiani in prima facie oppugnare videbantur. Quibus tamen
non obstantibus vlterius diligenter cogitanti, & subtiliùs consi-
derando uerba testamenti more Imperatoris in §. nos igitur. in
Authen de resti.fide.contrarium arbitror de iure,videlicet ꝗ di-
ctus Paulus Antonius Alexandri filius potuerit libere testari in-
stituendo Veronicam eius filiam, quæ in talibus bonis nō debet,
nec potest molestari occasione alicuius fideicommissi: nam do-
mina Veronica videtur habere intentionem fundatam ex nega-
tiua, quia non reperitur, ꝗ Paulus Antonius eius pater esset gra-
uatus aliquo fideicommisso in testamento domini Antonii aui
paterni dicti Pauli Antonij: ex tali enim testamento probatur
negatiua,quia quod ibi non reperitur, probatur non factum à te-
statore, vt no.Bar.in l. Titiæ textores.vbi Bart.in 2.not.de lega.1.
& de libro gabellæ no.Bal.in l. fin.in 4.opp.C.de reb.cred.& de li-
bro excōmunicatorum tradit Fede.in consi.119. Nulli dubium
est.Bald.in l.cum in testamento.in prin. C.de ma.test. cum si.quæ
nota sunt.& dixi post Bald.in l.iustum est.C.de eden. Et ista con-
clusio haberet locum dato, ꝗ appellās in causa appellationis de-
beret probare: quia probaret producendo instrumentum testa-
10 menti,ut supra dictum est: uerum † quia in causa appellationis
quo ad merita causæ ille tenetur probare,qui tenebatur in causa
principali,vt no. Bar.in l.hi, qui ad ciuilia.in fin.C.de appe. Alex.
in l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiur. & in causa principali
clarum est, ꝗ Philippus actor tenebatur probare,ex quo domina
Veronica reperitur in possessione.§. commodum. institut.de in-
terdi.c.ex literis.de proba. & quia ille, qui fundat se in fideicom-
misso, debet illud probare, ut tradit Pet.de Ancha.in consi.120.
Pro clariori decisione.;& ratio videtur manifesta, quia quod re-
lictum sit fideicommissum,hoc in facto consistit.arg.c.1.de con
stitut.in 6.& in l.consi in fi.ff.de cur.fur. & ea, quæ in facto con-
sistunt,debent probari,quia non præsumuntur.l.in bello.§.factę.
ff.de capti.c.cum in iure.de offi.deleg. & hoc modo arguit Bald.
11 in rub.C.de fide instru. Abb.in consi.36.Circa primum.lib.2.† Et
in probando fideicommissum non sufficit testatorem ita voluis-
se,nisi disponat, vt not.Bal.& Imo.in l.quidam cum filium per il-
lum text.ff.de hære.insti.vnde quod testator non loquitur, velle
non præsumitur,vt dicit Bald.per illum text.in l.1.§.sin autem ad
deficientis. C de cad.tol.& talis voluntas debet comprehendi ex
verbis testatoris,vt not.Bal.in c.secundo requiris.de app.per tex.
in l.Gallus.§.quidā recte.ff. de lib. & posth. ibi vt eo casu valeat,
qui ex verbis concipi posset. Tota uis est in respondendo ad alle-
gata supra in cōtrarium, & in hoc videtur difficultas: sed tamen
clarissime responderi potest, quòd verba dictæ prohibitæ diuisio
nis non comprehendunt dictum Paulum Antonium, nec dictam
dominam Veronicam eius filiam: quia isti nec in dicto,nec in ra-
tione includuntur,in dicto primo patet,dum dicit testator, pro-
hibeo, ne dicti filij mei.ista verba referuntur ad capitulum insti-
tutionis factæ inferius de filijs, quia mediante institutione filio-
rum bona communia efficiuntur, & diuisio præsupponit cōmu-
nionem,quia quod non est commune,diuidi non potest.l.magis
puto §.fi.cum l.sequen.ff de rebus eorum.& sic de necessitate pro-
hibitio diuisionis debet referri ad capitulum institutionis.& hoc
etiam expresse colligitur, dum inquit testator, ne dicti filij mei.
ista verba expressam faciunt relationem ad filios institutos, vt in
simili no.Bart.in l.1.§ hoc edicto. ff.de postu. Petrus de Anch.in
consil.370.Ante omnia videndum est.& ista relatio facta videtur
cum omnibus qualitatibus suis,vt no.Bar.in l.1.§.fi.ff.si fami.fur-
tum fecisse dicatur.in l.1.in princip. ff.de receptatorib.in l.si quis
seruum.§ fin.in uersic.sed quæro,testator.de leg.2.ideo perscru-
tari debent verba posita in capitul. institutionis, quæ ad Paulum
Antonium nepotem testatoris adaptari non possunt: quia dicta
verba referuntur ad filios testatoris nominatos proprijs nomini-
bus ibi,dum dicitur, nominaui, & nomino Ioan.Andre. Alexan.
Franciscum, Fabium, & Philippum: & tali casu quando filii no-
minati sunt proprijs nominibus, appellatione filiorum non ve-
12 niunt nepotes, † cum expressio nominis proprij præcise restrin-
gatur ad personam nomine proprio designatam, vt no. Bar.post
glo.in l.si quis ita.§.1.ff. de testa.tute.& idem Bar.in l liberorum.
ff.de verbo.signifi.in l.Gallus.§ instituens. ff de lib.& posthu.cir-
ca fi.ergo videtur,quòd illa prohibitio diuisionis relata ad insti-
tutionem filiorum factam proprijs nominibus non habeat locū
in nepotibus,& consequenter non videtur habere locum in Pau-
lo Antonio nepote testatoris.& hoc idem comprobatur,quia in
prohibitione alienationis,seu diuisionis facta simpliciter filijs nō
extenditur ad nepotes,quia odiosa est, vt supra dictum est in se-
cundo dubio: & sic patet, quod dicta prohibitio diuisionis non
habet locum in dicto Paulo Antonio,nec in dicta Veronica,qui
in dictis verbis non comprehenduntur.Eodem modo in ratione
allegata in dicta prohibitione non comprehenduntur, dum di-
citur,quoniam volo, & dispono, & ordino, ꝗ dicta bona vsque
in perpetuum remaneant communia, & indiuisa inter infrascri-
ptos filios, & hæredes, & eorum descendentes.verba istius ratio-
nis diuido in duas partes: primo dum dicitur, inter infrascriptos,
filios,& hæredes. secundo dum dicitur, & eorum descendentes.
Circa primam partem res clara videtur per sua dicta: quia ver-
ba illa,infrascriptos filios, & hæredes. restringuntur ad nomina-
tos,& scriptos,in testamento, & hoc non potest verificari in Pau
lo Antonio, qui nō est scriptus, nec nominatus, vt supra dictum
est.In secunda parte ibi, & eorum descendentes, etiam istis uer-
bis cogitauit testator, qđ uocati essent.Primo hæredes infra scri-
pti.Secundo successiue eorum infrascriptorum descendentes,&
sic præsupponitur, ꝗ in personis istorum habuisset locum fidei-
commissum de vna persona in aliam.Sed in casu isto non habuit
locum fideicōmissum, quia mortus est Alexander cum filijs su-
perstite Paulo Antonio, & tali casu non sunt vocati infrascripti
hæredes,nec eorum descendentes, quia conditio fideicommissi
non fuit verificata, & bona remanserunt libera apud Alexan-
drum,& successiue apud eius filium Paulum Antonium,vt supra
dixi in primo dubio: & iste videtur planus intellectus ad dicta
verba,& eorum descēdentes.& in simili no.Bal.in consi.306.Do
13 mina Ioanna.in versi.nec obst.lib.1.vbi concludit,† qđ donatio
a facta alicui,& hæredibus suis, intelligitur, ꝗ hæredibus [a] facta sit
successiue casu, quo prius habuerit locum in personā donatarij,
& facit

ADDITIO.

a ¶ Hæredibus.] Sed ut hæreditarijs,non vt sanguinis, nec iure substitutio-
nis,nisi aliàs appareat.

& facit qđ no. Pau. de Castr. in l. Gallus. §. quidā rectè. de li. & po-
14 sthu. vbi concludit,† quòd vbi sit ordo affectionis tantum, vt in eo qui instituit fratrem, & liberos, eius liberi vocati videntur successiuè post successionem patris: sic ergo non acquiritur successio liberis, nisi mediante priori successione patris: & sic in dicto casu Bal. acquiritur donatio hæredibus mediante persona donatarij; vnde cessante isto medio, prout in casu nostro contingit, vr̃ cessare fideicōmissum in descēdentibus, put supra dictū fuit. Et declarando hoc modo res non videtur habere difficultatem, & de plano procedit, & ex supra dictis apparet, quòd Paulus Antonius filius dicti Alexandri non erat grauatus aliquo onere fideicommissi, ideo potuit liberè testari instituendo Veronicam eius filiam, ut patet ex supradictis. Non ob. allegata in contrariū, quia responsio colligitur ex supra dictis: quia allegata supra in ꝯrium haberet locū inter ipsos filios hæredes scriptos, inter quos prolata essent dicta verba, prout loquitur testator in testamento suprà dicto, & doctores in locis supra alle. Sed Paulus Antonius non potest dici grauatus, cum non sit comprehensus in verbis substitutionis per supra dicta. Vltimò non obstat, ꝙ testator mādauit, ꝙ filiæ filiorum debeant dotari: ideo videatur voluisse, ꝙ non succederent vniuersaliter in dictis bonis: quia respondetur, ꝙ hoc argumentum haberet locum in filiabus testatoris, & stante fideicommisso, prout testator loquitur. Secus videtur in casu nostro in nepte testatoris, & cessante fideicommisso, per supra dicta. Et ex omnibus supradictis apparet de iniquitate sentētiæ, & merito in causa ista appellationis uidetur pronuntiandum bene appellatum, & malè iudicatum saluo irrefragabili iudicio grauissimorum consiliariorum ducalium, quos tamen puto ab hac opinione mea non dissentire.

EPITOME Consi. CCCCCXIIII.

Quando conditio, si decesserit sine filijs, verificetur in filia.

SVMMARIVM.

1 *Testator quod non loquitur, velle non præsumitur.*
2 *Testator quando filios masculos in substitutione prætulit, præsumendum est illos in fideicommisso prædilexisse.*
3 *Nepti plusquam filiæ concedi non debet.*
4 *Masculi si instituti sint, & filiæ præteritæ, masculinum fœmininum non concipit.*
5 *Testatoris voluntas tacita sufficit, quæ ex coniecturis colligitur.*

SAtis nota est quæstio, de qua quæritur, an filia Ioannis excludat Petrum patruum substitutū in testamento Paulæ, quæ instituit Petrum, & Ioannem eius nepotes ex Alexandro fratre carnali, eosq; adinuicem substituit, si quis eorum sine filijs legitimis, & natura-
a libus decesserit. Et prima facie de iure communi filia [a] vr̃ habere fundatam intentionem, quia conditio substitutionis non videtur verificata stante dicta filia ex dicto Ioanne, ut in terminis in casu substitutionis no. Ioan. And. in c. Raynaldus. de testa. cum simil. vt tradit Alex. in consi. 55 Ponderatis his. in ver. præterea illa verba. lib. 3. & Soc. in ꝯs 55 Visis consilijs. lib. 3. & ad hoc facit, quia etiam tacita conditio filiorum, quæ intelligitur ad exclusionem substituti, iuxta l. cum auus ff. de condi. & demon. etiam habet locum in fœminis l. cum acutissimi. C de fideicom. & l. iube. §. finautem. C. ad Treb. pariter ergo vr̃ in ista conditione expressa, ꝙ filia debeat excludere substitutū, & hoc modo arguebam in consi. 15. Et licet ibi in contrarium conclusum sit ex coniectu rata mente testatoris, quia in illo casu in eodem testamento erat facta ꝓuisio in pluribus partibus dicti testamenti de filijs masculis expresse, quo casu vna pars testamenti secundum aliam intelligitur. l. qui filiabus. ubi Bar. de leg. 1. & facit tex. in l. vtrum. ff. de pet. hær. & in tali casu etiam consuluit Raph. Cu. in cōsi. 117. A. in testamento instituit. ubi in conditione fideicommissi dicebatur. sine filijs maribus: & eodem modo loquitur Abb. in consi. 36. videtur primo. lib. 1. Sed in casu isto in aliqua parte testamenti non fuit expressum de filijs masculis, & in conditione fideicommissi dicitur simpliciter, sine filijs legitimis & naturalibus. vnde patet, ꝙ termini non sunt pares. Non obst. ꝙ ex tacita, & verisimili mēte testatoris ipsa videtur de filiis masculis intellexisse, ex quo fratres instituit, & de sororibus nihil dixit: quia non sufficit testatorem ita voluisse, nisi disponat, vt not. Bald. & Imo in l. quidam cū
1 filium. ff. de hære. insti. & † quod testator non loquitur, velle non præsumitur, vt dicit Bal in l. 1. §. finautem ad deficientis. C de caduc. tol. His tamen, & similibus, quæ adduci possunt, non obstantibus cōtrarium de iure esse arbitror, ꝙ imò exclusa dicta filia substitutus admittatur propter voluntatem testatoris, qui verisimiliter de filijs masculis intellexerit, ut in terminis in tali casu ꝯsuluit Pau. de Cast. in consi. 358. Viso dicto testamento. ubi conclu dit, quod testator instituit filios, & non filias, & dictis filijs masculis substituit, si decederent sine filijs, dicit Pau. de Cast. ꝙ illa conditio intelligitur de filijs masculis tātum, & quod filia non excluderet substitutum, quia ex quo testator prætulit substitutum filiabus proprijs, non debent neptes remotiores præferri substituto, ex eo, quod no. Bart. in l. fi. ff. ad Treb. in versi. iuxta hoc quæ-
2 ro. † vbi concludit, ꝙ quando testator prætulit filios masculos in substitutione, præsumendum est illos etiam prædilexisse in fideicommisso, & non est dicendum, ꝙ melioris conditionis esse debeant neptes, quàm filiæ, quæ sunt ꝓximiores, ar. l. si viua matre. C. de bo. ma. in l. Publius. §. fi. ff. de cōd. & dem. Et idem videmus in statuto, quia si filiæ excluduntur à fortiori neptes, ut no. Bald.
3 in l. 2. in fi. C. de in ius voc. † ubi inquit, ꝙ non debet plus concedi nepti, quā filiæ, arg. d. l. si uiua matre. & idem Bal. in l. quod verò. in prin. ff. de legi. in l. si verò. §. de viro. ff. sol. ma. & secundum istam conclusionem etiam consuluit latè idem Pau. de Cast. in cōsi. 79. Casus iste frequenter cōtingit. ubi repetit illam rationē pro efficaci, ꝙ non sit credendum testatorem plus dilexisse neptes, quàm proprias filias, d. l. si uiua matre. dicit tamē Pau. de Cast. ibi, ꝙ quæstio fuit postea visa sibi dubia: finaliter tamen cōcludit istā partem veriorem, quando substitutus sit de agnatione testatoris, prout in casu isto contingit: quia videtur testator habuisse respectum ad agnationē, secus si extraneus sit substitutus. & prædictā rationem etiam adducit Cuma. in consi præalleg. 117. quod conditio illa fideicommissi intelligatur de filijs masculis, ne plus videatur nepotibus ex fratre concessisse, quàm filiabus proprijs, ar. d. l. si viua matre. & ista ratio pariter cōcludit in casu proposito, quia testatrix instituit fratres eius carnales, & de sororibus nihil dixit; vnde si filia Ioannis excluderet Petrum substitutum, esset dicendum, ꝙ neptis ex fratre, quę est remotior, esset melioris conditionis, quàm fuissent sorores proximiores, & ideo concludendum est, ꝙ dicta filia non excludat substitutum: & hoc saltē videtur habere locum in Petro substituto, qui est de agnatione testatoris, secundum resolutionem Pauli de Castro in dicto cons. 79. & ad hoc conferunt plura, quæ dixi in cōsi. 15 supra allegato. quæ gratia breuitatis non refero: & ibi dictis addo Fulgosium in consi. 18 Solonutia fecit testamentum. & in consi. 38. in proposita quæstione. & idem Fulgo. in l. 1. C. de conditio. inser. & Paulus de Castro ibi refert. Ex quibus patet istam communem esse opinionem, quæ maximè haberet locum stante statuto, prout narratur esse Perusij, & est communiter in Italia, ꝙ agnati excludant fœminas, quo casu si Petrus substitutus, cū sit agnatus, ab intestato excluderet dictā filiam eius neptē ex fratre, uerba dictæ substitutionis indubitanter excluderent dictam filiam, & substitutus admitteretur, vt nouissimè Alexand. tradit in consil 38. Perspectis his, quæ in themate narrantur in fi libr. 6. & cū supra prius dictis cōcordat Corn. in consi 275. In præsenti consultatione. li. 4. vbi refert, & sequitur opin. Fulg. in d. l. 1. C. de condit. insert. & Pau. de Cast. in dicto consi. 79. & tradit Bald. in consil. incip. In causa Andreoli Salimbenni. vbi dicit. ꝙ interpretatur substitutionem factam suis descendentibus honoratis, & oneratis descendentibus sine filijs, ut tantum de masculis intelligatur: quia in testamēto apparebat. ꝙ magis diligenter filios masculos, quā filias, quia instituerat filios, & nepotes substituerat, & non filias proprias. & confirmatur secundum Corn. quia hic sumus in materia differenti, quia testatrix fecit differentiam inter masculos & fœmi-
4 nas, † quia tantū instituit masculos, & fœminas præterijt; & ideo masculinum non coucipit fœmininū, ut no. Bar. in l. 1. ff. de verbo. signifi. in l. prima. ff. de pecu. Bal. in l. seruus. C. communia de succes. & sic ex omnibus supradictis cōcludendum est, ꝙ Petrus substitutus exclusa filia ad fideicommissum admittatur. Non obstant allegata supra in contrarium: & primo dum dicitur, quòd conditio fideicommissi non videtur verificata stante filia, quia appellatione filiorum veniunt filiæ. l. si quis ita. in princip. ff de testamenta. tute. l. si ita scriptum de leg. 2. l. iusta. ff. de ver. significatio. & not. in d. capitul. Raynaldus. quia illud procedit inspecto iure communi, secus est in casu isto propter voluntatem testatoris, quæ in primis attenditur l. in conditionibus primum locum. in princ. ff. de conditionib. & demonstratio. l. cum quæstio. C. de leg. it in fin. & præcipuè in fideicommissis. l. penu. de legatis primo l. fideicommissa §. item si quis. in fine. de legatis tertio. in
5 l. cum virum. C. de fideicommis. † Et voluntas tacita etiam sufficit, quæ ex coniecturis colligitur. l. cum proponeretur. in fi. l. qui solidum. §. primo. de legatis secundo l. cum auus. de conditionibus, &

ADDITIO.

a ¶ Filia.) Hæc non solum vera, sed indubitata. Et Philip. Decius in consilio decimoquinto malè in consil. 495. peius, in hoc consilio pessime consuluit, cum essent collaterales, & testamentum fœminæ, ut & infrà cons. 545. cum sequent.

bus, & demonstrationibus.l.licet imperat or.ff.de legatis primo. vbi Bart.& tacita voluntas in casu isto colligitur ex eo, quod testatrix nepotes masculos ex fratre instituit,& substituit,& de so-
a roribus [a] dictorum nepotum nihil dixit per supra dicta; & hoc modo ēt respondetur ad illud, quod dicitur in d.l.cū acutissimi. & in d.l.iubemus. §. sinautē. quia illud etiam procedit inspecto iure communi, secus videtur ex tacita voluntate defuncti, vt dictum est,& latius dixi in dicto consi.15.vbi late secundum istam tacitā volūtatem testatoris cōsului. Nec ob. ꝙ ibi esset facta mētio de filijs masculis in alia parte testamenti: quia hoc non multum facit, cum ratio ista in contrarium retorqueri possit: quia de masculis expressit, ubi uoluit tantum intelligere de masculis, secus ergo videtur dicendum, quando non expressit de masculis, ꝙ fœminæ non cōprehendantur. & ita in hac quæstione arguit Io.de Ana.in consi.22. Ad probandum.in fi. vnde fundamentum principale consistit in differentia, quam testator facit inter masculos,& fœminas: quia masculos instituit, & fœminas præterijt: & si proximiores fœminæ excluduntur, non debent remotiores admitti: & ita loquitur Paul.de Cast.in consilijs supra allegatis. Vltimò non obst. quod tacita voluntas non attenditur, nisi transeat in dispositionem,& quod testator non loquitur, velle non præsumitur: quia contrarium probatur in d.l. cum auus. cum si. supra allegatis.& allegata in contrarium habent locum in volūtate omnino tacita: secus si ex eo, quod expressit, voluntas tacita colligatur, ut not. Bald.in l.1.C.de his, qui ante apertas tabul. Et ita uidetur in casu isto, quia ex differentia expresse facta à testatore inter masculos, & fœminas ista tacita uoluntas colligitur: sit & sic remanet firmata conclusio in fauorem substituti, prout etiam aliàs consului in d. consil. 15. & superioribus diebus in simili casu requisitus in causa, quæ pendet Romæ, recusaui consulere pro filia: quia in fauorem substituti, vt supradictum est, verior videtur,& etiam magis communis opinio; & ita breuiter concludendum videtur.

ADDITIO.

a ¶ Sororibus.] Istud est remotum,& impertinens.

EPITOME Consi. CCCCCXV.

Quando sit, ꝙ fideicommissum conditionale in hæredes transmittatur. Et conditio de filijs intelligitur de masculis.

SVMMARIVM.

1 *Vltimis in voluntatibus sufficit voluntas testatoris etiam tacita, quæ ex coniecturis colligitur. 3.4.5.*
2 *Testatoris cum sensus manifestus est, alia interpretatio non requiritur.*
6 *Testamenti in una parte si de masculis mentio facta fuerit, eodem modo in alia testamenti parte si simpliciter dicatur, de filijs masculis intelligi debet.*
7 *Masculinum in materia indifferenti femininum concipit.*



IN casu occurenti in ciuitate Eugubij plenè,& elegāter scriptum est à præclarissimis doctoribus,& de subscriptione requisitus, in eorū sententiā concurro firmādo duas conclusiones, in quibus vis tota consistit. Prima est, quod Rubertus, & Hulphus ne-
a potes testatoris admittantur ad hæreditatem testatoris Ioā. [a] de Bracha eorū aui paterni: quia ius fideicommissi cōditionalis, q̄d Matthæo eorum patri competebat, in isto casu in eius filios trāsmittitur, ut uolit gl.1.in fi.in l.is, cui.ff.de actio.& obliga.& licèt illa gl.communiter reprobetur, vt ibi Bart.dicit.& in dicta l.1.de legat.1. Alex.in consil.92. Super eo, de quo queritur.lib.3.Ro.in consi.124.Idē concludendum vr.& in consi.480. In casu propositæ.cum si.tamen illa gl.saluari potest, quando apparet ex coniecturis voluntatem testatoris fuisse, ꝙ fideicommissum conditionale in filios transferatur, ut not.Bald.concludit in l.1.in versi.ulterius quæro.C.de his, qui ante apert.tab. Et ista conclusio vide-
1 tur de plano procedere,† quia in vltimis volūtatibus sufficit voluntas testatoris etiam tacita, q̄ ex coniecturis colligatur. l. licet Imperator.ubi Bart.de le.1.l.cū proponeretur. in fi.de leg. 2.no. in l.cum auus.de condi.& demon. Et hoc confirmatur, quia testator potest facere, ꝙ illud, ꝙ est transmissibile, non transmittatur. l.in conditionibus primū locum.§.1.ubi Imo. p illum tex.de cōdit.& demon.ita eē potest testator facere, ꝙ illud, ꝙ non transit in hæredē, transmittat, ut no.idem Bald.in l.si pater.in 4.q. C. de inst.& subst.idem Bal.in l.1.in prin.C.ut actio.ab hæredib.& contra hære. Idem dicit, ꝙ si testator velit, legatum, vel fideicommissum conditionale in hæredē transmittitur: sed dubium videtur, quæ,& quales debeant esse coniecturæ, ex quibus talis transmissio inducatur. Et Soci.declarando dictum Bal.in d.l.1.C.de his, qui ante aper.tabu.in l.hæredes mei.in §.cum ita.ff.ad Trebel.dicit, ꝙ debent esse coniecturæ, quæ ex ipso testamento colligant, & exemplum ponit Bal.in d.l.si pater.in 4.quæstio. quando testator in testamento fecit mētionem de filio, & de hæredibus eius: & idem videtur in casu isto, in quo testator post substitutionem immediatè dicit, & intelligatur tam in filijs, quàm in nepotibus in infinitum. ex istis enim verbis cōstat testatorem voluisse prouidere non solum filijs, sed nepotibus, & descendentibus in infinitum: & in simili casu tradit Bartho. Soc. in cōsi.6. In præsenti consultatione.lib.3.vbi etiam ad hoc allegat Bal.consuluisse in consi.inci.Super primo puncto.& idem in simili casu Fulgo.scribit in consi.15.Proponitur, quòd montes de Florentia.in ver. superest altera supra relata dubitatio. inducit l.Lucius.ff.de hæred. inst. quā prius allegauit Bald.in d.l.1.de his, qui ante apert. tab.& cum supradictis concordat Cu.in cōsi.13. Titius instituit Seium. ubi in terminis ponderauit verbum, superstites. in plurali numero, prout supra pōderatum fuit; & hoc authoritate Cuma. com
2 probatur in consi. pręalle. † Et ista conclusio indubitanter videt pcedere in isto casu, quia verba testatoris clara sunt, quia expresse uocauit tam nepotes, quàm filios in infinitum. vnde non solū iure transmissionis propter voluntatem testatoris veniunt dicti nepotes per supra dicta, sed videntur uocati expresse in tali substitutione, ita ꝙ iure fideicommissi admitti debent: quia cum manifestus sit sensus testatoris, alia interpretatio non requiritur. l.3. C.de lib.præte. facit tex.in l.in conditionibus primum locum.in prin.ff.de condit.& dem.in l.cum virum.C.de fideicom.cum si. Et ex omnibus supra dictis remanet firmata, & corroborata prima cōclusio supra dicta, quod dicti Rubertus, & Hulphus nepo
3 tes testatoris ad eius hæreditatem admittantur.† Secunda cōclusio sit, quòd verba illa apposita in conditione substitutionis sine filijs legitimis, & naturalibus. intelligantur de masculis, & non de fœminis: & hoc propter voluntatem testatoris, quæ colligit ex eo, quod testator filios masculos hæredes vniuersales instituit, & filiabus certum quid iure institutionis reliquit: ex tali enim diuersitate inter masculos, & fœminas voluntas testatoris ostenditur, ꝙ voluerit masculos tātū in hęreditate eius succedere: quia aliàs melioris conditionis essent nepotes remotiores, quā filiæ, quod non est dicendum arg.l.si viua matre.C.de bo.ma. & hoc modo in simili casu arguit Pau.de Cast.in consi.79. Casus iste frequenter contingit.in princ.in consi.358. Viso dicto testamento. facit tex.in l.Publius.§.fi.ff.de condit.& demon. & idem Ful. tradit in l.1.C.de condi.inser.& Fulg.ibi refert Pau.de Cast. & idem concludit Alexand. in consilio. 38. Perspectis his.libr. 6. bene facit, quod not.Bartol.in l.fi.in versi.item quæro.ff.ad Trebel.in l.Gallus.§.etiam.in ver.quæro iuxta prædicta. ff.de libe. & posthu. de in dictis locis ponderat institutionem vniuersaliter factā de masculis: nam in tali dispositione facta de masculis videtur testator habuisse respectum ad fauorem agnationis, quæ conseruatur in masculis, ut in simili doct. dicunt, ꝙ extantibus masculis fœminæ non succedant, vt not. Io. And. in addi. Spec. in rub. de suc. ab intest. in ver.& est sciendum. Bal. in cons. 68. inter consilia Ang. inci. Martinus Io. de Florentia. Bal. in l. quod vero. ff. de legib. Saly. post Cy.& antiquos in l.1. C.de adul. & ideo attenta dicta rōne, q̄ militat in nepotibus, dicēdū est substitutionem habere locum,
4 arg.l.illud.ff.ad l.Aquil.in l.à Titio.de verb.obl.† Et hoc idē coadiuuatur ex dispositione statuti, quo cauetur in loco, quod extantibus masculis fœminæ non succedant; ad quod statutum videtur testator respectum habuisse, vt not. Bart. in l. hæredes mei. §.cum ita.ff.ad Treb.in l.ut iurisiurandi. §.si liberi.ff.de ope.li.& Pet.de Anch.in l. tres fratres.ff.de pac. Pet.de Anch.in consi.433. postquam ista domina.cum sim.ut tradit Alex.in consi.14. Viso
5 testamento.lib.4.† Et hoc idem confirmatur, quia (vt suprà relatum est) Idem dixit testator in alio testamento prius facto, in quo voluit expresse, ꝙ bona sua remanerent in linea masculina: & licet postea fecerit aliud secundū testamentum, vr, ꝙ hoc secundum recipiat supplementum, & declarationē à primo quantum

ADDITIO.

a ¶ Testatoris. Io.) Id est, an portionem patrui, qui post obitum fratris, qui actores reliquit, decessit relictis fœminis tātum. Et sic puto Decium male consuluisse, quia licet prima conclusio vera sit per ea, quæ dixi in anno.ad Alexand. in consi. 109. lib.1. consil.77.libr. 5.& supra consil. 397. tamen deficit conditio quas autem hic subdit rationes numer. 3. 4. 6. falsæ sunt per ea, quę dixi in consil. pręcedenti. & supra consil. 15. consilio 495. in quibus Deci. qui nunquam filios, sed vnicam spuriam habuit, contra filias more suo pessime consuluit. Ratio autem hic nume.5.facti est, nec concludit: potuit enim ob id pater mutasse primum testamentum, nec præsumitur error aut obliuio, si clarius probetur,& sic magis contra substitutos retorquetur, quia eorum substitutionem in nouissimo testamento apparet restrinxisse.

tum ad dictam lineam masculinam: quia in hoc non apparet de mutatione voluntatis, & ideo consonat, ꝙ etiam in secundo testamento intelligatur de masculis, vt tradit Corneus in cōs. 275. In præsenti cōsultatione. lib. 4. supra alleg. & sic ampliatur quod
b nibus. Et modicum [b] ꝯferentia ad causam dñr pertinentia, ut no. Bal. in c. qm̃. per illum textũ in uerbo, aliquid de testibus. Et pertinens dr̃ illa positio, quæ qualitercunque adminiculatur, etiam ex læui præsumptione, ut Bal. dicit in c. licet causam. de probationibus. in uers. Ex prædictis apparet. allegat Ioannem But. in l. incerti. C. de interdic. & idem no. Bal. in l. ordinarii. C. de rei uendica. & in l. cũ viri. in j. notab. C de fideicommissis. Et applicando ista ad casum nostrum dicendum est, ꝙ articuli de nouo producti omnino admittantur, quia negari non potest, quin ad causam aliquid conferant: ergo admitti debent per supradicta. Et quia isti articuli tẽdunt ad declarationem priorũ, quia in istis specificatur, qđ prius in genere dictũ fuit, quo casu non dr̃ superfluũ illud, quod exprimitur distincto modo, licet prius esset simpliciter dispositũ ut no. Domi. in c. 1. de summa Trini. & fide catholi. in 6. per glos. ibi, ubi dicit hoc no. esse pro positionibus, & articulis saluãdis, ne
3 reijciantur tanquam superflui. † Et cum noui articuli tendant ad decla-

ADDITIONES.

a ¶ Sententia.) de qua in consi. præcedenti. nu. 17. litera f.
b ¶ Modicum.] supra consi. 162. ubi dicit do. And. Tiraq. in tracta. Le mort saisit le vif. char. 263.

declarationem priorum, debent admitti, quia qui declarat, nihil noui facit. l. hæredes palam. §. si quid post. ff. de testam. vnde licet prohibita sit emẽdatio, & mutatio, non vr̃ prohibita declaratio, vt dicit Bal. in l. edita. C. de eden. & idem Bal. in l. cum in testamẽto. in fi. C. de manu. testa. & in §. quibus. in 5. notabi. in 1. constitutione. C. cum simili. ut dixi in l. edita. C. de edendo. & in capit. pastoralis. §. uerum. de appellationibus. Et ex supradictis res clara videtur, ꝙ articuli, de quibus agitur, debẽt admitti, & si res esset dubia, etiam in dubio pronuntiandum est, ꝙ admittantur: quia hoc est partibus minus præiudiciale, ex eo, quod no. Pau. de Castr. in l. 1. ff. si quis cauti. ubi concludit per illum textum, ꝙ in dubio debet pronuntiari, quod appellatio non sit deserta, tñ in casu isto, ut dixi, res non uidetur dubia, sed clarissima per supradicta. Ad secundum dubium de contrarietate articulorum, seu positionum
4 respondetur: † ꝙ positiones ita intelligi debent, ne contradicant, ut not. Bald. in l. cum falsa in fin. C. de iuris, & facti igno. & tradit Pau. de Cast. & Alex. post Bald. in l. 1. ff. ne quis eum. ubi per l. 2. quam simul legunt cum prima, dicunt, ꝙ si quis produxit articulos, uel positiones, quarum una vr̃ contrariare alteri, ad tollendum contrarietatem taliter debent intelligi, ꝙ ille, qui producit non incidat in contrarietatem. & idem Salic. in l. cum precum. in fi. C. de lib. causa. facit text. in cap. inter dilectos. §. cæterum. de fide instru. & quod no. Bart. in l. fi. §. idem quæsijt. ff. de cond. inde. & in uerbis sententiæ no. Bart. in consi. 111. Quæritur. in uersi. Super secundo quod uerba sententię ita debent interpretari, ne cõtradicant, & in qualibet dispositione debet per distinctionem, si fieri potest, contrarietas remoueri, ut Alexan. concludit in consi. 141. Viso testamento. lib. 2. cum similib. vt dixi in l. ubi repugnantia. ff. de reg. iur. & in consi. 195. Studendo breuitati. Et meritò in casu isto nulla uidetur contrarietas, quæ concordari non possit: quia licet in vno articulo dicatur de uno territorio, in alio de pluribus, concordari possunt, ꝙ respectu principatus Hassiæ vnum sit territorium, tamen quia in dicto principatu sunt comites, barones habentes territoria distincta, isto respectu dicuntur plura territoria. In tertio dubio multa uerba dicuntur sed paucis concludendum videtur, quod aut bona, de quibus agitur, sunt feudalia masculina, & clarum est, ꝙ domina Elisabeth exclu
5 ditur propter uerba sententiæ, ibi, exceptis feudis masculis: † nam feuda uidentur in dubio masculina secundum regulam, quæ excludit fœminas in feudis. capi. 1. §. hoc autem notandum. in titul. qui feud. da. poss. Proles enim fœminei sexus ad successionẽ feudi aspirare non potest, ut dicit tex. in c. 1. §. ad filios. de suc. fratr. in c. 1. de success. feud. pater. capitu. vnico. an mu. uel. ali. imperfe. Et licet in quibusdam casibus specialibus fœminæ admittantur, ut tradit Roman. in consilio. 367. Circa primum. & dixi in consilio. 208. Ad declarationem. & in dictis casibus dicitur feudum fœmineum, ut notat. in capitulo. primo. de benefic. fœmin. tamen in dubio secundum regulam videtur, quod fœmina in feudis excludatur: quia fundatam habet intentionem pars nostra, quæ habet regulam pro se, ut nota. per gloss. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. in rub. eodem titu. in 6. vnde dicit Bart. in l. quo-
a ties. C. si quis cau. quod res dicit̃ certa pro eo, qui in regula [a] fundatur, cum similib. vt dixi in l. 1. ff. de regul. iur. Et sic clarum est, quod in bonis feudalibus dicta domina Elisabeth non admittere tur de iure communi, nec attẽto tenore sententiæ & eodem modo in bonis allodialib in casu isto dicta domina excludit̃ propter uerba confraternitatum, quæ clara sunt: ex quibus patet, ꝙ fœminæ excluduntur à principatibus, dominijs, comitatibus, ciuitatibus, castris, territorijs, acquisitis, & acquirendis, ut in consilio dictũ est. & isto respectu in sententia dicitur, exceptis feudis masculis, & bonis, quorum fœminæ non sunt capaces. nam ista verba in talibus bonis debent verificari, in quibus fœminæ propter fraternitates prohibentur succedere: quia illa uerba indefinite prolata, & bonis, quorum fœminæ non sunt capaces. intelligunt̃ non solum de iure communi, sed etiam de iure speciali fraternitatũ: quia illud dr̃ de iure, ꝙ est de iure spãli, ut no. Abb. per illũ tex. in c. licet causam. de prob. in 2. not. in c. 1. in 4. not. vl lite pend. in
6 c. 3. in 3. nota. de eo, qui mit. in posses. † ideo si alicui data sit potestas iudicandi de iure, etiam de iure speciali secundum statutum loci intelligitur, ut no. Bal. in l. illa institutio. circa finem, vers. sed pone. ff. de hæredibus instituendis. Abb. in d. c. licet causam. cum simi. vt dixi ibi. Et sic patet, quod dicta sententia videtur habuisse respectum ad illud, quod disponitur in dictis fraternitatibus, & stante hac conclusione, quæ vr̃ clara de iure, non cadit disputatio an bona de quibus agit, sint allodialia, uel feudalia, quia satis est, ꝙ sint bona comprehensa in fraternitatibus, a quibus fęminæ excluduntur, ut late in consilio dictum fuit excludit̃ enim in fraternitatibus, a principatu, a dominio ciuitatũ, a comitatibus, castris, territorijs: ergo videntur exclusæ fœminæ, siue talia bona feudalia sint, siue allodialia, cum exclusio dictorũ locorum generalis sit: & ideo in hoc non videt̃ laborandũ, an feudalia, uel allodialia sint; quia qualiacunq; sint secundum fraternitates fęminę excluduntur: solum enim est considerandum, quod acquiratur bona, quæ fuerunt habita, & possessa per Gulielmum tertium, qui solus successit in principatu Hassiæ, & in omnibus aliis bonis, exclusa domina Elisabeth eius sorore, & fuit exclusa illa ratione, quia frater eius erat masculus; & qua ratione fuit exclusa à Gulielmo tertio eius fratre carnali, pari ratione excludi etiam debet per fratrem patruelem Gulielmum secundum: quia masculus est, & fœminæ incapaces sunt bonorum, de quibus agitur; & quia cum domina Elisabeth semel fuerit exclusa propter fratrem masculum, perpetuò exclusa videtur, ut no. Bal. in auth. sed & si quis. in uers. & per hoc infertur. C. de secund. nuptijs. in ca. 1. in 2. notabili. in titu. Episco. vel Abbatem. & in l. in quibus. in uersi. sed hic occurrit. C. de secundis nuptiis. Et non videtur dubitandum de qualitate bonorum, ut dixi, quia qualiacunque apud vltimum possessorem fuissent, transferri debent, & merito pars nostra habuit possessionem bonorum, de quibus agitur: & cum pars nostra habeat possessionem dictorum bonorum, parte aduersæ incumbit onus probandi, si aliquid habere prætendit: quia hoc est commodum possessionis. §. commodum. instit. de interdic. quia ut ibi dicitur. possessio facit ipsum possessorem reum, & actore non probante reus absoluitur. capi. ex literis. de probationibus. in c. fi. de iureiuran. capit. inter dilectos. de fide instrumentorum. in l. qui accusa-
7 re. C. de edendo. † Et hoc etiam procedit, si reus susciperet in se onus probandi, & non probaret, quia propter hoc non deberet condemnari, sed retinet prærogatiuam rei, quod omnino absoluatur, ex quo actor non probauit, ut notatur per gl. in l. circa. ff. de probationibus. & Salice. in l. 2. C. de probationibus. Et cum dicta bona certificata sint per possessionem, cessat oppositio, q̃ fieri potuisset de incertitudine, iuxta dictum Bart. in l. si sic. §. 1. de leg. 1. & ibi Alex. & in l. locus. ff. de acqui. possessione. & Oldrad. in consi. 164. Viso priuilegio. Nec obstat supradictis, ꝙ domina Elisabeth, si uiueret, deberet mitti in possessionem omnium bonorum etiam feudalium, quæ eius frater tempore mortis possidebat, capitu. 1. §. defuncto milite. si de feudo fuerit controuer-
8 sia inter dominum, & agnatos. † vbi dicitur, quod filia patre mortuo in possessione feudi manere debet, donec de feudo probetur & idem glo. in c. 1. de controuersia inter masculum, & fęminam de benefi. quæ dicit, quod filia debet mitti in possessionem, & postea debet agnatus petere, si prætendit aliquid iuris habere. & idẽ tenet Ioan. And. in titu. de testamen. in additio. Spe. §. penul. in fi. refert Alexan. in l. fi. circa finem. C. de edict. diui Adria. toll. Quia respondetur, quod hoc haberet locum, si à principio tãtum possessio petita fuisset, & apud alium nõ reperiretur: sed in casu isto possessio reperitur esse apud partem nostram, quæ habet dominium: quo casu non cogitur restituere possessionem: illi, qui peteret possessionem quia reus, qui conuenitur, uidetur habere ius fortius ex quo habet dominium cum possessione de præsenti, ut tradit Rota in decisionibus Bellemeræ, in deci. 36. incipien. Contra agentem. & refert, & sequitur Soci. in l. rem, quæ nobis. in 9. q. in versic. circa secundum casum. ff. de acquirenda possessione. & ad hoc facit, quia ius proprietatis absorbet possessionem. cap. cũ dilectus. de causa possessio. & proprie. no. Abb. in cap. in consultationibus. in uersic. ultimo quæritur. de iure patro. & quod not. Bartho. Veronen. in consi. 59. Omissa facti serie. in 2. dubio. Et dato, quod esset disputandum de qualitate bonorum, pars ista, quæ possidet, videtur habere fundatam intentionem, vt omnia, quæ sunt intra fines feudi vniuersalis, dicantur feudalia, si non proben
9 tur exempta: † Vnde si concedatur castrum cum omnibus pertinentiis, omnia, quæ sunt in territorio, comprehẽduntur, nisi sint exempta, ita dicit And. de Iser. in capit. 1. §. quidam tamen. uersicul. ea verò. de controuer. inter masculum, & fœmi. & quicquid
b est intra fines [b] comitatus, præsumitur de comitatu, ut not. Bal. in l. insulæ. ff. de iudic. & idem Bald. in rub. C. de contrahen. emptio. quæstio. 22. & no. Soci. in consil. 166. In causa communitatis. uersic. tertia conclusio. & facit quod no. Pau. de Cast. in l. 1. in princ. ff. de acqui. pos. imo quod plus est, vr̃, ꝙ in feudis particularibus, quæ sunt in principatu Hassię, princes habeat directum dominiũ
10 † sicut singularia feuda, quæ sunt in regno Apuliæ, sunt in directo dominio regis, licet ipsa vniuersalitas regni sit de feudo ecclesiæ, ut nota. Bartol. in l. prima in fin. C. vnde legi. & illud di-
* ctum *communiter* ibi approbatur. & idem Bald. in procemio digestorum.

ADDITIONES.

a Regula.) Idem Dec. l. certam. in prin. si certum petatur. c. in præsentia. de probationibus ubi dixi. & ad Alex. consil. 79. nu. 5. lib. 7.

b Intra fines.] Supra consi. 500. in prin. & infra consi. 528. Alexan. consil. 54. lib. 3. vbi dixi. Aymo. consi. 54. nu. 9. consi. 105. nu. 1. vnde quicquid est intra vniuersitatem multorum feudorum, præsumitur feudum, ut decidit Marthæ. Afflictus capitu. 1. si de inuestitura controuersia fuerit. §. cum autem quis. per illum text. & glo. de controuer. ipter mascu. & fœmi. de benefi. in fin. in vsib. feudo.

gestorum.in prin. Alex.in consi.1.lib.5.in hoc tamen non est magna vis, an habeat directum dominium, vel vtile, satis est, quòd consequatur illud ius, quod antecessores habuerunt, & quòd domina Elisabeth non sit capax bonorum, de quibus agitur attētis fraternitatibus, ad quas videntur iudices respectum habuisse, dū dicunt in sententia, exceptis feudis masculis, & bonis, quorum fęminæ non sunt capaces. & in istis verbis tota vis consistit, vt suprà dictum est, & quædam dubia mouentur, quæ ad casum nihil faciunt, & si faciunt, in consilio soluta sunt.

EPITOME Consi. CCCCCXVIII.

Emphyteutica re ad dominum reuersa culpa emphyteutæ ab eo facta melioramenta ad dominum spectant, quia si emphyteuta non sit in culpa, ad eum, vel eius hæredes pertinent ipsa melioramenta.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta, qui in culpa reperitur, omnia melioramenta perdit.*
2 *Emphyteusi finita per generationem finitam melioramenta emphyteuta retinet, secus si propter culpam finita fuerit.*
3 *Dominium non perpetuum qui habet, si impensas in re illa faciat, repetit.*
4 *Contractus liuellarius à contractu emphyteutico non differt.*



Viso instrumento concessionis factæ ad liuellum à Simone de Forculi Philippo olim Petro de Colognola Vallis Serchy, posito, ꝙ talis concessio finita esset per mortem dicti Philippi, reuocatur in dubium, & queritur de domo ædificata per dictum Philippum, & de aliis melioramentis, an spectēt, & pertineant ad dictum Simonem, vel ad hæredes Philippi supra dicti, & conclusiue procedendo pro uera, & breui resolutione habemus considerare duos casus. Primus est in emphyteusi finita culpa ipsius emphyteutę, qui non soluit canonem, vel
1 rem in emphyteusim datam alienauit: † Et tali casu emphyteuta, qui in culpa reperitur, perdit omnia melioramenta.l.2.ubi Bald. in prin.in 2.notabili.C.de iure emphy.& ad idem tex.in §. si vero quis locator.in Auth.de aliena.& emphyteu. colla.9. & in auth. qui rem.in fi.C de sacrosan. eccle. Secundus casus est in emphyteusi finita secundum tenorem, & formam concessionis, vt quia finita sit linea emphyteutæ, & tali casu, quia emphyteuta non est in culpa, non perdit melioramenta, vt no.Bal.in l.senatus.§.Mar-
2 cellus. ff. de leg. 1. vbi per illum tex.dicit, † ꝙ finita emphyteusi per generationem finitam emphyteuta retinet melioramenta,
a secus [a] dicit si finita sit propter culpam, quia tunc melioramenta sunt domini.d.l.2 C de iure emphy. & idem concludit Ang. in d.§.Marcellus in fi & idem tradit Bal.in c.1.§.si vasallus. in tit. hic finitur lex Federi: vbi in princi. ꝙ vasallus retinet melioramenta, quando feudum reuertitur ad dominum propter generationem finitam per illum tex. qui expressè hoc dicit, secus si reuertatur culpa vasalli, quia tunc perdit meliorationes, quas fecit, quia cum perdat principale, perdit accessoriū, d.l.2.& in emphyteuta not.Bald.in l.fi § si qui incipit, emptor autem. in versi. pone, quòd iste emptor. C communia de leg. vbi eodem modo distinguit, an res reuertatur ad dominum propter culpam emphyteutæ, vel propter finitam generationem. & ibi dicit, ꝙ ita seruatur de consuetudine.& idem dicit in d l. Senatus §. Marcellus.& idem Bal.in auth excipitur.C.de bonis, quæ liberis.ubi cōcludit, ꝙ tex.in d.c.j.§.si vasallus.debet seruari in emphyteusi. & dicit, ꝙ ista opinio naturalem habet æquitatem.& idem Bal. in l. 2 C.de rei vendi. repetit, ꝙ finita emphyteusi absque culpa ædificia reseruantur emphyteutæ, & quòd ita seruat consuetudo. & idem Bal.in l.in rem.§.tignum.in fi ff.de rei vendi. ex quibus om
* nibus constare videtur istam esse * *communem* opinionem, secūdum quam consuluit late Cuma.in consi. 57. Monasterium iure locationis.ubi arguit ad partes, & finaliter concludit, ꝙ ista opinio est tutior, & æquior per tex.in d.c.1.§.si vasallus. Et aliam rationem inducit, quia si maritus, qui habet dominium fundi, aliquid impēderit ad perpetuam vtilitatem, quamuis postea reuertatur ad mulierem, maritus illas impensas repetere potest.d.l.diuortio.§.impendia.versic planè.ff.solu.matri. & idem est in vsufructuario.l.eum, ad quem.C.de vsufructu.& in simili habetur in
3 l.domos ff.de leg.1. Ex quibus facit regulā, † ꝙ qui habet dominium non perpetuū, si impēsas facit in re, illas repetit. & ex hoc infert ad emphyteutam, vt finita emphyteusi absque eius culpa melioramenta repetere possit.& inducit glo. fi.in auth. qui rem. C.de sacrosf.eccl.& alleg.Bal.in locis suprà allegatis. vbi dicit, ꝙ ita seruat de consuetudine.& dicit Cu. in d.consi. 57. ꝙ doctori excellenti ita asserenti credendum est, allegat Bart. qui hoc dicit in l.de quibus.ff.de legi.& cum prędictis concordat Pau.de Cast. in consi.140.Primo videndum est. vbi approbat illam distinctionem, an emphyteusis sit finita culpa emphyteutæ, & perdit melioramenta, si absque culpa repetit.& hoc comprobat, quia hoc permittitur colono.l.sed & addes.§ si inquilinus.ff. locati. à fortiori hoc dicendum est in emphyteuta, qui habet ius in re, & nō debet esse deterioris conditionis, quàm colonus, argu.l.sed & si unius.in §.si seruus.ff.de iniur.& idem concludit Pau. de Cast. in consi.325.Viso puncto.in fi.vbi inquit, ꝙ tex.in d.c.1.§. si vasallus: qui loquitur in feudo etiam habet locum in emphyteusi, vt suprà dictum est. Ex quibus omnibus euidenter cōstat istam cōmunem esse opinionem, à qua in consulendo, & iudicando non est recedendum, vt no.per Ioan. And.& Ab. post alios in c. 1.de consti.Ant.de But in c.nouimus.de verb. sign.facit text. in l.1.ff. de officio quæsto.& in c.capellanus. vbi Abb. de ferijs. & tradit Alex.in consi.95.Visis processibus. lib. 2. & in consi. 51. Videretur pro decisione.lib.5 cum si.quæ nota sunt.Et applicando prædicta ad casum nostrum, primo cōsiderandum est, ꝙ concessio, de qua agitur, fuit facta ad liuellum, vt in instrumento expressè
4 dicitur.† Et talis contractus in effectu non differt à cōtractu emphyteutico, vt no.Bar.in l.1.C.de iure emphyteuti.in versi. quæro, in quo differt.& in l.si finita.§ de vectiga.in versi.3. quæro.de damno infecto.& idem tenet Car.in c.potuit.in 4.q de loc.Imo. in c.fi.in fi. de precarijs. & in consi. 8. In casu præmisso. & dixi in consi.164.Non fuisset. in princi. Secundo considerandum est, ꝙ emphyteusis, de qua agitur, finita fuit absque culpa Philippi conductoris, qui decessit sine descendentibus, quo casu ad hæredes dict.Philippi domus ædificata per dict.Philippum, & alia melioramenta pertinere debent, vt s.late conclusum fuit.& ita indubitanter, quia res clara videtur, de iure esse arbitror, & si causa esset mihi commissa, ita adiudicarem.

ADDITIO.

a ¶ Secus.) Imo indistincte omnia uera melioramenta, & quæ tenebatur facere, utroque casu perdit. nisi culpa domini expellatur. Sed non magnas reparationes, quas non tenebatur facere, in quibus seruabitur, l.in fundo. de rei vendica. vt plene, & noue dixi in authen.qui rem.C. de sacrosan.eccle.& in consue.Parisi.§.1.gl.1.nu.73.

EPITOME Consi. CCCCCXIX.

Bona fideicommisso subiecta possunt alienari pro dotis restitutione, licet obligatio restitutionis dotis sit facta post fideicōmissum iniunctum.

SVMMARIVM.

1 *Dotis receptæ pro restitutione quando pater uiuit, eius bona obligare tenetur.*
2 *Fideicommissarius habet ius in hæreditate ante restitutionem spe probabili.*
3 *Pater quod erat facturus, si uixisset, censetur uoluisse, quòd filius faciat.*
4 *Dotis fauor publicam utilitatem respicit.*
5 *Dotis pro constitutione, uel restitutione quod datur, nunquam in fideicommisso inclusum uidetur.*
6 *Fideicommissum de iure antiquo necessitatem non habebat.*
7 *Mulier, quæ dicit non esse alia bona, in quibus sibi dos restitui possit, intentionem fundatam habere uidetur.*



Visis his, quę à præclarissimo do. Consultore dicta sunt, accuratè, & diligenter omnibus consideratis, consultationis propositæ clarissimum videtur illud fundamētum, ꝙ bona, quæ sunt subiecta fideicommisso, etiā pro restitutione dotis alienari possunt, vt no.Bar.& docto.post gl. in authen. res, quæ. C communia de suc.cum simi. vt tradit Alex.in consi.64. Visis. lib. 4. Vltra superius dicta primo difficultatem facit, quia dicta
* * *communis* conclusio procedit, quando dos fuit recepta, antequam bona fuissent subiecta fideicommisso: secus si post fideicōmissum iniunctum dos recepta sit, prout in casu isto contingit, quia tali casu bona etiam pro restitutione dotis in præiudicium fideicommissi obligari non possunt.ita in terminis Ange dicit in Auth.de restitu.& ea quæ parit. versi.item no. vbi per illum text. ꝯcludit, ꝙ ad hoc, vt bona fideicommisso subiecta pro restitutione dotis alienari possint, requiritur, ꝙ obligatio dotis contracta sit ante fideicommissum, aliàs secus. & istam decisionem refert, & sequitur dn̄s Ias.in d.auth.res, quæ.in versi.5.limita.& in gl.ibi
1 in verbo, obligationem. & ibi rationem adducit, † quia quando pater viuit, tenetur sua bona obligare pro restitutione dotis receptæ à

ptæ à filio, vt in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. sol. mat. & ista ratio cessat patre mortuo: quia bona, quæ remanent, nõ possunt dici esse obligata pro dote recepta a filio post mortẽ patris.
2 † Et hoc videtur posse confirmari ratione, quia fideicommissarijs ius videtur quæsitum spe probabili, vt no. Bar. in l. is potest. ff. de acq. hære. vnde non videtur, ꝙ ius quæsitum tolli possit per receptionem dotis postea factam. Sed prædictis nullo modo obstantibus contrarium de iure esse arbitror,[a] videlicet ꝙ imò pro tali restitutione dotis bona subiecta fideicommisso alienari possint, licèt obligatio restitutionis dotis facta sit post fideicommissum. Et hoc probatur expressè in d. auth. res, quæ. vbi dicitur, ꝙ in bonis, & rebus, quæ subiectæ sunt fideicommisso, filius grauatus constituere potest dotem pro filia: & idem dicit tex. in §. quãobrem. in d. Aut. de restitu. & ea quæ parit. Cum enim dicta iura hoc permittant non obstante, ꝙ bona essent fideicommisso subiecta, apparet, ꝙ loquuntur, quando onus fideicommissi præcedebat obligationem dotis: & hoc idem colligitur in d. Auth. de restitut. & ea, quæ parit. dum ibi dicitur, ꝙ mulieres fraudabãtur ignorantia fideicommissi. ergo videtur, ꝙ tempore, quo dos dabatur, esset fideicommissum, & ita illum tex. in terminis Alex. inducit in consi. 63. Visis, & ponderatis. li. 4. suprà allegato. & hoc
* idem tenet Ioan. de Ana. vbi ostendit istam esse * *communem* opinionem in consi. 61. Visis, & ponderatis in 3. dubio. in versi. nunquid autem. & ibi ostendit istam esse communem opinionem secundum Barto. Bald. Ange. & Sali. quos ibi refert. Et secundum istam communem opinionem Soci. consuluit in consi. 23. In proposita consultatione. lib. 3. vbi secundum istam opinionem late consuluit. & ibi refert eius genitorem Marianum, & aduocatos Florentinos contra Ange. consuluisse. & ego idem superioribus annis consului, vt patet in consi. 376. Viso casu proposito. ita ꝙ de ista conclusione non videtur esse dubitandum Non ob. tex. in §. hæc igitur. in d. Auth. de restit. & ea quæ parit. & per quem motus fuit Ang. quia loquitur ibi de augmento dotis, quod fieret in fraudem fideicõmissi: quæ ratio cessat in casu isto, in quo agitur de restitutione dotis absque aliqua fraude. Non ob. ratio quam Iason adducit, dum inquit, ꝙ bona post mortem patris non possunt obligari: quia hoc non est verum: nam vt dicit Pau. de Cast.
3 in d. auth. res, quæ. † quod erat facturus pater, si vixisset, censetur voluisse, quòd filius faciat post mortem eius, argumento l. cum seruus. in versi. nam & si viuus. ff. de condi. & demon. ibi, quod ipse viuus facturus sit, ab hæredibus suis fieri voluisse intelligitur. & idem tradit Pau. de Cast. in l. si mulier §. cum proponeretur. in prin. ff. ad Trebel. & in consi. 13. Quia per supra scriptum. in prin. vbi inquit, ꝙ ratio dictæ authen. res, quæ. fundata est in obligatione, qua pater tenetur eius bona obligare pro restitutione dotis, ut no. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. solu. matri. & non potest pater derogare huic obligationi subijciendo bona fideicõmisso: quia illa obligatio, qua pater tenetur, inhæret eius bonis, & cum illis transit, ad quemcunque bona vadant; unde sicut pater, si obligasset bona pro restitutione dotis, non posset illam obligationem tollere: ita etiam si non obligauit, dicendum est, quia pro obligatis habentur, ex eo, quòd pater tenebatur se obligare, argum. l. si finita. § eleganter. ff. de damno infec. l. 2. de euictioni. l. si creditores. C. de fideicommissis. Vltimo non ob. ꝙ in fideicommisso facto ante receptionem dotis videtur esse ius quęsitum fideicommissario, quod tolli non potest. Quia responderi potest, ꝙ pater tenebatur se obligare, & illa obligato inhęrebat bonis, vt suprà dictum est secundum Paulum de Cast. & ideo quantum ad dotem restituendam non videtur ius quæsitum fideicommissario: & dato, ꝙ ius quæsitum fuisset, potest tolli ex causa fauore
4 dotis, † quæ respicit vtilitatem publicam. l. 1. ff. solu. matri. l. hoc modo. in fin. ff. de condi. & demon. & patet in d. authen. res, quę. C. communia de successio. & sic communis conclusio superius firmata videtur optimè procedere. Secũdo etiam aliqualem dubitationem ingerit: quia tex. in d. auth. res, quæ. in qua fundata est supradicta communis conclusio, videtur procedere in alienatione prohibita tacite ratione fideicommissi, & non videtur habere locum in prohibitione expressè facta in testamento, prout agitur in casu isto: quia tali casu concurrit prohibitio alienationis facta a l. & testatore, quo casu dicit Bal. in c. 1. §. donare. qua olim feud. alie. poterat. ꝙ dicta auth. res, quæ. non habet locum in alienatione expressè prohibita a testatore. Sed breuiter in contrariũ
* est * *communis* opinio, quam tenet Bar. in l. 1. §. diui. in versi. quæro, vtrum. de lega. 1. idem Bal. in l. voluntas. in versic. quæro, nunquid filia. C. de fideicom. Sali. in l. fi. in versi. quęro, an prohibitus. C. de reb. alie. non alienan. & expressè concludit Paul. de Cast. in consi. 13. Quia per eximium consultorem. in prin. & tradit Alex. in d. §. diui. & in consi. 56. Consideratis verbis testamenti lib. 1. & Soci. in consil. 75. Circa præsentem. ex quibus patet istam communem esse opinionem, à qua in iudicando non est recedẽdum: & sic etiam cessat ista secunda obiectio. Aliæ plures obiectiones remotæ fuerunt per dominum Consultorem, quæ omnes tollun tur vnico fundamẽto, ut statim dicam. Et ideo ad comprobatio-
5 nem eorum, quæ suprà dicta sunt, considerandum est, † ꝙ illud, quod datur pro constiutione, vel restitutione dotis, nunquam inclusum fuit in fideicommisso, vt dicit Bar. in d. auth. res, quæ. in versi. quæro similiter extra gl. allegat Bar. tex. in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebel. vbi dicitur, ꝙ detracta dote illud, qđ superest, restitui debet fideicommissario. & hoc confirmatur ex ratione supra allegata secundum Pau. de Cast. in d. ɔsi. 13. ꝙ non potest pater derogare obligationi, qua adstringitur ad dotem dãdam, vel restituendam subijciendo bona fideicommisso: quia illa obligatio inhæret bonis, & cum illis transit ad quemcunque bona perueniantur, vt supra dictũ est. & ex ista conclusione responsio colligitur ad omnia allegata supra in ɔ̃rium per dominũ Consultorem. Vnde primo non obstat dictum Bal. in l. fi. §. & si præfatam. in versi. 4. quæro. C. de iure delibe. quia in casu isto alienatio pro restitutione dotis fuit necessaria, & iure creditoris videtur facta, quæ irreuocabilis est, vt no. Bald. in loco præallega. per l. 1. C. debi. vend. pig. Secundo non obstat statutum, quod reseruat ius illi, qui habet non obstante adiudicatione, quia tale statutum non habet locum in isto casu, in quo fideicommissario nullum ius vr̃ competere per supradicta: qua illud, quod datum fuit pro restitutione dotis, non erat inclusum in fideicommisso: si ergo nullum ius fideicommissario competit, verba statuti non possunt adaptari, ergo statutum non debet habere locum. l. 4. §. toties. vbi Bart. ff. de dam. inf. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accu. in c. indemnitatibus. §. pe. de elec. in 6. & no. Bar. in l. ita autem. in prin. de admi. tuto. cum simi. vt tradit Alex. in consi. 17. Requisitus in caus. lib. 1. in cons. 2. Ex narratis in themate. versi. 2. principaliter. lib. 4. cum si. Et quia quando in statuto aliquid præsupponitur, si præsuppositum nõ habet locum, cessat dispositio statuti, vt no. Ful. post Iaco. But. & Sali. ibi in l. mancipia. C. de ser. fugi. & Roma. in no. 489. Statutum puniens. cum ergo statutum in isto casu præsupponat ius competere, & hoc non sit uerum, non habet locũ statutum. Et ex his tollitur aliud dubium, quod suprà tertio mouetur de fideicommissario, cui videtur reseruatum ius agendi in tra annum a die purificati fideicommissi. nam cum in casu isto fideicommissario nullum ius cõpetat ratione dotis restitutę, ista disputatio non cadit per suprà dicta. Quarta dubitatio mouetur de prouisione obtenta 1468. ꝙ domus, de qua agitur, alienari possit in preiudicium fideicommissarij: & suprà est conclusum, ꝙ talis prouisio facta in concilio generali videtur facta à principe, & valet, vt supra dictum est. in qua tamen conclusione aduertendum est, quia non erat prouisio necessaria per supra dicta, ex quo non potuit pater subijcere bona fideicommisso in preiudicium restitutionis dotis, vt supra dixi: & absque alia prouisione bona poterant alienari, quatenus erat necessarium pro restitutione dotis, & sic in casu isto non agitur de præiudicio fideicommissarij, an illa prouisio facta sit à concilio generali, & illi possit preiudicare, res non videtur sine dubio, & suprà conclusum fuit. ꝙ sic, alias consului, quòd non in causa domini Petri de Ardinghelis, vt patet in consi. 357. In causa Magnifici Petri. & resoluendo breuiter cõcludendum est quòd ex causa hoc fieri potest, & sine causa non potest, & ita videntur opiniones posse concordari. & iusta causa consideratur, vbi agitur de publica vtilitate, vt not. Bart. in l. si. C. si contra ius. vbi alleg. l. item si verberatum. §. fin. ff. de rei vendica. in l. Lucius. ff. de euictio. idem Bar. in proœmio digestorum, Abb. in consi. 20 Casus in effectu. lib. 2. & ista causa publicę utilitatis videtur subesse in isto casu fauore dotis, in qua agitur de publica utilitate. l. 1. ff. solu. matri. lege hoc modo. in fi. ff. de ɔdi. & dem. & hoc vr̃ a fortiori in casu isto procedere, in quo tollitur illa spes fideicommissi: & sic tollit ius quęrendum, quod facilius abdicari potest. l. fi. C. de acq. poss. l. qui autem. in prin. ff. de his, quę in fraudem creditorũ. l. si sponsus. §. si maritus. el 2. ff. de donatio. inter virum. in l. 1. §. confertur. de collatio. bonor. & in fideicommisso tradit Alex. in consi. 2. Visis codicillis. lib. 1. & quia ius fideicommissi inductum videtur a iure ciuili, institu. de
6 fideicommis. here. in principio † vbi dicitur, ꝙ fideicõmissa non habebant necessitatem, sed à diuo Augusto inductum fuit, vt rogatus hereditatem restituere cogeretur: ergo tale ius inductum à iure ciuili facilius tolli potuit, quia etiam sine causa auferri potest à principe, vt not. Bald. in l. fi. in versi. sed immediate opponitur. C. sententiam rescind. non posse. Ang. in l. Lucius. ff. de euict. Pau. de Cast. in l. cum hæredes. de acq. pos. in prin. in l. 3. ff. de teste. ista tamen dicta sunt ex abundanti; quia in casu isto nullum ius fuit quæsitum fideicommissario, vt suprà dixi: & hoc videtur clarissimum fundamentum, & irrefragabile, quod omnem tollit dubitationem.

ADDITIONES

a ¶ Cessat.] Suprà consi. 201. nu. 2. ubi dixi.
c ¶ Incumbit.] Alex. consi. 55. nu. 6. lib. 1. ubi dixi.

dubitationem. Nec conclusioni supra factæ obstat. ꝙ essent alia bona tempore dotis receptæ, non erant subiecta fideicommisso, quo casu cessat prouisio dictæ auth. res, quæ. quæ fuit facta in subsidium: Quia ad hoc respondetur, ꝙ in casu isto attenditur tẽpus restitutionis petitæ, ut no. tradit Pau. de Cast. in cons. 131. Circa quæ superius. & in cons. 14. suprà allegato in 2. dubio idẽ Pau. de Cast. in d. auth. res, quæ. versi. sed pone. ubi refert se consuluisse Florentiæ.
7 † Et mulier, quæ dicit nõ esse alia bona, in quibus dos sibi restitui possit, videtur habere fundatam intentionem: & asse-
8 renti contrarium onus probandi incumbit, [a] ut not. Bart. in l. decem. in prin. de uerb. ob. vbi allegat gl. in l. cum l. ff. de prob. & ad idem no. Bar. illum text. in l. fi. § licentia. in 1. notab. C. de iure deliberandi. Ang. in l. cum ex causa. ff. de re iud. Pau. de Cast. in l. maritum. ff. soluto matrim. facit quod no. Bar. in l. conficiuntur. §. codicilli. circa fi. ff. de iure codicil. Et ex omnibus suprà dictis videtur pronuntiandum esse in fauorẽ Bernardi de Ghondis, asserendo bene iudicatum, & male appellatum.

ADDITIO.

a ¶ Incumbit.) Alex. consi. 55. nu. 6. lib. 1. ubi dixi.

CONSILIVM CCCCCXX.

Gratia principis non tollit ius priuatorum, nisi ob publicam vtilitatem eum moueri constaret quia tunc priuatorum iura tolli possunt etiam sine recompensatione, præsertim quando generaliter & per viam legis id procederet. Et si particulariter alicui subdito ab eo præiudicaretur, tunc illi recompensatio fieri deberet.

SVMMARIVM.

1 *Furto, & pro rebus sublatis ciuiliter, & criminaliter agi potest.*
2 *Crimina quando per populi statutum remittuntur in status reuolutione, indulgentia solam pœnam respicit, & rei persecutionem non impedit.*
3 *Princeps in dubio alterius iuri derogare velle non intelligitur.*
4 *Princeps faciendo pacem cum inimicis damna subditis illata remittere non potest.*
5 *Ciuitas pro pace habenda suorum ciuium bona concedere potest. 6.*
7 *Cognitio super delicto si alicui concedatur, intelligitur, ꝙ criminaliter, & ciuiliter cognoscere potest.*
8 *Negatiua signo vniuersali postposita eius contrariæ æquipollet.*
9 *Exceptio in casibus non exceptuatis regulam declarat.*
10 *Beneficium principis latè interpretari debet.*
11 *Statuta, quæ contraria videntur quantum fieri potest ad concordiam reduci debent.*
12 *Nullitas ex iurisdictionis defectu semper opponi potest.*



IN causa Pistoriensi perscrutatis verbis capitulorũ, in quibus vis tota consistit, pro vera resolutione casus propositi videndum est de tribus. Primò an intẽtio reorum fundata sit virtute liberationis factæ ab excelsa Florentinorum republica. Secundò, dato, quod essent liberati, an eorum absolutioni derogatum sit a posteriori c. edito 152. de mense Aprilis. Tertiò, dato, ꝙ liberatio debeat habere locũ, an impediatur virtute sententiæ condemnatoriæ latæ per magnificum dominum commissarium Bastianum domini Gianetti de Pitis, qui de consilio præclarissimorum doctorum pronuntiauit. Circa primum, in quo
1 totum pondus videtur consistere, considerandum est, † ꝙ pro furto, & rebus ablatis, de quibus agitur, potest agi dupliciter: ciuiliter ad priuatam vtilitatem, & criminaliter pro interesse reipublicæ. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publica. l. fi. ff. de priuat. deli. l. fi. ff. de fur. est ergo videndũ, an liberatio, quæ fuit facta in ca. edito die 21. Augusti 151. intelligatur facta generaliter, ita ꝙ rei, contra quos agitur, non possint molestari criminaliter, nec ciuiliter. Et ut intelligo à nonnullis præstantissimis doctoribus, responsum fuit de iure, ꝙ dicta liberatio solum quantum ad interesse reipublicæ intelligatur, & quod priuati, quibus ius agendi ciuiliter competeret, nullo modo impediantur prætextu dictæ generalis liberationis, quominus de iure suo experiri possint, ex eo, quod
2 not. Ang. in l. si docuerit. C. de fal. † vbi inquit, ꝙ quãdo crimina remittũtur per statutum populi in reuolutione status, talis indulgentia respicit solum pœnam, & nõ impedit rei persecutionem. & ibi refert, ꝙ Perusij multas robarias fecit restitui absque pœna. & idem specialiter tradit Fulgo. in l. 2. C. de in ius vocan. vbi refert se consuluisse, ꝙ liberatio facta generaliter ab inclyto dominio Venetorum de delictis commissis tempore, quo ciuitas Vincentiæ illis acquisita fuit, solum remissa videtur pœna quò ad fiscum, & non in præiudicium priuatorum, per ea, quæ no. ibi Bar. in fi. vbi concludit per gl. ibi. ꝙ compositiones, quæ fiunt tota die cum Duce, uel Marchione non possunt tollere pœnam, quæ parti debetur. Et ista conclusio confirmatur ex cõi regula, quę dicit,
3 † ꝙ in dubio nõ vr̃ princeps iuri alterius velle præiudicare. l. 2. in § merito §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publ. l. nec auus. C. de emanc. lib. in c. super eo. de offi. deleg. cum simi. & ista conclusio etiã procedit, si motu proprio gratia facta sit, ut not. Hostien. & ibi Abb. post alios sequitur in ca. causam, quæ el. 2. de testi. & verba potius debent impropriari. quàm quod tertio præiudiciũ inferatur, ut dicunt Bal. & Car. in d. ca. super eo. per illum tex. & in proposito facit, quod no. Hostien. in cap. quanto. de iureiuran. &
4 sequuntur ibi Pet. de Anch. & Imo. † ꝙ princeps non potest faciendo pacẽ cum inimicis remittere damna illata subditis. & no. Bal. in l. si domus. im prin in versi. itẽ dicit Host. ff. de ser. vrb. pręd. Domi. in cap. authoritate. § fi. in versi. nota bene gl. de priuileg. in 6. & ex his, & quibusdã alijs rationibus tres insignes doctores consuluerunt, ꝙ hæredes domini Cæsaris teneantur ad restitutionem bonorum, de quibus agitur. & ista conclusio de plano procederet, in dubio. prout doctores loquuntur in locis suprà allegatis. Secus videtur, quando constaret de mente principis, ꝙ ex causa, videlicet pro bono pacis voluisset iura priuatorum remittere. quia ex tali causa hoc facere potest, ut dicit in terminis Angelus in l. conuentionum. ff. de pac. in fi. dum inquit, est ergo pax iusta causa, propter quã dominus potest remittere iniurias, & damna illata subditis. & idem Bal. dicit in l. bene à Zenone. in versi. quini-
5 mo. C. de quad. præscri. † ꝙ ciuitas pro pace habenda potest bona suorum ciuiũ concedere. & idem Ang. in l. venditor. §. si constat. in fi. ff. commu. pręd. concludit, quod ciuitas pro bono pacis põt remittere iniurias, & damna singularium personarum: nec eorũ consensus requiritur: & est conclusio * *communis*, a qua nullus discrepat, quod propter vtilitatem publicam imperator, & eodem modo ciuitas, quæ dominatur potest res priuatorum auferre, ut not. Barto. in l. quicunque. in fi. C. de fide instrumen. & iure hastæ fis. lib. 10. allegat l. item si verberatum ff. de rei ven. in l. Lucius. ff. de euic. & idem tenet Bart. in procemio digestorum. versic. Item quæro, quod de ciuitate. Bal. in l. rescripta. C. de preci. impe. offe. cum simil. ut tradit Alex. in consil 215. lib. 2. & Fulgo. in consil. 143. in versi. in oppositum arguitur. Pau. de Cast. in consi. 107. Donatio prædicta. in fi. & de ciuitate Florentiæ tradit Rom. in cons. 310. cum simili. quæ nota sunt. Et ex omnibus suprà dictis duæ cõclusiones habentur, quæ de iure sunt clarissimæ, & indubitanter procedunt. Prima est, quod in dubio nõ videtur princeps voluisse iuri priuatorũ derogare. † Secunda, quod ex iusta causa, & propter vtilitatem publicam potest princeps, seu ciuitas, quę habet iura principis, iura priuatorũ tollere: & hoc quando constat, & apparet de eius voluntate. Est ergo videndum in casu isto, an res sit in dubio, ita quòd prima conclusio habeat locum, prout doctores consuluerunt, an vero res sit in casu claro, ita quòd constet de voluntate superioris, quod iuri priuatorum voluerit præiudicare. Et breuiter concludendo mihi videtur satis manifestẽ constare, quod intentio superioris fuerit, quòd omnes, & singuli in totum essent liberati criminaliter, & ciuiliter ab homicidijs, rapinis, furtis, & ab alijs delictis de præterito cõmissis. & ista conclusio ex pluribus mihi suadetur. Primò, quia verba liberationis generalia sunt, quod omnes absoluti, & liberati sint, ut cõtra eos agi non possit criminaliter, neque ciuiliter. ad hoc videtur tex. in l. 1. §. quod autem. ff de aleato. ubi prætor liberat ab actione furti propter ludum: Pomponius dicebat, quod talis liberatio solummodò referebatur ad actionẽ pœnalem denegandam, ita quod non prohiberetur agere ciuiliter rei vendicatione, vel condictione furtiua. Sed contrarium ibi concludit Vlpianus dicens nõ esse verum dictum Pomponij, quia verba prætoris erant generalia, quia simpliciter dixit, si quid subtractum erit, iudicium nõ dabo. pariter ergo videtur dicendum in casu isto, vbi verba generalia sunt, ibi, *si assolueno, e liberano tutti quelli, che hauessero commessi homicidij, rapine, incendij, e furti, da quali tutti s'intendeno essere, è da hora sieno liberi, & assoluti.* quòd liberatio facta à quacunque actione intelligatur, facit tex. in l. j. §. & generaliter. ff. de legat. prestan. & ff. de testamen. milita. in l. in fraudem. in fi. Secundo hoc probatur, quia verba liberationis ad factum referunt, ꝙ liberati sint à furtis, & rapinis, quo casu videtur tolli omnis actio quæ ex tali facto oriri potest argumento l. si duo patroni §. idem Iulianus. ff. de iureiuran. in l. duobus. §. colonus. ff. eod. titul. Tertiò hoc efficaciter probatur ex verbis, quæ in prædicto capitulo habẽtur, in quibus dicitur, ꝙ de prædictis delictis aliquo modo per aliquem co-
7 gnosci non possit. † nã data alicui cognitione super delicto intelligitur, ꝙ cognoscere possit ciuiliter, & criminaliter, ut no. Bal. in dicta l. duobus. §. itẽ Iulianus. in princ. & Alex. ibi in fine sequitur. ff. de iureiur. ita ergo ecõtrà si cognitio denegata sit de crimine, videtur, quod denegata sit, siue agatur ciuiliter. siue criminaliter. Et hoc comprobatur, quia prohibitio negatiua magis præcisè

negat,

a negat, [a] quàm affirmatiua affirmet, vt not. per glo. in c. cum dilectus. de consue. facit quod not. per glo. in l. hoc genus. ff. de cōdi. & demon. & hoc maximè vr̄ habere locum in casu isto, in quo verba prohibitionis sunt præcisa, *per alcuno modo*: ergo nec crimi-
8 naliter, nec ciuiliter, qa verba illa, aliquo modo non possit, † æquipollent, ac si dicatur, nullo modo possit: quia negatiua postposita signo vniuersali æquipollet eius ɔ̄rio, vt no. Bar. post glo. in l. legitimos. §. fi. ff. de legiti. tuto. ergo dicendum est, ꝙ nullo modo de talib. delictis cognosci possit. Quartò hoc idem euidenter demonstratur ex capitulo posteriori edito M.D.2. de mense Aprilis, in quo specialiter ɔceditur, ꝙ agi possit ad recuperationem, & restitutionē rerum suarum, quas quis videt, & cognoscit esse apud alium, vt in d. c. latius ɔtinetur. ex ista enim speciali permissione datur intelligi, ꝙ in alijs casibus regulariter agi ciuiliter nō possit. & declaratur regula negatiua posita in primo capitulo, ꝙ
9 in alijs casib. etiam ciuiliter agi non possit, † quia exceptio declarat regulam in casib non exceptuatis, vt no. Bar. in l. quæsitum. §. denique. ff. de fun. instruc. & not. in §. vt autem. in Auth. de non alie. vbi glo. & Bart. & ad hoc specialiter facit, quod tradit Alex. in consi. 215. Nec arguendi sumus. in versi. 10. considero. lib. 2. vbi concludit, ꝙ constat principem voluisse tertio præiudicare, qñ particulariter excipit, a liqd in quo noluit tertio præiudicare: qa in alijs nō exceptuatis vr̄ voluisse iuri priuatorū derogare. Quintò hoc certè clarum videtur de intentione superioris, qui pro bono pacis prædictam liberationem fecit, si enim tantum liberatio facta fuisset pro interesse publico, & non inter priuatos nō fuisset remota occasio discordiæ, quæ ex litibus, & contentione nascitur. l. seruus. in versi. sed si aliqua. ff. de act. & oblig. l. cū oportet. §. sin autem res. in fi. C. de bonis, quæ lib. & ideo ad officiū iudicis spectat lites dirimere. l. quidam existimauerunt. in fin. ff. si cert. pet. & ad officium prætoris pertinet cōpescere, ne partes ad arma, & rixas concitentur. l. æquissimum. in prin. ff. de vsufru. facit tex. in l. congruit. in prin. ff de officio presi. & hac consideratione pro bono pacis, & quiete ciuitatis Pistorij facta fuit generaliter absolutio omnium delictorum ab excelsis dominis Florentinis: & ideo nullo modo consonat, ꝙ talis liberatio restringatur ad interesse reipublicæ quò ad pœnam delictorum: quia cū republica non erat contentio: sed inter ipsos priuatos adinuicē, & ideo secundum intentionem dominorum dicendum est, ꝙ liberatio generaliter facta sit non solum quò ad pœnam, sed generaliter, & quò ad iura priuatorum: quia ista videtur fuisse manifesta intentio superiorum, quę attendi debet, vt no. Inno. in c. cum ecclesiasticæ. de excep not. Bal. in l. ex facto. in 3. not. per illū tex. ff. de vulg. & pup. facit tex. in c. ex multiplici. de decim. in ca. dilecto. de verb. sig. cum si. Sextò, & vltimò supradicta omnia confirmari videntur: quia materia ista, de qua agitur, concernit vtilitatem publicam, ideo debet latè interpretari, dato, ꝙ aliàs de se odiosa esset, vt no. Bar. in l. 2. §. exercitum. ff. de his, qui no. infa. & idē. Bar. in l. quemadmodum. C. de agri. & cēsi. lib. 11. & tradit Pau. de Cast. in ɔsil. 23. Viso puncto. & Alex. hoc modo arguit in d. ɔsil. 215. lib. 2. s̄. allegato. Accedit ꝙ materia pacis fauorabilis
10 est, & tractatur de beneficio principis: † quod latè debet interpretari. l. fi. ff de cōsti. prin. in c. cum dilecti. de donatio. vnde maximè prædictis concurrentibus dicta liberatio latè debet intelligi ēt in præiudicium priuatorum, & si domini, qui fecerunt dictā liberationem de hoc interrogati fuissent, ita verisimiliter respōdissent per s̄. dicta: & hoc debet haberi pro expresso iuxta glo. in l. tale pactum § fi. ff. de pac. quę secundum Bal. ibi etiam habet locum in statutis. Et ex s̄. dictis omnibus remanet absolutum primum dubium, in quo indubitanter cōcludo, ꝙ liberatio facta sit etiam in præiudicium priuatorum, quia apparet de voluntate superioris per s̄. dicta, allegata in ɔ̄rium haberent locum in dubio. Et prædictę conclusioni non obstat, si dicatur, ꝙ recompensatio debet fieri illis, quib. voluit princeps præiudicare, vt no. Archi. in c. principale. 9. q. 3. no. Bal. in l. venditor. §. constat per illum text. ff. cōia prædio. & in l. serui. C. in quib. cau. ser. pro pre. libe. accip. Quia ad hoc respondetur, ꝙ illud procedit, qñ alicui particulari personæ specialiter ius suum tollitur, secus est, si hoc generaliter factum sit per viam legis, ut in casu isto contingit: quia tūc restauratio non requiritur, ut Alex. tradit in consi. 190. Mature. versī. nō autem. lib. 2. & idem Alex. in consi. 108. Visis his. in versī. ad tertiū argumentū. lib. 3. alle. Bar. in l. toties. ff. de polli. Secundo responderi potest, ꝙ talis recompensatio debet fieri a superiore, qui iura priuatorū abstulit, ut in simili not. Abb. in cap. pe. ver. primus igitur casus est. de re iudi. ad intellectū l. bene Zenone. C. de quad. præscri. & l. 2. de communi. re. aliena. quòd illi, qui patiuntur præiudicium propter priuilegium fisci, debent habere regressum cōtra ipsum fiscum. Et quia in casu isto si isti, qui sunt liberati, deberent recompensationem facere, liberatio in effectu elusoria redderetur, quod non est dicendum. l. si prætor ff. de iudic. l. fi. ff. ne quid in loco publi. & ex his plenè primum dubiū absolutum sit, Venio ad secundum, in quo breuiter concludendum est, quod liberationi factæ in primo capitulo in fauorem debitorum nō sit derogatum quantum ad casum nostrum in posteriori capitulo: quia priori statuto non videtur a posteriori derogatum, nisi qua
11 tenus expressè dictum sit: † & quantum fieri potest statuta, quæ videntur contraria, debent ad concordiam reduci, ut no. Abb. in c. gratum. in prin. ff. de offi. deleg. & in ca. super quæstionum. in prin. in 3. notab. eodem tit. & idem in contractibus, & conuentionibus, quia priori nunquam videtur à posteriori derogatum, nisi expressum sit, ita arguit Bar. in consi. 82. Ex facto. alleg. l. præcipimus. in fi. C. de appel. & Bal. per illum. text. idē dicit in l. pe. C. per quas perso. no. acqui. est ergo considerādum, ꝙ in primo statuto ponitur regula generalis, quòd omnes, & singuli vtriusque partis cancellariorum, & practicatorum absoluti sint, & liberati à rapinis, & furtis in præteritum commissis. in secundo posteriori capitulo, & statuto limitatè conceditur, quod recognoscentes penès aliquem res suas possint quærelare, & illas repetere, & hoc factum fuit, ut in proœmio dicitur quia videntes rem suam penès aliquem ab eo occupatam, excitabantur rancores, & odia, quia segnius irritant animos emissa per aures, quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus, ut apud Horatium legitur: & veritas oculata fide magis, quam per aures animis hominum infigitur, ut dicit tex. in §. fi. insti. de grad. Et in isto casu particulari videtur derogatum priori insti. cap. Secus ergo vr̄ in alijs rebus. quæ visæ nō fuerunt, nec cognitæ, in quibus ratio allegata in proœmio statuti cessat, & illa videtur finalis, quæ ex proœmio colligitur. l. fi. vbi Bar. ff. de hære. inst. l. 1. in princ. vbi Bar. ff ad Mace. & ideo agens, qui virtute huius statuti innititur, debuit probare qualitatem, quæ à statuto requiritur, videlicet ꝙ vidisset. & recognouisset res suas apud defunctum, uel eius hæredes, qui conueniuntur: quia qualitas requisita a statuto debet probari, ut no. Bar. in l. j. §. ait prætor. ff ne quid in flumi. publi. facit quod no. Ioan. And. in c. j. de homi. in 6. cū sim. & cū hoc nō fuerit probatū, actor obtinere non pōt: quia actore non probante, quod sibi incumbit, reus absoluitur. l. qui accusare. C. de edē. c. fi. de iurei. in c. inter dilectos. in fi. de fid. inst. & ex his in 2 dubio conclusio sit, ꝙ liberationi acquisitæ virtute primi capituli non sit derogatum in casu nostro a capitulo posteriori, quod limitate loquitur: & non verificatur in casu, de quo agitur. In tertio dubio paucis etiam concludendū est, quod sententia lata obstare nō videtur: quia in tali casu magnificus cōmissarius excessit fines suæ iurisdictionis, quæ limitata fuit ī illis, qui viderent, & recognoscerent res suas apud alium esse: & hoc lliquidatum, & probatum non fuit, ut supra dixi: & ideo dicta sententia ex defectu iurisdictionis fuit nulla. l. 1. & l. fi. C. si a nō compe. & in capitu. at si clerici. in princip. de iud. † Et de tali nullitate
b ex defectu iurisdictionis semper [b] opponi potest vt no. per glo. in cle. 1. de seque. pos. & fru. in glo. fi. & tradit Bal. in l. exceptionē. circa fi. in versī. sed pone statutum. C. de proba. Pet. de Anch. cōsi. 271. De titulis criminum. Ang. in consi. 248. Super primo. Cum. in consi. 44. Ab arbitrali sententia. in fi. Fulg. in consi. 150. Quidam ciues. Rom. in consi. 42. Visis. cū si. quæ nota sunt. & ita ex omnibus supra dictis concludendum est, ꝙ hæredes domini Cæsaris absoluendi sunt à petitis.

ADDITIONES.

a ¶ Negat.) Supra consi. 4. vbi tetigi. consi. 490. nume. 6. Tamen cæteris paribus idem est, ut noue dixi in l. 1. §. sed si mihi. de verbo. obliga.

b ¶ Semper.] Supra consi. 8. nu. 7. vbi dixi. & supra consi. 37.

EPITOME Consi. CCCCCXXI.

De iure competenti marito in bonis dotalibus, & paraphernalibus.
Et quando bona in dote data videantur.
Et quando procurator in rem suam reuocari possit.
Et de pœna lacerantis instrumentum.
Et quòd bona feudalia pro dote obligari non possint.

SVMMARIVM.

1 *Mulier nupta triplicis generis bona habet.*
2 *Paraphernalia bona vnde dicantur.*
3 *Paraphernalia bona dotis priuilegia non habent.*
4 *Paraphernalibus in bonis vxore id prohibente vir administrationem non habet.*
5 *Donatio in maritum, & vxorem non cadit,*
6 *Paraphernalibus ī bonis viri bona tacitè hypothecata pro administratione esse dicuntur.*
7 *Paraphernaliū bonorū fructus restitui debent, quatenus vsum excedunt.*
8 *Mulier ꝙ in dotem dare non possit oīa bona, quæ habet, nulla lex prohibet.*
9 *Procurator in rem suam reuocari non potest.*
10 *Bona ab vxore viro tradita an in dubio pro dote data videantur.*
11 *Mulier, quæ simpliciter nubit, non videtur omnia bona, quæ habet, in dotem dare.*

12 Dictio, perpetuo. quomodo intelligatur.
13 Donationem causa mortis qui fecit, & illam non reuocare promisit, nihilominus ipsam reuocare poterit. & nu. 14.
15 Clausula accessoria quando executionem respiciat.
16 Dictio, itaque. ad praecedentia restringitur.
17 Minor in dictis restitutionem non habet.
18 Instrumento lacerato de contentis in eo aduersarij iuramento statur.



Onsultus ab illustri domina Lucretia Estensi marchionissa Massae sup interpretatione dotalis instrumenti confecti occasione matrimonij contracti inter magnificam dominã Thadæam filiam dictæ dominæ Lucretiæ, & magnificum dominum Ioannem Baptistam comitem Scãdiani, in effectu quæritur principaliter, vtrũ dictus dominus Ioannes Baptista maritus contra uolũtatem dominæ Thadææ suæ uxoris percipere possit fructus bonorum, quæ pro octo millibus ducatis assignata illi fuerũt pro iuribus hæreditarijs dictæ dominæ Thadææ vxoris. Et pro vera resolutione primo uidendum est, quid iuris est de iure communi. Secundò an dispositio iuris communis alterata sit cõsideratis uerbis instrumenti, de quo agitur. Circa primum pro declaratione præmittendum est, ꝙ secundum Bar. in l. maritus. C. de procu. in
1 prin.† mulier habet bona triplicis generis: nam habet dotem quæ est mariti. l. doce ancillam. C. de rei ven. in l. & si dotis. vbi gl. & l. in rebus C. de iure do. in l. quamuis. ff. de iure do. in prin. & in dote non est dubitandum de fructibus, qui spectãt ad maritum pro oneribus matrimonij, l. pro oneribus. C. de iure dot. l. dotis fructus. ff. de iure dotium. l. si fi. ia. §. 1. l. si maritus. ff. de don inter uirum. l. si cum dotem §. sin autem in sæuissimo. in fi. ff. sol. mat. Secundo dicit Bart. in d. l. maritus. mulier habet bona paraphernalia, quæ à muliere tradita sunt marito extra dotem, & in his uide-
2 tur maritus esse procurator uxoris. l. fi. C. de pac. cõuen.† & dicũtur paraphernalia à para, id est præter, & pherni, idest dos, quasi præter dotem ut no. per gl. in rub. C. de pac. conuen. Azo in summa illius titul. in uer. res autem paraphernales. & in summa C. de iure dot. & habetur in practica Papiẽsi in forma libelli, quo vxor agit ad dotem in uerbo, tanquã bona paraphernalia. Alex. in consi. 164. Circa primum. li. 5 Corn in consi. 306. Opportunum. lib. 3. & cum prædictis concordat Cum. in consi. 140. Quæritur, nunquid bona. in prin. & ibi in subscriptionibus aliorum doctorum, de quibus ibi apparet, idem habetur. Tertiò dicit Bar. in d. l. maritus sunt bona, quæ mulier habet apud se; & non sunt tradita marito, in quibus maritus non est procurator, vt no. in d. l. maritus. & de isto triplici genere bonorum mulieris, ut dictũ est, not. Bal. in consi. Est sciendum, ꝙ mulier. refert, & sequitur Alex. in consi. 43. Super præmisso themate. in princ. li. 1. & in consi. 63. Super primo dubio. lib. 2. Ex præmissis ad casum nostrum infertur, ꝙ bona illa tradita domino Ioan. Baptistæ marito pro octo millibus ducatis fuerunt, & sunt bona paraphernalia, quia data sunt ultra dotem, vt suprà dictum est: quo casu bona paraphernalia sunt se-
3 parata, & distincta à dote,† Et non habent priuilegia dotis, ut no. per glo. in l. si ego. §. dotis. ff. de iure dotium. in uerbo, conditi. & ideo appellatione dotis, uel dotalitij non ueniunt bona paraphernalia, vt dicit Ant. de But. in c. plerunque. in prin. in 3. oppositio. de dona. inter virum, & uxo. Alex. in consi. 36. Viso themate. lib. 6. quod consilium est repetitum in consi. 203. lib. 7. & facit tex in d. l. si ego. § dotis, ubi dicitur, ꝙ dotis causa data sunt, quæ in dotem dantur, secus est in bonis paraphernalibus, quæ non sunt data in dotem, vt textus ibi prosequitur, & Bal. ibi per illum tex. dicit, ꝙ bona paraphernalia tradita ab uxore marito in dubio non uidentur sic tradi, ut dominium transferatur. & dicit ibi Bald. ꝙ
4 traduntur viro, ut non sint in dote.† Et in talibus bonis paraphernalibus non habet uir administrationem vxore prohibẽte, ut est tex in l. hac l. C. de pactis conuent. & res paraphernales possunt uendicari ab uxore etiam cõstante matrimonio, ut Bal. cõcludit in lege ubi adhuc. in uersiculo, item quæritur. C. de iure dot. allegat. l. fin. C. de pactis conuen. Alex. sequitur in consi. 144. Circa primum lib. 5. & ibi dicit, quòd uxor potest de illis disponere tanquàm de proprijs, quia non sunt data in dotem, & de bonis paraphernalibus tenetur maritus, qui administrauit uxori rationem reddere. l. penult. quæ incipit, maritus. in princ. ff. ad leg. Falcidiã. Sed dubium est de fructibus bonorum paraphernalium, in quo
* *communiter approbatur distinctio Bar. in d. l. pen. in prin. ff. ad legem Falcid. ubi inquit, quòd aut fructus extant, & debent restitui uxori, uel eius hæredibus. l. si stipulata. § j. ff. de donatio. inter uirum. & facit tex. in d. l. fin. C. de pac. conuen. aut sunt consumpti, & tunc si percepti sunt contra uoluntatem uxoris, restitui debẽt uxori. l. de his. C. de donat. inter uirum. in fin. ibi, si uero contra uoluntatem tuam omnia tibi restitui oportere. tales enim fructus maritus non percipit contra uoluntatem uxoris. licèt secus sit in fructibus dotis, ut no. Pet. de Anch in consi 94. Ista domina Ioanna. in uersi. postremo. Si uero consumpti sunt de uoluntate uxoris, maritus illos lucratur, si industriales sunt. d. l. fi. cum gl. C. de pac. conuen. secus si fructus naturales sint, quia maritus tenetur illos restituere, quatenus sit factus locupletior, d. l. si stipulata. §. j. & hoc uerum est, nisi essent paruæ æstimationis, argum. l. si id, quod. §. 1. & lege utrum. ff. de donat. inter uirum. & ista distinctio magis communiter approbatur, ut dicit Alex in d. l. penulti. ad legem Falcidiam. & idem Alex. in consi. 144 lib. 5. Circa primum. sequitur d. Bar. & allegar Bald. consuluisse in consilio incipiente. Et est sciendum, quod mulier. ubi supplet ad distinctionẽ Bar. qui considerat duos casus tantùm, quando fructus sunt cõsumpti de uoluntate uxoris, uel contra uoluntatem, de qua apparet, & omisit tertium casum, quid in dubio, & tali casu cõcludit, ꝙ maritus nihil lucretur, sed omnes fructus, qualescunque sint, restituere tenetur, alle d. l. pen. ad legem Falcidiam. & quia in dubio non præsumitũ quis iactare suum, l. cùm de indebito. in prin. ff. de probationib. c. super hoc de renũtiat. & quia mulierum genus auarissimum est, d. l. Si stipulata. §. 1. & in lege si ego. ff. ad Velleia. & quia uxor debet sustentari à marito, non maritus ab uxore, ut not. in l. ex animo. ff. de dona. inter uirum. Et quia propter reuerẽtiam, quam uxor habet erga maritum, præsumitur dissensus. l. 1. §. onerande. ff. qua. re. actio non detur. & ista etiam refert, & sequitur Alexand. in l. pen. ad leg. Falcid. & in consi. 43. Super præmisso themate in 1. lib. & in consi. 63. Super 1. dubio. libro 2. & distinctionem Bar. dicit Imo. in d. l. penult. procedere, siue trãslatum sit dominium, siue non, quia utroque casu est eadem ra-
5 tio,† quia inter maritum, & uxorem non cadit donatio. l. j. & per totũ. ff. de donatio. inter uirum, & uxorem. & prædictis adde Paulum de Cast. in consilio 187. Super primo reperio diuersas opiniones & ibi in principio approbat opinionem glo. in d. l. fina. & in d. l. ubi adhuc. C. de iure dotium, quod indistinctè fructus paraphernalium spectent ad uxorem & consilium Pau. de Cast. refert Corn in consi. 129. Ad euidentiam. li. 4. & ibi in fi. refert Bal.
6 in consi. incipien. Quædam sunt res.† ubi inquit, ꝙ res paraphernales sunt in dominio uxoris, & in administratione uiri: & pro tali administratione bona mariti sunt tacitè obligata. d. l. fi. de pace Cõstan. & in talibus bonis maritus non facit fructus suos, sed habet potestatem consumendi pro se, uxore, & familia: sed quatenus extant, uel conuersi sunt in res mariti, repeti possunt. & idem
7 not. Bald. in l. si uitia matre. C. de bo. mater. in fi.† ubi concludit, quod fructus bonorum paraphernaliũm debent restitui, quatenus excedũt usum, quia cum maritus, & uxor sint vna caro usus promiscuus esse debet. & idem not. Bald. in cap. pen. in uersic. Extra quæritur de consuet. & ex omnibus supradictis concludendum est secundum dispositionem iuris communis quod domina Thadea habeat dominium in dictis bonis paraphernalibus, & illa uendicare possit, & de illis dispone e pro arbitrio uoluntatis. de fructib. uero, quod saltẽ naturales repetere possit, quatenus supersunt, secundum supradicta: & ita absolutum sit primum dubium attento iure communi. Venio ad secundum dubium, in quo maior uidetur dubitatio & uis tota consistit. Et primo uidẽdum est, an dicta bona tradita Marito ab uxore pro octo milibus ducatis data uideantur in dotem. Et prima facie uidetur dicen-
8 dum, quod sic,† quia nulla lex prohibet, quominus mulier possit omnia bona, quæ habet, dare in dotem. l. nulla. C. de iur. dot. & mulier nubendo simpliciter uidetur omnia eius bona dare in dotem, ut no. per gl. & Bart. in l. mulier bona. ff. de iure dot. & quod not. Bar. in l. quod autem. ff. eod titu. Et hoc saltem uidetur procedere, quãdo talis dos dignitati mariti conueniret, prout in casu isto uidetur: & ita dicit Bart. in l. si constante in princ. in 4. quæstione tertiæ partis principalis. in fin. in uersic. præterea hoc alia ratione probatur. ff. solu. matrimo. & idem not. Bald. in l. fin. uer. sed quid si tradit omnia bona. C. de senten. quæ sine cer. quanti. & hoc videtur comprobari in isto casu per verba instrumenti, in quibus dicitur, quòd bona octo millium ducatorum tradita sũt pro supra dotib. quasi data sint in augmentum dotis: quo casu de augmento dotis idem iudicatur, quod de ipsa dote. l. etiam. C. de iure dot. in l. 4. eod. titu. & in l. inter socerum. §. cum inter. in fin. ff. de pac. dot. & sic dicta quantitas octo millium ducatorum uidetur confusa cum dote sex millium ducatorum. Et hoc confirmari uidetur, quia dicta bona pro octo millibus ducatis tradita sunt marito ad habendum, possidendum fruendum, & vsufructuandum, & ad faciendum perpetuò, quicquid marito placuerit: ex hac enim ampla potestate data marito consonat, quod talia bona tradita sint pro augmento dotis, in qua dote maritus fructus habere debet l. dotis fructus. ff. de iure dot. l. pro oneri-
9 bus. C. eod titu. cum simi. suprà alleg.† & quia in instrumento dicitur, quod constituit illum procuratorem in rem suam, quo casu procurator in rem suam reuocari non potest, ut not. Bald. in l. si pater. in princip. C. man. not. in l. illam. C. de donat. per quam ita dicit Bartol. in l. si procuratori. ff. de condic. ob. cau. His tamen non obstantibus ulterius cogitanti contrarium de iure esse arbitror, quod dicta bona assignata marito pro octo millibus du-

gatis nõ sint data in dote, nec pro augmento dotis, sed vltra do
tem, tanquam bona paraphernalia tradita fuerunt, quia cũ prius
dos certa sex millium ducatorum constituta sit, ista bona ultra
dotem data dicũtur paraphernalia, vt in terminis no. Bal. in l. fi.
in uersi. sed nunquid præsumitur. C. de sent. quæ sine cer. quan.
10 † vbi quærit, an in dubio res tradita viro præsumatur tradita in
dotem, vel sint bona paraphernalia? & concludit, φ si apparet
de certa quantitate in dotem promissa, quicquid vltra dotem
traditum reperitur, paraphernale præsumitur. & idem etiam di
cit in l. nulla. C. de iure dot. in ver. sed pone. vbi considerat, quòd
ex quo dos fuit limitata in certa quantitate, vel certis bonis, alia
bona, quæ traduntur postea, sunt paraphernalia, quia designatio
dotis facta in quibusdam in alijs negare videtur, arg. l. maritus. C.
de procurat. & hoc videtur procedere secundum regulam, quia
bona paraphernalia dicuntur illa, quæ tradita sunt marito extra
dotem, vt no. Bar. in l. maritus. C. de procur. cum simi. suprà alle-
gatis. & bona paraphernalia separata sunt à dote. d. l. si ego. §. do
tis. ff. de iure dot. & ibi dicit Baldus, quòd in dubio non tradũtur
marito, vt transferatur dominium, & traduntur viro, vt sint non
in dote, vt suprà dictum fuit. & in talibus bonis non potest mari-
tus percipere fructus contra voluntatem vxoris, vt no. Bar. in d.
l. penult. in princip. ff. ad leg. Falcidiam. per l. de his. C. de dona. in
ter virum. cum similib. suprà allega. & ita dicit Bald. in d. l. vbi ad-
huc. vbi refert se ita consuluisse, cum similib. vt tradit Aret. in
consi. 160. Longa est ista consultatio. & ex his fundata videtur in-
tentio dominæ Thadææ contra maritum, vt contra eius volun-
tatem fructus dictorum bonorum paraphernalium percipere
non possit. Superest respondere ad allegata suprà in contrarium,
& in responsionibus ueritas manifesta apparebit. Primo ergo nõ
obstat, dum dicitur, quòd videtur omnia bona dedisse in dotem:
quia respondetur dupliciter, quia primo dato, φ illud dictum
esset verum, videtur procedere, prout loquitur, quando mulier
nubit simpliciter, & de bonis nihil dictum fuit. Secus videtur in
isto casu, in quo primò dos certa constituta fuit, & postea dicta
bona hæreditaria tradita sunt, quæ paraphernalia sunt, & non
videntur data in dotem per supradicta, & ista videtur clara res-
ponsio. Secundò respondetur, quòd non sit verum quod mulier
nubendo simpliciter videatur dare omnia bona in dotẽ: ita con-
cludit Bar. in disputatione sua incipiente, Mulier habens magnũ
11 patrimonium. in versiculo, secundo casu. † vbi concludit, quòd
mulier, quæ nubit simpliciter, non videtur bona, quæ habebat,
a dedisse in dotem.[a] alleg. l. fin. C. de diuortijs. & textum in Authẽ.
de nupt. §. si quis enim. in uersic. & si mulier. Et gl. allegata suprà
in contrarium in d. l. mulier bona. non dicit hoc, sed potius vo-
luit cõtrarium, dum allegat ad hoc dictũ Aristo. & postea dicit,
quod lex hoc non dicit. & illam ad hoc allegat Bald. in authen.
res, quæ. versicu. sed nunquid præsumitur. C. communia. de leg.
& Bal. ibi illam sequitur. & Ang. idem tenet in l. 1. ff. solu. matri-
mo. cum similib. vt tradit Alex. in consi. 144. Circa primum du-
bium. libro 5. Non obstat, quod dicta bona octo millium duca-
torum data sint pro dotibus, & sic videntur data pro augmento
dotis, vt supra arguitur: quia negatur, quod pro argumento dotis
data sint, quia uerba illa pro suprà dotibus. hoc non important,
quia verbum illud, suprà. intelligitur, id est vltra. l. diuortio. §. ob
donationes. versiculo, item si locatio. ff. solu. matrimo. l. ex con-
ducto. §. si vis tempestatis. versicu. sed & si labes. ff. locat. & hoc
patet in legato relicto dominæ Thadeæ in testamento patris, ad
quod instrumentum dotis se refert, & in dicto instrumento do-
tis expressè dicitur, ultra dotes: & talia bona vltra dotes sunt bo
na paraphernalia, vt suprà dictum est: & quia dos limitata fuit in
sex millibus ducatis, ergo bona ultra illam summam tradita di-
cuntur paraphernalia, vt arguit Bal. in d. l. nulla. C. de iure dot. &
sic patet, φ dicta bona octo millium non sunt confusa cum dote,
sed omnino separata, & distincta. & hoc idem colligitur ex testa-
mento patris dominę Thadææ, in quo separata sunt bona dotis:
& dicta bona octo millium ducatorum illi relicta nomine hære-
ditatis. & idem habetur in instrumento dotis, vbi fuit facta consi
gnatio bonorum pro sex millibus ducatis nomine dotis, & pro
octo millibus ducatis nomine hæreditatis. ex quibus omnibus
constare manifestè videtur, φ ista bona, quæ dicuntur parapher-
nalia, non sunt dotalia, & de hoc non est dubitandum per supra
dicta. Vltimo non obstant illa verba instrumenti pregnantia, ad
habendum, possidendum, fruendum, & vsufructuandum, & ad
faciẽdum perpetuo, quicquid marito placuerit. quia ad ista ver-
ba in quibus fit difficultas, respondetur, & primo considerandũ
est, φ illa verba, & ad faciendum perpetuo, quicquid marito pla
cuerit intelligi debent de vsufructu, seu de fructibus, de quibus
ibi loquitur, quia clausula generalis, quæ subijcitur, restringitur
secundum præcedentia. l. si §. cui dulcia. ff. de vi tri. oleoq; lega. &
in c. sedes. de rescri. & no. Old. in cons. 8. Quidam paterfa. Bart. in
l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cau. Signo. in cons. 70. In quę
stione. in fi. Ro. in consi. 103. Si admitimus. & in consi. 271. Visa
tota. cum simil. & esset absurdum in casu isto, φ maritus habe-
ret liberam potestatem disponendi de dictis rebus generaliter,
vt verba sonant, ideo verba temperari debent, ne absurdum se-
quatur. l. nam absurdum. ff. de bo. lib. cap. in Genesi. de elec. in c.
12 quemadmodum. de iureiuran. † & verbum illud, perpetuo. intel-
ligitur, donec viuat propter subiectam materiã: quia vsusfructus
morte finitur. §. finitur. institu. de vsufru. l. 3. §. fi. ff. quibus modis
vsusfruc. amitta. & in simili est tex. vbi perpetuo intelligitur, do-
nec viuat, in l. 1. ff. pro socio. no. per glo. in clem. 1. in verbo, eius.
de rebus ecclesiæ non alienan. & sic in effectu per verba supradi-
cta videtur marito cõcessus vsusfructus in dictis bonis parapher
nalibus. & cum tali casu maritus percipiat fructus de uoluntate
vxoris, si consumpti sunt, non tenetur maritus ad restitutionem
secundum ea, quæ suprà dicta sunt: & talis concessio vsusfructus
videtur facta per vxorem marito vti procuratori vxoris, vt not.
Bar. in d. l. maritus. C. de procurat. facit tex. in l. fin. C. de pac. con-
uen. & in d. l. maritus. & cum dicatur procurator vxoris in talibus
bonis, sequitur, quod reuocari possit per ipsam vxorem, quia
procurator ad nutum, & voluntatem domini reuocari potest. l.
ante litem. ff. de procurato. in l. si quis cum procuratorio. §. fina.
ff. eo. tit. ca. quamuis. in princip. de procura. in 6. & intantum hoc
procedit, quòd non valet pactum, quòd procurator reuocari nõ
possit, vt notat Bart. in l. cum precario. ff. de precario. & etiamsi
promissio de non reuocando facta sit cum iuramento, tamen re-
uocari potest, vt no. per gl. in c. fin. in verbo, reuocatus. de procu-
rat. in 6. & tradit Alex. in consi. 18. in princip. visis capitulis. lib. 2.
Pau. de Cast. in con. 57. Venerabilis vir. Angel. in consil. 225. Pun-
ctus talis est, Martinus de Florentia. & idem Angel. in l. & in per-
petuum. ff. de procurat. & ideo illa facultas data marito, vt perpe
tuo fructus percipere possit. intelligitur, nisi reuocata sit secun-
dum naturã actus: & in simili no. Bal. in l. cum quis. ver. sed pone.
13 de condi. ob causam. † vbi concludit, quod ille, qui facit donatio
nem causa mortis, & promittit illam non reuocare, potest tamen
reuocare, quia illa promissio de non reuocando intelligitur re-
bus sic stantibus: secus si illum pœniteat secundum naturam do-
nationis, quæ per pœnitentiam reuocatur. & dictum Bal. in l. cũ
quis. sequitur Alexan. in l. quæ dotis. in versic. sed iuxta hoc cadit
dubitatio. ff. soluto matrim. & idem tradit. Corneus in consi. 126.
Licèt in hac consultatione. in versic. & propterea licèt. libro 1.
14 † vbi inquit, quòd verba illa instrumenti, in quibus ille, qui do-
nauit causa mortis, promisit attendere, obseruare, & in nullo cõ
trafacere, non impediunt, quominus donatio per pœnitentiam
reuocari possit secundum naturam donationis causa mortis, quę
potest per pœnitentiam reuocari. l. non omnis. in princip. ff. si
cert. peta. & quia clausula illa, ad habendum, tenendum, &c. res-
picit executionem, & non videtur alterare ea, quæ suprà dicta
sunt, argum. tex. no. in clem. 1. in fin. de præben. & per illum text.
dicit Imo. post Card. in c. quoniam Abbas. de officio delegat. φ
illa verba, authoritate nostra cognoscas. faciunt commissarium
15 delegatum, quando apponuntur in principali dispositione, † se-
cus in clausula accessoria, quæ respiciat executionem, putà si di-
cat, quòd superior, qui committit, habebit ratum, quicquid eius
authoritate factum erit: quia verba illa non attenduntur. & in si-
mili not. Bart. in l. 1. in versicu. quæro secundum Pet. ff. de officio
procura. Cæsar. cum simi. vt tradit Felin. in cap. licèt. de offic. or-
din. Accedit etiam, quod huiusmodi clausulæ apponi solent a no
tarijs secũdum formularia, quę ipsi habent, ideo non debẽt mul-
tum ponderari, vt in simili no. Bar. in l. 1. in 6. quæstione. in fin. ff.
de iure codicil. & Cardi. in consi. 129. Ad primum. in fin. & tradit
And. Sicu. in consi. 52. lib. 2. vbi similia adducit. Vltimò non ob-
stat, quod procurator in rem suam reuocari non potest: quia ad
hoc respondetur pluribus modis. & primò, quod illud verum
b est in procuratore constituto ex necessitate,[b] puta in emptore
hæreditatis, qui cõstituitur ex necessitate conuentionis, vel obli-
gationis præcedentis, & tali casu reuocari non potest, quia si con
stitutus non esset, deberet constitui. Secus est in procuratore cõ-
stituto voluntarie, prout in casu isto videtur, quia reuocari po
test, vt not. Bald. in l. 1. in versicu. secundò quæro. C. de actio-
ni. & obligationi. idem Salicet. ibi in 2. quæstione. Secundò iste
procurator constitutus fuit procurator in rem suam limitatè,
ita quòd actionibus vtilibus, & directis ualeat experiri, uerbum
16 enim illud, ita quòd. † restringit præcedentia ut not. in l. Lucius.
§. quæ habebat. ff. ad Trebe. in l. hac edictali. §. his illud. C. de sec.
nup. in fin. & sic in isto casu uidetur, quòd procurator in rem
suam constitutus limitatè ad istum solũ effectum, ut actiones nõ
solum utiles, sed etiam directas intentare possit, & non alio re-
spectu

ADDITIONES.

a ¶ Dotem.] Idem Alexan. consi. 144. vbi in annot. dixi. lib. 5. & consi. 122.
nu. 7. cum seq. consi. 142. nu. 2. lib. 7.

b ¶ Necessitate.] Melius dicere trãseũte in cõctũ cũ tertio, ut in l. vlt. de sol.
ide Bal. in l. id, qđ pauperibus. q. 24. C. de epis. & cle. l. si q̃dẽ. C. de act. & obl.

spectu dicatur in rem suam, quia limitata causa limitatum effectum producit. l. in agris. ff. de acquir. rerum dominio. l. si de certa. C. de transac. l. cancellauerat. ff. de his, quæ in testamen. delen. Tertiò respondetur, ꝙ in casu isto nullo modo dicendum est, ꝙ reuocatio procuratoris impediatur, quia sequeretur, ꝙ de facili quilibet procurator irreuocabiliter constitui posset apponendo verbum illud, in rem suam. & hoc est contra supra dicta, vbi dictum fuit, ꝙ reuocatio procuratoris non potest tolli etiam cum iuramento. & hoc etiam probatur, quia verba intelliguntur secundum subiectam materiam. l. si stipulatus. in princ. ff. de vsur. l. damni infecti quidam. in prin. ff. de dam. infec. l. si vno. in prin. vbi Bar. ff. locat. & verba generalia reducuntur ad ea, quæ sunt de natura actus, super quo proferuntur, vt dicit Bald. in l. à procuratore. C. manda. & ideo cum verba illa in rem suam prolata sint in administratione rerum paraphernalium, consonat, quòd intelligantur secundum naturam paraphernalium, quæ est, quòd spectent ad vxorem pleno iure, & ad maritum, quatenus vxor voluerit, & permiserit: & faciunt quæ supra dixi de donatione causa mortis, quæ potest reuocari secundum eius naturam non obstantibus verbis generalibus, quæ videbantur reuocationem impedire. Allegata supra in contrarium procedunt, quando tractatur de præiudicio tertij, cui erat ius quæsitum ex obligatione præcedenti, vt supra dictum est secundum Bal. & Sali. in d. l. 1. de acti. & obliga. Quarto ad confirmationem supra dictorum considerandum est, quòd dicta clausula, de procuratore in rem suam, est accessorie posita, & respicit executionem, & non debet alterare principalem dispositionem: & quia est apposita ex stylo notarij, non multum debet ponderari, vt supra dixi, & gratia breuitatis non repeto. Et ex prædictis absolutum sit primum, & principale dubium, in quo vis tota consistit; & conclusio est, quòd de iure communi in bonis paraphernalibus, de quibus agitur, maritus nullum ius habet, nisi quatenus ab vxore illi concedatur, & talis concessio facit maritum procuratorem, qui ad nutum vxoris reuocari potest. Venio ad illud dubium, in quo quæritur, an dominus Ioãnes Baptista, quia lacerauit instrumentum donationis, habeat restitutionem in integrum, vt illud impugnare possit? & 17 paucis concludendum est, quod non; † quia in delictis minor non habet restitutionem. l. si causa. in § nunc videndum. ff. de minorib. ibi, & placet in delictis minoribus non subueniri. & in l. auxilium. in prin. ff eodem tit. in l. 1. C. si aduer. delic. & not. Bar. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. post glo. ibi, Abbas tradit in cap. 1. de dolo & contuma. & facit quod no. Bar. in l. 1. § nuntiatio. ff. de noui op. nunt. vbi concludit, quòd minoribus existentibus in vero dolo non datur restitutio. Et punitur dictus dominus Ioã. Ba-
18 ptista, qui lacerauit instrumentum inter alia in hoc, † quia standum est iuramento aduersarij de contentis in dicto instrumento lacerato, vt no. Bald. in l. 1. C. de fide instrumentorum. in versi. sed hic dubitatur. per legem, si de possessione. C. de probationib. & idem Bald. in l. qui accusare. in versic. item dico. C. de eden. & sequitur Abb. in ca. accepimus. de fide instrumentorum. In vlti. dubio. cum appareat bona allodialia mariti non esse sufficientia, & alia bona, quæ sunt feudalia, pro dote obligari non possunt, c. 1. §. donare. in tit. qualiter olim feud. alie. poterat. not. in c. nuper. de donationibus inter virum, & vxor. & in c. 1. in prin. de prohibita feudi alienatione per Federicum. concludendum videtur, ꝙ maritus debeat cautionem præstare, sicut quando maritus vergit ad inopiam. cap. per vestras. de dona. inter virum, & vxo. no. Bart. in l. si constante. §. quoties. ff. solu. matrimo.

EPITOME Consi. CCCCCXXII.

Præceptores S. Antonii de Viena saltem pro maiori parte confessi, & communicati capitulariter congregantur ad eligendum Abbatem, & publicato scrutinio committunt Ioã. Laurentini, qui de illorum mandato eligit A. cuius electio præsentatur Pontifici, vt confirmetur. Contra quam multæ fiunt oppositiones, quæ transmittuntur resoluendæ. Deci. respon. quia A. erat excommunicatus tempore electionis, & non apparet legitime de mandato L. huiusmodi electio est nulla; Ideo alia electio fieri potest etiam à minori parte. Ad quam non sunt vocandi præceptores membrorum dependentium, sed illi tantum, qui tunc in monasterio reperiuntur, dummodo sint professi, & sacris initiati.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus maiori excommunicatione nec eligi, nec eligere potest.*
2 *Compromissum de eligendo prælatum in extraneum fieri potest.*
3 *Instrumento si dicatur, Titius procurator talis, vt constat tali instrumento. non per hoc probatur, quòd sit procurator, nisi instrumentum producatur. 4.*
5 *Verba enuntiatiua, quæ de vnione mentionem faciunt, vnionem non probant.*
6 *Eligendi potestate si maior pars priuetur, ad pauciores potestas deuoluitur. 8.*
7 *Eligentes scienter indignum eligendi potestate ipso iure priuati sunt.*
9 *Eligentium maior pars si in scrutinio consensit in eligendo scienter indignum, non per hoc eligendi potestate priuata est, sed in tali consensu persistere debet, donec communis electio secuta fuerit.*
10 *Excommunicatione à minori etiam simplex sacerdos absoluere potest.*
11 *Participatio, quæ cum excommunicatis fit, necessitate ecclesiæ vrgente minorem excommunicationem non inducit.*
12 *Defensio necessaria dicitur, quando agitur de repellendo malũ prelatum.*
13 *Excommunicatus non habetur aliquis ante denuntiationem.*
14 *Vocem in capitulo non habet in sacris non existens.*
15 *Vocem in capitulo non habent non professi.*
16 *Qualitas, cum qua homo non nascitur, probari debet.*
17 *Prior monasterij inferioris subiecti maiori monasterio an habeat vocem in electione Abbatis monasterij maioris bona distincta habentis. 8.*



IN causa electionis factæ in discordia in ecclesia sancti Antonij de Vienna ad plura dubia, quæ de curia summi Pontificis trãsmissa fuerunt, sic breuiter responderi pôt. Et ad primum, clarum videtur de iure, ꝙ electio facta per dom. Ioan. Laurentinum excommunicatum va ida nõ fuit,
1 † quia excommunicatus maiori excommunicatione, prout in dubio intelligitur, ca. pen. de sent. excom. eligi non potest, nec eligere, ut tradit Rota in decisio. 195. Acceptatio facta. in nouis. per c. postulasti. in prin. de cleri. excommu. mi. & no. in c. cum bonę. de ęt. & qua li. ubi gl. & Abb. in c. illa. circa fi. de elec. c. cum dilectus. de cõsue. cum ibi no. & facit tex. in c. cum inter R. de elec. & quod no. Abb. in c. 2. de postul. prælato. Non obst. ꝙ mandatum fuit factum dicto dom. Ioanni publicato scrutinio, quo casu eligentes uariare non possunt. c. publicato. de elec. quia hoc non impedit, quominus electio dicatur facta per excommunicatum, cui mandatum fuit, ꝙ eligeret, quia cum per uiam scrutinij processum sit, publicato scrutinio per unum est facienda, & pronuntianda communis electio, ut est tex. in c. sicut. de elec. in 6. & talis commissio fieri potest etiam illi, qui nõ sit de collegio, arg. c. causam, quæ. de elec.
2 † vbi compromissum de eligendo prælatum potest fieri in extraneum: & ibi Abb in 2. no. & per illum tex. in d. c. causam, quæ. hoc dicit Spec. in tit. de elec. §. 1. in versi. quid si ille. refert, & sequitur Philip. Franc. de Perusio in d. c. sicut. in prin. & ibi etiam dicit, ꝙ si ille, cui mandatum sit, vt pronuntiaret electionem communi nomine, esset occulte excommunicatus, hoc non noceret, secus videtur si publice excommunicatus sit, prout erat in casu nostro, quia electio nõ ualeret per supra dicta. In secundo dubio, in quo quæritur, an per verba notarij asserentis in processu, ꝙ dictus do. Ioan. Laurentinus elegit dictum Antonium de mandato illorum, qui in ipsum notarium direxerunt, An per ista verba, de mandato dictorum. sufficienter probetur de mandato? & in hoc breuiter est dicendum, ꝙ non probetur mandatum per regulam, quę
3 habetur in auth. si quis in aliquo. C. de eden. † vbi Bald. circa fi. dicit, ꝙ si in instrumento dicatur, Titius procurator talis, ut constat
a tali instrumento. [a] non per hoc probatur, ꝙ sit procurator, nisi instrumentum producatur. & idem no. Car. l. in c. fin. de instr. post Inno. in ver. quæro tabellio. & tradit Alex. in consi.
4 Lecto, & discusso. li. 3. † Vbi dicit, ꝙ per verba narratiua facientia mentionem de mandato non probatur mandatum, alle. tex. in d. auth. si quis in aliquo. & facit quod no. idem Alex. in consi.
5 70. in causa vertente. in ver. nec ob. lib. 2. † ubi dicit, ꝙ verba enuntiatiua instrumenti, quę faciunt mentionem de vnione, non probant vnionem: alle. Bar & doc. in d. auth. si quis in aliquo. & idem Alexan in consi. 89. Viso puncto. circa fin. lib. 2. & hoc procedit, etiamsi notarius referat se ad primum instrum, ut quia dicat, vt apparet in tali instrumento à me rogato, & confecto. non tamen ista verba probãt, ut no. Ang. in l. si donatio. C. de dona. & tradit Soci.

ADDITIO.

a ¶ Instrumento.] Etiam totus tenor esset insertus, vt plane dixi in consuetudine Parisi. §. 5. nu. 33. idem etiã si ab eisdem notariis, qui rogati sunt de eodem mandato, si iam originale semel confecerunt, & tradiderunt, & postea ex interuallo conficiunt instrumentum forte venditionis factæ per procuratorem; in vim d. mandati, quod in venditione transcribunt, quia dicta transcriptio non est propriè originalis, cum non possint rursus conficere, nisi uocato, vel permittente domino, & sic est tantum vice copiæ, seu exempli. Et quia ab eisdem notariis plene quidem probant fuisse mandatum tempore dati mandati, sed non probant perseuerare tempore venditionis ex interuallo factæ. Potuit enim interim reuocari, & originale recuperari à procuratore restituente.

Soci.in consi. 266. In causa quæ vertitur. dixi in d.auth.si quis in
aliquo. In 3.dub.in quo quæritur, dato, ꝙ electio do. Antonii fue
rit nulla, an ad alios etiã pauciores electio sit deuoluta. & in hoc
dubio etiã paucis respondetur, ꝙ potestas eligendi residet in pau
cioribus, vt probatur in c.2.de postula.præla.vbi Abb.in 4.no.di-
6 cit, ꝙ ibi in materia electionis regula habetur, † ꝙ aliquibus pri-
uatis potestate eligendi illorum potestas deuoluitur ad alios ca-
nonicos numero pauciores: quia quando plures sunt inhabiles,
quia exõicati, vel suspensi, tota potentia capituli residet in pau-
cioribus, habilibus, licet faciant minorẽ partem collegii: quia ipsi
repræsentant totum capitulum, cum priuati, & inhabiles nõ sint
computandi in numero, vt ibi Abb.dicit: & idem Abb.in c.fi.in
vlti.not.de procu.& facit text.in l.si legatario.§.1.ff.de fideicom.
libe.& in simili habetur, ꝙ minor pars collegii, vel vniuersitatis
residet in paucioribus propter aliorum contumaciã, vt no. Abb.
in c.cum omnes.de consti.in c.in nobis.de elec.& in c.in causis.in
vlt.no.eo.tit.& Bal.in l.1.C.quando non peten.par. in versi.12.&
vlti.cum si.& hoc satis sit in 3.q. Venio ad quartam quæstionem,
in qua dubitatur, an dato, ꝙ electio facta de Antonio sit nulla,
statim ius eligendi ad pauciores alias deuolutum sit. Et ad hoc ẽt
breuiter respondetur secundum not.per do. Abb.in c. dudum.el
1.in versi.vltimo not.de elec.vbi Abb.per illum tex.concludit, ꝙ
concurrentibus duabus electionibus super eadem dignitate, qua
rum una est facta à maiori parte de indigno scienter, alia à mino-
ri parte de digno, venit confirmanda electio facta à minori parte
de digno, etiamsi ambæ electiones factæ sint eodem contextu,
quia ibi non apparet, ꝙ electio facta à maiori parte de digno præ
cesserit, sed potius contrarium colligitur in prin.capituli, vbi di
citur, ꝙ electores diuiserunt vota sua in duos; ex quo colligitur,
ꝙ potestas maioris partis adueniens minori parti in ipso limine,
& origine electionis conualidat ipsam electionẽ, vt facta videa-
tur ab habentibus totam potestatem: nam si potestas maioris
partis non censeretur transfusa illico in minorem partẽ, non po-
tuisset ibi confirmari electio minoris partis, quia non esset facta
à maiori parte capituli, i.ab habente potestatem capituli. ex quo
infertur, ꝙ si electio minoris partis præcessisset, non debuisset cõ
firmari ex eo, ꝙ maior pars postea indignum elegisset, quia tem-
pore electionis non concurrebat tota potestas in minori parte,
nec poterat conualidari ex potestate postea deuoluta, arg.c.audi
tis.eo.tit.debet ergo necessario tex.in d.c.dudum.intelligi, ꝙ aut
electio maioris partis de indigno præcessit, aut ꝙ vtraq; electio
facta fuerit eodem contextu.& ex prædictis, & ex illo tex.in d.c.
7 dudum.habetur secũdum Abb. † ꝙ eligentes scienter indignum
sunt priuati ipso iure potestate eligendi, & potestas deuoluitur
ad alios: & hoc non solum in electione episcopatus, vel maioris
dignitatis, sed etiã in inferioribus. Et ex prædictis secundũ Abb.
habetur responsio ad quæstionem, ꝙ ipso iure ius eligendi sit de-
uolutum ad maiorem partem: & eodem modo quando ius eli-
gendi deuoluitur propter negligentiam, fit ipso iure deuolutio,
nec aliqua sententia requiritur, quia ex iuris dispositione fit de-
uolutio, vt no. Abb.in c.ne pro defectu.de electio.in fin.in versi.
no.ibi deuoluatur.& ideo videtur, ꝙ electio facta à minori parte
absque alio interuallo valida sit. & cum supra dictis concordat
8 Abb.in c.congregato. de electio.† vbi inquit, quòd quando ma-
ior pars est priuata potestate eligendi, ex quo in minori parte re-
sidet potestas, censetur ibi esse totum capitulum: & electio fa-
cta à minori parte debet confirmari. & ibi in versi. sed circa hunc
intellectum quæritur, an indistincte valeat electio facta à minori
parte stante electione maioris partis facta scienter de indigno. Et
9 quantum ad propositum concludit, † ꝙ si maior pars consensit
in scrutinio in eligendo indignum scienter, non per hoc est priua
ta potestate eligendi, sed debet in tali consensu persistere, donec
communis electio fuerit secuta, per tex.in c. perpetuæ.de electio.
in 6.& ita uidetur in isto casu, quia communis electio fuit facta
per domi. Io. Laurentinum de consensu maioris partis in domi.
Antonium, ergo illa maior pars fuit priuata potestate eligendi,
& sic conclusio superius facta bene procedit. In quinto dubio, an
domi. Iacobus inciderit in excommunicationem minorem par-
ticipando cum domino Ioan. excommunicato maiori excom-
municatione: & si fuisset excommunicatus etiam minori excom
municatione, videtur ineligibilis.c.fi.de cle.excommu.mini. Sed
respondetur, quòd omnes confessi, & communicati fuerunt, vt
10 dicitur, quo casu uidetur, ꝙ fuerit absolutus, † quia etiam sim-
plex sacerdos absoluere potest à minori excommunicatione, vt
no.in cap.nuper. de sentent.excom.vbi Abb.in 5.nota. Secundo
responderi potest, quòd electio non est nulla ipso iure, quia tex.
in d.cap.fin.dicit, quòd est irritanda: & ita illum tex.ponderauit
Felin.in cap.dilectæ.in versi.secundo quod non dicitur ibi.de ex-
11 cept. Tertio considerandum est; † ꝙ participatio, quæ fit cum
excommunicatis vrgente necessitate ecclesiæ, non inducit mino
rem excommunicationem, vt est text.11.q.3.in capit.quod ante-
cessorum.in fi.ibi, cogente ecclesiarum Dei necessitate.& ita vi-
detur in casu isto, quia domi. Iacobus cum dicto domino Ioanne
excommunicato solum communicauit in negotio electionis, de
quo agebatur: & in tali negotio agitur de interesse, & necessita-
te ecclesiæ, ideo periuri, & excommunicati admittuntur pro de-
fensione ecclesiæ.capitu.dilecti.de excep.vbi Abb.post Hostien.
12 † quòd quando agitur de repellendo malum prælatum, dicitur
defensio necessaria, ideo etiam excommunicati admittuntur; à
fortiori debet permitti participatio absque eo, quòd incurratur
minor excommunicatio, quia quod fit lege vel canone permit-
tente, pœnam non meretur.l.Gracchus. C.de adult. & 23.q.4.in
ca.qui peccat. Quarto est aduertendum, quia dato, quòd dictus
Iaco.fuisset excommunicatus minori excommunicatione, non
13 fuit denuntiatus: † quo casu ante denuntiationem non habe-
tur pro excommunicato, vt tradit Pet.de Ancha.in consil.189.
Tribus de causis. de quo habetur noua constitutio, ut refert Feli.
in ca. Rodulphus.in versic.aduerte tamen.de rescrip. In sexto du-
bio quæritur, an sit necessarium probare, quòd eligẽtes sciuerint
dictum dominum Ioãnem Laurentinum excommunicatum ad
hoc, quòd electio sit nulla? ad hoc respondetur breuiter, quòd
non est necessarium, quòd scientia probetur, quia satis est, ꝙ in
veritate excommunicatus sit, vt no. per glo.in cap.fin.de clerico
excommunicato ministran.in verbo, scienter. ibi, non credo.&
Abb.ibi sequitur, quia ignorantia eligentium non debet prodes-
se excommunicato: & dato, quòd deberet probari, esset funda-
ta intentio ex eo, quòd publice fuisset excommunicatus. cap.1.de
postulatione prælatorum.& in cap.fin. qui matrimonium accu-
sare possunt.cum similibus, quæ nota sunt. In septimo dubio cla-
14 rum est de iure, quòd ille qui non est in sacris, non habet vocem
in capitulo, ut est tex.in clem. vt hi, qui.de æta.& qua.vbi hoc di-
sponitur, etiam si ab aliis libere hoc concedatur, vt possint habe-
15 re vocem. In octauo dubio etiam clarum est de iure, † ꝙ non
professi non habent vocem in capitulo, ut est text.in ca.ex eo.de
electio.in 6. In nono dubio, an eligentes debeant probare se esse
qualificatos, prout esse debent, an vero onus probandi incum-
bat impugnantibus electionem: in hoc qualitas, de qua agitur,
16 debet considerari.† Si enim talis sit qualitas, cum qua homo nõ
nascitur, debet probari, ut est scientia, musica, cãtus: si vero cum
illa qualitate nascatur, vt quia sit bonus, sobrius, & castus, non est
opus, quòd probetur, quia præsumitur. capit.1.de scruti.capitulo
fin.de præsumpt.ita glo.distinguit in cap.si forte. in uerbo, scien-
tiæ.de electio.in 6. Postremo in decimo, & vltimo dubio quæri-
tur, an inferiores præceptores habeant vocẽ in electione, de qua
agitur? & dicitur, ꝙ non, quia tales possunt dici membra huius
principalis abbatiæ, cui in aliquo non respondent, ut latius in hoc
dubio habetur: & quia in capitulo generali prædicti præcepto-
res inferiores non intrant capitulum, nec habent vocem, vt nar-
ratur. Et ad confirmationem huius conclusionis adduco decisio-
nem Roma.in consilio 333. Quo ad primum consultationis arti-
17 culum.in tertio dubio.† vbi in terminis quæritur, nunquid prior
monasterij inferioris subiecti maiori monasterio habeat vocem
in electione Abbatis maioris monasterij habentis bona distincta.
Et ibi primo arguit, quòd sic, deinde contrarium concludit plu-
ribus medijs, & præsertim inducit capitu.ex ore. de priuileg. vbi
exemptio concessa priori, & maiori monasterio non communi-
catur inferiori monasterio: pari ratione dicit Roma. non debet
inferius monasterium habere communicationem vocis in tra-
ctatibus, & in electionibus maioris monasterii. & ad hoc etiam
alleg. Inno.in cap.fin. de religio.domi.& ibi Ant.de But. conclu-
18 dit, † quòd si monachus professus in monasterio superiori trãs-
fert se ad locum inferiorem, qui habet bona distincta, de loco, de
quo transiuit, non est vocandus in electione loci superioris, alias
si bona non essent distincta, deberet uocari, capitulo 1.quod in-
cipit, uolentes.in fi.de priuileg. in 6.& idem in effectu tenet Car.
in d.c.fi.post Inn. quando inferioris monasterij bona sunt distin-
cta à maiori & religiosi ibi habitantes liberam habeant admini-
strationem, prout in casu isto videtur secundum ea, quæ propo-
nuntur more Scæuolæ Iurisconsulti: & ita ex s. dictis responsio,
& declaratio habetur ad omnia dubia, quæ transmissa fuerunt.

EPITOME Consi. CCCCCXXIII.

De eadem materia præcedentis consilii hic tractatur, ideo ad il-
lius argumentum est recurrendum.

SVMMARIVM.

1 *Constitutionis ex proœmio legislatoris mens colligitur.*
2 *Dictio, quoque. præcedentia implicat.*
3 *Casualiter quæ adsunt, adesse non videntur.*
4 *Priuilegij verba restringuntur in illis, qui priuilegij tempore erant.*
5 *Dictio, tunc temporis extremitatem denotat.*

Aliàs



Lias scripsi super pluribus dubiis,& quidem breuiter secundum morem curiæ Romanæ, nunc vero excitatur alia dubia. Primum est, quia licet dictum sit, ꝙ potestas resideat in paucioribus numero, quando alij sunt priuati potestate eligendi, vt Abb.tradit in c.2.in 4.notabi.de postulatio.prela.cum sim.vt dixi in 3.dubio. Opponitur, ꝙ illa conclusio habet locum in ecclesijs secularibus, secus est in ecclesiis regularibus, in quibus præcisè maioritas numeri attenditur, per text.in capitul.quorundam. de electio.in 6. Sed respondetur, quòd ille text.intelligitur de religioso electo ad prælaturam alterius ordinis, & non vr̃ habere locum in eo, qui eligitur ad prælaturam proprij monasterii, & suæ religionis, prout in casu isto videtur. & istam limitationem, & declarationem ad illum tex.tenet, & latè probat Oldr.in consi.103. Quæstio est an c.quorundam.§.circa vbi plures rationes inducit, & præsertim illa effi-

1 cax, & concludens videtur, † quia ex procemio [a] constitutionis

a mens legislatoris colligitur.l.si.ff.de hæredib.instituen.sed in præfatione dicitur, quòd intendit prouidere cōtra eos, qui extra administrationem proprij ordinis ascendere moliuntur: ex quibus verbis patet, ꝙ de intentione conditoris canonis nō fuit aliquid innouare circa electos in proprio monasterio: nec est mirū, quia facilior est promotio in proprio monasterio, quam in alieno, vt not.in c.post translationem.de renuntia. & quia in d.c.quorun-

2 dam.§.circa religiosos quoq; illa † dictio, quoque, uidetur implicare præcedentia, quæ loquuntur de electis ad prælaturas extra administrationem proprii ordinis, vt latius prosequitur Old.in consi.præal.& rationes Old.refert, & videtur sequi Pet.de Anch. in d.c.quorundam.in versi.quæro, vtrum iste.§ circa.ibi tamen dicit, ꝙ Card.qui fuit auditor causæ, dixit, ꝙ contrarium omnes tenent: & ipse dixit, ꝙ credebat contrarium eius, qđ voluit Old. quia in d.§.circa.omisit illa verba, extra proprium ordinem. & quia adiecit verbū, administrationes quaslibet. ergo videtur sensisse tam de suo, quàm de alieno monasterio. & Ioan. And.ita tenet in nouella: & refert, ꝙ Papa Io.ita pronuntiauit in publico Consistorio, licet Arch.Io.Mo.& Pau.in d.ca.quorundam.contrarium velint secundum opinio. Old. & ista opinio videtur verior per rationes Old.quæ vrgent. Non ob. ꝙ in §.circa.omisit illa verba, extra proprium ordinē.quia per præcedentia ita debent intelligi, vt Old.illum tex inducit. Non ob.verbum illud, quaslibet.quia pariter illud verbum restringitur ad prælationes alterius ordinis per supra dicta; & quia non est eadem ratio in monasterio alterius ordinis, arg.cle.1.de elec.& in ista opinione cōcurrunt Old. Archi.Io.Mo.& Pau. Et cum pro ista opinione sint rationes meliores, debent præualere, quia etiam cōmunis opinio non attenditur, qñ melioribus rationibus conuincitur, vt not. Abb.post Ioan.And.in c.1.de consti.circa fi.& est tex.in c.capellanus.vbi Abb.de ferijs.& no.Bald.in c.1.§.iudices.de pace iura. firman.& Ang.in consi.110. Sanctissima.cum si.quæ not.sunt.& dixi in d.c.1.in fi.de consti. Secūdo alia duo dubia proponuntur: Primum est in priuilegio, in quo datur ius eligendi conuentui pleno iure, an alii præceptores membrorum admittantur ad electionem; & in hoc res clara videtur, ꝙ non admittantur generaliter, quia ipsi uocari non debent ad electionē prioris, ut expresse dicitur in priuilegio, & ideo non poterunt agere de contemptu, iuxta no.in c.quod sicut. de elec.in 6.in c.cū in ecclesijs.de preb. in 6.solum si aliqui præceptores de prædictis reperirentur in monasterio, in electionis negotio admittātur, ut uocem habeant, & requiritur, ꝙ sint clerici, vt in priuilegio dicitur; vnde patet, ꝙ ista facultas dandi uocem in præceptoribus membrorū est ualde restricta in præceptoribus clericis, qui à casu in monasterio sancti Antonii reperiuntur: cum.n.ibi sint à casu, reputantur nō esse

3 ibi.l.si ita legatum.de leg.3.in l.quæsitum.§.fi.de leg.3.† ubi Bar.dicit, ꝙ ea, quæ casualiter adsunt, adesse nō videntur. & ad idem facit tex.in l.qui saltem.ff.eo.ti.de leg.3.in l.ex facto.§.rerum.ff.de hæred.insti. & quia dum dr̃ de prædictis præceptoribus, uerba restringuntur in illis, qui erant tempore priuilegii, ut de uerbo illo, dictis.no.Corn.in consi.230. Quanquam.lib.3.& facit, quod dicitur de filio nominato proprio nomine, quia ad alios filios nominatio nō porrigitur, ut no.per gl.& Bar.in l.si quis ita.in prin.

4 ff.de testam.tut. Et est regula communis, † ꝙ uerba priuilegii restringuntur in illis, qui erant tempore priuilegii, ut no.per glo.& Host.Io.And.& Abb.post alios in c.cum capella.de priuil.ubi tenent, ꝙ priuilegium concessum monasterio, & capellis non habet locum in capellis post priuilegium acquisitis, arg.l.si ita.ff.de aur.& ar.leg.& not.Cal.in consi.12.in tit.de priuil. & facit tex.in l.Iulianus.de leg.3.in fi.& est decisio Io.And.in addi.Spe.in tit.de censi.§.2.in uer.alia quæstio.Guido de Suza.& no. Dom.in c.authoritate.§.fi.de priuil.in 6.& facit, quod tradit Domi.in c.fin.§.pe.de offi.dele.in 6.unde concludendum uidetur, ꝙ priuilegium datum præceptoribus membrorum intelligitur in locis præceptorum, qui erant tempore priuilegij, per s.dicta. Secundum dubium est in statuto ordinis, in quo dicitur, ꝙ conuentus procedat ad electionem Abbatis admissis omnibus præceptoribus, & sic uidetur, ꝙ omnes præceptores admittātur. sed respondetur, ꝙ uana uidetur ista dubitatio, quia uerba statuti apertè se declarant, dū dicitur in statuto, admissis omnibus præceptoribus tunc in monasterio præsentibus, uel electionis durante negotio adue-

5 nientibus. † illa enim dictio, tunc denotat extremitatem temporis.l.4.§.fi.de condi.& demon.l.in substitutione. de uulg.& pup. l.tutoribus.ff.de test.tutel.& sic illa uerba, admissis omnibus præceptoribus, restringuntur ad illos tantum, qui non uocati à casu reperiuntur in monasterio, & tali casu tollitur absurdum, qđ esset, si omnes præceptores interuenirent, quia absorberent ius cōuentus: nam hoc non vr̃ verum, quia uerisimiliter essent in paruo numero illi, qui non vocati reperirent in monasterio. & ex prædictis videtur satisfactum prædictis dubiis, si aliud non occurrit.

ADDITIONES

a ¶ Procemio.) Supra consi.324.nu.2.vbi tetigi.

b ¶ Acquisitis.) Alberi.1.par.statuto.q.116.Alex.consi.178.libr.2. Iasl.l.qui filiabus.de leg.1.consi.25.lib.3.Alber. Bru.consi.30.consi.37.

EPIT. Consil. CCCCCXXIIII.

De statuto, quod fratres carnales adstringit pro cessante, quod est odiosum, & qualitates requisitæ in eo debent probari.

SVMMARIVM.

1 *Statutum vt locum habeat, omnes qualitates à statuto requisitæ probari debent.*

2 *Consanguinitas in sensum corporis non cadit.*

3 *Testes per verba facti, non autem iuris deponere debent.*

4 *Testium testimonia super consanguinitate probanda non valent, nisi gradus à communi parente computare incipiant.*

5 *Frater quandoq; quis ex fraterna charitate nominatur, licet frater nō sit.*

6 *Testis de credulitate non probat.*

7 *Tempus repetitum regulariter non videtur.*

8 *Statutum contra ius commune stricte interpretari debet.*

9 *Interpretatio in dubio contra probantem fieri debet, etiam si materia fauorabilis sit.*

10 *Iudicis officium, ne aliquis condemnentur, implorari debet.*

11 *Appellatio in dubio admitti debet.*

Visis his, quæ plenè, & accuratè scripta sunt à præclarissimis doctoribus consulentibus in fauorē istorum de la Palla, in eorum sententiam concurro considerando hoc modo: negari non potest, ꝙ statutum, in quo fratres carnales pro cessante adstringuntur, odiosum sit, & debet stricte interpretari, vt in tali statuto not. Ange.in consi.61. Quæritur, & quæst.Pet.de Anch.in cōsi.96. Pro specifica.in prin. & in consi.271. In primo dubio queritur. Imo.in consi.80 In casu præmisso. & ideo verba statuti debent diligenter perscrutari, in quibus ad literam dicitur, & eodem modo teneantur, & sint obligati fratres eius carnales ex eodem patre nati, & eorum bona, dūmodo tempore debiti contracti, & cessationis non habeant patrem, Et dummodo tempore cessationis, vel ɔ̄cti debiti simul starent, & viuerent in eadem domo cōiter; & eandem artem; vel mercantiam exerceant ſm publicam opinionē vicinorum &c.

1 † Ad hoc enim, ut hoc statutum habeat locum, omnes qualitates requisitæ à statuto debent probari, ut no. Bar.in l.1.§.ait prætor. ff.ne quid in flu.pub.& facit quod no.Io. And.in c.1.de homi.in 6.cum si.quæ no.sunt.videndum est ergo, an qualitates requisitæ à statuto probatæ sint sufficienter: & concludendum est, ꝙ non. Primum enim statutum loquitur de fratribus carnalibus, ibi, fratres eius carnales. & ista qualitas, ꝙ essent fratres carnales, non videtur bene probata ex eo, quod specialiter tradit Pet.de Anch.

2 in cons.51.Pro clariore decisione.ver.ulterius quæritur.† vbi dicit, quòd consanguinitas non cadit in aliquem sensum corporis: vnde testis, qui simpliciter de consanguinitate deponit, non probat, nisi causam, & rationem sufficientem dicti sui adducat, per not.in cap.cum causam.de testib.& idem Abba.in capit.licet ex

3 quadam.in uersi.ego simpliciter inhæreo.de testi.† ubi inquit, ꝙ testes debent deponere per verba facti, non per uerba iuris: unde infert, quòd per testes debent probari gradus, qui in facto consistunt, ex quib.gradib. iudex elicit consanguinitatem, licet testes non dicant illos esse consanguineos: & sic testes deponentes de consanguinitate non probant, quia hoc in iure consistit: & hoc

4 idem no. Abb.in c.tua nos.de cōsan.& affi.vbi in 2.no.dicit † nō ualere testimonium super consanguinitate probanda, nisi, testes incipiant computare à communi parente. & idem Card.ibi in 1. nota. & facit quod not. Alex.in consi.82. In causa uertente.lib.2. & qđ de consanguinitate dicitur, idē uidetur in fraternitate carnali, de qua agitur, quia testes, qui simpliciter dicunt aliquos es-

se fratres carnales, videntur deponere super eo, quod in iure consistit, ideo non probant per supra dicta. Et in casu isto ulterius cōsiderandum est, quia non dicunt testes absolutè esse fratres carnales, de quibus statutum loquitur, sed dicunt, quod isti morabātur simul ut fratres carnales: ita primus testis dicit in prima charta: & idem secundus charta. 12. ibi, videbant eos de dicta domo exire, & in eam introire ut fratres carnales. & idem tertius testis charta. 17. ibi, videbat eos omnes habitare in dicta domo ut fratres. duo alii testes nominant illos fratres, sed non attestantur, quod essent fratres: nam prædicti testes nullo modo probant fraternitatem carnalem, quia licèt morarentur ut fratres, non sequi
5 tur, quod essent fratres: † nam quādoque quis nominatur frater, & fraterna charitate diligitur, licèt frater non sit. l. nemo. C. de hære. insti. Et nominatio fraternitatis, vel consanguinitatis non probat consanguinitatem; & hoc præsertim in statuto odioso, ita dicit Petr. de Anch. in d. consi. 51. & illa verba, ut fratres. videntur denotare similitudinem, & nullum simile est idem. l. quod Nerua. ff. depo. ex quibus omnibus euidenter patet, quod ista qualitas fraternitatis carnalis, quæ in primis à statuto consideratur, non uidetur probata, ideo non videtur statutum habere locum: & hoc solum fundamentum uidetur sufficiens pro victoria. Debuit etiam secundo probari, quod essent fratres carnales ex eodem patre nati, quia ista qualitas etiam à statuto requiritur. Tertiò requiritur à statuto, quod non haberent patrem tempore cessationis, & debiti contracti, & ista probata nō fuerūt. Quarto requiritur, quod tempore cessationis, vel contracti debiti simul starent, & viuerent in eadem domo communiter: ista enim verba, quæ relata sunt ad personas fratrum, important, quod expresse victus debent fieri communiter, & æqualiter conferantur, & quod fructus æqualiter expendantur, ut declarat Bartol. in l. Quintus. ff. de annu. legat. in versicul. sed ego consulendo dixi. & idem Bartol. in consil. 168. Quidam habens bona communia. Alexand. in consil. 72. Viso themate. in princ. lib. 4. & ista non uidentur sufficienter probata per testes, qui inducuntur: nam licèt primus testis videatur deponere, quod starent in eadem domo tamen super interrogatoriis in fine dicit, quod non vidit illos comedere, & bibere in dicta domo. Sed per ea, quæ suprà dixit, ipse testis credit, & firmiter tenet, quod ipsi stabāt familiari-
6 ter ad unum panem, & ad unum vinum; & hoc non sufficit, † quia
a testis de credulitate[a] non probat regulariter, ut not. per gl. in l. testium. C. de testi. not. Bar. in l. 2. §. item Labeo. in ver. dicitur habere. de aqua pluuia arcend. cum similib. ut tradit Alc. in rubr. ff. de iureiurando. in consi. 109. Visis. lib. 1. in consi. 134. In causa, & lite. Fulgosius in consi. 240. Visa copia. Imo. consi. 129. Visis. & licèt testis dicat credere, & firmiter tenere, non tamen probat. qa si dicat pro certo credere, non probat, ut Bal. dicit in l. siue possidetis. in versi. sed quæro. C. de probationibus. per tex. in c. 3. loco. de præsumptionib. ibi, se pro certo credere. & si dicat, scio pro certo. non probat, ut notat Antonius de Butr. in capitulo per inquisitionem in 5 nota. de electio. Secundus testis non ꝓbat, quia in charta 12. dicit expresse, ꝙ nō vidit eos stare ad vnū panē, & ad vnū vinum: & licet arbitretur, & firmiter hoc teneat, nō probat, ut s. dixi in primo teste: qa arbitrari, & hoc tenere in effectu est iudicare, quod non pertinet ad testem, ut notat Bart. in l. qui testamento. §. fi. ff. de testamen. in l. quid tñ. in §. si arbiter. ff. de arbit. Tertius testis in 17. charta videtur solùm deponere de cōi habitatione in domo nō autem de cōi vita, prout a statuto requiritur. Quartus testis in charta vigesimasecunda, videtur bene deponere, dum dicit, quod vidit, & videbat prædictos stare familiariter ad vnū panem, & vnum vinum, sed est unicus, & singularis. Quintus, & ultimus testis charta 29. dicit se de hoc nihil scire. & quartus testis, qui uidetur probare, non deponit de tempore cessationis, uel contracti debiti, prout a statuto requiritur: illa ergo qualitas temporis debuit probari, ut notat Bar. in l non solùm. §. sed ut ꝓbari. ff de operis noui nūciatio. Bal. in l. fi. C. an ser. ex suo facto. Ang. in l. eum actum. in gl. fi. ff. de neg. gest. in l. eum, qui. §. publiciana. ff. de publici. cum similibus, ut dixi in c. in præsentia. in 12. nota. de probatio. Non obstat, ꝙ dictum testis uidetur habere relationem ad tempus expressum in capitulo super quo deponit, ut not. Bart. in l. Labeo. in uer. sed quæro, quid si testis. de suppe. leg. sequitur Bal. in l. apud antiquos. C. de furtis. in uersi. & not. ꝙ si testis. quia respondetur, ꝙ illud dictum Bar. fundatur in æquitate, ut falsitas euitetur, & ubi non agitur de euitando falsitatem, dictum Bar. non esset uerum, quia ratio, quam Bar. ibi adducit, ces-
7 sat. & quia regula est in contrariū: † quia tempus repetitum nō uidetur, ut no. in l. qui fundum. ff. de contrahen. empt. & ita dictū Bar. secundum eius rationem declarat Bartholo. Soc. in cons. 56. Viso processu uersi. secundo respondeo. in ultimo lib. & ideo in casu nostro, in quo materia uidetur odiosa, ut quis ꝓ alio teneat, tempus repetitum non uidetur, quia debet fieri stricta interpretatio, ut in principio dictum fuit. Et sic patet ex prædictis, ꝙ etiam quartum requisitum, ꝙ tempore cessationis, uel contracti debiti simul starent, & uiuerēt in eadem domo communiter, non fuit probatum. Quinto requiritur, ꝙ eandem artem, uel mercātiam exerceant, & hoc etiam probatum non fuit, quia tempore contracti debiti erat finita societas artis syrici per proclamationem factam de mandato Consulum, ideo apparet, ꝙ falsum esset, si testes hoc deponerēt. Non obstat quod dicitur de arte, seu exercitio aromatarij: quia non fuit probatum, ꝙ Mariotus, & fratres talem artem exercerent personaliter, prout videtur, ꝙ verba statuti intelligi debeant in hac materia odiosa, per ea, quę no. in clemen. prima. de uita, & honesta. clerico. & per alia, quę supra dicta sunt. & dixi in regula, is damnum dat. ff. de regulis iuris. Sexto requiritur, ꝙ hoc sit secundum publicam opinionem vicinorum:
8 & de hoc etiam probatum non fuit; † nam statutum hoc, in quo publica opinio habetur pro plena probatione, est contra ius cōmune, & debet strictè interpretari, ut tradit Pet. de Anch. in consil. 189 Tribus de causis. & tali casu debent testes rationem adducere, licet non sint interrogati, ut no. Ang. in l. quid ergo. §. quintum. ff. de his qui notant infamia. in l. solam. C. de testi. in l. ea quidem. C. de accusationibus. Alex. in consi. 24. In causa vertente. li. 4 cum similib. ut dixi in cap. primo. de appellationib. & in consi. 37. Et plura alia requiruntur, ut dixi in locis præallegatis, quæ in casu isto probata non sunt, & gratia breuitatis non refero. Et secundum suprà dicta nullum ex requisitis à statuto probatum vr: & omnia copulatiuè probari debuissent, quia statutum copulatiuè loquitur, & ad veritatem omnia copulata requiruntur l. si hæredi plures. ff. de conditio. institutio. §. penultim. institu. de hæredibus instituendis. l. si quis ita stipulatus fuerit. de verborū obligationibus. & ideo non sufficeret, quod aliqua ex requisitis à statuto probata fuissent: & cum intentio actoris probata nō sit, reus absolui debet. l. qui accusare. C. de eden. c. fi. de iureiuran. c. inter dilectos. in fi. de fide instrumento. c. vnico. ut eccle. benefic. & probatio debet esse concludens. l. non hoc. C. unde legi. in c. in præsentia. de proba. no. Bal. in l. multis. C. de libera. causa. cum si.
9 ut dixi in d. c. in præsentia. in 13. no. † Et in dubio debet fieri interpretatio contra probantem, etiā si materia fauorabilis sit, ut Alexan. dicit in consilio 152. Viso processu. lib. 5. vbi hoc no. declarat: à fortiori hoc dicēdum est in materia odiosa, de qua agitur. Et ex suprà dictis, & ex alijs à dominis ꝯsultoribus deductis euidenter patet de iniquitate sententiæ in meritis causæ: & cum iniquitas videatur notoria, ut ex actis colligitur iuxta no. per Innocen. in capitulo ex insinuatione. de appellationib. cum similib. ut dixi ibi: & appellatio, quæ a statuto tollitur, nō vr habere locum in notorio grauamine, ut no. Ab. in capi. ex quæstione. in ultimo notabi. per gl. penulti. ibi, de restitutione spoliatorum. & in cons. 44. In præsenti quæstione. lib. 1. Ang. in consi. 177. In facto propo
10 nitur. Card. in cons. 30. Iudex † Et etiam officium iudicis poterit implorari, ne isti fratres indebite sint condemnati, ut no. Bar. in l. plane. in fi. ff. de petitio. hæredi. in l. j. §. & parui. in versi. item aduerte. ff. quod ui aut clam. Imo. in consi. 136. In causa, quæ vertitur. in fi. Rom. in consi. 325. Quo ad primum in fin. And. Sicu. in cons. 37. lib. 1. in consi. 16. lib. 2. cum similibus. & dato etiam, ꝙ statutum reijceret officium iudicis, intelligitur de officio implorato à patre, & non excluderet officium iudicis, quod iudex à seipso interponeret, ut no. Roman. dicit in consi. 42. Visis quæ egregiè in ver. 4. quia. & sequitur And. Sicu. in consi. 7. libro 2. & attētis omnibus s. dictis negari non potest, quin casus dubius sit in
11 admittendo appellationem. † Et in dubio debet appellatio admit
b ti,[b] ut s. dictum fuit: & addo no. dictum Pau. de Cast. in l. 1. per illum tex. ff. si quis cautio. vbi inquit, ꝙ in dubio debet iudicari, ꝙ appellatio nō sit deserta. quia hoc est minus præiudiciale partib. & ista ratio pariter militat in appellatione admittenda, quia agit de minori præiudicio, si appellatio admittatur, quam si prohiberetur, arg. dictę l. j. & ex omnibus s. dictis concludo partes dominorum iudicum esse in pronuntiando male iudicatū, & bene appellatum absoluendo dictos fratres à petitis.

ADDITIONES.

a ¶ Credulitate.) Supra consi. 459. consi. 469. vbi tetigi.

b ¶ Admitti.) Dixi supra cons. 28. in fi. quibus adde Iason. l. 1. si quis cautio. Hier. Gra. consi. vltim. num. 2. Andre. Tiraq. in tracta. le mort saisist le vif. chart. 271.

EPITOME Consi. CCCCCXXV.

Pompilia ad Asceronii mariti requisitionē donat bona sua M. cōi filio. Deinde eam occidit A. Eius sorores vnà cum M. inter se diuiserunt hæreditatem P. tanquam eius successores. A. impetrat à legato restitutionem ob statutum priuans vxoricidam, & eius descendētes vxoris interfectæ successione. Respond. sorores admittendas fore ad hanc successionem exclusò M. non obstantibus donatione, restitutione, aut diuisione prædictis.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Vxorem interficiens illi succedere non potest.*
2 *Testatorem interficiens nihil ex testamento consequi debet.*
3 *Statutum valet, quod filius propter patris delictum matris successione priuetur.*
4 *Statutum valet, quòd filius pro patre teneatur.*
5 *Legitima ex causa legitima tolli potest.*
6 *Diuisio per errorem facta retractari debet.*
7 *Statuti ex forma si homicidæ bona hæredibus occisi pro parte applicare debent, illud ius succedendi heredibus occisi tollitur, si homicida gratiã restitutionis obtinuit.*
8 *Restitutio à principe concessa sine tertii præiudicio inteillgitur.*
9 *Donatio in facta non valet.*

VIsis His, quæ accurate, & eleganter scripta sunt ab excellenti, & clarissimo V. I. doctore domin. Aenea de Vbaldis vti fratre maiore honorando iuridicæ, & veritati consentaneæ videntur conclusiones superius firmatæ: & de subscriptione requisitus agam paucis. Et pro fundamẽto eorum omniũ, quæ dicta sunt. Prima conclusio
1 sit,† quod Ascanius, qui Pompiliam vxorem a interfecit, non po
a test illi succedere, vt notat. Bald. in l. 1. C. vnde vir, & uxor. in ver sic. extra quero. per l. ab hostibus. §. si vir uxorem. ff. solu. matr. & ibi Bar. dicit in fin. ꝙ pariter maritus, qui occidit vxorem, priuatᷓ lucro, quod a statuto sibi debetur. Et idem est in quocunque alio coniuncto, qui si interficiat illum, cuius successio ad eum deferebatur, priuatur successione, ut not. Barto. in l. cum ratio. §. fi. ff. de bon. dam. in l. fi. in uers. & facit ad quæstionem. ff. si quis aliquem
2 testa. prohi. Et idem in eo, qui occidit testatorem, ut ex eius testamento nihil consequatur, ut no. Bal. in l. hæreditas. ver. extra quæro. C. de his, qui ut indign. & in vxore interfecta à marito tradit Bal. in consil. 223. Punctus infrascripti consilij. libr. 1. & in vxore videtur maior prohibitio, quia maior pœna à canone imponitur interficienti vxorem, quam matrem, ut no. per gl. in c. admonere. 33. q. 2. in uerbo, existimes. unde qui uxorem interficit, punitur, ut aliam uxorem non habeat, in c. interfectores. eadem causa, & quæstione. In hoc tamen casu debet attendi statutum, quod viget Perusij. in rubr. de pœna homicidij. in versi. Præterea statu-
b tum. b quo disponitur, quod si aliquis interfecerit aliquam personam, cui ex testamento, uel ab intestato ipse, vel descendentes ex eo succederent, ab ea successione tanquam indigni tam ipse, quam descendentes ex eo ipso iure penitus sint exclusi, & successio deferatur ei, qui post dictos expulsos de iure admitteretur, ita
3 quod non deferatur in fiscum.† De ualiditate statuti, in quo filius priuatur successione matris propter delictum patris, non videtur dubitandum, quia licet durum sit, quod filius patiatur pro patre,
4 ualet tamen statutum, ut not. Bald. in l. dotis. C. de iure dot.† Vbi dicit ualere statutum, quod filius teneatur pro patre. & sequitur Pet. de Anch. in ca. 1. de constitu. Imo. in c. pen. de consue. circa fi. & Alexan. in consi. 42. Super præmisso. lib. 1. & in tali priuatione etiã legitima filii includitur, quia legitima debetur respectu successionis ab intestato. auth. nouissima. C. de inoffi. testam. unde ille, qui excluditur a successione ab intestato, pariter uidetur exclu
c sus à legitima: c & hoc modo arguit, & concludit Alex. in consil. 65. Circa præmissam consultationem. lib. 4. & idem Ange. in consil. 105. Statuto cauetur. circa. fin. Pau. de Cast. in consil. 108. Sup eo, de quo quæritur. in prin. in consi. 111. Super primo quæsito. in versi. ad secũdum. & idem Pau. de Cast. in consi. 121. Si dicta Cornelia. in princi. & in consilia 254. Quoniam fundamentum. & idẽ Raphael Cuma. concludit in consi. 188. Spectabilis miles. ubi refert opinionem Salice. in authenti. nouissima. C. de inofficio. testamento. vbi pluribus rationibus tenet contrarium. Sed dicit Cu-
* ma. in dicto consilio 188. quod opinio Saliceti * *communiter* reprobatur, & illam etiam reprehendit Alexan. in l. Gallus. §. & qd si tantum, de liber. & posth. ubi dicit, quòd sæpius requisitus pro opi. Sali noluit consulere. & cum opinione Alexand. concordat Corneus in consi. 150. Circa præsentem. libr. 2. & Socin. in consi. 150. Ex quibus liquidò constat istam esse communem opinionẽ à qua non est recedendum. Non obstat, quod in legitima requiratur specialis renuntiatio, l. si quãdo. §. fina. C. de inofficioso testamento. quia ille text. loquitur in renuntiatione facta ab homi-
d ne. prout loquitur: secus est in exclusione facta à lege, d de qua agitur in isto casu, ut distinguit Socinus in consil. 150. in versic. sed ad hanc rationem. & idem tradit Corneus in dicto consilio. 150. libro secundo. uel secundum Cuma. in dicto consi. 188. text. in dicta l. si quando §. fin. loquitur, quando ille paciscitur post mortẽ, & sic eo tempore, quo sit ius quæsitum in legitima: aliud videtur secundum eum, quando quis in uita paciscitur, quia cum adhuc legitima non debeatur, excluditur in totum. cap. 2. de pactis. in 6. & dixi in consil. 299 In causa mihi commissa. Non obstat etiam.
* quod non videtur, quòd legitima filijs tolli possit, quia * *commu-*
5 *nis* opinio est in contrarium,† quod saltem ex causa tolli possit, vt Dy. concludit in regula indultum. de reg. iuris. in 6. Cy. in l. sancimus. in fi. C. de nuptiis. Oldra. in consi. 135 Factum est tale. Alex. in conf. 75. Visis. lib. 1. cum simil. ut late dixi in l. iura sanguinis. ff. de regu. iur. Secunda conclusio sit, quod successio dictæ Pamphilæ delata fuit sororibus excluso filio dictæ Pamphilæ secundũ formam statuti non obstante diuisione, quæ fuit facta cum dicto filio eo prætextu, quòd etiam ipse deberet cum sororibus succedere: quia cum sit talis diuisio facta per errorem, debet retractari: ista conclusio probatur in l. cum putarem. ff. fam ercis. vbi diuisio facta cum aliquo vti hærede, qui non erat, cognito errore reuocatur. ad idem tex. in l. si post diuisionem. C. de iur. & facti igno. in l. maioribus. C. communia utriusque iudi. & tradit Alex. in cõsil. 168. Ponderatis narratis in themate. in prin. lib. 5. & ad hoc bene facit quod no. Pau. de Cast. in l. fi. §. quæsiuit. ff. de condi. inde. ubi refert se consuluisse per illum tex. quòd cum quidam fratres inter se diuisissent bona fratris præmortui, & promisissent in plena forma non contrauenire, & postea apparuit, quod bona spectabant tantum ad alterum fratrem vtroque latere coniunctum
6 concludit,† quòd illa diuisio facta per errorem debeat retractari, non obstante pacto de non contraueniendo: & ita vr̃ in isto casu, quia fuit facta diuisio cum filio Pamphilæ; quia sorores cogitabãt, quod dictus filius admitteretur ad successionem matris: & hoc falsum erat per supradicta: & ideo contractus diuisionis uitiatur ex defectu causæ finalis, ut no. Bal. in l. nec apud. C de hære. insti. & Bar. in l. demonstratio falsa. §. quod autem. versi. sextò quæro. de condi. & demonstra. ubi inquit, quod falsa causa in contractibus parit repetitionem. & in simili casu no. Fulgo. in consil. 23. Hengembertus. in fin. cum simil. ut dixi in consil. 408. In præsenti consultatione. & hæc satis sint in hac secunda conclusione. Tertia conclusio sit in fauorem sororum, ꝙ restitutio impetrata per Ascanium à reuerendissimo Legato non videtur derogare iuri succedendi, quod fuit quæsitum dictis sororibus commisso dicto homicido. ista conclusio fundatur ex communi regula, quę dicit, ꝙ princeps non videtᷓ iuri alterius derogare. l. 2. §. merito. & §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publico. in ca. super eo. de offic. deleg. in c. quamuis. de rescript. in 6. & hoc etiam procedit,
e si agatur de præiudicio tertii non in re, sed ad rẽ, e quia superior non videtur etiam iuri ad rem voluisse derogare, ideo de tali iure mentio fieri debet, ut not. Abb. in cap. in nostra. in 3. nota. de rescr. Domini. post Ioan. And. in cap. si motu proprio. uers. quid si impetrans. de præben. in 6. & in cap. quam sit. in versi. electus. in prin. de electioni. in 6. & idem Domini. in consil. 99. Super primo quæsito. Rota in 16. decisione. de præben. in nouis. & no. Bal. in l. si constante. C. de dona ante. nup. Areti. in consi. 7. Procedendũ est breuiter. & facit tex. in l. 2. §. fi. ff. de nata. restit. Non obst. huic conclusioni, quod dictis sororibus esset ius quęsitum absque facto ipsarum, quo casu uidetur, quòd illud ius tollatur per restitutionem, ut not. Bald. post Cyn. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de liber. & posthum. argumen. l. siue libertus. in princip. ff. de iure pa
7 trona. ex quo Bald. ibi infert,† quod si ex forma statuti bona homicidę pro parte debeant applicari heredibus occisi, illud ius succedendi delatum hæredibus occisi tollitur, si homicida gratiam restitutionis obtinuit. & idem nota. Angel. in l. si pater filium ff. de adoptio. Petr. de Ancharan. in consilio 408. Probata tanti viri sæuitia. in versicul. nec obstat. Quia respondetur, quòd illa do-
f ctrina Cyn. non uidetur uera, f cum sit contra superius allegata de iure ad rem: & Bald. in dicto §. & quid si tantum. tenet contra-
8 rium, dum ibi concludit in illa quæstione,† quod restitutio concessa a principe intelligitur sine præiudicio tertij: & dicit, quod hoc sentit Cyn. ibi, & refert Bald. in uersiculo. tertia quæstio est. ita determinatum fuisse per legatum Bononiæ. & idem refert & sequitᷓ Ale. in consi. 216. Nec arguendi sumus. li. 2. & in consi. 190. Maturè. ff. eod. lib. 2. & opinionem Bal. sequitur Imola in dicto. §. & quid si tantum. in fi. vbi respondet ad text. in dicta l. siue libertus. & Paul. de Castr. ibi etiam concludit, quòd princeps non videtur in dubio voluisse præiudicare iuri adeundi, quod erat alteri acquisitum. Et ista conclusio comprobatur: quia etiam in nul-

ADDITIONES.

a ¶ Vxorem.) Alex. consi. 123. lib. 7. ubi dixi.
b ¶ Statutum. Quo stante cessat, quod Io. Amicus cõsi. 10. ait istud succedere posse filiæ, quæ successit matri.
c ¶ Legitima.) Supra consi. 296. nu. 2. vbi dixi.
d ¶ Lege.) Scilicet quando ab initio, uel ob culpam excludit, ut hic alias secus. Bal. consi. 452. & consi. 453. consi. 391. lib. 1. Alexan. consi. 12. nu. 7. lib. primo.
e ¶ Ad rem.) Idem Deci. cap. 1. de rescrip. vbi dixi. & in trac. meo in reg. Cãcellar. Reg. 18. nu. 55.
f ¶ Vera.) Prout non est vera hoc casu, tum quia illa pars est loco satisfactionis ciuilis, tum quia ista restitutio per modum gratiæ; alias uide, quæ dixi ad Alex. consi. 101. nu. 6. lib. 2. & ad Deci. in c. ult. nu. 8. de constitu.

in minimo præiudicio non videtur princeps tertio voluisse præiudicare, vt not. Domini. per gloss. ibi in capitulo cùm olim. in verbo, sine præiudicio de consuetu. & tradit Felin. in cap. super eo. de offic. delega. & dixi ibi, & in cap. quæ in ecclesiarum. in versicu. quartus casus. de constitut. vnde licèt ius succedendi esset modici præiudicij, non videtur illi derogatum per supradicta, quæ tamen ex abundanti dicta sunt, quia gratia restitutionis à legato impetrata fuit, qui quidem Legatus non videtur, quòd iuri alterius derogare possit, quia illud est reseruatum soli principi, vt notat Cald. in l. secunda. in versicul. item noto, quòd si Papa. C. de seruitu. & aqua. Et de Legato notat Federi. in consilio 200. Quòd punctuario. in versicu. præterea. el 2. & Bal. in l. cùm filius. ff. de testa. milita. cum similibus, vt tradit Alexand. in consilio 94. Cōsideratis his. libro primo. Quarta, & vltima cōclusio sit, quòd dictis sororibus nō obstat illa donatio, quam mater Pompilia fecit Matthæo filio infanti ad instantiam, & requisitionem Ascanij mariti, antequam dictam Pompiliam occideret: quia multum
9 consonat, † quòd esset facta in fraudem, vt in simili casu tradit Petrus de Anchara. in consilio 408. Probata tanti viri sæuitia contra suam vxorem. vbi concludit non prodesse marito, qui procurauit, quòd vxor sua esset bannita, vt illam posset occidere tanquā bannitam vigore statuti, quod permittebat bannitum impunè occidi: nam hoc, quod maritus procurauit in perniciem vxoris, sibi non prodest. l. 2. §. fina. ff. si quis cautio. facit quod not. Bal. in consi. suprà allegato 223. Punctus. lib. 1. & ista conclusio suadetur, quia alienatio fuit facta in coniunctam personam, quo casu præsumitur fraus. l. data. C. de donat. l. penul. in princip. de bon. libe. & no. Bartol. in l. non solùm. ff. de ritu nuptia. & tradit Pet. de Ancharano in consi. 251. Ex his, quæ superius sunt narrata. & Bald. in l. si quis post. C. de bonis præscrip. & Cuma. in consilio 156. Antognolus. cum similibus. & quia postea sequutum fuit homicidium non cum magno interuallo, ex quo fraus etiam præsumitur, l. si ventri. §. fina. de priuileg. credi. & not. Bar. in l. post contractum. ff. de donati. cum similibus. vt dixi in consilio 225. In casu Magnifici generalis. & ex his, & alijs dictis supra per dictum Cōsultorem in eius sententiam concurro.

EPITOME Consi. CCCCCXVI.

Quoniam consi. 524. non potest promptè intelligi sine præfixione thematis, illud ex narratis in eodem consilio extraxi, & præfixi cum mea resolutione. Senis testator habens filios ex priore, & ex Antonia præsente vxore, legauit vxori vsumfructum portionis filiorum communium. Deinde fecit illam tutricem, & curatricem filiorum suorum. Tertiò fecit illam vsufructuariam omnium bonorum, & gubernatricem stantibus omnibus filiis in communione, & commorando cum eis. Post obitum testatoris decesserunt omnes filii secundi matrimonii superstitibus filiis primi matrimonii hæredib. fratrum consanguineorum ex substitutione paterna. Vidua noluit amplius habitare cum superstitibus priuignis suis, & petiit ab illis vsumfructum omnium bonorum tam pro parte filiorum suorum mortuorum, quam pro parte priuignorum hæredum, & saltem petiit alimenta. Quantum ad vsumfructum ꝓ parte superstitum in futurum, quia vidua cum eis amplius manere noluit, res est clara, cùm per eam stet non deberi, quare super hoc Dec. parum immoratur, sed quantum ad vsumfructum pro parte defunctorum ipsius actricis filiorum, in quo versabatur difficultas, Decius hic acriter, sed in fauorem cōsultoris disputando concludit nō deberi, nec in alimenta resolui, etiam pro parte filiorum actricis. Et eos in totum absoluendos, in quo malè consuluit, quia, vt patet nu. 8 legatum vsusfructus portionis filiorum communium per se stabat distinctum, & separatum a legato generali vsusfructus omnium bonorum. Et quā uis vltimum generale legatum possit dici factum fauore omnium filiorum, tamen primum illud particulare legatum factum fuit fauore legatarii, prout etiam in dubio præsumitur. Fateor, quòd viuentibus filiis communibus eorum respectu debeat resolui in alimenta, iuxta consuetudinem, de qua glo. in dicta authentica, quod locum. sed mox filiis mortuis sine liberis resumit propriam vim vsusfructus, vt etiam suprà consi. 444. vbi dixi. Et sic rei debebant condemnari, pati nouercam habere plenum vsumfructum bonorum, seu portionū filiorum eius præter legitimas eorum, quæ pleno iure spectant ad illam, quæ in residuo nihil habere debet, quia noluit morari cum eis.

SVMMARIVM.

1 *Legatum alimentorum aliquibus relictum, donec cum aliquo morati essent, an post mortem debeat præstari, nu. 4. 5.*
2 *Dictio, dum conditionem facit.*
3 *Conditione in casuali, quocunque modo conditio deficiat; legatum impeditur.*
6 *Mentecaptus, vel furiosus probatur ille, quem pater furiosum, vel mente captum reputauit.*
7 *Legatum factum à filio illi, qui cum matre morari debuit, cuius fauore factum sit. nu. 8.*
9 *Verba simpliciter, non secundum quid intelligi debent.*
10 *Consuetudo, de qua gl. in authen. quod locum. cessat in nouerca.*



IN casu Occurrēti in inclyta ciuitate Senarum uiso pūcto, & cōsideratis diligenter omnibus, quę proponuntur, Videbatur prima facie dicendum, ꝙ alimenta debeātur omnino do. Antoniæ non obstante morte filiorum,
1 cum quib. morari debuit, prout vr̄ casus in l. j. C. de leg. † vbi legatum alimentorū relictū quibusdam, donec cū Claudio morati essent, etiam post mortem Claudii præstari debent. & gl. & Bartol. in fi. & doc. ibi dicunt esse speciale in legato alimentorum, q̄ in dubio in fauorem legatarij relicta præsumuntur. ad idem tex. in l. annua. in principio. de annuis leg. in l. Caio. §. Imperator. de alimentis, & ciba. lega. & ibi Bartol. dicit esse speciale in tali legato alimentorum. & idem Bartol. post gl. in l. 1. C. de instit. & substitutio. ad idem tex. in l. illis libertis. vbi Barto. de conditi. & demonstra. ita pariter videtur dicendum in casu isto, quia legatum vsusfructus omnium bonorum, de quo disponitur in testamēto fauore filiorum resoluitur in alimentis secūdum consuetudinē, quæ communiter approbatur, ut not. per gloss. in authen. hoc locū. C. si muli. secundo nup ubi Bart. & idem Bart in l. Titia. la 1. §. fi. de lega. 2. in consi. 9 Super eo. in consi. 56 Bar. fecit testam. Angel. in consil. 144 Reuocatur in dubium. in princip Pet. de Anch. in consi. 237. Quia in primo quæsito. Roma. in consil. 118. Quòd ad primum. Alex. in consi. 56. Perlectis uerbis. lib. 3. cum simili. quæ nota sunt. Et ideo de tali legato debet iudicari idem, quod de legato alimentorum: & hoc tradit Abb in consil. 78. Punctus qōnis. circa fi. lib. 2. Præterea in casu proposito aduertendum est, quia dicta Antonia relicta est vsufructuaria omnium bonorum, dum steterint in communione omnes infrascripti eius filij, &
2 hæredes. † illa enim dictio, dum. facit conditionem. l. qui concubinam. §. vxori. de leg. 3. not. per Bart. in l. 1. versi. quid de dictione, dum. de condi. & demon. in l. si quis ita. per illum tex. eod. tit. de condition. & demon. & talis conditio videtur saltem habere locum in filiis superstitibus, cum quibus si non stat per eam, quo minus cum illis moretur, debet habere alimenta saltem pro rata superuiuentium. l. Seio amico. in prin. l. Mæuia. in prin. de annuis lega. dicta l. si quis ita. in fi. & sic illa conditio morandi cum filiis videtur habere locum, quatenus cum illis morari possit, ut in tali conditione specialiter scribit Cuma. in consil. 38. Maritus quatuor filiis. in fi. & ista in fauorem matris occurebant, ut alimenta in totum, uel pro parte consequatur. Quibus tamen non obstantibus ulterius cogitanti contrarium de iure esse arbitror, uidelicet quòd imo ipsa per mortem filiorum dicto legato priuata sit: & ista conclusio principaliter probatur duplici fundamento. Primo secundum regulam, & communem conclusionem, quæ
3 est, † ꝙ in conditione casuali, quocunque modo conditio deficiat, legatum impeditur. l. 1. §. finautem sub cōditione. C. de cad. tol. no. Bar. in l. 1. in prin. C. de insti. & substi. & idem est in conditione mixta, quæ pendet à facto implere debentis, & alterius, vel à casu, prout in ista conditione morandi cum filijs, quia per casum mortis filiorum deficit legatum, ut no. per glos magnam. in fi. in l. in testamento. la 2. & ibi Bart. de condi. & demon. alleg. l. legatum. C. de condi. inser. & idem gl. in rub. eo. tit. de condi. & demon. Bar. in d. l. 1. C. de insti. & subst. & in l. qui concubinam. §. vxori. de leg. 3. in illis libertis. in fi. de condit. & demonst. Paul. de Cast. in consi. 7. Circa primum. & idem consilium repetitum reperitur in consi. 31. in nouis. & Abb. in d. consi. s. alleg. 78. circa fi. lib. 2. & ex ista * communi conclusione uidetur fundata intentio contra Antoniam, ut ipsa post mortem filiorum vlterius legatū petere non possit. & ad allegata supra in contrarium r̄ñsio inferius apparebit. Scd̄ò principaliter probatur ista cōclusio per tex.
4 in d. l. illis libertis. in fi. de cōd. & dem. ubi dr̄, † ꝙ si testator ꝑ vtilitatē filii reliquit alimēta eis, qui cum eo morati fuissent, mortuo filio cessat legatum alimentorū, quia cessat causa finalis, ꝑ quā motus fuit testator ad faciendum legatum: & ita videtur in casu isto, quia testator prius legauit vxori simpliciter illud, qđ voluit, [a] deinde fecit illam tutricem, & curatricem filiorum suorum, & ēt fecit illam vsufructuariam omnium bonorū, & gubernatricem stātibus omnibus filiis in communione: vnde tale legatum

ADDITIONES.

[a] ¶Voluit.) Scilicet vsumfructum portionis filiorum suorum, ut infra nu. 8. adde supra consil. 485. ut etiam Decius contra viduam male consuluit. & infra consi. 601. & consi. 621.

tum videtur factum in fauorem filiorum, vt statim dicam: ergo illis mortuis extinguitur legatum d.l.illis libertis.& in d.l.legatũ. de condi.inser.& dicit Pe.de Anch.in cons. 237. Quia in primo * quæsito ꝙ est *communis* conclusio, quàm omnes tenent, † quòd 5 legatum etiam alimentorum factum in fauorem eius, cum quo quis debet morari, per mortem eius extinguitur.alle.text. in d.l. Seio.in prin.ff.de annuis legatis.& ad idem videtur tex.in d.l.illis libertis.in fi. Tota ergo vis consistit in ostendendo, quòd vsusfructus relictus fuerit vxori in fauorem filiorum testatoris. Et hoc probatur ex qualitate personæ, cum qua mater debet morari, vt in simili casu tradit do.Signorolus noster Mediolanensis in cons. 179.in themate p̃suppposito.vbi disposuit testator, quòd vxor deberet morari cum filia, quæ erat infans, propter qualitatẽ eius dicit, quòd conditio morandi videtur adiecta in fauorem filiæ, quæ melius nutriri, & custodiri poterit à matre. & ideo concludit, quòd filia mortua legatum perimatur.alleg. tex. in d.l.illis libertis.in fi.& ita videtur in casu isto, quia filij erant pupilli, vt colligitur ex eo, quod testator dedit eis tutricem matrem: nam ex datione tutoris præsumitur pupillus, vt not.Salic. in l. cùm te C.de proba.in versic.exemplum pone.pater enim prouidendo illis de tutrice reputauit illos pupillos, ergo pro pupillis haberi debent, argumen.eius, quod not.Bald.in §. item furiosi. insti. qui. non est 6 perm.face.testa.† vbi inquit, quòd probatur mente captus, vel furiosus ille, quem pater reputauit furiosum, vel mentecaptum: & sequitur Ale.in consi. 54.Ad quæsitum.lib. 1.cum ergo essent pupilli, videtur, ꝙ legatum vsusfructus vxori in fauorem filiorum relictus fuerit.& generaliter dicit Bal.in cõsi.434.Casus talis est. circa fi.lib. 2.ꝙ in matre in dubio præsumitur, ꝙ illa conditio morandi cum filijs posita sit in fauorem filiorum, alle.bonum tex.in l.sed si hoc.§ fi.de conditio.& demonstr.&ideo Bal.ibi infert, ꝙ mortuis filijs extinguatur legatum.& idem Bald. in consilio 136. Andreas reliquit circa fi.lib.4.vbi allegat d.l. legatum. C. de condi.inser.Et cum supradictis concordat Pe.de Anc. in d.cõsi.237. 7 in prin.vbi arguit, † ꝙ legatum factum a filio illi, qui debuit morari cum matre, sit factum fauore matris, quia ipsa erat antiqua, & infirma: vnde ex qualitate personæ deprehenditur, quòd in eius fauorem factum sit legatum, vt no.Odof.& Alb. refert in d. l.1.C.de leg.Ex quibus omnibus manifestè patet, quòd legatum, de quo agitur, relictum sit in fauorem filiorum: & ideo sequitur quòd illis mortuis cessare debet legatum.d. l.illis libertis. in fi.& sic hoc secundum principale fundamentum remanet bene comprobatum. & ista conclusio confirmat̃ ex his, quæ dicam statim respondendo ad allegata suprà in ɔ̃rium. Vnde primò non obst. tex.in d.l.1.C.de lega.quia respondetur primo, ꝙ loquitur in legato alimentorum, & est speciale fauore alimentorum, ut s̃. dictum est: ergo secus videtur in legato vsusfructus omniũ bonorum, de quo agitur per supra dicta. Non ob. ꝙ in isto casu legatũ vsusfructus omnium bonorũ resoluatur in alimentis s̃m cõem consuetudinem in fauorem filiorũ, vt s̃.dicebatur. Quia hoc nõ vr̃ habere locũ in casu proposito propter voluntatem testatoris, qui primò legauit vxori vsumfructum portionis filiorum ex ex dicta vxore, & postea legauit vsumfructũ omnium bonorũ: vnde testator videtur cogitare de integro vsufructu, quia si dictum legatum restringeretur in alimẽtis.non esset differentia inter legatum vsusfructus partis bonorum, vel omnium bonorũ: & hoc vr̃ ɔ̃ mentẽ testatoris: nã illa resolutio vsusfructus ad alimenta in fauorem filiorum habet locum ex coniecturata voluntate testatoris, & ideo si aliter apparet de voluntate testatoris, illa attenditur, vt not.Sal.in auth. hoc locum.in fin. C.si mul.secũdò nup.& tradit Maria.Soc.in consi.incip.Franciscus Donati de Aretio.quod repetitur in consi. 1.in ult.libro consiliorũ do. Bartho.Soc.eius filij.Et hoc in terminis etiam scribit Pau.de Cast.in consi.399 Quòd vxor.in prin.vbi hoc tenet etiam ex tacita volũtate defuncti, & Pau.de Cast.refert, & sequitur Alex.in cõsi. 56. Perlectis verbis.lib.3.& in consi.214.Ponderatis verbis. in fi. lib. 6.& ita alias consului, vt patet in consi.408.Visa, & iterum lecta. in prin. Secundo respondetur, & dici probabiliter potest, ꝙ tex. in d.l. 1.C.de lega.qui specialiter loquitur in legato alimentorũ, non vr̃ habere locum in legato vsusfructus, dato, ꝙ resoluatur in alimentis: quia illa resolutio procedit ex consuetudine, quæ ita interpretat̃, vt s̃.dictũ est, & talis consuetudo debet strictè interpretari, & duntaxat hẽt locũ solũ in terminis, in quibus loquit̃, vt tradit dñs Signorolus in ɔ̃s.179.s̃.all.in ver.|nũc venio ad aliud dubium.Imo.in l.Titia testõ.la 1.§.fi.in fi.de le.2.ergo videtur dicendum, ꝙ d.l.1.quæ loquitur de legato alimentorũ simpliciter, non habeat locum in legato vsusfructus omnium bonorũ, quia licet resoluatur in alimentis, non vr̃ legatum alimentorum sim- 8 pliciter, sed secundum quid. † verba autem debent intelligi simpliciter, non secundũ quid.l.hoc legatum.ubi Bar.de le.3. Et hoc confirmat̃; quia tex.in dicta l.1.vt doctores dicũt, procedit fauore alimentorum, q̃ quidem ratio cessat in istis alimentis, quæ debentur in locum vsusfructus: quia talia vident̃ odiosa legatario, cui magis expediret habere vsumfructum omnium bonorũ, q̃ alimenta. Tertio responderur, dato, ꝙ resolutio facta fuisset in alimentis, hoc locũ habuisset viuentibus filijs, sed post mortẽ eorũ reintegratur legatũ in toto vsufructu, quia cessat fauor filiorum vt Bar. concludit in d.l.Titia.§ fi.in fi.& in consil. 56. Bar.fecit testamẽtũ idem Bart.in l.si ita scriptum fuerit. de manumis.test.cũ si.ut tradit Alex.in consi.42. Viso processu.in fi.li. 2.idem Ange. in consi.97. Viuianus de Monte politiano.in consi.109. in d.testamẽto.& iõ cũ sint mortui filij vxoris, cui factũ fuit legatum, dicitur legatum vsusfructus omnium bonorum, & non alimentorũ. Non ob.ꝙ super sint filij primi matrimonij, quibus vxor legataria est nouerca: quia illa consuetudo de vxore vsufructuaria non habet locum in nouerca, & sic institutis filijs alterius matrimonij, ut tenet Bal.in d.auth.hoc locũ. & hoc dictũ pro notabili refert Franciscus de Crema in not.8. incipiente, Quod si maritus. in ver.quid si sint filij.& de hoc inferius dicã: quia in casu isto ista qõ non cadit. Et s̃.dicta omnia dicta sunt ex abundanti stante secundo fundamẽto irrefragabili s̃.facto, ꝙ dictum legatum factũ vxori fuit in fauorem filiorũ, vt s̃.probatum fuit: quo stante etiã legatum alimentorũ per mortẽ filiorum extinguitur, vt est casus in d.l.illis libertis.in fi.de cond.& dem.& ex isto fundamento tolluntur omnia allegata s̃.in contrarium: & indubitanter vr̃ procedere conclusio superius firmata, ꝙ per mortem filiorum mater priuata sit legato alimentorum. Vltimo non obst. ꝙ illa conditio morandi cum filijs deberet diuidi, vt saltem pro parte superuiuẽtium haberet legatũ, iuxta notata per Cumanum in ɔ̃s.38.allegato s̃.in contrarium, quia respondetur, ꝙ talis diuisio non cadit in isto casu, quia mortuis eius filijs mater (vt narratur) repetijt suas dotes, & noluit habitare cum filijs superstitibus priuignis suis: & sic cum per eam steterit, ꝙ morata non sit cum illis, nõ potest legatum ex personis ipsorũ petere.l.si ea cõditione.C.de ɔ̃d.inser. facit tex.in l.si quis ita legauerit.de ɔ̃d.& dem.l.Mæuia.in princ. de annuis legatis.l.Titia.la 1.§.si ea cond.de le.2. cũ si. & sic dicta vxor in totũ vr̃ priuata dicto legato pro parte filiorũ suorum ex eo, ꝙ sunt mortui. Et pro parte filiorũ primi mr̃monij, quia noluit cũ illis morari, & sic p̃ eã stetit, ꝙ ɔ̃ditio impleta non fuit: & ex oĩbus s̃.dictis apparet partes eorũ, quibus ius iudicãdi incũbit, esse in absoluendo reos conuentos a petitis, & si causa mihi commissa esset, ita iudicarẽ, saluo tñ saniori iudicio alterius, qui vt puto ab hac sententia non discreparet. Die quarto Februarij 1527. Pisis.& ita iudicatum fuit Senis. vt do. Raynal. Petrutius scripsit.

EPITOME Consi. CCCCCXXVII.

Filia materterę simul cum alia matertera ad successionem prædefuncti admittitur tanquam in locum matris subrogata.

SVMMARIVM.

1 *Successione patrui quando agitur filius in succedendo, patris locum ingreditur.nu.8.9.*
2 *Filius locum matris intrat, vt cum matertera succedat.nu.12.*
3 *Possessiones pro omnibus prædijs accipiuntur, quæ proprietatis iure possidentur.*
4 *Propinquorum appellatione masculi, & fœminæ veniunt.nu. 5.*
6 *Posterorum appellatione etiam fęminæ comprehenduntur.*
7 *Masculinum in materia indifferenti fęmininum concipit.*
10 *Statutum, quod de bonis paternis loquitur, in bonis fraternis locum non habet.*
11 *Rubricæ generalitas attenditur non obstante, quòd nigrum limitate loquatur.*


IN ciuitate Rauennæ dubitari contingit, an ad successionem Ceciliæ, quæ decessit in pupillari ætate, sola domina Maria ejus matertera admittat̃, vel cum illa debeat concurrere domina Iulia filia dominæ Antoniæ alterius materteræ: & sic in effectu vidẽdum est, an dicta Iulia in locum Antoniæ matris suæ subrogetur, & simul in dicta successione cum domina Maria prædicta admittatur: & hoc inspecto non solum iure communi, sed etiam attentis sta- a tutis Rauennæ. [a] Primò quantum ad dispositionem iuris com- 1 munis res non videtur habere difficultatem, nam clarum est, † ꝙ quando

ADDITIO.

a ¶ Rauennæ.) Imo vtroque iure tam communi, quam statuti Iulia excluditur, & sola Maria matertera in omnibus bonis admittitur, quia ex hypothesi hic contenta non de successione materteræ, sed Ceciliæ neptis agitur, & sic sumus vltra fratres, & filios fratrum, vel sororum etiam vbi Iulia remotior nullo modo repræsentat in successione cognatæ, quę in quarto gradu est. Et Decius malè consuluit. Et adhuc infra consil. 658. nititur. manifestum errorem detectum velare statuto impertinenti, vt hic, nu. 10.

quando agitur de successione patrui, filius in succedendo ingreditur locum patris, ut est textus in §. reliquum. in Authentic. de hæredibus ab intestat. venien. ubi Ange. in tertio notabili. & idē notat Bartolus. in authentica post fratres. C. de suis, & legitimis. per illum tex. & tradit Alex. in consi. 44. Videretur prima facie. libro quinto. Et ista conclusio videtur bene procedere in successione legali de qua agitur, secundum resolutionem, quam ponit Bald. in l. cum ita. in §. in fideicommisso. de legatis secundo. Et in statuto, in quo vocati sunt proximiores, tamen filius fratris simul cum patruo admittitur, ut Alexander scribit in consilio 88. Quòd concurrere debeant. libro primo. & in consi. 137 Præclare à priore consultore. eodem lib. primo. & in testatore, qui vocauit proximiores, etiam filius fratris videtur vocatus cum patruo, ut not. Bald. in consilio. 171. Casus talis est, quidam Titius. libro quinto. cum similibus, vt dixi latè in consi. primo. Memini me aliás. & quod dictum est de patruo, idem videtur dicendum de matertera, quæ est in tertio gradu sicut patruus. §. tertio gradu. institutio. de gradibus. in lege prima. §. tertio gradu. ff. de gradi. vnde videtur, quòd filius, vel filia ingrediatur locum patris, vt simul cum matertera admittatur ad successionem Cæciliæ, quæ in pupillari ætate decessit: & ita in terminis tradit Bald.
2 in consil. 171. libro quinto supra allegato. † vbi concludit, quòd filius intrat locum matris, vt succedat cum matertera: & sic de iure communi in fauorem dominæ Iuliæ iudicandum de iure videtur. Secundo principaliter ista conclusio in fauorem dominæ Iuliæ probatur in statuto, quod habetur in ciuitate Rauennæ in secundo libro in rubrica. 25. in quo in principio dicitur, quòd possessiones debeant venire propinquioribus parentibus defuncti: † hic enim possessiones accipiuntur pro omnibus prædijs, q̄
3 iure proprietatis possidentur, ut in lege possessiones. C. de probationibus. l. interdum. ff. de verborum significatione. l. final. C. de fideiuss. mino. l. si quidem. C. de donationibus inter virum. cum similibus. & verbum illud, propinquioribus. pro coniunctis, siue masculis, siue fœminis accipitur, ut not. Bald. in consilio octauo. Super primo puncto. libro quarto. & in consilio 334. In quæstione. libro tertio. & dixi in lege secunda. ff. de regulis iuris. & dum dicitur de propinquioribus parentibus defuncti, verbum illud, parentibus intelligitur pro coniūctis secundū communē vsum loquendi, & quandoque secundum subiectam materiā accipit, ut nota. Abbas in capitulo fraternitatem. de sepulturis. in secundo notabili. & verbum, parentes, pro vtroque sexu intelligitur, lege quarta § prætor ait ff. de in ius vocan. & sic patet, ꝙ omnia verba posita in prin ipio statuti verificata sunt in casu isto, † quia
4 verbum, propinquiores, sicut verbum proximiores. cum sumus in dispositione legali, intelligit, ꝙ veniat filius fratris cū patruo; & pariter videtur, quòd Iulia filia materteræ succedat simul cum domina Maria matertera, vt supra dictum est. Secundo principaliter ista conclusio probatur ex verbis statuti, in versiculo, ita ꝙ in eodem ordine filius, uel nepos ex vna parte computetur cum alio fratre. illa verba, ita quòd, restringunt, & declarant præcedētia, in quibus vocati sunt propinquiores, ita quòd filius ingrediatur locum patris in successione patrui: & sic illud verbum, propinquores. limitatur, & declarat, ita quod filius, vel nepos simul cum patruo admittatur, argumento eius, quod not. de verbo, ita tamen. in l. Lucius §. qui habebat. ff. ad Trebellianum. & in lege Sticum Titio. cum gloss. in verbo. ita tamen. ff. de statu liber. in lege libertas. § hac scriptura. ff. de manumiss. testamen. & ista limitatio, seu declaratio est secundum ius commune, vt supra dixi: & etiam in statuto, si vocati sunt proximiores in dispositione legis, prout agitur in isto casu, verbum, proximiores. non excludit, quominus filius fratris simul cum patruo admittatur. & hoc maximè videtur dicendum in isto casu, in quo statutum hoc expresse dicit, & idem replicat, quod talis ordo seruetur in gradibus venientibus ex transuerso, licèt etiam super hoc esset dictum, dum filium, vel nepotem fratris cum patruo admittit. & pari ratione filius, vel filia materteræ debet succedere simul cū matertera, vt suprà dixi secundum Baldum in dicto consilio 171. & est vltimū consilium in vltimo libro. vbi in terminis hoc dicit. Non obstat, ꝙ huic cōclusioni obijcitur, quòd præallegatum statutum videtur loqui in masculo, & non videtur habere locum in fœmina, prout est Iulia, de qua agitur, per ea, quæ tradit Alexand. in consilio 45 Habita pro viribus. libro 7. Quia respondetur primò, ꝙ in casu isto nō dicit de masculo, sed loquitur in termino commu-
5 ni de propinquioribus, † quorum appellatione veniunt masculi, & fœminæ, vt supra dictum est: sicut etiam appellatione proximorum veniunt masculi, & fœminæ, ut nota. Angel. in consi-
6 lio 189. Viso facto. in princi. † & sub nomine posterorum etiam fœminæ comprehenduntur, ut not. Anton. de Butr. in consil. 70. Viso puncto. in primo dub. Secundo principaliter respon-
7 detur, † quòd in materia indifferenti, quæ ita conuenit fœminis, sicut masculis, si masculinum proferatur in lege, vel statuto ciuitatis, masculinum concipit fœmininum, quia eadem est ratio in materia indifferenti, ut nota. Bartol. in l. 1. in fi. ff. de pecu. in lege iura. in fine. ff. de legib. Bald. in consilio quadragesimoseptimo. Factum tale est. lib. 5. facit tex. in l. qui duos. in fine. de legatis secundo. in l. seruis legatis. de legatis tertio. & hoc etiam habet locum in lege diuina, ut not. Abb. per illum tex. in capitul. maiores. de baptis. & in casibus, in quibus masculinum concipit fœmininum de iure communi, prout est in materia indifferenti, idem erit in statutis, vt Salic. concludit in l. secunda. in versicul. secundò infero. C. de noxalibus & in casu isto, vbi agitur de successione, sumus in materia indifferenti, quia ita succedunt fœminæ, sicut masculi. l. maximum vitium. C. de liber. præte. & ita per illum tex. dicit Pet. de Anch. in consilio 120. Pro clariori decisione. in versiculo, vlterius aduertendum. ideo in casu proposito indubitanter est concludendum, quòd masculinum concipit fœmininum, ex quo infertur, quòd statutum, dum loquitur de filio fratris, videtur habere locum in filia, vt suprà dixi: & tradit Cuma. in consilio 84. Præsupposito casu. circa finem. & Angel. in consil. 191. Super puncto videtur prima fronte. & sic prima obiectio supra facta ad dictum statutum ex toto remota videtur. Secundò ab aduersa parte respondetur, quòd statutum, quod supra inductum fuit, vocat propinquiores, & in alio statuto, in quo mater excluditur, loquitur statutum de proximioribus propinquis: & ista verba respiciunt materteram, quæ sit proximior in gradu, quàm sit filia materteræ, quæ est in quarto gradu, in l. prima. ff. de gradib. & sic videtur, ꝙ filia sororis non debeat cōcurrere cum matertera, quæ proximior est: & ad hoc videtur tex. in l. si libertus præterito. §. si libertus. ff. de bonis libertorum. ubi lex proximum uocat ad hæreditatem liberti, ideo filius fratris non succedit cum patruo. & illum textum, & alia plura iura ad hoc Bartholo. Socin. inducit in consilio 351. Visis instrumentis. Sed ad hæc etiam respondetur duobus modis: primo, quod licet vocati sint proximiores, ista verba non excludunt, quominus filius fratris cum patruo admittatur, ut dixi supra secundū Alexand. in dicto consilio 38. & in consilio 137. libro. 1. & idem Alexand. in consilio 26. Videtur fortasse. libro 3. ubi allegat Bal. in consilio, Casus talis est. quod reperitur in consilio 171. libro quinto. suprà allegato ubi Bald. hoc in terminis dicit, & bene facit quod not. Bald. in l. 1. in versicul. & not. ipsum text. pone, di-
8 cit statutum. C. de secundis nuptijs. † vbi inquit, quod quando filius ingreditur locum patris, non corrumpitur gradus, sed reputatur, ita quod filius reputatur esse in eodem gradu, in quo erat pater. allegat Bald §. cum filius. institut. de hæredita. quæ ab intestato. Et ad maiorem declarationem considerandum est, ꝙ de iure C. filius nunquam intrabat locum patris in successione transuersalium, ut simul cum patruo admitteretur: sed frater proximior præferebatur. §. si plures. institut. de legitima agnato. succes. & in l. 2. C. de successorio edicto. in l. consanguinitatis iura. C. de legitimis hæredibus. in l. auunculo. C. communia de success. & hoc, quod erat de iure C. & institut. correctum fuit de nouissimo iure authenticorū in successione patrui carnalis. §. reliquum. in Authentic. de hæredi. ab intestato venien. ubi
9 Ang. in tertio no. dicit, ꝙ filius intrat locum patris, quando tractatur de successione patrui carnalis tātum. Secus vbi agit de successione aliorum transuersalium in gradu remotiori: unde allegata supra in contrarium procedunt secundum regulam, quæ est, ꝙ proximior præferatur. Sed dicta regula limitata est non habere locum in successione patrui carnalis, in qua filius fratris concurrit cum patruo. dicto §. reliquam. & hoc modo intelligitur statutum, quod uocat proximiores, quia intelligitur, nisi agatur de successione patrui carnalis, ut statutum intelligatur secundum ius commune, ut nota. in lege secunda. C. de noxalibus. in lege si quando. C. de inofficioso testamento. & statutum recipit interpretationem passiuam, ut nota. in l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad legem Falcidiam. ubi Bartolus. & idem Bartolus in l. omnes populi. in quarta quæstione sextæ quæstionis principalis. de iustitia, & iure. in l. si quis seruo. C. de furtis, & hoc modo comprobatur q̄d supra dictum est secundum Alexandrum, ꝙ licet à statuto vocati sint proximiores, filius fratris tamen admittitur cum patruo, vt supra dictum est: & pariter filia materteræ debet succedere simul cum matertera, ut suprà dixi. Secundo respondetur, quod in casu isto non sunt vocati proximiores, seu propinquiores simpliciter, sed cum ista declaratione, quod filius fratris succedat simul cum patruo, ut patet in statuto, in versicul. ita quod, & ideo non cadit disputatio, quæ suprà dicta est in præcedenti responsione, quia verba statuti clara sunt, & in claris nō est opus coniecturis. lege continuus. §. cum ita. de verborum obligationibus. & ad idem facit, quia limitata causa limitatum effectum producit lege in agris. ff. de acquirendo rerum dominio. lege age, ubi Bald. C. de transactionibus. & notat Angel. in lege militis codicillis. ff. de testamento militar. §. primo. cum ergo verbum illud, proximiores limitatum sit nō habere locū in filio fratris, videtur limitata dispositio statuti. & facit textus & quod ibi

ibi Bartolus in lege Lucius.§.qui habebat.ff.ad Trebellianum.Et ista secunda respõsio omnem tollit dubitationem, & prima etiã videtur bene procedere.Tertiò ab aduersa parte dicitur statutũ, de quo agitur,non habere locum in isto casu, quia statutum loquitur de bonis prouenientibus a patre,ibi,possessiones,quæ sũt ex parte patris,sed in casu isto agitur de bonis,quæ ad dictam Cæ
10 ciliam peruenerunt ab eius fratre Marco Antonio † vnde statutum quod loquitur de bonis paternis, non videtur habere locũ in bonis fraternis,ut notat Bartolus in lege finali in versiculo,sed si poneremus.ff.ad Tertullia. & tradit Angelus in consilio quinquagesimosecundo.Dominus Gilius.cum similibus,vt Alexand. scribit in lege prima.§.veteres.ff.de acquirẽda possessione.& idẽ Bald.in lege prima.ff.de rerum diuisione.Romanus in consil.40. Visis.Capra in consilio sexagesimotertio. Cum viso.in secundo dubio.cum simil.ut dixi in lege quoties duplici.ff.de regulis iuris. Sed ad hoc respondetur primò, quòd in principio statuti datur regula generalis,quòd possessiones debeant venire propinquioribus parentibus defuncti :& istud principium generale attenditur, & non debet restringi ex eo, quòd inferius aliqua uerba dicantur,quæ uideantur restringere : quia principium generaliter inspicitur,ut dicit textus in lege regula,in versiculo,& licèt.ff.de iuris,& facti ignoran.& illum textum pro not.allegauit Imol.in l.si ita quis.§.ea lege.de verborum obligatio nibus,& in simili ca
11 su dicitur de rubric.quæ generalis sit, † quia attenditur generalitas rubricæ non obstante,quòd nigrum limitatè loquatur,ut tradit Paulus de Castr.in consi.334.Præsens casus.ubi concludit, ꝙ licet in nigro statutum excluderet filiam ab hæreditate matris,tamen propter generalitatem rubricæ consuluit quòd etiam filia esset exclusa ab hæreditate patris &idem in simili casu notat Baldus in consilio 316.An statutum.lib.1. vbi statutum excludebat ascendentes per lineam fœmininam propter generalitatẽ rubricę. Baldus concludit idem esse in descendentibus.& ad hoc facit, quia nigrum ampliatur per rubricam, lege prima ubi glossa, & Bartol.C.de capit.ciuium.censib.libro undecimo.& notat Imol. in rubrica de uerborum obligationibus. Romanus in consil.16. Viso themate.cum similib.ut dixi in lege prima ff. si certum petatur.Secundo respondetur,quod statutum cõsiderat tres casus, primus est de propinquioribus ex parte patris, in quibus expresse dicitur, quod filius fratris ueniat ad successionẽ simul cũ patruo.Secundus est in propinquioribus ex patre matris,quibus noluit statutum,quòd deueniãt bona sicut suprà: ista uerba relationem faciunt ad supra dicta,& denotant similitudinem,capitulo parochianos de sententia excommunication.& per illum textum dicit Romanus in consilio cccxxviij.Præsens consultatio ꝙ dictio,sicut importat omnimodam similitudinem.& de dictione,supra notat Bartolus in d.lege prima §.hoc edicto ibi, qui supra scripti sunt & tradit Petrus de Ancharano in consilio 371. Ante omnia.Tertius casus est in trãsuersalibus,ibi,& ita in gradibus venientibus ex transuerso hic ordo seruetur,illa dictio, ita, affirmat,lege ut responsum.C.da transactionibus,lege cum mora.lege si ex falsis.C.eod.titulo lege Titio in principio.&§.primo. ff.de conditionibus,& demonstrationibus.in lege libertas.§.hæc scriptura.ff.de manumiss.testament.& sic in effectu dicitur, quod ordo supra dictus debet seruari etiam in transuersalibus,ex quo sequitur,quod etiam in transuersalibus debet filius intrare locũ patris,& pariter filia ingreditur locum matris,ut cum matertera simul admittatur,ut suprà dixi.Et sic in statuto videtur casus pro Iulia;& hoc modo considerando habetur clara responsio ad illud,quod a parte aduersa opponitur. Quartò contra dominam Iuliam allegatur,quod uerba illa statuti,qui sunt ex parte patris, significãt illos,qui sunt ex linea patris,quo casu uocari tantum videntur descendentes a patre, & non trãsuersales,ut Baldus tradit in consilio 321.Testamento cauetur, quod hæres scriptus. libro primo.refert Iason in rubri.ff.de operis noui nuntiatione.& hoc consilium reperitur in consilio 273. libro tertio. cum ergo dicta Iulia ueniat ex linea transuersali, non videtur comprehensa in statuto.Sed etiam ad istud fundamentum respondetur:& primo considerandum est,quod si linea transuersalis esset exclusa a statuto, pariter domina Maria esset exclusa, quia est matertera, quæ in tertio gradu transuersalium reperitur §.tertio gradu institutio.de gradibus,in lege prima.§.tertio gradu.ff.de gradibus,& sic non esset contentio inter dominam Mariam materteram, & dominam Iuliam filiam materteræ:quia vtraque esset exclusa,cũ sint in gradu transuersali unde tenendo,quòd utraque simul admittatur,vt supra dictum est,ad argumentum supra factum respondetur dupliciter.Primò propter generalitatem rubricæ statuti,quæ inspicitur,ut suprà dictum est in tertia oppositione,& tradit Socinus in consilio centesimouigesimooctauo.Circa præsentem consultationem.in uersiculo,quartò dici potest.in quarto libro.Secundò respondetur,quòd argumentum haberet locum,si illa uerba,ex parte patris.præcise deberent attendi, sed statutum vlterius procedit disponendo idem esse in propinquioribus ex parte matris.& idem ordo seruari debet in transuersalibus,ut statutum expresse dicit:& ideo ordo datus supra in illis,qui sunt ex parte patris,ut filius succedat in locum patris, & cum patruo admittatur,etiam videtur habere locum in trãsuersalibus, quia statutum hoc expresse dicit,& a verbis statuti non est recedendum. l.quod constitutum.vbi Bartolus.ff.de testamento milita.Postremo obijcitur,dum statutum dicit filium fratris succedere in locum patris,& quòd cum patruo admittatur;debet intelligi secũdum ius commune,uidelicet ubi agitur de successione aui vel patrui, iuxta no.per Bar.in d.authen.post fratres.C.de suis,& legitimis.& in aliis non uidetur habere locum.Sed respondetur breuiter,qđ hic agitur de hæreditate materteræ ,quæ patruo æquiparat,qa vterq; est in tertio gradu §.tertio.gradu instit.de gradibus.& in l.1.§. tertio gradu. ff. eodem & quia statutum hic disponit,quòd procedatur de similibus ad similia:nam simile dicitur , illud, quod non est formaliter idem , sed in effectu, ut not. Bald.in l.qui liberis.in prin.ff.de vulga.& pupilla.& similia dicũtur illa,in quibus eadem ratio videtur , ut dicit Bald. in lege illud. in versiculo item nota extra gloss.C.de sacrosan.eccle.& similia sunt,quæ regulantur per eãdem rationem,vt not.Petr. de Anch. in consi.251.In quæstione prædicta.cum similibus,ut dixi in cap. translato,de constitutionibus.& in terminis tradit Bald.in cons. suprà allegato.171.lib.5.vbi concludit, quòd filia intrat locum matris, & succedit simul cum matertera. Secundo respondetur, quòd uerum est,quod statutum debet intelligi secundùm ius cõmune,dummodò aliquid operetur:quia statutum debet intelligi,ne sit superfluum vt not.Bartol.in l.4.§.prætor ait.ver.quæro, quid si statutum.ff.de damno infecto.& in l.3. versicul. quid si in statuto.ff.de vsucap.cum similibus.sed si statutum in casu nostro restringeretur,quòd filius intraret locum patris in duobus casibus,vbi agitur de hæreditate aui,vel patrui,statutum nihil operaretur.ne ergo hoc absurdum sequatur, dicendum est,quòd generaliter intelligitur,ut verba sonant.Tertio respondetur,quòd in casu isto statutum loquitur vniuersaliter,dum inquit , cuiuslibet decedentis ab intestato.illa dictio,cuiuslibet, est vniuersalis,sicut dictio,cuiusq;.§.ꝙ si frumẽtũ.insti.de rerũ diui.ibi,cuiusq; fuerit. & dictio,quibuslibet,in clem.2.de officio ordinarii.& not.Bart. in l.hoc articulo.ff.de hæredibus instituendis cùm ergo statutum vniuersaliter loquatur, videtur habere locum in omnibus,& restringi non potest in auo , uel patruo. Et ex suprà dictis remotæ sunt omnes responsiones ab aduersa parte datæ ad statutum, & fundamentum suprà factum in statuto uidetur bene procedere: & etiam cessante statuto secũdum dispositionem iuris communis in fauorẽ Iuliæ respõdendũ est de iure, ut dixi s. in principio.

EPITOME Consi. CCCCCXXVIII.

Prædia intra confines territorij comitatus existentia ipsius esse præsumuntur,& contrarium asserenti non creditur,etiam Principi, vel reipu.maximè si de tertij præiudicio agatur.

SVMMARIVM.

1 *Concilium generale totam ciuitatem repræsentat.*
2 *Comitatus quicquid est intra fines,de comitatu esse præsumitur.*
3 *Bonitatis præsumptio non attenditur,vbi de tertii præiudicio agitur.*
4 *Crimen læsæ maiestatis,quod quis commiserit,Ducis alicuius literis non statur.*
5 *Iure suo propter verba narratiua nullus priuari potest.*
6 *Contractui princeps de potestatis plenitudine contrauenire non potest.*
7 *Statuti ab iniquitate appellari potest.*
8 *Statutum non valet,quod contra non citatum sententia valeat.*
9 *Imperator licèt vniuersalem iurisdictionem habeat,in rebus tamen priuatorum particularibus dominium non hab.t.*
10 *Proprietas,& dominium nulla societate coniunguntur.*
11 *Dictio,non aliter formam inducit.*
12 *Statutum cum certis modificationibus quando aliquid noui inducit, quicquid ibi exprimitur,pro forma esse dicitur.*



Ro resolutione casus propositi respondendum est de duobus. Primò de validitate cõstitutionis, seu declarationis factæ a Magnifico cõcilio generali populi Lucensis.Secundò de virtute concessionis factæ Francisco Philippi de Podio.Circa primum in illa constitutione cõcilij dicitur,quod bona posita in territorio Nossani sunt de proprietate Magnifici Lucensis communis,& quòd de dictis bonis nihil fieri potest a communi , vel ab hominibus Nossani, ideo de plenitudine potestatis omnia, & singula instrumenta facta,& celebrata super dictis bonis a dictis hominibus tanquã indebitè,

debitè, & iniustè in præiudicium communis Lucensis facta, an-
nullata, & cancellata sint, & nullius sint roboris, vt latius dicitur
in dicta constitutione. in qua primo etiam dicitur, quòd dicta
bona sunt de proprietate communis Lucensis; nam huic assertio
1 ni standum videtur, † Quia concilium generale repræsentat to-
tam ciuitatem, vt not. per glo. in rub. quæ sit longa consuetudo.
& tradit Ang. in consi. 63. Si prouisio. in prin. Alex. in consi. 101.
Visis instrumentis. in prin. lib. 1. & ciuitas ipsa videtur tenere lo-
cum principis, cum superiorem non recognoscat, ut not. Barto.
in l. 1. §. de qua re. ff. de postulan. in l. infamem. in fin. ff. de public.
iudi. & in l. hostes. in fin. ff. de capt. ideo videtur habere illam po-
testatem, quæ principi attribuitur, & in principe videtur specia-
le, quòd eius literis credatur, vt est text. in clem. 1. de probatio. &
not. in c. cum a nobis. de testi. ergo videtur, quòd credatur ver-
bis assertiuis concilij. Et stante declaratione, & assertione conci-
lij pro vera de iure communi est, quòd non potuerunt homines
Nossani disponere de bonis communitatis Lucensis, quia de re-
bus alienis disponere non licet. l. nemo. & per totum. C. de rebus
alienis non alienan. & ideo illa clausula, de plenitudine potestatis
non erat necessaria: facit tamen ad maiorem confirmationem,
quia contra illud, quod factum est de plenitudine potestatis, ni-
hil opponi potest, vt dicit Bald. in proœmio decret. & non potest
dici principi, cur ita facis: vt idem Bald. dicit in præludijs feudo-
rum. in ver. aliqua, sed pauca de principe. facit quod not. Barto.
in l. conficiuntur. §. codicil. de iure codicillo. Sed tamen his, &
similibus non obstantibus cõtrarium esse de iure arbitror, quòd
immo commune, & homines Nossani habuerunt, & habent po
testatem disponẽdi de bonis sitis in eorum territorio: quia quic-
quid est in territorio, & in cõfinibus Nossani præsumitur, quòd
sit de communitate Nossani, vt not. Bald. in l. insulæ Italiæ. ff. de
2 iud. vbi inquit, † quòd quicquid est intra fines comitatus, præsu-
mitur esse de comitatu. & not. Bald. in rub. C. de contrahen. em-
ptio. in 22. quæstio. & Pau. de Cast. in l. 1. in prin. ff. de acqui. poss.
& Soci. in consi. 166. In causa communitatis. li. 2. & in l. 1. in prin.
ff. de acq. poss. Et ideo dicti homines potuerunt tanquam de bo
nis suis concessionem facere pro annua pẽsione, & reseruato eis
iure directi dominij, & cum prędicti homines sint in possessione
dictorum bonorum, Magnifica communitas Lucæ, quæ præten
dit habere proprietatem in dictis bonis, ipsa tenetur probare de
dominio, & proprietate, quia hoc est commodum possessionis,
cap. ex literis. de probation. §. commodum. institut. de interdict.
& actore non probante reus absoluitur. l. qui accusare. C. de edẽ.
cap. fin. de iureiuran. cap. inter dilectos. de fide instrumen. & in c.
1. vt eccles. benef. Et licet causa communitatis Lucæ fauorabilis
sit, hoc non facit, quòd illi credatur in præiudicium alterius, ar-
3 gumen. glo. no. in cap. sicut. de senten. excommu. in fin. † & quia
a ubi agitur de præiudicio tertij,[a] præsumptio bonitatis non attẽ-
ditur, ut not. Abb. in cap. cum in iure. de offic. deleg. & quia pro-
pter qualitatem personæ nõ receditur a regula iuris communis,
vt notat Baldus in capitulo primo, in fin. per illum textum vt lite
penden. in cap. iurauit. de proba. Solum superest respondere ad al
legata suprà in contrarium, & in hoc uis tota consistit. Primo er-
go non obstat illa assertio facta in concilio generali, quòd bona,
de quibus agitur, sint in proprietate Magnifici communis Lucẽ
sis, quia respondetur, quòd in isto casu, in quo agitur de interes-
se, & utilitate communitatis, & consilij Lucensis, non est illi cre-
dendum, quia etiam principi seculari in tali casu fides adhiberi
non debet, ut notat Cardin. in consi. 128. In quæstione, quæ uerti
4 tur. in prin. vbi in duce Mediolani concludit, † quòd non statur li
teris, nec assertioni Ducis, quòd quis crimen læsæ maiestatis cõ-
miserit, quia agitur de suo interesse, & idẽ tradit Andrea de Iser.
in cap. 1. in prin. ad fin. in titu. quo tempo. miles. vbi inquit. quod
nec principi, nec regi creditur, si attestetur per literas eius, quod
talis fuit proditor eius: & quod propter hoc amisit feudũ, quod
a dicto principe, vel rege tenebat: quia testificatur in causa pro-
pria, in qua nullus est testis idoneus. l. nullus. ff. de test. & hoc etiã
5 habet locum in Papa, † qui non potest per uerba sua narratiua
priuare aliquem iure suo, ut dicit Abb. in d. clem. 1. de proba. per
ca. 1. de feu. sine culpa non amitten. & idem Abb. in c. quæ in ec-
clesiarum. de constitu. & isto casu limitatur text. in clemen. 1. de
proba. & allegata supra in contrarium. Secundo ad tex. in d. cle-
men. 1. respondetur, quòd tantum locum habet in summo Pon
tifice, & non habet locum in principe seculari, vt tradit Pau. de
Castr. in cõsi. 159. Viso, & examinato puncto. per rationes, quas
ipse ibi inducit: & Cardin. in d. consi. 178. & ibi etiam aliter Car-
din. respondet, quòd dicta clemen. 1. non habet locum in infe-
riori a principe, prout erat in Comite Virtutum, qui recogno-
scebat Imperatorem. & ita esset dicendum in Magnificis domi-
nis Lucensibus, qui recognoscunt Imperatorem, in quo tamen
non est opus insistere stantibus suprà dictis. Non obst. clausula
illa, de plenitudine potestatis: quia respondetur primo, vt su-
prà dictum est, quòd in tali casu non statur assertioni principis,
ideo videtur, quòd clausula illa de plenitudine potestatis nihil
6 operetur, ex quo non potest. † & in simili de plenitudine pote-
statis non potest princeps contrauenire contractui, vt dicit Pau.
de Castr. in l. digna vox. C. de legi. & Bald. in capitu. 1. §. ad hæc. in
versicu. item quæro, extra glo. de pace iuram. firman. Et quia nõ
potest ciuitas sine causa rem suam alicui auferre, vt not. Barto.
in proœmio digestorum. in versic. item quæro. & in l. toties. §. si
cui. ff. de polli. & tradit Inno. in capitu. quia plerique. circa fin. de
immu. eccles. cum simi. quæ nota sunt. Et ulterius consideran-
dum est, quòd ista declaratio facta a concilio, quòd dicta bona
essent de proprietate communis Lucæ, aut fuit facta per uiam
legis, vel statuti, aut per viam sententiæ: si per viam statuti, non
valet, quia videtur factum statutum specialiter in præiudicium
dictæ communitatis Nossani, quo casu statutum nõ valet, quia
lex debet esse generalis. 4. distinctio. capitu. erit autem lex. vt
not. Abb. in consi. 55. In causa. lib. 2. & in dicto capitu. cum om-
7 nes. de constitutio. Et dato, quòd valeret statutum, † appella-
b ri[b] potest ab iniquitate statuti, vt notat Barto. in l. omnes popu-
li in versicul. vltimo quæro. de iusti. & iure. Bald. in l. 1. ff. de legi.
in princip. in l. iudicibus. in princip. C. de appella. in l. quisquis. C.
qui appel. cum simi. vt dixi in capitu. consuluit. el tertio. de ap-
pella. Et de tali iniquitate statuti non solum agitur per viam ap-
pellationis, sed etiam per viam querelæ post tempus datum ad
appellandum, vt est text. in d. capitu. cum omnes. ubi Abb. in
quinto notabili, & in hoc sententia iudicis fortior est, quàm sit
statutum, quia sententia iniqua transit in rem iudicatam, sed ab
iniquitate statuti semper supplicari potest, vt Bald. dicit in l. 1. §.
similique modo. in fin. C. de lati. liber. tollen. Si vero dicta decla-
ratio facta sit per viam sententiæ, & clarum est, quòd talis senten
tia non valet, quia lata fuit sine causæ cognitione, vt not. in l. pro-
latam. C. de senten. l. ex stipulatione. vbi Bart. C. eod. titu. & quia
communitas Nossani non fuit citata in tali declaratione, quo ca
su sententia est nulla. l. 1. §. item cum ex hoc edicto. ff. quæ sen-
ten. sine appella. rescind. l. 2. vbi Bald. C. si per vim, vel alio modo.
& not. Calde. in consilio 8. in titu. de re iudica. Petr. de Ancha. in
consi. 212. De iure communi. in principio in consi. 260. Ex uer-
bis. & hoc procedit etiam in principe, vt notat Bald. per illum
8 textum in l. fina. C. de legi. † Et non valet statutum, quòd contra
non citatum ualeret sententia, vt not. Bald. in l. 1. versicul. sed hic
quæritur. C. quomodo, & quando iudex. & latius dixi in consil.
408. & ubi est defectus citationis, non præsumitur pro principe,
vt notat Abb. in capitu. primo de causa possessionis & proprie-
ta. & etiam contra subditum non potest princeps supplere defe
ctum citationis, quæ est de iure naturali. clemen. pastoralis de re
iudica. & not. Abb. in capitu. cum olim de re iudicat. & non va-
let decretum, quod iniquitatem, & iniustitiam contineret, ut
notat Barto. in l. fina. in secunda quæstione. in fin. C. si contra ius
quia esset contra substantiam legis, quæ debet esse iusta, & ho-
nesta. 4. distinctione capitu. erit autem lex. & non potest lex, vel
statutum eradicare naturalem iustitiam, ut dicit Bald. in capitu.
quæ in ecclesiarum. in versicul. sed nunquid statutum. de consti-
tutio. & dicit Angel. in consilio 139. Visis omnibus. quòd aufer-
re mihi meum sine causa est iustitiam mihi denegari. & ideo ibi
dicit, quòd non valet lex, vel rescriptum, quod iustitia denege-
tur etiam cum clausula, non obstante, quia est contra ius natu-
rale. alleg. Innocen. in d. capi. quæ in ecclesiarum. Et ex his etiam
alia responsio colligitur ad id, quod suprà in contrarium allega.
de clausula, de plenitudine potestatis. quia illa clausula, ex certa
scientia non operatur, quando processum fuit absque causæ co-
gnitione, prout fuit in isto casu, vt suprà dictum est: & ita colligi
tur ex decisione Rotæ, quæ est in decisione 230. Papa confirman
do. in nou. ubi allegat Specul. in titul. de legat. §. nunc ostenden-
dum. in versicu. 18. & tradit nouissime Bartholo. Socin. in consi.
164. Visa bulla. in versi. sed ad ista omnia respondeo. Vltimò nõ
obstat, quòd Magnifica ciuitas Lucana videtur habere impe-
rium, & iurisdictionem in villa, & in hominibus Nossani, quia ta
lis iurisdictio, & etiam merum imperium nõ infert ad dominiũ,
& proprietatem bonorum, de quibus agitur, ex eo, quòd notat
Bar. in proœmio digestorum in prin. ubi concludit post Bulg. &
9 glo. † quòd Imperator habet vniuersalem iurisdictionem, sed
tamen non habet dominium, nec proprietatem in rebus parti-
cularibus

ADDITIONES.

a ¶ Tertij.] Idem Philip. Dec. capi. prudentiam. in princ. de offic. delegati. ubi dixi.

b ¶ Appellari.) suprà consi. 333. Idem Dec. cap. cum omnes. no. 5. de const. ubi dixi.

cula fibus priuatorum, & idem not. Bar. in l. 1. §. per hanc. in uers. per hoc ergo. ff. de rei vend. & idem tradit Oldr. in consi. 176. Factum tale est. in 2. q. vbi inquit, ꝙ territorium, & districtus sonāt in superioritatem coercitionis, & proprietates non continentur
10 sub illis verbis, † quia proprietas, & imperium nulla societate cū dictis coniungitur. & idem Bal. dicit in l. a procuratore. C. mand.
a ꝙ proprietas fundi nihil [a] habet cōmune cum iurisdictione. Et ita ex omnibus supradictis manifesta conclusio habetur, ꝙ communitas, & homines Nossani habent liberam potestatem concedendi dicta bona, quibus voluerint: & sic absolutum est primum dubium. Venio ad secundum, in quo in effectu quæritur, an si facta sit noua concessio, illa impediatur ex priori concessione facta Francisco Philippi de Podio: & breuiter cōcludendum videtur, ꝙ illa prior concessio facta dicto Francisco nullum habeat præstare impedimentum nouis conductoribus, quia talis concessio fuit nulla, quia non fuit seruata forma statuti, quo cauetur, ꝙ in coadunatione concilij requiratur volūtas, & licentia potestatis, & non aliter, & hoc non fuit obseruatum in dicta concessione, quæ dicto Francisco facta fuit: nam tale statutum formam indu-
11 cit, vt colligitur ex verbo illo, non aliter. † de cuius natura est formam inducere, ut no. Bar. in l. de his. ff. de transac. in l. fi. per illum tex. C. de ven. re. ciui. lib. 11. facit tex. in l. muto. §. 1. versi. non aliter. ff. de tute. in c. episcopo non liceat. el 2. 8. q. 1. in l. comparationes. C. de fide instru. in l. non enim aliter. ff. de adop. in §. eadem l. insti. qui. ex cau. man. non licet. in l. j. § j. ff. quemad. testa. aper. in §. is vero, ad quem. in §. venditæ. insti. de re. diui. in c. fi. de procu.
12 in 6. & hoc confirmatur, † quia quando statutum aliquid noui inducit cum certis modificationibus, quicquid ibi exprimitur, dicitur esse pro forma, ut dicit Pet. de Anch. in consi. 242. Ex tenore priuilegij. in fi. & in dubio forma tradita a statuto videtur substantialis, ut no. Bald. in d. l. comparationes. de fide instrum. in tertia oppo. Et si forma statuti non seruetur, actus redditur nullus, ut no. Bal. in l. humanum. C. de legi. Petrus de Ancha. in consi. 35. Visis. Bald. in consilio 11. Præmissis. lib. 1. in consi. 324. Punctus. lib. 2. & in consi. 126. Testamenti factio. cū simi. Laus Deo. Phili. Dec. Pisis.

ADDITIO.

a ¶ Nihil.) supra consi. 481. dixi in consue. Parisien. §. 1. gl. 5. nu. 45.

b EPITOME Consi. CCCCCXXIX.

De vulgari substitutione, à qua inchoari potest testamentum. Et dispositio l. cum auus non habet locum substituta ecclesia, nec in transuersalibus, nec in uulgari.

SVMMARIVM.

1 *Institutionis gradus annullatur, quando res in causam caduci reducitur.*
2 *Substitutio uulgaris dicitur, quæ uerbis negatiuis fit, si institutus hæres non erit.*
3 *Institutio quibus in casibus caduca efficiatur.*
4 *Testamentum a secundo gradu incipere potest, quando est defectus ex instituti parte in primo gradu.*
5 *Filius institutus, & grauatus hæreditatem restituere post eius mortem, si sine filijs decesserit, intelligitur.*
6 *Testatoris dispositio quo casu cesset existentibus testatoris nepotibus.*
7 *Priuilegium terminos suos excedere non debet.*
8 *Dispositio, quæ de liberis, & parentibus loquitur, etiam in materia fauorabili in fratribus locum non habet.*



Hilippus olim Saluatoris de Busacharinis in eius testamento hęredem instituit Iacobum suum fratrē, & casu, quo dictus Iacobus non fuerit hæres quibuscunque de causis, tunc, & eo casu instituit hæredem suum ecclesiā, seu conuentum sanctæ Catharinæ de Pisis. Dictus Iacobus primo institutus decessit viuente Philippo testatore. quæritur, an ecclesia, seu conuētus sanctæ Catharinæ ad successionem dicti Philippi admittatur. Et in casu isto primo considerandum est, ꝙ cum dictus Iacobus hæres institutus mortuus sit viuente Philippo testatore, testamē-
1 tum in isto primo gradu institutionis annullatur, † quia res in causam caduci reducitur. l. j § ea enim. & in §. pro secundo. C. de cadu. tollen. in l. non putauit. §. a primo. ff. de contra tabu. & not. Pet. de Ancha. in consi. 137. Principaliter ponderandum est. in prin. & Cor. Perusi. in consi. 118. Videtur primo aspectu. in prin. li. 2. & in hoc non est laborandum, quia res clara est de iure. Sed videndum est, an institutio facta de dicta ecclesia casu, quo dictus Iacobus non fuerit hæres, debeat habere locum: & breuiter non laborando, vbi non expedit, concludendum est, ꝙ sit locus
2 institutioni, seu substitutioni factæ de dicta ecclesia. † Constat. n. istam substitutionem vulgarem esse, quæ fit uerbis negatiuis, si institutus hęres nōn erit, ut no. per gl. in §. qua ratione, inst. de pup. substi. in verbo, exemplum. & tradit Bart. in l. 1. in versic. ulterius quero. ff. de vulg. & pup. & uerba illa, si hęres non erit exponuntur, si noluerit, uel hęres esse non potuerit. l. cum proponas. ubi Bar. C. de hęre. insti. & ex illo tex. dum dicit, non potuerit, apparet secundum Bart. ibi, ꝙ quocunque modo veniat illa impotentia, substitutus admittitur: & in casu isto etiam expresse dicitur, non fuerit hęres quibuscunque de causis, illa dictio, quibuscunque, vniuersalis est. l. qui autem. §. fi. ff. de constit. pecu. & no. Bal. de verbis illis, quibuscūque hæredibus. in l. 1. ff. de rer. diui. in 54. q. & in c. 1. §. imperialem. de prohi. feu. alie. dixi in c. in præsentia. de proba. & ex hoc infertur, quòd si non possit ꝑ incapacitatē hæredis, substitutus admittitur. l. 2. C. de hæred. institu. siue non possit propter errorem testatoris, d. l. cum proponas. C. de hære.
3 instit. vbi Barto. † & idem si institutio annulletur ex post facto, vt quia posthumus institutus non sit natus. l. fin. C. de insti. & substi. uel quia institutus moriatur viuente testatore, ut in casu isto contingit. l. ab omnibus. §. cum quidam. de leg. 1. quo casu ista institutio caduca efficitur. l. j. § pro secundo. C. de cad. tol. vt suprà dixi. & in omnibus suprà dictis casibus, in quibus institutio nō potest habere locum, vulgariter substitutus succedit, & testamentum incipit valere a substitutione vulgari, vt est tex. in l. 3. §. fi. ff. de libe. & posth. vbi dicitur, ꝙ si filiusfami a primo gradu præteritus sit, a secundo exhæredatus, quia primus gradus non valet propter præteritionem filij, l. inter cætera. de libe. & posthu. & insti. de exhære. lib. in prin. testamentum incipit a secūdo gradu, a quo fuit filius exheredatus, & sic incipit a vulgari substitutione. d. l. 3. § fin. vbi Barto. & doct. & ad idem est text. in l. si filiusfami. substituatur. ff. de hære. insti. vbi dicitur, ꝙ si substitutus sit ei, a quo filius præteritus est, testamentum incipit a secundo gradu, a quo filius exhæredatus fuit, & sic incipit a vulgari substitutione. ad idem tex. in l. ex facto quæritur. §. Lucius Titius. ff. de vulg. & pup. ubi dicitur, quòd gradus primus, à quo filij præteriti sunt, nullius est momenti: & ideo substituti vulgariter succedunt in testamento, quia non in totum infirmatur testamentum præteritione filij, sed solum primus gradus, a quo facta sit præteritio, & testamentum incipit a secundo gradu, a quo exhæredatio facta reperitur. & iste est vnus effectus vulgaris substitutionis, quòd ab illa potest incipere testamentum, vt tradit Barto. in d. l. 1. in versi secun-
4 dus effectus est alleg. d. l. 3. §. fi. & ibi indistinctè concludit, † quòd quando est defectus ex parte instituti in primo gradu, indistinctè testamentum incipere potest a secundo gradu, siue primus nolit esse hæres, l. iam dubitari. ff. de hæred. institué. d. l. cum proponas. siue primus sit exclusus tempore. l. quamdiu. ff. de acquiren. hæredi. siue sit exclusus morte, ut in l. 1. §. pro secundo. C. de caduc. tollen. l. Thais. §. Splendophorus. ff. de fideicommiss. liber. vt latius Barto. tradit in d. l. j. & ideo cum in casu nostro Iacobus mortuus sit viuente Philippo testatore, indubitanter concludendum est, quòd ecclesia vulgariter substituta ad successionem admittatur. & ista conclusio clarissima est de iure, & nullam dubitationem habere videtur per suprà dicta. Solum videtur vna difficultas, quia cum Iacobus institutus decesserit relictis filijs, filij videntur excludere substitutum, iux. l. cum auus. ff. de condi. & demō. in l. generaliter. §. cum autem. C. de institu. & substitutio. in l. cum
5 acutissimi. C. de fideicō. in quibus iuribus habetur † quòd filius institutus grauatus restituere hæreditatem post mortem eius, intelligitur, si decesserit sine filijs: & filij, qui supersunt, excludunt substitutum, quia sicut testator prætulit filium substituto, ita verisimiliter suos filios voluit præferre. Et ideo in casu isto sicut Philippus testator uocauit Iacobum fratrem post habita ecclesia sanctæ Catharinæ, ita consonat, quòd voluerit filios dicti Iacobi præferri ecclesiæ per iura supra allegata. Sed breuiter respondetur, quòd iura suprà dicta non habent locum, si ecclesia substituta sit, prout est in isto casu: ita prædicta iura limitat Petr. de Ancharan. in consi. 46. Prima facie videretur. vbi inquit, quòd dicta iura fundata sunt in præsumptione, quia præsumitur istam fuisse testatoris voluntatem, si de nepotibus cogitasset: ex quo sequitur, quòd in casu, in quo præsumi posset de mente contraria testatoris, cessaret legis præsumptio, ut in simili not. in l. precibus. C. de impube. & alijs substitu. in l. in testamento. C. de testamen. milita. & quando substituta fuit ecclesia, videtur hoc factum fuisse pro anima, quæ omnibus rebus præferenda est l. sancimus. in fin. C. de sacrosanct. eccles. Et in dubio inhærendum est opinioni, quæ pro anima, & religione facit. l. sunt personæ. ff. de religio. & quia vltra legitimam maior fauor debet præstari ecclesiæ, quam filiis. in authen. si qua mulier. C. de sacrosanct. eccles. & istam decisionem Pet. de Ancha. refert, & videtur sequi Alex. in consi. 92. Super eo, de quo quæritur. lib. 3. Est verum, quòd Bald. in d. l. cum

6 in d.l.cum acutissimi.in versi.quæro,quid si pater. videtur tene-
re contrarium,dum concludit,† quòd si pater post mortem filij
instituti voluit, quòd construatur monasterium . ista dispositio
testatoris cessat existentibus nepotibus testatoris. & ibi refert, q
ita tenuit Ric.Malum.& idem tenet ibi Pau. de Cast. circa fin. in
ver.quæro,quid si fideicommissum: quia nō debet auferre filijs,
vt detur ecclesiæ, vt no.in l.Papinianus.§.1.ff.de inoffic.testa.vbi
gl.in verbo,sæpissime.allegat illud dictum,qui ecclesiam velit in
stituere,& filium exhæredare,alium quærat pro consilio, quàm
Augustinum.& idem glo.in l.si quis ad declinandam. C de episc.
& cle.in verbo,simili modo.quæ allegat text.17.quæstio. 3.in ca-
pitu.1.vbi hoc dicitur.Sed responderi potest, quòd hoc dictum
Augustini intelligitur respectu legitimæ, quando filius in totum
esset exclusus. Sed excepta legitima maior fauor debet præstari
ecclesiæ, quàm filijs, vt dicit Petrus de Ancha. in consi.suprà al-
leg.per text.in d.authen.si qua mulier.& ita etiam Barto. dictum
Augustini interpretatur in l. 1. in versicul. 2. quæro. C. de sacro-
sanct. eccles. Anton. de Butr. in consi. 25. Ad primum. Aret. in
consil.12. In causa Nicolai. Alexan.in l. pactum, quod dotali. C.
de pact. & in consi. 45. Habita super his.lib.1. Sed hic non agitur
de legitima auferenda,quia filius fuit institutus, & stante filio ne
potibus non debetur legitima,quia non sunt sui hæredes.§.post-
humorum.institut. de exhæredatio. libero.in l.posthumorum.in
principio. ff. de iniusto rupto. Et excepta legitima maior fauor
debetur ecclesiæ, quàm liberis, vt supra dictum est. Et sic opinio
Petr.de Ancha. defendi potest, si tamen iudicanti videretur du-
bitabilis. Secundò indubitanter responderi potest, quòd iura su-
prà allegata loquuntur in patre, qui filium instituit, & illum one
re fideicommissi grauauit, & non habent locum in fratre, qui
eius fratrem instituit,prout in casu isto contingit. vt notat Cyn.
ibi in 3.quæstio.& Ange.in princip.& idem dicit Alberic.in ver-
siculo quid in fratribus. post Iacobum de Rauenna, quem refert:
quia non est eadem ratio,vt in l.fratres.C.de inoffic.testamē.ideo
ad illos extendi non debet; nā iura supra allegata hoc induxerunt
7 in priuilegium filiorum,& descendentium: † & priuilegium ter
minos suos excedere non debet.cap.sanè.de priuileg.& idem te-
net Imo. in d. l. cum auus. vbi dicit illam legem non habere locū
in collateralibus.& tradit Alexand.in consi.38. Viso themate,de
quo supra.lib.1.& idem Imo.in l.ex facto.§.si quis rogatus. ff.ad
* Trebellian.& ista est * *communis* opinio omnium, vt Socin. dicit
in dicta lege cum auus. Solus And. Sicul. attentauit contrarium
in d.l. cum acutissimi. quibusdam leuibus rationibus, quibus re-
spondet Socinus in d.l.cum auus. Et gratia breuitatis non refero,
& quia sufficit nobis istam esse communem opinionem,a qua in
iudicando non est recedendum.& pro communi opinione bene
8 facit textus in lege tertia §.liberis.ff.de legatis præstandis: † vbi in
materia fauorabili dispositio quæ loquitur de liberis, & parenti
bus,non habet locum in fratribus:& ista responsio clara est,& ir-
refragabilis videtur. Tertio etiam principaliter responderi po-
test, quòd iura supra allegata loquuntur in substitutione fidei-
commissaria, ut in illis patet, & non debent extendi ad substitu-
tionem vulgarem,de qua agitur:quia,vt suprà dictum est,restrin
guntur dicta iura in terminis,in quibus loquuntur,& ratio diuer
sitatis etiam videtur, quia in fideicommissaria substitutione agi-
tur de hæreditate acquisita filijs institutis, quæ retinetur a filijs
grauati: & ista retētio fauorabilior est, quàm sit noua acquisitio,
de qua agitur in substitutione vulgari,argu.l.patre furioso. ff. de
his,qui sunt sui,uel alieni iuris.facit textus in l. per retentionem.
C. de vsur. & notat Baldus in lege prima. in tertio notabili. C.de
fideicommiss. & in notabili quæstione tradit Benedictus Capra
in consilio vigesimonono. Et sic viso. & dixi in l. precibus. C.de
impube. & alijs substitut. & sic ex omnibus suprà dictis indubitā
ter concludendum est, quòd ecclesia sanctæ Catharinæ ad suc-
cessionem dicti Philippi admittatur.

EPITOME Consi. CCCCCXXX.

Querela inofficiosi testamenti ad subuertendum fratris testa-
mentum instituto hærede extraneo coniugato concubinam te-
nente competit sorori contra institutum, vel eius hæredem, etiā
post quinquennium, quamuis ipsum legatum testamentariū ac-
ceptauerit,præsertim si ignoraret id ius sibi competere.

SVMMARIVM.

1 *Institutio turpis personæ per querelam impugnari potest.*
2 *Concubinas duas habens infamis dicitur.*
3 *Infamia facti quæ dicatur.*
4 *Concubinam quando maritus tenet, uxor ad thori separationem agere potest, & dotem repetere, ac donationem propter nuptias lucrari debet.*
5 *Concubina,& meretrices æquiparantur.*
6 *Alternatiuæ ad uerificationem sufficit alteram partem esse ueram.*
7 *Instituti contra filios,& hæredes quo casu querela competat.*
8 *Querela quo casu competat quinquennio non obstante.*
9 *Mora alicuius ubi consideratur,tempus ignoranti non currit.*
10 *Monialis a iuris ignorantia excusatur.*
11 *Renuntiare quis non uidetur iuri,quod ignorat,* 12.
13 *Legitima an sufficiat, quo casu testamentum per querelam impugnari possit.*
14 *Legitimæ supplementum in testatoris fauorem inductum fuit, ne eius testamentum impugnetur.*
15 *Dispositio de liberis, & descendentibus facta in transuersalibus locum nō habet.*
16 *Testator quando hæredem extraneum instituit, agnatus excluditur.*
17 *Monachus ut proprium habere possit, summus Pontifex indulgere non potest.*



VIso puncto,& septem
dubijs,quæ ex eo eliciuntur, & omnibus
diligenter consideratis studendo breuita
ti circa primum dubium principale, in
quo quæritur, an testamentum fratris,
qui instituit hæredem illum, qui habet
uxorem,& tenet concubinam, proposi-
ta querela impugnari possit a sorore eo
1 prætextu, † quòd instituta sit turpis persona, iuxta l.fratres. & l.
a fratris.C.de inofficioso testamento,& breuiter [a] concludendum
est,quòd dictæ sorori competat querela,quia nō potest ille, qui
habet vxorem, tenere concubinam. lege prima. C. de concubi-
nis.l.fin.C.commu.de manumis. ubi dicitur, quòd nec iura anti-
qua,nec noua hoc permittunt,& ideo dicitur infamis,vt expres-
2 se dicit Bald. in lege secunda.C.de incest.nupt. † vbi inquit,quòd
habens duas concubinas dicitur infamis.allegat glo. in Authenti
ca quibus modis natu.effic.sui.§. penultimo. in verbo, indubita-
tus.& pariter dicit,quòd ille,qui habet vxorem,& concubinam,
est infamis,idcirco querela videtur sorori competere,vt est tex-
tus in d.l.fratres.& hoc videtur habere locum,etiamsi sit infamis
b de facto, [b] vt nota.per glo.in l.nullam. C. ex quibus causis infa.
irrogatur.& sequitur Paulus de Cast.in d.l.fratris. C. de inofficio
so testa. & idem Paulus de Castro in consi. 61. Ad primum uide-
tur dictas sorores. in versiculo palam autem est. Bald. in d. l.fra-
tres.in 3.notabili.idem glossa in §.soror.in verbo,turpibus. insti-
tut.de inofficioso testamento in l.1.in princip. ff.de his,qui notā
3 tur infa. † & infamia facti dicitur, quando alicuius opinio sit læ-
sa,& grauata apud bonos, & graues uiros, ut nota.per glossam in
tertia quæstione septima cap.infamis.§. porro. & huius infamiæ
plura exempla ponit Azo in summa. C. ex quibus causis infa.ir-
roga.& negari non potest, quin in casu isto opinio istius instituti
esset grauata apud probos, & graues uiros, quia iura prohibent
uxoratum tenere concubinam.d.l.1.C.de concubinis. & in l. fin.
C.communia de manumiss.& merito Martinus de Fano,dum es-
set Potestas in quadam ciuitate Romandiolæ, præcepit cuidam
habenti vxorem,& tenenti concubinam, quod dimitteret con-
cubinam,ut Alber. refert in l. penultima. §. iuris præcepta.ff.de
iustitia,& iure.& ibi etiam Paul.de Castr.concludit, quòd ad in-
stantiam uxoris, & coniunctorum maritus potest compelli ad
4 dimittendum concubinam, post antiquos, quos ibi refert.† &
c quando maritus tenet concubinam, potest uxor [c] agere ad sepa-
rationem thori, & dotem repetere, & debet lucrari donatio-
nem propter nuptias, ut tradit Raphael Cuma. in consilio 175.
Domina Andriola. in fin. & sic confirmatur conclusio superius
firmata, quòd potest soror intentare querelam inofficiosi testa-
menti contra testamentum fratris, qui personam infamem in-
stituit, siue sit infamis infamia iuris,uel facti,per illum textum in
dicta l.fratres.dum ibi loquitur de nota.infamiæ. Secundo idem
probatur in dicta lege fratres. dum loquitur alternatiue de no-
ta turpitudinis; nam negari non potest,quin turpe sit tenere cō-
cubinam cum uxore, quia iura etiam ciuilia hoc prohibent, ut
suprà

ADDITIONES.

a ¶ Breuiter.] Idem in proprijs terminis Carol.Ruin.consi.5.lib.3.
b ¶ Facto.] Idē Io.Fab.d.l.fratres.Ial.consi.71.lib.1.Matth.Afflict. Deci.
Neap.204.
c ¶ Potest uxor.) Idem Deci.l.semper in contractibus. nume.6.de regu.iur.
ubi dixi,vide tamen Paul.l.uiro solut.matrim. Andr. Tiraq. de legib.con-
nubia.

supra dictum est:& facit textus in l. probrum. ff. de verborum significatione & in l. Pãtonius. ff. si a pa. quis fuerit manumis.& ad hoc in terminis est decisio Angel. in consil. 171. Petrus Campobranci. in secundo dubio.
5 † vbi æquiparat concubinas, & meretrices, vt dicantur turpes personæ, quibus institutis a fratre fratri, vel sorori datur querela inofficiosi testamenti. dicta lege fratres. de meretrice, quòd sit turpis personæ, est casus in dicta lege Pantonius. ibi, turpes personæ veluti meretrices. & meretrici, secundum Angelus æquiparatur concubina, & talis æquiparatio omninò videtur procedere in casu isto, in quo institutus retinebat concubinam cum vxore, per supradicta. Tertiò hoc idẽ comprobatur per tex. in dicta l. fratres. dum alternatiuè loquitur de nota leuis maculæ, quæ verba indubitanter in isto casu verificata sunt.& in terminis hoc modo ponderando illum textum scribit Paulus de Castro in dicto consilio sexagesimoprimo in dicto ver. palam est autem.& cùm tex. in dicta lege fratres. loquatur alternatiuè ibi, si scripti hæredes infamię, vel turpitudinis, vel leuis nota maculæ aspergantur, sufficit, quòd vna qualitas ex illis tribus verificetur:
6 † quia ad verificationem alternatiuæ sufficit vnã partem esse veram, in regula, in alternatiuis de regulis iuris. in sex to. cap. inter cæteras. de rescriptis l. si ita quis stipulatus fuerit. de verborum obligatio. a fortiori in casu isto dicendum est, quòd dispositio dictæ legis fratres habeat locum, quia illæ qualitates alternatiuæ requisitæ videntur copulatiuè in casu isto concurrere, quia institutus est infamis saltem de facto, & videtur turpis persona, & pariter leui macula notatus videtur. ex his primũ dubium absolutum sit. Capio secundum dubium, in quo quæritur,
7 † an querela competat cõtra filios, & hæredes instituti: & in hoc non est laborandum; quia res est clara, quòd detur, per textũ in lege si hæredum. C. de inofficioso testamento, ubi querela datur contra fiscum. & ibi Paulus de Castro dicit, quòd licèt querela non præparata non transmittatur, l. posthumus. §. finali. ff. de inofficioso testamento nota. in l. si pater. C. eodem titulo. tamen ex parte eius, contra quem competit contra hæredem eius, vel vniuersalem successorem transmittitur per illum textum, qui licèt loquatur in fisco, fiscus est loco tutoris. l. tutoris tui. C. ad legem Iuliam de ui publi.& pari ratione datur querela contra fideicommissarium vniuersalem lege prima. C. de inofficioso testamento quia fideicommissarius. est loco hæredis. l. si filius. ff. quod cum eo. §. restituta. instit. de fideicommiss. hæret. not. Bartolus in lege postulante. §. 1. per illum textum. ff. ad Trebellianum. Tertiò
8 quæritur, † an dictæ sorori competat querela non obstante ꝙ elapsum sit quinquennium, quod querelæ prefigitur. l. si quis filium. in fine. C. de inofficioso testamento Et paucis concludendum est, quòd tale tempus sorori ignoranti currere non potuit, quia vbi agitur de priuatione alicuius iuris alicui competentis,
a non currit tempus ignoranti, [a] vt notat Baldus in l. quandiu. C.
9 qui admit. per illũ textum.& Bal.& Salic. ibi concludunt † quòd vbi consideratur mora alicuius, tempus non currit ignoranti:& in casu isto mora in isto tẽpore quinquennij consideratur. l. contra maiores. C. de inofficioso testamento. ergo tempus non currit.& tradit Alexander in cons. 40. Viso themate. li. 6.& facit tex. cum glo. in capitulo 1. in verbo, vltra annum. in titulo quo tempore miles.& Bal. ibi no. illam gloss. quod tempus, de quo ibi, tantum currit post scientiam, & de tali scientia non probatur in isto casu:& soror videtur habere fundatam intentionem, quia ignorantia præsumitur. l. verius. ff. de probationibus, & in facto alieno probabilis videtur ignorantia. l. finali ff. pro suo. & maximè in
10 ista sorore, quæ erat monialis reclusa in monasterio, † quæ etiã ab ignorantia iuris excusatur, vt no. Abb. per illum textum in ca. quoniam. de simonia.& certè dicta soror, quę morabatur in monasterio, probabiliter ignorauit, quod eius frater teneret concubinam, ideo illi ignoranti non currit tempus per supra dicta. Quarto dubitatur, quia dicta soror acceptauit legatum sibi factũ in testamento fratris, ideo non videtur, quod impugnare possit testamentum. l. si pars. §. illud. ff. de inofficioso testamento. l. nihil. in prin. ff eodem titulo facit textus in l. post legatum. in princip. ff. de his, quibus vt indi. Sed breuiter respondetur, quod dicta iura, & similia habent locum in eo, qui sciret querelam sibi competere. Secus videtur in ista moniali, quæ ignorabat querelã sibi dari contra fratris testamentum, vt supra proximè dictũ fuit: unde cum ignoraret querelam contra testamentum fratris sibi competere, non potest dici, quod prædictæ querelæ renuntiaue-
11 rit: † quia iuri, quod ignorat, non videtur quis renuntiare. in l. mater in princ vbi Bartol. in quarto notabili. ff. de inofficioso testamento l. in repudiando. ff de acquirenda hæreditate facit textus in l. nec ignorans. C. de do. in l. cum Aquiliana. ff. de transact. & in simili casu hoc modo arguit Alexand. in consi. 8 Visis subtilissimis. in fine libro tertio, & uidemus in simili, quod dominus inuestiendo de nouo uasallum, qui erat priuatus feudo, uidetur sibi caducitatem remittere, ut notab. Bald. in cap. 1. uersi. sed pone. quo tempore miles. ubi alleg. l. 2. in prin. ff. si quis cautio. in l. fin. ff. de eo, quod certo loco. Et hoc intelligitur, quando domi-
b nus sciebat [b] uasallum esse priuatum feudo, secus si ignorabat,
12 † quia ignorans remittere non uidetur, ut tradit Alexander in consilio decimoquarto. Viso, & considerato. libro secundo, &
13 hoc satis sit in hoc quarto dubio. Quinto quæritur, † an sorori sufficiat, quod illi legitima detur, an uero detur præcise querela ad impugnandum testamentum in totum:& in hoc breuiter etiã
* concludendum est secundum * *communem* opinionem, quod de
c tur querela, & in totum [c] rumpatur testamentum: ita tenet Gulielmus de Cuneo in dicta lege fratres. ubi Bartolus sequitur, & uidetur ibi idem tenere Salycet. uersiculo quæro tertio. & Modern. ibi dicunt, quod ista est communis sententia. & Paul. de Cast. in l. fratris. C. de inofficioso testamento, in uersiculo tertio quæritur. inquit, quod Gulielmus de Cuneo, & alij doctores ita tenet, & idem Paulus de Castro in dicto consilio sexagesimo primo. Aretinus in dicta lege omnimodo. C. de inofficioso testamento, & ista communis opinio probatur in dicta lege fratres. ubi querela datur contra testamentum fratris, in quo sit instituta turpis persona:& cum tali querela non potest habere locũ: quod agatur ad supplementũ legitimæ, iuxta l. omnimodo. C. de inofficioso testamento, quia supplementum legitimæ tendit ad conseruationem testamenti, & non contra testamẽtum. sicut facit querela:& per querelam reducitur res ad causam intestati. l. circa ff. de inofficioso testamento. sed ille, qui agit ad supplementum legitimæ, non dicitur impugnare testamẽtum dicta lege omnimodo. ibi, testamentum quidem firmum sit.& dicit Baldus in lege cum lege. in tertio notabili. C. de episcop.& clericis. quod petitio legitimæ non est impugnatio testamenti. & idem Bald. in l. illud.
14 in princip. C. de collatio. dicit, † quod supplementum legitimæ fuit introductum in fauorem testatoris, ne eius testamentum impugnetur.& tradit Ioan. de Anania. in consilio sexagesimoseptimo. Viso puncto. Non obstat dicta l. omnimodo. ubi generaliter dicitur, quod ille, qui non habuit integram legitimam, debet agere ad supplementum legitimæ, & firmum remanet testamentum: quia respondetur, quod ille textus non uidetur habere locum in testamento fratris, in quo instituta sit turpis persona, quia illa lex loquitur in legitima, quæ debetur liberis, & descendentibus, quibus indistinctè debetur legitima, & non uidetur habere locum in fratribus, quibus regulariter non debetur legitima, sed tantum in casu speciali instituta turpi perso-
15 na. † & quia dispositio facta de liberis, & descendentibus non videtur habere locum in transuersalibus. l. 3 §. liberis. de legatis præstandis. Et quia dispositio dictæ legis omnimodo quæ est generalis, & correctoria, non videtur habere locum in casu isto speciali de turpi persona a fratre instituta, ut nota in simili in l. hac consultissima. C. qui testam. facere possunt. in gloss. in verbo, edoceant. facit textus in l. decurionibus. C. de silentiarijs. lib. 12.& quod no. per glossa in l. sciendum. ff. qui satisdat. cogantur. in authen. offeratur. C. de li. contest. nec propter hoc dicuntur esse deterioris conditionis filij, quàm fratres, ut declarat Paul. de Castro in d. l. fratris. Sexto contra sororem prędictam obijcitur, quòd ipsi non admittatur, quia agnatus ex forma statuti illi præferebatur: sed respondetur, quòd agnatus erat exclusus,
16 † quia testator hæredem extraneum instituit, & quia ipse agnatus ad maiorem cautelam iuri suo per instrumentum renuntiauit; vnde cum sit exclusus agnatus, obstare nõ uidetur l.& si modica. §. si filius. ff. de bo. liber.& no. Barto. in l. j. §. qui habebat. in vers. quidam filium. ff. de contratab. in vers. quæro, quid si extat. & in l. j. §. si pater. in vers. ex hoc concludo. ff. de coniungen. cum eman. liber.& in l. j. § sed & sint sui. ff. ad Tertyllia. cum similibus, quæ nota sunt. Septimo, & vltimò quæritur, an dicta soror habilitari potuerit a summo Pontifice, ut possit ipsa succedere non ob
d stante religione: in hoc non potest dari responsum [d] firmiter nõ visa dispensatione. nam licèt text. in c. cùm ad monasterium. in
17 si. de statu mona. dicat, † quòd nec etiam summus Pontifex licẽtiam indulgere possit, ut monachus proprium habere possit, Docto. tamen concludunt, ꝙ Papa ex causa hoc facere possit:& hoc saltem de plenitudine potestatis; sed quia de tali dispensatione non sum plenè informatus subsisto.

ADDITIONES.

a ¶ Ignoranti.) idem Rui. d. conf. 5. nu. 17. li. 3. & a. quæ dixi in consuet. Paris. §. 37. gl. 10. nu. 20.

b ¶ Sciebat) dixi in consuet. Paris. §. 30. q. 33. cum seq. adde Matt. Afflict. Decis. Neap. 53. Ias. consi. 107. li. 4. & Deci. supra consi. 450. nu. 26.

c ¶ In totum.) probat etiam text. in l. Pantonius. in princ. si a paren. quis manu. fue. & tetigi in tract. de inofficioso testamento donatio. & dotis. nu. 64. in fi.

d ¶ Responsum.) postea dedit, ut infra cons. 559.

EPIT.

EPIT. Consi. CCCCCXXXI.

Casus pœnales ob treugam ruptam, uel pacem fractam stricti iuris esse videntur, qui non recipiunt interpretationem extensiuam, sed in eis liquida, & plena probatio requiritur.

SVMMARIVM.

1 *Probatio liquida esse debet, ut pœna committatur, cum ad pœnam treugæ ruptæ agitur.*
2 *Statuti forma ad vnguem seruari debet.*
3 *Fiscus licet multa priuilegia habeat, non tamē priuilegiatus intelligitur nisi quatenus in iure expressum fuerit.*
4 *Consanguinitas intra quartum gradum si probari debeat, nō sufficit, quòd testes dicant simpliciter illos esse consanguineos, nisi probent, quòd intra quartum gradum sint.*
5 *Interpretatio contra probantem etiam in materia fauorabili in dubio fieri debet.*
6 *Vindictæ ius fœminis non competit. 7.*
8 *Treuga si frangatur, alteri parti contrafacere non licèt.*
9 *Differentia, quæ inter treugam, & pacem datur, iure non probatur.*



ACcuratè, & diligenter
absoluta fuit præsens consultatio à præ-
clarissimo V. I. Doctore domi. Achille
Granditio consulente, & a domino Laza-
rio Arnolphino Iurisconsulto celebratis-
simo subscribente, requisitus de subscri-
1 ptione agam paucis: † nam cū agatur ad
a pœnam treugæ ruptæ, liquida [a] debet es-
se probatio, ut pœna committatur, ut not. Bald. in c. 1. quali. do.
propri. feu pri. allegat text. in l. in testamento. la 1. ff. de cond. &
demonst. & dicit Bal. in l. cum proponas. C. de hæred. insti. quod
casus pœnales sunt stricti iuris, & non recipiunt interpretationē
extensiuam per illum text. in d. l. in testamento. & in pœnis, quia
liquida, & plena probatio requiritur, nunquam defertur iuramē
tum in defectum probationis, ut not. Bal. dicit in l. 1. in versic. ex
hoc patet. C. de his, quæ pœnæ nomi. Et ex pluribus supra dictis
apparet intentionem agentis fundatam non esse, nec sufficiēter
probatam fuisse: & præsertim ex eo, quòd in processu nō fuit ser
uata forma statuti: nam quādo in statuto aliter disponitur, quàm
de iure communi, videtur data forma, ut tradit Petr. de Ancha-
rano in consilio 36. Visa quadam petitione. & hoc modo arguit
Socin. in consi. 92. Viso instrumento. lib. vlt. & quando lex, & pa-
ri ratione statutum inducit aliquid de nouo cum certis modifi-
b cationibus, quicquid ibi exprimitur, videtur de forma, [b] ut dicit
Pet. de Anch. in consilio ccxlij Ex tenore priuilegij. in fine, & for
ma statuti debet formaliter impleri, & nō in æquipollenti, ut no.
Bal. in l. 1. de liber. & posthum. & ibi Angel. in versicul. prædicta
2 autem verba. † quia forma statuti debet ad vnguem obseruari, ut
Bald. dicit in l. cessante. C. quomodo, & quando iudex. in cap. ex
literis. de constitu. cum simil. ut tradit Alexand. in consil. 42. Su-
per præmisso libro primo, & dixi in consilio decimo suprà alle-
gato. & in consilio 11. & idem Alexand. in consil. cxxxvij. In cau
sa, & lite. libro secundo. in consilio 96 Viso libro quarto. in con-
silio 212. Ponderatis. lib. 6 Marian. Socin. in consilio 24 Visis. in
consilio 33. prosequendo ordinem. Nec obstat, quod agatur de
3 causa, & interesse fisci: † quia licet fiscus habeat multa priuilegia,
tamen non intelligitur priuilegiatus, nisi quatenus reperitur ex-
pressum in iure, ut nota. per gloss. in l. item veniunt §. in priuato-
rum. ff. de petitione hæreditatis. & ideo statutum, de quo agitur,
etiam in causa fisci videtur habere locum; quia dispositio genera
lis statuti comprehendit personas, & casus priuilegiatos, ut not.
Bal. per illum textum in l. in fraudem. § final. ff. de testamen. mili-
ta. Et dato, quod statutum supradictum non obstaret in meritis
causæ intentio agentis probata non videtur, ex eo præsertim, quod
debuit probari, quod Dominicus esset de attinētibus intra quar-
tum gradum, prout à statuto requiritur, & hoc probatum non
fuit, ut supra demonstratum fuit. & addo, quod in simili casu tra
dit Alexan. in consilio 82. In causa uertente inter Petr. Ioan libro
4 primo. in princip. † vbi concludit: quod si debet probari consan
guinitas intra quartum gradum, non sufficit, quòd testes dicant
simpliciter illos esse consanguineos, nisi probent, quod sint in-
tra quartum gradum. & consanguinitas non potest probari testi-
bus, quia nō cadit in sensum testium, nisi rationem adducant per
gradus, ut dicit Petrus de Ancharano consilio quinquagesimo-
secundo. Pro clariori decisione. & idem videtur de attinentia:
& de his dixi latius in consilio trecentesimouigesimoprimo. In
causa, quæ Alexandriæ agitatur. nam non debet quis admiti ut
talis, nisi probet se talem, ut dicit Bartol. in lege non ignorat. C.
qui accusar. & ideo qui agit uti filius, debet probare filiationem,
ut not. Angel. in l. liberorum. in principio. ff. de his. qui not. infa-
mi. & probatio debet esse concludens. lege non hoc. C. unde de
5 legi. in capitulo in præsentia. de probationibus. † & in dubio fieri
debet interpretatio contra probantem etiam in materia fauora-
bili, ut tradit Alexander in consilio centesimoquinquagesimo-
secundo. Viso processu. libro quinto a fortiori hoc est dicendū
in casu isto, in quo est materia odiosa, quia agitur ad pœnam. Et
ex his comprobatur, quod dominus consultor dicit in quinto
fundamento. Accedit etiam, quia coniunctio, quæ in ista mate
ria treugæ consideratur, debet intelligi, quod sit ex linea pater-
na, ut dominus Consultor tradit in sexto fundamento, & hoc
6 comprobari potest. † quia ius vindictæ [c] non competit fœminis,
c & ideo filia fœmina non facit compositionem de morte patris
occisi, sed tantùm masculus, ut nota. per glossa in capitulo primo
§. hoc autem notandum. in titulo de his, qui feud. dare possunt.
in gloss. magna in fine, & notat Angelus in lege pro hærede. § fi-
nali. ff de acquirenda hæreditate. in fine in lege quarta. §. Cato.
circa finem de verborum obligationibus. & in consilio sexagesi-
moseptimo. Ex themate prædicto. Florian. in l. per fundum. ff.
de seruitu. rust. prædiorum. facit quod notat Baldus in l. cum in-
ter veteres. C. de fideicommiss. liber. facit textus in l. finali § quæ
autem. ff. qui petant tuto. & idem tradit Angelus in consilio 289.
7 Viso facto, & statutis. † ubi dicit, quod vindicta extraiudicialis,
de qua agitur, non competit mulieribus, licèt secus dicat in iudi-
ciali. & ideo in tali materia, in qua est differentia inter masculos,
& fœminas, masculinum non concipit fœmininum, ut notat
Bartolus in lege prima. ff. de verborum significatione in lege pri-
ma. in fin. ff. de pecu. Baldus. in l. seruus. C. communia de succes.
in l. in multis. in versic. & not. quòd masculinum. ff. de sta. homi.
cum simi. ut dixi in l. 2. ff de reg. iur. Et ista conclusio etiam proce
dit stante statuto, quod masculinum concipiat femininum, quia
statutum intelligitur, si materia adaptari potest, & sit eadem ra-
tio in feminis quæ est in masculis, ut not. Bald. in consi 47. Factū
tale est. lib. 5. & tale statutum s̄m ius commune intelligitur, & pa
rum operatur, ut Corn. dicit in consi. 11. Stantibus dictis statutis.
li. 1. & dixi in d. l. 2. Et ista conclusio sine dubio procederet stante
eo, quod suprà dr̄ in septimo fundamento, quod offensio facta
per Iacobum in personam dicti Dominici ex noua, & superuenie-
d ti causa facta fuerit, quo casu pax [d] rupta non vr̄ ut no. Bar. in l.
aut facta. § causa. ff. de pœnis. in l. quæro. §. inter locatorem. ff. lo-
ca. cum sim. vt tradit Alex. in consi. 19 Viso processu. lib. 1. in l. se
mel mora. ff. sol. mat. in cons. 113. Viso themate. lib. 4 Bal. in con
sil. 58. Laudare vos. in uers. quis autem lib. 1. Roma in consi. 183.
In casu proposito, & in alio consi. 258. in casu proposito. in princ.
Corn. in cons. 51. In hac consultatione lib. 1. in ꝯsilio plura quæ-
runtur. lib. 2. in consil. 167. Videtur in hac consultatione. lib. 3. &
in consi. 44 Deuenio ad primum. libro quarto, & facit quod no.
Bart. in l. uerum. ff de fur. Alexand. in consi. 117. Viso instrumēto
treugæ. l. 2. sed difficultatem in hoc fundamēto facit, quia suprà
allegata habent locum in pace, prout loquuntur; secus videtur
8 in treuga, de qua agitur, † quia frangenti treugam non licet al-
teri parti contrafacere, ut ut est dictum Vincentii in capitu. 1. de
treuga, & pace. Io. And. in Additio. Specu. in rub. de treuga, & pa
ce. cum simil. ut tradit Alexan. in l. cum proponas. la 2. C de pact.
& Socin. in consil. 90. in causa Magnifici. in fin. lib. 2. & Maria. in
consi. incipiente, Ianuentium Dux. quem Feli. refert in d. c. 1. de
treuga, & pace. & in dicto consilio rationem diuersitatis addu-
cit treugam, & pacem, quia treuga fit ad tempus, ideo expecta
ri debet finis temporis, & postea poterit se uindicare: non sic in
pace, quæ perpetua est, sicut in simili habetur de officiali ad tem-
pus, qui durante officio non potest conueniri, secus in perpetuo,
ut not. in l. principalibus. ff. si cert. peta. in l. pars literarum. ff. de
iud. Sed his non obstantibus contrarium de iure videtur, quòd
e quantum ad hoc non sit [e] differentia inter pacem, & treugam,
quia ratio, quæ est in pace per d. l. cum proponas etiam videtur
habere locum in treuga. & quia utroque casu agit de contractu,
in quo

ADDITIONES

a ¶ Liquida.] supra consi. 288. vbi dixi.
b ¶ Forma.) supra consi. 16. nu. 2. vbi dixi. adde. Ias. l. vniuersa. C. de preci. impera. offeren.
c ¶ Vindictæ.) Ludo. Rom. l. 5. §. Cato. nu. 45. de verb. ob. Deci. in c. in præsentia. nu. 57. de probat. in l. 2. nu. 62. de reg. iur. vbi dixi.
d ¶ Pax.) Verum est, si pax esset limitatim facta super certis iniurijs. Alex. consi. 115. nu. 6. lib. 4. Sed si esset facta simpliciter, & promissum generaliter non offendere qui primo offendit ex quacunque causa, etiam de nouo superuenienti, dicitur frangere pacem, & incidit in pœnam, ut etiam tenet illam Ludo. Roma. in l. licitatio. §. quod illicitè. nu. 7. & 8. de publica. adde quæ tetigi ad Ale. consi. 103. lib. 2. & Bal. cons. 58. li. 1. Hipp. Mars. sing. 507.
e ¶ Non sit.) Et bene, quamuis Ias. consi. 170. nu. 5. lib. 1. contra.

in quo debet seruari æqualitas.l.quæro.§ inter locatorem.ff.de loc.& ideo dicit Imo.in l.qui seruum.in prin.de ver.ob. ꝙ illud dictum Vincentij allegatum s. procedit potius de cõsuetudine,
9 quàm de iure.& idem tenet Imo.in c.3.de iureiur.† vbi inquit, ꝙ talis differentia inter treugam, & pacem non probatur iure, ideo standũ est dictæ l.cum proponas.& idem concludit Abb.in c.1.de treuga, & pace.in ver.vltra docto.quæro.ubi pariter dicit idem esse in treuga,& pace.opinionem Imo. sequitur Alex.in l.semel mora.ff.sol.matr.& in d.l. qui seruum. quam legit simul cum l.qui insulam de verborum oblig.Non obstat simile, quòd suprà dictum est de officiali,quia illud venit a remotis:nam in dispositione legis quandoque aliquid conceditur ad tempus,& nõ in perpetuum,l.quoties.C.de precib impera. offe. in l hoc iudicium.in § si conueniat.ff.communi diuidun.Sed in casu isto agitur de dispositione hominis in contractu, in quo debet seruari equalitas.d.l.quæro.§.inter locatorem.& dixi in d.l.cum proponas.& ꝙ idem sit in treuga, quod in pace contra Vincent.tenet Corneus in consilio centesimoseptuagesimoquinto Præsens cõsultatio.lib.1.& in cõsil.117.Viso themate.in fin.libr.1. vbi dicit idem esse in treuga,quod in pace.& in consilio 42.Plura quæruntur.lib.2.†.Et in dubio præsumitur, ꝙ offensa facta sit ex noua
10 causa,ut pęna euitetur, ut notat Alexander in consilio 113. Viso themate.libr.4. Postremò dominus Consultor adducit, quòd ex quo non apparet de ratificatione eorum, quorum nomine treuga facta fuit,non videtur,quòd pęna commissa sit:ex eo, ꝙ not.Bartolus in l.si vxor.§.si quis vxorem.ff.de adulte. nam ante ratificationem esset nõ essent obligati illi, quorum nomine erat facta,ergo pariter non videtur,ꝙ alios haberet obligatos,ut seruetur æqualitas,quæ debet seruari in contractibus.d.l.quæro.§. inter locatorem Non obstat, ꝙ notarius fuit stipulatus pro illis attinentibus absentibus,quia stipulatio notarij non facit,ꝙ ius acquiratur absentibus, nisi sequuta eorum ratificatione. facit text. in l.si ergo.ff.de nego.gest.in lege seruus communis §.1. de acquirenda possessione,& ita tradit Pau.de Cast.in cõsi.195.Visis his. & in consi.171.In casu præsenti.in nou.& idem no.Bal.in l.nec ei. §.satisdatio.circa fin.in ver.6.quæro.ff.de adop.cum sim.ut dixi in l.contractus.ff.de regu.iur.& dominus Consultor suprà retulit:& plenius dixi in cõsi.224.Magister Ioannes Et ad illud, quod suprà dictum est,de fisco, cui non fuit ius quæsitum, quia notarius non fuit pro fisco stipulatus per.l.arbiter intra certum.ff. de arbitr. not. Bartol. in l.1.in vrsiculo duo faciunt pacem. ff. de iure fisci. addo idem esse in ecclesia,cui ius non acquirit, nisi quis pro ea recipiat,vt nota.per gloss.in l.illud.in gloss.magna.in fi.C.de sacrosanct.eccle.& Paul.de Castro ibi not. illam gloss. Et ita ex omnibus suprà dictis concurro in sententiam dominorum supra consulentium: & de subscriptione requisitus,quod s. pro veritate,& iustitia,ut puto conclusum fuit.

EPIT. Consi. CCCCCXXXII.

Forma a statuto contractui data si seruata non fuerit,reddit contractum etiam iuramento vallatum resolutum.

SVMMARIVM.

1 *Dictio,nisi,quo casu affirmet.*
2 *Statuti forma substantialis in dubio esse dicitur.*
3 *Actus est nullus,si statuti forma non seruetur.*
4 *Relatum cum omnibus qualitatibus in referente esse dicitur.*
5 *Formæ omissio etiam in qualibet minima qualitate reddit actum nullum.*
6 *Numerus pluralis in vna parte verificari non potest.*
7 *Iure sibi quæsito ex alterius persona quando quis vtitur, eo cum omnibus qualitatibus illi iuri inhęrentibus vti debet.*
8 *Statutis laicorum si clerici vtantur,eis cum omnibus qualitatibus suis vti debent.*
9 *Statuti forma est illa,quæ apparet.*
10 *Transactio fieri solet de re dubia,& lite incerta.*
11 *Contractus,qui a casu pendet propter incertitudinem,nec damnosus,nec vtilis reputatur.*
12 *Actus quando est factus sine solemnitate requisita,in dubio pro illo damnosus præsumitur,in cuius fauorem solennitas introducta erat.*

PRo vera resolutione casus propositi diligenter perscrutari debent verba statuti,& protestationis,quæ ad formam statutorum vrbis se refert. Primò.n in statuto regula negatiua ponitur, ꝙ pactum de non petendo,& quietationes factæ a quibuscũq; mulieribus irritæ sint, & pacta nulla,& nullius effectus: ab ista regula negatiua exceptio ponit in illa dictione,nisi ibi,nisi duobus cõsanguineis proxi-
1 miorib.adhibitis,† illa.n.dictio, nisi pcedente regula negatiua affirmat,& concedit mulieribus potestatem contrahendi, ut nõ. in l.actione.C de transact.in l.si cum.§. qui iniuriatum.ff. si quis cau.in regula, peccatum.de reg. iur.in 6.Et talis concessio limitata fuit a statuto cum pluribus requisitis,uidelicet adhibitis duobus consanguineis proximioribus approbatibus cum iurо, & cũ solemni iudicis, decreto, ut in statuto latius continetur. Et vr statutum prædicta pro forma requirere, quia qñ statutum de nouo aliquid inducit cũ certis modificationibus, quicquid ibi exprimitur,reputatur pro forma,ut dicit Pet.de Anc.in consi.242.
2 Ex tenore priuilegij.in fin.† & in dubio forma data à statuto vr substantialis,ut no Bal.in l.comparationes.in 3.q.in fi. C. de fid. inst.& illa forma,quæ requiritur in actu principali,ẽt requirit in
a eius ratificatione,[a] vt tradit Roma.in consi.12.Viso facto proposito.in ver.ad f m aũt.ubi alle.l.si ut proponis.C.de nup.& l. nuptiæ ff.de rit.nup.& cũ dicta forma data in exceptione facta a statuto in dictione,nisi,obseruata non fuerit in ratificatione facta a dña Iulia,ratificatio fuit nulla f m regulam negatiuam,quam ex
3 presse statutum facit.Et est regula communis,† ꝙ si forma statuti non seruetur,actus est nullus,ut no.Cyn. & Bal. in ambiguitates.C.de testa.cum si.ut ibi tradit Alex.facit text. in l.cum hi.§.si prætor aditur.ff.de transa.& notat Bar.in l.cum quid.ff.si cer.peta.Bal.in l.ordo.in ver.no.tñ.C.de executione rei iudi.in l.omnes populi.in ver.item nota,ꝙ a forma statuti.ff.de iust.& iu.cum si. quæ nota sunt.Secundò ponderanda sunt verba protestationis, in qua dr̃,ꝙ dictus dñs Iulius protestatus fuit,ꝙ nisi intra mẽsem dicta Iulia ratificabit præsens instrumentum, cum decreto, & auctoritate iudicis,& duorum attinẽtium, seu consanguineorum secundum formam statutorum vrbis,vel de nouo faciat, vt s.ꝙ præsens instrumentum non valeat,neque teneat,& ex eo nullius iuris effectus sortiatur,nec sortiri possit,perinde ac si stipulatum non fuisset,& dederunt mihi notario potestatem dicto casu lacerandi illud,pro quibus omnibus &c. Vnde primò in tali protestatione considerandum est, ꝙ videtur limitatum illud, quod suprà fuerat promissum a marito dominæ Iuliæ,qui eius nomine promisit, ꝙ ipsa ratificabit omnia contenta in dicto instrumento, nunc verò in dicta protestatione addit noua forma ratificationis,ꝙ debeat fieri intra mensem f m formam statutorum vrbis;
4 † cum.n.protestatio faciat relationem ad statutum,& ad formã statuti,relatum videtur esse in referente cum omnibus qualitatibus suis,vt no.Bar.in l.j.ff.de rece.in l.1 §.si ff.si fam.fur.feci.dica.in l.si quis seruum.§.fi.in ver.sed quęro, testator.de leg.2.facit quod notat Bar.in l.nihil.in fi.ff.de coniungend.cum emancip.liber.& præsertim quia retulit se ad formam statuti.& cum in statuto dicatur,duobus consanguineis proximioribus adhibitis:isti ablatiui conditionem inducunt.l.a testatore.vbi Bar.ff.de conditio.& demonst.in l.cui ẽis agris.ff.de vsuris. notatur in l. ab em-
b ptione.ff.de pact.& conditio.[b] formam inducit,ut notat Bald.in auth.matri,& auię.C.quãdo liceat matri,& auię.Et totum illud statutum,ut suprà dixi continet formam ex eo quod not. Pet.de Anch.in d.consi.242.& forma statuti debet obseruari, ut suprà dixi,& no.Bald.in l.fin.§.& hæc quidem in fi. C. de iure delibe.& in l.seruum quoque.§.publicè.ff.de procurat.Et dicit Anton.de
5 But.in cap.fin in 7.notabili.in fi.de restitutione spoliatorum.† ꝙ omissio formæ etiam in qualibet minima qualitate reddit actũ nullum,& ratio illa videtur,quia forma est indiuidua,vt nota.in l.si veritas.ff.de fideicommiss.Alexand.in l.si is,qui quadraginta. §.quędam.ff.ad legem Falcidiam.& ex his videtur fundata intentio domini Iulij, vt contractus transactionis resolutus sit secundum eius protestationem, quia possunt partes eorum consensu a contractu firmato recedere.l.ab emptione.in princip.ff.de pac. in l. 1. C. quando liceat.facit text.in l.nihil tam naturale.ff.de regul. iur. in §. final. Institut. quibus modis tollitur obligatio. in l. prout quisque.ff.de solutio.& in casu isto protestatio videtur facta de consensu vtriusque partis, ex eo, quòd dicitur in casu dictæ protestationis, quòd partes dederunt notario potestatem lacerandi dictum instrumentum:nam verbum illud pluralis numeri, dederunt, non potest verificari, nisi ad vtranque partem
6 referatur, † quia in vna parte numerus pluralis non potest verificari.l.vbi numerus.ff.de testib.l.fina. ff. ad Trebellia. facit textus. in l.libertas.§.fi.ff.de manu.testa.in l.inter illam. §. fina. ff.de verborum significatione, & hoc confirmatur ex clausula sequenti, in qua dicitur, pro quibus omnibus, & singulis obseruandis, & plenariè adimplendis dictæ partes obligauerunt se, &c.& sic partes supradictæ se obligauerunt pro omnibus, & singulis,

ADDITIONES.

a. ¶ Ratificatione.) Idem infra consi.534.nu.6.vide Ias.l.si ita sit.de lega.1.
b ¶ Conditio.) Alex.l.1.in fi.de liber.& posth.Marian.Soci.c.si diligenti.de foro.comp.Phil.Dec.c.ex parte de appel.

gulis, ergo etiam pro his, quæ suprà dicta sunt in pro testatione: ex eo, quod notat Baldus de ista clausula, de omnibus, & singulis in lege secunda. C. de probatio. cum similibus. vt tradit Angel. Aretin. in tractat. malefic. in verbo, super omnibus, & singulis. & cum maritus dominæ Iuliæ eius nomine fecerit dictum cõtractum transactionis, ipsi dominæ Iuliæ videtur ius quæsitum cum illa qualitate protestationis insertæ in instrumento, & in contractu: & pariter idem dicendum est in notario, qui accepta uit dictam protestationem, & stipulatus fuit pro domina Iulia, vt videatur illi ius qsitum cum qualitate dictæ protestationis,
7 vt dixi: † quia quando quis vtitur iure sibi quæsito ex persona alterius, debet vti cum qualitatibus illi iuri inhærentibus. l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acquirenda possessione, & videmus in seruo, qui potest præiudicare domino in ipso contractu, & limitare acquisitionem, quæ debet fieri domino ex persona dicti serui acquirentis, vt notat Imola in l. iudex postquam. in versiculo item facit secũdo. ff. de re iudi. vbi allegat. l. 1. §. fin. de stipulatio.
8 seruo. iuncta lege contra iuris. §. fin. ff. de pactis. † & videmus in simili de clericis, qui si velint vti statutis laicorum, coguntur vti illis cum qualitatibus suis, vt notat Bald. in l. omni nouatione. C. de sacrosanctis ecclesiis in l. contra iuris. §. fin. ff. de pactis in l. 1. in vltima quæstione. C. de contrahenda emptione, & in l. de quibus. versic. 6. quæritur. ff. de legib. Non obstat, quòd dicitur statutum non habere locum in isto casu, in quo contractus transactionis, de quo agitur, erat fauorabilis ipsi dominæ Iuliæ, quo casu solemnitas requisita a statuto in contractu mulieris, ne decipiatur, nõ habet locum, vbi agitur de vtilitate ipsius mulieris; ne inducta in fauorem retorqueantur in contrarium, ut notat Angelus in lege secunda. ff. de accept. & tradit Romanus in consilio 453. Visa principali. quia respondetur, & considerandum est, quòd ista interpretatio posset habere locum, si ageretur de interpretatione ipsius statuti. Sed in casu isto agitur de ista pro-
9 testatione, quæ refert se ad formam statuti, † & forma statuti est illa, quæ apparet, argumento legis primæ §. legi autem. ff. de his, quæ in testamẽt. delen. & facit textus in lege hac consultissima. in uersiculo sed quia. ibi, ante latæ formæ. C. qui testamenta facere possunt. ideo protestatio præcisè relata ad formam statuti videtur solum respicere illud, quod in statuto expressum reperitur, & legi potest. Confirmatur hoc, quia in statuto, quod generaliter loquitur, si restringatur, ut non habeat locum in cõtractu fauorabili, in quo tractatur de vtilitate mulieris, remanet statutum validum in aliis casibus, & generalitas statuti restringitur ex verisimili mente & intentione statuentium attenta ratione finali, quæ ex proœmio statuti colligitur, ut notat Bartolus in lege prima. in princip. ff. ad Macedonia. in lege finali. ff. de hæredibus instituendis cum similibus, ut tradit Alexander in consilio septimo. Visis libro secundo in consilio quinquagesimo quinto. Quoniam. in princip. libro quinto. secus est in casu isto, in quo agitur specialiter tantùm de isto contractu, in quo fuit facta dicta protestatio, quæ debet seruari, ut suprà dictum est: & qualiscunque sit contractus iste transactionis, siue fauorabilis, siue odiosus mulieri, constat de uoluntate partium, quòd in tali contractu forma statuti debet obseruari, & ab ista voluntate partium non est recedendum, quia ex conuentione contractus legem recipiunt lege prima. §. si conueniat. ff. depositi. in regula contractus de regulis iuris in sexto. Præterea illud, quod suprà in contrarium allegatur, habet locum, quãdo euidenter cõstaret contractum esse in fauorem mulieris, & ita loquuntur doctores in locis suprà in contrarium allegatis, cum simili-
10 bus. Secus videtur in transactione, de qua agitur, † quæ quidem transactio fieri solet de re dubia, & lite incerta, vt notat Hostiens. in summa de transactio. Abb. post alios in rubrica. ff. eodem. Romanus in consil. 244. Pro euidentia. in principio. Cumanus in consil. 156. Visa serie. Et ad hoc, vt ualeat
a transactio, requiritur. quòd sit lis,[a] uel timor litis. lege prima. ff. de transactio. l. 2. C. eodem titulo unde si transactio sit facta prætextu litis, si in ueritate non erat lis, non ualet illa transactio, ut tradit Angel. in consil. 215. Reperitur in quadam charta. & idem Angelus per illum textum in l. cum hi. §. si cum lis. ff. de transaction. cum similibus ut dixi in rubrica. C. de transactioni, & ideo cum ista transactio facta sit propter litem, uel timorem litis futuræ, non potest dici, quòd facta sit in fauorem dominæ Iuliæ, quia incertus erat euentus li-
11 tis. l. quod debetur. ff. de pecu. † nam contractus, qui pendet a casu, non reputatur vtilis, nec damnosus propter incertitudinem. l. de fideicommisso. C. de trãsactioni, & in l. si pater puel
12 læ. C. de inofficioso testamento. † & in dubio quando actus est factus sine solemnitate requisita, præsumitur damnosus pro illo, in cuius fauorẽ erat solemnitas introducta, ut notat Baldus in l. quæcunque. uersiculo scias tamen. C. de bonis, quæ liberis. sicut econtrà quando actus est factus cum debita solemnitate, præsumitur, quòd vtiliter factus sit, ut notat Baldus in ca. sicut. circa finem. in versiculo item quæro. de re iudicata, & in capitulo primo in versiculo quærit Iacobus in titulo qui feudũ dare possunt. Alexander in consilio 79. Circa primum. lib. 1. Vltimò conclusioni suprà factæ non obstat, quòd in ratificatione interpositum fuit iuramentum, quod videtur purgare defectum solemnitatis, ex eo, quòd habetur in authentica sacramenta puberum. C. si aduersus venditio. in cap. cum contingat, de iureiu rando cum similibus, ut latè Alexander scribit in consilio 100. Cum statutũ dirigit prohibitionem. libro quarto, & notat Aretin. in consil. 22. Diligenter, & maturè. in secundo dubio. Quia respondetur, quòd in isto casu ratificatio videtur nulla ex defectu consensus, quia partes non cõsenserunt, nisi esset seruata forma statuti, ut patet ex supra dictis: & iuramentum non intelligitur purgare defectum consensus, vt notat Bartolus in l. si quis pro eo. in principio. uersiculo prædicta, quæ dixi. ff. de fideiussoribus. ubi allegat legem finalem. C. de non numerata pecunia. Secundò potest responderi, quòd secundum intentionem statuti plura requiruntur, & cum aliis requisitis etiam videtur iuramentum requirere, vnde cum simul cum duobus proximioribus consanguineis, & decreto iudicis debeat etiam iuramentum concurrere, non videtur, quòd iuramentum solum possit supplere defectum solemnitatis. allegata in contrarium uidentur procedere, quando in solemnitate requisita a statuto non sit facta mentio iuramenti. Tertiò respondetur, quòd in casu isto cũ solemnitate statuti cõcurrit protestatio approbata a partibus, vnde licet aliàs iuramentum suppleret defectum solemnitatis statuti simpliciter, non uidetur in isto casu supplere, in quo pactum in effectu concurrit cum statuto: quia vt notat Baldus in cap. uenientes. de iureiurando. in uersi. sed nunquid. plus potest statutum uallatum pacto, quàm statutum simpliciter, argumento authenticæ itaque. C. communia de success. in cap. 1. de tregua, & pace. Quartò etiam dici potest, quòd statutum vrbis disponit, quòd iuramentum præstitum non seruata forma statuti præsumitur dolo præstitum, quo casu iuramentum etiam a sta-
b tuto laicorũ [b] hoc modo tolli, & reprobari potest, ut notat Bartolus in l. omnes populi, in versicul. item si statutum diceret. ff. de iustitia, & iure. quia stante præsumptione doli iuramentum nõ valet cap. cum cõtingat de iureiurando, & idẽ dicit Bald. in authentica sacramẽta puberum. C. si aduer. vẽd. ubi dicit, ꝙ ita de facto obseruatur: & tradit Ro. in cõs. 12. Viso facto. & Abb. in cons. 71. Quinque dubia. li. 1. dicit secundum omnes ualere statutum præsumens dolum in certis casibus; in hoc tamen multa possent dici, sed stantibus suprà dictis nõ est opus in hoc insistere. & ex omnibus suprà dictis firmata remanet conclusio, ꝙ resolutus sit contractus transactionis, de quo agitur, ex eo, ꝙ non sit seruata forma statuti de consanguineis proximioribus, nec talis conclusio debet videri rigorosa, ex quo illa protestatio fuit approbata. & partes ita uoluerunt per supradicta.

ADDITIONES.

a ¶ Sit lis.) Supra consil. 477. in fin. consil. 549. nume. 6. consil. 585. num. 7. Alex. consi. 22. lib. primo. Dec. Alciat. l. 2. C. de transact.

b ¶ Laicorum.) Alex. consi. 196. num. 3. libr. 6. Dec. c. ecclesia. de const. & vtrobique dixi.

EPITOME Consi. CCCCCXXXIII.

Pars læsa ab arbitris in eorum laudo potest petere reductionem ad arbitrium boni uiri, quamuis in compromisso ei renuntiauerit, aut à statuto prohibeatur appellatio.

SVMMARIVM.

1 *Reductio quominus petatur, data magna iniquitate, per nullam cautelã verborum in compromisso appositorum fieri solet.*

2 *Statutum, quod tollit appellationem ualet, non tamen à tali statuto supplicationis, vel querelæ recursus tollitur.*

3 *Domini qui pecunias credidit, non tenetur, si à principio idonei debitores erant, & postea non soluendo efficiantur.*

4 *Actiones quia habet, qui tenetur, actiones cedendo liberatur.*

5 *Citari pars debet, quando de alterius præiudicio tractatur.*


Vridicas puto conclusiones sup. firmatas a præclarissimis aduocatis, & postea ab eminentissimo domino consultore, & de simplici subscriptione requisitus. Et primo non videtur dubitandum, quòd cum pars sit enormiter læsa, reclamare possit, & petere reductionem ad arbitrium boni uiri, non obstante renuntiatione facta in compromisso, vt not. Bart. in l. cum antea. C. de

1 C.de arbi. & dicit Paul.de Cast. in consi. 74. Quia frustra † quòd
per nullam cautelam verborum appositorum in compromisso
a fieri potest, quominus reductio[a] petatur data magna iniquitate,
* & quòd ita se habet * *communis opinio*, & idem tradit Bal.in cōsi.
331. Præmitto, quòd ista fuit quæstio.lib. 3. dicens, quòd commu
nis obseruantia est, quòd qualiscunque cautela verborum appo-
sita sit propter enormem læsionem datur reductio, quia uerisi-
militer hoc non senserunt compromittentes, quòd eos arbiter,
vel arbitrator enormiter læderet.argum.l. creditor. §. Lucius.ff.
mand.& ita practicant aduocati, ut Bald. dicit in lege si vnus.in
§.illud.ff.de pac. & cum ista conclusione concordat Alexand in
consilio centesimotrigesimoprimo. In causa vertente corā præ-
tore.libro secundo. Angelus in consil. 172. Laudum arbitratoris.
cum similibus, vt dixi in consilio trigesimonono. Iuridicam esse.
& quia in hoc non videtur dubitandum, vlterius non insisto. Se-
cundo etiam clarum videtur, quòd non obstante statuto, in quo
appellatio prohibetur, tamen supplicatio, vel recursus per viam
b querelæ admittitur,[b] quia sunt diuersa remedia: appellatio enim
arguit iniquitatem, vel imperitiā iudicantis, lege prima in prin.
ff.de appell. supplicatio vero, vel querela respicit proprii erroris
veniam, vel aduersarii circumuentionem. lege præfecti.ff. de mi-
no.& cum sint diuersa remedia, si vnum tollitur à statuto, alte-
rum remanet, lege si domus.in princi.ff. de ser.vrba. præd & hoc
modo in statuto prohibente appellationem arguit Imol.in cōsi.
142. In casu præmisso.& dicit Bald.in l.fin.§.fin.in fin.C.de tem-
2 po.appell.† quòd licet valeret statutum, quod tollit appellatio-
nem, non tamen à tali statuto tollitur recursus supplicationis, vel
querelæ. & not.per gloss.in c.ex literis.in ver. supplicauit.de resti-
tut.in integ.cum similibus, vt dixi in l.fin. C.de edic.diui Adria.
* tollen.& ista videtur * *communis* opinio, quam etiam tenet Ant.
de But.in capit. pastoralis.in princip.in tertio notab. de appell.&
Salyc.in l.fin.C.de sentent. Paul.de Castr.in l.fin. C.de edic.diui.
vbi not.gloss. ibi, quod licet appellatio non admittatur, querela
tamen admittitur.& idem Imol.in lege prima §. interdum.a qui.
app.non licet.ubi dicit, quòd remota appellatione absque culpa
partis non tollitur supplicatio, prout in casu isto uidetur; & cum
ista sit communis opinio, ab ea non est recedendum, & etiam in
dubio debet iudicari, quòd talis recursus admittatur, cum hoc sit
partibus minus præiudiciale, vt dicit Paulus de Castro in simili de
appellatione deserta, quòd in dubio debet pronuntiari appella-
c tionem non esse desertam,[c] in l.1. per illum tex.ff.si quis caut. Et
ex his respondetur ad dictum Pau.de Cast. quòd videtur in con-
trarium in lege si quis aduersus. C.de preci.impe. offe. quod eius
dictum non attendatur, quia communis opinio contra eum vi-
detur & saltem negari non potest casum esse in dubio, ideo pro-
nuntiandum est, vt dixi. In tertio dubio, quod respicit merita cau
sæ, videtur difficultas fieri: & certe res satis clara videtur perscru
tando vim verborum quibus in instrumēto dicitur, quod tenea-
tur dare reale computum cum integrali restitutione, & legitima
satisfactione *de dinari, & crediti, che apparessino*, nam apparet
ex istis uerbis istum Galeotum obligatum esse ad reddendum ra-
d tionem suæ administrationis, prout quilibet [d] administrator te-
netur. l.aduersus.l.rationes. C.de admini.tut. l.2.ff.de neg.gest.&
tradit Roma.in consi.147. Circa primum.in tertio dubio, in con-
si.444. Quo ad primum.in prin. Raph. Cuma.in consi 88. In casu
præmisso.in princip. Abb.in consil. 12. Vt clare materia.in 6.du-
bio.lib.1.& talis redditio rationis arbitrio boni viri fieri debet, ut
not.Bald.in l.cum oportet.in princip.uersicu.quid in administra-
tore. C.de bo.quæ libe. & qui rationes reddere tenetur, promi-
scue ad faciendum, & ad dandum obligatur, tenetur.n.rationes
exhibere, & computare, & postea reliqua, quę apud se habere re
peritur soluere, vt est text.in l.cum seruus.ff.de condi.& demon.
& in l.qui sub conditione.in prin.eo.titu.& in §.fi.d.l qui sub cō-
ditione.specialiter dicitur, quòd nomina debitorum, cum qui-
bus contraxit, debent præstari, & consignari taliter, quòd essent
idonei tempore, quo illis creditum est, hoc est, quòd diligens pa-
terfamilias illis crediturus fuisset: & si postea effecti sint non sol-
uendo, hoc non imputatur administratori, ut ibi dicitur; & ad
3 hoc est tex.in l.litis.§.si pecuniæ.de nego.gest.† vbi ille, qui credi
dit pecunias domini, non tenetur, si à principio debitores erant
idonei, & postea efficiuntur non soluendo. facit text. in l.nego-
tium alienum.C.de nego.gest.& in l. siue hæreditaria. ff. de nego.
gest.& facit quod not. Ange. in consil. 312. Prout patet. in 2.du-
bio.in uer.restat nunc videre.ex quibus patet, quòd administra-
tor non tenetur pro nominibus debitorum, cum quibus contra-
xit, soluere pecuniam numeratam domino pro illis nominibus,
quia si deberet soluere pecuniam, non esset considerandum, an
culpa illi imputari debeat in talibus nominibus, prout conside-
ratur in iuribus supra allegatis: licet enim administrator, qui cre
didit pecunias domini, acquirat sibi nomina debitorum, l si ma-
ritus.ubi Bald.C.de distrac. pign.non tamen pro illis nominibus
tenetur domino pecuniam numeratam soluere, sed solum tene-
tur actiones sibi competentes cedere. l si cum.§ j.ff. de exerci &
not.per gloss.in l.1.in princip.in verbo, poterit.ff.de instit.& ad
hoc facit, quia administrator pro nominibus debitorum, cum
quibus contraxit, tenetur domino, ex eo, quia habet actiones cō-
4 tra illos debitores: vnde succedit regula, † quòd ille, qui tenetur,
quia habet actiones, cedēdo actiones liberatur. l. quod debetur.
ff.de peculio.in l.quod sæpe.§.si res. ff. de contrah.empt. & not.
Barto.in l. cum fundus.§. seruum tuum.ff.si certum petatur.&
ista conclusio indubitata est de iure. Vnde uidendum est, an ex
uerbis instrumenti supra relatis altaretur, & breuiter concluden-
dum est, quòd non, quòd verba prædicta reduci debent ad in-
telligentiam iuris communis, ut nota.in l. Gallus.in §.quidam re-
cte.de libe.& posthum.ubi Bald.dicit, quòd præsumitur fieri qđ
de iure fieri debet, ut not. Bartol. in l.uxorem.§. testamento.de
legat.3 & quia verba secundum ius commune intelliguntur, ut
not.in l.fin.§.in computatione. C. de iure delib. in cap. cum dile-
ctus.de consuet. Et quia expresse dicitur, cum legitima satisfa-
ctione, ergo est dicendum, quòd pecuniæ, quæ in numerato repe
riuntur, soluantur, & actiones pro nominibus debitorum cedan-
tur, quia ista est legitima satisfactio, ut supra dictum est: & sic ista
verba expresse conformantur cum iure communi: & conside-
rando hoc modo tolluntur omnia, quæ in contrarium allegari
possunt. Vltimo etiam clara videtur illa conclusio, quod in de-
claratione, quę debuit fieri a domino Petro Martyre, requireba-
tur citatio partis, de cuius præiudicio agebatur, quia præsentia
partis potuisset illum trahere in sententiam contrariam, vt not.
Barto.in l.Theopompus.de dote præleg. Et quia declaratio vide-
tur commissa tanquam bono viro, ideo citatio erat necessaria,
ut not.Barto.in l.alio.ff.de alimen.& ciba.legatis. & quia talis de-
claratio uidetur substantialis, ideo citatio fuit necessaria, ut tra-
dit Ioan.de Ana.in consi.84. Videndum est.uersic.præterea licet.
5 † & quia tractat de præiudicio alterius in tali declaratione,[e] ideo
e secundum regulam debet pars citari. l.de unoquoque.in princip.
ff.de re iudic.l.nam ita diuus.de adoptio. & in casu isto tradit Io-
annes.de Anan.in dicto consilio 84. & facit quod de declaratio-
ne substantiali not. Paul. de Castr. in l. hæredes palam.§. si quid
post.ff.de testamen.& in consilio 159. Viso, & examinato.Pet.de
Ancharano in consilio 338. Præmitto.

ADDITIONES.


a ¶ Reductio] Io. Petr.de Ferra.in libello ex for.compromis. Alexan.consi.
126.lib.3.vbi dixi.
b ¶ Admittitur.] etiam iure communi, quando aliàs iure communi permis-
sa erat appellatio. l. si quis vt ibi noue dixi in lect. mea Tubingensi. C. de
precib.imper.offer.
c Desertam.] Supra consi.522. vbi tetigi.
d ¶ Quilibet.) Dixi late in consuetudine Parisiensi.§.6.gloss. 6.nu.15.
e ¶ Declaratione.) Dixi ad Alexandrum consi.11.nu.14.li.7.& ad Decium
cap.vlt.de consuet.

EPITOME Consi. CCCCCXXXIIII.

Vectigal est de regaliis principi, vel reipublicæ superiorem non re-
cognoscenti reseruatum. Inferiori autem concedi potest priui-
legio, vel consuetudine.

SVMMARIVM.

1 *Pedagia principi reseruata sunt.*
2 *Ciuitate, qua superiorem non recognoscit, sicut de principe iudicari debet.*
3 *Actus nullius confirmatio per superiorem in dubio ex certa scientia facta videtur.*
4 *Sententia, a qua non fuit reclamatum, in rem iudicatam transire dicitur, & pro veritate habetur.*
5 *Interpretatio lata etiam in materia odiosa fieri debet, quatenus verborum proprietas requirere videtur.*
6 *Pedagia exigentes territorium suum securum tenere tenentur, alias emendare damna transeuntibus obligati sunt.*
7 *Territorium vnde dicatur.*
8 *Vectigalibus omnibus consuetudo attenditur.*
9 *Pedagium colligendi ius quando quis præscripsisse dicitur.*
10 *Negatiuam in probando testes etiam non interrogati rationem adducere debent.*
11 *Actu in vno negligens non præiudicat sibi in sequenti.*
12 *Testes plures singulares minus, quam vnus probant.*
13 *Testibus duobus affirmantibus plus creditur, quam decem negantibus.*

Rocedendo breuiter,prout consultorem decet,in causa, quæ agitatur inter communitatem Spediæ pro vna parte, & communitatem Vexani pro altera parte videndum est de duobus. Primò, an intentio dictæ communitatis Vexani fundata sit in pedagiis,de quibus agitur:& dato, quòd fundata sit, an impugnari videatur ex his,quæ in contrarium opponuntur.Circa primum intentio bene fundata est ex capitulo,seu statuto, quod habent Vexanenses in rubrica, de salario pedagerii, in quo expressè dicitur, possit colligere, & habere collector pedagij communis Vexani tam citra Macram,quàm vltra,a quacunque persona intrante territorium communis Ianuæ,vel exeunte dictum districtum inde per
1 territorium Vexani deferente, &c. licet enim pedagia† principi reseruata sint,in capitulo primo in titul.quæ sint regal.in vsibus feudorum.facit text.in l.vectigalia.ff. de publica. in lege prima, & secunda C.noua vectigalia.& no.Roman.in consi.271. Vis tota. in princip. in inferioribus tamen acquiruntur ex priuilegio, vel consuetudine,vel præscriptione.cap.super quibusdam.§.præ tereà.de verb.signific.& not.Oldra.in consi.173.Omnes ferè. vbi dicit,quod illud,quod acquiri potest ex priuilegio,pariter & cõsuetudine induci potest.bene facit text.in cap. duo sunt. de officio ordina.in c.cum contingat.de foro competen.& tradit Alc. in consil.125.Viso titulo quæstionis.in princi. lib.2.& idem not. Bald.in consi. 110. Antiqua quæstio.lib.1.& ibi concludit,quòd sufficit priuilegium tantum,vel sola consuetudo.allegat Cyn.in l.2.C.noua vectigal.& cum ciuitas Ianuæ vtatur in suo territorio iuribus supremi principis,quia,vt dicitur, non recognoscit superiorem,vt de ciuitate Senarum Abbas scribit in consilio.Videtur
2 primò.in prin.li.1.† Et est conclusio* *communis*,ꝙ de ciuitate,quę
* superiorem non recognoscit, sicut de principe iudicari debet, a
a ut notat. Bartol.in l. prima,§.de qua.ff.de postulan.in l.infamem. ff.de public.iudic.in l.acta.§.de amplianda.ff.de re iudica.& Ro. in consil.456.In proposito casu in princip. Abbas. in consil.107. Placet mihi in princip.libro primo cum sim.quæ nota sunt.Ideo potuit ciuitas Ianuæ concedere communitati Vexani ius percipiendi pedagia in eius territorio. & quamuis noua uectigalia decreto ciuitatis constitui non possint,l.Vectigalia. C. noua vectigalia.intelligitur illa lex de ciuitatibus,quę superiorem recognoscunt.ut notat Bald ibi.Secus videtur in ciuitate, quæ habet iura principis,de qua agitur in casu isto, per supradicta, ut not. Baldus in l.fin.C.de vectigal. & idem videtur, si dictum capitulum, seu statutum factum fuisset ab ipsis Vexanensibus,quia licet ipsi non haberent authoritatem faciendi tale pactum, l.secunda, l. non solent.C noua vectig.impo.non pos.tamen propter ꝯfirmationem pluries factam a communitate Ianuæ confirmatum
3 fuit,& conualidatum.† Et licèt talis confirmatio,per quam actus nullus roboratur,debeat fieri per superiorem ex certa scientia, vt not.Bartol.in l.priuilegia.C.de sacrosanct.eccle. in dubio uidetur facta confirmatio ex certa scientia,ut notat Ioan.Andr.& docto.in capitulo penultimo. de confirmatione vtil. Alexandr. in consilio primo. Ponderatis his. libro quinto, & in consilio trigesimooctauo. Viso statuto. libro quarto,& hoc videtur omninò procedere in casu isto,in quo sæpius reiterata fuit confirmatio, quo casu videtur facta ex certa scientia,ex eo,quod not. per gloss. in rescripto geminato, in capitulo primo.in verbo,noscatur. de constitu. in 6. & in capitulo rescripta. vigesimaquinta, quæstione secunda cum simil. & tradit Felin. in cap. si quando. de rescriptis.Et dictum statutum,seu capitulum etiam comprobatur ex sententia arbitrali lata inter dictas partes,in qua dicitur, & declaratur dictis hominibus Vexanensibus; & eorum communitati competere ius exigendi dictum pedagium in dictis locis in perpetuum,& pro præterito semper commune Vexani,& eius homines solitos fuisse exigere,& colligere dictum pedagiũ
4 in dictis locis;† talis enim sententia, a qua non fuit reclamatum, transiuit in rem iudicatam, & habetur pro veritate.l. res iudica. ff.de regulis iuris Et hoc idem confirmatur ex literis Ducis Mediolani, quæ extant, in quibus concedit dictæ communitati, & hominibus liberam facultatem compellendi ad soluendum dictum pedagium,attentis statutis dictæ communitatis productis coram ipso Duce,& approbatis,& concessis eidem de anno. M. ccccxxxviij.per Ducem Ianuæ, Thomam de campo fregosio.& in hoc non uidetur dubitandum, quia pars aduersa, uidelicet. agentes pro communitate Spediæ in eorum supplicatione,& capitulis de plano fatentur, quod Vexanenses soliti sunt exigere pedagium in dictis locis pro exitu tãtum,sed negant de introitu, nam uerba supplicationis,& capitulorum probant contra supplicantem,& eos,qui capitula producũt.l cum precum.C. de liber. causa.in l. secunda.C.de institutio. & substitutio. & not. Oldrad. in consil.292.An negatio.Cuman.in consilio 73.Sine disputatione.Imol. in consilio 127. In casu præmisso. circa finem. Abba. in capitu. examinata. in tertio notab. in fin.de iudic. cum similibus.vt dixi in dicta l. secunda. C. de institutionib.& substitutio. Et ex his manifestè videtur fundata intentio cõmunitatis Vexani,quia de validitate dicti capituli non uidetur dubitandum; vnde verba dicti capituli debent diligenter perscrutari, quia verba concessionis,seu priuilegij attenduntur.capitul.accepimus. & c. porro.de priuileg. & quidem verba generalia sunt, quòd pedagia exigi possint a collectore communis Vexani tam citra Macram, quàm ultra, a quacunque persona intrante territorium Ianuæ,vel exeunte dictũ districtum inde per territorium Vexani deferente,&c. verba enim prædicta generalia sunt,ideo generaliter debent intelligi.l. prima.§. & generaliter.ff.de legat.præstand.l. prima, §.quod autem .de aleatorib.l. in fraudem. in fine.
5 ff.de testament. militat.& in materia † etiam odiosa debet fieri
b lata interpretatio, quatenus proprietas b verborum videtur requirere.ita in dispensatione dicit Calderin.in consilio primo de consanguinitate, & affinitate.facit text.in l.cum lege.ff.de testamen.ubi in materia pœnali fit lata interpretatio secundum proprietatem uerborum. & illum textum ibi ad hoc not. Areti. & ideo licèt materia pedagii videatur odiosa, debet tamen lata interpretatio fieri, ut verba sonant, & quia pedagia non uidentur odiosa,quando ex causa conceduntur,ut in l.prima,C.noua vectigalia. & talis concessio non videtur Communi Vexani facta
6 absque onere, † quia exigentes pedagia tenentur tenere territorium suum securum,aliàs tenentur emendare damna illata tran-
c seuntibus, c vt not.Hostien.in summa.de censi.§. ex quibus.ver. breuiter puto. Bald. in capitulo primo. §.conuenticulas. de pace iuramento firmand.in vltim.nota. cum similib. & Cornel. tradit in consilio Centesimooctuagesimoprimo. Visa copia consilij.libro tertio. & in dicto capitulo primo pro eodem ponitur districtus,& territorium, quia primò dixit territorium,postea di-
7 cit districtum:& hoc potest suaderi, † quia territorium,dicitur a terrendo.l. pupillus.§.territorium.ff.de verbo.significa. & districtus a distringendo, ideo vbicunque quis habet potestatem terrendi, seu distringendi locus ille dicitur de territorio, seu districtu, ut not. Abb.in consilio vigesimo. Videtur primo.libro primo,& de territorio no.Bald.in rubrica quæ sint regalia. & de districtu tradit Aretin. in consilio septuagesimoseptimo. Et ratio scribendi.cum si.vt Fel.scribit in c.Rodulph.in ver.territorium. & in uerb. districtus. de rescript.& ex his non videtur dubitandum,quod locus Spedię dicatur de territorio,& districtu Ianuę: ergo comprehenditur in dicto capitulo, seu statuto communitatis Vexani,dum loquitur de intrantibus,uel exeuntibus territorium,seu districtum Ianuæ:& ulterius in solutione dicti pedagij, quod inde per territorium Vexani res deferatur: & his duobus requisitis concurrentibus uerba dicti capituli generalia sunt, ut supra dixi, & debent generaliter intelligi, etiam dato,quod maior ratio sit in uno casu,quam in alio.dicta.l.1.§. quod autem.de alea.in d.l.in fraudem.in fi.de testa.mil. & ideo licet res deferantur Spediam,dictum capitulum uidetur habere locum: intentio enim principalis dicti capituli esse uidetur, quod tangat, & intret territorium Vexanensium, & tunc quod soluatur pedagium,& nulla consideratio habetur,quod uadat,ubicunque uelit post solutum pedagium, & nulla ratio uidetur subesse, quod prædictum capitulum restringatur, ut non habeat locum in exeuntibus uersus Spediam: nam maior ratio esset in ciuitate Ianuæ,quod ipsa excipitur.& tamẽ hoc non dicitur,minus ergo dicendum videtur de loco Spediæ. & quia dictum capitulum loquitur de intrante, uel exeunte territorium Ianuæ ergo etiam consonat, quod intelligatur de intrante, uel exeunte territorium Vexani,quia una pars secundum aliam in dicto capitulo intelligi debet,arg.l.qui filiabus.in prin.de leg.1.l.utrum.ff.de peti. hære. in l. quemadmodum. in fin. ff. ad leg. Aquil. Et ita ex omnibus suprà dictis euidenter patet fundatam esse intentionem communitatis Vexani in dicto capitulo. quod quidem capitulum comprobatũ videtur a consuetudine,quia, ut narratur, isti Vexanenses perceperunt dicta pedagia longissimo tempo-
8 re,† quo casu in omnib.uectigalib.consuetudo attenditur.l.si.publicanus.

ADDITIONES.

a ¶ Debet.)Bar.l.hostes.de capt.& postli.reuer.And.Iser.tit.quæ sint regalia.in usib.feud.Fran.Cur.Iunior tract.feud.q.15.Bal.l.ea.l. C. de cond.ob causam.l.exemplo.in fi.C.de probationibus.Ang.cons.196. In causa accusationis. Lancelotus Dec.l. apud Iulianum.§.constat.de leg.j. Panorm. Feli.c.cum Bertoldus de re iud.c.per uenerabilem.qui filij sint legi. Franc.Cur.iunior consi.65.Vide tamen Soc.consi.275.lib. 2. Franc. Ripa rub.de consti.num.8. & sub titulo de rescript. responso. 26. num. 5.Sed quod etiam recognoscente.Alex.consil.1.nume.29.lib.5.

b ¶ Proprietas.)Suprà consi.342.

c ¶ Transeuntibus.]Alex.consi. 88. nume. 55. lib. 5. ubi dixi. Et ultra ibi dicta idem tenet Archidia.24.q.3.c.si quis Romipetas. Ludouic. Roma. l.j.§.1.de pub.late Vdalri.Zasius consi.14.nume.9.& 11.

blicanus.§.fi.l.licitatio.§.earum.ff.de vect.cum sim.ut tradit Si-
gnorolus de Mediolano in cons.108.In quæstione.in quarto du
bio:vbi hoc modo arguit in pedagijs.& ex tali consuetudine ẽt
vr̃ fundata intentio cõmunitatis Vexani, vt in simili casu arguit
Alex.in consi.125.Viso titulo q̃stionis in prin.lib.2.& idẽ Alex.
in consi.6.Viso themate.in prin.li.1.& in consi.70.Viso puncto.
lib.4.& idem in simili casu not.Bald. in consi.65. Ad euidentiam
præmittẽdum est.li.1.& in cons.110.Antiqua quæstio est.eo.li.
1.Et sic intentio communitatis Vexani videtur fundata non so-
lum a statuto,sed ẽt à consuetudine,& ita primũ dubium absolu
tum est.Videndum est ergo de secundo, an intentio fundata ex
supradictis impugnari videatur ex his,quæ in contrariũ opponũ
tur:nã obijcitur principaliter,ꝙ statutum s̃.allegatum nũquam
receptum fuit in vsum pro rebus,quæ intrant Spediam, ergo ta-
le statutum attendi non debet,iuxta gl.in c.j.de treu.& pa.& no.
Bar.in l.fi.§.sed cum antiquitas.C.de cura.fur.Pet.de Anch.in cõ
si.283.Iure stricto.in prin Alex.in consi.132. Visa facti narratio-
ne.li.1.cum si.vt cõgerit Fel.in d.c.1.de treu.& pa.& idem dr̃ de
consuetudine,quæ fuit limitata pro exitu tantum, & non habet
9 locũ pro introitu,ut aduersa pars dicit. & ad hoc facit,† quia qñ
quis dicit ius colligẽdi pedagium præscripsisse,solum vr̃ ius quæ
situm in rebus,in quibus apparet illum vsum fuisse,& nõ in alijs,
ut no.Bar.in l.si publicanus.§.fi.in fi.ff.de pub.in l.1.§.si quis hoc
interdicto.ff.de iti. actuque pri.in ver.per hunc tex.cũ si. Sed his
non obstantibus intentio supra fundata pro cõmunitate Vexani
vr̃ omnino habere locum.Non obstat, ꝙ dictum capitulum nõ
sit receptum in vsum pro rebus, quæ intrant Spediam: quia hoc
debet ab aduersa parte probari,quia in hoc consistit fundamen-
tum intentionis aduersæ partis,quo casu ille,qui facit fundamẽ-
a tum in negatiua, [a] tenetur probare,ut no.Bar.in l.illa.de ver.ob.
in l.pe.§.docere.per illum tex.ff.ne quis eum.& Pet.de Anch.in
consi.254.Super primo quæsito.Dom.in c.1.in secundo nota.de
confes.in 6.cum simi. quæ nota sunt. Et ad hoc etiam facit, quia
cum intẽtio communitatis Vexani fundata sit in statuto,siue ca-
pitulo,ut suprà dictum est,& pars aduersa hoc non negat,sed ex-
cipit,quòd illud statutum non fuit comprobatum ab vsu pro in-
troitu;sed tantum pro exitu, ista exceptio debet ab aduersa par-
te probari.lege in exceptionibus.ff.de probat. & debet exceptio
opposita probari in sua forma,& specie,ita quod concludat ef-
fectum exceptionis oppositæ,ut not. Baldus in lege prima C. de
condit.ob tur.cau.est ergo videndum,an talis exceptio legitimè
probata sit. & discurrendo testes, qui ab vtraque parte inducti
sunt,& examinati,certè concludendum est,ꝙ dicta negatiua nõ
bene probata sit testibus, qui pro communitate Spediæ produ-
10 cti sunt: † quia in probando negatiuam testes etiam non inter-
rogati debent rationem adducere, vt notat Bal. in lege solam.
in fin. C.de testib. in lege cum hi.§.nihil.ff. de transact.Bartol.in
consilio centensimosecundo. Charissimè domine.& ratio con-
grua in probando negatiuam esse dicitur, quòd actus, de quo
agitur, fieri non potuisset, quin ipse testis vidisset,ut notat Bar-
tolus in lege prima.§.hoc interdicto.ff.de itinere,actuque priua.
Baldus in dicta lege cum hi.§.nihil. Angel.in l.1.ff. de his, qui
sunt sui, vel alien. iuris. in Authen. de hæred.& Falcidia.§. hinc
nobis. Baldus.in lege prima C. de secund.tabu. cum similibus,vt
ibi tradit Alexand. testes autem pro parte Spediæ prædicto mo-
do non deponunt, ideo non probant, solum enim de seipsis at-
testantur, quòd non soluerunt gabellam, & quòd gabella non
fuit ab eis petita, vnde non sequitur, quòd non deberet solui,&
quòd peti non potuisset. ad hoc bene facit, quod notat Abbas
11 in consil. 54. Videtur primo.lib.1.† vbi inquit, quod negligens
in vno actu non præiudicat sibi in sequenti. allegat Federicum
in consi.97.Sed hodie non repetitur.in consil.102. Nobilis qui-
dam patronus.circa fin.ubi loquitur in pluribus patronis, quo-
rum si vnus fuit negligens in vna præsentatione,non præiudicat
sibi in alijs præsentationibus,nec quò ad proprietatem, nec quò
ad possessionem,& facit quod notat Bartol. in l. licitatio. §.earũ
rerum in fin.ff. de publica. Prætereà & secundò principaliter di-
cti testes non probant, quia omnes singulares sunt in eorum di-
ctis: quia quilibet deponit se non soluisse, merito etiam ex isto
capite non probant. cap. bonæ. de electio. & cap.dilecti.eodem
titulo.cap. licet causam. de probat. & ratio illa videtur, quia de
diuersis actibus deponunt, & in eodem actu non sunt contestes,
ideo ibi non est numerus,ideo tantum probat vnus,quãtum mil
le,ut Bald.dicit in l.vt iurisiurandi,in versi.deinde nota rationẽ.
12 C.de iureiurand. & ibi dicit,† quòd plures testes singulares mi-
nus probãt,quã vnus.& idem Bal.in l.de quibus.in versi.sed nun
quid testis.ff.de legib. ubi inquit, ꝙ in testibus singularibus vnus
debilitat dictum alterius, & ideo testibus existentibus singula-
ribus non defertur iuramentum in defectum probationis.Ter-
tio respondetur, ꝙ testes examinati pro communitate Vexani
longe melius probant,quia deponũt super affirmatiua,& dicũt,
ꝙ agentes pro communitate Vexani exigunt pedagium ab eun-
tibus,& redeuntibus ab annis vno,duobus tribus,quatuor,& de
cem in dictis locis,de quibus agitur, & ꝙ ita verum publicum,&
notorium est:& quòd est publica vox, & fama; & ita primus te-
stis deponit, qui interrogatus de causa, & ratione dicit se scire
per supradicta, & quia ipse testis dictum pedagium soluit per di
cta tempora transeundo per dicta loca, eundo Lugdunum uer-
sus,& semel etiam eundo vsque Spediam; & idem secundis,ter-
tius,quartus,& quintus testis omnes concordant cum primo,&
istis testibus deponentibus super affirmatiua magis credendum
13 est,† quia plus [b] creditur testibus duobus affirmantibus, quàm
b decem negantibus,vt no. per gl.in l.diem proferre.§.si plures.ff.
de arbitr.in verb.inde quæritur.& illa glo. in casu nostro videtur
bene procedere,quia negatiua, de qua agitur, non est coarctata
loco,& tempore, quo casu simplex negatiua probari nõ potest.
c.quoniam contra.c.bonæ.de elect.in c. super hoc.de renuntia.l.
actor.C.de probatio.vnde dicit Ang.in l.pe.§. docere.ff.ne quis
eum.ꝙ caueat sibi testis tanq̃ ab igne, vt non attestetur meram
negatiuam.idem not.Bal.in d.l.actor in l.de die.§.pen.ff.qui sa-
tisd.cogan.cum sim.vt tradit Alex.in consi.41.Habita super con
tentis.lib.2.& in consi.136.In causa, & lite.eodem.li.2.Et quia te
stes pro communitate Vexani deponunt illud, quod est verisimi
lius, quo casu præferri debent, vt est dictum Inn. in c.auditis.de
præscript.facit text.in l.3.§.1. in l.ob carmen.§.fin. de testib.in c.
quia verisimile.de pręsump. cum si. vt dixi in c. licèt causam.de
probationib.in ver.2.qualitas dictorũ. Et ista conclusio coadiu-
uatur ex supradictis circa capitulũ. Et cùm ꝓbationes arbitrariæ
sint,vt notat Anton.de But.in cap.ex literis.in sexto notabil.de
probatio.Paul.de Cast.in l.admonendi.de iureiu. per text. in l.3.
§.1.ibi,tu magis scire potes.ff.de testib.& Bal. ibi idẽ dicit, & in
l. fin. in prin.C.commu.vel epist.attentis,& consideratis omni-
bus supradictis adeo dẽt informari animus iudicis, vt aliter cre-
dere nõ possit,nisi ꝙ veritas,& iustitia sit pro communitate Ve-
xani.Non ob.quod supra dictum fuit de consuetudine limitata:
quia in casu isto fuit cõsuetudo generalis, prout etiam erat statu-
tum,& limitatio non fuit probata,ut suprà dixi, & omissis pluri-
bus,quæ ueniũt a remotis, breuiter ex omnibus suprà dictis con-
cludo partes cõstantissimi iudicis esse in pronuntiando in fauorẽ
Vexanensium,& si causa esset mihi commissa,ita iudicarem.

ADDITIONES.

a Negatiua.] Infra cons.627.Ale.cons.92.nu.9.ubi in annota.dixi cons.123.
cons.124.lib.7.
b ¶ Quia plus.] Idem Dec. in l.in omnibus causis.num.9.de reg.iur.ubi di-
xi,adde Bal.in c.cum ecclesia Sutrina.de causa posses.& proprieta.Panta-
le.de Crema.repe.l.2.C.de rescind.uend.

EPITOME. Consi. CCCCCXII.

De pœna mulieris,quæ fecit abortum dolosè,& quando pœna debet mitigari.

SVMMARIVM.

1 *Mulier prægnans quæ post diuortium sibi vim intulit,ne inimico marito filium procrearet,in perpetuum exilium mitti debet.*
2 *Pęna homicidij,quæ à statuto imponitur,in partu locum non habet.*
3 *Parentibus obediendum est.*
4 *Pœna mitigari debet in seruo,qui domini mandato paruit.*
5 *Decapitari non debent homines de domini mandato interficientes.*
6 *Iudicijs in pęnalibus ætati,& imprudentiæ succurritur.*


Equisitus a magnifico dño Cõmissario dño Marco de Asinis V.I. doctore ex-
cellentissimo,& de populo Pisano vere benemerito,
vt dicã,ꝙ de iure mihi vr̃ semp quadã cõfessione fa
cta a quadam Nanna Gherardi Arrigi de sancto Laurentio apa-
gnatico,in qua sponte,ut dicitur,confessa fuit, ꝙ cum ipsa præ-
gnans esset,mater ei dixit,ꝙ causa honoris sui seruandi volebat,
ꝙ ipsa abortum faceret,& ad instantiam, & requisitionem ma-
tris,quæ dedit sibi plures potiones, quas ipsa bibit, vt honorem
suum seruaret,postea abortum fecit, & illum mater in cloacam
proiecit, & hoc dum ipsa Nanna esset annorum duodecim, vel
circa.Item confessa fuit,ꝙ deinde per annum post, cum iterum
esset prægnans, dicta eius mater plures dedit potiones, vt abor-
tum faceret, quas ipsa bibit, & postea abortum fecit.Item ter-
tiò confessa fuit cum etiam de nouo prægnans fuisset, prædi-
cta eius mater etiam dedit sibi plures potiones, quas ipsa bi-
bit,vt abortum faceret, & postea in nono mense peperit, & ne-
scit, an partus esset masculus, vel fœmina, quia mater illum
in cloacam proiecit. stantibus prædictis apparet matrem princi-
paliter prædictorum delictorũ causam fuisse, & meritò ipsa luit

a poenas, quia illi caput mediante iustitia [a] amputatum fuit. Restat, vt de ipsa Nanna filia videamus, quid iuris, & qua poena puniri debeat, ex eo, ꝙ ipsa ad requisitionē matris, & illa suadente bibit potiones, ut abortum facere, prout fecit. & in hoc iura vario modo loquuntur: nam tex. in l. diuus. ff. de extraordi. crimi. dicit, ꝙ diuus Seuerus, & Antonius rescripserunt eam, quæ data opera abegerit partum à præside in temporale exilium dandam. & in l. si mulierē ff. de sicarijs. dicitur, si mulier ē visceribus suis vim intulisset, quo partum abigeret constiterit eam in exilium præses prouinciæ exi-
1 get. & idem dicitur in l. Cicero. in fi. ff. de pœnis. † vbi mulier, quæ post diuortium, cum prægnas esset, sibi vim intulerit, ne iam inimico marito filios ꝓcrearet, ut tēporali exilio coerceatur, ab optimis imperatoribus nostris rescriptum est. & in d. l. Cicero. in prin. imponit poena mortis speciali ratione, quia mulier illud fecit, ꝓpter pecuniam sibi datam à substitutis. & in l. pe. C. de sicar. imponitur pœna capitali sed ibi loquitur de infante, ibi, necandi infantis & non loquitur de abortiuo. Similiter tex. in l. si quid §. qui abortionis. ff. de pœnis. imponit pœnā vltimi supplicij propter poculū,
2 ibi, mors alterius fuit sequuta. & hoc non fuit isto casu; & † illud clarum est, ꝙ pœna homicidij, q̄ a statuto imponeretur, non haberet locum in partu, quia antequam nascatur, nō est homo, ut no. Bal. in l. cum inter veteres. per illum tex. C. de fideicommissa. liberta. Et licèt aliqui velint, ꝙ poena mortis puniantur illi, qui causam præstiterunt, vt partus animatus fiat abortiuus, ut vr̄ tenere Sali. in d. l. pen. C. de sicariis. Ang. Aret. in tractatu maleficio. in verbo, & ex interuallo dictus Titius. in versic. quid si quis faciat. ista opinio
b non vr̄ iure probari. [b] Quicquid tamen sit, & dato ēt, ꝙ ista opinio regulariter deberet attendi, in casu isto omnino deberet poe-
c na mitigari, [c] quia dicta Nanna totū fecit inducta suasionibus ma-
3 tris, ut ex eius confessione apparet; † cū eñ deberet obedire, quia parentibus est obediendum, l. 2. ff. de iusti. & iu. & dictum de parentibus etiā dē matre intelligitur, l. parentis appellatione. ff. de ver. sig. in l. furiosæ. ff. de curator. furio. dicitur, ꝙ æqualis est pietas matri, & patri, licèt inæqualis sit potestas, & licet in rebus illicitis grauibus non sit paren dum, l. fi. in fi. de bonis damna. facit tex. in l. seruus. ff. de actionib. & obli. tñ propter obedientiam, quæ debet matri, vt dixi, pœna debet mitigari, vt pœna mortis in exilium transferatur, argu. tex. not ib. in l. seruos. C. de vi publi. vbi in seruo, qui grauiter deliquit domino exhortante, poena mortis in minorem
4 pœnā cōmutatur; & ibi Sal. in 6. notabili dicit, † ꝙ licèt mādatum in atrocioribus nō excuset in totū seruū qui paruit domino, pœna
d tñ dēr mitigari. & dicit Bal. ꝙ ille, q interficit aliquē metu tyrāni, [d] non debet mori, quia debet pœna mitigari, per illum text. & gl. ibi,
5 idem dicit. & Barth. Veron. in cautela. quarto nota. ꝙ licet † mandatum. tradit cautelam pro illis, qui interficiunt hominem de mā
e dato [e] dominorum suorum, ut nō debeant decapitari, per illum tex. in d. l. seruos. Accedit etiam minor ætas huius mulieris, propter quā etiam in delictis debet pœna mitigari. l. auxilium. §. in delictis. in ver. nisi quatenus interdum miseratio ætatis ad mediocrē pœnam iudicem produxit. & facit tex. in l. si adulterium cum incestu §. fratres. ff. de adul. vbi propter ætatē imperatores pœnam incesti Claudiæ remiserūt. & in notabili casu tradit Raph. Cuma. in ꝯsi. 95. Christophorus vadens. in fi. Et cū prædictis concurrit im-
6 prudentia mulieris, quia est figuræ simplicis, † & regula iuris dicit, quòd ferè in omnibus pœnalibus iudicijs ætati, & imprudentiæ succurritur. & ꝑ imprudentiam quis videtur obligari ex quasi maleficio. l. fi. ff. de var. & extraord. cognitio. in l. ex maleficijs. §. si iudex. ff. de act. & obl. facit tex. in l. nā & Seruius § fi. ff. de neg. gest. cum si. ut dixi in l. ferè in omnibus. ff. de reg. iur. Minuitur ēt pœna diuturnitate temporis, quo commissum fuit delictum, in l. si diutino. ff. pœnis. in prin. no. Abb. in c. cū haberet. de eo, qui du. in matri. cum simi. vt hr̄ in decisione Neapol. 287. & ex omnibus prædictis puto indubitanter partes magnifici domini Capitanei, & commissarij esse in mitigando pœnam, vt pœna corporali non debeat puniri, per s̄ dicta quæ omnia excellentia sua probe nouit, sed uoluit ꝑ publicas occupationes mihi hanc causam demandare, quā ego libenter suscepi propter simplicitatem dictæ mulieris, quæ veniam meretur. & hoc modo in exitu officij mitigatur opinio rigiditatis, & seueritatis, quam populus, immeritò tamen, de excellentia sua conceperat.

ADDITIONES.

a ¶ Iustitia.) Nimis tepida, quia nepharia illa mater, & auia viua comburi debebat.

b ¶ Probari.] Imo vera est per dicta iura, vide Hippoly. Marsil. l. si mulierem. ad legem Cor. de sicar. And. Alcia. lib. 7. pererg. ca. 35.

c ¶ Mitigari.) Fateor, cū hæc misera nō solū corrupta a matre lena, sed de facto in eius potestate esset, & ætate imbecilli. hæc tria remissionem mortis suadere possunt, nisi in ea regione esset frequentia huiusmodi criminum, tunc enim non deberet remitti, sed decapitari, uel suspendi. l. aut facta. in fin. de pœnis.

d ¶ Tyranni.) Secus si illas operas præstare solitus erat.

e ¶ Mandato.] Philip. Dec l. is damnum. §. j. de reg. iuris. sed non est simpliciter verum, ut ibi dixi in annota. ad eum. & Tho. Gramma. cons. 36. malè consuluit moderandam pœnam condemnati ad triremes.

EPITOME Consi. CCCCCXXXVI.

M. nupsit V. cui constituta fuit in dotem summa sexcentum ducatorum, & ducētorum pro iocalibus. Hæc confitetur V. recepisse obligando se, & suos hæredes ad restitutionem casu euveniente. Deinde V. promittit de dicta dote quadragintos aureos F. ratificatione S. l. mox cum iuramento subsequente. Postea V. condens testamentum relinquit M. vsufructuariam omniū bonorum eam grauando ad soluendum dictos quadringentos aureos F. hærede instituto H. mortuo V. existens M. vidua donat bona sua G. fratri ob benemerita post mortem suam ei cedendo, actionem sibi competentem pro dote repetenda iuramento accedente, & iudiciali decreto interueniente. Respon. Dec. donationem prædictā validam esse, Ideo non obstante præfata ratificatione H. teneri ad restituendam G. dotem, & iocalia M. quæ V. confessus est recepisse.

SVMMARIVM.

1 *Cessionarius habet directam ex persona cedentis, & utilem ex persona propria.*
2 *Confessus si fuerit vir habuisse dotem, quam vxori restituere promisit nulla de hæredibus mentione habita, an hæredes vxoris executionem paratam habeant.*
3 *Manifestum illud dicitur, de quo publicum instrumentum extat.*
4 *Donatio propter benemerita valet.*
5 *Decretum iudicis vbi reperitur, omnis fraudis suspicio remouetur.*
6 *Solennitas, quæ in contractu requiritur, etiam in ratificatione necessaria est.*
7 *Iuramentum recipit interpretationem secundum naturam actus, super quo interponitur.*
8 *Donatio facta per maritum vxori tacitam conditionem habet, si vxor post mariti mortem superuiuat.*
9 *Dispositio generalis omnes casus includit dato, quòd maior ratio sit in vno, quàm in alio.*
10 *Confessio vera pro parte in totum vera præsumitur, sicut econtra confessio falsa.*
11 *Testis ab vtraque parte productus approbatus censetur.*
12 *Pecunia de numerata si probatum fuerit, non autem de quantitate, ex coniecturis præsumitur.*
13 *Vsufructuario spectat onus satisfaciendi ipsis creditoribus.*
14 *Insinuationis defectus per iuramentum tollitur.*
15 *Statuto præcipienti, si quis contrafaciat, mortaliter peccat.*
16 *Iuramentum interpositum super peccato mortali obligatorium non est.*
17 *Iuramenti ad obseruationem quo casu, qui iurauit, cogi potest.*

Consi. CCCCCXXXVI.



N causa, quæ agitatur Mantuæ inter dominū Gregorium de Copinis agentem, & dominum Hieronymum Voltam tanquam hæredem domini Ioannis Voltæ se defendentem: Viso puncto, & diligenter consideratis his, quæ a præclarissimis aduocatis accuratissimè inducuntur, pro resolutione præsentis casus videndum est de duobus. Primò, an intentio agentis fundata sit. Secundò, an intentio, q̄ fundata sit, ex his, q̄ obijciuntur, impugnari videat. Circa primum studēdo breuitati ex tribus intētio actoris fundata vr̄. Primò ex instrumento donationis, & cessionis, qđ producit, pro-
a ut [a] requirit, ut no. Bal. in l. Aristo. de acq. hæred. cum simili. ut ibi tradit Alexā. Et cum productio facta sit ante litem contestatā, ꝓcedit libellus, siue actio directa nomine cedentis, siue vtilis nomine cessionarij intentata sit, vt no. Bar. in l. 1. in fi. C. de act. & oblig. in l. qui stipendia. in fi. C. de proc. in l. si duo. in fi. ff. de sol. Et facta fuit intentio cessionis, prout requiritur, vt no. Bar. in d. l. qui stipēdia. cum similibus. vt tradit Alex. in consil. 137. In causa, & lite. li.
1 2. † Et cum cessionarius habeat directam ex persona cedentis, & vtilem ex persona propria, ut not. Bar. in l. emptor. C. de hæredi. vel actio. vendita. in l. si quis in rem. in princi. ff. de procur. & in d. l. qui

ADDITIO.

a ¶ Prout.] Supra consil. 300. dixi ad Dec. c. j. de proba. adde Nicol. Boeri. deci. Burd. 10.

l.qui stipendia.quæ intenta sit vtilis, vel directa ex cōclusione li belli colligitur, vt dicit Bart. in locis præallegatis: & in casu isto in conclusione dicit, ꝙ dicto nomine reus condemnetur referē do se ad supradicta, dicto nomine intentata dicitur actio directa cedentis.Secundo, quia agitur contra dictum Hieronymum Voltam tanquam hæredem domini Ioannis Voltæ: & hoc con stat ex confessione ipsius, ut patet in processu, unde succedit, quòd notabiliter tradit Angel.in l.1.in uersic.& facit ad quæstio
2 nem.ff. de his, quæ in testamen.delen. † ubi inquit,quòd si uir confessus sit habuisse dotem,quam uxori ꝓmisit restituere nulla habita mentione de hæredibus:tamen concludit, ꝙ hæredes uxoris habebunt paratam executionem secundum formam statuti uigore dicti instrumenti;& sequitur Alex.in cons.126.Repetitus.lib.6.& pari ratione idem uidetur dicendum in hærede de-
a bitoris,[a] ut contra eum executio fieri possit. & hoc not. Bar.in l.postulante.ff.ad Trebel.in principi.ubi inquit,quod si debitor debeat carcerari pro debito,idem erit in hærede,licet de hęrede statutum nihil dicat.& sequitur Abb.in cons.86.Visis capitulis. in secūdo dubio.lib.2.cum similibus:ut tradit Alex.in d.l.postu lante.& in cōsil.118.Attentis narratis.lib.6.Et ista conclusio in casu isto indubitanter procedit,quia in instrumento maritus ob ligauit etiam suos hæredes ad restitutionem dotis, ut constat in instrumento:unde in hoc non est dubitandum. Tertiò concurrit instrumentum confessionis dotis:nam instrumentum dicitur
b probatio probata,[b] ut dicit Bald.in l.quoties.in fi.C. de iudic.&
3 & in l.interest.C.de solutio.in l.si pupilli.C. de usu.pupil.† & manifestum dicitur illud, de quo extat instrumentum publicum, ut no.Bart.in l.1.in princip. de operis noui nuntia.Bald. in l.generali.C.de sacrosan.eccle.& Paul.de Cast.in consi.322.In causa, quæ uertitur.& ideo his tribus concurrentibus intentio domini Grægorij agentis fundata uidetur:& ita breuiter primum dubiū absolutum sit. Venio ad secundum, in quo tota uis consistit: quia in contrarium plura obijciuntur.Primò contra instrumentum donationis,& cessionis opponitur, quod Magdalena non potuit in dote sua sibi præiudicare.l. de die.l. Attilicinus.ff. de pactis dotali.Sed ad hoc respondetur,quod iura præallegata uidentur procedere, quando uerisimiliter mulier in tali ætate reperitur, quod uerisimiliter deberet matrimonium contrahere: & ista ratione interest Republicæ mulieres dotes saluas habere, ut nubere possint,ut dicit text.in l.secunda.ff.de iure doti. in lege prima.ff.soluto matrimonio.sed domina Magdalena tempore donationis factæ fratri suo non erat in ætate, vt deberet cogitare de matrimonio: & ista responsio saltem uidetur procedere in Magdalena,quæ erat vidua tempore donationis, quo casu soluto matrimonio mulier potest in dote præiudicare,no.per glossam penultimam in l.cum dos.ff.de iure dotium.& sequitur illā Paul.de Cast.in l.2.§. item si voluntate.in uersic.sed opponitur. ff.soluto matrimonio.& idem Imol.in lege secunda.§. quod si in patris.in versiculo item no.ff.sol. matrimo. & Alexander ibi refert in tertio notabili.& notat Bart. in lege & hæredi.in §.filiafami.ff.de pact.& hoc maximè videtur procedere ex causa, ut est tex.in l.licet manēte.ff.de pactis dota.& iusta causa videtur:quia donauit fratri post mortē suam propter benemerita ipsius fratris erga se,quo casu donatio,quæ non valet,propter benemerita cōualidatur,vt patet in filio in potestate, cui pater prohibetur
4 donare.† Et tamen propter benemerita [c] ualet donatio, vt not.
c per gloss.in l.si donatione. C.de collatio. & in authentic.vnde si parens.C.de inoffic.testamen.no. Bar.in l.frater a fratre.in versi. sexto quæro.ff.de cōdictio.indebi.cum similibus.quę nota sunt. & dixi in dicta l. si donatione. & idem est in donatione inter virum,& vxorem propter benemerita, ut not.Abb.in rub.de dona.in fin.facit tex.in l.quod autem.§.si uir, & vxor.ff.de dona.inter uirum,& uxorem.& in casu isto statur verbis instrumenti,& non est opus aliter probare benemerita,quia non prohibetur soror donare fratri iuxta doctrinam Bar. in l.si fortè. de castren.pecu. Et prædicta confirmari videntur ex decreto interposito a priore collegij secundum ordinem, qui Mantuæ obseruatē: quia pro decreto prēsumitur,vt not.Specu.in titu.de emptio.& venditio.§.nunc dicendum.el 1.in versi. breuiter. sequitur Bald.in l. cum hi.§.si prętor.el 1.ff.de transactio.in l.quęcunque.§ fina.ff. de public.cum similibus, ut dixi in capit.quoniam contra.uersi.
5 ultimo notandum.de probat.† Et ubi decretum [d] iudicis reperi
d tur,omnis suspicio fraudis remouetur; ut no.Bar.in l.frater a fratre.in versiculo 3.quæro,quid de contractu.ff.de condictio.indebi. Angelus in consilio 142. Super primo. in fine Imol. in lege prima. §. fuit quæsitum.ff. ad Trebellian. Postremò accedit iuramentum interpositum in dicto contractu donationis, & virtute iuramenti mulier potest sibi præiudicare. capitulo cum contingat. de iureiurand. in capitulo quamuis. de pactis. in sexto. & ex prædictis non videtur dubitandum de validitate dictæ donationis.Similiter clarum est, quòd actio ad dotem repetēdam, quæ competebat Magdalenæ, potuit cedi dicto domino Gregorio: quia cum illa actio in hæredem transeat, l.prima.§. illo proculdio.& in §. & hoc ex rei. C. de rei vxoriæ actio. ergo potuit cedi,quia ea, quæ in hæredes transmittunt, cessibilia sunt. l.ex pluribus.ff.de administra.tut. & hoc modo arguit Bal. in l. p diuersas.C.manda.in versicu.16.& in authentic. quod locum.in versicu.nonò quæritur.C.de collatio. & ista conclusio bene procedit in casu nostro,in quo erat solutum matrimonium;sed constante matrimonio si vellet mulier agere marito vergēte ad inopiam,esset dubium,an illud priuilegium datum mulieri possit cedi, per ea, quæ tradit Franciscus de Curte in consi.57.Summa totius quęstionis.& domi.Iason in l.si constante.ff.sol.matri. vbi distinguit constante matrimonio, vel soluto, sed cum in casu isto solutum esset matrimonium,ista disputatio cessat.Secundò principaliter contra petitionem factā de octocentum aureis opponitur, quòd dominus Ioannes Volta maritus dictæ dominæ Magdalenæ promisit dotem quatuor centum aureorum Ioanni Fantino nomine dictæ Magdalenæ suæ vxoris, q̄ postea ratificauit, & est speciale in dote,quòd mulier potest fauore dotis se obligare.l.final.C.ad senatusconsultum Velleia. & dictus Ioann. Volta postea in eius testamento grauauit dictam Magdalenam, quam vsufructuariam omnium bonorum reliquit ad soluendum dictos quatuor cētum aureos prędicto Ioanni Fantino; vnde cum ipsa acceptauerit legatum vsusfructus relictum sibi in dicto testamento,pariter onus sibi iniunctū adimplere debet.l. Nesennius. ff.de excus.tut.cum sim. Ad ista etiam respondetur:& primò nō obstat ratificatio facta per dictam Magdalenam de promissione facta ab eius marito, quia dicta ratificatio fuit facta non seruata forma statuti; ideo fuit nulla, vt expresse statutum dicit;
6 † & solemnitas, quæ in contractu requiritur, etiam in ratificatione necessaria est, vt tradit Roman. in consil.12. Viso facto. in versicul. ad secundum autem. facit text.in l. si ut proponis.C. de nup.in l.nuptiæ.ff.de ritu nup. Secundò principaliter responderi potest, quòd dato, quòd promissio fuisset facta solemniter ab ipsa Magdalena, talis promissio intelligitur cum ista tacita cōditione, si ipsa Magdalena in matrimonio prædecederet,ut voluit gl. notabilis.in l.si dotali.ff.sol.matrim.facit tex.in l. secunda de pactis dotalibus in l.quamuis.C. de pactis conuē. & tradit Baldus nouellus in tractatu de dote in vndecimo priuilegio septimę partis principalis:& ibi cōcludit, quòd illa tacita conditio intelli
7 gitur,etiam si iuramentum interpositum sit:†quia iuramētum [e]
e recipit interpretationem secundùm naturam actus, super quo interponitur.l.finali.C. de non numerata pecunia.l. finali.ff.qui satisdare cogantur. & ad hoc bene facit, quod dixi in consilio
8 ccxl. vbi conclusum fuit, † quòd donatio facta per maritum vxori tacitam habet conditionem si vxor superuiuat post mortem mariti: ideo si vxor donataria præmoriatur suo marito superstite,talis donatio resoluitur, vt est textus in l.a marito.ff.de donationi.inter virum, & vxorem. & ff.de rebus dubiis. notat Baldus in consilio vigesimonono. Casus, vir donauit uxori.ibi, teneo igitur.libro tertio.Et prædicta tacita conditio non excluditur a iuramento, quia iuramentum habet illam tacitam conditionem, quam habet actus, super quo interponitur. dicta lege finali.C.de non numerata pecunia. & ad plus non extenditur iuramentum, quàm extendatur virtus promissionis, ut dicit Angelus in consilio cccxv. Statuto cauetur. & Oldradus in consilio 238.Cùm mulier. ubi propter hoc infert, quod donatio facta cum iuramento non tollit tacitam conditionem, legis si unquam.C.de reuocandis donationibus. & idem Oldradus.in consi.268.Licèt quæsitum. Roma. in consi.269.Non est dubium.in prin. Alex. in consi.37.Viso.lib. 2. & ideo cum Magdalena prædicta superuixerit, & sic conditio tacita, de qua suprà dictum est,defecerit, dicta promissio locum habere non potest non purificata conditione, argu.l.cedere diem.ff.de uerb. sign. Tertiò principaliter obstare videtur,quia solennitas requisita a statuto
f in obligatione mulieris non includit causam dotis, [f] ut notat Sal. in l. fi.per illum tex.C. de iure dotium.in uers.ex quo no.bonum argumentum. & Ias.sequitur in l.j.in tertio notabili. ff.solut.matri.& facit,quod tradit Franciscus de Curte in consi.27. Magnificus

ADDITIONES.

a ¶ Debitoris.] Falsum,& diuersa ratio,ut dixi in consue.Pari.§.171.
b ¶ Probata.) Infrà consi.682.in prin.vbi dicam.
c ¶ Benemerita.] Decius,& omnes d.l.si donatione. Philip.Cor.cons.144. lib.2.
d ¶ Decretum.) Suprà consi.339.nu.12.ubi tetigi.
e ¶ Iuramentum.] Supra consi.238.in fi.vbi dixi.Adde And.Alcia.c.cum contingat.nume.266.de iureiur.And.Tiraq. tracta.de constituto.& supraconsi.491.nu.26.
f ¶ Dotis.) Vide Decium. l.j.num. 8. de regul. iur. & quæ ibi dixi ad illum.

ficus vir. in secundo dubio. Sed ad hoc breuiter respondetur, ꝙ ista conclusio non est vera, ꝙ in generali dispositione statuti nō comprehendatur causa dotis: nam in contrarium facit, quia dispositio generalis generaliter intelligitur, & comprehendit personas, & causas priuilegiatas, quando in illo casu specialiter nō reperitur habere priuilegium, vt est tex. & ibi Bal. in l. in fraudē.
9 §. fin. ff. de testam. milit. & ad hoc facit, † quia dispositio generalis omnes casus includit dato, quòd maior ratio sit in vno casu, quàm in alio. lege 1. §. quod autem. ff. de aleat. in l. prima. §. & generaliter. de leg. præstan. Non obstat dictum Salic. quia in casu nostro nihil facit. nā non dicit Sali. ꝙ dispositio gñlis statuti non intelligatur in causa dotis, quia male loqueretur, sed loquitur ibi Salic. in casu particulari secundum terminos illius l. fi. vbi habetur, ꝙ in causa dotis non requiritur insinuatio. ex quo arguit Sali. ꝙ si ex forma statuti instrumentum debeat registrari siue insinuari, hoc non habebit locum in causa dotis: quia illa generalitas statuti recipit interpretationem à iure cōmuni, & bene loquitur, quia in illo casu specialiter causa dotis priuilegiata reperitur, ꝙ non debeat insinuari. dicta l. fi. secus est in casu nostro, in quo dotis causa non est priuilegiata, ideo statutum, prout loquitur, generaliter debet intelligi. & ita alias consului Florentię, vt patet in consilio 5. In causa dominæ Mariæ. & in consil. 301. In causa, quæ Ferrariæ agitatur. & ita iudicatum fuit, & videtur vera intelligentia, a qua recedendum non videtur. Quartò instrumento confessionis factæ per maritum Ioan. Voltam vxori Magdalenæ constante matrimonio obstare videtur, quia talis cōfessio inter maritum, & vxorem, & sic inter personas suspectas videtur facta animo donandi, & simulata præsumitur, & non valet, vt notat Bartol. in l. cum quis decedens. § Titia. de lega. tertio. cum simil. vt tradit Alexan. in l. si diuortio. ff. de verborum obligationi. & in consi. 142. Viso processu, libro 5. Paul. de Cast. in consi. 119. Visis, & consideratis. Ad hoc etiam respondetur primò, ꝙ ista confessio non fuit facta inter maritum, & vxorē, in quibus caderet suspicio. Sed fuit facta ista cōfessio inter Ioan. Voltam maritum, & Benedictum fratrem Magdalenę, qui Benedictus recepit confessionem nomine suo, & fratrum, qui erant debitores dotis, & hæredes Iacobi Copini eorum patris, qui reliquerat dotem dictæ Magdalenæ suæ filiæ: & ideo talis confessio non est facta inter suspectos, prout allegata suprà in contrarium loquuntur, ideo in casu isto bene probat. Secundò respondetur, ꝙ etiam si esset facta confessio inter maritum, & vxorem illa confessio probaret contra maritum, quia elapsum est tēpus opponendi exceptionem non numeratæ dotis: & quia interpositum fuit iuramentum assertorium, his duobus concurrētibus confessio probat contra maritum, vt tradit Soci. in consilio 82. Super quæstionibus. in princip. libro tertio. Et quia interuenit decretum iudicis in tali confessione, per quod tollitur suspicio
10 fraudis. vt supra dixi. † Et quia confessio uera apparet pro parte, ergo in totum uera præsumitur: sicut econtra falsa pro parte in totum falsa præsumitur. & hoc modo arguit Socin. in dicto consilio 82. in versicul. confirmo. & ad hoc etiā facit, quia qñ cum confessione concurrunt alia indicia, & præsumptiones, tūc confessio dotis receptæ benè probat, ut Bald. concludit in rubrica, de priuilegiis dotis. ver. Vnde quæritur. pone gratia exempli secundum eum ibi, quando maritus retinuit vxorem, & illi tanquam dotatæ alimenta exhibuit: & ita fuit in casu isto: & vlterius ex his, quæ Ioan. Volta maritus in testamento disposuit, pro exoneratione hæredis sui euidens coniectura habetur de veritate confessionis, ita ꝙ de illa dubitandum non sit. Quintò circa iocalia opponitur, quia Ioann. Volta maritus non exprimit certam æstimationem iocalium, sed dicit iocalia concedentia recepisse, quo casu confessio incerta videtur. Sed respondetur, ꝙ in casu isto agitur de dote, quæ propter incertitudinem non uitiatur. l. cùm post. §. gener. ff. de iure do. vbi dr̄, quòd debet constitui pro modo facultatum, & dignitate personarū. facit text. in l. si filiæ. de legatis tertio. Secundò pōt responderi, ꝙ hic ista confessio non videtur omninò incerta, quia dicit, iocalia condecentia, quæ videntur intelligenda arbitrio boni viri: quia quid deceat, consideratur secundum honestatem, ut dicitur in ca. magnæ. de voto. facit tex. in regula, decet. de regu. iur. in sexto. & arbitrio boni viri cōuenit, ꝙ Magdalena habuerit, & marito tradiderit ducentum aureos in iocalibus, prout alijs filiabus factū fuit, & arbitrio boni viri congruum est, ꝙ ipsa Magdalena non sit deterioris conditionis, quam aliæ filiæ sint, quia in filijs æqualitas seruari debet. l. inter liberas. C. fam. erci. l. 1. C. vnde libe. l. fi. C. communia vtri. iud. l. vt liberis. C. de coll. & lex hortatur patrem quantum pōt, vt debeat æqualiter suos filios tractare, vt not. Ang. per illum tex. in §. illud quoque. in Authent. de nup. & pater Magdalenæ hoc bene obseruauit, qui æqualiter omnibus filiabus in iocalibus ducentum singulis reliquit, nec aliter essent iocalia condecentia. & hoc idem coadiuuatur ex eo, quod attestatur Rodulphus Villanoua, qui fuit mediator dicti matrimonij, dum inquit, ꝙ ipse promisit domino Ioan. Voltæ sexcen-
11 tum ducatos in denarijs, & ducentum in iocalibus. † Et cum sit ab utraque parte in testem productus, censetur approbatus à partibus, ut not. in l. si quis testibus. C. de testibus. & ex dicto istius, & ex testamento patris Magdalenæ, in quibus dicitur de ducentum ducatis in iocalibus, bene consonat, quòd iocalia condecentia, de quibus in confessione dicitur, de ducatis cc. intelligantur; & cùm omnes probationes arbitrariæ sint, vt no. Anto. de Butr. in capitu. ex literis in sexto. de probatio. Bald. in l. fi. in prin. C. commin. vel epistolas. Paul. de Cast. in l. admonēdi, de iureiurando. non videtur, ꝙ iudex attentis suprà dictis aliter arbitrari possit, nisi ꝙ iocalia condecentia de ducentum ducatis intelligantur. Tertio respondetur, ꝙ hic ex confessione constat maritum iocalia recepisse, & licet nō expressa sit quātitas, uidetur quòd quantitas iuramento actoris declarari possit, & debeat, ex eo, quod dixit Barto. in lege admonendi. ff. de
12 iureiurando. versiculo quid si testis. † vbi tenet, quòd si probatum sit de pecunia mutuata, sed non de quantitate, ex coniecturis probari potest: & iudex etiam poterit creditoribus deferre iuramentum. & fuit dictum Rayn. de Forli. in l. 1. ff. de in litem iurā. & hoc dictum pro no. tradit Bartho. Veron. in cautela 210. aliàs 207. Aliquis mutuauit. & ideo ex pluribus ↄiecturis, quæ in casu isto concurrūnt, ut s. dictum est, videtur, ꝙ de quantitate 200. aureorum probatum sit, uel quòd saltem iuramētum actori debeat deferri, & dixi in c. 1. de proba. versic. 3. accedat. Nec obstat, quòd Gregorius actor non videtur informatus, ideo illi non uidetur esse deferendum iuramentum, ut per Bart. in d. l. admonendi. quia cum sit coniunctus, videtur, & præsumitur habere notitiam, vt tradit Aret. in consi. 65. In præsenti consultatione. in fin. & in terminis de iuramento not. Socin. in ɔsil. 264. Visis. Sextò obstare videtur, quia Magdalena, quę ratificauit cū iuramento promissionem factam ab eius marito de aureis quatuor centum, dato ꝙ ratificatio fuerit nulla, quia non fuit seruata forma statuti, tamen ipsa videtur obligata ad obseruationem iuramenti per ea, quæ tradit Alexand. in consi. 59. Viso instrumento. libr. 1. Sed responsio apparet ex supra dictis: quia ipsa Magdalena, si viueret, non esset obligata ad obseruationem iuramenti: quia ut suprà dictum est, illa promissio fuit conditionalis, si ipsa prædecederet, & dicta cōditio non fuit uerificata: unde cum non esset obligata ad obseruationem iuramenti, pariter nec hæres obligatus vr̄, & à fortiori nec Gregorius, qui est successor singularis. Septimò obijcitur, quia dom. Ioan. Volta maritus in suo testamento voluit releuare hæredem suum, & grauauit uxorem Magdalenam ad soluendum dictos quatuor centū aureos dicto Ioan. Fantino: & cum ipsa acceptauerit vsumfructum omnium bonorum relictum sibi in dicto testamento, uidetur, ꝙ ipsa teneatur implere onus iniunctum sibi à testatore: & quia uidetur testator uoluisse compensare legatum usufructus cum dote. Ad hoc etiam responsio aperta uidetur, quia exonerauit hæredem, qui tenebatur satisfacere creditoribus; & licèt in
13 hoc sint opiniones, quia Bar. in l. fi. ff. de usufruct. leg. uoluit † ꝙ onus satisfaciendi creditoribus specter ad usufructuarium omnium bonorum, sed contra Bart. [a] est * *communis* opinio. ut dixit Alex. in l. si filio. §. si uir in quinquenniū. ff. soluto matrimonio. & patet ex his, quæ Alex. tradit in l. usufruct. ff. ad legem Falcid. istam dubitationem uoluit testator mouere, ex quo disposuit. ꝙ uxor usufructuaria solueret pro exoneratione hæredis: & dictę Magdalenæ expressè iniunctum fuit, ꝙ solueret de usufructu omnium bonorum: unde manifestè apparet, ꝙ noluit testator uxorem grauare in eius dote: nec etiam dicendum est, ꝙ testa. uoluerit compensare legatum usufructus omnium bonorum cum dote, quia talis compensatio non fit, nisi specialiter à testatore exprimatur. l. 1. §. sciendum itaque. de rei uxor. actio. ibi, uxor à marito relicta accipiat, & dotem consequatur. nisi specialiter pro dote ei maritus ea dereliquit. & facit tex. in l. creditorem. de leg. 2. & in hoc non videtur dubitandum. Octauò obijcitur, ꝙ valida non videtur donatio facta Gregorio agenti: quia dicta Magdalena prius iurauit obseruare promissionem factā ab eius marito Ioann. Fantino: & postea donationem fecit cum iuramento, quo casu primum iuramentum attenditur, & secundo præfertur, ut not. per gloss. in cap. licèt mulieres. in fi. de iureiurand. in 6. sed respondetur, ꝙ illa gloss. intelligitur, & procedit, quando ex primo iuramento fuit ius quæsitum tertio, secus si ius quæsitum non fuit, quia tunc secundum iuramentum

ADDITIO.

a ¶ Contra Bart.) Supra consi. 483. in fin. vbi dixi. Consi. 537. Plenius habetur suprà consi. 485.

tum attenditur, ut not. Bald. distinguit in l. duobus. §. fi. in versicul. item not. hic argumen. ff. de iureiurand. & sequitur Alexand. in consilio. 16. Ponderatis narratis. lib. 3. sed in casu nostro non fuit ius quæsitum ex primo iuramento, quia ratificatio non valuit, quia non fuit seruata forma statuti, vt supra dictum est: ergo videtur, quòd secundum iuramentũ attendatur. Nonò intentioni domini Gregorij fundatæ, ut suprà dictum est, nõ
14 obstat quòd donatio illi facta insinuata non fuit: † quia defectus insinuationis tollitur per iuramentum, quod interuenit, vt tradit Ioan. And. in additio. Specu. in titu. de instru edit §. porrò. versic. sed quid si renuntians. Cald. in consi. 1. in titu. de donatio. Fede. in consi. 281. Casus talis est, statuto cauetur. cum simili. vt tradit Alexand. in consi. 4. Circa primum libr. 1. & in consil. 12. Viso instrumento. eod. lib. 1. in consi. 20. Ponderatis his libr. 3. & latè scribit Socin. in consi. 77. In præsenti consultatione. cũ
* sequentibus. vbi latè ostendit istam esse* *communem* opinionem opinionem: & dixi in consi. 239. Primò nõ videtur. & ultra ea quę dixi ibi, idem tenet Alexand. in consi. 217. Ponderatis his. lib. 6. & in cõsi. 26. Cum latissimè. lib. 7. in conf. 177. Visis. eod. lib. 7. Secundò potest responderi, ꝙ hic videtur facta insinuatio, ex quo interuenit præsentia Prioris collegij Mantuę, secundum quod ibi obseruatur, per ea, quæ tradit Alex. in consi. 157. Viso instrumento donationis. in prin. lib. 2. & in tali insinuatione aduertendum est, quòd donatio vsque ad summam quingentorũ aureorum ualeret absque insinuatione, & solum deberet uitiari in excessu. l. sancimus. §. 1. C. de donatio. vbi Bald. & Ang. hoc dicunt per illum tex. not. Bar. in l. fin. C. de pact. Ang. in consi. 179. Visis. Pau. de Cast. in consi. 101. Super primo. Et esset modicus excessus, quia iura, quę dicunt de quingentis aureis, intelliguntur de illis, de quibus 72. faciunt libram: ex quo videtur, ꝙ in aureis hodie currentibus valere debet donatio in maiori summa, quia 96. intrant pro libra auri, ut dicit Pau. de Cast. in l. fi. in princi. C. commu. de lega. in hoc tamen non est opus insistere, quia nõ expedit stantibus supra dictis. Decimò obstare videtur, quia statutum requirit solennitatem in obligatione mulieris, & absque illa solennitate actus ipso iure est nullus, etiamsi contractus ipse fuerit sacramento vallatus: nam tale statutum, quod reprobatur iure non ualet, vt not. Bart. in l. omnes populi. in tertia quæstione principali. in versi. item si statutum diceret. ff. de iusti. & iure. cum simil. vt tradit Alex. in consi. 125. Visis. libro primo, in consilio. 59. Viso instrumento. eod. libr. 1. & in consilio. 38. Viso statuto. libro quarto, cum similib. Sed ad hoc respondetur tripliciter. Primò, quòd Bartol. ipse limitauit dictum eius in d. l. omnes populi non habere locum in statuto prohibẽte mulierem contrahere, prout videtur in casu isto, vbi uerba sta
15 tuti diriguntur in personam mulieris: dum inquit, † quòd nulla mulier possit se obligare. & tali casu cum statutum præcipiat, si quis facit contra statutum peccat mortaliter, cap. 2. de maio. &
16 obedien. † & iuramentum interpositum super peccato mortali non est obligatorium. cap. 2. de pact. in 6. in cap. non est obligatorium de regul. iur. in 6. ita Barto. concludit in authen. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. & ibi ita limitat, quod dixit in d. l. omnes populi. & idem Bartol. in l. 2. C. ne fid. doti. den. l. si quis pro eo. in tertio membro ff. de fideiuſ. & idem tenet Angel. in consilio 60. Domina Catherina. in tertio dubio. & idem Ang. in l. si quis pro eo. in princip. ff. de fideiuſſ. & idem sequitur Domi. de sancto Geminiano in consil. 51. Super præmisso dubio. ubi dicit Cardinalem hoc tenere in c. cum contingat. & consuluisse, & ita etiam dicit Cardin. in d. cap. cum contingat. & patet consil. 93. Nobilis vir. & cum prædictis concordat Laurẽ. Calcaneus in consil. 24. Videtur dicendum. idem Bald. in consi. 375. Ad euidentiam. lib. 1. & in consil. 149. Viso statuto. lib. 2. in consil. 388. Viso statuto. eo. lib. 2. Secundo respondetur, ꝙ ex tali iuramento contractus non confirmatur, sed remanet nullus, licèt cogi possit ad obseruationem iuramenti ille, qui iurauit, ut concludit Ioan. de Imo. in cap. cum contingat. de iureiu. refert, & sequitur Alexan. in consi. 59. Viso instrumento. lib. 1. suprà alleg. & idem latius tradit Alexan. in consi. 151. Viso themate. in uersic. tertius casus est. lib. 7. vbi ponit casum nostrum, quando statutum annullat contractum, & iuramentum, ut quia dicat, si contractus fiat non seruata tali solennitate, non ualeat contractus, nec etiã iuramentum si præstitum sit, prout in casu isto statutum loquitur: & in tali casu concludit ibi Alex. post Imo. quem ibi refert, ꝙ quatenus statutum annullat ipso iure contractum, & si iuramentum interuenit, ualet quidem statutum, & contractus re-
17 manet nullus non obstante iuramento. † Potest tamen ille, qui iurauit, cogi ad obseruationem iuramenti, quia tale statutũ non potuit infringere iuramentum, quominus teneatur illud obseruare, qui iurauit, sed contractus remanet nullus ſm dispositionem statuti. Tertiò & ultimò rñdetur, ꝙ dato, ꝙ contractus uirtute iuramenti ualeret, quod tñ negatur per s̄. dicta, habet ille ɔ̄tus tacitam illam cõditionem, si ipsa do. Magdalena prius decessisset in matrimonio; & ista tacita cõditio in iuramento intelligitur, ut s̄. dictum fuit: & cum ipsa superuixerit, ipsa non tenet. & ex his, & aliis, quæ plenius a præclarissimis aduocatis inducuntur, arbitror partes constantissimi iudicis esse in pronunciando in fauorem domini Gregorij actoris.

EPIT. Consil. CCCCCXXXVIII.

Statutum ad aliud se referens verè, & propriè efficit relatum esse in referente, cui derogari non potest per contrariam consuetudinem.

SVMMARIVM.

1 *Fœminæ sicut masculi de iure communi ad patris successionem admittuntur.*
2 *Argumentum a contrario sensu in statuto an, & quo casu colligatur.*
3 *Consuetudo legem, & statutum interpretatur. 6.*
4 *Loqui propriè quis dicitur illud, quod uerbis exprimitur.*
5 *Argumentum a contrario sensu dicitur ex tacita, & coniecturata mente testatoris, non autem ex uerbis.*
7 *Termino, ad quem fit relatio, quicquid continetur, continetur in termino referente saltem implicitè.*
8 *Consuetudo in facto consistit, ideo probari debet.*
9 *Consuetudinem ad probandum quid requiratur. 10.*
11 *Testes singulares consuetudinem non probant.*
12 *Conditione in generali non uenit illud, quod illicitum est.*
13 *Locus, qui alteri subiicitur, quo casu propriis constitutionibus utatur.*
14 *Correctio ut in statuto non præsumitur.*



Iso puncto, & diligenter ɔ̄sideratis verbis statutorum, de quibus agitur. Pro resolutione casus ꝓpositi considerãdum est, ꝙ inspecto statuto terræ plebis sancti Stephani in 2. li. statutorum. in rub. de successione ab intestato. esset dicẽdum, ꝙ filiæ Iacobi Io. de Tronconibus ad hæreditatem earum patris ab intestato deberent admitti, quia de iure communi ha-
1 bent fundatam intentionem: † quia fœminę sicut masculi ad successionem patris admittuntur. l. maximũ uitium. C. de libe. præt. l. lege. 12. tabularum. C. de legi. hær. & prima causa est filiorum, au th. in successione. C. de suis, & legi. §. j. in Auth. de hære. ab intestato. & ideo clarum est, quòd de iure communi dictæ filiæ excludunt fratres carnales dicti Iaco. Nec etiam dictis filiabus videtur obstare statutum in rub. de succes. ab intesta. in quo filiæ, descendentes ab eis non ueniunt ad successionem patris existentib. filio, vel filijs masculis: quia in casu isto non sunt filii masculi, & illis non extantibus a contrario sensu videntur vocatæ filiæ a statuto, quia limitatè excluduntur existentibus filiis masculis, & illis non extantibus cessat exclusio, quæ fuit limitata, & filiæ remanent in dispositione iuris communis, non quòd inducatur noua dispositio a contrario sensu, ut declaraui nouissime in l. j. ff. de officio. eius. Et in casu isto argum. a contrario sensu sumitur in fauorem filiarũ, ut non excludantur non extantibus masculis: in alio
2 casu fortiori volunt docto. † ꝙ arg. a ɔ̄trario sensu colligatur ad exclusionem filiarum in statuto, quòd filiæ patri succedant, si nõ extant filii masculi, ergo a cõtrario sensu extantibus filiis masculis videtur statutum excludere filias, ut no. Bal. post Cy. quem ibi refert in l. ɔ̄uenticulam. C. de episc. & cler. cum si ut tradit Alex. In l. si cum dotem. in prin. ff. solut. matrim. sed in casu isto fauorabilius est, quod admittantur filiæ a contrario sensu verborum statuti. Vel magis placet, ut dicamus, ꝙ exclusio fuit limitata extantibus masculis, & illis non extantibus exclusio cessat: quia limitata causa limitatum effectũ producit. l. in agris. ff. de acq. rer. do. l. age. C. de trãsact. Et certè si aliud nõ obstaret, nisi statutum præallegatum res esset clara pro dictis filiabus: pro quibus etiam allegatur consuetudo, quæ uiget in loco, quod filiæ fœminæ succe-
3 dant filiis masculis non extãtibus. † Vnde consuetudo legem, & statutum interpretatur. l. si de interpretatione. de legi. & minimè mutanda sunt, quæ interpretationem certam semper habuerunt, l. minimè. ff. eo tit. prædictis tamen non obstantibus concludendum est, ꝙ dictæ filiæ a fratribus dicti Iacobi excludantur, & hoc virtute alterius statuti, quod eodem loco reperitur in rub. de iuramento Potestatis in fin. in quo disponitur, quod Potestas communis plebis sancti Stephani debeat iustitiam facere, & reddere secundum formam statutorum dictæ plebis, ubi statuta loquuntur: sed vbi statuta non loquuntur secundum formam statutorum communis Florentiæ, ita ad literam, ut relatum est, statutũ dicit. Primo in tali statuto põderari, & perscrutari debẽt illa verba, ubi

ba, vbi statuta loquuntur, & ubi statuta nõ loquunť: nam de casu
4 nostro statuta plebis non loquuntur, † quia propriè loqui [a] quis
a dicitur illud, quod uerbis exprimitur, & legi potest, vt not. in l. j. in prin. de verb. oblig. epistola inter claras. C. de sum. Trini. ibi, ꝙ scripturæ loquuntur. facit text. in l. miles ad sororem. in princip. ibi, ac si cum eo defunctus loquatur. & legere quis dicitur, quando oculis perspicit, quæ scripta sunt. ut dicit tex. in l. j. § legi autẽ. ff. de his, quæ in testam. delen. & non illa, quæ extrinsecus intelliguntur, ut ibi dicitur: cum ergo statuta plebis sancti Stephani non loquantur de isto casu, est recurrendum ad statuta communis Florentiæ, ut expresse à statuto disponitur. Nec obstat, si dicatur, quòd imo statutum plebis videtur comprehendere istum casum à contrario sensu, dum excludit filias extantibus masculis ergo non extantibus masculis statutum uidetur illas admittere: & in illa generalitate videtur comprehẽdere casum istum, quando filiæ concurrunt cum fratribus defuncti: quia satis est, quòd
5 non extent filij masculi: quia soli illas excludunt. † Quia respondetur. quòd arg. a contrario sensu ducitur ex tacita, & coniecturata mente, & non ex uerbis ut no. Bal. post Iaco. But. in l. apud antiquos. C. de fur. & illud, quod ex coniecturis colligitur, non dicitur propriè scriptum. l. j. ff. si ta. testa. exta. ibi, quia ex coniectura non proprie scriptum videtur. & ideo in proposito nõ verificantur verba statuti in eo, quod colligitur a contrario sensu, quia illud non legitur, nec de eo statutum loquitur. Et vlterius considerandum est, quòd in casu isto non colligitur argumentũ a contrario sensu, nec etiam tacita dispositio inducitur. Sed fuit limitata exclusio fœminarum extantibus filiis masculis; unde illis non existentibus cessat exclusio, & res remanet in dispositione iuris communis: & in tali casu nec etiam tacitè statutũ aliquid disponit, & indubitãter verba statuti plebis uerificata sunt, ꝙ statutũ in isto casu nõ loquať, vnde succedit clara, & aperta dispositio statuti dictæ plebis, quòd debeat iudicari in isto casu secũdũ
6 statuta communis Floren. † [b] quæ disponunt, quòd filiæ fœmi
b næ non succedant etiam existentibus fratribus defuncti, ita quòd filiæ excluduntur non solum extantibus filiis masculis, sed etiã extantibus fratribus patris filiarum: & tale statutum debet in casu isto obseruari propter relationem, quam facit statutum plebis ad statuta Florentina, ibi, secundum formam statutorum communis Florentiæ. cum enim facta sit relatio ad statuta Florentina, relatum uidetur esse in referente. l. ait prætor. § si iudex. ff. de re iudi. & in l. asse toto. ff. de hære. instit. l. institutio talis. de cond. instit. l. si ita scripsero. de condi. & demonst. Et relatio uidetur facta cum omnibus qualitatibus suis, ut not. Bart. in l. 1. ff. de recep. in l. 1. § fi. ff. si famil. fur. feci. dica. in l. si quis seruum. § fi. in versi. sed quero, testator. de leg. 2. & facit quod no. Bar. in l. nihil. in fin. ff. de coniungen. cum eman. lib. & magistraliter dicit Bal. in cons. 338. Ea quæ ueniunt per modum declarationis. lib. 2. & uulgaris
7 est doctrina, † quòd quicquid cõtinetur in termino, ad quem fit relatio, continetur in termino referente saltem implicitè; & qui explicat, nihil noui facit. l. adeo. §. cum quis. ff. de acqui. rer. do. Et ibi dicit Bal. quòd illud, quod intelligitur per relationem ad aliud, uerè, & propriè intelligitur, quia ex cõtinuatione duarum scripturarum resultat uerè certum, & dicit, quòd natura relationis est natura veritatis patentis ex coniunctione scripturarũ, ita Bal. in consi. præallega. & ideo quod disponitur in statuto Florentino, verè, & propriè videtur dispositum in dicto statuto plebis virtute dictæ relationis factę ad statutum Florentinum. & sic remanet comprobata conclusio suprà dicta, quòd prædictæ filiæ a dictis fratribus excludantur. Non obst. alleg. supra in contrariũ quia responsio ex supra dictis aperte colligitur: nam haberent locum in specto statuto plebis sancti Stephani in rubrica de succes. ab intest. in 2. libro statutorum. Sed in casu isto attenditur statutum Florentinum, ut suprà dictum fuit: vnde non obstat alleg. suprà in contrarium. Non obstat quod supra in contrarium. di-
8 citur de consuetudine: † Quia talis consuetudo videtur in facto consistere, ideo qui in ea fundatur, debet illam probare, ut not. per gloss. in l. 1. C. quæ sit long. consuetud. in verbo, probatis his. & ita arguit Alexand. in consi. 67. In causa, & lite. libr. 7. & debet plene & concludenter probari in respicientibus decisionem causæ, ut not. Barto. in l. de quibus in versi. 2. probatur consuetudo per testes. ff. de legi. & in l. 2. C. quæ sit long. consuetu. in 28. q. in fin. vbi dicit, quod vera probatio requiritur, & non sufficiunt præsumptiones, & coniecturæ, per text. in in d. l. j. quæ sit long. consue. & difficile est probare consuetudinem, ut no. Fulg. in cons. 6. Quidam emphyteuta. in fin. & Ang. Aret. in §. ex non
9 scripto. insti. de iure naturali. † Nam ad probandum consuetudi
c nem requiritur, [c] quod testes deponant de uisu actus, cuius consuetudo allegatur, & quòd deponant de actuum frequentia, & de tẽporis diuturnitate, & tales actus factos fuisse ita, & taliter, ꝙ appareat tacitum consensum populi, vel maioris partis interuenisse, ut magistraliter tradit Cyn. in l. 2. in vers. sed quæro, quid si deponant testes. C. quæ sit long. consue. Bald. in l. de quibus. in versic. postremo qualiter consuetudo probetur. ff. de legib. Alc. in cons. 45. Visis attestationibus. lib. 2. & in cons. 131. In causa vertente coram prętore. versi. nec obstat, si diceretur. eo. lib. 2. & in cõs. 126. In causa & lite vertente inter Iacobum. eo. lib. 2. & latè idem Alexan. tradit in consi. 173. Viso, & diligenter considera-
10 to. per totum. lib. 6. † Et ad probandum consuetudinem non sufficit, ꝙ testes dicant ꝯsuetudinẽ ita esse, sed etiam nõ interrogati debẽt ꝯgruã rationẽ allegare, ut not. Bar. in d. l. de quibus. vers. sed quid si testes. & ad hoc facit, quia effectus consuetudinis in iure consistit sicut dominium, ideo testes etiam non interrogati debent rationem adducere, ut not. Innoc. in c. cum causam. de testib. vbi Bald. refert, & sequitur. & in l. solam. C. de testib. in l. cum res. in 3. not. C. de probatio. Angel. in §. & licet. de testib. cum simili. Et testes singulares non probant consuetudinem, ut not. Cyn. post Petr. in l. 2. C. quæ sit long. consuetu. Barto. in d. l. de quibus. vers. sed pone, quòd testes. cum similib. ut Alex. scribit in consil. 104. In causa, & lite vertente inter Io. versicul. non
* obstat quintum argumen. in 3. lib. ubi attestatur * *communem* esse
11 opin. † ꝙ testes singulares non probent consuetudinem. & not. idem Alex. in consil. 196. Viso testamento. lib. 2. & Corneus Perusinus in consi. 89. Visis actis. libr. 1. Et ad probandum ꝯsuetudinem non defertur iuramentum in defectum plenæ probationis, ut no. Bal. in d. l. de quibus. ver. item vbi agitur de probando. Alexan. in d. consil. 173. Viso, & diligenter considerato. versic. & subdo. lib. 6. ista tamen dicta sunt ex abundanti, quia de consuetudine nihil fuit probatum. Postremo dato; ꝙ constaret de tali consuetudine, esset contra statuta Florentina, & contra statutum Plebis, quo cauetur, quod recurratur ad statuta communis Florentiæ, vbi statuta Plebis non loquuntur: & ideo talis consuetudo approbata non videtur, sicut non sunt approbata statuta Plebis, quę sunt contra statuta Florentina. nam quod dicitẽ de statuto, idem uidetur de consuetudine, quæ non differt a statuto nisi tanquam tacitum ab expresso. l. de quibus. in fin. ff. de legib. & inferior non debet tollere legem superioris, argu. c. inferior. 21. dist. c. cum inferior. in princip. de maio. & obed. in cle. ne Romani. de elect. & facit tex in l. formã. C. de officio prefec. pręt. vbi præfectus pretorio habet potestatem legis condendæ a principe, sed non põt legẽ facere, quæ sit ꝯ leges principis, ut no. Bal. in l. nulli. C. de sent. & inter. om. iudic. & facit tex. in l. si hominẽ. ff. manda. ubi procurator generalis regulariter non potest facere
12 contra ea, quæ dominus superior ordinauit. † Et quia in generali commissione non venit illud, quod est illicitum, ut not. Bar. in l. j. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. Bart. dicit, quod in generali cõfirmatione statutorum non videntur confirmata statuta, quæ iniusta sunt: & idem Ang. in d. l. 1. in versi. vlt. inducitur. & est tex. in ca. 1. de iureiu. in 6. Et ex hoc specialiter infert Ro. in proposito nostræ quæstionis, quòd statutum, uel consuetudo inferioris sit iniustum, uel iniusta, quando contradicit statutis loci superioris, ut ipse latè tradit in consil. 218. Præsens casus duplicem habet dubitationem. inducit tex. insti. de satisd. in §. fi. vbi dicitur, quòd loca inferiora subiecta debent regi, & gubernari secundum statuta loci superioris; inducit etiam Ro. quod not. Bar. in tractatu Tiberiadis. in rub. de insula. in vers. sed quæro, illæ gentes. dum cõclu-
13 dit, † quòd locus, qui alteri subijcitur, vtitur proprijs constitutionibus, dummodò honestæ sint, & aliud non appareat de mente eius, qui locum occupauit. Et quantum ad propositum concludit, quod statutum loci inferioris non dicitur honestum, si contradicit statutis loci superioris, & ad suprà dicta facit, quia potestas corrigendi non videtur data, nisi exprimatur, ut not. Bart. in procemio C. in vers. extra gl. per illum tex. in vers. quibus specialiter permisimus. unde infert, quod vigore cuiusque arbitrij non potest quis statuta iam facta corrigere, uel mutare, nisi specialiter expressum sit: & tradit Ro. in cons. 37. Viso puncto. & in d cons. 218. Præsens casus. Alex. in consi. 106. Perspectis his, quæ in themate. lib. 2. & ideo potestas statuendi, quæ videtur competere populo dictæ terræ Plebis, non extenditur, ut corrigere possit statuta ciuitatis Florentiæ superioris. & maximè hoc dicendum videtur, quia statutum Plebis disponit, quod recurratur ad statuta cõmunis Florentiæ, unde non est præsumẽdum, quod populus Plebis voluerit proprium statutum corrigere inducendo consuetu-
14 dinem contrariam: † quia correctio non præsumitur, ut in statuto no. Bal. in l. si duo in fi. C. per quas perso. nob. acqui. facit text. in l. sancimus. C. de testa. in l. præcipimus. C. de app. ideo concludendum est, ut s. dixi, ꝙ filiæ excludantur.

ADDITIONES.

a ¶ Loqui.] Decius c. trãslato. de elect. 1. no. 3. de constitu. ubi dixi.
b ¶ Floren.] Quæ refert Carol. Ruin. consi. 43. Statuto Florentiæ. lib. 5.
c ¶ Requiritur.) Supra consi. 213. ubi dixi.

EPITOME Consi. CCCCCXXXIX.

Quando sit, quod obligatio bonorum posita in fine instrumenti referatur ad omnia precedentia.

SVMMARIVM.

1 *Verba enunciatiua etiam inter easdem personas non probant, quando illud, quod enuntiatiuum fuit, postea principaliter in dubium reuocatur.*
2 *Confessio in dubio in confitentis fauorem interpretari debet.*
3 *Obligatio generalis bonorum ad bona futura porrigitur.*
4 *Clausula in fine apposita ad omnia præcedentia referri debet.*
5 *Verba dispositiua bene probant contra confitentem.*
6 *Verba enuntiatiua probant inter partes.*
7 *Dictio, ex, causam immediatam significat.*
8 *Exemplum instrumenti si intra terminum producatur, non probat, nisi post terminum originale productum fuerit.*
9 *Relatio facta cum omnibus eius qualitatibus intelligitur.*
10 *Interesse promittens verè, & propriè promittit illam quantitatem, quæ probabitur.*
11 *Dictio, quasi, est nota improprietatis.*
12 *Verbum, videtur, quandoque veritatem explicat.*



IN inclyta ciuitate Ianuæ dubitari contingit, an clausula generalis, in qua in fine instrumenti ponitur obligatio bonorum, extendatur ad confessionem, quam fecit in prin. instrumenti Cazanus da Camilla ciuis Ianuensis de septem milibus libris, in quibus recognouit se esse debitorem, prout latius apparet in quodam libro, ad quem relationem facit. Et prima facie videbatur dicendum, quòd non, quia illa uerba confessionis
1 relatæ in isto instrumento videntur uerba enūtiatiua, † q̄ nō probant etiam inter easdem personas, quando illud, quod enuntiatū fuit, postea principaliter in dubium reuocatur, ut nota. Anto. de But. in capitu. illud de præsump. & tradit Matthæsil. in consil. 79. not. Quod quotiescunque. & idem Bald. in l. ad probationem. in fi. C. loc. Alex. in consi. 136. Viso, & examinato. lib. j. in consil. 202. Super causa, & lite. lib. 2. Et quia illa generalis obligatio bonorū uidetur respicere tantum ea, quę in ipso instrumento continētur & disponuntur. Sed confessio, quæ fuit facta in dicto instrumento limitata fuit, prout in tali libro apparet, & non uidetur facta in dicto instrumento, sed potius in libro, ad quem relatio habet: quia si in tali libro non appareret illum esse debitorem, illa confessio nō pīudicaret, ut no. Bal. in l. 2. C. de erro. aduo. in uers. ulterius not. argument. & tradit Roma. in consi. 294. Hæc confessio. & facit text. in authen. si quis in aliquo. C. de edend. Et si appareret in dicto libro illum esse debitorem, probatio uideretur facta in libro, uel instrumento, ad quod facta fuit relatio, & non in in-
2 strumento referente. & hoc confirmatur, † quia in dubio confes-
a sio debet interpretari in fauorem confitentis, [a] ut not. Anton. de Butr. in cap. ex literis. el 1. in fi. de spon. ubi allegat Bart. in l. inter stipulantem. §. 1. de uerbo. oblig. & sequitur Alexan. in consi. 183. Viso puncto. lib. 5 ergo in dubio debet fieri interpretatio, q̄ ista confessio non sit in effectu facta in isto instrumēto, sed in libro, ad quem fuit facta relatio: quia hoc videtur fauorabilius confitēti, ut obligatio bonorum non trahatur ad debitum, quod in effectu in isto instrumento non continetur. His tamen non obstantibus contrarium ulterius cogitanti uidetur dicendum de iure, & considerandum est, quòd ista obligatio bonorum de facili ampliatur, & extenditur, † quod obligatio generalis bonorum ad
3 bona futura porrigitur. l. fin. quæ res pig. & not. Bar. in l. 1. in prin. ff. de pigno. & in tali obligatione etiam nomina debitorem comprehenduntur. l. nomen. ubi Bar. in secunda not. C. quæ res pign. & not. Barto. in l. Quintus. §. argento. in prin. ff. de auro, & argent. lega. Et etiam bona emphyteutica comprehenduntur in obligatione generali, ut not. Pau. de Cast. per illum tex. in l. tutor. §. fi. ff. de pig. actio. Et talis obligatio bonorum poni potest a notario ex officio eius, licet aliter a partibus expressum non fuerit, ut nota. Bal. in l. 1 uers. sed ponamus. ff. solut. mat. in casu tn̄ nostro clausula generalis de obligatione bonorū expressa fuit in fine instrumenti: & ideo ad omnia supra dicta porrigitur secundum regu-
4 lam, quæ est, † quod clausula in fine apposita ad omnia præcedentia referri debet. l. 1. C. de libe. præte. ubi Bartol. in l. talis scriptura § fi. de lega. primo. ubi Barto. & idem Bar. in l. 3. §. filius inter me dias de libe. & postum. & hoc modo in simili casu arguit Ang. in consi. 28. Testator reliquit. in uersicul. & primo præmitto. Pet. de Anchar. in consilio 68. Subtiliter, & ad plenum ubi alleg. d. l. 1. de libe. præte. Ro. in consili. 480. In casu propositæ consultationis. in 2. dubio. Aret. in consil. 115. Viso puncto. in prin. Ale. in cōsil. 213. Visis, & opportune digestis. in prin. li. 2. & idē cōsiliū reperitur in ɔsi. 48. lib. 1. & idē Imo. in consi. 120 In casu præmisso. in fi. & in ɔsi. 131. In casu premisso in fi Cu. in consi. 2. Proponit Fulg. in consi. 43. In primo. in consi. 90. In quæstione. cum simi. Ex quibus remanet firmata intentio contra dictum Cazanum, q̄ eius bona obligata sint pro confessione ab eo facta in dicto instrumēto de septem millibus libris. Tota vis est in respondendo ad allegata supra in contrarium. Vnde primo non obstat, quod sint uerba enuntiatiua, quæ non probant: quia respondetur, quod non sunt verba enuntiatiua, sed dispositiua, dum dicitur, sciens & uerè cognoscens se Cazanum esse debitorem de septem milibus
5 libris & c. ista enim uerba dispositiua sunt, † quæ bene probant contra confitentem. l. Publia. in fin. ff. deposi. & hoc in simili casu de confessione facta in scriptura, uel in instrumento tradit Socin. in consi. 68. Visa diligenter. lib. ult. & ista uidetur clara respōsio. Secundo responderi potest, quod uerba enūtiatiua de se sola non probāt: secus est si scriptura, uel instrumentum, ad quod fuit facta relatio, exhibeatur, & porrigatur, quia tunc uerba enuntiatiua comprobata hoc modo bene probant, ut est text. in d. auth. si quis in aliquo. in versic. nisi aliud documentum, cuius memoria in secundo facta fuit est, proferatur. cum ergo in casu nostro producat liber, ad quē facta fuit relatio, in quo apparet dictū Cazanum esse debitorem, non uidetur dubitandum. Tertio respōdetur, quòd Cazanus potest sibi præiudicare confitendo, & constituendo se debitorem, quo casu verba enuntiatiua probant in his, in quibus partes sibi præiudicare possunt, ut no. Bart. in d. authen. si quis in aliquo. uers. iuxta prædicta quæro. & in l. sciendū. de verbo. obl. & idem Bar. in l. si forte. ff. de cast. pecul. & isto casu non est opus producere librū, ad quem facta est relatio, ut in no. q. tradit Bart. in l. admonendi. per gloss. ibi de iureiur. Bald. in l. si donatio. in fi. C. de dona. cum simi. ut tradit Alexand. in d. authē.
6 si quis. Quarto respondetur, † quod uerba enuntiatiua probant inter partes. d. l. optimam. quæ generaliter loquitur, ut not. Bart. in d. l. sciendum. in dicta authentic. si quis in aliquo. & idem Bart. in l. gerit. de acquirend. hæred. uersicu. circa secundum. Bald in d. authen. si quis in aliquo. uersicu. iuxta hoc quæro. cum similib. ut Socin. scribit in dicto consi. 68. lib. vltim ubi attestatur istam esse
* * *communem* opinio. legistarum: & hoc dictum est ex abundanti, quia non expedit hoc discutere stantibus supra dictis. Vltimo nō obstat illud, in quo videtur difficultas, dum dicitur, quod confessio debiti non uidetur probari ex isto instrumento; sed ex scriptura libri, ad quem instrumētum relationem facit: quia ad hoc respondetur, & dico hoc non esse uerum in casu isto, in quo ꝓducitur, liber ad quem fuit facta relatio, quo casu probatio dr̄ facta ex scriptura referente, ut probatur in dicta authent. si quis in aliquo. ubi dicitur, si quis in aliquo documēto alterius documēti fecerit mētionem, nulla ex hac memoria fiat exactio, nisi aliud documentum, cuius memoria facta est in secundo proferatur, ut
7 dixi ibi. † illa dictio, ex, causam immediatam significat, ut not. in l. non dubium. C. de legi. in l. eo tempore. in fi. ff. de pecu. ubi Bart. immediate; ergo non fit ꝓbatio ex illo instrumēto referēte, nisi aliud instrm̄, ad q̄ relatio facta sit, producatur, & illa dictio, nisi. ponit exceptionem à regula, ut not. in l. actione. C. de transac & in regula, peccatum. de reg. iur. in 6 & exceptio debet esse de regula, ut ꝑ Dy. in rub. de reg. iur. in 6 not. Bar. in l. j. ff. de reg. iur. ergo videtur, quod productio instrumento, ad quod fuit facta relatio, probatio habeatur ex instrumento referente: & ita etiam à contrario sensu probatur in d. auth. si quis in aliquo. Non obstat, si dicatur, si instrumentum originale producatur, ex eo videtur immediate facta probatio: quia instrumentum probat. l. cum precibus. C. de probatio. & dicitur probatio probata, vt Bal. dicit in l. interest. in ultimo not. C. de solutio. in l. quoties. in fin. C. de iudicijs. Quia hoc verum est, quando instrumentum propter se simpliciter producitur. Secus uidetur in isto casu, in quo instrumentum producitur non propter se; sed ad iustificandum, & adimplendum, quod in instrumento referente dicebatur, & ideo approbatio attribuitur instrumento primo referenti, & dicitur facta probatio eo tempore, quo primum instrumentum referens productum fuit. ex quo infertur, quod licet productio originalis instrumenti facta sit post triennium, tamen probatio dicitur facta in termino uirtute primi instrumenti intra terminum produ ctū: & declarando hoc modo ibi videtur text. pro singulari dicto
8 Bald. in cap. primo de fide instrument. † ubi inquit, quod si intra termi-

ADDITIO.

a ¶ Confitentis.] Supra cons. 187. nu. 13. ubi tetigi.

terminum producatur exemplum instrumenti, quod quidem non probat, si post terminum originale producatur, imperfecta probatio exempli confirmatur, & uirtualiter probatio in termino facta reputatur: alleg. tex. in l. si donatæ ff. de dona. inter uir. & vxo. sed eius dictum melius probatur per illum text. inducendo, vt supra dixi. Et ideo in casu isto concludendum est, quod licet confessio debiti de libris septem milibus sit relata ad librum, in quo constat de tali debito tamen dictum debitum dicitur probari in dicto instrumento non obstante relatione facta ad librum. & hoc idem confirmatur: quia debitum, de quo apparet in libro, ad quē relatio fuit facta in instrō, dr̄ esse in instrō: quia illud dr̄ cōtineri in scriptura referente, quod continetur in scriptura, ad quam relatio habetur. l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iudic. l. si ita
9 scripsero ff. de conditio. & demon. † Et relatio facta intelligitur cum omnibus qualitatibus eius, ut not. Bart. in l. si quis seruum. §. fi. in vers. sed qro, testator. de leg. 2. in l. 1. §. fi. ff. si fam. fur. fecis. dica. in l. j. ff. de recepta. & specialiter in proposito videtur text. in l. asse toto. ff. de hær. insti. nā hæreditas dari non pōt in codicillis §. codicillis. aūt. insti. de cod. & in l. hr̄ditatē. C. de cod. & in d. l. asse toto. expresse dicitur, quod valet institutio facta in testamēto de illo, qui nominatus erat in codicillis, quia videtur institutio facta in testamento, licet relata sit ad codicillos, vt expresse dicitur ibi, hoc testamento data videtur ad idem text. in l. institutio talis. ff. de condi. instit. ibi institutio, quæ testamento data esset. & in d. l. si ita scripsero. de condit. & demon. ibi, licet codicillis legatum explicetur, tamen ex testamento ualet. & ideo indubitanter concludendum est, quòd illud debitum de septem milibus libris expressum instrumento debitum sit virtute instrumenti, in quo facta est confessio non obstante relatione facta ad librum. Et ad prædicta benefacit, quod tradit Bal. in consi. 338. Ea quæ ueniunt per modum declarationis. lib. 2. ubi inquit, quod vulgaris est doctrina, quod quicquid continetur in termino, ad quē fit relatio continetur in termino referente, saltem implicite. & qui explicat
10 nihil noui facit. l. adeo cum quis. de acquiren. rerum domin. † Et ideo qui promittit interesse, verè & propriè promittit illam quantitatem, quæ probabitur, & illud, quod intelligitur per relationem ad aliud, verè & propriè intelligitur: & ex continuatione duarum scripturarum resultat uerè certum, & natura relationis est natura ueritatis patentis ex coniunctione scripturarum. Nec huic dict. Bald. obstat text. in d. l. asse toto. ibi, testamento data videtur. & in d. l. ait Præt or. §. primò. de re iudic. ibi, quasi quantitatem nominauit, quia uerbum, uidetur. denotat fictionem, ut nota. in l. naturaliter. in princip. de acquirend. posses. not. gloss. & Bartol. in l. nemo. ff. de restitut. in integ. idem Barto.
11 in l. licet. §. idem scribit. ff. de pec. † similiter illa dictio, quasi. est nota improprietatis. l. hoc colore. ubi Bartol. ff. de inoffic. testament. & in l. diuortio. §. si fundum. in princip. ff. solut. matrimon. ideo non videtur, quòd verè in referente probetur. Sed responderi potest quandoque quasi veritatem exprimit secūdum subiectam materiam, ut in l. Lucius Titius. la prima. in fi. ff. de admin. tuto. in l. dedi. in prin. ubi gl. ff. de condit. causa da. cā non sequu-
12 ta. † similiter uerbum, uidetur. quandoque ueritatem explicat, vt in l. seruum filij. §. j. ubi gloss. de legat. primo. & not. Angel. in l. 3. §. econtrario. per illum text. in princip. ff. de acquir. possessio. & ita videtur in casu isto, quia ex coniunctione duarum scripturarum constat de veritate, ut Bald. dicit. Vltimò, & secundo responderi potest, quod considerato facto illud, quod est dictum in codicillis, non videtur propriè dictum in testamento. & isto respectu dicta iura procedunt: sed quo ad effectum iuris, de quo agitur in casu isto, debitum uerè & propriè dicitur ex testamento: & idem est in alia scriptura referente; & hoc omnino uidetur procedere in isto casu, in quo iste Cazanus, qui confitetur, potuit sibi præiudicare constituendo se debitorem, & relatio facta ad librum non attenditur, ut supra dictum fuit. Non obstat, quòd in dubio confessio debet interpretari in fauorem confitentis: quia hic non sumus in dubio, sed in casu claro, vt patet ex prædictis. Et ex omnibus supra dictis remanet firmata conclusio, quòd obligatio bonorum posita in fine instrumenti referatur ad dictam confessionem de septem mille libris.

EPITOME Consil. CCCCCXL.

P. relinquit legatum G. sponsæ suæ, cui id petenti opponitur non valere relictum tam de iure communi annullante donationem inter vrum, & vxorem factam quam etiam lege municipali disponente, quod non liceat viro vxori relinquere, nisi vsumfructum bonorum. Respon. quòd non obstātibus supra scriptis huiusmodi legatum debet locum habere, secundum quod in testamento dispositum fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter uirum, & vxorem licèt prohibeatur, legatum tamen non prohibetur.*
2 *Statutum si disponat, quòd turbans aliquem in possessione certa pœna puniatur, & possessionem restituat, statutum locum non habebit, nisi eo casu, in quo possessionis restitutio fieri possit.*
3 *Vxor propriè intelligitur illa, cum qua matrimonium consummatum fuit, sponsa vero, cum qua contracta sunt sponsalia etiam de præsenti. 4. 6. & 7.*
8 *Loquendi communis usus proprietati verborum præfertur.*
9 *Consuetudini illi credendum est, de qua ipse attestatur.*
10 *Consuetudo glossæ unius sola authoritate probatur.*
11 *Præsumptio in contrarium onus probandi transfert.*
12 *Consuetudo vniuersalis satis est, quod allegetur, quoniam iudex supplere debet.*
13 *Mariti in domum si mulier ducta sit, ut cum eo coniungatur, si ante coniunctionem decesserit, maritus partem dotis, quæ sibi statuti ratione debetur, lucrari debet.*
14 *Statutum totum legi debet, non autem principium sine fine, vel econtra.*
15 *Statutum ambiguum in causis allegari non debet.*



Væritur In effectu de validitate legati relicti à Petro olim ser Caroli de Vechiano vxori suæ dictæ Geneuræ filię Mariani de Augustinis ciuis Pisani. & in hoc breuiter considerādum est, † quòd licèt donatio inter vi-
1 uos prohibita sit inter maritum, & vxorem. l. 1. & l. 3. §. sciendum. ff. de dona. inter virum, & vxor. legatum tamen non prohibetur inter virum, & vxorē. authen. præterea. C. unde vir, & vxor. in fi. & in l. 1. §. sciendum. C. de rei vxorię actione. & ideo de iure communi domina Geneura habet fundatam intentionē, ut legatum sibi relictum a marito capere possit, & hoc modo in simili casu arguit. & tenet Soc. in consi. 75. Difficultatem, quæ. libr. 4. Tota difficultas consistit in statuto Pisano, quo disponitur
a quod non liceat uiro uxori relinquere nisi [a] vsumfructum secundum numerum liberorum. Et dictum statutum pluribus modis obstare non videtur. Primo, quia præsupponit, quod ex tali matrimonio extarent liberi, in quorum fauorem videtur factum statutum, ut colligitur ibi, secundum numerum liberorum. unde succedit, quòd quando statutum loquitur aliquo præsupposito, si illud præsuppositum non concurrit non videtur statutum habere locum, ut not. Iacob. Butr. quem Salic. & Fulgo. ibi sequun-
2 tur in l. mancipia. C. de ser. fugit. † ubi in statuto, quòd turbans aliquem in possessione puniatur certa pœna, & restituat possessionem, non habebit locum statutum nisi eo casu, in quo restitutio possessionis fieri possit, prout præsupponit a statuto. & istud dictum tradit pro singulari Roman. in singulari. 486. alias 489. Statutum puniens. & ad hoc facit, quia ad hoc, ut habeat locum statutum, qualitas requisita à statuto debet probari, ut nota. Bartol. in l. 1. §. ait prætor. ff. ne quid in flu. pub. & facit, quod not. Ioan. And. in capi. 1. de hom. in 6. Bald. in l. si quis non dicam rapere. C. de episcop. & cleric. cum similibus. & ideo cum in isto casu statutū præsupponat, quod ex matrimonio extarent liberi, in quorum fauorem videtur factum statutum; & hic ex tali matrimonio non supersint liberi, non uidetur statutum habere locum. Secundo ad dictum statutum principaliter respondetur, quia loquitur in viro, & vxore, ut patet ex verbis statuti: & non videtur habere locum inter istos, inter quos
b non fuit secuta copula, [b] nec consummatum fuit matrimonium:
3 † vxor enim propriè intelligitur illa, cum qua sit consummatum matrimonium, & illa sponsa dicitur, cum qua contracta sunt sponsalia; etiam de præsenti tex. est, & ibi Abb. in cap. tertio loco. de præsumptio. & quia ante copulam non dicitur esse in usu uiri, ideo non dicitur uxor, ut nota. Salic. in l. cum te. C. de dona. ante nupt. Vel dicitur vxor ab ungo vngis, quia olim in ingressu domus viri ungebatur, vt Catholic. dicit, & refert Andre. Sicu. in consilio. 26. lib. 4. Et ad hoc uidetur text. in cap. si quis despon-

ADDITIONES.

a ¶ Nisi.) Alii sunt duo, scilicet prohibitio, & limitatio, quæ est restricta in casum filiorum communium, iuxta l. cum vir. de condi. & demon. Et ad virilem vsusfructus cum eis. Et sic deficientibus terminis exceptionis remanet prohibitionis regula absoluta, & confirmata. Et Dec. hic male consuluit stultis iudicibus, aut saltem consultoribus tenebras offundens. dixi latius in consuet. Parisien. §. 157.
b ¶ Copula.] Contrarium melius dicit infra consi. 577. vbi dicam.

4 deſponſata.27.q.2.† vbi dicitur, quod ritè coniugium vocatur,
quando mulier eſt tradita viro, ita quod ea vtatur:& ideo ubi fit
ſeparatio propter impotentiam coeũdi, dicit tex. in c. quod au-
tem.27.q.j.apparet illos coniuges non fuiſſe, ergo videtur, quòd
copula ad perfectionem matrimonij requiratur: & ad idem vi-
detur text. in capitu. debitum. de biga. vbi dicitur, ꝙ duo ſunt in
coniugio, conſenſus animorum, & commixtio corporum: ergo
non videtur, quod alterum faciat perfectum matrimonium. &
propter hoc text. in c.ex publico. de conuer. coniug. interpretatẽ
legem diuinam, quod non licet viro uxorem dimittere, ut intel-
ligatur de matrimonio carnali copula conſummato. Et non ob-
ſtant iura, quæ dicunt, quod ſolus cõſenſus facit matrimonium.
capit.cum locum.de ſponſa.& in c.ſufficiat.& in cap. matrimo-
nium.27. q. 2. quia intelliguntur iſto reſpectu: quia non poteſt
diſſolui matrimonium, licèt copula non interuenerit. cap.fin.de
ſponſ.non tamen videtur propriè matrimonium copula non ſe
5 cuta per ſuprà dicta:& dixi in l.nuptias.ff.de reg.iur.† Et ideo ſpõ
ſa appellatur etiam illa, cum qua ſunt contracta ſponſalia de prę
ſenti, vt probatur in capitu. accepiſti. ubi Abb. infert ad ſtatutũ
de ſponſ.duo.& idem Abb.in cap. ex publico. de conuer. coniu.
6 in vltim.not. † ubi inquit, quòd appellatione viri, & uxoris intel
ligitur de his, qui matrimonium conſummauerunt, non autem
de his, qui ſolum contraxerunt per uerba de præſenti, & idem
Abb.in cap.tertio loco. verſic. ultra alios per illum text. de præ-
ſump.& ſponſi, & ſponſæ appellatione non uenit vxor, ut not.
Ant.de Butr.in rubric.de ſponſa.in princip.alleg.l.ſolet.ff.de his,
qui notan.infa.& in l.ſi quis officium.in princi.ff.de ritu nupt.&
in l.ſi uxor.§.diuus.ff.de adulte.& dicit ibi Anto.de But.eſſe hoc
non propter ſtatuta: & idem tradit d. Signorol. de Mediolano
in conſil. 144. In quæſtione, quæ uertitur inter d. Viannum in
7 princip.† vbi concludit, quod iura tractantia de marito, & uxo-
re propriè non habent locum in ſponſo, & ſponſa.d.l.ſi quis of-
ficium, & in l.quod Seruius.ff.de condict.ob cauſ.alleg.etiam l.
ſancimus.C.de nupt.& in l. cum teſtator. C. de ma. teſta. & hoc
dicit procedere ex proprio ſignificatu, ſecundum quod iura mu
nicipalia debent intelligi.& ideo bene infertur in caſu iſto, quòd
ſtatutum, quod loquitur de uxore, non debet habere locum in
ſponſa etiam per uerba de præſenti, cum non ſit conſummatum
matrimonium, per ſuprà dicta. Et ad hoc facit, quia ſtatutum eſt
contra ius commune, à quo permittitur marito uxori in ultima
voluntate pro eius arbitrio, & uoluntate relinquere, ut ſuprà
dixi:& cum ſit cõtra ius commune, debet ſtrictè intelligi. l. quod
verò contra.ff. de leg. & hoc in tali ſtatuto dicit Raph. Cum. in
conſi.30. Statuto cauetur in effectu, ꝙ maritus. & tale ſtatutum
videtur odioſum ſecundum Bald.in l.j.ver. uiſo de eſſentia ſtatu
ti.C.de ſumm. Trinita. quia tollit liberam facultatem teſtandi.
inſtit. de lege Fuſia can. in fin. & hoc uidetur ſaltem procedere
reſpectu mulieris, iuxta not. per gloſſ. & Bald. in l. 2. de in ius
voc. & iſta concluſio videtur indubitanter procedere propter
communem uſum loquendi: quia de iure communi, & ſecũdum
communẽ vſum loquendi maritus, & uxor intelligitur conſum
mato matrimonio: nam ante iura appellant ſponſum, & ſpon-
ſam, & non maritum, & uxorem, ut dicit Petr. de Ancha. in
conſi. 21. Pro reſolutione dubiorum. in uerſic. tertiò ponderan-
dum dixi. & de communi uſu loquendi idem dicit Abb. in d. ca-
pitu. ex publico. quod non amittit nomen ſponſæ, niſi ſit cogni-
ta. Et idem Abb. in cap.ſi inter. de ſponſ. & in conſi. j. Facti con-
tingentia lib. 1. & iſte communis vſus loquendi attẽditur etiam
in ſtatutis exorbitantibus, & correctoriis, ut notat Matthæſil. in
no.96. Nota unum mirabile. in fin. & in ſtatuto tradit Bart. in l.j.
8 in princip.ff.de ſuis, & legit.† vbi concludit, quod communis v-
ſus loquendi præfertur proprietati verborum per l. liberorum.
§.quod tamen Caſſius.de leg.3.& ibi in fi.etiam Bart.dicit, quod
verbum dubium ſtatuti debet intelligi ſecundum communem
uſum loquendi.& idem Bart.in l.labeo. ff. de ſuppel. leg. Bart. in
l. non dubium. C. de legi. & ideo in caſu noſtro bene infertur, ꝙ
ſtatutum de uxore intelligatur de illa, cum qua ꝯſummatum ſit
matrimonium propter communem vſum loquendi, per ſuprà
dicta.& facit tex in c.quamquam.2.quæſt.7.ibi, ſecundum voca-
bula quæ vſus obtinuit.& no. Abb. per illum text. in c.2 de verb.
ſign.& quod no. Bart. in l.frugem.ff.de uerb.ſig. Abb. in c.ſane. in
fin. de foro competen.& Cardin. in clem. ne in agro.§.præfatæ. in
5.q.de ſtatu monac. cum ſimil. ut proſequitur Feli. in procœ. de-
creta. in princi. Et de communi uſu loquendi in iſto caſu proba-
tur ex eo, quod Petr. de Anch. in conſil. 21.& Abb. in d.conſil.1.
& in locis ſupra allega. atteſtantur ita eſſe de cõmuni uſu loquen
di, ut ſupra relatum fuit. quo caſu doctori excellenti aſſerenti ita
eſſe de conſuetudine credendum eſt, ut Bar. tenet in l.de quibus.
verſicu.quarto principaliter quęritur.ff. de legi. & Bald. dicit &
9 Paul.de Caſtr.in conſi.142. In præſenti cauſa. † quòd illi creden
dum eſt de cõſuetudine, de qua ipſe atteſtatur in l.cum antiquio
ribus.C.de iure delibe. propter authoritatem tanti uiri, & dictum
Barto.in d.l.de quibus.ſequitur Cuma.in conſil.169. Viſo teſta-
mento reuerendiſſimi.& in conſil. 57. Monaſterium. in fin. &
Lanfran.in repet.ca.quoniam contra. de proba. Bartho. Veron.
in conſi.39. Lucius ciuis.in conſi. 58. Paul. Faber.& facit quod no-
10 tat Bald.in cap.cum dilectus.† ubi inquit, quòd conſuetudo pro-
batur ſola authoritate unius glo.in l.dos a patre. C.ſolu.matrim.
& ex his patet iſtam eſſe communem opinionem, a qua in iudi-
cando non eſt recedendum. Non omitto tamen, quòd Alex.ui-
detur iſtam communem ſententiam reprobare in l. poſt dotem.
ff ſolu.mat.uerſic.ſed puto indiſtincte, ubi dicit non eſſe creden-
dum etiam pluribus doctoribus aſſerentibus ita eſſe de conſue-
tudine, quia non reperitur iure cautum, quòd uoce mortua pro-
betur conſuetudo, quę eſt facti.l.3.C quæ ſit long.cõſuet.& idem
Aret.in conſi.132. In cauſa, quæ uertitur.col.2.& Iaſ.ſequitur in
in d.l.de quibus.colum.pen.Corn.in conſi.83. Circa primum lib.
4.& Franciſc.de Curt in conſi.78. Domina Franciſca. Sed tamen
non uidetur recedendum ab opin. Bartol.in d.l. de quibus. quæ
uidetur communis, ut patet ex ſupra primo alleg. Et pro defen-
ſione Barto. aduertendum eſt, quia Bart. non loquitur de proba-
11 tione concludenti, ſed de præſumptiua, † quæ transfert onus ꝓ-
bandi in aduerſarium.l.generaliter. §. ſi petitum.uerſic. ſed cum
ex præſumptione.ff.de fideicom.lib.& pro dicto Bart.facit, quia
etiam teſtis non iuratus facit præſumptionem, ut not. per gloſſ.
in capitul.nuper.de teſtib. & quia dictum honeſti uiri iuſtam cre
dulitatem inducit, ut not.per gloſſ.in l.ſi Titio fundus.ff. de con-
ditio.& demonſtra. merito doctori excellenti, prout Bartol. lo-
quitur, uidetur credẽdum præſumptiuè de conſuetudine, quam
ipſe atteſtatur, ut dixi etiam in conſil.418. quæritur. in fin. Et vlte
rius conſiderandum eſt, quod iſta conſuetudo uidetur vniuerſa-
lis, quod ante conſumatum matrimonium ſponſa appelletur, &
12 non vxor:† & cum talis conſuetudo vniuerſalis ſit, alia proba-
tione non indiget, ſed ſatis eſt, quod allegetur: & in tali conſue-
tudine iudex ſupplet, ut Bald. dicit in l.filiusfamil. §. veterani. ff.
de procu. in l.iubemus.C.de iudi.& in l.ſi fugitiui.C. de ſer. fugi.
Accedit etiam, quod ex abundanti procurator peritiſſimus de ta
li communi vſu loquendi bene articulauit, & teſtes videntur be
ne deponere. Et ex omnibus ſuprà dictis ſecundo principaliter
apparet, quod ſtatutum nullo modo obſtare videtur quominus
domina Geneura debeat conſequi legatum relictum ſibi in teſta
mento dicti Petri olim ſer Caroli de Vechiano. Et huic ſecondo
fundamento principali non obſtat, quod licèt non fuiſſet con-
ſummatum matrimonium, tamen dicitur, quod dicta Geneura
ducta fuit ad domum dicti Petri eius ſponſi, quo caſu perinde
habetur, ac ſi conſummatum fuiſſet matrimonium, ut not. uo-
luit Sali. in l.Cum in te.C.de dona. ante nupt. in fin. in uer. unum
13 tamen non omitto. † vbi concludit, quod ſi in domum mariti
ducta ſit mulier, ut uiro coniungatur, & ante coniunctionem
deceſſit, tali caſu maritus debet lucrari partem dotis, quæ ſibi a
ſtatuto debetur; quia pro copulata habetur illa, quę de proximo
fuit copulanda, argumen.l.pen.ff.de teſta.milit.& ita videretur di
cendum in iſto caſu, quod matrimonium pro conſumato habe
retur, ut vxori eſſet prohibitum relinquere ſecundum prohibi-
tionem ſtatuti.& dictum Salice. Alexan. ſequitur in conſi.129. Su
per primo dubio. lib. 7. vbi illud comprobat. Quia reſpondetur,
quod dictum Sali. in caſu noſtro adaptari non poteſt, quia loqui
tur Sal. in muliere ducta in domum mariti, ut cum eo coniunge-
retur, & hoc non fuit in caſu iſto, quia iuit ad uiſitandum illum
infirmum, quo caſu etiam ſi conſumatum eſſet matrimonium,
propter infirmitatem non tenetur alter alteri reddere debitum,
vt not. Abba. poſt alios in capitulo ſecundo, de coniugio lepro.
& ideo propter infirmitatem non poteſt dici, quod fuerit in do-
mo mariti, ut illi coniungeretur, & quia in hoc clara res videtur,
non inſiſto vlterius. Tertio principaliter ad dictum ſtatutum re-
ſponderi poteſt, ꝙ ſit valde obſcurum, & intelligi facilè non poſ
ſit: nam licet in principio videatur clarum, in exceptione obſcu-
rum omnino videtur:& in totum debet ſtatutũ conſiderari, arg.
14 l.in ciuile.ff.de leg.† vbi Bal.dicit, quod tota lex, & totum ſtatutũ
debet legi, & non ſufficit principium ſine fine, nec finis ſine prin-
15 cipio:& cum negari non poſſit dictum ſtatutũ obſcurũ eſſe, † &
ſtatutum, quod eſt ambiguũ, non debet in cauſis allegari, vt not.
Bal. in cap.fin, in verſi. vlterius not. per illum tex. de conſt.& facit
text. in lege de ætate.§. nihil intereſt. ff. de interrogationi. actio.
vbi paria ſunt non reſpondere, uel obſcurè reſpondere. vnde
ex omnibus ſupradictis concludendum eſt, ꝙ legatum debeat ha
bere locum, ſecundum quod in teſtamenta diſponitur.

EPITOME Conſi. CCCCCXLI.

De donatione iuris præſentandi pro una vice quando ualeat, &
quando confirmatio Papæ videatur ſubreptitia.

SUMMARIUM.

1 *Beneficium uacaturum si cui collator promittere non potest, nec alicui potestatem conferendi beneficium in specie concedere, antequam uacet, ita nec patronus præsentationem alicui promittere potest, nec præsentandi potestatem, cum uacabit, alicui dare.*
2 *Donatio facta laico de præsentandi potestate sine episcopi consensu non ualet.*
3 *Præsentandi potestatem qui sibi principaliter comparant, ut filios instituant, illa præsentatio simoniaca dicitur.*
4 *Præsentandi potestas si alicui data fuerit, de idoneo intelligitur.*
5 *Iure communi, uel priuilegio, quod aliquid fiat, paria sunt.*
6 *Dispensatio gratia dicitur.*
7 *Clausula, pro expressis habentes. in instrumentis apposita quid operetur.*
8 *Dispositio odiosa stricte intelligi debet.*
9 *Beneficijs quibuscunque si prouideri mandatur, non ueniũt illa, in quibus animarum cura requiritur.*
10 *Beneficiorum super pluralitate si dispensetur, in diuersis ecclesiis intelligitur.*
11 *Beneficijs principum licet lata interpretatio fieri debeat, secus tamen in ecclesiasticis beneficijs, quia literæ stricte interpretari debent.*
12 *Patronus, etiam si sit pater, filium suum proprium præsentare potest, si idoneus reperiatur.*
13 *Præsenti in præteritum præsumitur.*
14 *Verba uerè, & propriè, & non secundum fictionem intelligi debent.*
15 *Taciturnitas nationis subreptionem inducit.*
16 *Beneficialibus in literis quicquid expressum fuerit, impetrantibus incumbit.*
17 *Priuilegium habens a Papa, ut in absentia fructus percipere possit, si in studio sit, intelligitur accedente licentia prælati sui.*
18 *Papa si episcopo mandet, quòd alicui præbendam conferat, cum consensu canonicorum intelligitur.*
19 *Dispensatio subreptitia redditur tacita ueritate, uel narrata falsitate.*
20 *Impetratio subreptitia redditur, si facti qualitas non exprimatur.*
21 *Clausula, supplentes omnes defectus, quo casu non suffragetur. 23.*
22 *Rescripta, & priuilegia non ualent, quando plura specialia continent.*
24 *Donatio pro beneficio uacaturo est illicita.*

VIsa donatione iuris pſentandi pro vna vice tantũ, videlicet pro prima vice facta Dominico, & Matthæo fratribus insolidũ, vt patet in instrumento, & visa cõfirmatione facta a summo Pontifice, Et virtute donationis prædictæ dictus Dominicus donatarius eius filiũ Io. Baptistam præsentauit. Quæritur, an talis præsentatio valida fuerit, & debeat admitti. Et pro clara resolutione huius quæstionis videndum est de duobus. Primò, quid iuris attento iure cõmuni. Secundò inspecta cõfirmatione & dispẽsatione summi Pontificis. Circa primum non laborando, ubi non expedit, clarum est de
a iure communi, ꝙ dicta donatio non valet,[a] nec valuit, & quòd dicta præsentatio admitti nõ debet. Primò, quia fuit facta, antequam beneficium vacaret, quo casu est nulla. c. fi. de conces. præ-
1 ben. vbi Abb. in vltimo notabili dicit, † ꝙ sicut collator non potest promittere beneficium vacaturũ, nec alicui dare potestatem conferendi beneficium in specie, antequam vacet, c. 2. c. constitutis. de conces. præben. pariter nec patronus potest alicui promittere præsentationem, nec dare alicui in specie potestatem præsentandi, cum vacabit, quia ratio, quæ est in collatione, militat in præsentatione: quia sperans se præsentari desiderat mortem eius, qui reperitur in beneficio, contra tex. in c. 2. de conces. præb. cum si. Secundò, quia dicta donatio fieri non potest sine
2 consensu episcopi, vel archiepiscopi, qui non interuenit. † Cum n. dicta donatio facta sit laico, non valet sine consensu episcopi, vt not. Abb. in c. illud. de iure patr. & ibi refert hanc opin. tenere Hostien. & Io. And. ibi, & Archi. 16. q. 7. in c. piæ mentis. &
* dicit ibi, quòd ista opinio verior est, & magis * communis: & etiam tenet Hostien in summa de iurepatro §. qualiter transferatur. in vers. mihi videtur. Cardin. post Goffre. quem ibi refert in in d. c. illud. in fi. & idem Abb. in c. præterea el 2. in primo not. de iurepatro. Et ideo cum ista donatio facta fuerit absque consensu episcopi, dicendum est, quòd non valet. Tertiò quia per talem donationem videntur patroni constituisse dictos donatarios patronos, vt verba instrumẽti sonant, & hoc patroni facere nõ potuerũt, quia nõ possunt patroni augere numerũ patronorũ, quia ex hoc magis grauata videtur esse ecclesia, vt not. tradit Dom. in c. 2. §. laici. in princip. de rebus eccle. non alie. in 6. Quartò, quia donatarius Dominicus, qui non est patronus, nõ potuit
b virtute donationis prædictæ filiũ[b] proprium præsentare: nam licèt patronus verus filiũ suũ, si idoneus sit, & bono zelo moueatur, præsentare possit, vt no. per gloss. in c. quia clerici. vbi Abb. hoc tenet. de iurepatr. idem Abb. in c. fin. de instit. in c. consuluit. de iurepat. & in cons. 96. Ad claram decisionem. in primo dubio. libr. 2. hoc habet locum in ipso patrono, prout doctores loquuntur in locis præalleg. Secus est in donatario, qui nõ est patronus: sed maximo studio procurauit habere potestatem præsentandi, vt filium proprium præsentaret, quia talis præsentatio nõ valet, vt no. Abb. tradit in terminis. in d. c. quia clerici. in glo. compa-
3 rant. vbi inquit, † ꝙ illi, qui potestatem præsentandi sibi comparant principaliter, vt filios præsentarent, talis præsentatio est simoniaca, & hoc modo presentatus a patre debet spoliari per illum tex. in verbo, quocũque modo. apparet enim, ꝙ pater, qui procurauit habere potestatẽ præsentandi, vt filium præsentaret, motus fuit propter carnalitatem, ideo talis præsentatio admitti non debet. c. graue. de præbend. capitu. nemo. de simo. & in c. si quis neque. 1. quæstio. 1. nam propter filios ecclesiastica solet periclitari substantia, vt dicit tex. in capit. de syracusanæ. in princip. 28. distinct. & cum pater iniustè acquisiuerit potestatem præsentandi, non potest filium presentare, vt not. Abb. in dicto consil. 96. versicu. non obstat. capitu. quia clerici. libr. 2. & sic etiam
4 ex isto capite præsentatio videtur nulla. † Quintò, quia de iure communi potestas præsentandi data alicui intelligitur de idoneo, vt not. Anto. de But. in capitu. constitutus. in secundo not. de concessio. præbend. per illum tex. & hoc intelligi debet, licèt non exprimatur. capitu. causam, quæ. de elect. vbi Abb. in vltimo not. facit text. in capitul. cum adeo. de rescript. in capitu. fin. de præsumpt. Et in donatione facta ad præsentandum expressè dicitur de persona idonea, vnde clarum est de iure communi, quòd præsentatio facta de dicto Ioanne Baptista filio donatarij non valet inspecto iure communi, quia ex pluribus causis erat inhabilis, & non idoneus, quia non legitimè natus, ætate erat minor, non habebat ordines, nec poterat habere curata beneficia, & ita clarum est de iure communi, quòd non erat idoneus, & quod attento iure communi præsentatio non ualet. & sic ex omnibus suprà dictis euidenter constat, quòd dicta donatio de iure communi est nulla. Venio ad secundum, in quo uidetur difficultas, an dicta donatio, quæ erat nulla, fuerit confirmata uirtute cõfirmationis, & dispensationis factæ a summo Pontefice. Et pri-
5 ma facie uidebatur dicendum, quòd sic, † quia paria sunt, quòd aliquid fiat de iure communi, uel ex priuilegio. l. liberos. C. de colla. ubi Bald. dicit, quòd habentes beneficia ex dispensatione perinde habentur, ac si de iure communi habiles fuissent, nam per dispensationem omnis macula abstergitur. l. imperialis. §. præsenti. ubi Barto. C. de nupt. facit text. in l. quæris. ff. de nata. restitu. cum similibus, ut dixi in dict. l. liberos. in capitu. at si clerici. de adulte. de iudic. & Andr. Sicul. in consil. 3. libr. 2. in consilio 40. libr. 3. Et dispensatio dicitur plena; quia dicitur facta de gra-
6 tia speciali: † nam dispensatio dicitur gratia, ut not. Domin. in consilio trigesimooctauo. Pro clariori. facit text. in capitul. licèt canon. in fin. ibi, gratia dispensationis. in sexto. de elect. & in capitu. apostolicæ. de cler. excommu. ministran. ibi, dispensationis gratia, & tradit Domin. in dict. capitu. licet canon. §. fina. Et facta est dicta gratia cum clausula, pro expressis habentes quæ in in-
7 strumento donationis continentur. † Talis enim clausula operatur, ac si omnia in instrumento contenta fuissent specialiter expressa, ut per Bald. in cap. dilecta. de rescript. Anto. de Butr. in ꝓs. 2. uisis literis. cum similib. ut dixi in consi. 165. Viso tenore. similiter dicta ratio fortior redditur ex alia clausula ibi inserta, supplentes omnes defectus. per ea, quæ de ista clausula not. Specu. in titu. de leg. §. nunc ostendendum. in uersi. 18. Anto. de But. in cap. illa quotidiana. in princ. de elect. & in cap. 1. de transact. cum similibus, ut tradit Alexan. in consi. 79. Circa primũ, de quo quæritur. lib. 1. & in consi. 52. in causa, & lite. in fin. libr. 8. Aretin. in consi. 8. Abundè satis. cum similib. quæ nota sunt. Quibus tamen non obstantibus ulterius, & rectè consideranti contrarium de iure indubitanter esse arbitror, uidelicet quòd dicta præsentatio facta de filio donatarij nullo modo cõfirmata sit uirtute dispensationis, seu gratiæ factæ à summo Pontifice. Et principaliter duplici ex capite probatur. Primo ẽt stante ualiditate dispensationis, & confirmationis, ut uerba sonant, illa nõ vr̃ habere locũ in isto casu. Secũdo, quia dicta cõfirmatio tanquã subreptitia
8 vr̃ nulla. Circa primũ pro fundamento præmittendum est, † ꝙ dispensatio debet strictè intelligi, quia odiosa est. capit. 1. & 2. de fil. presbyte. in sexto. & hoc præsertim uidetur dicendum in isto casu.

ADDITIONES.

a ¶ Non ualet.) Quia pro una uice, & sic in specie, secus si generaliter, ut tenet idem Dec. c. pastoralis. §. quoniam. nu. 4. ubi in annot. dixi. Idem Rochus Curt. in tracta. de iurepat. §. honorificum. q. 11. quamuis Decius contra sentiat infra consi. 607. nu. 9.

b ¶ Filium.) Idem Decius c. cum Marcus Ferrar. nu. 4. de constitu. Panor. consi. 96. lib. 2. Matthæus Pacus tract. de mandat. q. 8.

isto casu, in quo videtur facta dispensatio ad præsentandum in beneficio speciali, antequàm vacet, quia inducit votum captandæ mortis, vt est tex. in c. constitutus. de conces. præben. & ideo verba dispensationis non accipiuntur generaliter, & in potiori significatu, vt verba sonant, sed in minori significatu restringũtur, vt not. Domin. in consil. 33. Pro examinatione. in versic. nã uerba. ubi ad hoc alleg. gloss. in c. literas. de filijs præsbyte. vbi dispensatus in ordinibus de minoribus intelligitur. allegat etiã
9 tex. in c. cum in illis. in princ. de præben. in 6. † vbi si mandatur prouideri de beneficijs quibuscunque, non ueniunt illa, in quibus cura animarum requiritur. allegat etiam text. in c. si. de præbend. vbi si mandatur prouideri de beneficio, intelligitur de simplici. Et ad hoc facit, quia dispensatio generalis restringitur ad
10 causas, in quibus facilius dispensatur: † vnde si super pluralitate beneficiorum dispensetur, intelligitur in diuersis ecclesijs, non in eadem ecclesia, ut not. Anto. de Butr. in c. de multa. in uersic. uenio ad tertiam partem. de præb. & tradit Milus in repertorio. in uerbo, Dispensatio. in uer. dispensatio generalis. & ideo bene
11 dicit tex. in cap. quamuis. in princip. de præbend. in sexto. † ꝙ licèt in beneficijs principum debeat lata interpretatio fieri, tamen super beneficijs ecclesiasticis literæ debent restringi, & strictè interpretari. & dicit not. Anto. de Butr. in c. at si clerici. § de adulterijs. de iudic. ꝙ satis est, ꝙ dispensatio quid minimũ operetur, & idem dicit Archidiac. in dicto c. 2. de filijs præsbyte. in sexto. Modo his præmissis considerandũ est, ꝙ tã in donatione, quàm in dispensatione dicitur. Ad præsentandum personã idoneam: est ergo uidendum, an iste Io. Baptista præsentatus a patre donatario, in quo concurrunt plures dispensationes, dicatur persona idonea in ista stricta materia dispensationis. Et breuiter concludendum est, ꝙ non. Primò, quia clarum est de iure communi, ꝙ dictus Io. Baptista filius donatarij non legitimus non dr̃ persona idonea per ea, quę dixi supra in primo dubio, in quarto, & quinto fundamento. Et ista inhabilitas de iure cõi non est purgata per dispensationem factã à summo Pontifice, quia Papa dispensauit pręsentando personam idoneam; si ergo persona non sit idonea, non prodest dispensatio, quæ fuit limitata, & limitata causa limitatum effectum producit. l. in agris. de acquirendo rerum dominio. l. cancellauerat. ff. de his, quæ in testamẽto delentur. Nec etiam alia dispensatio facta in ordinibus, & in ætate, & in beneficijs habet locum in ista præsentatione illicita facta a patre de filio: quia de hoc defectu nihil dictum fuit, & dispensatio intelligitur, si alius defectus non obstaret, capitu. 1. de æta. & qualit. lib. 6. in c. 1. de filiis presbyte. in sexto. facit tex. in l. qui in testamento. in princ. ff. de testib. & sic patet, ꝙ iste filius donatarii non est idoneus de iure communi, nec etiam uidetur habilitatus per viam dispensationis: ergo talis præsentatio nullo modo debet admitti. Et istud clarum est, & irrefra-
12 gabile fundamentum: nam ut suprà dixi, † licet pater verus patronus possit bono zelo filium proprium pręsentare, si idoneus sit, ut not. per gloss. in dicto capitul. quia clerici. de iure patrona. cum simil. suprà alleg. alius, qui non sit patronus, si procurauit quocunque modo habere potestatem præsentandi, ut filium præsentaret, talis præsentatio non ualet, ut Abbas concludit in d. c. quia clerici. in gloss. compareant. quia uidetur pater motus propter carnalitatem, vt suprà dixi: & ita precisè videt in casu isto, quia actus, qui sequitur, declarat, & ostendit intentionem præcedentem. §. patronum. institu. de rerum diuisio. notat Bar. in l. cætera. §. sed & si parauerit. de legat. 1. allegat legem, sed & Iulianus. §. proinde. ff. ad Senatusconsultum Macedo. unde licèt donatio sit facta generaliter Dominico ad pręsentandum personam idoneã, ex præsentatione postea facta apparet, & est ueritas, quæ tergiuersari non potest, quòd Dominicus pater maximo studio procurauit habere ipse potestatem præsentandi, vt eius filium pręsentaret: & hoc probatur ex præsentatio-
13 ne facta de filio: † qa ex præsenti præsumitur in præteritũ, & est uiolenta præsumptio, quam lex habet pro plena probatione, ut est tex. not. qui in proposito bene facit in l. si hi, qui. C. de adul. & quia (vt dixi) actus, qui sequitur, demonstrat intentionem præcedentem. & ex his manifestè constare videtur, ꝙ dicta præsentatio facta à patre de filio fuit, & sit vitiosa, & eius vitium nõ sit purgatum per dispensationẽ aliquã, vt dictũ est, & hoc solũ fundamentũ pro victoria sufficit. Secundò dato etiam, ꝙ filius donatarij præsentatus esset habilitatus per dispensationem, quod omnino negatur per supradictã, dico, ꝙ illa verba, ad præsentandum personã idoneam, quæ posita sunt in donatione, & replicata in ipsa dispensatione, debẽt intelligi de persona idonea verè, naturaliter & de iure communi, & non de illa, quæ habilitata sit per dispensationem. argumen. tex. no. in l. fina. C. de his qui ven. æta. impet. vbi verba, quæ loquuntur de maiore, intelliguntur de maiore naturaliter, & vere, non de illo, qui habilitatus sit ex priuilegio, vt habeatur pro maiore; & Bald. ibi dicit, quòd uerba, quæ possunt intelligi naturaliter, & non per dispensationem, debent vere, & naturaliter intelligi, vt notat Ioannes Milus in repertorio in ver. Verba facientia. ubi loquitur de verbis, & dicit, quòd uerba facientia mentionem de aliquo, non intelliguntur de illo, qui sit talis per dispensationẽ. allegat Baldus in dicta l. fina. & not. Dominic. in capit. susceptum. in tertio not. de rescript. in sexto. vbi inquit, quòd verba debent intelligi secundum naturalem intellectum, non se-
14 cundum fictum. & est regula communis, † quòd verba intelligi debent vere, & proprie, non secundum fictionem, vt not. Barto. in l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. gest. in l. 1. §. hoc interdictum. ff. de fonte. facit tex. in l. si ita quis. §. is cui. de legat. secundo. in l. fideicommissum. de conditio. & demonstrat. in l. cum pater. §. hæreditatem. de legat. secundo. in l. ex ea parte. § insulam. de uerbo. obligatio. Et ideo uerbum, uendidit de uera uenditione non de ficta intelligitur, ut no. Pau. de Cast. in consilio 229. In causa mota. Et hoc idem comprobatur, quia dispensatio non uidetur esse in consideratione, quia ea, quę sunt de iure speciali, non sunt in consideratione. l. 4. §. primo. ff. de fideicommiss. liberta. vbi Barto. Innocent. in capitul. pastoralis. in princip. de causa possessio. & propriet. ubi Abb. in fin. & idem Abb. in capit. super eo. el secundo. de sentent. excommunicat.
a Et illud, quod requirit dispensationem, dicitur non posse [a] fieri, vt not. per glo. in cap. gratia. in uerbo, non potest. de rescrip. in sexto. & ibi Domin. ad idem est gloss. in capitul. uentum est. in uerbo, non possum. prima quæstione prima. not. Abb. in c. quod Dei timorem. in versicu. item adduco istum tex. de statu monach. facit quod not. Barto. in l. quamdiu. la prima in princ. ff. de acquirend. hæred. Et ista conclusio maxime uidetur procedere in isto casu dispensationis: quia uerba generalia in dispẽsatione restringuntur, & satis est, ꝙ in minimo operentur, ut præmissum fuit. & sic concludo, quòd illa uerba, quæ dicunt, quòd persona idonea debeat p̃sentari, nullo modo in casu isto uerificata sunt per supra dicta. quibus addo, quod not. Domin. in cap. fin. de consuet. in sexto. in princ. in uersic. sed pone. ubi dispositio contra ius commune, quæ loquitur de præsente, non habet locum in eo, qui per fictionem habetur pro præsente. & ista conclusio uidetur omnino procedere secundum intentionem Papæ, qui dispensauit. quia uerisimiliter non cogitauit uelle multiplicare dispensationes: & excepta dispensatione, quam ipse expressè fecit, putauit, ꝙ alia procederent de iure communi, quia non uidetur uno uerbo uelle alia iura subuertere, ut dicitur in cap. ecclesia uestra. de electio. Tertiò etiam aduertendum est, ꝙ ista potestas præsentandi data per uiam dispensationis donatarijs debet intelligi secundum illud, quod papa uerisimiliter fecisset. argumento. c. super literis. in fi. de rescript. ubi delegatus debet se conformare cum uoluntate delegãtis. & ibi Abb. in ultimo not. & coram summo Pontifice si præsentatus fuisset d. Ioan. Baptista filius donatarij, non debuisset admitti, quia non esset de loco beneficij, sed forensis, quo casu impetratio beneficij facta à forense non expresso, ꝙ sit forensis, dicitur subreptitia, & non ualet, ut Abb. in terminis dicit in c. si propo-
15 nente. de rescript. † ubi inquit, quod taciturnitas nationis inducit subreptionẽ, quia si expressisset se forensem, non concessisset sibi gratiam in partibus, uel saltem non ita de facili. c. bonæ. el secundo. de postu. præla. ibi, nec ei uellemus præfigere alienũ. facit tex. in l. in ecclesijs. C. de episc. & cler. & in c. nullus inuitus. 61. distin. unde in casu proposito cum iste præsentatus à donatario patre suo sit forensis in loco beneficij non debet admitti, quia etiam ex isto capite uidetur, quòd non sit idoneus. Et sic coram Papa non admitteretur, ut dictum est, pariter donatarij non debent pręsentare illum, qui non reciperetur a Papa, qui donatarijs dedit potestatem. d. c. super literis. in fi. de rescrip. & sic patet ex supra dictis, quòd stante etiam ualida, & firma confirmatione, prout loquitur, non habet locum in casu nostro, & clarissima sunt fundamẽta suprà dicta, quę tergiuersari non possunt. Quarto etiam facit, quia donatario data fuit potestas pręsentandi pro prima uice, quod uacaret dicta ecclesia, unde pro parte eius, qui impetrauit dictam dispensationem, fuisset probandum, quod in isto casu essemus in prima uice, in qua uacauit be-
16 neficiũ, † quia ad impetrantẽ incumbit onus probandi [b] illud,
b quod est expressum in literis beneficialibus, ut not. Domin. post Ioan. Andr. in c. 1. de li. contesta. in uersic. sed dubitatur. ibi, in literis uero

ADDITIONES.

a ¶ Non posse.] Idem Dec. c. 1. in prin. de fi. instru. Alex. consi. 224. nu. 4. lib. 6. And Tiraq. tract. retract. proximi. §. 32. nu. 59. cũ seq. dixi ad Phil. Dec. in l. ea, quæ raro. de reg. iur.

b ¶ Probandi.] Supra consi. 401. nume. 17. consilio 403. Oldrad. ad quæstio. 255.

teris vero beneficialibus. Et no. Abb. in capi. 2. in secundo not. de rescript. in capitul. quia circa. in secundo not. de consanguini. & affinit. & idẽ Abbas tradit in consi. incip. id de iure quæritur. lib. secundo. nam ecclesia, de qua agitur, potuit uacare pluribus uicibus, ideo per aduersarium, qui impetrauit, debuit probari, quòd ista erat prima uacatio post impetratam primam dispensationem; & verba supplicationis, & dispensationis, quæ limitata sunt in prima vacatione, uerificata sunt, & intelligitur, quod uacauerit ecclesia tam de facto, quam de iure, quia cũ literæ beneficiales odiosæ sint, intelligitur, ꝙ vacatio sit de iure, & de facto, ut not. Abb. in capit. cum nostris. in penultimo notab. de concession. præbend. Quinto etiam accedit, quod dicta donatio sine consensu episcopi non ualeat, dato, quod dicta, dispensatio ualida fuisset, quod omnino negatur per supra dicta, nam talis dispensatio uideretur facta accedente consensu episcopi, cuius iuri non videtur Papa voluisse derogare, ut in simili casu no. Imola post Cardinal. in capitul. tuæ. circa finem. de clericis non resi-
17 den. ubi concludit, † quòd habens priuilegium à Papa, ut possit percipere fructus in absentia, si sit in studio, tale priuilegium intelligitur accedente licentia prælati sui: & sequitur Ioannes de Anania in capitu. fina. de magistris. & idem notat Bald. in capit. cum ordinem. in uersicul. pone ergo Papa. de rescriptis. ubi post Archidiaco. quem ibi refert, concludit, quòd priuilegio episcopi in dispensatione, quæ illi competit, non uidetur derogari per rescriptum Papæ. & facit textus in l. si quando. in principio. C. de inofficioso testamento. & quia priuilegium datum a principe intelligitur sine præiudicio tertij, l. secunda §. meritò. & §. si quis a principe. ff. ne quid in loco publico. in capit. super eo. de officio
18 delegato. † vnde si Papa mandat episcopo, quòd conferat alicui præbendam, intelligitur cum consensu canonicorum, ut notat Archidiaco. 8. quæstione prima. in capitulo, licet. & ista conclusio saltem uidetur uera in materia odiosa, de qua agitur, & ꝙ dicta dispẽsatio in aliis pluribus operatur, quia tolluntur alij defectus, de quibus supra dictum est, & in casu isto non interuenit consensus episcopi, ideo etiam ex isto capite donatio redditur nulla. Capio secundum caput huius consultationis, in quo supra dixi, quòd dispensatio ista videtur subreptitia, & consequenter nulla. capit. ad aures. in fin. capitul. ad audientiam. el secundo. de rescript. capitulo. secundo. de rescriptis in sexto, capitulo si motu proprio. de præben. in sexto. notat Oldra. in consilio. 81. Quòd processus. in princip. cum similibus. quòd autem subre-
* ptitia fuerit dicta dispensatio, probatur ex * *communi* doctrina,
19 quæ habet, † quod quando exprimitur illud, quod est falsum, uel tacetur illud, quod si Papa sciuisset, uerisimiliter gratiam nõ
a fecisset, saltem ita de facili [a] dispensatio redditur subreptitia, & non ualet. capitu. super literis. capitulo postulasti. de rescript. in l. præscriptione. C. si contra ius uel vtilitatem public. & notat Old. in consilio. 25. Clemens episcopus. in versi. sed in contrarium. ubi alleg. tex. in l. 1. ff. de nata. restit. & tradit Romanus in consil. 326.
20 In præsenti consultatione. † ubi concludit, quòd impetratio ẽt redditur subreptitia, si qualitas facti non exprimatur, ut not. per glos. in capitulo cum dilectus filius Abbas. de rescript. in versicu. causa, quæ dicit, quod non sufficit in literis Papæ narrare seriem facti, sed etiam debet causa narrari, ex qua factum processit. Modò considerando tenorem supplicationis, & verba dispensationis, ex pluribus dicta dispensatio reddit subreptitia. Primò, quia dicitur in supplicatione, ut etiam Papa refert, quòd petita fuit confirmatio à summo Pontifice pro subsistentia firmiori, unde videtur, quòd donatio esset de se firma, & valida, quia vtitur cõparatiuo illo verbo, firmiori. & comparatiuum præsupponit positiuum. l. ubi autem. in princip. de verbor. obligatio. l. cum filius. § pater ubi Bartol. ff. de legatis secundo. not. Bartol. in l. legata inutiliter. de legatis primò. in princip. vnde ex hoc Papa potuit credere, quòd talis donatio de consensu episcopi facta fuisset. & sic quòd valida esset, & stante ualiditate facilius Papa inductus fuit ad confirmandum, & cum hoc falsum esset, quia donatio erat nulla per supradicta propter falsitatem expressam, confirmatio Papæ redditur nulla. dict. capitulo. super literis. & ad hoc specialiter induco quod nota. Abb. post Innocent. & Hostien. in capitulo inter dilectos. in versicul. quarto opposi. de fide instrumento. ubi concludit, quod confirmatio de bonis donatis monasterio non ualuit, quia superior, qui confirmauit, putauit donationem ualere, quæ erat nulla, ideo confirmatio dicitur surre-
21 ptitia, & non ualet propter falsitatem expressam. & iste defectus non purgatur per clausulam illam, supplẽtes defectus &c. ut Abba. dicit in dicto cap. inter dilectos. in uersiculo, item dico. Secundo dispensatio videtur subreptitia ex eo, quòd impetrans tacuit nullitatem dictæ donationis, quæ erat nulla ex pluribus causis, vt supra dictum fuit in princ. vnde etiam ex isto capite confirmatio, seu dispensatio videtur nulla: quia Papa non ita de facili cõfirmasset donationem nullam. Non obstat, quòd fuit expressum de beneficio vacaturo, ex quo colligi potest, quod donatio esset nulla, capitulo final. de concession. præbend. quia respondetur, quòd potuit credere, quòd confirmatio episcopi interuenisset, & sic ualida esset. & quia illa est expressio nullitatis, quę colligitur per uerba narratiua, non videtur, quod super illa dispensatum. sit argum. clement. si summus Pontifex. de sentent. excommunica. in capitul. non potest. §. cum uero de præbend. in 6. Præterea nihil fuit dictum de nullitate ex eo, quòd consensus episcopi non interuenit, & ex eo, quòd patroni non possunt augere numerum patronorum, & tacuit donatarius, quod vellet filium suum præsentare, unde quando plura obstant, non sufficit, quòd unum remoueatur, ut Bald. dicit in l. si non lex Aelia Sentia. in princip. per illum text. ff. de hæred. institu. & tradit Paul. de Cast. in consil. 222. Su per puncto Roman. in consilio. 226. In præsenti consultatione. Domin. in consilio. 33. Pro examinatione. ubi dicit quòd si Papa tot obstantia sciuisset, uerisimiliter non dispensasset. & quando sunt plura, quæ obstant, non sufficit clausula generalis, sed opus est de singulis defectibus mentionem facere, ut Bald. dicit in l. prima. in versiculo, unum etiam scias. C. de furt. Tertiò considerandum est, quod in filio præsentato à donatario concurrunt dispensationes quam plures, & plura specialia. & prima fuit quo ad potestatem præsentandi, quæ de beneficio vacaturo non ualebat. capitulo final. de concessio. præbend. Et talis dispensatio licet esset generalis ad præsentandum personam idoneam, tamen in rei veritate erat specialis pro filio, ut supra dixi: & quia filius non erat idoneus propter defectum natiuitatis, quia non erat legitimus, nec habebat ætatem in beneficiis curatis, nec ordines requisitos, & studio maximo procurauit pater, ut mediantibus pluribus dispensationibus idoneus efficeretur: cum ergo concurrant tot dispensationes, & tot specialia in eadem
22 persona, videtur, quod eius præsentatio non admittatur. † quia rescripta, & priuilegia non valent, quando continet plura specialia, ut nota. Bal. per illum text. in l. prima. C. de dotis promiss. & idem Bald. in l. prima in fin. C. quando liceat ab empt. discede.
b & quia tot [b] dispensationes sunt magis odiosæ, ut nota. Bald. in l. fi. ff. de consti. princip. prima lectura. Quarto cogitandum est, quòd quãdo factæ sunt plures dispensationes circa eandem personam, posterior, quæ non facit mentionem de priori, non ualet, ut est text. in capitul. secundo. de filiis præ byt. in sexto. & in capitul. secundo. §. primo. de deci. in sexto. & secunda gratia non facta mentione de prima, non ualet, ut not. Bald. post Guilielm. de Cun. in l. nemo, per illum tex. C. de episcop. audien. & in simili casu scribit Ioan. Andr. in rubric. de cleric. non residen. in additio. Specul. cum aliis concordantibus, quas congerit Felin. in cap. veniens. de præscript. cum ergo in posterioribus dispensationibus non sit facta mentio de prima, quæ in effectu erat facta pro filio inhabili, præsentatio videtur nõ ualere, & etiam Papa, qui in potestate præsentandi dispensauit, si cogitasset, quòd filius donatarij debuisset dispensari cum tot dispensationibus in eo multiplicatis, verisimiliter talem dispensationem. non fecisset. Et ideò ex omnibus supra dictis concludo dispensationem primã factam ad præsentandum personam idoneam subreptitiam fuisse, & nullam. hoc tamen est dictum ex abundãti, quia dato, quòd dispensatio ualuisset, nõ habuisset locum in isto casu, in quo uerba dispensationis non sunt uerificata, ut patet ex supradictis. Postremò etiam illud non videtur omittendum, quod dispensatio fuit limitata in contentis in instrumento donationis, quæ essent licita, & honesta, ut expresse in dicta confirmatione dicitur. un-
23 de videtur resultare contrarietas, † quia donatio pro beneficio uacaturo est illicita, ꝗa in ea ꝯtinetur uotum captandæ mortis. capit. secundo de concess. præbend. l. fina. C. de pact. item contrarietas colligitur, quia videtur asserere, quòd donatio ualeret, & nõ ualeret, & ideo talis confirmatio Papæ propter contrarietatem reprobatur, ut in simili casu tradit Aretin. in consil. 7. Procedendum est breuiter. in princip. & hoc etiam dictum est ex abundanti, ut patet ex supradictis. Non obstant allegata supra in contrarium, quia haberent locum, quando uerba dispensationis essent uerificata, & conuenirent, & quando dispensatio non esset subreptitia; secus est in casu isto, in quo non sunt verificata verba dispensationis, & etiam dispensatio uidetur subreptitia, ut patet ex supradictis. & ex his respondetur ad illud verbum, de gratia speciali. insertum in confirmatione, quia illud haberet locum stãte persona idonea præsentata, quæ non est in isto casu, ut supra dixi, & stante quod confirmatio non fuisset subreptitia, prout videtur in casu isto, ut supradictum est. Non obstat clausula illa, pro expressis habentes ea, quæ in dicto instrumento donationis dicuntur, quia in dicto instrumento nihil dicitur, quod habeat

ADDITIONES.

a ¶ De facili.] quando illa difficultas est iuri communi, uel rationi conformis, ut dixi in Regu. Cancella. reg. 18. nu. 151.

b ¶ Quia tot.] Dixi in tract. Regula. Cancella. reg. 18. nu. 90.

habeat releuare defectus supradictos, & cum dicta confirmatio facta sit ad petitionem partis, talis clausula parum operatur, ut no. Ang. in l. sed & si quis. §. quæsitum. in fin. ff. si quis cautio. Ro. in consi. 327. Istæ sunt rationes, cum similibus, ut dixi in cons. 165.
24 Viso tenore. Non obstat alia clausula, supplentes &c. † quia non operatur expressa falsitate, ut notat Abbas in d. c. inter dilectos. de fide instrumento. ut supradictum est, & solum operatur in expressis, & specificatis defectibus, ut not. Specul. in titulo de leg. in §. nunc ostendendum. in versiculo, 18. in fine. Alexander. in cons. 52. In causa, & lite. in fine. libro 7. & considerandum est, ꝙ huiusmodi clausulæ solum operantur, ubi fuit processum causa cognita, secus si absque causæ cognitione aliquid factum sit, ut colligitur ex decisione Rotæ, quæ habetur decisio. 230 Papa confirmando. cum simil. vt Socinus scribit in consilio 163. Visa bulla. in versiculo. sed ad ista dicta respondeo. & dixi in consi. 407. Visis. in fi. vnde cum ista confirmatio facta sit ad requisitionem partis simpliciter absque causæ cognitione, dictæ clausulę, & similes parum operantur, & ideo indubitanter concludendum est, ut suprà dictum fuit.

EPITOME Consi. CCCCCXLII.

Licèt patroni donauerint ius præsentandi alicui pro vna vice, possunt tamen patroni accumulãdo etiam ipsi presentare, & ex duobus presentatis quis preferatur.

SVMMARIVM.

1. *Præsentandi potestas si vni ex patronis data fuerit, ille non solum præsentare poterit, sed etiam præsentando alium variare.*
2. *Beneficia conferendi potestas data alicui per viam donationis reuocari nõ potest, licet secus sit in procuratore.*
3. *Omne qui dicit, nihil excludit.*
4. *Promissio facta a patrono de beneficio vacaturo non valet, secus tamen in beneficio vacante de præsenti.*
5. *Dispensatio satis est, quòd etiam in minimo aliquid operetur.*
6. *Verba ab homine prolata de primo actu intelliguntur.*
7. *Præsentandi potestas licèt ecclesiæ procuratori data sit, tamen etiã apud patronum remanet.*
8. *Verbum, permittimus. dispensationem importare videtur.*
9. *Verba generalia, quæ sequuntur dispositionem, ad præcedentia restringuntur.*
10. *Propositum in mente retentum non valet.*
11. *Præsentatis ex duobus magis idoneus semper admittitur.*
12. *Præsentatus primò cæteris paribus institui debet.*
13. *Præsentatus de loco extraneo preferri debet.*
14. *Ius commune potentius est, quàm ipsum priuilegium.*
15. *Præsentatus a parochianis præponitur, etiamsi patronus pupillus esset.*

a Etenta conclusione firmata in primo[a] consilio, quæ videtur verissima, quòd donatarius in casu isto non possit præsentare, & quòd præsentatio ab eo facta non valeat, non esset vlterius laborandum; ex abundanti tamen ad maiorem declarationem etiam placet insistere in secundo principali dubio, quo quæritur, dato, quòd donatio valeret, & ꝙ donatarius præsentare possit, An etiam patroni ipsi non obstante donatione prædicta presentare possint cumulando, & non recedendo, a præsentatione facta per donatarium. Et in effectu quæritur, an illa variatio, quę competit patrono, in donatarium translata sit. & prima facie videbatur dicendum, quod sic, per tex. ĩ cle. fi. de iure pat. † vbi si data sit potestas
1 præsentandi vni ex patronis, ille non solum poterit præsentare, sed etiam variare præsentando alium, & ita videretur dicendum in donatario, ut possit præsentare, & uariare. Secundò inducitur quod notat Ant. de But. in c. constitutus. in prin. de conces. præb.
2 † vbi concludit, quòd potestas data alicui conferendi beneficia per viam donationis non potest reuocari, licet secus in procuratore simplici. cum ergo in isto casu sit facta donatio irreuocabilis inter viuos, videtur clarum, ꝙ reuocari non pōt, & pariter vr̄, ꝙ variari non possit ab eo, qui fecit donationē, quia variatio in effectu videtur quædam reuocatio. Tertio hoc idem comprobari videtur propter verba generalia, & vniuersalia, quæ sunt in instrumento, quia cõceditur, ꝙ donatarij eorum propriis nominibus præsentarę possint, & constituti sunt procuratores in rem suam, & positi sunt in locum, & vniuersum ius ipsorum, ergo videtur,
3 ꝙ potestas variandi fuerit in ipsos donatarios translata, † quia qui omne dicit, nihil excludit. l. a procuratore. C. manda. l. Iulianus. de lega. 3. cum si. Quarto hoc idem suaderi potest, quia verba accipi debent cum effectu. l. 1. §. hæc verba. ff. quod quisque iuris. l. pe. §. docere. ff. ne quis eum. c. relatum. de cler. non residen. & effectus videtur, quod præsentatus a donatariis esset institutus, & haberet beneficium. Quinto negari non potest, quin ista uideatur fuisse intentio partium, quod ipsi donatarij taliter præsentarent, quod presentatus ab eis haberet beneficium, & voluntas partium attenditur, ut not. per glos. in l. si in venditione. ff. commu. prædio. in l. blanditus. C. de fideius. tex. in l. fi. C. quæ res pig. Sexto facit, quia dicta donatio fuit facta ad tollendas discordias, quæ possunt suscitari inter ipsos parochianos, & patronos, ut in prin. instrumenti dicitur, ex quo procemio causa finalis colligitur. l. fi. vbi Bar. ff. de hære. instit. l. j. in princ. ff. ad Maced. & ista ratio videtur militare in variatione, ideo consonat, quod variatio translata sit in donatarium. Vltimo accedit illa clausula, in qua patroni promittunt attendere, & obseruare, & non contrauenire &c. ergo videtur, ꝙ patroni non possunt alium præsentare. Et ista sunt, quæ primo motu dubitationem facere videbant̄. Quibus tamen non obstantibus vlterius cogitanti contrarium de iure esse arbitror, videlicet ꝙ non obstante prædicta donatione patroni potuerunt præsentare, quia variatio, quæ conceditur patrono laico, ut in c. quod autem. in c. cum aũt. de iurepatro. non fuit trans
b lata in donatarios, sed remansit [b] penes ipsos patronos. Primo hoc in terminis tradit Io. And. in c. fin. de conces. præb. quem ibi Imo. refert. & sequitur in princip. ubi limitando illum tex. qui di
4 cit ꝙ † promissio facta a patrono de beneficio vacaturo non valet, secus dicit esse in beneficio vacante de præsenti, qa valet promissio, ut ibi probatur a contrario sensu, & sic vacante beneficio valet promissio facta alicui de præsentando illum, & in specie dicit Ioan. And. quòd non obstante tali promissione patronus poterit alium præsentare cumulando, iuxta. c. cum autem. de iurepat. & adducit rationem, quia si potest patronus laicus pręsentare vnum, & postea alium cumulando post præsentationem primi, multò fortius si solum fecit promissionem de præsentando poterit alium pręsentare, & sic ibi videt̄ decisio in terminis huius quæstionis. Secundò ista decisio maximè videtur procedere in casu nostro, in quo non vacabat beneficium, & data fuit potestas præsentandi ad beneficium vacaturum, quę non valet, dicto c. fi. de conces. præben. & dato quòd fuisset confirmata per dispensationem, odiosa est talis concessio ad beneficium vacaturum, & debet strictè intelligi, ut est tex in c. constitutus. de conces. pręb. in fi. & concurrit etiam dispensatio, quæ in beneficijs odiosa est. c. 1. & 2. de fil. presbyt. in 6. ideò verba dispensationis non intelliguntur generaliter, ut verba sonant, sed debent restringi. c. fin. de præben. c. cum illis. in princip. & in c. quamuis. de præben. in 6. & not. Domi. in cons. 33. supra allegato. & suprà dictum fuit in pri
5 mo consilio, † & quia satis est, quòd dispensatio aliquid operet̄ etiam in minimo, ut suprà dixi, secundum Anto. de Butr. in c. at si clerici. §. de adulterijs de iudi. ideo cõsonat, quòd dicta potestas data ad præsentandum pro futuro beneficio restringatur in prima præsentatione sola, & variatio non fuerit translata in ipsum donatarium, & donatio satis operatur in prima præsentatione, quia institui potest, si videbitur superiori. Tertiò hoc comprobatur, quia (ut dictum est) illa donatio pro futuro beneficio nõ valuit, d. c. fi. de conces. præben. & solum videtur sustentari virtute dispensationis, quæ quidem dispensatio restringitur in primo actu, ut est text. in cap. non potest. §. 1. de præb. in 6. ergo videtur, quòd talis dispensatio in prima tantum præsentatione restringatur, quia dispensatio est odiosa duplici ex capite ut suprà dixi, & ideò non potest dici, quòd potestas variandi donatarijs data fue
6 rit. Quarto concurrit regula communis, quæ habet, † ꝙ verba prolata ab homine de primo actu intelliguntur, ut not. Bal. in l. 1. in 4. q. C. de his, quæ poe. no. & Bal. post Cy. in l. veluti. §. hæc vox. ff. de eden. cum si. ut Alex. tradit in consi. 70. Viso consilio. lib. 2. & ideo potestas prorogandi data arbitro a partibus de prima vice intelligitur, ut not. Spe. in tit de arbi. in §. excipitur. versic. sed quid si fuerit actum. Bald. in c. fin. in versic. dubitatur insuper. de consue. in c. olim. de rescrip. & qui promisit reficere molendi nũ, de prima vice intelligitur, ut no. Bal. in l. licet. in 4. q. C. loca. cum si. ut tradit Alex. in cõsi. 15. Breuiter in casu præmisso. lib. 4. & maxime hoc vr̄ procedere in materia odiosa per supradicta. & variatio, de qua agitur, dr̄ odiosa, ideo in primo actu restringitur, ut tradit Calde. in cons. 16. An laicus. & quia ex potestate variãdi datur occasio machinandi dolum, ut no. Dom. in c. 2. de rescrip. in sexto. vnde ex omnibus suprà dictis concludendum est, ꝙ dicta potestas præsentandi data donatario de prima præsentatione intelligatur, Quinto hoc expresse dicit̄ in cõtractu donationis ibi, pro vna vice

ADDITIONES

a ¶ Primo.] Proximè præcedenti.
b ¶ Remansit] Hoc esset verum, si esset datus vicariatus, secus si proprietas, uel etiam simplex vsusfructus, per ea, quæ dixi in consuet. Paris. §. 37. gloss. 19. quæ. 4. fa. infrà eod. consil. num. 7. & in consil. seq. num. 9. vsque ad finem.

vna vice tantum, videlicet pro prima vice: ista verba videntur verificari in prima præsentatione, quia quot sunt actus præsentationis, tot dicuntur præsentationes, argumento l. scire debemus. ff. de verborum obligationibus. ita dicit Lapus in allegatione 8. Præsentatus per patronos. & hoc videtur clarum, quando præsentatæ sunt diuersæ personæ, ut in casu isto contingit, cum ergo data sit potestas præsentandi pro prima vice, non videtur, quod donatarius variare possit, quia in variatione agitur de secunda præsentatione, non de prima. Non obstat, quod illa verba possunt intelligi de prima vice respectu vacationis beneficij, & non de prima præsentatione, quia verba instrumenti referuntur ad præsentationem, quia dicitur, quod dederunt potestatem eligēdi, & præsentandi pro prima vice. vnde patet, quòd non loquitur de prima vacatione, sed de prima præsentatione, vt expressè verba instrumenti ostendunt, quæ clara sunt. Sextò videtur decisio Domin. in cap. lex est. 2. distinct. quem ibi refert, & sequitur Cardin.
7 Alexan. & Felin. in c. cum venerabilis. de exceptio. † vbi dicunt, ꝙ licèt data sit potestas præsentandi procuratori, eadem tamen potestas remanet apud patronum: & ideo ipse uariando cumulando poterit præsentare. Vltimò ad hoc facit: quia potestas data alicui conferendi, vel præsentandi ad beneficia non videtur data priuatiuè ad superiorem, qui dictam potestatem concessit c. statutum. §. nos igitur. de præbend. in 6. ibi, & si memorato episcopo prædictam concessimus potestatem, penès non tamen remāsit maior, & nostra. qui eandem præoccupauimus potestatem, potior debet esse conditio, & per istū tex. uidetur, ꝙ primo præsentatus a patronis præferatur: & ꝙ procurator, uel donatarius præuenientibus ipsis patronis non habeat potestatem præsentandi. uel saltem illud uerum uidetur, ꝙ uariatio remanserit apud ipsos patronos per supradicta. & ista conclusio confirmabitur ex his, quæ statim dicam respondendo ad allegata suprà in contrarium. Primo ergo non obstat text. in d. clemen. fi. quia respondetur duobus modis. Primo quod ille text. loquitur inter ueros patronos, & ille, cui data potestas fuit ab alijs, præsentauit ut uerus patronus, merito ipse, in quo residet in totum iuspatronatus, variare potest. Secus videtur in donatario, qui non est patronus, & donatio pro beneficio vacaturo est odiosa, & debet strictè interpretari. d. c. constitutus in fi. de concess. præben. & quia sustinetur virtute dispensationis, quæ etiam restringitur, ideo consonat, ꝙ in prima tantum præsentatione terminetur, per ea, quæ suprà dicta sunt. & pro suprà dicta differentia inter patronum, & extraneum facit quod not. Abb. in c. ex insinuatione de iu. pa. in gloss. j. post Anton. de Butr. ibi. Et non obst. quod in donatarium videt translatum iuspatronatus, quia non videtur transferri iuspatronatus, sed tantum ius præsentandi, licèt dictum sit de patronatu, ut not. Domin. in c. fin. §. 1. in fin. de vsur. in 6. refert, & sequitur Fel. in c. cum uenerabilis. de except. & cum in casu isto donatio iuris præsentandi facta sit pro una uice, clarum est, quod non sit translatum iuspatronatus, nec propriè dicitur donatarius, nec nomine proprio præsentare potest, ut no. Abb. in d. c. ex insinuatione. in fi. Secundo respondetur, quod ibi ille, cui data fuit potestas uariandi, habuit talem potestatem, & per uiam extensionis, & dispēsationis consequitur, de extensione patet in illa implicatiua, etiā in d. cle. fi. ibi: quibus etiam ex eadem causa permittimus. de natura dictionis, etiam. est extendere, & implicare, quod prius non erat dictum, ut no. in rub. etiam per procuratorem. in l. etiam. ff. de uerbo. sign. cum simil. ut tradit Alex. in consil. 116. Animaduersis statutis. li. 2. Aret. in cōs. 67. diligenter. & hoc modo arguit Fulgos. in l. certi condictio. in princip. ff. si cert. petat. inducendo text. in d. l. certi condictio. §. competit. ergo patet, quod in dict. clemen. fin. non fuisset uariatio comprehensa, nisi per uiam extēsionis hoc expressum fuisset, & in simili not. Bart. in auth. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. per tex. in l. furiosi. C. de nup. & idem Bald. per illum text. C. si rector prouin. lib. 11. & per illum text. in d. cle. fi. infertur declarando, ut dixi, quod data potestate præsentādi simpliciter non venit potestas uariandi, & sic cōclusio suprà facta per illum tex. corroboratur. Similiter in d. cle. fi. loquitur tex. per uiam dispensationis, ut colligitur, dum dicit, permitti
8 mus: † quod uerbum uidetur importare dispensationem. c. 1. de æta. & qualit. in 6. & per gloss. 3. Dy. in ca. fi. text. in c. literas. de fil. presby. ergo uidetur, quod de iure communi ille, qui habet potestatem præsentandi simpliciter, non possit uariare, cum illud ibi concedatur per uiam dispensationis, & extensionis, ut dixi. Et ex prædictis patet, quod illa cle. non facit in contrarium, sed probatur ibi, quod suprà conclusum fuit. Secundo non obstat dictum Anth. de But. in d. cap. constitutus quia respondetur, quod nihil facit, nam dato, quod potestas conferendi beneficia per uiam donationis non possit reuocari, pariter in casu isto potestas præsentandi per uiam donationis inter uiuos non potest reuocari, & hoc uerum est respectu primæ præsentationis, sed hoc non uidetur impedire uariationem, quæ fit cumulando, quia in uariatione non agitur de reuocatione, & in instrumento non dicitur de uariatione, sed de præsentatione simpliciter, quo casu uariatio non comprehenditur, nisi exprimatur, per text. in d. clemen. fin. de iurepatro. & alia, quæ suprà dicta sunt. Et sic patet, quòd dictum Anth. de But. nihil facit. Tertio non obstant verba generalia, & vniuersalia instrumēti: quia restringuntur respectu primæ præsentationis, de qua suprà dictum fuit, cum enim in principio instrumenti data sit simpliciter potestas præsentandi, quæ non includit variationem, ut suprà dictum est; verba generalia, uel vniuersalia, quæ sequuntur, restringi debent ad præcedentia supradi
9 cta, ut not. Alber. in l. 1. ff. de offic procu. Cæsa. † ubi inquit, quod verba generalia, quæ sequuntur dispositionem, restringuntur ad præcedentia. l. quoties. in fin. C. famil. ercisc un. & dicit ibi, quod est quædam inculcatio verborum, quæ nihil operatur. l. sed & si adijciatur. ff. pro so. l. pediculis. §. Labeo. de auro, & argen. leg. & hoc in contractibus, licèt secus dicat in vltimis voluntatibus. l. si quando. in princip. de legat. 1. Non obstat, quod in contractibus quodlibet verbum debet operari, ut not. Bald. in rubric. C. de cōtrahend. empt. in 9. q. quia illud videtur procedere in verbis, quæ sunt in principio, & in substantia instrumēti, secus videtur in verbis generalibus, quæ sequuntur, prout Alberic. loquitur: & ad idē facit quod notat Dominic. in cap. priuilegia. circa fi. de priuileg. in 6. ubi inquit, quod præcedentia innuunt significationem eorum, quæ sequuntur, per l. fin. §. cui dulcia. de tri. ui. & oleo leg. & præsertim hoc videtur habere locum in materia ista odiosa, de qua agitur, ut suprà dictum est. & ad supra dicta facit, quod not. Barto. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cau. dum allegat l. fina. §. cui dulcia. & c. sedes. de rescrip. Oldr. in consilio. 8. Quidam paterfa. Signo. in consilio 70. In q. cum simi. Et quia illa ver
a ba respiciunt executionem, [a] ex quibus non ampliatur dispositio principalis, ut probatur in clem. 1. in fin. de præbend. & præsertim hoc videtur dicendum in casu isto, in quo variatio non transit, nisi exprimatur, ut patet ex supradictis. Et ideò omnia uerba contractus referuntur ad præsentationem primam; & non respiciunt variationem, & ita concludendum videtur in hac materia odiosa per supradicta. Quarto non obstat, quod uerba accipi debent cum effectu: quia hic cum effectu accipiuntur, quia ualet præsentatio facta a donatario, & habebit effectum, si uidebitur superiori, & hoc in ista materia odiosa, quæ restringi debet, & de variatione nihil expressum fuit, prout requiritur per supradicta. Quintò non obstat, quod ista videtur fuisse intentio partium, quæ attenditur, ut suprà arguitur: quia respondetur, quod de voluntate non constat,
10 † & propositum in mente retentum non valet. l. si repetendi. C. de cond. ob causam. & idem est in ultimis uoluntatibus, quia nō sufficit testatorem ita uoluisse, nisi disponat. l. quidam cum filium. ff. de hære. instit. ubi Bald. & Imol. & etiam non videntur partes cogitasse de variatione, ut colligitur in d. clemen. fin. de iurepatronatus. inducendo, vt suprà dixi. & idem colligitur ex decisione Io. And. alle. suprà in d. c. fi. de concess. præben. cum si. s. alleg. Sextò non obstat, ꝙ donatio fuit facta ad tollendas discordias, & ꝙ ista videt causa finalis, ut ex proœmio colligitur: quia ista ratio ibi consideratur respectu primæ præsentationis, & non quantum ad variationem, de qua partes non cogitabant, & hoc probatur in d. cle. fi. ubi illa ratio, ut facilius prouideatur ecclesijs remota discordia, solum consideratur in prima præsentatione, & non habuisset locum in variatione, nisi per extensionē ita expressum fuisset. Vltimò nō obstat. ꝙ donātes promittunt obseruare, & non contrauenire: quia non contraueniunt, nec dicuntur contrafacere, quia non reuocant præsentatum a donatario, licet alius sit Præsentatus cumulando, cum talis variatio permutando sit de natura iurispatronatus, ut in simili not. Bald. in l. cum quis. ver. sed pone. ff. de cond. ob causam. Et sequitur Alex. in l. quæ dotis. ff. solut. matr. & Corne. in consi. 126. Licet in hac consultatione. li. 1. Et sic remotis omnibus allegatis suprà in contrarium remanet firmata conclusio in secundo dubio, ꝙ præsentatio facta a patronis legitima, & iuridica fuerit: & dato, ꝙ vtraque præsentatio valeret. Tertio ex duobus præsentatis quæritur,
11 quis sit instituendus, & cuius præsentatio præualere debeat: † nā iura dicunt, ꝙ magis idoneus præferatur. 8. q. 1. c. licet ergo. 63. dist. in c. Metropolitano. in fi. & in terminis in præsentatione patronorum est tex. in c. 3. de iurepatrona. ibi, ille præficiatur ecclesiæ, qui maioribus iuuatur meritis. & per istum text. ita Abb. tenet in c. cum autem. in ver. item dubitatur, & ibi etiam rationem adducit, quia iudicio episcopi committitur, quis præferatur. d. c. cum autem. & sic videtur commissum episcopo vti bono uiro, ut not. in ca. 2. de corpo. uitia. ergo uidetur, ꝙ magis idoneus debeat

ADDITIO.

a ¶ Executionem.) Suprà consi. 411. in fi. consi. 300. num. 4. consil. 193. ubi dixi.

beat præferri, quia aliter bonus vir non iudicaret. & ad idem tex. in c. vnico. vt eccl. benefi. vbi in persona magis idonea dispensat non ex effectu carnali, sed discreto iudicio, & si magis idoneus non admitteretur, appellari potest, ut Abb. dicit in d. c. cum autē. & cautela est, ꝙ appellet, ne minus idoneus præferatur: & si fieret contrarium, deberet retractari per superiorem. & idē Abb. tradit in c. constitutis. de appel. & gratificatio habet in locū cæteris paribus, vt no. Archid. in c. duobus. de rescrip. in 6. & opinio aliorum, qui absolute tenent, ꝙ sit locus gratificationi, videtur procedere in rebus voluntarijs, secus in necessarijs, vt dicit Archi. in d. c. licet ergo. 8. q. 1. & Abb. refert in d. c. constitutis. & institutio, de qua agitur, est necessaria, ut in c. ex frequentib. ubi Abb. declarat. de institu. ergo magis idoneus præferri debet. Restat videre, quis sit magis idoneus ex duobus præsentatis, & indubitanter est concludendum, ꝙ presbyter Marianus primo præsentatus a patronis instituendus sit, ꝑpter plures qualitates, quæ
12 in eo concurrunt. † primó enim concurrit: quia primò præsentatus, ideò cæteris paribus debet institui, vt dicit Io. And. in regula in re communi. de reg. iur. in 6. Et sequitur Lapus in alle. 78. Vacauerat ecclesia. ad hoc facit quod dicitur de primo nominato in ordine literæ, qui debet præferri. l. quoties. ff. de vsufru. l. generaliter. §. quid ergo. ff. de fideic. lib. in c. mandato de præben. in
13 6. Secūdo quia est maior ætate, ar. l. fi. ff. de fid. inst. † Tertio, quia ipse est de loco, qui debet præferri extraneo, prout est alter præsentatus, vt no. Abb in c. ad decorem in fi. de insti. per tex. in ca. nullus. in c. nec meritis. 61. dist. & facit quod no. Bart. in l. 2. C. de anno. ciui. lib. 11. de eleemosyna, quæ debetur pauperibus de loco potius, quàm extraneis. Quartò, quia presbyter Marianus est in sacerdotio, prout in tali beneficio curato requiritur. Dato. n. ꝙ sacerdotium non requireretur tempore præsentationis, & satis esset, ꝙ sit in potētia proueniendi. c. 2. de insti. in 6. c. si pro clericis pauperibus. de præb. in 6. no. in c. 1. de æta & quali. tamen videtur præferendus presbyter Marianus, qui actu est sacerdos, cū plus sit, ꝙ res sit in actu, quam in potentia, ut no. in l. j. in princ. ff. de aqua plu. arc. in l. Labeo. de statuli. l. hæ actiones. ff. ad Velleia. Quintò, quia presbyter Marianus est habilis de iure cōi, alter ve
14 ro fuit habilitatus per viam dispensationis, & priuilegij. † Et potentius videtur ius commune, quam priuilegium. l. eius militis. §. militia missus. ff. de test. mil. Sextò, quia presbyter Marianus vt pauperior, ideo debet præferri, ut no. per Hosti. in summa, de iurepat. §. in quibus. in ver. sed nunquid. in fi. facit quod no. Ant.
15 de But. in c. tua. de æta. & qualit. † Septimo, quia præsentatus ab ipsis parochianis videretur præponendus, etiam si patronus esset pupillus, vt no. per Dom. post Io. And. in c. ex eo. de elect. in 6. Abb. in c. fi. in fi. de conces. præb. Pe. de Anch. in consil. 354. Viso puncto. in fi. cum si. Ex quibus omnibus indubitanter concludendum est, ꝙ dictus presbyter Marianus instituendus sit: & si causa esset mihi commissa, ita iudicarem. & supra dicta omnia dicta sunt ex abundanti stante conclusione supra in primo dubio.

Sequuntur subscriptiones duorum doctorum.

Quod supra conclusum est, puto iuris esse ego Hormanotius Detus I. V. doctor, & in fidem me subscripsi, & sigillaui rectius sentientis consilio saluo.

Vt supra conclusum est arbitror iuris esse ego Ioannes Victorius de Soderinis I. V. doctor: & in fidem propria manu subscripsi, & solito sigillo muniui saniori consilio semper saluo.

EPITOME.

Antonius Roncionus I. V. doctor in ecclesia Pisana canonicus, & vicarius generalis Clarissimo Iurisconsultorum principi domino Philippo Decio domino suo ob seruandissimo commendationem.

Circa dubia per excellentiam vestram multa cum subtilitate expedita, quanquam illa sit occupatissima in consulendis controuersijs; quæ sibi ex vniuersa nostra Europa deferuntur, libuit tamen hæc pauca exactissimo eius iudicio subijcere.

SVMMARIVM.

1 *Promoueri licet quis non possit in Episcopum, nisi sit de legitimo matrimonio procreatus, tamen si per Papam dispensatus fuerit, ad dignitatem episcopalem assumi potest.*
2 *Dispensatus ad dignitates ecclesiasticas virtute talis dispensationis dignitatem episcopalem obtinere non poterit.*
3 *Charitas circa domesticos exercenda est.*
4 *Clausula, idoneam personam, etiam si in dispensationibus apposita non fuerit, a iure subintelligitur.*
5 *Factum ciuiliter quando operatur eundem effectum, quem operatur factum naturaliter, factum ciuiliter sufficit.*
6 *Dictio, idoneus, multipliciter intelligitur.*
7 *Conditio in forma specifica impleri debet.*
8 *Ius patronatus si a Laico ecclesiæ donetur, ecclesiasticu s efficitur.*
9 *Procurator ad præsentandum si vnum præsentauerit; alium etiam patronus præsentare poterit.*
10 *Ius conferendi si alicui pro una vice donatum fuerit, donatori beneficium conferri non potest.*
11 *Donatio facta non contemplatione donatarij, sed pro ecclesiæ commoditate, non dicitur proprie donatio, sed datio pro ea vice irreuocabilis.*
12 *Contractus substantiam nominis differentia non mutat, cuius denominatio non attenditur, sed eius effectus.*

Sequuntur rationes dubitandi iudicis causæ.

PResupposita igitur validitate donationis propter pontificis confirmationē, videbatur, ꝙ dñs Io Baptista potuisset a donatarijs præsentari, ratio est in promptu; quia secū fuit dispensatum authoritate apostolica, ut non obstāte defectu natalium, quem patiebatur de coniugata genitus, & coniugato, posset ad omnes ēt sacros, & presbyteratus ordines promoueri, & beneficium ecclesiasticum, etiā si curā habet animarum, obtinere: hæc sunt verba posita in dispēsatione, igitur tanquam idonea persona potuit ad huiusmodi parochialem præsentari, cum ad illam fuerit per papā dispensatus: aliàs dispensatio nihil suffraga
1 retur ei, quod non est dicendū. probatur hoc, † quia licet alias nō possit quis promoueri in episcopū, nisi sit de legitimo matrimonio procreatus, c. cum in cunctis in prin. de elec. tamen si per papam legitimaretur, seu dispensaretur quis illegitimus, ad dignitatem episcopalem ad eum ꝑ electionē posset assumi, vt est tex. ex quo id colligit gl. in c. cū Vintoniēsis in verb. ꝓmeruit de ele. & voluit Hos. ibi, & do. Ant. & do. Abb. si in legitimatione seu in dispēsatione exprimatur, prout contingit in casu nostro. Cōfirmat, nā dispensatus ad bñficia est idē cū illo, q non eget dispensatione quo ad beneficia, in quibus dispensatus est, nō quo ad omnia: ita dicit no. Io. And. in regula, in generali. de reg. iur. li. 6. quē refert Milus antiquus aduocatus Consistorialis in suo repertorio decisiuo in verbo; Dispensatus non est idē. bene facit ad hanc sententiam, ꝙ quantum ad istam parochialem videtur dicto Io. Baptistæ dispensato, vt supra dicitur, dicta dispensatio ius generationis tribuere, arg. ff. de nata. resti. l. 2 in fi. & in l. quamuis. & l. vltima. ff. de in ius vocan. l. sed si hac lege. § patronum. in verbo, aliud si natalibus. hinc est, quod de tali dispensatione in prouisione sibi de beneficio, ad quod dispensatus est, facienda non tene-
a tur [a] facere mentionem, quia est quædam executio actus, circa quem emanauit dispensatio: ita dixit notanter Old. in consi. 215. incip. Puncta breuia in causa Pisana. ex quibus videtur inferri responsio ad subtilia motiua in cōtrarium facta. Et primo quo ad primum responderi potest, nam licet alias dispensatio sit odiosa, & stricti iuris, istud verum est quo ad illos, cum quibus dispensatur, sed quo ad illos, quibus conceditur facultas dispensandi personis non expressis, est large interpretanda, quia quo ad illos est beneficiū: ita dixit Io. And. in c. fi. de simo. ut refert ibi do. Abb. dicēs ibi, in c. esset tex. & sensit gl. quā dicit esse no. cū ergo in donatione iurispatronatus, & illius ꝯfirmatione concedat potestas præsentandi in gñe ꝑsonā idoneam nō expressā aliter ꝑsona præsentanda quo ad dictā dispensationem, quæ potius est confirmatio, interpretatio large fieri poterit, vnde dispensatus ad beneficiū habens curā animarum poterit præsentari cum ad illud Papa eū habilitauerit. Nec ob. ꝙ ex tali concessione videatur sequi votum cap tandæ mortis, argu. c. constitutus. de conces. præb. quia potest responderi, ꝓut respondet gl. in cle. fi. de iurepa. in glo. in verbo, libere. nam in d. capit. constitutus. fiebat in fraudem vacaturæ, in casu autem nostro fit ad discordias tollendas, quæ inter plures patronos circa præsentationem oriri possent, & pro faciliori prouisione ecclesiæ, ut ex proœmio dictæ donationis, & cōfirmationis colligitur. l. fina. ff. de hære. institu. l. regula. ibi, initiū constitutionis demonstrat. ff. de iur. & fact. igno. ergo materia est fauorabilis, prout tenent scribentes in d. clement. & hæc quo ad confirmationem dictæ donationis. Quātum vero spectat ad secundam dispensationem, per quā dispensatur super natalibus quo ad ordines, & beneficia, dico, ꝙ licet sit stricti iuris, & odio-
2 sa per allegata, tamen intelligitur quo ad expressa: † nam dispēsatus ad dignitates ecclesiasticas non poterit virtute talis dispensationis obtinere dignitatem episcopalem. capi. dilectus. in iuncto capitulo

ADDITIO.

a ¶ Non tenetur.) Imo tenetur, ex quo nouum ius. & a Papa. Gemi. Phili. Fran. c. si apostolicæ. de præb. in 6. Io. And. in addi. Spe. de fil. presbyt. Io. Selua. in trac. de beneficio. part. 3. q. 12. nu. 19. Fel. in c. in nostra de rescri.

capitulo secundo de præben. libro 6. secus si dispensaretur, vt obtinere posset episcopatum: nam tunc secundum Host. ad dignitatem illam assumi posset, vt suprà dictũ est: cum ergo do. Io. Bapti. fuerit dispensatus ad parochialem, ergo ad illam præsentari poterit per supradicta. Nec obstat, quod cum fuerit filius donatarij, & fuerit procurata præfata donatio iurispatronatus, non videatur legitimè præsentatus, prout videtur voluisse domi. Abb. in c. quia clerici super gl in uerbo, comparant. de iurepatr. Nam primò potest dici, quòd dictum do. Abb. non est tutum, & cum fuerit contracta tantum simonia mentalis, non veniebat priuandus, sed sufficit per solam pœnitentiam suo satisfacere creatori. text. est ibi not. in capitul. fin. de simo. & ita circa hoc dictum do. Abb. dixerunt quidam Mod. Papien. in tract. de iure patro. in versicul. honorificum. in q. 4. versicul. circa aliud. Præterea text. ille videtur tantum loqui quo ad acquisitionem iurispatronatus, non autem quo ad præsentationem; vnde licèt taliter acquirens iuspatronatus ueniret spoliandus, præsentatio tamen facta ante huiusmodi spolium non est censenda inualida, cum esset facta ab illo, qui esset patronus. & text. ibi non annullat præsentationem interim factam, sed acquisitionem. Vlterius ibi facta fuit uenditio, & sic illicitè acquisiuit. capitulo de iure. de iurepa. & ideo dicit ibi glo. quod secus esset, si cum vniuersitate emisset: quia tunc emens non puniretur, & ita clarè Hostien. & clarius Ioan. Calde. igitur dispositio illius capituli uidetur principaliter procedere propter iniustum, & illicitum titulum emptionis. Secus ergo in casu nostro, in quo translatio iurispatronatus facta fuit titulo donationis, quo casu ualet, & tenet c. illud. c. seculum. de iurepatro. gloss. in capitulo piæ mentis. 16. q. 7 cum simi & hæc solutio colligitur ex dictis domini Abb. in consilio 96. incipien. Iesus Christus. dum respondet ad capitul. quia clerici. & capitul. consuluit. dum dicit, quod illa iura loquuntur, cum iuspatronatus iniustè acquiritur, ut filius præsentetur. Secus inquit, si iustè, vt accidit in casu nostro per uiam donationis, unde respectus filij, dummodo adsit iusta causa acquisitionis, iurispatronatus non facit præsentationem inualidam, sicut nec collationem episcopi de filio, dummodo sit habilis, & dignus: pro quo facit l. si Consul. ff. de
3 adop. † Et quia charitas exercenda est circa domesticos, capitul. non satis. 86. distin. facit capitul. dilecto. de præben. & per Archi. in capitul. episcopus. 10. quæstion. 2. & si hoc est in collatione, multofortius erit in præsentatione, cum per eam facit quoddam inchoamentum duntaxat ad institutionem obtinendam. capitul. quod autem. de iurepatronat. & cum fuerit dispensatus per Papam circa ordines, item circa beneficia etiam curata, item legitimatus, & habilitatus, & natalibus restitutus authoritate apostolica ei cõcessa: & processus fuerint habiti per diuersos iudices circa idoneitatem, non uidetur esse ipsa carnalitas in consideratione, dummodo honestæ conuersationis, & uitæ laudabilis existat, & ipsa carnalitas non sit principaliter inductiua nulla habita ratione idoneitatis ipsius filij, per ea, quæ not. Cardin. & domi. Abb. in dicto capitu. consuluit. & habetur in capit. graue. de præbend. Quo autem ad rationem secundo loco deductam pro responsione considerandum videtur, quod illa uerba
4 † idoneam personam sunt verba, quæ in huiusmodi dispensationibus etiam si non sint dicta, subintelligũtur a iure prout in præsentationibus. cap causam, quæ de elect. gloss. not in capitu. cum adeo de rescript. vnde sunt verba iuris expressa ab homine, quo casu talis qualitas attenditur potius habito respectu ab ipsius effectum, quàm ad modum, unde satis est, quòd iste d. Io. Baptist. fuerit effectus idoneus per dispensationem apostolicam, licet naturaliter attento iure communi non esset habilis: nam cum esse idoneum ad beneficia essequenda non procedat a natura, sed a iure sufficit verificari per fictionem iuris, & principis dispensationem, ita in simili quæstione respondit not. Bal. in d. l. fin. C. de his, qui ve. æta. impetra. pro quo bene facit: quia cùm dispensatio ad beneficium curam habens animarum repræsentet quoad illud in isto Domino Ioan. Baptist. præsentato eundem effectum sicut si tali dispensatione non eguisset, ut dixit Ioan. Andr. in dicta regula, in generali. de regulis iuris, & naturaliter per natales legitimos idoneus fuisset, satis est ad gratiam consequen-
5 dam: † nam quando factum ciuiliter operatur eundem effectum, quem factum naturaliter, sufficit factum ciuiliter ita dicit Barto. in dicta l. fina. dum allegat pro hac conclusione text. in l. fina. §. fina. ff. mand. & in l. fina. §. fina. de dona. quæ sub mo. & in l. si mater. C de insti. & substi. Probatur autem hæc responsio specialiter in dicta l. fina. ff. mand. nam cum ista concessio de præsentando personam idoneam ad parochialem, de qua agitur processerit à Papa tanquam quoddam mandatum de prouidendo ecclesiæ de persona idonea, uidetur debere intelligi etiam de dispensato ab eo, cum ab eodem processerit mandatum de prouidendo, & dispẽsando, unde satis apparet de mente summi Pontificis illum esse idoneum, quem ipsi idoneum reddiderint, & non referre quid ex æquipollentibus fieret, prout in dicta l. fin.
6 quæ loquitur in mandante, expresse deciditur. † Propterea, vt quis sit idoneus, multipliciter intelligitur: nam aliquando idoneus est, qui est diues, aliquando qui est potens, aliquando requiritur, ut sit literatus, item bonus, item pauper, ut plene habetur in capitu. constitutus. de appellatio. aliquando inter idoneos magis idoneus in electionibus consideratur vt plenè traditur ibi per Docto. & referunt multa ad hoc propositum ibi Modern. Perusini, cum autem negari non possit, quod dispensatus a Papa sit idoneus ad illud beneficium consequendum, ad quod dispensatus est, & supra etiam probatum extitit, patet, quòd licet ante factum deberet præsentari, qui uel ditior fuerit, uel maior, aut idonior: tamen post factum talis consideratio cessat; & dummodo præsentatio fuerit facta de habili, sufficit per ea, quæ habentur in capitul. quia propter. iuncto capitul. cum in cunctis. de electio. ita dicit not. domi. Ioan. de Imol. in d. capitu. constitutus. igitur dato, quòd ex concessione ista Pontificis debuisset præsentari potius legitimus naturaliter, quam dispensatus, cum tamen iste fuerit præsentatus, & pro dispensatione fuit effectus habilis, tenuit præsentatio quantum ad gratiam ipsam præsentandi implendam, per supra dicta. Vlterius accedit ad hoc: nam aliud videtur esse, si quæritur, si conceditur a Papa ius præsentandi personam legitimam, uel de legitimo matrimonio natam quo casu posset disputari, an posset tunc præsentari legitimatus, uel dispensatus, & procederet directè argumentatio, quòd cum dispositio loqueretur de legitimo, cuius qualitas est de iure naturali, non deberet trahi ad legitimationem, & sic ad personam legitimatam, & sic frui beneficio principis, argum. dictæ l. fin. C. de his, qui ue. æta. impe. & eorum, quæ subtiliter, & copiose admodum deducta fuerunt. Quæ argumentatio in tali quæstione mota per glo. vel quam glo. sensit in cap. cum Vintoniensis. de elect. & ibi pro dicto Abb. fuit prius domini Goffredi ibi, & tunc etiamsi dispensatio esset facta expressè ad beneficium, de quo esset quæstio, præsentatus admitteretur, ut tenent ibi Hostien. & dom. Abb. & Petr. de Ancha. & si non esset facta particularis dispensatio, seu legitimatio, & licèt ibi doct. non respondeant ad argumentum domini Goffredi, crederem posse responsum dari, uel prout dicit Ioan. de Imol. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. ꝙ licet in d. l. fin. fit mentio ætatis legitimæ, non comprehendit ætatem, quæ fictè est legitima, quia non erat eadem ratio omnino in casu ficto: qa tunc non posset alienare immobilia sine decreto, ut l. pen. C. eo. Vel prout dicit Are quòd illa lex loquitur, quando fit dispositio super ætate, seu quando ponitur ætas in aliqua dispositione per
7 modum conditionis, & satis patet ex principio literæ. † Et quia conditio debet impleri in forma specifica, ideo non impletur per casum fictum. ut l. Iulianus. la piccola. ff. de condi. & demõ. secus ergo est in casu proposito, quia qualitas legitimationis ponitur in dispositione: vnde nõ mirum, si uerificatur in casu ficto habente eandem rationem quò ad id, quod dispensatur: pro quo bene facit tex. in l. si cognatis. ff. de rebus dubijs. & ibi ponderat Barto. vbi dispositio facta de uero cognato comprehendit cognatos fictos id est ciuilem, quando est eadem ratio in persona ficta, quæ in vera; bene facit tex. in l. Deo nobis. §. j. C. de episcop. & cleric. aliud est, cum quæritur, si in aliqua dispositione fit mentio de persona idonea, cuius qualitas consideratur ciuiliter non naturaliter: item eius effectus, non modus effecti: item multiplex est, non una, & licèt ex pluribus conficiatur, una tamen sufficit, ut impleatur gratia, & ei satisfaciat. neque enim tunc potest considerari, nunquid dispositio facta in casu naturali; uel uero extendatur ad casum ciuilem, uel fictum, ut in dicta l. final. & alijs iuribus, & authoritatibus allega. sed cum iste sit idoneus, & dispensatus, satis erit ad consequendam præsentationem inuenire se idoneum: cum igitur consideratio ætatis vel casus naturalis, & ficti sint quid diuersum a consideratione idoneitatis, de uno ad aliud non fit illatio. l. Papinianus exuli. de minoribus. Circa secundum dubium nunquid, uidelicet parochiani non obstante donatione potuerint præsentare, quod per excellentiam uestram multa communi subtilitate expeditũ extitit. Difficultas oritur, quia concessio iurispatronatus fuit facta titul. donationis, ergo translatum fuit omne ius in donatarium, & nihil remansit apud donatorem, & sic non potuit etiã variando alium accumulatiuè præsentare. de hoc ultra allegat. pro ista parte, videtur gloss. expressa in versicul. ecclesiasticus. iuncto text. in capitu. primo. de iurepatro. libro sexto. vbi deci-
8 ditur, † ꝙ si a laico donatur ecclesiæ iuspatronatus, efficitur ecclesiasticum, dicit glo. non poterit ergo variare: patet ergo, ꝙ facta donatione iurispatronatus non remansit ius variandi penes laicum donantem, sed transit in ecclesiam donatariã, adeò ut sortitum sit naturã iurispatronatus ecclesiastici, quæ est, ut patronus non variet: alias inepte admodũ diceret glo. ꝙ ex eo, quia per donationẽ erat effectum iuspatronatus ecclesiasticum, non posset variare nisi præsupponeret variationẽ donatori nõ competere;

petere; & translatum esse in ecclesiam, priuatio enim præsuppo nit habitum.l.decem.ff.de verborum obligatio. Sed in contrarium facit, quia licèt translata sit facultas ista iurispatronatus per viam donationis, tamen non fuit nisi pro vna vice, videlicet prima, qua vacauerit beneficium, vnde non videtur in totum facta donatio iurispatronatus, sed data potestas præsentandi pro illa vice tantum, & sic in donatarium videtur translatum esse exercitium iurispatronatus, non autem iuspatronatus, quod fieri potest, vt est gloss. Vincentij in capitulo insinuatione. de iurepatrona. quam ad istud propositum alleg. Calde. in consilio 16. sub eodem titulo. & probatur in clementi. plures.eod.titul.& not. Domin. in cap.1.§.1.in fin. de vsur. libro 6. sequitur domi. Felin.in cap. cum venerabilis. de except. ex quo inferuntur tria: Primum est, quòd cum donator remanserit patronus, sicut si ipse præsentasset vnum alterum, secundo loco poterat præsentare accumulando, capit. cum autem. de iurepatron. eodem modo præsentato altero per donatarium poterit donator alium præsentare, cum vtroque casu sit patronus, & ratio diuersitatis non possit bene assignari, argumen.l. posthumi.§.1.ff.de iniusto rupt. irrit. testa. in fin. quinimò si patronus promisisset ad vacantem ecclesiam aliquem præsentare, & virtute promissionis, quæ valida est, argu.à contrario capit.fin. de conces. præbend. præsentasset, tamen potest alium accumulando præsentare. vt in d.cap.fin. tenet Ioann. And.& ibi refert, & sequitur Ioan.de Imo. tantò magis facere illud poterit facta præsentatione ex concessione sua per alterum; quia tunc minus videtur odiosa variatio, quæ contingit in duabus personis, & non in vna. quin etiam eo casu non videtur propriè variatio, sed facta præsentatio a duobus: ab vno ex iure directo, ab altera ex iure translato. patet igitur, quòd cum donator isto casu remanserit patronus, potuit ipse etiam præsentare, & vti iure suo concesso sibi à lege, cum esset laicus.d.c cum autem.& c. ꝙ autem. suprà alleg. Secūdum est, quia cum fuerit facta donatio pro vna vice tantùm, non videtur propriè dici donatarius, nec nomine proprio præsentare, licet vtrunque sit in instrumento appositū: quia donator apponendo illa verba, pro prima vice. videtur magis constituisse procuratorem pro illa vice, quàm donatarium. quod fieri potest. tex. est à contrario sensu in cap. fina. de conces. præben. & ibi no. tenet do. Card. in clemen.1. de iure pa-
9 tro. in 11.q. quo casu nulli dubium est, † ꝙ si procurator sic constitutus aliquem præsentauerit, patronus alium præsentare potest; ita concludit Domi. in cap. lex est.2. distin. subijciens se ita respondisse de facto. & eum refert, & sequitur Feli.in dicto cap. cùm venerabilis. de excep. & ratio potest esse vltra alias; quia authoritas, & facultas præsentandi videtur remansisse penès sic donantem, quæ fuit concessa donatario, vnde potuit præsentare, cum non in totum ab se abdicauerit iuspatronatus, sed præsentationem vna vice tantum. Pro quo bene facit: quia licet donatarius iurispatronatus in totum possit præsentare donatorē, vt concludit Ioan. And.& sequuntur Abb.& alij in cap. ex insinuatione. de iure patro. tamen secundum eos non poterit donator præsentari, si pro vna vice tantum donauerit ius præsentandi: quia tunc donans videtur seipsum præsentare, cum à seipso ortum sit ius præsentandi, & remanserit patronus.argu.l. item. §.si decuriones.ff.quod cuiusque vni. no. confirmatur per illud, quod in simili dicit Abb.in capitul. fina. de institutio. & clarius
10 do. Card. post Ioan. Calder.ibidem dicens, † ꝙ si pro vna vice fuerit donatum ius conferendi, non potest beneficium donatori conferri, & ita reperio in præsentatione tenere Specul. in tit. de iurepatro. in fin. titul. distinguendo, vt supra: & insignis doctor do. Henricus Bohic in c. per vestras. in suis distinctionib. de iurepatro. vbi considerat, an in totum sit translatum iuspatronatus, an pro vna vice, & an desierit concedens, seu donans esse patronus, ubi alleg. Ioan. And. in cap. fi. de instit. & tex. in capitu. ne pro defectu. de elect. & de præbend. cap. dilectus. & ca. vnicum. de iurepatro. lib. 6. Tertiū quod infertur ex præmissis est, quòd licèt isti parochiani donauerint iuspatronatus, & præsentandi rectorem ad prædictam parochialem prima vice tantùm, qua vacauerit, donationem tamen non fecerunt gratia donatarij, sed ut præsentationis negotium citius, & facilius expediri valeret, tollendo lites & discordias inter eos circa nominationem, & præsentationem, adeò ꝙ huiusmodi datio, concessio, & donatio præsentandi non fuit fauore donatarij, sed fauore ecclesiæ, ut patet ex procemio concessionis ibi, ad tollendam omnem discordiam, quæ oriri posset inter eos circa nominationem, & præsentationem noui rectoris vacationis tempore, & pro bono pacis, & concordiæ ipsorum, quæ deinde in confirmatione apostolica repetuntur. ex quo cùm colligatur causa finalis concessionis, l.fin.de hære.instit. l. regula.§.fin.ibi, initium constitutionis demonstrat. ff. de iur. & fact. igno. patet, quòd talis donatio nomine in effectu non est propriè donatio, cùm nō sit facta contemplatione donatarij, & ex mera liberalitate donantis, sed quædam facultas, per quam intentio concedentis fuit
11 prouidere commodius ecclesiæ, † quæ tamen non potest reuocari, non quia sit donatio, sed datio irreuocabilis, prout dicit gloss. in l. cuius per errorem.ff de regulis iuris. & gloss. in l.1. & ibi Bart.ff de dona.bene facit l.si cum aurum.ff de solutio.& l.si seruus seruum.§ si quis oliuam.ff.ad legem Aquiliam. & quod not. in l. donari.ff.de regulis iuris. & ita in proposito distinguendo in concessione facta alicui de conferēdo beneficia distinguit insignis doctor do. Henricus Bohic in dicto cap. fin. de conces. præbend. ex quo infertur, quòd parochiani licèt præsentando non videantur reuocare facultatem præsentandi pro vna vice concessa Matthæo, & Dominico fratribus, potuerunt tamen præsentando accumulare alium, vt melius dictæ ecclesiæ prouideatur de rectore, cuius causa fecerunt talem concessionem; vnde non videtur huiusmodi vtilitati, & fauori alteri concedendo præiudicasse. conducit enim ecclesiæ plures esse præsentatos, vt idoneiorem, & meliorem episcopus eligere possit. cle. plures. in fin. de iurepatro. & experientia, quæ est rerum magistra, cap. quàm sit. de electi. lib. 6. nos quotidie docet: & licet variatio sit odiosa secundum Ioann. Cald. in consil. 16. incip. Si laicus. sub tit. de iurepatro. non tamen accumulatio est odiosa, sed concessa in fauorem ecclesiæ, in cap. cùm autem. de iurepat. Non obstat, ꝙ huiusmodi concessio sit irreuocabilis, quoniā ex irreuocabilitate non impeditur accumulatio, sed ex translatione totius iuris. sicut dicitur in procuratore, qui licet aliàs esset irreuocabilis, tamen quia remanet eadem potestas in domino, & nomine domini facit, dominus potest variare, per decisionē Dominici supra allegatam. & in patrono promittente non variare etiam cum iuramento, ut primum tenuit Ioan. Andr. in c. fin. de conces. præben. & secundum probatur ex no. per glos. in cap. fi. de procura. in versi. reuocatis. & per Inno. in cap. dilecto. de præbend. & per dominum Anto. in cap. pen. de offic. vica. & tenuit Alex. de Imo. in consi. 16. incip. Ponderatis in 3. volu. ut referunt quidam Moder. Papien. in tract. de iure patronat. in q. 12. in versi. honorificum. Nec etiam obst. ꝙ verba contractus sonent in nomen donationis: quia ad hoc responderi potest ex
12 not. in l. insulam.ff. de præscrip. uerbis. & l. si olei. C loca. † nominis enim differentia non mutat substātiam contractus, cuius denominatio non attenditur, sed eius effectus. ca. constitutus. de reli. domib. ex quo not. Abb. ibi secundum Cald. ꝙ contractus non iudicatur secundum formam verborum, sed secundum rei naturam, & effectum: idem no. Imo. in cap. ad audientiam. de reb. eccle. non alie. & Bald. in rub. de iure emphyt. & in l.2.C.cōmunia.uel epist. facit tex. in l. si uno. in princ. ff. loca. & in l. ubi ita donatur. ff. de dona. causa mort. Ex quibus meo iudicio potest rationabiliter concludi, ꝙ aut donatur iuspatronatus præsentandi, & nominandi rectorem ad ecclesiam perpetuò, & irreuocabiliter, & tunc transfertur omne ius concedētis in donatarium, & ita absorbetur, & iuspatronatus laici assumat naturam iuspatronatus ecclesiastici: aut ecclesiæ donatur, & tunc transit cum tali donatione ius etiam variandi, ut uidetur expressè probari in d. cap. 1. de iurepatro. lib. 6. & isto casu habent locum rationes, & iura, quæ allegantur pro parte illa, quæ tenet patronum donando non posse variare: Aut donatur ius præsentandi tantum, hoc est exercitium iurispatronatus pro una vice tantùm, & sic temporaliter, & irreuocabiliter, & tunc per supradicta uidetur posse legitime, & iuridice teneri, ꝙ patronus possit præsentare accumulando. Hæc scripta sunt salua sententia melius opinantis, dubium enim difficile, & subtile, & nouum uidetur, in quo licet nullus antiquorum scripserit, neque moderniorum præter excellentiam uestram, quæ tenet patronum posse præsentare, non obstante donatione per multas rationes, & respondet allegatis in contrarium: tamen nemo etiam tenuit contrarium, ut dixi do. Calde. in consi. 16. substitu. de iurepatro. in dubio, nunquid patronus possit quandocunque uariare, ego uerò sicut supra distinguendum puto.

EPITOME.

Replicatio Philippi Decij pro dubiorum resolutione in eadem materia.

SVMMARIVM.

1 *Dispensandi potestas fauorabilis est.*
2 *Dispensandi potestas si inferiori data fuerit, illam cum causæ cognitione facere debet.*
3 *Narrationis taciturnitas subreptionem inducit.*
4 *Preces consanguineorum in promouendo ambitiosæ præsumuntur, & ipsam promotionem uitiare uidentur.*
5 *Factum ciuiliter habet illum effectum, quem habet dispositio naturalis.*
6 *Beneficijs quibuscunque si alicui prouideri mandatur, non ueniunt ista, quibus animarum cura requiritur.*

7 *Dispensationes plures quando in eadem persona concurrunt, posterior, quæ non facit mentionem de priori, non valet.*

8 *Rescripta, uel priuilegia non ualent, quando plura specialia continent.*

9 *Dispensationi, uel rescripto alicui quando plura obstant, non sufficit, quòd unum, uel duo remoueantur, sed omnia tolli debent.*

Reuerendæ pater, clariss. doctor, & iudex cõstantissime, licèt responsiones vestræ ad ea, quæ scripsi, coloratæ, & subtiles sint: non tamen tolluntur rationes, & fundamenta, quæ maturo iudicio firmata vñr, & responsionibus vestris sic breuiter replicari potest. Nam primò dum dr̃, ꝙ ista materia dispensationis non vr̃ in casu isto odiosa, quia hic agitur de potestate dispē-
1 sandi, † quæ vr̃ fauorabilis, [a] vt no. in c. fi. de simo. licèt secus sit
a quò ad illos cum quibus dispẽsatur: quia respectu illorum dēt strictè interpretari, & ita Abb. ipse hoc dicit in d. c. fi. per capitu. 1. & secundum. de filijs presbyte. in 6. & idem Abb. in c. at si clerici §. de adulte. de iudi. Sed respondetur primo, dato, ꝙ ista doctrina Abb. sit vera, in casu isto non agitur de potestate dispensandi donatarij, qui est functus officio suo, dum filium suũ præsentauit, sed nunc agitur de dispensatione quò ad istum præsentatum, ideo dēt fieri stricta interpretatio, cum respectu præsentati hoc debeat iudicari: & ita argumentũ factum vr̃ retorqueri. Secundo rñdetur ꝙ potestas præsentandi, quæ fuit data donatario per viam dispensationis factæ à summo Pontifice, intelligitur, ꝙ debeat fieri cum causæ cognitione: quia licèt Papa ip-
2 se liberam habeat potestatem in dispensationibus: † inferior tamen, cui data sit potestas dispensandi, debet illam facere cũ causæ cognitione, vt no. Abb. in d. c. at si clerici §. de adulte. in versi. insuper circa hanc materiam dispensationis. & ibi dicit, ꝙ si facta sit sine causæ cognitione, est nulla, & dr̃ dissipatio, & causæ cognitio dēt in hoc versari, vt non debeat præsentari ille, qui verisimiliter nõ admitteretur à summo Pontifice: quia debet delegatus à summo Pontifice se conformare cum voluntate delegantis. cap. si per literis. in fin. de rescrip. sed Papa uerisimiliter non admisisset præsentatum ab ipso donatario, quia erat foren-
3 sis in loco † Et taciturnitas nationis inducit subreptionẽ, ut not. Abb. in cap. si proponente. de rescrip. & dixi in consilio. Eodem modo causæ cognitio erit in hoc, ꝙ filius donatarij non admittatur, prout no. Abb. in c. quia clerici. de iure patro. & dixi in ꝯsil. & ista etiam vr̃ clara respõsio. Tertio etiam responderi potest, ꝙ notata in dicto cap. fi. uidentur habere locum in concessione facta motu proprio, quę fauorabilis est, capitu. si motu proprio. de præb. in 6. & in c. si pluribus eo. tit. Secus videtur in casu isto, in quo ad petitionem, & instantiã partis fuit facta concessio, ut patet: & etiam in dubio ita præsumitur. l. 1. ubi Barto. C. de pet. bo. subla. lib. 10. & talis concessio odiosa videtur: quia propter importunitatem sæpenumero non concedenda tribuuntur. d. l. 1. C. de peti. bo. subla. lib. 10. & in c. cum in iuuentute. §. cæterũ. de purga. vulga. cap. tuæ. de præbend. Secundo respõsio data ad. cap. constitutus. secundum glo. in clement. fina. in uerbo, liberè de iure patro. quæ dicit, ꝙ in cap. constitutus, erat factũ in fraudem: sed in cle. fi. illud fuit factũ ad remouendum discordias: & ita etiam in casu isto videtur. ista responsio non valet, si rectè cõsideretur: quia fraus, quæ allegatur in d. c. constitutus, habet locum in casu nostro: nam ibi dicitur generaliter in fraudem esse, quando tractatur de conferendo beneficium, antequam vacet, ideo dispositio restringitur, quia inducit uotum captandæ mortis. c. 2. vbi tex. de conces. præbẽ. & ista ratio utiq; militat in isto casu, & merito dēt restringi. d. cap. constitutus. Non obst. quod in isto casu hoc fuit factum ad sedandum discordias: quia ista ratio bene procedit in casu dict. clemen. fin. prout gl. ibi loquitur: quia facultas pręsentandi restringitur, sed in casu isto ampliatur, quia patronis additur donatarius, vnde cum plures sint, facilius oritur discordia. l. item si vnus. §. principaliter. ff. de arbit. quia licèt donatario detur potestas præsentandi, non tollitur potestas patronis, quominus possint variare, & quia concurrunt plures rationes, ex quibus patet præsentationẽ donatarij non valere. Tertio non obst. dum successiuè dicitur decisionem Abb. in d. c. quia cleric. non esse tutam, quia cum fuerit tantũ simonia mentalis, non uidetur priuandus, sed satis est agere pœnitentiam, ut not. in cap. fin. de simo. quia respondetur, ꝙ magna est authoritas Abb. qui in terminis loquitur, & contradicentem habet neminem, qui comparari possit illi. Nõ obst. ꝙ agatur de simonia mentali, quæ tollitur per pœnitentiam: quia considerandũ est,
4 † ꝙ vbi sunt præces consanguineorum in promouendo, præsumitur, ꝙ illa promotio processerit ex ambitione promouendi, ideo vitiare videntur promotionem, vt dicit Anto. de Butr. in capitulo tuam. per illum text. de æta. & qualit. & hoc à fortiori uidetur habere locum in patre propter maiorem affectionem patris in filium. argumen. l. isti quidem. ff. quod met. causa. in l. fin. in princip. C. de cur. furi. & quod dicitur in promotione beneficiorum etiam habet locum in iurepatronatus. capitulo veniens. el primo. vbi Abb. de testi. capitul præterea. ubi Abb. de transactio. cum similibus vt dixi in dicto cap. veniens. & ideo promotus per simoniam, quæ fit etiam precibus, vt habetur 1. quæstio. 1. in cap. sunt nonnulli. & in capitulo de ordinationibus. debet spoliari, vt Abb. dicit in dicto cap. quia clerici. pro quo est text. & regula, quæ habetur in capitul. statuimus decretum. prima quæstio. prima. Non obstat quod no. in capit. fin. de simo. quia illud procedit in volunrate omninò tacita, secus est in voluntate, & mente, quæ sit ad aliquem actum deducta, vt est in præsentatione filij, & præsertim cum præsentatus sit indignus, vt dixi in consil. Non obst. dum dicitur, quòd talis pręsentatio cum facta sit ab eo, qui sit in quasi possessione præsentãdi, debet valere. cap. consultationibus. de iure patrona. capitul. querelam. Quia ad hoc respondetur dupliciter: primo quòd non est in quasi possessione præsentandi donatarius, quia prius nunquam præsentauit. & talis quasi possessio acquiritur facto non verbis. Secundò respondetur, quòd regula capitul. consultationibus. cum simil. haberet locum, nisi simonia interuenisset, propter quam præsentatus debet spoliari, vt suprà dictum est. Quarto non obstat, dum principaliter dicitur, ꝙ illa verba, personam idoneam. tacitè intelligebantur, & sic expressio eius non operatur: & ideo debet considerari effectus, & satis videtur, ꝙ
5 sit idoneus per dispensationem: † quia factum ciuiliter videtur habere illum effectum, quem habet dispensatio naturalis, vt not. Barto. in l. fin. C. de his, qui ve. æta. impe. per l. fin. ff. man. & de mente Papæ videtur esse, ꝙ ille sit idoneus, quem ipse idoneum reddidit. Nam ad ista responsum fuit in consilio. tamen etiam breuiter repetam respondendo formaliter. Primo dum dicitur, ꝙ expressum de persona idonea tacitè intelligebatur, fateor hoc, vt dixi in consilio. Sed tamen ex quo fuit hoc expressum in donatione, & in dispensatione, ut verba aliquid operentur, consonat, ꝙ intelligatur de persona idonea de iure communi, maximè in dispensatione, de qua agitur, quæ satis operatur, si idoneus, sit naturaliter, & de iure cõmuni, quia verba dispensationis non accipiuntur generaliter, vt verba sonant, sed restringuntur, vt minus recedatur a iure communi, vt no. Domi. in ꝯsi. 33. Pro examinatione. in ver. nam uerba. vbi ad hoc inducit gl. in capitu. literas. de filijs presbyt. vbi dispensatus in ordinibus de minoribus intelligitur, licet verba, quæ generalia sunt, etiam
6 maioribus ordinibus conuenirent. † & si mãdatur prouideri de beneficijs quibuscunque, non veniunt illa in quibus cura animarum requiritur. & in cap. fi. de præben. vbi mandatur prouideri de beneficio, intelligitur de simplici: & ad idem facit, quia dispensatio restringitur ad causas, quibus facilius dispensatur: vnde si super pluralitate beneficiorum dispensatur, nõ intelligitur in eadem ecclesia: sed in diuersis, vt no. Ant. de Butr. in capitul. de multa. col. 5. & ideo regula ponitur in cap. quamuis. de pręb. in 6. ꝙ licet in beneficijs principum debeat fieri lata interpretatio, tamen in beneficijs ecclesiasticis debet fieri stricta interpretatio; & dicit Anto. de But. in capitu. at si clerici. § de adulterijs. de iudic. ꝙ satis est, ꝙ dispensatio quid minimum operetur. Ex quibus omnibus indubitanter concludendum est, ꝙ verba illa, personam idoneam, de idonea naturaliter, & de iure communi intelligitur, & satis operatur dispensatio, ꝙ à donatario præsentari possit persona idonea de iure communi. & ista videtur fuisse intentio partium, & Pontificis, qui solum cogitabant habilitate personam donatarij, & in præsentato voluerũt seruari ius cõmune, quia dispensatio, quæ est de iure speciali, non videtur in consideratione. l. 4. §. 1. ff. de fideicom. liber. vbi Bar. & not. Inno. in cap. pastoralis. de causa posses. & proprie. & quia illud, quod requirit dispensationem, censetur impossibile, vt per gloss. in c. gratia. de rescriptis in sextò. & quia multiplicare tot dispensationes videtur esse magis odiosum, vt no. Bald. in l. fin. de con-
7 stitut. princi. in prima lectu. † & ideo quando in eadem persona concurrunt plures dispensationes, posterior, quæ non facit mentionem de priori, non valet cap. 2. de filijs presbyt. in 6. ca. 2. § 1.
8 de deci. in 6. & † rescripta, vel priuilegia non valent, quando cõtinent plura specialia, ut no. Bal. in l. 1. per illũ tex. C. de do. promis. & in l. 1. in fin. C. quando lice. ab emp. disce. cum si. vt latius dixi in consilio. Et ex his responsio colligitur ad omnia alia, quę in contrariũ adducuntur. Vnde non obstat, dum successiue dicitur, ꝙ verba possunt intelligi de persona idonea ꝑ dispensationẽ, quę in effectu ęquipollet veritati, & ad hoc allegaui text. in l. liberos. C. de col. qa hoc posset habere locũ in casu, in quo esset facta dispensatio, putà, si donatarius habilitatus per dispensatio-

ADDITIO.

a ¶ Fauorabilis. } Imò potius odiosa est. Franc. Cur. senior consil. 9. consi. 13. cum seq. dixi in l. 2. in princ. de uerbo. obliga.

sationem ipse præsentaret. Sed extra casum dispensationis verba debent naturaliter intelligi per supra dicta: quia non videtur Papa voluisse multiplicare dispensationes, vt dixi. Et pariter tollitur, quod dicitur, quòd si esset præsentatus ad beneficium curatum, ita admitteretur dispensatus sicut habilis de iure communi: quia non sumus in casu, in quo est facta dispensatio; sed in casu isto non fuit dispensatio à summo pontifice quo ad personam præsentati: & licet esset dispensatus ab alio, de quo Papa nesciebat, non videtur Papa cogitasse de alia dispensatione, dum loquitur de persona idonea: quia verisimiliter non voluisset multiplicare tot dispensationes, ut dixi in consilio. Et ex hoc etiam tollitur, quod not. in c. cum Vintoniensis de ele. quia doc. ibi loquuntur in casu dispensationis, in quo multa possunt dici, sed extra casum dispensationis, prout in casu isto agitur, quia dispensauit cũ donatario respectu præsentationis, & non fuit facta dispensatio respectu præsentati, sed dictum fuit, ꝙ esset persona idonea, quæ verba non videntur verificari in idonea persona per fictionem. Præterea iste præsentatus non videtur habilis, vel idoneus etiam respectu dispensationis, quæ fuit facta pro eo: quia cum esset filius donatarij, non potuit præsentari, vt no. Abb. in d. c. quia clerici. de iure patr. & in hoc non fuit facta dispensatio. similiter cũ esset forensis in loco beneficij, non erat habilis, vt no. Abb. in d. c.
9 si proponente. de rescrip.† unde quando plura obstant, non sufficit, ꝙ vnum, vel duo remoueantur, sed omnia debent tolli, vt not. Bal. per illum tex. in l. si non lex Aelia Sentia. in prin. ff. de hære. insti cum si. ut dixi in consilio. & si Papa sciuisset de tot obstantijs, verisimiliter noluisset dispensare, vt Do. dicit in consi. 33. Pro examinatione. & sic præsentatus omnino inhabilis videtur per supra dicta. Postremo vt dictum est in consilio, dispensatio facta à summo Pontifice fuit ex pluribus subreptitia. Primo, quia fuit expressum, ꝙ valeret, quia petita fuit confirmatio pro subsistentia firmiori. vnde superior isto respectu facilius fuit inductus ad confirmandum, ideo cũ illa donatio fuisset nulla, redditur subreptitia, ut in simili not. Abb. post Inno. & Host. in c. inter dilectos. de fide instru. deducendo, ut plenius dixi in consilio, ubi uidendum est, quia gratia breuitatis non refero, & ea, quæ dixi, non erant necessaria: quia Reuerentia uestra omnia probe nouit, sed ut seruaret æqualitatem inter partes, hæc dubia mouere uoluit. Reliquum est, ut excellentia uestra ad decisionem causæ procedat, & si ea, quæ dixi in primo & secundo consilio pro solito eius more perscrutabitur diligenter, in fauorẽ nostrum iustitia liquido apparebit. ualeat feliciter dominatio uestra, cui causam, & me ipsum cõmendo. Et ita tandem iudicatum fuit Pisis per præfatum dominum Antonium Roncionum iudicem.

EPITOME Consi. CCCCCXLIII.

P. emit quædam prædia sub gratia redemptiua à Iulio, qui illa in solutum dedit cum pacto de retrouendendo S. recipienti pro se, & eo, quem nominauerit: hic nominat in emptorem T. qui ea prædia redempta P. consentiente I. ipsa possidet decennio: Deinde S. cedit actionem, quam in dictis bonis habebat I. qui vult ea redimere cum fructuum perceptione ab I. hæredibus ad hoc se opponẽtibus. Quo fit, vt deponat nummos pretii penes quendam, qui fallitus est. Respon. Deci. huius depositi periculum spectare ad I. cum hæredes T. non tenentur reuendere ipsa prædia, quæ ad eos vnà cum fructibus pertinent.

SVMMARIVM.

1 *Pactio de retrouendendo contractus simulatus non præsumitur.*
2 *Alienare qui potest, pariter potest alienanti consentire.*
3 *Stipulatur qui reddi cui voluerit, sibi, & hæredibus suis stipulari videtur.*
4 *Promissio mihi facta valet pro eo, quem nominabo.*
5 *Retrouenditione pro eodem pretio mentio fieri debet.*
6 *Subrogatum assumit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*
7 *Donationi, vel venditioni perfectæ nouæ conditiones addi non possunt.*
8 *Eligendi potestatem si decuriones alicui dederint, electus videtur ab ordine decurionum, & non ab eo, qui de decurionum commissione elegit.*
9 *Concilium generale si elegit illum, quem priores nominauerunt, ab ipso concilio generali electus videtur.* 10. 11.
12 *Potestatem recipiendi solutionem qui habet, terminum recipiendi solutionem prorogare non potest.*
13 *Simulatio ex præsumptionibus, & coniecturis probatur.* 14. 19.
15 *Emit si quispiam rem, & pecuniam soluit, & in instrumento fecit scribi alterius nomen simulate appositum, præsumitur, & verus emptor ille esse videtur, qui pretium soluit, & rei venditæ possessionem habuit.*
16 *Maritus si emit vxoris nomine, & possessio rei venditę marito tradita fuit, tunc vxoris nomen simulate appositum videtur, & rei venditę dominium ad maritum, & non ad vxorem spectat, licet nominata sit.*
17 *Emisti si tu quidpiam, & tibi possessio tradita fuit, non attenditur, quòd vxoris nomen in ipso instrumento insertum sit.*
18 *Simulatio à priori, & posteriori probatur, quando probatur, quòd vir pretium numerauit, & quòd illi postea possessio tradita fuit, & ipse percepit fructus, & commoditates rei venditę: & quę sequuntur.*
20 *Fructus post perfectam venditionem ad emptorem spectant.*
21 *Depositarius si decessit, siue vt vulgo dicitur, fallitus sit, quo casu periculum deponentis est.*



IN casu proposito primo considerandum est, quòd venditio facta per dominum Iulium de Spanochijs cum pacto de retrouendendo valet, vt est text. in l. 2. C. de pact. inter emptorem, & venditorem. † vbi Bald. in fin. dicit, quòd ex tali pacto [a] contractus non præsumitur simulatus, vt no. Abb. in capit. ad nostram. de emptio. & venditio. in versicul. primus casus est. &
1
a
b idem Bald. in consilio [b] 292. Secundum ea, quæ proponuntur. in princip. lib. 1. & in consil. 237. Proponitur, quòd celebratus fuit. circa fin. eod. lib. 1. & tradit Alexan. in consi. 232. Ponderatis his. in princip. lib. 6. Et de pacto de retrouendendo apposito in datione in solutum, prout fuit in casu isto, scribit Corn. in consi. 133. incipien. Viso copioso, & eleganti. lib. 1. Et sicut ipse Iulius habuit facultatem redimendi dicta bona, pariter de eius consensu talis redemptio per alium fieri potuit. domi. Alexandro de Bichis procuratori domini Sixti ipso Iulio cõsentiente. Tali enim casu cum dicta facultas redimendi dicta bona competeret soli dicto Iulio, consentiendo quòd alius redimeret, videtur per alium ipse Iulius redemisse, vt in regula potest quis per alium. de regul. iur. in 6 ad hoc specialiter facit text. in l. cum quis. ff. de regul. iur.
2 † vbi dicitur, quòd ille, qui potest alienare, pariter potest alienanti consentire. ad idem tex. in l. sicut. §. si voluntate. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca solu. & econtrario qui non potest alienare, non potest alteri alienanti consentire, ut notat Bald. & Salic. in l. 2. per illum tex. C si aduer. donatio & quod dictum est, procedit, quando eadem est ratio, alias secus, vt notat Bald. in l. fi. in versicul. collige ergo. C. de pact. & in casu nostro eadem ratio videtur, quòd domi. Iulius, qui poterat redimere, potuerit alteri redimenti consentire, vt supra dictum est. Est ergo videndum de virtute retrouenditionis, quæ fuit facta Alexandro de Bichis nomine domini Sixti, & pro eo, quem Sixtus nominabit, nam valet iste modus contrahendi, quando emit pro eo, quem nominabit, & nõ facta nominatione uidetur emisse pro se, & hæredibus suis, vt in terminis notat Bald. in l. 1. in prin. circa. fin. in uer. vltimo quæro. ff. de pact. vbi ad hoc alleg. text. quem no. dicit in l. secundum respõsum. C de contrahen. & commit. stip. & ibi illum tex.
3 not. Bald. & Ang. † quòd ille, qui stipulatur reddi cui voluerit, videtur stipulari sibi, & hæredibus suis & idem not. Bald. in l. cum post. §. gener. ff. de iure do. in lectu. antiqua. prout refert Alexan.
4 in consil. 232. Ponderatis his, quæ in themate. lib. 6. † vbi secundum Bald. dicit, quòd valet promissio mihi facta pro eo, quem nominabo. & ibi dicit Alexand. quòd ante nominationem statim dicitur ius esse quæsitum emptori, & hæredibus suis, & hoc reuocabiliter: quia postea facta nominatione illud ius prius quæsitum resoluitur, & nominato acquiritur: vnde cum in casu isto emptio, seu redemptio dictorum bonorum facta sit pro domino Sixto, & hæredibus suis, vel pro eo, seu eis, quem, vel quos dictus dominus Sixtus nominabit, ista alternatiua intelligitur, vt dicta emptio facta sit pro Sixto, & hæredibus eius non facta nominatione, vel si nominatio facta sit, nominato, vel nominatis ius acquiratur per supra dicta; Et cum dictus Sixtus nominauerit in emptorem Iacobum Venturam, ipsi Iacobo Venturæ ius quæsitum videtur, & hoc de plano videtur procedere Sed difficultatem facit, quia nominatio facta de Iacobo Venturæ fuit facta nõ simpliciter, sed cum quibusdam conditionibus onerosis: vnde videndum est, an dictus Sixtus potuerit in nominatione de se factæ huiusmodi conditionem apponere. & in hoc breuiter concludendum est, quòd non, quia talis nominatio debuit fieri simpliciter, & hoc probatur. † Primo, quia retrouẽditio, de qua agitur,
5 debuit fieri pro eodẽ pretio, vt constat ex instr̃o, & si dictæ conditiones deberent impleri longe maiori pretio, esset retrofacta venditio: quia onus dictarum conditionũ esset pro parte pretij, ut dicit tex. in l. fundi partem. ff. de ꝯhen. empt. ad idem text. in c. cum

ADDITIONES.

a ¶ Pacto.) Supra consi. 165. vbi dixi.
b ¶ In consi. 313.) Secundum veterem, quod est consil. 114. lib. 3. secundum nouam impressionem.

cum Ioannes. vbi Abb. in quinto not. de fid. instrumen. & idem Abb. in capit. in aliquibus. per illum text. in secundo not. de deci. & tradit Maria in consil. 15. Visis prædictis. & ideo onus dictarum conditionum apponi non potuit, quia non esset retrofacta venditio pro eodem pretio, prout ex forma contractus requiritur. Secundo hoc idem probatur: quia emptio fuit facta pro domino Sixto alternatiuè, uel pro eo quem nominabit: nam pro Sixto emptio fuit facta simpliciter, ergo pariter videtur, quòd pro nominando, vt dicitur in altera parte alternatiuæ, quòd debeat simpliciter nominari: quia vna pars alternatiuæ secundum alteram partem debet intelligi, & declarari. l. 1. vbi Barto. ff. de rebus dub. & not. Roman. in consi. 231. Præmissorum doctorum sententia. versic. 2. vero moneor. Tertio hoc confirmatur, quia emptio facta fuit pro dom. Sixto simpliciter, vt dictum est, vel pro eo, quem dom. Sixtus nominabit: vnde nominatus a dom. Sixto videtur subrogatus in locum dom. Sixti, ideo nominatio
6 debuit fieri simpliciter: † quia subrogatum assumit naturam eius, in cuius locum subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. capit. 1. vt lit. pen. & licet subrogatum aliquo expresso & speciali respectu discreparet; tamen in aliis eius naturã sequitur, vt not. Pau. de Cast. in consil. 129. Licet ista domina Lisa. Quartò
7 ista conclusio fortificatur alio principali fundamento: † quia donationi, vel venditioni perfectæ nouæ conditiones addi non possunt. l. perfecta donatio. C. de dona. quæ sub modo. vbi dicitur, quòd perfecta donatio conditiones postea non cap. & facit tex. in l. cum dos in princip. ff. de pact. dota. in l. de contractu. C. de rescin. venditio. l. sicut. C. de act. & obl. & l. in commodato. §. sicut. ff. commo. sed in casu isto contractus fuit perfectus, quando retrouenditio fuit facta Alexandro de Bichis procuratori recipienti pro dño Sixto, vel pro eo, quẽ dñs Sixtus nominabit: nã tali casu ẽt ante nominationẽ dicitur ius quæsitũ dño Sixto, ut Alex. tradit in cõsilio palleg. 232. lib. 6. & successiue nominato simpliciter erit ius quæsitum secundum formam contractus celebrati cum Alexandro procuratore, qui dixit de nominatione simpliciter; vnde in tali nominatione non potuit dominus Sixtus nouas conditiones adijcere contractui perfecto per supra dicta. Quinto hoc idem comprobatur, quia ille, qui habet potestatem nominandi virtute contractus præcedentis, prout in casu isto cõtingit, in tali nominatione videtur merus exequutor, quia actus ipsi nominanti non attribuitur, sed illi, qui dedit potestatem nominandi. l. item eorum. §. si decuriones. ff. quod cuiusque vniuersi.
8 † vbi dicitur, quòd si decuriones dederint alicui potestatem eligendi, electus videtur ab ordine decurionum, & non ab eo, qui elegit de commissione decurionum: quia videtur, ꝙ ipse fuerit nudus exequutor. & hoc no. Bar. in l. vnum ex familia. §. si de fal-
9 cidia. de lega. 2. † ubi inquit, quòd si concilium generale eligit illum, quem priores nominauerint, videtur electus ab ipso concilio generali. ad idem facit text. nota. in ca. literis apostolicis. de re-
10 script. ubi Pet. de Anch. in tertio nota. dicit, † ꝙ ille, qui factum alterius exequitur, non dicitur de nouo facere: ille enim, qui exequitur, non confert aliquid noui, sed ille dicitur conferre, & facere, qui mandauit. l. pater ex prouincia. in fin. ff. de manu. vindic. ibi, solam enim electionem filio committit, cæterum ipse manumisit. & sic uidetur ex prædictis, quòd dominus Sixtus, qui habuit potestatem nominandi tanquam merus exequutor, non po-
11 tuit nominationem alterare addendo nouas conditiones. † Sexto ad idem facit; quia actus eligendi, seu nominandi uidetur in facto consistere ex eo, ꝙ deportatus retinet facultatem eligendi. l. eum pater. §. hæreditatem. ff. de lega. 2. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad senatusconsultum Trebellia. licet conditio sit eorũ, quę sunt iuris. l. 1. C. de hær. institu. & in his, quæ iuris sunt, habentur deportati pro mortuis. l. 1. §. fin. ff. de bono. possess. contra tabu. & ideo dominus Sixtus, cui data fuit facultas nominandi, quæ in facto consistit, non uidetur habuisse potestatem apponendi nouas conditiones, quæ iuris effectum respiciunt: & uidemus in adiecto ad solutionem recipiendam, cui licet solutio fieri possit, l. eũ, qui ita. §. qui sibi. l. fin. §. si ita stipulatus, ff. de uerborum obliga. l. cum quis in princip. ff. de solu. §. si quis alii. institut. de inuti. stipu. ipse tamen adiectus agere non potest. l. sed & si filiofamil. §. 1. ff.
12 de cõstitu. pecu. no. per glo. in d. §. si quis alii. † & ille, qui habet potestatem recipiendi solutionem, non potest terminum recipiendi solutionem prorogare. l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de verborum obligat. & qui est factus procurator ad recipiendum solutionem, non potest obligationem nouare. l. non abstulit. ff. de nouationibus, & delegationibus. Ex quibus omnibus concludendum est, quòd dominus Sixtus, qui habuit simpliciter potestatem nominandi, non potuit nominato emptori nouas conditiones apponere, & ideo reiectis illis conditionibus domino Iacobo Venturæ uidetur ius quæsitum, ac si nominatus simpliciter fuisset, per supra dicta. ex quibus primum dubium absolutum sit, & conclusio habetur, quòd nominatio simpliciter facta reputatur reiectis conditionibus. Venio ad secundum dubium, in quo quæritur, ex quo uiuente dicto Iacobo Venturæ ab eo, & postea à suis hæredibus per decem annos, uel circa possessa fuerunt prædia, de quibus agitur patiente domino Sixto, & domino Iulio, & pretium retrouenditionis solutũ fuit per dictum Iacobum Venturam, an ex his præsumatur, quòd nominatio facta sit de dicto domin. Iacobo, maxime extantibus literis, ex quibus apparet, ꝙ emptio erat facienda pro dicto domin. Iacobo? ista quæstio non uidetur necessaria stante conclusione firmata in dubio præcedenti, in quo est conclusum, quòd domin. Iacobo sit ius quæsitum, tanquam si nominatus fuisset simpliciter reiectis conditionibus in nominatione appositis: tamen ad maiorem declarationem etiã in hoc secundo dubio secundum ea, quæ proponũtur more Scæuolæ iureconsulti, concludendum est, quòd in veritate, & in effectu dictus Iacobus nominatus fuerit attentis prænarratis, non obstante, quòd nomen domini Sixti interuenisset, & in instrumento insertum fuisset: quia illa nominatio domini Sixti fuit simulata, ex eo, ꝙ Iacobus Ventura noluit, ꝙ appareret, ꝙ ipse auocaret dicta bona à primo emptore Paulo de Salutiis, qui erat non paruæ authoritatis in ciuitate Senarum & cui non uoluisset aperte Iacobus prædictus displicere, cum talis redemptio dicto
13 Paulo esset molesta. † nã talis simulatio probatur ex præsumptio-
a nibus, & coniecturis,[a] ut no. Bal. in l. emptione. C. plus ualere, qđ agitur. & idem Bald. in l. & qui. circa fi. C. de dist. pig. Pau. de Cast. in consi. 82. Visis his. & in consi. 327. In causa mota. ubi inquit, ꝙ simulationes occulte fiunt, & non adhibentur testes, & alter de altero confidit: & ideo probatur ex coniecturis. ca. ad nostram. de emptio. & vendi. & idem no. Pet. de Anch. in consi. 257. Si prædicta sententia. Ale. in consi. 292. Visis dubitationibus. lib. 7. Et in casu isto manifeste, & euidenter sunt cõiecturæ simulationis respectu dñi Sixti: quia ipse non soluit pretium, nec habuit possessionem bonorum, sed ab ipso domino Iacobo fuit pretium solutum, & illi, seu agentibus pro eo tradita fuit possessio dictorum bonorum ab ipso Paulo primo emptore, & ipse Iacobus, & hæredes eius per decem annos, uel circa habuerunt pacificam possessionem dictorum bonorum. Ex his enim satis constare uidetur, ꝙ ipse Iacobus in ueritate fuit emptor dictorum bonorum.
15 Ad hoc vř text. in l. quamuis. C. si quis alteri, uel sibi. † ubi Ange. per illum text. dicit, ꝙ si aliquis emit rẽ, & pecuniam soluit, & in instrumento fecit scribi nomen alterius, præsumitur nomen alterius simulatè appositum: & uerus emptor uidetur esse ille, qui soluit pretium, & habuit possessionem rei uenditæ. & Ang. in d. l. quamuis. etiam alleg. tex. in l. filii. C. de don. inter virum & uxor.
16 † ubi idem Ang. dicit, ꝙ si maritus emit nomine uxoris & possessio rei uenditæ tradita fuit marito; tunc nomen uxoris vř simulate appositum, & dñium rei uenditæ spectat ad maritum, & non ad uxorem, licet nominata sit. ad idem text. in l. multum interest.
17 uersi. ꝙ si emisti. C. si quis alteri, uel sibi. † ubi dicitur, ꝙ si tu emisti, & tradita sibi fuit possessio, non attenditur, ꝙ nomen uxoris
18 in instrumento insertum sit. & ibi Bal. & Sali. concludunt, † ꝙ simulatio probatur à priori, & posteriori, quando probatur, ꝙ uir numerauit pretium, & ꝙ illi postea tradita fuit possessio, & ipse percepit fructus, & commoditates rei uenditæ, ipsi marito uidetur facta uenditio, licèt nomen uxoris sit scriptum in instrumento, quia simulatè uxor nominata uidetur. & in simili casu d. Bartholo. Soci. tradit in consi. 129. Tota difficultas. lib. 4. & ista conclusio uidetur maxime procedere in isto casu, in quo dictus Iacobus, & eius hæredes longo tempore habuerunt possessionem dictorum bonorum, & fructus perceperunt sciente, & patiente dicto do. Sixto, & dicto do. Iulio. argu. l. cum de in rem uerso. & in l. cum quidam. §. diuus. ff. de usu. & in capit. contingit. de transact. Et quod dictum est, etiam comprobatur, quia ab initio dici debet, ꝙ uelint partes contractum esse simulatum. ut no. Bal. in l. 1. in uer. illud tamen menti tenendum. C. si ser. exte. & probatur in l. 4. §. si ab ignoto. ff. de manumiss. ibi, ab initio enim hoc fieri debet, ut imaginaria esset uenditio. & nota. Alexã. in consilio 29. Clarissime doctor. uersiculo, præterea ad hoc. libro 7. & ita fuit in casu isto: quia ut in puncto narratur, dominus Iulius instante termino retrouenditionis requisiuit dictum Iacobum Venturam, ut suo nomine emeret dicta prædia, quia uolebat, quod Iacobus prædictus illa potius haberet, quàm quod remanerent penes dictum Paulum primum emptorẽ. & quia hoc erat odiosum dicto Paulo, ꝙ sibi dicta prædia deberent auferri; & quia dictus Iacobus noluisset prouocare sibi indignationem, actum fuit, & conuentum inter dictum Iulium, & Iacobum, quod mediante dicto domino Sixto fieret talis retrouenditio apparenter, & simulatè: & cum hoc à principio dictum sit, consonat, quod retrouenditio fuerit simulata. Et hoc idem corroboratur, quia cum à

ADDITIO.

a ¶ Coniecturis.] Alex. consi. 24. consi. 53. lib. 2. consi. 121. li. 3. ubi dixi. L. ap. alle. 94. And. Tira. de retrac. cõuentio. in prin. nu. 36. Io. Amicus. cõsi. 166.

cum à principio hoc dictum fuerit, & effectus sequutus sit in ipso Iacobo, qui pretium soluit, & possessionem bonorum recepit, aperte probatur simulatio, vt not. Bald. in d. l. multum interest. in versi. sed quomodo probatur ista simulatio. C. si quis alteri, vel sibi. & idem no. Bart. in l. pacta nouissima. C. de pact.
19 † vbi arguit contractum simulatum ex verbis prolatis tempore contractus. & idem Bar. in l. item quia. §. idē Iuliano. ff. de pact. Ang. in consi. 273. Quoniam dictum priuilegium. circa fin. vbi alleg. Bar. in d. l. pacta nouissima. & idem Ange. & Imo. in l. quoties. §. sed si cum primum hæredem ff. de hæredi. insti. & idem Imo. in l. si quis cum alter. in versi. item aduerte. ff. de verb. oblig. Et suprà dicta maxime videntur habere locum in simulatione, de qua agitur, quæ non est à iure reprobata, cum non sit in fraudem, nec in præiudicium alterius, & ideo valet, quod actum est, ut tradit Alex. in consi 98. Viso processu lib. 7. vbi allegat no. per Bar. in l. 1. in fi. C. plus valere, quod agitur. & in consi. 65. Petrus Nicolæ. cum si. Et ex omnibus suprà dictis videtur optimè, ꝙ sit probata simulatio; & sic etiam ex isto secundo capite principali probat, ꝙ d. Iacobus Venturæ fuerit verus emptor dictorum bonorũ, & ꝙ legitime eius hæ̃des dicta bona retinere, & possidere possint, & ita breuiter dictum secundum dubium absolutum sit. Capio tertium dubium, in quo quæritur de fructibus, quos Iacobus, & hæredes eius ex dictis bonis perceperũt, an iuridice percepti fuerint. & stante conclusione superius firmata, ꝙ Iacobus Venturæ supra dictus fuerit verus emptor dictorum bonorum, res clara
20 videtur, † quia fructus post perfectam venditionem ad emptorem spectant. l. fructus. C. de actio. empt. & si fructibus iam maturis ager venditus sit, emptori fructus debentur. l. Iulianus. §. si fructibus. ff. de act. empt. & in l. fi. §. fructus autem. ff. de his, quæ in fraud. cre. Et si pro parte emptor soluit pretium, pro illa parte pretij emptor fructus habere debet, vt no. Bar. & Sal. in l. fistulas. §. qui fundum. ff. de contrah. emp. per tex. in l. fi. in fi. ff. de fundo dota. & cum in casu isto totum pretium solutum fuerit, & traditio bonorum facta sit, & emptor habuerit possessionem, illi absque dubio fructus acquisiti fuerunt. & hoc idem confirmatur, quia negari non potest, quin isti fuerint bonæ fidei possessores: quia possederunt sub cogitatione dominij putātes se dominos esse: quo casu videtur possessores bonæ fidei, vt no. Bar. in l. apud antiquos. C. de fur. & in l. illud. in prin. ff. de peti. hæred. & qui credit tradentem esse dominum, vt not. Bart. in l. si existimans. ff. pro sol. Et ad bonæ fidei emptorem fructus pertinent. l. qui scit. §. præterea. ff. de vsu. in §. si quis a non domino. institu. de rer. diui. & in l. certum est. C. de rei uendica. in l. bonæ fidei emptor. in
21 prin. ff. de acq. rer. domi. In quarto dub. clarum est de iure, † ꝙ si depositarius decessit, siue (vt vulgo dicitur) fallitus sit, periculũ est deponentis, ex quo depositum a creditore acceptatum non fuit, & tali casu erat in potestate debitoris repetere depositum, quod acceptatum non fuit, ut no. Bar. in l. acceptam. circa fin. C. de vsu. & idem Bal. ibi in ver. in textu ibi receperit. & sic depositum erat in dominio debitoris: ideo periculum videtur debitoris, quia res perit periculo domini. C. de pigno. actio. l. pignus. in l. rescriptum. in prin. ff. de distrac. pigno. l. quis sit fugitiuus. §. pignori datus. ff. de ædi. edic. l. generaliter. ff. qui & à quibus. Et ista conclusio indubitanter uidetur procedere in isto casu, in quo creditori nihil imputari potest, quia ex iusta causa recusauit depositum recipere: licet. n. periculum sit creditoris, quando sine iusta causa recusat pecuniam depositam accipere, l. qui decem. in prin. ff. de solu. & in l. acceptam. C. de usu. l. obligatione. C. de sol. secus tamen est, q̃n creditor ex iusta causa recusat depositum recipere, ut no. in iuribus præallegatis. & ita vr̃ in casu nostro, quia hæredes Iacobi ex iusta, & legitima causa noluerunt pecuniam depositam recipere. Primo, quia ipsi hæredes non tenebantur dicta bona retrouendere, quia ab ipso Iacobo liberè empta fuerunt, & do. Sixtus, qui emit pro se, uel pro eo, quem nominauit, facta nominatione functus fuit officio, & ulterius non habebat potestatem recuperādi dicta bona, & isto respectu uana fuit cessio, quæ fuit facta Iulio à d. Sixto, quia cedi non potuit à d. Sixto, quod sibi non competebat. l. traditio. ff. de acq. rer. domi. l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. in regula, nemo potest. de reg. iur. in 6. & in cessione tradit Mari. in consi. 18. Prosequendo ordinem. Secundò, quia non tenea̅tur hæredes Iacobi nominationem factam à do. Sixto cum illis conditionibus acceptare, ut suprà dictũ fuit, ideo periculum depositi ad ipsos non spectabat, quia ex iusta causa illud depositum accipere recusabant, per suprà dicta. & not. in l. si soluturus. in prin. ff. de solutio. Phil. Dec. Pisis.

Consi. ccccxliiij. habetur infrà consi. dciiij.

EPIT. Consi. CCCCCXLV.

Georgius de Rubinis filios suos masculos hæredes suos uniuersales instituit, & filias suas particulariter in 10. libris. & in tertio gradu substitutionis dixit, ꝙ si descendentes ex filijs similiter decederent sine filijs naturalibus, & legitimis, tunc uoluit, ꝙ de bonis suis erigatur altare, cuius patronatum uoluit proximioribus à linea masculina pertinere. Post testatorem Io. Franciscus eius filius obijt relictis Hieronymo, & Carolo filijs nepotibus testatoris: deinde Hieronymus obiit relictis uno filio, & pluribus filiabus. Nouissime dom. Carolus obijt relicta nepte ex filio suo præmortuo, à qua filius Hieronymi uendicat bona, quæ fuerunt Geor. deinde do. Caroli in parte illius Decius more suo pro actore contra neptem in linea directa pessimè consuluit, ut similia consilia supra cōsi. 15. consi. 493. consi. 512. ibi reprobaui. Sed hic deterius consuluit cum filii tantum essent in conditione quæ nō euenerat Et nihilominus reprehensus ausus est in consilio sequēti primo consilium suum restringere ad bona fundationi d. altaris destinata, idque ridiculè, cum illa conditio non extaret, & per alia friuola errorem suum nimis pudendum defenderet. ex utroque consilio thema illud breuiter, & fideliter collegi.

SUMMARIUM.

1 *Filij positi in conditione, qui faciunt deficere fideicommissum, veniunt ad hæreditate n defuncti ab intestato tanquam proximiores.*
2 *Filiæ quandocunque excluduntur, à fortiori neptes exclusæ intelligunt.*
3 *Filiæ quando à statuto excluduntur extantibus filijs masculis, si testator de filijs mentionem faciat simpliciter de masculis intelligitur, & filiæ nō comprehenduntur.*
4 *Conditio in testamento apposita, si decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus solum de masculis intelligitur, quando statutum extantibus masculis filias à successione patris excludit.*
5 *Verba sicut intelliguntur secundum conditionem personæ, ita etiam secundum loci conditionem interpretari debent.*
6 *Testatoris intentio quæ sit, dum filios tantum masculos, & non filias instituit.*
7 *Testamenti pars una secundum aliam intelligitur.*
8 *Voluntas etiam tacita ex coniecturis in testatore colligitur.*
9 *Filiorum appellatione regulariter nepotes non ueniunt.*
10 *Tu orem si pater filiis dedit, nepotibus non dedisse uidetur.*
11 *Statutum si dictauerit, quod stantibus masculis agnatis mater non succedat, tale statutum dispositionem inducit.*

VIso testamento magistri Georgii de Rubinis, & gradibus substitutionum diligenter consideratis, in casu proposito agitur de tertio gradu substitutionis, in quo dicitur, ꝙ si descendentes ex ipsis filiis similiter decederent sine filiis legitimis, & naturalibus, tunc uoluit, ꝙ de bonis suis erigatur altare &c. & casus iste non euenit, quia descendentes ex filiis dicti Georgii testatoris sunt Hieronymus, & Carolus nepotes ex Ioanne Francisco filio testatoris, & ipsi habent filios, nam Hieronymus habet filium unum, & plures filias, & Carolus habet neptem ex filio præmortuo: & rebus sic stantibus non esset uerificata ɔditio, ꝙ dicti descendentes decessissent sine filiis: Est ergo uidendum, quomodo filii dicti Hieronymi cũ nepte dicti Caroli admittantur, & succedant in bonis testatoris,
1 & in hoc considerandũ est, † Quòd filij positi in conditione, qui faciunt deficere fideicommissum, ueniunt ad hæreditatem defuncti ab intestato tanquam proximiores, ut no. per glo. in l. Lucius. la 2. in gl. fi. ff. de hæred. insti. & illa gl. * communiter approbatur, ut post longam disputationem Alex. concludit in consi. 284. Viso tit. qōnis. lib. 2. in consi. 91. Ponderatis his. lib. 1. in ɔsi. 105. Perspectis uerbis. & in consi. 108. Viso themate eo. lib. 1. cũ simili. quæ nota sunt: & ab intestato esset dicendum, ꝙ neptis Caroli ex filio præmortuo ad portionem, & hęreditatem dicti Caroli admitteretur, quia ipsa in locum patris subrogatur. l. posthumorum. §. 1. ff. de iniu. rup. & irri testa. & in §. posthumorum autem. insti. de exhęre lib. & illa conditio, si decederent sine liberis. etiã vr̃ in tali nepte verificari, quia Carolus relicta dicta nepte non vr̃ decessisse sine filijs. l. 1. C. de cōdi. inser. & tradit Rom. in ɔsi. 148. Visis themate. & facit tex. in l. cum acutissimi. C de fideicōmis. in l. iubemus. §. sin autem. C. ad Treb. & per consequens vr̃, ꝙ dicta neptis consequatur bona testatoris, quę erant penes Carolum, & ꝙ altare non sit construendum. Sed t̃n prędictis nō obstantibus ɔtrium in casu isto de iure esse arbitror, videlicet ꝙ neptis dicti Caroli nullo modo ad bona dicti Georgij testatoris admittatur, sed duntaxat filius masculus dicti Hieronymi uocatus uideatur, quia illa uerba, sine filijs legitimis, & naturalibus. in casu isto intelligunt̃ de masculis, & non de fœminis, ut statim infra dicam. & si filiæ isto casu excludũtur, à fortiori neptes exclusę uidentur, arg. l. si uiua matre. C. de bonis mat. facit quod no. Bar. in l. fin. in ver. quęro de qōne. ff. ad Treb. & in l. Gallus. § etiam in ver. quęro iuxta prędicta. de liberis, & posth. & idem in statuto:
2 † quia si filię excluduntur, à fortiori neptes exclusę intelliguntur, ut not. Bal. in l. 2. circa fi. C. de in ius uocan. ubi inquit, ꝙ non debet plus concedi

concedi nepti, quàm filiæ. d. l. si viua matre. & idem Bal. in l. si ve ro. §. de viro. ff. sol. mat. in l. ꝙ verò. in prin. ff. de legib. facit quod no. Bar. in l. 2. §. fi. ff. ad Tertyl. in l. liberorum. ff. de verb. sig. Bal. in l. maximum vitium. C. de lib. præte. cum si. Quod autem in casu isto filiæ excludantur, probatur: nam extantibus filijs masculis ab intestato filiæ non succedunt, vt habetur in statuto, qui succedere debeant ab intestato. in 2. lib. vbi dicitur, ꝙ prima causa succes sionis sit, & esse debeat filiorum, & aliorum descendentium ma sculorum exclusis filiabus descendentibus. & de validitate huius statuti non videtur dubitandum, quia iusta ratione factum fuit, ut bona in familia conseruentur, arg. l. 1. §. pe. ff. de ven. inspi. no. Cy. in l. 1. C. de adul. Ioan. And. in rub. de succe. ab intesta. in addi. Spe. in versi. est sciendum. Ang. in consi. 68. Martinus Ioannes de Florentia. cum si. Et stante tali statuto tunc succedit not. decisio
3 Pet. de Anch. in l. tres fratres. ff. de pac. † vbi inquit, ꝙ quando filiæ à statuto excluduntur extantibus filijs masculis, in tali loco si testator facit mentionem de filijs simpliciter, intelligitur de ma sculis, & filiæ non comprehenduntur quia earum conditio est di uersa à masculis in succedẽdo propter statutũ. & sequitur Alex. in l. Gallus. §. j. in fi. ff. de lib. & posth. in l. hæredes mei. §. cum ita.
4 ff. ad Treb. & idẽ Alex. in consi. 127. Viso testamento. lib. 1. † vbi ad propositum concludit, ꝙ illa conditio apposita in testamento, si decesserit sine filijs legitimis, & naturalib. solum de masculis
a intelligitur, quando statutum [a] excludit filias à successione patris extantibus masculis. alleg. illam decisionem Pet. de Anch. in d. l. tres fratres. adducit etiam no. per Ang. & Cum. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. & quod no. Bar. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de ope. lib. cum si. & idem tradit Pet. de Anch. in consi. 124. Visis. in versi. secundo principaliter. & idem Alex. in consi. 119. Viso processu. lib. 5. & idem in terminis consuluit Pau. de Cast. in consil. 355. Viso dicto testamento. & in consi. 127. Iste casus frequenter cõtingit. vbi ponderat rationem, quę inferius ponitur de particulari institutione filiarum & quod supra dicitur de statuto ciuitatis, idem concludit Ant. de But. in consi. 10. Viso puncto, & quæsitis. & ad hoc etiam facit, quod not. Paul. de Cast. in
5 consi. 130. Dubitatur primo dicens, † ꝙ sicut verba intelliguntur secundum conditionem personæ, l. plenum. § equitij. ff. de vsu, & habi. ita etiam secundum conditionem loci debent interpretari, valet. n. argumentum de personis ad locum. l. 1. §. Offilius. cum l. 2. ff. ne quis eum. Et ista conclusio in casu proposito comprobatur ex mente testatoris, qui in testamento tantum filios suos masculos hæredes vniuersales instituit, filias autem in effectu exclu dit, quia illas in libris decem particulariter instituit, & noluit, ꝙ ulterius aliquid vltra dotem, & vltra illa decem petere possint, vt patet in testamento. vnde si testator filias proprias propter masculos exclusit, à fortiori videtur dicendum, ꝙ neptis, de qua agitur, exclusa videatur, ar. l. si viua matre. C. de bonis maternis. cum si. suprà alleg. & istam rationem ponderauit Pau. de Cast. in consilijs suprà allegatis: & Barto. in terminis hoc idem dicit in consil. 54. Ange. Mathiæ. & nouissime secundum istam conclusionem consuluit Pet. Phil. de Cor. in consi. 120. Quod de filia. in
6 2. lib. & in consi. 146. In hac consultatione. eod. lib. 2. † Nam dum testator filios suos masculos tantum instituit vniuersaliter, & non filias, & non videtur motus alia ratione, nisi vt in familia con seruentur, argu. l. j. §. pen. ff. de vẽ. inspi. cum si. s. allegatis: & cum nulla alia ratio videatur posse assignari, pro expressa illa haberi debet, ut not. per glo. ubi Bal. in l. quamuis. C. de fideicom. & hoc modo arguit Roma. in consi. 110. In præsenti causa. in princip. & in consi. 504 In casu proposito & Rapha. Cuma. in consi. 20. Proponitur, ꝙ ser Blancus. Alex. in consi. 40. Super hæsitatione. lib. 1. in consi. 22. Consideratis. li. 4. & no. Abb. in c. meminimus. per illum tex. de app. in c. 2. de requiris. eo. ti. in c. fi. de rescri. & in terminis quæstionis nostræ scribit Pau. de Cast. in consi. 77. Præsens casus. & in consi. 355. suprà alleg. & ideo attenta tali ratione, quia motus fuit testator, ut bona in familia conseruentur, quæ militat, & pariter procedit in casu, de quo agitur, dicendum est, & concludendum, ꝙ illa conditio sine filijs tantum de masculis intelligatur. Et hoc idem alia ratione confirmatur, quia inferius testator, quando patronos altaris constituit, tantum ex linea ma sculina proximiores vocauit, ergo pariter vr̃, ꝙ etiam suprà, dum loquitur de filijs, & de descendentibus per lineam masculinam
7 intelligatur, † quia vna pars testamenti secundum aliam intelligi tur. l. qui filiabus. in prin. vbi Bart. ff. de leg. 1. & in l. si seruus plurium. §. 1. eo. tit. & hoc in simili casu uoluit Pau. de Cast. in consi. 77. Casus iste frequenter contingit. vbi in substitutione facta alicui decedenti sine filijs illam de filijs masculis interpretatur: quia in alijs partibus testamẽti dictum de masculis fuisset. & idẽ Pau. de Cast. in consi. 355. Viso dicto testõ. & idem tenet Fulg. in l. 1. C. de cond. inser. quem Pau. de Cast. ibi refert, & And. Sic. in ꝯsil. 52. Circa hanc dubitationem. inter consilia Alex. in 4. lib. & hoc idem in simili casu dicit Raph. Cu. in consi. 127. Ant. in testamento instituit. ubi erat facta substitutio filio instituto, & decedenti sine filijs maribus. & idem in filio decedente sine nepotibus, & non dicebatur de nepotibus maribus, consuluit, ꝙ de nepotibus masculis substitutio intelligatur, & aliàs in simili casu consului, vt patet latius in consi. 15. Et certe concurrentibus s̃. dictis, ꝙ hic in loco viget statutum, ꝙ filia excludatur ab intestato existẽtibus masculis, & ꝙ testator tñ filios masculos hæredes vniuersales in stituit, manifeste coniecturæ sunt, ꝙ testator de filijs masculis in
8 tellexerit per s̃. dicta. † tacita etiam uoluntas, quæ ex coniecturis colligitur in testatore, sufficit. l. licet Imperator. vbi Bar. de leg. 1. l. cum proponeretur. in fi. de leg. 2. l. qui solidum. §. 1. eo. tit. l. cũ auus. de condi. & demon. Postremo in casu isto aduertendũ est: quia conditio apposita loquitur de filijs, dum dr̃, si decederent si
9 ne filiis. hoc non uidetur uerificari in nepote: † quia regulariter
b appellatione filiorum non ueniunt nepotes, [b] ut glo. ꝯcludit in l. filij appellatione. de uer. sig. in cle. j. in uerbo, liberi de baptismo. & de proprieRate sermonis sub noĩe filiorum non ueniunt nepo tes, ut no. Bar. in l. liberorũ. in prin. ff. de uer. sig. vbi alleg. Dy. in l. iusta ratione. per illum tex. de uer. sig. & idem sequit Bal. in l. Gallus §. instituens. in l. Titius. in prin. ff. de lib. & post. in l. filiũ. in 1. not. ff de his, qui sunt sui, vel alie. iur. in l. maximum vitium. ver. ex præmissis. C. de lib. præt. & in proposito in dispositione homi nis appellatione filiorum non ueniunt nepotes, ut tenet Fran. Accu. Cy. Ray. de Forli. Bal. & Imo. in l. Gallus. § institučs. de lib. & posth. idem Bal. in l. quisquis. C. ad l. Iul. maie. in l. in suis. in rep. de lib. & posth. Alberi. in tract. statutorum. in 2. par. in q. 107. Signo. de Mediol. in consi. 249. Quidam fecit testñ. in fi. Bal. in ꝯsi. 76 Agnes habebat. lib. 4. f̃m primam formã. & Ro. in consi. 598. In causa consultationis. in fi. & probatur in l. ꝙ nepotes. ff. de testa. tute. in §. si inst. qui dari tutores test. possunt in ratione, dum
10 ibi dr̃, ꝙ † si pater dedit tutorem filijs, non vr̃ dedisse nepotibus: quia aliter filij, aliter nepotes appellantur. & per istam rationem tollitur rñsio, quam tradit ad illum tex. Bar. in l. liberorum. ff. de verb. sig. dicens, ꝙ ille tex. habet locum solum in tutela, prout lo quitur, in qua agitur de onere respectu tutoris. nam d. Bar. cõfun ditur per rationem tex. qui generalis est. & ꝯ Bar. facit, quia tute la ex parte filiorum vr̃ fauorabilis, & uidemus, ꝙ latius interpre tatur datio tutoris, q̃ legatum. l. si quis filiabus ff. de test. tut. iuncta l. qui filiab. de leg. 1. & latè nouissime tradit Pet. Phil. de Cor. in consi. 182. Videtur prima facie. lib. 2. & in consi. 199. In præsen ti consultatione. eo. lib. 2. & in puncto iuris ista opinio uerior vr̃, licet aliter velit Bar. in l. liberorum. de verb. sig. cum si. vt dixi in consi. 95. In 2. dub. in hoc tñ non facio magnum fundamentum, quia non expedit stantibus supra dictis. Non obstant allegata suprà in ꝯtrium, & primo ꝙ dicta neptis obtineat locum patris: qa illud est verum quantum ad hæreditatem patris, sed hic agitur de bonis testatoris, ad quæ nec filia, nec neptis vocatæ videntur per s̃. dicta. Non ob. quod dr̃ in d. l. 1. de cond. inser. quia loquit, qñ dictum fuit sine liberis, vt ibi colligitur, si sine liberis. secus qñ dictum fuit sine filijs, vt in casu nostro. Vel secũdo allegata in ꝯtrium non habent locum, qñ aliud apparet de voluntate testatoris, & ita rñdit Pau. de Cast. in consilijs s̃. alle. & dixi in d. consi. 15. Nec conclusioni s̃. factæ obstat, si dicatur, ꝙ descendentes ex nepotibus testatoris sunt positi in conditione, & tñ vocati censen tur ab intest. iuxta gl. in d. l. Lucius de hær. inst. quia omissis pluribus, quæ dici possunt, ista difficultas cessat in casu isto stante con clusione s̃. firmata, ꝙ illa cõditio sine filijs intelligatur de masculis: quia statutum ita disponit, & tali casu masculi uocati vidẽtur ex testõ, quia ab intestato filij masculi nullam haberent prærogatiuam, l. maximum vitium. C. de li. præt. & ad hoc bene facit, qđ no. Bar. in l. 2. §. videri. ff. ad Tert. in l. maximum uitium. C. de lib.
11 præt. cum si. vt tradit Ro in consi. 33. Visa. † vbi inquit, ꝙ stante statuto, ꝙ stantibus masculis agnatis mater non succedat, tale statutum dispositionem inducit, & sic licet masculi videantur positi in conditione, quia ablatiui absoluti conditionẽ introducunt. l. à testatore. ff. de cond. & dem. Cal. in consi. j. in tit. de ver. sig. & talis ꝯditio expressa dr̃, ut no. Bar. in l. j. de cond. & dem. tñ ꝑ illam prærogatiuam masculini sexus, dispositio inducitur ad exclusionem aliorũ, & ita gl. in d. l. Lucius. limitauit, & declarauit insignis doctor do. Guid. Pap. in qõnibus suis parlamenti Delphinalis. in q. 184. In illa quæstione, qua quæritur. & ideo concludendũ videtur, ut

ADDITIONES.

a ¶ Statutum.] Idem Caro. Rui. consi. 36. lib. 3. Sed hãc rationem reprobaui in consilijs in mea epitome allegatis. adhuc non quadrat, quia ista erat per statutum patris sui hæres vnica.

b ¶ Nepotes.) Imo ueniunt etiam ad sui commodum, & ad acquirendum, vt Alex consi. 5. consi. 26. vbi dixi li. 3. Et multo fortius ad retinendum, & faciendum deficere fideicommissum, ut est casus in l. Lucius. 2. de hær. inst. late Soc. consi. 14. li. 1. Cor. consi. 97. lib. 1. Decius supra consil. j 38 9. Alex. consi. 1. lib. 1. ubi in annot. dixi.

videtur, vt s. dictum fuit. Quod supra conclusum fuit arbitror esse de iure ego Phil. Dec. Mediola. V. I. D. Regius Consiliarius, & in fidem manu propria me subscripsi, & sigillum meum consuetum apposui, & saluo semper meliori iudicio. Regij.

EPITOME Consi. CCCCCXLVI.

Superioris consilij thema hoc etiam complectitur, cum de eadem re agatur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum si dictauerit, ꝙ extantibus masculis filia femina non succedat, in personam masculorum dispositionem continet.*

2 *Statutum si disposuerit, ꝙ extantibus agnatis mater non succedat, dictũ statutum habet non solum virtutem exclusiuam matris, sed etiam virtutem inductiuam, ut agnati succedant.*

3 *Testamenti in vna parte expressum in alia expressum uidetur.*

4 *Tacitum pro expresso in vltimis voluntatibus habetur.*

5 *Expressum tacitum cessare facit.*



Onsului iam compluribus annis, dum à casu residerem in inclyta ciuitate Regij in fauorem Hieronymi de Rubinis, ꝙ eius filij masculi excluderent neptem Caroli fratris carnalis prædicti Hieronymi: hoc consilium meum reuocatur in dubiũ ex pluribus, quæ accurate, & subtiliter in contrarium inducit clarissimus doctor do. Iulius Scarlatinus de Regio. requisitus pro responsione eorum, quæ opponuntur, agam paucis, & secundum ordinem dubitorũ. Prima est difficultas de vniuersali fideicommisso, quæ difficultas non cadit, quia in consilio meo nihil dictũ fuit de fideicommisso vniuersali sed potius apparet me sensisse de fideicommisso particulari, dum in principio consilij refero me ad bona, de quibus voluit testator, ꝙ altare erigeretur, & ex verbis meis extorqueri non debet, quod non dixi, vt impugnatio gloriosa videatur: quia istud est sapere plus, quàm oportet. Secunda difficultas proponitur, quia dictũ Guidonis Papæ, in quo ego feci fundamentum, est contra cõem opinionem, licet ego illud sim sequutus in consi. cclxix. & in consi. 316. Sed respondetur, ꝙ dictũ Guidonis Papæ non est contra cõem opinionem: quia in tali dicto contradicentem habet neminem, & eius opinio verissima vr̃ per ea, quæ dixi in consilijs præallegatis, & præsertim inducitur, quod not. Bar. in l. liberorum. in versi. pone
1 exemplũ in themate. ff. de verbo. signi. † vbi concludit in statuto, ꝙ extantibus masculis filia fœmina non succedat; in personam masculorũ statutum continet dispositionẽ, quasi dicat masculi succedant, & non feminę, arg. l. fideicommissa. § cùm esset. de legat. 3 vbi Bart. etiam dicit, ꝙ ablatiui absoluti inducunt dispositionem. & idem dicit in l. 2. §. videndum. ibi, mihi vr̃. ff. ad
2 Tertyl. vbi in statuto, † ꝙ extantibus agnatis mater non succedat, concludit, ꝙ dictũ statutum habet non solum virtutem exclusiuam matris, sed etiam hẽt virtutem inductiuam, vt agnati succedant, quia ablatiui inducunt dispositionem. d. l. fideicommissa. §. cum esset. & hoc idem tradit Bald. in l. maximum vitiũ. C. de libe. præte. & ista conclusio confirmatur ratione efficaci, quia in casu, in quo loquitur glo. in l. Lucius. ff. de hære. insti. filij positi in ꝯdõne, qui excludunt substitutũ, veniunt ab intestato, quo casu veniunt pariter feminę cum masculis. l. maximũ uitiũ. C. de libe. præte. l. lege 12. tabularũ. C. de legi. hær. si ergo a statuto, vel testatore solũ masculi vocati sunt ad exclusionẽ filiarũ, necessarium est dicere, ꝙ vocati sunt masculi a testatore ex testamẽto, ut ipsi tm̃ admittant, quia ab intestato ẽt feminę venirẽt: & ideo decisio Guidonis Papę verissima vr̃, & latius dixi in locis s. allegatis, & gr̃a breuitatis vlterius non refero. Tertiò obijcit, quia dato, ꝙ opinio Guidonis ꝓcederet, ipse loquit̃, qñ expresse fuit dictũ de masculis, & nõ vr̃ habere locũ, qñ non exprimit̃ de masculis, sed ex ꝯiecturis illud colligitur: quia tunc ꝯcurreret duplex specialitas. Prima, ꝙ verbũ, filiis, restringatur in masculis. Secunda, ꝙ filii positi in ꝯdõne dicant̃ vocati, ꝯ l. 1. C. de dot. promis. Sed ad hoc respondet̃, & primo, qa dici põt, ꝙ hic fuit expressum de masculis, dũ testator ꝯstituit patronos ex linea ma
3 sculina descendentes, † & expressum in vna parte testĩ vr̃ expressum in alia. l. qui filiabus. in prin. de leg. 1. & hoc de verbo, masculis, quod expressum in vna parte testamenti intelligatur in alia, no. Abb. in ꝯsi. 36. Vr̃ primo. in versi. quinto probatur. in 1. lib. & idẽ Raph. Cu. in consi. 117. A. in testõ instituit. cum sim. vt dixi in ꝯsi. 15. & in consil. Præsentis causæ. & ꝙ intelligatur de masculis, probatur ex pluribus ꝯiecturis, vt dixi in ꝯsi. & in testamẽtis ẽt tacita voluntas sufficit, quę ex ꝯiecturis ꝯprehendatur. l. ꝓponeretur. in fi. l. qui solidũ. §. 1. de leg. 2. l. cũ auus. de ꝯdi. & dem. l. licet imperator. vbi Bar. de leg. 1. & hoc non vr̃ speciale, sed vr̃ secundum regulã: quia taciti, & expressi idẽ est iudiciũ. l. cũ qd.
4 ff. si cer. pet. † vbi Bar. ponit regulã, ꝙ in vltimis voluntatibus tacitũ pro expresso hr̃. Similiter non vr̃ speciale, ꝙ filij positi in ꝯditione sint vocati, qñ dicitur de masculis: quia vis verborum hoc indicat, quia dum dicitur de masculis, excluduntur fęminæ, quia verbum, masculus. adaptari non potest fęminæ, vt tradit Abb. in ꝯsi. præal. 36. Vr̃ primò. vbi hoc declarat: & idẽ Anto. de But. in ꝯs 46. Rectè decisum est. & Io. de Ana. in ꝯsil. 22. Ad approbandũ. & ita patet, ꝙ hic non ꝯcurrit duplex specialitas: & qñ ꝯcurreret, deberet tolerari; quia vna esset in ꝑnam alterius, iuxta no. ꝑ Bar. in l. si is, qui ꝓ emptore. ff. de vsucap. & sic hæc tertia oppositio ex tota remota vr̃. Quartò opponitur, ꝙ ẽt ex alio capite dictũ Guidonis Papę non vr̃ habere locũ in isto casũ, quia in ciuitate Regij statutũ viget, ꝙ fœminę ab intestato non succedant extantibus masculis, vnde quod à testatore dictũ est de masculis, vr̃ expressum, ꝙ tacitè intelligebatur ꝑ ꝑ statutum, & eius expressio nihil operatur. l. 2. de leg. 1. & ꝑ ꝑ statutũ vr̃ cessare rõ superius allegata, dũ dictũ fuit, ꝙ ab intestato de iure cõi fœminæ simul cum masculis admitterentur. d. l. maximũ vitiũ. & in terminis Soc. scribit in ꝯsi. 116. In causa filiorũ. in vers. sed contra hoc posset ingeniosè instari. in 3. lib. vbi ꝯcludit prædictã rõnem cessare stante statuto exclusiuo fœminarũ ab intestato: quia testator vr̃ conformare se cũ statuto, vt masculi veniãt ab intestato excludendo fœminas, prout statutũ dicit, per ea, quæ no. Bar. & doct. in l. hæredes mei. §. cũ ita. ff. ad Treb. Sed etiã ad ista rñdetur, & primò dum dr̃, ꝙ testator exprimendo de masculis videt̃ exprimere, quod tacitè inest, cuius expressio nihil operatur, vt supra arguitur: nam hoc est verum, quando expressio fit eodẽ modo, quo inest, secus si aliter exprimatur, quàm insit: quia tunc expressio operatur, vt no. Bar. & doc. in d. l. 2. de lega. 1. & ita videtur in casu isto: quia exclusio statuti est ab intestato, sed exclusio fœminarum facta à testatore est ex testamento, qa exprimendo de masculis in testamento videtur excludere fœminas, quibus illud verbum, masculus. adaptari non potest, ut no. Abb. in d. consi. 36. lib. 1. cum sim. suprà allegatis. & ratio, quam domi. Soc. adducit, nõ valet in isto casu, dum dicit, quòd vr̃ testator se conformare cum statuto: quia hoc est verum quantũ ad exclusionem feminarum absolutè, sed non quò ad modum exclusionis, quia statutum ab intestato loquitur, & verba testatoris sunt dispositiua in testamento, vnde in hoc non potest esse conformitas, quia ex testamento, & ab intestato contraria sunt, & conformitas, & similitudo videtur facta, quatenus locũ habere possit. l. 1. §. lex Falcidia. vbi Bar. ff. ad leg. Falci. c. indemnitatibus. §. pen. de elect. in 6. & facit quod not. Bar. de causa effi-
5 cienti. in l. 1. §. hæc actio. ff. si quis testa. liber. † & quia expressum facit cessare tacitum. l. cum ex filio. §. filio. vbi Bart. ff. de vulga. & pup. & prouisio hominis tollit prouisionem legis. l. fi. C. de pact. conuen. cùm ergo testator vocauerit ipse masculos, & exclusérit fœminas, non cadit, ꝙ tacitè sit facta relatio ad statutum, & negari non potest, quin masculi vocati sint ex testamento, vt suprà dictum est: ergo habemus intentum. & per hoc non obstat, ꝙ fœminæ exclusæ sint ab intestato per statutum, & quòd ratio superius allegata cessare videtur, quia non cessat ratio principalis, quæ est, ꝙ masculi sint vocati à testatore in testamento, vt suprà dictum est. & in tali vocatione tota vis consistit. Quintò opponitur, ꝙ aliàs consultum fuit pro fęmina, ꝙ non excludatur, & quòd illa conditio filiorum non restringatur in masculis, vt patet in consi. 54. aliàs 49. in quarto libro consiliorum Alexand. Sed respondetur non esse nouum, ꝙ doct. dissentiant, sed in casu isto, in quo aliàs consului Regij anno 1516. visa fuit mihi verior opinio, quòd fęmina excludatur propter volũtatem testatoris, quæ ex pluribus cõiecturis colligitur, vt dixi in consilio, & si vellem rationes omnes discutere, quæ in vtranque partem offerun tur, longum esset: sed concludendo ab eo, quod consului, non videtur recedendũ. Sextò & vltimò dr̃, ꝙ ex persona Caroli eius neptis deberet admitti, quia ipsa s̃m statutum excluderet agnatos: & hoc s̃m opinionẽ Soci. qui voluit, ꝙ persona ipsius grauati, & non primi testatoris attendat, vt in motiuis dr̃. Sed ex ibi dictis responsio colligitur: quia cùm agatur de fideicõmisso, in quo testatori succeditur, l. cohæredi. §. cùm filię. de vulg. & pup. persona ipsius testatoris dẽt attendi, cùm ab illo procedat fideicõmissum; & quia in dubio verba ad ipsum testatorem referun tur, l. cũ in testamento. vbi Bart. ff. de auro. & argen. leg. & in l. ex facto. in prin. ff. ad Trebel. & ipse Soc. tradit in consi. 249. Materia præsentis consultationis. ver. prima difficultas est. in 2. lib. & in l. si cognatis. versi. prima ꝯclusio. dum loquit̃ de vulgari substitutione, & considerat illum, de cuius manibus quis accipit hæreditatem. Et vlterius considerandum est: quia cũ verba conditionis filiorũ de masculis tm̃ intelligantur, vt s. latè dictum est, neptis dicti Caroli non admitteretur, quia fęmina: & per hoc ẽt tollitur difficultas, quæ fuit mota vltimo loco, dũ dr̃, ꝙ filij Hieronymi viderentur vocati solùm ad portionẽ eorũ patris Hieronymi, & non ad portionem Caroli eorũ patrui, per ea, quæ tradit Alexan. in ꝯsi. 167. Videretur. in ver. ꝙ autem. lib. 5. nã ista disputatio caderet, si Carolus habuisset filios masculos: sed cũ sola neptis

la neptis ab eo relicta ſit, quæ cum ſit fęmina, excluditur ſecun-
dum ſupradicta, indubitanter filij dicti Hieronymi videntur vo
cati ad fideicommiſſum bonorum, de quibus altare cõſtrui de-
buiſſet. & ex prædictis reſoluta ſunt omnia dubia, quæ obſtare
conſilio meo videbantur, & hæc dicta ſunt pro defenſione con-
ſilij mei, & ideo concludo me cõſuluiſſe pro veritate, & iuſtitia,
& ita ẽt in fidem propria manu me ſubſcripſi. Phil. Dec. Piſis.

EPITOME Conſi. CCCCCXLVII.

Nicolinus quinque filiorum pater tres puta I.B. & M. vniuerſa-
liter inſtituit, alios aũt duos particulariter, cuilibet ipſorũ ſi-
ne filijs decedenti ſuperuiuentem ſubſtituendo. Adita hæ-
reditate M. decedit ab inteſtato ſine filijs. Reliqui quatuor
conuentione facta æqualiter diuidunt omnia bona, Deinde
B. obijt relicto C filio. Decedit quoque F. ſine filijs relicto
dicto C. nepote ex fratre hærede cum alijs duobus. Tandem
P. ẽt obijt relicto A. filio, & hærede, cui ſine filijs decedenti
ſubſtituit quatuor in codicillis nominatos. Reſpon. Dec. te-
ſtatoris diſpoſitionem obſeruandã eſſe, cui hæredes cõtraue-
nire non poſſunt. Ideo I. & C. repetunt ab hæredib. F. & P.
partem hæreditariam M. vi ſubſtitutionis teſtamentariæ, &
etiam pinguiores in conuentione eis aſſignatas. Et de hæredi
taria parte F. debentur duæ vnciæ C. vi inſtitutionis ei factæ.
Et quantum ad bona P. de duabus quartis A. teſtari poterit,
reliquum inter quatuor ſubſtitutos fideicom. ſubſtitutione
diuidetur.

SVMMARIVM.

1 *Pater relinquere poteſt plus vni filio, quàm alteri, dummodò quòd re-
linquitur, non ſit minus legitima.*
2 *Teſtator ſi legauit centum Titio, ut fundum emeret, Titius non adſtringi-
tur, vt fundum emere teneatur.*
3 *Hæredi non licet etiam ex proprio iure contra defuncti factum venire.*
4 *Filij hæredes diſpoſitioni teſtamenti paterni præiudicare non poſſunt.*
5 *Solutum indebitè reuocatur condictione indebiti, vel ſine cauſa.*
6 *Teſtator ſi inſtituit filios maſculos hæredes, & filiam in certa quantitate,
deinde diſpoſuit, quòd ſi aliquis eorum ſine liberis deceſſerit, portio eius
ad ſuperuiuentes deueniret, quid iuris.*
7 *Succeſſionis prima cauſa liberorum eſt.*
8 *Legitima, & Trebellianica de fideicommiſſo vniuerſali detrahuntur.*

Viſo puncto. & arbore deſignato in effectu quęritur
de iuribus cõpetentib. do. Cæſari in bonis olim
domini Nicholutij antiquioris de Rondinellis, qui fe-
cit teſtamentum, & deceſſit reliquis quinque filiis, de
quibus ſingulis vidẽdum erit. Et primò de hæreditate Io. Mariæ
dicẽdum eſt qui deceſſit ab inteſtato ſine filiis, & quia dictus do.
Nicholutius ex quinque filiis tres tm̃ vniuerſaliter hæredes inſti-
tuit, videlicet Iacobum, Ioan. Baptiſtam, & Ioan. Mariam, alios
duos Ioannem Franciſcum, & Ioannem Paulum in quibuſdam
bonis particularibus inſtituit, quia fuerunt teſtatori inobedien-
tes, volentes uiuere ex ſuo capite, ideo illos vniuerſali hæredita-
te priuauit. & non vr̃ dubitandum patrem hoc facere potuiſſe,
1 † quia pater põt relinquere plus vni filio, q̃ alteri, dũmodò qđ
relinquitur, nõ ſit minus, quam legitima l. parentibus vbi Barto.
C. de inoffi. teſta. & in l. hac edictali § 1. C. de ſecund. nup. & tra-
dit Bal. in conſi. 334. Punctus, pater diligens filium. lib. 3. alle. tex.
in § fi. in Auth. de nupt. & iſta cõcluſio maximè vr̃ procedere, ſi
hoc factũ ſit ex cã vt in caſu iſto contingit: quia pater atteſtat
ſe hoc feciſſe ex cauſa, q̃a dicti filij ꝯtinuè fuerunt inobedientes,
& ꝯ̃rij voluntati patris, & volentes ex ſuo capite viuere, & non
ſecundũ bonos mores, & voluntatẽ patris; tenetur n. filius patri
obedire. l. veluti. ff. de iuſt. & iure. l. 1. § & generaliter. ff. de ven.
in poſſeſ. mitten. & facit quod not. Io. And. in regula in malis. de
reg. iur. in 6. & quia non viuebant ſm bonos mores, ergo ſm ma
los mores vr̃ ꝙ viuerẽt, quo caſu mali mores corrigi debent. l. 1.
C. de ſecun. nup. & ho. Bal. in conſ. 164. Cęcilia receſſit lib. 3. & ex
his iuſtificatur, qđ factũ fuit à patre in teſtõ, & valet diſpoſitio
teſtatoris dato, ꝙ iratus illã feciſſet. l. in ipſius vbi Bal. C. fam. erc.
& ſic ſtat prima ꝯcluſio. ꝙ ualida, & iuſta fuit diſpoſitio teſtato
ris, qui in iſto caſu filios inæqualiter inſtituit, & dẽt omninò ob-
ſeruari, quia vr̃ habere locũ in iſto, quod dicitur in § fin. diſpo-
nat, quod velit teſtator, & pro lege ſeruabitur. in Auth. de nup.
& facit tex. in l. 1. C. de ſac. ſan. eccl. Secundò videndum eſt, quia
dicti duo fratres ex tribus, qui poſt mortem dicti Ioan. Mariæ
remanſerunt & mori bono zelo cum alijs duobus fratribus par-
ticulariter inſtitutis conuenerunt, ꝙ æqualiter inter ipſos qua-
a tuor fratres omnia [a] diuiderentur, non attenta diſpoſitione te-
ſtatoris, vnde videndum eſt, an dicti quatuor fratres potuerint
hoc facere ꝯ̃ voluntatẽ, & diſpoſitionem teſtatoris. Et prima fa
cie videbatur dicendũ, ꝙ ſic quia talis diſpoſitio erat in fauorẽ
duorum ex tribus hæredibus vniuerſaliter inſtitutis, qui reman-
ſerunt poſt mortẽ Ioannis Marię, vnde vr̃, ꝙ ipſi potuerint re-
cedere à diſpoſitione teſtatoris, & fauori ſuo renuntiare. l. pen.
C. de pac. l. 2. C. vt in poſ. leg. in c. ad apoſtolicã. de reg. in c. ſi de
terra. de priuile. & ſpecialiter facit tex. in l. Titio centum. in prin.
2 de cond. & demon. † vbi teſtator legauit centũ Titio, vt emeret
fundum, nõ aſtringitur Titius, vt teneatur emere fundum: quia
à tali diſpoſitione teſtatoris, quæ erat in eius fauorem, Titius le
gatarius recedere põt. & in ſimili caſu tradit Old. in conſi. 241.
Factum tale eſt. in fi. vbi præceptum factum a teſtatore, ꝙ hære
ditas ſua non diuideretur vſque ad decem annos poſt mortem
teſtatoris inter filios, & nepotes ſuos etiam interpoſito iuramẽ-
to poſſunt tñ prædicti filij, & nepotes diuidere hæreditatem nõ
obſtante præcepto teſtatoris, quia in fauorẽ ipſorum factũ fuit
dictũ præceptum, & interpoſitũ fuit iur̃m, ꝙ ab eis remitti põt.
c. præterea. de ſponſ. & ita primo motu videbatur dicendum.
His tamen nõ obſtantibus vlterius cogitanti cõtrarium vr̃ de iu
re, ꝙ imò diſpoſitio teſtatoris, qui filios inæqualiter hæredes in-
ſtituit, debeat obſeruari § diſponat. in Auth. de nup. & non vr̃,
ꝙ filij hæredes ꝯ̃uenire potuerint diſpoſitioni teſtatoris, qui iu-
ſtam indignationem ꝯ̃ filios inobedientes ſuſcepit: quia hære-
des debent diſpoſitionẽ teſtatoris adimplere. in auth. hoc am-
plius. C. de fideicõ. & facto defuncti contrauenire non poſſunt.
3 l. cum à matre. C. de rei vend. † vbi non licet hæredi ẽt ex ꝓprio
iure venire ꝯtra factũ defuncti. & ratio ſecundum Bal. ibi vide-
b tur, quia hæres reputatur eadem [b] perſona cum defuncto. §. 1.
in Auth. de iureiu. à mo. præſti. & iſtam rõnem ẽt adducit Fulg.
in conſi. 67. Paterfamilias teſtamento. facit tex. in l. hæredem. ff.
de regu. iur. & no. Pet. de Anch. in conſi. 26. In quæſtione. in fi. &
ad idem facit tex. in l. ex qua perſona. ff. de reg. iur. in l. ſi tertius.
§ fi. ff. de aqua plu. arc. in l. ſi ab eo C. de nego. geſt. in l. ſi vxor. C.
de bo. auth. iud. poſſi. & cũ ſupradictis concordat Imo. in conſi.
4 112. In cauſa, quæ vertitur. in verſi. item non vr̃. † vbi dicit, ꝙ
non poſſunt filij hæredes præiudicare diſpoſitioni teſtamenti pa
terni. & idem Roma. in conſi. 18. Viſa facti narratione. circa fin.
Pau. de Caſt. in conſi. 17. In cauſa, quæ vertitur. vbi alleg. d. l. cũ à
matre. ex quibus omnibus concludendũ vr̃, ꝙ filij, & hæredes di
cti domini Nicholutij debuerunt obſeruare diſpoſitionem dicti
Nicholutji teſtatoris, & illi contrauenire non potuerũt reducen
do omnes filios ad æqualitatẽ, quos teſtator uoluit eſſe inæqua-
les. Non obſtant allegata ſupra in contrariũ, quia haberẽt locũ,
ſi ordinatio teſtatoris fuiſſet ſolum in fauorem eius, qui renun-
tiauit, prout iura allegata in contrariũ loquuntur. Secus uidet̃,
ſi agatur de intereſſe alterius, q̃ renuntiantis, ut not. in d. l. Titio
centum. in princ. & in d. l. penul. C. de pac. & ita vr̃ in iſto caſu,
quia agitur de intereſſe teſtatoris, qui voluit filios inobedientes
eſſe inæquales propter eorũ demerita. & iſta iuſta voluntas teſta
toris non debuit, nec potuit à filijs hæredibus impugnari, & ſtan-
te hac cõcluſione, quæ uidetur veriſſima, portiones hæreditatis
Ioannis Mariæ, quæ aſſignatæ fuerunt Ioanni Franciſco, & Ioan
ni Paulo, ſimiliter pinguiores portiones quæ eiſdem datæ fuerũt
de bonis cõibus prætextu ꝯuentionis factæ inter omnes, ꝙ bo-
na omnia æqualiter diuiderentur, quia indebite ſolutæ fuerunt,
& per errorem debent repeti à Iacobo, & Ioanne Baptiſta, qui
poſt mortem Ioannis Mariæ hæredes vniuerſales remanſerunt
5 ex teſtõ domi. Nicholutij antiquioris, † quia ſolutum indebite
reuocatur ꝯdõne indebiti, vel ſine cauſa, l. 1. l. quod indebitum.
l. eleganter. in fi. ff. de condi. indeb. l. 1. C. eo. titu. facit text. in l. ſi
cùm te. ff. de pact. eodem modo promiſſum indebite debet re-
uocari. l. is cui plus. ff. de condi. indeb. l. qui ſine. ff. de condit. ſine
cau. l. pen. § mulier. ff. ſoluto matrimon. facit tex. in l. ſi penæ §.
quamuis. ff. de condi. indebit. l. ſi à patre. C. eod. titu. & tale ius re
petendi competeret dictis Iacobo & Ioann. Baptiſtæ, ſi uiuerẽt
vnicuique pro dimidia, ex quo ipſi duo tantum remanſerunt
hæredes, & illis mortuis ad eorum filios, & deſcendentes; &
cũ ex dicto Ioanne Baptiſta ſolus do. Cæſar remanſerit, ad ipſum
ius repetendi pro dimidia videtur competere. Quòd autem di-
ctæ portiones indebitè ſolutæ fuerint, probatur primo in hære-
ditate Ioan. Mariæ, cui decedenti ſine filijs teſtator ſubſtituit
reliquos

ADDITIONES.

a ¶ Omnia.] Ideſt ad ſummum paterna & fraterna, derogando teſtamen
to, & ſcienter. Et ſic in hac principali q. vſque ad nume. 7. Decius malè
conſuluit. Si enim hi poterant totas portiones ſuas alijs dare, Cur non
æqualiter diuidere?
b ¶ Eadem.] Ergo poterant eis remittere, & eos æquales facere, vt pote-
rat defunctus, quia non agatur de alterius ſubſtituti præiudicio.


reliquos suos filios masculos superuiuētes: ista enim clausula intelligitur de reliquis filiis masculis superuiuentibus, qui sunt vniuersaliter instituti: & ita duntaxat sunt vocati Iacobus, & Ioan. Baptista hæredes vniuersales, non autem veniunt in tali substitutione Ioan.Fran.& Ioan.Paulus qui fuerunt instituti in certis bonis particularibus,ut not.Bart.in l fin.ff.ad Treb.in ver.iuxta hoc
6 quæro.† vbi testator instituit filios masculos hæredes, & filiam in certa quantitate,deinde disposuit, φ si aliquis eorum decesserit sine liberis,portio eius deueniret ad superuiuentes:concludit, φ in tali substitutione ex verisimili mente testatoris non sit vocata filia particulariter instituta: quia cùm masculos vocauerit tantum in institutione vniuersali, præsumitur, φ etiam illos voluerit præponere in dicta substitutione.l.Lucius.§ pater ff.ad Trebel. in l.1.C.de impube. & aliis substi.& quod dictū est, etiam tenet Bar.in l.Lucius.ver.sed pone.ff.de vulg.& pupil.Bald.in l.in testamento.in versic.sexto quæritur.C.de testa mili.Alex.in consi.66. Viso testamento.in prin.lib.2.Et ideo illa substitutio, dum testator dicit,& si aliquis dictorum filiorum masculorum decederet sine filiis masculis,substituit reliquos filios suos masculos superuiuentes.debet intelligi de filijs superuiuentib. vniuersaliter institutis.ita quod prædicti Ioannes Franciscus,& Ioan.Paulus particulariter in certis rebus instituti in dicta substitutione non comprehendantur.per supradicta. & hoc etiā in terminis tradit Pau.de Cast.in consi.359.Viso testamento Michaelis.& ibi dicit vnū, quod in proposito specialiter benefacit.dum inquit, φ illa clausula substitutionis debet referri ad proximè præcedentia, vbi loquitur tantum de filijs vniuersaliter institutis; & ita etiam videtur in isto casu, quia post institutionem factam vniuersaliter de tribus filiis immediatè subijcit, & si aliquis dictorum filiorum &c.vnde consonat, φ dicta substitutio referatur solum ad filios vniuersaliter institutos, de quibus suprà proximè dixit, ut not. Paul.de Cast.in consil.præall. Et sic patet, φ portiones hæreditatis Ioan.Mariæ indebitè solutæ dictis Io.Francisco,& Ioan.Paulo ideo repeti possunt,ut supra dictum est. Similiter portiones pinguiores,quæ peruenerunt ad dictos Io.Franciscum, & Io. Paulum ex communibus bonis de communi concordia illis assignatis. quia talis conuentio valida non videtur contra voluntatem testatoris,ut suprà dictum est,etiam dictæ portiones indebitè solutæ repeti possunt per supradicta Et quantum ad dominum Cesarem,de quo queritur,illi ex persona patris Ioānis Baptistæ ius competit contra hæredes Francisci, & contra hæredes Iacobi ad repetendum pro dimidia illud totum quod habuerūt pro hæreditate Io.Mariæ,& de communi hæreditate,quæ illis communicata fuit,pro alia dimidia hæredes Iacobi uocati uidentur:quia condictio indebiti transit ad hæredem.l.si fundi.ff.de cōdi.inde. & talis condictio datur ex bono,& æquo l. hæc condictio. ff. de condi indebi. & habet naturalem æquitatem. l. nam hoc natura. ff.de condi. inde.ideo datur etiam ad fructus,qui accepti fuerūt. indebiti.in prin.ff.eo.tit.Item do. Cæsari uidetur ius competere in hæreditate eius patris Ioan.Baptistæ, qui illum hæredem instituit,unde ex testamento vocatus est, & etiam ab intestato admit
7 teretur:† quia prima causa successionis liberorum est.authen. in successione.C.de suis,& legi.& in §.1.in Authen.de succes.ab intest.& de hoc non uidetur est dubitandum.Item quæritur de hæreditate Io.Francisci,qui est patruus dicti domini Cæsaris,& decessit sine filijs cum testamento, in quo instituit dictum dominum Cæsarem pro dimidia cum quibusdam aliis duobus,uel tribus,inter quos illa dimidia erit diuidenda,& cum hæreditas diuidatur in duodecim vncias,ut in §.hæreditas.instit.de hæredi. institut.in l.interdum.§.1.ff.de hæred.institu. si sint tres instituti in dimidia,vnicuique duæ vnciæ debentur;si sint quatuor, cuilibet debetur vncia cum dimidia. Successiuè quæritur de hæreditate Io.Pauli,qui successiuè habuit filium Alphonsum ab eo institutum,cui decedenti sine filijs masculis substituit Ioan. Franciscū, & Ioan.Paulum fratres dicti Io.Pauli.& ulterius in codicillis substituit alios duos Nicholutium,& Ioannem Antonium nepotes ex Iacobo eius fratre:& talis substitutio facta in codicillis intelligitur per fideicommissum.l.Scæuola.ff.ad Treb. quia hæreditas directo in codicillis dari non potest.§.fin.insti.de codicillis.l.2.§. fin.ff.de iure codicill.in l.hæreditatem. C.de codicil.Et sic ut patet ex prædictis,quatuor substituti fuerunt proprijs nominib. dicto Alphonso,inter quos erat Ioan.Baptista uocatus pro quarta parte,si uiuebat tempore mortis Alphonsi:& illa quarta pars domino Cæsari debetur filio dicti Io.Baptistæ. Et dum quæritur de qua parte d. Alphonsus potuerit testari, dicendum est de legiti-
8 ma,& de Trebellianica,† quæ detrahuntur de fideicōmisso vniuersali, quando diuersis temporibus detrahi debent secundum
* *communem* opinionem,quæ in scholis,& iudicijs approbatur,ut dicit Ang.in l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vul.& pup.& in l. in ratione.§.quod vulgo.in gloss.1.ff.ad legem.Falc.cum simil.vt tradit Alex.in consi.142. Circa primam dubitationem. in 2. dubio. lib.2.in consi.68.Circa præmissam.lib.4.cum si. Vltimo domino Cęsari ius agendi competit ex testamento dicti.Alphonsi,qui dictum Cæsarem instituit pro dimidia,& pro dispositis in testamēto,quæ actiones competant tam ratione possessionis,quàm proprietatis.habetur in practica Papiensi in forma libelli. Quomodo petitur hæreditas ex testamento,Et vltimò,dum quæritur,an vtilius sit agere ad bona Ioan.Pauli ex eius testamento,vel ex testamento Alphonsi eius filij videtur dicendum, φ agatur ex testamento filii Alphonsi,quia cum Alphonsus habuerit hæreditatē patris Ioan.Pauli fuit effectum unum patrimonium,& omnia in hæreditate Alphonsi reperiuntur.l.sed si plures §.filio.ff.de vul. & pup.facit text.insti.qui ex cau.manu.non licet.in §.1.& insti.de hær.quali.& dif.in 1.no.Bar.in l.si creditores.in fin.ff.de sepa.bo. Alex.in consi.13.Perspectis his.lib.5.Et ex his responsum fuit ad omnia quæsita. Phil.Dec.Pisis.

EPITOME. Consi. CCCCCXLVII.

Tacita societas omnium bonorum æquiparatur societati expressæ,ita quod omnia includuntur,quæ sicut contrahitur inter fratres,quando diu simul vixerūt in hæreditate patris indiuisa cum lucrorum communicatione absque rationis redditione, ita resoluta, si post diuisionem prædicti actus interuenerunt, renouata censetur.

SVMMARIVM.

1 *Societas est contractus,qui consensu contrahitur.*
2 *Societas, quæ fuit finita per mortem patris, cum filijs renouatur, si filij vtantur eisdem ministris,etiamsi sint pupilli tutore tacente.*
3 *Societas quomodo inter fratrem,& fratris filios continuetur.*
4 *Societas,quæ finita erat,si tacitè renouata fit,renouata præsumitur cum illis qualitatibus,cum quib.à principio ordinata fuit.*
5 *Societatem tacitam illi actus inducunt,qui citra ius, & societatis nomen fieri non possunt.*
6 *Societatem limitatam quo pacto actus limitati inducant.*
7 *Societas omnium bonorum inter fratres probatur ex actibus difformibus in se veritatem habentibus.*
8 *Societatem contrahi ...s simpliciter,quando veniunt illa tantùm, quæ ex quæstu prouenient.*



Isa consultatione clarissimi V.I.doct. do Ioannis de Gaidis,& approbatione celebratiss.iurecōsulti domini Marci de Aunis requisitus de subscriptione amplector vltimam conclusionem, in qua uidetur dominus consultor residere:& videtur sine dubio procedere:quia dato,φ alias diuisio facta fuisset,communicatio tñ omnium bonorū renouata videtur ex his, quæ longo tēpore interuenerunt,prout concludit Rom.in cons.418.In eo qd quæritur.
1 cū si.suprà alle.Et hoc ɔfirmatur:†quia societas est contractus,q consensu ɔhitur.insti.de obli.quæ ex cōsensu ɔhi.in prin.l.ex cōsensu.in prin.ff.de act.& obli.ergo à ɔrio sensu resoluitur.l.1. C. qñ liceat ab emptio.discedere.& in l.ab emptione.ff.de pactis.Et φ societas,quę fuisset dissoluta,renouari possit,est tex in l.planè. ff.pro soc.& per illum tex.hoc tradit Abb.in cons.88. Quidā fecerunt.lib.2. vbi extendit illum tex.vt habeat locum etiam in tacita societate,de qua agitur:& de renouatione societatis tradit ēt Ale.in consi.131.Perlectis,& ponderatis his.li.5.vbi ad hoc indu
2 cit,quod no. Bal.in l.mandatū.in 2.oppo.C mā.† vbi societas, q̄ fuit finita per mortē patris,renouatur cū filiis, si filij vtātur eisdē ministris,etsi sint pupilli tutore tacente.& idē Bal. in l. si patruus.
3 C.communia vtriusq; iudi.† vbi dicit, φ si erāt duo fratres,q faciebant simul mercantiā,& vno mortuo alter cōtinuauit cū filijs fratris,vr cōtinuare societatē,& renouatur,cum priùs per mortē fuisset extincta:& facit tex.in l.ită qritur.§.q impleto.ff.loc. & in renouatione societatis ēt scribit Bal.in ɔs.114.Pūctus,sup quo
4 petitur ɔsiliū li.2.in ver.sciendū est,† vbi inquit, φ societas, quæ erat finita,si tacitè renouata sit,ɔsumitur renouata cum illis qualitatibus,cū qbus fuit à principio ordinata.& f m prædictā ɔclusionē nouissime cōsuluit Soc.in ɔsi.87.In pręsenti ɔsultatione.in
5 ver.circa secūdā quæstionē.† vbi ɔcludit,φ illi actus inducunt tacitā societatē,qui non possunt fieri citra ius, & nomē societatis, vt not.Bart.in l.Titiū,& Mæuiū.§.altero.ff.de admi.tut.& in l.si patruus.in fin.C.ɔmunia vtriusq; iudi. Et pariter illa actus inducūt renouationē societatis,ut ibi latius tradit.Est ergo vidēdū,ex
* quibus actibus tacita societas omniū bonorū inducatur,& *cōis ɔclusio illa videtur, φ qñ fratres diu simul vixerūt cū hæreditate
a patris indiuisa,& lucra omnia[a] cōicauerūt, & expēsarū circa res, & personas vtriusq; familiæ rationes adinuicē nō reddiderūt, videtur ɔcta societas tacite omniū bonorū,ut tradit Bar.post Old. in d.

ADDITIO.

a ¶ Omnia.) Idest ad summā paterna,& fraterna,derogando testamēto,& scienter.Et sic in hac principali q.vsq; ad num.7.Decius malè consuluit.Si enim hi poterāt totas portiones suas alijs dare,Cur nō æqualiter diuidere

in d.l.Titium.§.altero.in d.l.si patruus. Et prædictam conclusionem latè prosequitur Pe.de Anch.in consi.303. Materia, de qua queritur. Ange.in consi.112. Bona acquisita. Ant.de But.in consi.71. Primò videtur. Roma.in consil.291. Cùm isti fratres.& dixi in consil.21.& in consi.73.cum simi.quæ not.sunt. Vnde sicut actus prædicti inducũt tacitam societatem omnium bonorum, pari ratione si fuisset facta diuisio, & post diuisionem prædicti actus interuenerint, renouata videtur societates, prout So. concludit in d.consi.87.& idem Ro.in consi.205. In puncto proposito. in ver. tertio principaliter. Non ob. ꝙ in dicta societate tacita veniant tantùm illa, quę ex quæstu acquiruntur, & proueniunt, l.coiri.cũ l.seq.ff.pro soc.& not.per gl.in l.cùm duobus. §. socium vniuersa.in verbo, omnium.ff.pro soc.not.Alex. in consil.154. Videretur circa consultationem.li.2. Quia respondetur declarando, vt dixi in consi.68.suprà alleg.ver.non ob. dum dixi, ꝙ societas est contractus, qui consensu contrahitur.l.cõsensu ff.de act.& obl. insti. de obli.quæ ex consensu. Et talis cõsensus bene declaratur ex actibus, qui fieri nõ possint citra ius, & nomen societatis, ut ꝑ Bar.in d.l.si patruus.& in d.§ altero.cum si.suprà allegatis. Et tali modo non solùm tacite societas contrahitur in his, quæ ex quęstu proueniunt, sed vniuersaliter in quibuscunque bonis, si actus promiscui difformiter interuenerint: quia eadem est volũtas cõ-
6 municandi omnia vniuersaliter: † licèt enim actus limitati limitatam societatem inducant, ut not.Bart.in l.1.§ si quis hoc interdicto.ff.de iti.actuque pri. tamen quando eadem est voluntas communicandi vniuersaliter, vt quia communicatio facta sit de omnibus, & quibuscunque lucris, vniuersaliter debet iudicari, ꝙ sit
7 facta societas, vt no.Bal.in l.si patruus. † vbi concludit, ꝙ ex actibus difformibus in se varietatem habentibus inter fratres societas omnium bonorum probatur. idem Bald.in addi.ad tractatum Bar.de duobus fratribus. Et non videtur differentia inter societatem expressam, & tacitam data paritate terminorum: quia ita tacita sicut expressa in omnibus bonis contrahi potest: quia cum solo consensu contrahatur, vt suprà dictum est, par virtus est taciti, & expressi.l.cùm quid.ff.si cer.pet. Non ob.gl in d.l.cum duobus §.socium vniuersa.in verb.omnium. quia non facit differentiam inter tacitam, & expressam, sed solùm loquitur de expressa, quæ consideratur duobus modis: vno modo quando fuit facta de omnibus expresè, secundò quãdo fuit facta expresè sim-
8 pliciter: † nam quando dicitur, contrahimus societatem simpliciter, veniunt tantùm illa, quæ ex quæstu proueniunt.l.coiri societatem.ff.pro soc. Et tali casu indefinita non æquipollet vniuersali, quia eadem ratio non videtur. argu l.obligatione generali.ff. de pig. sed quando dicitur contrahimus societatem omnium bonorum.& tunc veniunt omnia undecunque acquisita.l.3.§. cum specialiter.ff.pro soc. ut latius dixi in d.consi.68. Sed in casu isto agitur de tacita societate omnium bonorum, quæ videtur facta vniuersaliter ex pluribus actibus difformibus, ut suprà dictũ est: & ista æquiparatur societati omnium bonorum expresè factæ: ideo omnia includuntur sicut in expressa.d.l.3.§. cum specialiter. non autem talis tacita societas vniuersalis bene adæquatur societati contractæ simpliciter, de qua loquitur tex.in d.l.coiri. Et in hoc non videtur bene dixisse Alexan.qui videtur hoc voluisse in consi.suprà alleg.154.lib.2. Nam dictum eius videtur procedere, quãdo actus limitati fuissent ad ea, quæ ex quęstu processissent: secus videtur, quando actus acquisitionis varij, & difformes fuissent: quia societas vniuersaliter contracta videtur: unde tota vis consistit in perscrutando qualitatem actuum, qui interuenerũt, & cum suprà per dominum cõsultorem præsupponatur varios, & difformes actus acquisitionis interuenisse, concludendum est, renouatam fuisse societatem tacitam omnium bonorũ, qua stante omnia debent æqualiter diuidi, ut Bar.dicit in d.l.Titium.§.altero.in fin.per l.si non fuerint.ff.pro socio.

EPIT. Consil. CCCCCXLIX.

Processus contra minorem curatore carentem formatus adeò nullus est, quod ex eo nulla sententia est proferenda. Ipsa autem nullitas reparari potest, si tandem dato curatore omnia acta reiterẽtur, & reintegrentur.

SVMMARIVM.

1 *Processu existente nullo reus est absoluendus.*
2 *Minor si simpliciter sit citatus, intelligitur ꝙ legitimè compareat.*
3 *Sententia etiam interlocutoria contra minorem quo casu valeat.*
4 *Acta omnia, quæ nulla sunt, reiterari possunt, vt si dicatur, recipio libellum, contestor litem, recipio terminum ad probandum, &c.*



Equisitus à spectabili viro domino Raphaele de Terlii ꝑtãte Castri noui Lunensis, diœcesis, vt dicã, ꝗ sint eius partes in ꝓnuntiãdo in causa corã eo agitata inter ser Petrũ Angelũ de Leonibus procuratorio nomine Bernardini Ioan. Dominici agentem ꝯ Ioannem Michaelis se defendẽtem occasione afflictus
1 duarum minarum frumenti. † Viso processu, & omnibus diligẽter ꝯsideratis dico, & refero de iure partes dicti domini potestatis esse in absoluẽdo dictum Ioannẽ reum à petitis ex eo, ꝙ processus est nullus, quia agitatus est ꝯ dictũ Ioannem minorem 25. annis sine curatore: quo casu processus nõ ualet.l.cum & minores.C.si aduersus rem iudicatam.& in l.acta § fi. ff. de re iudi. vbi dr̃, ꝙ ꝯ minores, qui non habent curatorem, nulla sententia proferenda est. facit tex.in l.j.C.qui legitimã personã. ꝙ Ioãnes prædictus esset minor pars aduersa nõ negauit, dum dixit, ꝙ ex quo
a dictus Io.asseruit se minorem esse, periit, ꝙ legitimè [a] ꝯpareret,
2 aliàs petiit ꝓnuntiari ipsum legitimã habere ꝑsonam: † nam etiã si minor citatus sit simpliciter, intelligit, ꝙ legitime cõpareat, ut no.Bal.in l.non eò minus.in fi. C. de proc.& legitimè ꝯparere dr̃ cum curatore, ut idẽ Bal.dicit in l.fi.in prin. C. si ꝑ ꝑ publi. pensi. & cum curatore Io.nunquã ꝯparuit, ideo iudicium nõ ualet. Nõ obst.illa interlocutoria, ꝑ quam dictum fuit, ꝙ si non ꝯparuerit, habebit pro maiore, & legitimè citato, & dñs Potestas pronuntiauit procedendũ esse ad ulteriora: quia talis pronũtiatio lata ꝯ
3 minorem non ualuit, quia † sententia etiam interlocutoria non valet ꝯ minorem non habentem curatorem, nisi interlocutoria sit de mittendo in possessionem: ita ꝯcludunt Alb.Bal.& Pau. de Cast.in l.j.C.qui legitimã Personam. Et hoc ꝯprobatur, quia nõ vr̃, ꝙ iudex habilitare possit personam minoris, ut possit esse in iudicio sine curatore ꝯ dispositionem iuris cõis per text. in l. j. §.j.in versic. nec enim.ff.de fer. ibi, nec enim prętoris factum iuri derogare oportet. Et ex his breuiter iustificatur ꝯclusio s̃. facta, ꝙ processus ꝯ dictum Ioannem ꝯuentum sit nullus; & hoc stante non est ulterius insistendũ in meritis causæ, & simpliciter pronuntiandum est, vt suprà dixi. Posset tamen adhiberi cautela ad raparandum nullitatem processus hoc modo, ꝙ detur curator dicto Ioanni vti minori ad istam litem, & cum illo curatore dato ad litem præsentem omnia acta poterunt reiterari, & reintegrari, ut no.Bar.in l.si vt proponis.la 1. versi. quæro vtrum iudex. C.
4 quo.& quando iudex. † & uno contextu fieri potest, si dicat, recipio libellum, contestor litem, & recipio terminum, ad probandum, &c.ut tradit Bar.in l.mutari.ff.de procu.& in l.1.C.de sent. cũ si.vt habet in decisione ꝯsilii Neapolitani 262. Fuit in cõcilio dubitatũ. Et facta tali reparatione esset uidendũ de meritis causæ, in quibus ꝯtus esset suspectus, ne sit factus in fraudem usurarum, f̃m, ea quæ narrata sunt: quia modicitas pretij, pactũ de retrouendendo, & locatio facta venditori ab emptore, quæ omnia in primo generali ꝯctu cõcurrunt, ut narratur, sed stante processu, prout se habet, dico esse pronuntiandum, vt s̃.dixi.

ADDITIO.

a ¶ Legitimè.] Supra consi.507. ubi tetigi.

EPITOME Consi. CCCCCL.

Pro damno animalium datur actio in dominum illorum coram iudice maleficiorum, nisi consuetudine antiqua id permitteretur municipalibus, qui dicuntur vel origine, uel domicilio.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo pasturandi in alterius territorio valet de iure.*
2 *Consuetudo est probanda, aliàs ad ius commune recurritur.*
3 *Verbum quærimonia in quibus casibus verificetur.*
4 *Qualitas a statuto requisita probari debet.*
5 *Sententia lata causa non cognita non valet.*
6 *Verba originem, uel domicilium denotantia quæ sint.*
7 *Ianuensis propriè dicitur, qui ibi domicilium habet.*
8 *Forensis quis propriè dicatur.*



Vridicam esse arbitror conclusionem superius firmatã à præclarissimis doctoribus vti fratribus maioribus honorandis, & requisitus de subscriptione agam paucis, quia res difficultatem habere non uidetur, secundum ea, quæ proponuntur more Scæuolæ Iurisconsulti. Primo tñ considerandum est,
1 † ꝙ si esset ꝯsuetudo pasturandi[a] in territorio alterius, valeret de iure,
a

ADDITIO.

a ¶ Pasturandi.) Cæpol.tract.de serui.rusti.præd.cap.de serui. pascendi.

iure, vt Ab. tradit in c. dilecti. de arbi. & maxime si esset antiqua consuetudo, quæ in pascuis attendit. l. 1. & 2. C. de pascuis publi. uel priuat. li. 11. l. 1. & 2. C. de fund. limit. eo. lib. 11. & no. late Lauren. Calca. in consi. 49. Cōtra commune de Odulo. & Barth. Soc. in consi. 15. In causa, & quæstione, quæ uertitur. lib. 3. A fortiori deberet ualere consuetudo, quæ à parte aduersa allegatur, si probata fuisset: sed quia probata non fuit, ad ius commune recurrendum est. & de iure communi Frāciscus Hugonis del Baua accusator videtur fundatam habere intentionem, ut agere, uel accusare possit Franciscum Ioannis de Incontris, quia contra eum videtur competere actio de pastu pecoribus, vt not. Spec. in ti. de iniur. & damno dato. §. sequitur videre. in uersi. porrò si oues, uel alia animalia. alle l. qui seruandarum. §. fi. ff. de præscri. uerb. qui bene facit, ad idem text. in l. quamuis alienum pecus ff. ad legē Aquil. in c. si læserit. de iniur. & damno dato. & in l. fin. C. ad legem Aquil.

2 † vbi Albe. dicit dominum animalium teneri vtili Aquilia etiam si damnū datū sit illo ignorante, & ad hoc allegat Rofre. & Spe. & ista cōclusio comprobatur à statuto, quod admittit querimoniam corā officiali damnorum datorū, & verba statuti debent diligenter perscrutari, ut qualitates ab eo requisitæ concurrant, & in tali statuto de damno dato tradit Soc. in consi. 55. Præstantissi-

3 me doctor, & famosissime iudex. † uerbum enim, querimonia. uerificatur etiam in uerbali querimonia facta superiori, ut Sali. dicit. in l. si quis maior. C. de transa. non negatur tamē, quin querimonia dici possit etiam dato libello. l. fi. C. de episc. audiē. ibi, libellū ei porrigere, & hoc in querimoniā deducere. & eodem modo loquitur tex. in l. ut perfectius. C. de annali excep. Et sic querimonia ur terminus generalis, & in iudicio, & extra iudiciū adaptari potest, ut colligit ex prędictis. facit tex. in l. 3. C. finiū regū. & in c. si quis presby. 11. q. 3. Et cū notarius damnorū datorū habeat potestatem cognoscendi, & condemnandi à statuto, dr̄ iudex competens in ista, & similibus questionibus, adeo ꝙ ur̄ alios iudices excludere, ex quo ipse est specialiter à statuto deputatus, ut not. Bald. in l. cum clericis. in text. ibi, nullo alio. C. de episc. & cleric. de iure communi etiam iudex maleficiorum esset competens pro damno dato, ut not. Bald. in consi. 175. Presupposito statuto. lib. 3. allegat text. in l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. ubi Barto. no. illum tex. & infert ad quæstione de damno dato. in ver. & per hoc dico. Non obstant ea, quę obijciuntur ꝑ parte Frācisci rei cōuenti, quia suprà bene responsum fuit: nam primo nō obstat, qđ opponitur de instantia perempta, quia ex forma statuti causa debuit terminari intra mensem post querimoniā datam: quia respondetur, ꝙ statutum nō loquitur simpliciter, sed de causis, quæ

4 diffiniendæ fuerint, † & ideo qualitas requisita à statuto debuit probari, ꝙ ista causa esset diffinienda, vt not. Bart. in l. 1. §. 1. ff. ne quid in flumi. publico. facit quod no. lo. And. in c. 1. de homici. in

5 6. Et causa non vr̄ diffinieda, in qua non sit cognitū de causa, † quia sententia lata causa non cognita non valet. l. ex stipulatione. vbi Bar. C. de senten. & interlo. om. iudi. no. in l. prolatam. C. eo. titu. debuit ergo probari, ꝙ ista causa esset diffinieda, prout statutum loquit. Secundo respondetur, ꝙ statutum dirigit verba ad ipsum officialem, vt patet ex verbis statuti, & tali casu sentētia lata post instantiam valet, ut concludit Bar. in l. properādū. in prin. C. de iudi. ꝑ tex. in l. 1. in fin. C. ut omnes tam ciui. quàm crimi. & ibi Bart. in fi. hoc idem dicit, cum sim. ut dixi in c. de causis. de offi. delega. vbi allegauit Pau. de Cast. in consi. 324. aliàs 327. Videt dicendū,

* ꝙ dicta declaratio. vbi dicit istam esse * *communem* opin cū qua. cōcor. Ro. in cōsi. 415. Quoad primum an syndicus. in fi. & in cōsi. 427 In proposito casu. in fin. & idem Cor. in consi. 49. Videt in hac consultatione. lib. 2. ubi hoc probat, & declarat. & bene facit quod idem Corne. tradit in consi. 424. Viso processu. li. 1. Secundo non obstat, ꝙ Franciscus reus dicat se possidere plura bona in castro Querceti, & ꝙ ibi tenet domum apertam; vnde debet tractari sicut alij, qui sunt de dicto loco Querceti, qui non tenētur concordare cum conductore dictæ pasturæ. Quia respondet, dato, quod ibi habeat domum, & aliqua prædia, nō tamen debet iudicari, quòd sit de dicto loco, quia ibi non hēt originem, nec domicilium: ideo nō potest dici Quercetanus, vel de Querceto:

6 quia ista uerba denotant originem, uel domicilium: † si dicatur talis de Florentia, ista uerba denotant originem, vt no. Bar. in l. pro uinciales. in fi. ff. de verb. signifi. Bal. in l. 1. §. quod autē. ff. de tuto. & cura. da. ab his. cum sim. vt tradit Alex. in consi. 150. Viso thémate. li. 2 Si vero dicatur Florētinus, intelligitur pro domicilio, vt no. Bar. in d. l. prouinciales. in fi. Pet. de Ancha. in consi. 437. Ista

7 sententia. † ubi inquit, quod Ianuensis propriè dicitur, qui habet ibi domicilium: idē tamen Bar. in l. si possessor. §. ait Senatus. ff. de peti. hæredi. dicit, quod idem importat Perusinus & de Perusio. & in tracta. repræsaliarum. in septima parte. in princ. & in rubr. ff. sol. matrimo. Aret. in consi. 77. Et ratio scribendi. Quantū tamen ad casum nostrum hoc nihil refert, quia Franciscus reus non ha-

8 bet in loco Querceti originem, nec domicilium: vnde vr̄ forensis

a in loco Querceti: † quia forensis [a] dicitur, qui est alterius fori, & qui non est de corpore ciuitatis, vel loci, cum nō sit ibi ciuis, nec incola, vt tradit Alex. in consi. 34. Visis, & ponderatis. lib. 5. allegat Bar. in tracta. represaliarū. in 4. q. 5 prin. Et cùm sit forensis, nō debet gaudere beneficijs dicti loci Querceti, quia sicut forensis non ligat in præiudicium eius pariter non debet gaudere benefi-

b cijs [b] loci ut notat Angel. in consi. 73. In statuto Florentino cauetur. & idē Ro. in consi. 224. Ista captura. in ver. tertia principali ratione. cum simili. vt dixi in consi 114. in prin. Et licet ratione rei, quam habet in castro Querceti, possit ibi conueniri, si ibi reperit. c. 1. §. ꝯtentes. de foro cōpeten. in 6. non tñ dr̄ subditus illius loci sicut ille, qui conueniri potest ratione ꝯctus in loco, vel ratione delicti: quia non dr̄ subditus, vt not. Abb. per gl. ibi, in c. nuper. in fi. de sent. excō. & ad idem est gl. in cle. 1. in verb. subditos. in fi. de foro compe. Tertiò non obstat cōsuetudo, in qua reus facit fundamentū: quia talis consuetudo non probat per ea, quæ dixi in cōsi. 400. In causa illustrissimi. suprà allegato. per dñm consultorem dicti consilij. & plenius dixi in consi. 213. In causa vertente. Et ex ibi dictis euidenter apparet non esse probatā consuetudinē, quæ allegat, & gratia breuitatis non refero ea, quæ dixi in dictis consilijs. & ex supra dictis omnibus cōcurro in sententia prȩclarissimorum doctorū, qui priùs scripserit, & de subscriptione requisitus.

ADDITIONES.

a ¶ Forensis.] Infrà consil. 559. Pau. consi. 455. lib. 1. Philip. Corne. consi. 147. lib. 1. Albe. in 2. parte statuto. q. 113. q. 137.

b ¶ Beneficijs.] Ale. consi. 41. lib. 7. ubi dixi. Adde Cato. Rui. consil. 119. in fi. lib. 1.

EPITOME Consil. CCCCCLI.

Renuntiatio hereditatum restringitur ad nominatas, nec ad alias extenditur, etiam si fiat per viam transactionis cum iuramento: his enim non obstantibus contraueniri potest data enormi læsione, absque eo, quòd promissor de indemnitate teneatur ad interesse.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiationes sunt stricti iuris, & in eis non ueniunt nisi ea, quæ expressa sunt.*
2 *Mulier dicitur enormiter læsa, quæ pro vna dote multis hæreditatibus renuntiauit.*
3 *Iuramentum tres comites habere debet, scilicet veritatem, iudicium, & iustitiam.*
4 *Doli appellatione quid intelligatur.*
5 *Mulier, quæ in contractu vltra dimidiam iusti pretij decepta fuit, non obstante iuramento contrauenire potest.*
6 *Transactio nulla est, quando fit contra illud, quod est de ipsius substantia.*
7 *Promittens de indemnitate ad quæ obligetur.*
8 *Negatiua ex instrumentorum inspectione probatur.*
9 *Limitata causa limitatum producit effectum.*
10 *Scriptura priuata tabellionis authoritatem non habet.*



Lenè, & subtiliter absoluta fuit pñsens consultatio ab excellenti, & clarissimo V. I. Doc. do. Maria. Socino iuniore, & studendo breuitati difficultas vr̄ præcipuè consistere in duobus. Primò in renūtiationibus pluribus factis, ex quib. do. Lucretia exclusa vr̄. Secundò dato, ꝙ admittatur, maritus eius obligatus vr̄ ad interesse, quia ipse de indemnitate promisit. Circa primum. licèt periculosa sit renuntiatio, quia postea non dat regressus. c. quàm periculosum. 7. q. 1. l. quærit. §. si venditor. ff. de ædil. edic. & in l. 1. §. qui

1 semel. ff. de succes. edic. † tñ, renuntiatio est stricti [a] iuris, & in ea

2 non veniunt nisi ea, quæ expressa sunt, vt no. Cal. in cōsi. 5. in ti. de præbē. & idē Car. in cōsi. 120 Titius obligauit se. in fi. dicit, ꝙ debet fieri stricta interpretatio, quia tales renūtiationes plerunque fiunt cum parua causæ cognitione, & ꝙ ex quadam cōsuetudine notarij apponunt clausulas pleniores, & ideo renuntiatio beneficij ex aliquo actu non inducitur, nisi expresè agatur. c. fane. cum gloss. pe. in fi. de renun. & not. Car. in cons. 30. In hæc dubia. Hoc præmisso perscrutari debent singulę renuntiationes, de quibus in puncto narratur. Prima renuntiatio fuit facta de anno 1497. de mense Aprilis: sed fuit limitata in hæreditate patris do. Lucretiæ, & in hæreditate auiæ paternæ do. Elisabeth, & in hæreditate Christophori patrui. De hæreditate Bartholomæi aui paterni

ADDITIO.

a ¶ Stricti.] Odiosa, ideo restringenda. Bal. de pac. iur. firman. §. item sacramenta. in vsib. feud. cons. 437. Quædam puella. li. 1. Pau. consi. 86. Dubitatio vertitur. li. 1. Franc. Are. con. 161. Aymo Crauet. consi. 42. nu. 2.

a ni nihil dictum[a] fuit, & cum agatur ad fideicommissum virtute testamenti dicti Bartholomæi, renuntiatio obstare non videtur, quia fuit limitata, ut dictum est, & extendi non debet per supra dicta. & hoc in simili casu Ro. scribit in consi. 168. Circa primũ. Et hoc modo etiam aliæ renuntiationes obstare non videntur, quia limitatæ sunt, & de hæreditate Bartholomæi aui paterni nul lam faciunt mentionem. Non obst. prædictæ conclusioni, ꝙ in hæreditate Pauli Antonij patris dictæ Lucretiæ reperitur hæreditas Bartholomæi pro parte delata dicto Paulo Anto. quia, ut in casu narratur, dictus Pau. Antonius adiuit, seu se immiscuit hæreditati Bartholomei eius patris, quo casu per aditionem desinit esse hæreditas patris Bartholomæi, & incipit esse proprium patrimonium eius, qui adiuit. l. sed si plures §. si filio. ff. de vulg. & pup. & notat Ang. in consi. 52. Dominus Gilius. versic. nec obstat. Et ideo ibi infert, ꝙ filia, quæ renuntiauit hæreditati patris, nõ prohibetur succedere fratri, qui adiuit hæreditatem patris: quia post aditionem non dicitur hæreditas patris. & hoc sequit Ale. in l. j. §. veteres. ff. de acq. pos. & idem in terminis tenet Romanus in consil. 168. supra allegato. & in consi. 40. Visis. Benedi. Capra in consil. 63. Cum viso, & considerato. in secundo dubio. & hoc idem no. Bar. in l. fi. in prin. in fine primæ questionis. ff. ad Tertyl. Et hoc haberet locum etiam dato, ꝙ hæreditas a filio adita nõ fuisset, ut in terminis tradit Aret. in consil. 111. In præsenti consultatione. in prin. & idem Capra in consi. 12. Et si viso, & considerato. in fin. cum simili. vt dixi in consi. 266. Ad exclusionem Mariæ. Secundò principaliter ad illud, quod dictum est de renuntiationibus, respondetur, ꝙ ex huiusmodi renũtiationibus dicta Lucretia fuit valde enormiter læsa, quia renuntiauit hæreditati patris, auiæ paternæ, & Christophori patrui, & tantò magis si hæreditati Bartholomæi esset renuntiatum: ex tot enim hæreditatib. quibus renuntiatum fuit euidenter patet dictam Lucretiam multum enormiter læsam fuisse. & in simili casu de tot hæreditatibus

2 tradit Pet. de Ancha. in consi. 38. Pro clariori decisione.† vbi concludit mulierem enormiter læsam, quæ pro vna dote renuntiauit hæreditati patris, matris, fratrum, & sororum, prout etiam videtur in casu isto, & supra per dominum consultorem deductũ fuit: & stante enormi læsione non habet locum tex. in capit. 2. de pact. in 6. prout in terminis voluit Pet. de Ancha. in regula, accessorium, in tertia charta in versic. pro declaratione prædictorum de regu. iuris. in 6. vbi refert se consuluisse Senis, ꝙ soror, quæ cũ iuramento renuntiauit fratri hæreditatem paternam valoris quatuor millium florenorum pro sexcentum florenis datis sibi in dotem, potest non obstante tali renuntiatione, & iuramento contrauenire propter enormem læsionem: quia in tali casu iuramentum esset vinculum iniquitatis, quod esse non debet. 22. q. 4. ca.

3 inter cætera. & c. quanto. de iureiu.† & iuramentum debet habere tres comites, veritatem, iudicium, & iustitiam, cap. animaduertendum. 22. q. 2. Et in tali renuntiatione euidenter apparet iniquitas ex enormi læsione, & propter fragilitatẽ sexus mulieris, quæ contra propria commoda laborat. l. 3. in fi. C. de sponsa. & sicut est facilis ad renuntiandum, ita etiam ad iurandum. l. si mulier. C. ad Velleianum. in l. doli. §. diuersum. ff. de nouatio. & idem repetit Pet. de Anch. in c. 1. de consti. char. 22. 1. versi. ego etiam consului in ciuitate Senarum. & in d. consi 38. vbi inquit, ꝙ capitul.

4 quamuis. de pac. in 6.† dum ibi dicitur, de dolo, intelligitur non solum de dolo ex proposito, & mala mente, sed etiam in dolo re ipsa: quia ad rescissionem contractus operatur idem dolus re ipsa, & dolus ex proposito. l. 2. ff. de excep. doli. in l. si quis cum aliter. de verb. obli. & idem concludit Pet. de Anch. in consi. 82. Visis diligenter. in fi. in consi. 180. Visa diligenter narratione. & in consi. 341. alias. 339. Pro maiori intelligentia dicendorum. in consil. 376. In supra dicta quietatione. Ex quibus patet, ꝙ Pet. de Ancha firmiter in hac opinione persistit. & idem tenet Calde. in consi. 8. Duæ puellæ. in tit. de iureiu. bene facit quod not. Bald. in rubric. C. de rerum permut. vbi inquit, ꝙ in contractu damnoso in muliere, & minore simplicitas præsumitur & iuramentum est captiosum, & iniustum, & ꝙ debet per episcopũ relaxari. & idẽ Bald. in capitu. primo. §. item sacramenta. de prohibitio. feu. alie. per Fede. & cum prædictis concordat Fede. in consi. 199. Quæritur, an domina Margareta. Anton. de But. in consi. 45. Iuris rigor

5 † vbi concludit, ꝙ si mulier fuit decepta in contractu vltra dimidiam iusti pretij, non obstante iuramento contrauenire potest. idem Anto. de But. in capitu. cum contingat. versicu. quartus casus. de iureiu. Raphal. Cuma. in consil. 18. Videtur prima facie. Abb. in consil. 107. Quatuor sunt. in secundo dubio. libr. 2. cum simil. vt dixi in consil. 180. Visa renuntiatione. & supra relatum est per dominum consultorem. & huic conclusioni non obstat, si dicatur, ꝙ renuntiatio, de qua agitur, fuit facta per uiam transactionis, quo casu plerique tenent, ꝙ in contractu transactionis non habeat locum remedium d. l. 2. C. de rescin. vendi. glöss. in cap. cum causa. in verbo, restituerent. de empt. & vendi. cum si. vt Alex. scribit in l. si quis cum aliter. de verb. oblig. & idem Ab. in consi. 12. Et si copiosior. lib. 2. & latè Alex. in consil. 42. Super præmisso themate. libr. 1. Quia ad hoc respondetur dupliciter. Primò ꝙ hic non agitur de transactione, quæ fit de re dubia, & lite incerta, & hic nulla erat lis, ergo transactio non videtur, vt Ange. no. concludit in consi. 215. Reperitur in quadam char. in versicu. quartò ad hoc idem arguitur. vbi concludit, ꝙ cum esset facta transactio per relationem ad litem, quæ erat inter partes occasione cuiusdam hæreditatis, & in veritate cum nulla subes-

6 set lis de tali hæreditate, non ualet transactio, † quia fuit facta contra illud, quod est de substantia transactionis. & idem not. Ange. in l. cum hi. per illum tex. §. si cum lis. ff. de transactio. cum simil. vt dixi in consi. 341. & in rubr. de transactio. Secundo respondetur, ꝙ imò etiam in transactione videtur habere locum dispositio. l. 2. de rescin. ven. ut tenet Bart. in l. si quis cum aliter. ff. de verbo. obli. in vers. quid si in contractu transactionis. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. cum simil. ut tradit Alexan.

* in l. si quis cum aliter. Et istam opinionem dicit esse ** communem* dominus Fabianus in tractatu de emptio. & uen. in 8. q. principali. & secundum istam opinionem consuluit Io. de Ana. in consi. 33. Noto primum. in secundo dubio. Et saltem in casu isto videtur ista opinio procedere absque dubio, quia ista Lucretia fuit decepta vltra dimidiam iustæ æstimationis cum magno excessu iuxta resolutionẽ, q̃ Corne. posuit in consil. 166. Circa primum consultationis articulum. versicul. cum itaque. in 1. libr. & dixi in consi. 216. supra allegato per dominum consultorem: & ibi hanc conclusionem comprobaui, & nõ refero gratia breuitatis: & hæc satis sint in primo dubio. Circa secũdũ dubium, an maritus qui promisit de indemnitate conueniri possit ad interesse dicta Lucretia contraueniente: & in hoc dubio prima facie videretur dicendum, ꝙ sic, quia promiserunt maritus, & pater suus Alex. se facturos, & curaturos, ꝙ dicta Lucretia non molestaret dictũ Alexan. & si molestaretur, promiserunt ipsum conseruare indẽnem, unde Lucretia reclamante videtur purificata conditio &

7 videtur, quod maritus teneatur: † nam ille, qui promittit de indemnitate, obligatur ad sortem, & usuras, ut not. Bartol. in l. quæro. in princip. in versicu. quarto no. ff. loca. & qui promittit de indemnitate, est obligatus statim, sed exactio suspenditur, qa non obligatur per modum conditionis, sed per modum causæ, quę non suspendit obligationem, ut not. Bald. in l j. C. de conue. fisci debito. & tradit Ale. in consi. 32. In causa exequutionis. lib. 4. & dato, ꝙ in casu isto promissio fuisset conditionalis, nihil refert, quia conditio videtur uerificata Lucretia molestante, & purificata conditione dispositio dicitur pura l. fin. §. j ff. de uulg. & pupi. l. si pupillus. in fin. ff. de conditio. instit. & no. Bald. in l. cum in testamento. in fi. C. de manu. testa. Et specialiter in casu isto facit, quod no. Abb. in consi. 43. Quidam dominus Antonius. lib. 1. vbi pluribus rationibus concludit valere promissionem factam secundo marito, ꝙ nõ erit molestatus in dote sibi data a filijs primi matrimonij. Et licet talis promissio non præiudicet filijs primi matrimonij, quominus ipsi agere possint pro iuribus competentibus eis in dicta dote, illis agentibus, & molestan tibus etiã de iure secundum maritum, ille, qui promisit secundo marito, obligatur ad interesse: & ita videtur in isto casu. & facit quod no. Are. in l. si ita stipulatus. §. possum. de uerbo. oblig. cum simil. vt dixi in consi. 311. Promisit dominus Ioan. Sed tamen his non obstantibus contrarium in casu isto de iure esse arbitror, videlicet ꝙ maritus non possit conueniri ad interesse, dato ꝙ Lucretia petat fideicommissum ex testamento Bartholomæi aui paterni. & ratio clarissima, & irrefragabilis videtur, quia promissio mariti fuit limitata in hæreditate patris Lucretiæ, in hæreditate verò Bartholomæi aui paterni nihil dictum fuit, ut patet in instrumẽtis, in quibus fuit facta renuntiatio; & in triplici renuntiatione, prout in casu narratur, semper limitatè dictũ fuit de iure, quod competeret in hæreditate patris, auiæ paternæ, & patrui: de hæ-

8 reditate vero Bartholomæi aui paterni nihil dicitur, vt dixi † Et ista negatiua ex inspectione instrumentorum probatur, ut notat Bartolus in lege Titiæ textores. in 2. no. de legatis primo. & consi. 80. Martinus. Bal. in lege fi. in 4. oppo. C. de rebus creditis. & in lege iniustum. C. de edendo. cum similibus, ut dixi ibi. Et ideo cũ renuntiatio fit stricti iuris, restringitur in hæreditatibus nomina-

9 tis, & est communis regula: † quia limitata causa limitatũ effectũ producit. l. in agris. ff. de acq. rer. domi. l. cancellauerat. ff. de his, q̃ in testa. delen. Et quia pactũ factum super vna re ad aliam rem nõ porrigit, l. si unus. §. ante omnia. ff. de pact. & in notabili quæstione tradit Pau. de Cast. in consi. 118. Breuiter in casu præsenti. per l. iubemus. C. ad Velleia. & idem per illum tex. tradit Ro. in cõsil. 132. vt retulit. in fi. & idem Rom in consi. 168. Circa primum. in prin. Et in simili casu aliàs consului, ut patet in cõsi. 377. Requisitus pro

ADDITIO.

a ¶ Nihil dictum.) Istud facit rem indubitatã, nec erat opus multiloquio

tus pro cõsilio.& dicta ibi breuitatis gratia non refero.Et ex isto clarissimo fundamento,& immobili tolluntur omnia supra allegata in contrarium: quia haberent locum,quando molestia illata fuisset in hæreditate,ꝑ qua promissio facta fuisset:sed in hæreditate,Bartholomæi aut paterni nulla fuit facta promissio,vt supra dictũ est, ergo pro fideicommisso,quod petit Lucretia ex testamento Bartholomæi, non potest maritus Lucretiæ cõueniri, quia in tali casu nihil ꝓmisit.Et ex supradictis absoluta sunt duo dubia superius formata,& duæ conclusiones colliguntur.Prima est,ꝙ renuntiationes,de quibus supra dictum est,in casu isto Lucretiæ non præiudicant.Secunda, ꝙ maritus dictæ Lucretiæ in isto casu non tenetur. & declaratis his duobus dubijs,ut supra dictum est,domina Lucretia fundatam habet intẽtionem,vt fideicommissum ex testamento Bartholomæi petere possit,ꝑ ea, quæ supra dicta sunt per dominum consultorem: nam licet de
20 testamento Bartholomæi rogatus fuerit presbyter:† & eius scriptura est priuata,& non habet authoritatem tabellionis,vt in terminis in testamento tradit Benedi.Capra in consil.57.Cum viso, & considerato.facit tex in c.sicut.ne cler. vel mona Et in tantum hoc procedit,ꝙ etiam ad pias causas priuata scriptura non faceret fidem:quia fauor piæ causæ non supplet defectum scribẽtis, ut no.Bal.per illum tex.in l.in fraudem.§.si quis.ff.de testa.milit. Tamen testes examinati fuerunt,qui bene deponũt,& tres testes et non rogati sufficiunt ex dispositione statuti Senensis,vt supra dictum fuit.Et ista conclusio comprobatur, quia agitur contra hæredes Alexandri,qui quidem Alexander agitauit iudicium cõtra monasterium prætextu dicti fideicõmissi: & in compositione facta cum monasterio asseruit Alexander de dicto fideicommisso,vnde hæredes non possunt venire cõtra factum defuncti. l.cũ à matre.C.de rei vend.l.si ab eo.C.de neg.gest.l.si vxor.C.de bon.autho.iudi.poss.Nec obst.si dicatur,ꝙ illa confessio, q̃ colligitur ex libello, & ex alia scriptura est ficta confessio, & facta in vno iudicio non præiudicat in alio,vt voluit Soc.in consi.122.In causa dominæ Iacobæ.in prin.lib.4. Quia hoc dictum non est verum:nam doctores,qui loquuntur de ficta confessione,loquuntur, quando ex contumacia resultat confessio, & illa est ficta,& tali casu loquitur Bart.in l.eius,qui delatorem.in prin. ff. de iure fisci.Bald in l.secunda.C.de eden.& Alex.ibi in septima conclusione.Sed ex hoc non bene infert ad confessionem,quę ex libello habetur:quia illa vera confessio vr̃,quia scriptura loquitur,ut dicit tex in epistola,inter claras.C.de summa Trin.& facit tex.in l.generaliter.C.de non numerata pecu.in c. per tuas. de probat. In hoc tamen non est laborandum stantibus dictis testium, qui bene probant,ut supra dictum est:& ex omnibus supradictis cõcurro in sententiam domini consultoris.

EPITOME Consi. CCCCCLII.

Quando, & ex quibus verbis quis dicatur suscipere periculum casus fortuiti; & exceptio facta in vno casu confirmat regulam in alijs.

SVMMARIVM.

1 *Contractus verba sunt forma contractus,& forma dat esse rei.*
2 *Dictio,periculum,est terminus generalis,qui comprehendit casum fortuitum tanquam speciem.*
3 *Dictiones risigum, & fortuna,quid importent.*
4 *Latronum incursus,& hostium casus fortuitus dicitur.*
5 *Res certa dicitur pro, eo qui pro se regulam habet.*
6 *Frumentum, vel merces licet quis de loco extrahere non posset, non tamen transire prohibetur.*
7 *Casum qui allegat,illum probare tenetur.*
8 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*
9 *Contrahentium animum,& voluntatem verba ostendunt.*

VIso eleganti cõsilio excellẽtissimi doc.do. Antonij Negusantij de Fano vti fratris maioris honorandi de celerrima subscriptione requisitus propter angustiã temporis, cum essem ab alijs maximis occupationibus meis præuentus, noluissem ita ex abrupto subscribere: sed magna eius authoritate confisus non dubitaui præcipitato animo consultationem suam iuridicã approbare.Nam in occurrenti casu verba contractus debent di-
1 ligenter perscrutari: † quia verba contractus sunt forma ꝯtus, & forma dat esse rei,vt Bald.d.cit in l fi.in versi. ex hoc elicitur. C.de suis, & legi. Et intentio communitatis videtur fundata ex illa clausula,in qua emptor in se suscipit omne periculum,risigũ, & fortunam,solitum,& insolitum,cogitatum,& nõ cogitatum. Ex prædictis enim verbis apparet emptorem in se suscepisse peri-
2 culum casus fortuiti per illa verba,omne periculum.† quia peri-
3 culũ est terminus generalis,qui cõprehẽdit casum fortuitũ[a] tanq̃ speciem,ut no.Pau.de Cast.in l.sed & si quis.§.quæsitũ.ff.si quis cautio.vnde iste,qui omne periculum suscepit,videtur periculũ casus fortuiti suscepisse:quia qui omne dicit,nihil, excludit.l.à ꝓcuratore.C.man.l.Iulianus.de leg.2. Et hoc patet ex alijs verbis
3 adiunctis,dum dicitur,risigum,& fortunã.† quæ etiam verba important casum fortuitum,ut no.Bar.in l.si is,qui.ff.de acqui.rer. do.Et hoc indubitanter vr̃ procedere ex omnibus dictis verbis simul iunctis.Et hoc confirmatur,quia excipitur solum,quando territorium Fani esset per publicum bellum infestatum,in tantũ ꝙ dicta molendina non possent molere: vnde ista exceptio facta solum in casu isto vr̃ regulam in omnibus alijs casibus confirmare,ut no.Bart.in l.quæsitum.§.denique.ff.de fun.instru.& in §.vt autem.ubi gl.in Auth.de non alie. colla.2.facit text.in l tribunus. § si ff.de testa.milit.& hoc modo arguit Ang.in consi.139.Dicta venditio.in princ.allegata.Dy.in in rub.de regu.iur.in 6.& idem Roma.in consi..337.Quo ad primum.in secundo dubio.ergo videtur,ꝙ regula in omnibus alijs casibus procedat. Et ad idem fa-
4 cit,† quia incursus latronum,& hostium dicitur casus fortuitus, ut no.Sali.in l.quæ fortuitis.C.de pign.actio.ideo vr̃,quòd regula intelligatur de casibus fortuitis,quia exceptio declarat regulã. l.nam ꝙ liquidæ.ff de penu.lega.no.Ro.in consi.107.Circa id.in prin.& Alex in l.senium.C.qui testa.fac.pos.per illum text.Et ex dicta regula communitas habet fundatam intentionem,ut no. ꝑ
5 gl.in regula,omnis diffinitio.ff.de regul.iur.& in rub.eo.ti.in 6 † & res dicĩ certa pro eo,qui habet regulam pro se,ut dicit Bar.in l.quoties.ff.si quis cautio.& ideo secundum regulam est pronũtiandum,nisi contrarium probetur,ut not.Bal.in c. 1. de alie.iudi.mutan.cau.facta Solum ergo videndum est,an exceptio illa, quæ fuit facta à regula, uerificata sit, ita quòd habeat locum in isto casu,& verba dictę exceptionis debent perscrutari:& verba exceptionis non videntur in isto casu verificari, quia exceptio loquitur de bello publico, ꝑ ꝙ territorium Fani esset infestatum, intantum ꝙ molendina non possent molere:& istæ qualitates nõ sunt probatæ,nec videtur,quod probari possint, quia territoriũ Fani non fuit infestatum bello publico, sed solum Dux Vrbini trãsiuit per eorum territorium.Ex tali enim transitu non verificat, ꝙ territorium fuerit infestatum per bellum publicum, quia ista verba sonant, ꝙ esset bellum contra ciuitatem, & territorium Fani, & ꝙ bellum ibi persisteret, & non videĩ habere locum in transitu,ex eo ꝙ per transitum permittitur,ꝙ aliàs non permitteretur,ut no.Salic.per illum tex.in l.si quis post. C.de ædifi.priua.
6 & gl.ibi infert ad quæstionem,†quod licet quis non possit extrahere frumentum,vel merces de loco,non tamen prohibeĩ transire, vt no.Bart.in l.cæterea.§.sed & si quis.de leg.1.cum si.vt tradit ibi Alex.in consi.85.Visa inquisitione.li.4.Præterea non sufficeret probare bellum publicum,sed debet præcisè probari, ꝙ emptor non potuit vti molendinis propter dictum bellum: & sic pro parte emptoris duo debent probari. Primò quòd casus
7 belli publici euenerit,† quia qui allegat casum, tenetur illum ꝓbare.l.si creditor.C.de pign actio.Et vlterius debet probare, ꝙ si casus non fuisset,ꝙ molendina moluissent, ita ꝙ appareat damnum molendinorum immediatè à casu prouenisse.ar.l.qui commeatus ff. de re mil.& quod ibi Barto.& idem Barto.in l.2.§.qđ diximus. ff. si quis cautio. & tradit Abb. in capitu. ex ratione.de appel. cum similib. vt dixi ibi. Et dato, ꝙ omnia prædicta probata fuissent de bello publico, & ꝙ impedimentum fuisset causa immediata damni molendinorum,tunc haberet locum illud,qđ a partibus successiuè conuentum fuit, videlicet quod tali casu debeat emptori remitti, & restaurari tantum tempus immediatè finita sua conducta,quantum dicta molendina stetissent vacantia,vt latius in instrumento habetur, & cum ita conuentum sit,à
8 partibus, debet obseruari,† quia contractus ex cõuentione legẽ accipiunt:in regula,contractus.de reg.iur.in 6.l.1.§ si conuenerit.ff.depositi.& in contractibus inspiciĩ quod actum est.l.semper in stipulationibus.ff.de reg.iur.l.sed Celsus. §. si fundus ff de contrahen.emp.& in l.in conuentionibus.ff.de ver.sig Et cũ partes specialiter cogitauerint istũ casum, & fecerint sibi ꝓuisionẽ, quã voluerint, videnĩ a prouisione legis recessisse.l.fi.C.de pact. conuen.ubi Bar.in fi.ubi dicit hoc procedere in prouisione legis, q̃ sit de iure speciali:secus si sit de iure communi,ut ꝑ gl.in l.2.C.de iure emphy.& no.Old.in cõs.101.Qua cuiuslibet iudicij.in fi.& Bal.in cons.281.Casus talis est.in fi.lib.3.Abb.in cõs.30.Princeps quidam.lib.secundo Alex in consi.132 In causa, & lite.libr.4.& Barth.Veronen.in consi 70.Circa primum Et ita videtur in casu isto:quia remissio pensionis, quæ propter casum videĩ de iure speciali cũ fiat ex causa:& hoc omnino videĩ dicendum indubitanter in casu isto propter pactũ expressum in ꝯtractu, in quo emptor promisit, ꝙ non possit facere aliquam retẽtionem pagarum

ADDITIO.

a ¶ Fortuitum.] Suprà consi.7.in fi.vbi tetigi.

rum soluendarum ex causa dictæ emptionis, sed sit obligatus integraliter soluere totum illud, quod promisit ex dicta causa nõ obstante aliquo impedimendo, & causa. & casu, quo faceret aliquã retentionem dictarum pagarum, ex tũc intelligatur remisisse, & donasse dictæ communitati &c. Ista verba clara sunt, ex qbus patet, ꝙ voluerũt partes recedere à iure cõmuni: vnde cum habeamus exploratam voluntatẽ partium, non est dubitãdum,
9 † quia verba ostendunt animum, & voluntatem contrahentium l.Labeo.§.1.de supel.lega. Et hoc idem confirmatur ex eo, ꝙ emptor promisit soluere pagas de mense in mensem, & ita iurauit, vnde iuramẽtum debet præcisè obseruari, & postea petere facta solutione, si prætendat aliquid sibi deberi, vt dicitur in debitore, qui iurauit vsuras soluere, ne incurrat periurium, ut est tex. in ca. debitores. de iureiuran. Et sic ex his, & alijs supradictis per excellentissimum dominum Consultorem clarissima videtur conclusio superius firmata in fauorem communitatis.

EPITOME Consi. CCCCCLIII.

Quando sit, quod filius, vel filia intret locum patris.

SVMMARIVM.

1 *Filius patris locum obtinet, quando de successione patrui carnalis tantum tractatur, secus si agatur de successione aliorum transuersalium in vlteriori gradu. 2 3.*
4 *Statutum exclusiuum feminarum cum sit contra ius commune, non habet locum, nisi in personis specificatis.*
5 *Iuris competentis priuatio locum non habet, nisi exprese dicatur.*
6 *Statutum si excludat matrem existente patruo, in patruo magno locum non habet.*
1 uocari non potest de iure communi. l. successores. C. de solu. † sicut enim venditio semel facta rescindi non potest, etiam cum rescripto imperatoris, l. de contractu. C. de rescin. vendi. & si quis velit restituere pretium duplicatum inuito emptore, non rescinditur. l. non est. C. eo. titu. de rescin uendi. & idem in datione insolutum quæ venditioni similis est. l. fi. ff. ex quibus cau. in possess. ea tur. l. si prædium. C. de euictio. no. Bart. in l. 1. §. cum prædium. de pigno. & quod not. Bart. in l. libera C. de senten. in l. eleganter. in prin. ff. de pignorati. actio. & tradit Aret. in consi. 160. Longa est ista consultatio. in versic. Venio ad quartum. Et licèt Bar. in l. si fi
2 nita. §. Iulianus. in fi. ff. de dam. infec. dicat, † ꝙ quando res est data in solutum creditori, creditor efficiatur dominus, tamen dicit ꝙ debitor rediens audietur intra biennium, si velit debitum soluere, per l. fi. C. de iure dominij impe. & idem vr̃ tenere Bal. in l. 2. § si absens. versi. ex hoc habes. ff. si ex noxa. cau. agatur. ubi inquit hoc pcedere, nisi per statuta terrarum aliter sit prouisum: quia statuta debent seruari. allega. gl. quæ hoc dicit in d. l. fi. de iure dominij. in uerbo, recuperare. In contrarium tamen est uerior, & magis * communis opinio, vt Ale. concludit in d. l. si finita. §. Iulianus. per dictam l. si finita. §. illud quæritur. in versi. postea. ff. de dãno. infec. ubi dicitur. posteà autem quàm quis possidere iure dominij à prætore iussus sit, nequaquam locus erit cautionis oblationi, & ita ait Labeo, ceterum inquit nullus finis rei inueniretur. & hoc est verissimum ita tex. ibi. Et cum generaliter ibi tex. loquatur. & ratio infinitatis vitandæ, quæ ibi allegatur, etiam generalis sit, illud dictum generaliter intelligitur. & idem tenet gl. in l. properandum. §. sinautem reus. in verbo, audiatur. C. de iudi. & in l. 2. in glo. fi. C. ubi rem actio. & in dicto versi. postea autem. in verbo, oblationi. & in c. contingit. de dolo, & contu. in gl. fi. in c. quoniã frequenter. §. fi. & gl. fi. vt lite nõ conte. Et cũ prædictis cõcordat Angel. in dict. l. si finita. §. si plures. ubi tenet contra Bartol. in d. l. si finita. § Iulianus. per tex. in d. §. postea autem. & dicit ibi esse casum, & in l. à diuo Pio. §. si post aditum. ff. de re iudi. & respondet ad dictam l. fi. C. de iure dominij impetran. ꝙ loquitur in pignore conuentionali dato creditori virtute rescripti, quia creditor dicti pignoris non inueniebat emptorem: sed in casu isto agitur de pignore prætorio dato insolutum secundum ordinem iuris. & Idem sequitur Imo. & Pau. de Cast. in d. §. postea aũt. & Bal. idem concludit in l. fi. C. de bonis authori. iudic. possiden. Sali. in auth. & qui iurat. collat. penul. in versi. quæro decimò. C. de bonis authori. iudi. possi. Imol. in l. debitoribus. circa fin. ff. de re iudi. ubi allegat Specul. in titul. de secundo decreto. §. iusta. in versic. quid si ille redeat post venditionem. Et ex his verificatur conclusio Ale. ꝙ verior sit, & communis ista opinio, pro qua po
3 stremo Alex. adducit in d. § Iulianus. in fi † quia secundum decretum habet vim diffinitiuæ, vt no Bal. in l. cum & minores. in princip. C. si aduer. rẽ iudic. in l. 2. §. si absens. in 10. q. ff. si ex noxa. cau. agatur. cum simil. ut tradit Alex. in l. 1. in verbo, possessionem ff. de iurisdictio. omnium iudicum. cùm ergo habeat vim diffinitiuæ, illi standum est. l. 1. C. de re iudic. & in c. ad consultationem. de re iudi. Et sic stat conclusio, ꝙ de iure cõi datio insolutum reuocari non põt. & in casu isto non est uis inter opinionem Bar. & aliorum, qui contradicunt Barto. quia ista datio insolutum lõgo temporis interuallo confirmata fuit: & ista conclusio videtur comprobata à statuto Florentino in rubric. de cogendo debitorem ad soluendum. in 2. lib. nume. 57. in quo disponitur, quòd quicunque præter debitorem habens ius in bonis datis in solutũ veniat intra annum, audiatur ad prosecutionem iuris sui, elapso nullus audiatur ad dicta bona insolutum data, quo casu statutũ, ꝙ quis non audiatur, impedit litis ingressum, vt no. Bart. in l. oẽs. C. de fun. patrimo. lib. 11. & stante tali statuto etiam non potest quis agere iudicio possessorio ad recuperandum possessionẽ, vt tradit Ioan. de Ana. in c. ad abolendam. in vers. ex quo potest inferri. de hæreti. Non obstat, ꝙ quidam dicunt, ꝙ dictum statutũ restringitur, quando agitur hypothecaria: quia hoc non vr̃ verum, cum statutum loquatur generaliter de habentibus ius in bonis, quo casu ista verba verificantur etiam in domino, ut proba-
4 tur in l. bonorum. § in bonis. ff. de verbo. signi. † vbi dicitur, ꝙ in bonis nostris sunt non solum quæ dominij nostri sunt, sed etiam quæ bona fide à nobis possidentur. & facit text. in l. rem in bonis
5 ff. de acqui. rerum domi. † & quia dominium dr̃ esse ius liberè disponendi de re corporali, ut no. Bar. in l. si quis. in § differentia. ff. de acquir. poss. ergo verba illa statuti de habentibus ius in bonis datis in solutum videntur bene verificari in isto casu. Non obst. conclusioni superius factæ de datione in solutum, ꝙ non fuit seruata forma statuti, in qua requiritur, ꝙ quatuor banna præmittantur, vt patet in statuto 123. in rubric. ꝙ officiales pupillorum. & actus non seruata forma statuti redditur nullus, argum. l. cum hi §. si prætor. ff. de transact. & quia forma statuti vr̃ substantialis, ut not. Bal. in l. comparationes. in 3. opposi. C. de fide instrum. Quia ad hoc respondetur, ꝙ ex diuturnitate temporis præsumitur, ꝙ dicta datio insolutum facta sit seruata forma statuti, ut nota. in l. si filius C. de peti. hæredi. in l. qui in aliena. in princ. ff. de acquir. hæred. cum si. s. alleg. & hoc idem no. Bal. in l. emancipatio
6 ne. in versi. vlterius quæro. C. de fide instrum. † vbi inquit, ꝙ præsumantur acta interuenisse in sententia antiqua, licet alias pro actis non præsumatur. c. quoniam contra. de proba. & in simili casu tradit Pet. de Anch. in consi. 40. Visa petitione. in versi. item ex temporis diuturnitate. & in consi. 136. Ex consilijs excellentium doctorum. Aret. in consi. 36. Casus talis est Maria Soci consi. 15. Visis prædictis publicis instrumentis. Alex. in consil. 79 Circa primum. lib. 1. in consil. 45. Visa facti narratione. in fi. lib. 1. cũ si. quæ nota sunt. Accedit etiam decretum officialium pupillorum, pro quo etiam præsumitur, ut supra dictum est, & idem not. Bal. in l. fi. C. de præd. mino. in consi. 47. Ad intelligentiam quæsitorũ. lib. 1. in consi. 227. Proponi͂, ꝙ celebratus fuit eo. lib. 1. in consi. 154. Casus coram eo. lib. 1. cũ sim. ut dixi in c. quoniam contra. de probat. in uersic. ultimò notandum est. Sed in his difficultatem facit: quia in actis, quæ producta sunt, ut supra dictum est, apparet, ꝙ banna requisita in isto casu non interuenerunt: quia hoc modo probatur negatiua, ut supra dictum est: & ad hoc videtur specialis decisio Pau. de Cast. in consi. l. In causa, quæ vertitur inter reue-
7 rendum patrem. in uersi. & si dicatur. † ubi dicit, ꝙ ab illa præsumptione, quæ insurgit ratione antiquitatis, ꝙ omnia præsumuntur solenniter acta, receditur, quando acta reperiuntur, ex quib. apparet solennitatem requisitam non interuenisse: & illa præsumptio antiquitatis tollitur per euidentiam facti. Ad hoc responde tur duobus modis Primo, ꝙ ista difficultas videtur cessare in casu isto, in quo ab aduersa parte productum fuit instrumentum venditionis, in quo enũciatur banna requisita præcessisse ex qua productione pars aduersa videtur tacite confiteri omnia contenta in dicto instrumento, ut no. Abb. post Inno. & alios in ca. cum venerabilis. de excep. & refert, & sequitur Bald. in l. scripturæ in princ. C. de fide instrumento. in l. cum precum. in versi. extra quæro. C. de liberali causa. & in l alia. in prin. in vers. quæro nunquid. C. de his, quibus vt indign. Lap. allegatione 119. Quæro pone, ꝙ procurator. in princ. Card. in consi. 56 Casus, super quo. Roma. in consi. 329. Præsens consultatio. cum sim. ut dixi in d. c. cum venerabilis. Secundò responderi potest, ꝙ illa decisio Pau. de Cast. licet faciat præsumptionem nõ tñ vr̃ tollere ꝯriam præsumptionẽ, quæ insurgit ratione antiquitatis, ut tradit Feli. in c. sicut. ver. 7. & vltimò. de re iudi. alleg Pet. de Anch. in ꝯsil. 139. Sed reperit in consi. 136. Ex consilijs excellentium doctorũ. vbi f meum voluit, ꝙ licet instrm̃ transactionis nihil dicat de consensu capituli
a tñ presumitur, ꝙ interuenerit, si longo [a] tempore transactio obseruata fuerit. & ad idẽ alle. Alex. in cons. 79. Circa primũ, de quo quæritur. li. 1. & hoc vr̃ saltem in casu isto procedere, quia vltra antiquitatem concurrunt aliæ præsumptiones, quia in instrumẽto enun-

ADDITIONES.

a ¶ Longo.) Alex. consi. 45. lib. 3. vbi dixi. adde supra consi. 36. consi. 152. cõsil. 407. Ludo. de Gozadi. consi. 73. Hiero. Grat. consi. 121. lib. 2.

to enuntiatur, ꝙ banna præcesserint, & in actis apparet de commissione facta bannitori, vt supra relatum est. Ex quibus videtur verificari regula, quam tradit Bald. in rubri. de controuers. inue-
8 stitu. ubi inquit, illud pro regula tene, † ꝙ promptiores sumus ad absoluendum, & quòd propter conflictum præsumptionũ reus absoluitur. c. inter dilectos. de fide instru. nam una præsumptio aliam tollit. l. diuus. ff. de restitu. in integ. vbi Bar. & in c. literas. de præsump. vnde præsumptiones, quæ in casu isto concurrunt, efficaciores sunt, & præponderare videntur, maxime in reo, de quo agitur, & de hoc non videtur dubitandum. Sed alia insurgit difficultas: quia dato, ꝙ talis solennitas Bannorum probetur interuenisse, nõ interuenerunt in venditione in qua nominatus fuit Ioannes de Tornabonis, sed in venditione prius facta cuidam Iuliano proxenetæ. Sed respondetur, ꝙ prima venditio, quæ non habuit locum, non attenditur, & venditio, quæ fuit facta secundo loco Ioanni de Tornabonis, facta fuit legitime, & non fuit opus banna requisita à statuto reiterare. ad hoc vltra superius dicta adduco text. in proposito not. in l. tutor rerum. ff. de adminis. tut. ubi Bar dicit, ꝙ est casus singularis, ubi res pupilli fuit vendita vni cũ solennitate requisita, si illa prima venditio non habuit effectũ, dicitur ibi, ꝙ tutor ipse potuit pro eodem pretio absque alia solennitate illam rem venditam retinere: quia sufficit illa solennitas adhibita in prima venditione. ad idem bene facit tex. in l. si pupillorum. §. si pupillus. ff. de reb. eorum. ubi Bal. per illum decidit
9 talem quęstionem † Ecclesia obligauit prædium cuidam creditori cum decreto episcopi, creditor postea vẽdidit simpliciter absque alia solennitate: dicebatur, quòd venditio non ualeret, sed di-
a cit ipse, quòd contrarium uerum est, quòd ualet, [a] & quòd ita fuit determinatum per illum tex. in d. §. si pupillus. quia decretũ interpositum super aliquo vr̃ interpositum super omni eo, ꝙ sequitur ex illo. & sic ex omnib. supra dictis res clara uidetur in fauorẽ rei ꝯuenti: & in dubio in fauorẽ rei pronuntiandũ est c. ex literis de prob. in regula, cum sint partium iura. de reg. iu. in 6. Postremo non omitto, quòd pars nostra etiam se tueri potest clypeo præscriptionis: cum enim Ioan. de Tornabonis, cui data fuit res insolutum, & successores eius successiue habuerint possessionem dictorum bonorum cum titulo, & bona fide quadraginta
10 anno. decursa fuit præscriptio, † quia in quocunque iure, & qualicunque actione, & persecutione spacio 30. anno. quis excludit. l. sicut. C. de præscr. 30 anno. l. unica. C. de usuca. transfo. l. 2. C. de const. pecu. c. 1 § si per triginta. si de feudo fue. contro. inter dominum, & agna. & in dicto tempore præscribitur etiam officio iudicis, ut not Bar. in d. l. sicut per illum tex. in verbo persecutione. & Ant. de But. in consi. 26. Iam si sicut. in princ. Bald. in consi. 315. Punctus quæritur, si filia. li. 2. & in casu isto agitur de præscri-
11 ptione rerum immobilium, † quo casu spacio decem anno. inter pñtes, & inter absentes. 20 annis præscriptio perficitur. §. j. insti. de vsuca. in l. super longi. C. de pscrip. longi temp. & in casu isto cõcurrunt omnia, quę in tali præscriptione requiruntur, titulus, bona fides, & possessio dictorum bonorum continuata: de titulo cõstat ex illa datione insolutum, quæ æquiparatur uenditioni, ut supra dixi: de bona fide probatur ex titulo, quia vt no. Bar. in l. Celsus. in uersi. dic ergo. ff. de vsucapio. Bona fides præsumitur ex titulo vero, & etiam putatiuo. & idem not. Bal. in l. 1. in versi. quæro ulterius. C. de serui. & Abb. in consi. 55. In causa, q̃ ad præsens. in fi. lib. 2. & Alex. in consi. 200. Viso, & discusso. lib. 2. & in consi. 24. Ponderatis his. lib. 5. & in consi. 69. Circa primum dubium. eo. libr. 5. Accedit in casu isto longissima possessio dictorum bonorum, ex qua adeo insurgit præsumptio bonæ fidei, quòd purgat mala fides, quę prius præsumebatur, ut no. dixit Bar. in l. fi. C. vn-
12 de ui. † vbi inquit, quod licet ille, qui ingreditur possessionem vacantem, præsumatur esse in mala fide per illum text. talis præ-
b sumptio tollitur [b] per cursum 30. annorum: quia tunc præsumit ꝙ semper fuerit in bona fide. & dictum Bar. sequitur Abb. in cõsil. 89. In quæstio, quæ ad præsens vertitur lib. 1. & Idem no. Abb. in consi. 102. In causa. eo lib. 1. Alex in consi. 6. Viso themate lib. 1. & in consil. 151. Viso themate suprascripto. lib. 2. Are. in consil. 63. In præsenti consultatione. in prin. & in consil. 102 In causa. & quæstione. Et de possessione dictorum bonorum satis constare vr̃, quia pars aduersa fatet, merito præscriptio decursa vr̃: &
13 ideo reo conuento competit exceptio perscriptionis, † quæ est exceptio litis finitę, & impedit litis ingressum. l. fin. ff. pro suo. vbi Bart. no. in l. fratris. vbi Bar. C. de transactionibus. in l. oẽs. in l. sicut. C. de præscriptio. 30. ann. vbi Bal. & in l. fi. in 13. oppositio. C. de edi. diui Adriani tollen. cum si. & ita iudicatum fuit Florentię.

ADDITIONES.

a ¶ Valet.) Socin. in l. 1. §. item quærimus. de acqui. vel amit. possessio. & in j. parte consiliorum.

b ¶ Tollitur.) Supra consil. 263. in fi. vbi dixi. & supra consil. 373. in fi.

EPITOME Consi. CCCCCLIX.

Fratres prædicatores licet mendicantes sint, possunt bona accipere, vt vendant, & de materia: & doctori asserenti de consuetudine credendum est.

SVMMARIVM.

1 *Actus, qui sequitur, ostendit, & declarat intentionem precedentem.*
2 *Capere qui non potest pro se, potest capere, vt alteri restituat. 3. 4. 5.*
6 *Consuetudo, quod voce mortua probetur, iure cautum non reperitur.*
7 *Consuetudo sola vnius authoritate probatur.*
8 *Testis etiam non iuratus presumptionem facit.*
9 *Consuetudo notoria satis est, quòd allegetur.*



IN casu Venerabilis, & integerrimi religiosi fratris Bartholomei de Fauentia non vr̃ opus esse insistere circa gl. quæ voluit in c. 1. in verbo, domum. de religio. domin. in 6. ꝙ fratres prædicatores possint capere bona immobilia, vt uendant, & quòd pretium in eorum necessitatibus conuertatur: quia in casu isto nullum pretium interuenit, nec fuit facta aliqua venditio, sed fratres ipsi præsentatantes conuentum seruatis seruandis adiuerunt hæreditatem delatam monasterio ex persona dicti fratris Bartholomæi & iustis ex causis illã sponte, & libere cesserunt, & concesserunt Gaspari fratri carnali dicti fratris Bartholomæi. & sic patet secundum ea, quæ narrata sunt, quòd fratres ex tali hęreditate vtilitatem nullam habuerunt, sed illam acceperunt, ut dicto Gaspari darent, & concede-
1 rent: † quia actus, qui sequitur, ostendit, & declarat intentionem præcedentem. §. pauonum. insti. de rerum diui. in vsi si. reuertendi autem. & not. Bart in l. cætera. §. si de leg. 1. vbi alle. tex. in l. sed & Iulianus. § proinde. ff. ad Maced. & hoc stante non videtur res habere difficultatem, quia dato, quòd fratres prædicatores erãt ipsi inhabiles, & incapaces ex regula, vel constitutionibus, tamen possunt capere, ut alteri cõcedant, vel restituant: l. cogi. §. hi, qui
2 solidum. ff. ad Treb † vbi qui non potest capere pro se, potest capere, vt alteri restituat: quia cessat ratio prohibitionis, cum nihil apud illũ incapacẽ remaneat, vt ibi tex. dicit. ad idẽ tex. in l. legatarius. ff. de excu. tut. vbi Bal. dicit p illũ tex ꝙ qui non capit pro se, capit p aliũ. ad idẽ tex. in l. Papinianus. § meminisse. vers. eo aũt
3 solo. ff. de inoffi. testa. † vbi prohibitus capere ad eius ꝯmodum, non prohibetur accipere, ut alij restituat. & facit text. in l. 3. §. itẽ si quis. ff. de lega. præstand. ubi effectus acquisitionis consideratur: nam ista momentanea acquisitio non vr̃ esse in consideratione. l. fi. § fi. C. de bonis, quæ libe. facit tex. in l. qui sic. ff. solut. & ideo non expedit in casu proposito disputare de veritate glos. quæ habetur in d. c. 1. de religi. domi. in 6. tamen ut petẽti in aliqua par-
* te satisfaciam, conclusiuè dicam quod mihi videtur, nam * *communiter* docto. illam glo. sequuntur. Specu. in titu. de statu monacho. in princip. in versicul. 3. quæritur. hoc tenet, & Bal. sequitur in l. cum quæstio. in fin in versicul. & scias. C. de leg. & ibi infert,
4 † ꝙ licet forensi domus relinqui non possit, tamen poterit illi legari, ut uendat, alleg. gl. in d. c. 1. & idem latè tenet Calder. in cõsil. 46. Ad bona ingressi ordinem prædicatorum. in titu. de testa. vbi arguit, quòd etiam retinere possint possessiones: & dicit, ꝙ
a omnes docto. tenent, quòd accipere possunt, ut vendant, [a] allega gloss. & Spec. in locis supra allegatis. Calde refert, & sequitur Domi de Sancto Gemi. in d. c. 1. §. confirmatos. & cum prędictis concordat Bal. in consi. c. Super infrascriptis. lib. 1. vbi dicit communiter ita obseruari. & idem Bald. in consi. 70. Sciendum est. lib. 2. & in consi. 120. Punctus quædam habuit. in fin. eod. libro secundo. & idem Card. in consil. 66. In dubio præmisso. in fi. & Cuma. in consilio. 152. Ioannes dictus Polla. & idem Cuma. in consilio. 169. Viso testamento. Fulgo. in consi. 104. Titius. in prin. & idem Per. de Anch. in consi. 56. incipien. Ioan. And. in cle. dudum. in fi.
* consilii. ex quibus omnibus liquido constat istã esse * *communem* opinionem, à qua in iudicando, & consulendo non est recedendum. Non obstat, quòd ista conclusio videtur potius procedere de consuetudine, quàm de iure, ut dicit Bald. in authent. si qua mulier. in versi. sed modo restat quæstio. C. de sacrosan. eccle. quia dicit ipse, ordo est inhabilis ad acquirendum dominium: & ideo vendendo non possunt transferre dominium, quod non habent. sed ipse idem Bald. in capitu cum causa. in versi quæro nunquid. de re iudi. ad hoc respondet, quòd istud est dominium momentaneum, quod regulam medicationis non infringit. l. fi. § fi. C. de
5 bonis, quæ liber. † & quia qui est prohibitus accipere pro se, non prohibetur capere, ut alteri concedat, ut dixi supra per legem cogi. § hi, qui solidum. ff. ad Senatusconsultum Trebellianum. & in

ADDITIO.

a ¶ Vendant.) Phil. Dec. c. in præsentia. nu. 69. ubi dixi. de probatio. dixi etiam stylo parlamen. Parisi. parte 5. q. 3.

& in l. legatarius. ff. de excusatione tutorum. cum similib. supra allega. Et conclusio suprà dicta, quæ communiter approbata est, ut patet ex supradictis, etiam comprobatur a cõsuetudine, quia gloss. in d. capitul. 1 de consuetudine. videtur omninò procedere vt dicit Bald. in d. authen. si qua mulier. & in d. consi. c. libr. 1. & Cuma. in d. consi. 152. & consil 169 Et doctori asserenti ita esse de consuetudine credendum est, vt Bar. dicit in l. de quibus. versicul. 4. principaliter quæritur. ff. de legib. est verum, ꝙ plerique Moder. reprobant dictum Bartol. nam Alexan. in l. post dotem. versicul. sed vno indistinctè. ff. solut. matrimon. dicit non esse credendum etiam pluribus doctoribus asserentibus ita esse de
6 consuetudine: † quia non reperitur iure cautum, ꝙ voce mortua consuetudo probetur, quæ est facti. l. 2. C. quæ sit longa consuetudo. & idem Aretin. in consil. 132. In causa, quæ vertitur. & idem Corne. in consil. 83. libro 4. & idem Ias. sequitur in d. l. de quibus. & Franciscus de Curt. in consi. 78. Domina Francis. Sed tamen non videtur recedendum à dicto Bartol. in d. l. de quibus
* quod *communiter approbatum videtur: & de Bald. dicit Paul. de Castr. in consil. 162. In præsenti causa. ꝙ illi est credendum de consuetudine. de qua ipse attestatur, in l. cum antiquioribus. C. de iure deliberand. propter authoritatem tanti viri: & dictum Bartol. in d. l. de quibus. sequitur Cuman. in consil. 57. Monasterium in fin. & in consi. 169. Viso testamento Reuerendissimi. & Lanfran. de Brixia. in repeti. capitul. quoniam contra. de probationibus. Bartho. Vero. in consi. 39 Lucius ciuis. & in consil. 58. Paulus Faber. facit quod no. Bal. in cap. cum dilectus. de consue.
7 vbi inquit. † ꝙ consuetudo probatur sola authoritate vnius gl. in l. dos à patre. C. solu. matrimo. Et tenendo opinionẽ Bar. quæ videtur communis, ad allegata in contrarium respõderi potest, ꝙ Bartol. in d. l. de quibus. non loquitur de probatione concludenti, sed bene de probatione pręsumptiua, quæ transfert onus probandi in cõtrarium. l. generaliter. § si petitum. in versic. sed cum ex præsumptione. ff. de fideicommis. libertatibus & sic in effectu Bartol. vult, quòd dictum excellentis doctoris faciat
8 præsumptionem. pro quo facit, † quia testis etiam non iuratus præsumptionem facit, ut no. per glo. in capitul. nuper. de testibus. & quia dictum honesti viri iustam credulitatem inducit vt not. per gloss. in l. Titio fundus. de conditionibus, & demon. merito doctori excellenti, prout loquitur Bart. credendum est de consuetudine, quam ipse attestatur. Postremò considerandum est, ꝙ ista consuetudo notoria videtur, ꝙ fratres prædicatores pos-
9 sint bona immobilia accipere, vt vendant: † quo casu consuetudo notoria alia probatione non indiget, sed satis est, ꝙ allegetur, & in tali consuetudine iudex supplet, vt Bal. dicit in l. filiusfamilias §. veterani ff. de procuratoribus. in l iubemus. C. de iudic. in l. 1. C. ad Velleian. & in l. si fugitiui. C. de seruis fugitiuis. Ex quibus omnibus patet, quòd de iure communi, & de consuetudine fratres pędicatores possunt bona immobilia acquirere, vt illa vendant, & pretium in eorum necessitatibus conuertatur: licet ista disputatio in casu isto non sit necessaria, vt dixi supra in prin.

EPITOME Consi. CCCCCLX.

Christophorus Gabrielis uni pluriũ filiorũ Ioanni Fœlicio vxorem dedit, dotem recepit, quam florenorum 2300. esse confessus est: seque ad restitutionem obligàuit. deinde nuru mortua viro superstite pater, vt viuente nũru fecerat, curam domus filij, & vxoris, & omnia onera matrimonij solus semper sustinuit, quo mortuo Fœlicius aliam vxorem duxit, & nulla facta diuisione pluribus annis cum fratribus simul vixit. Et cũ nullam sobolem habuisset è priore vxore, & decessit relicto è secunda vxore vnico filio, qui in diuisione cum patruis percipere vult dotem, quam pater suus priore vxore in matrimonio prædecedente ex statuto Senensi lucratus est, patrui dicunt illam æqualiter diuidẽdam, & ita consuluit Dec. & malè.

SVMMARIVM.

1 *Aduentitia hodie non conferuntur.*
2 *Matrimonium propter ipsum simpliciter maritus inops ad quartam bonorum vxoris diuitis præmorientis admittitur.*
3 *Matrimonij onera quando pater solus habuit, illi lucrum acquiritur, & inter omnes filios diuiditur.*
4 *Dotis lucrum vni ex socii omnium bonorum delatum, quo casu aliis communicari debeat.*
5 *Societas quando diuiditur, si vnus ex sociis sit maritus, dos vxoris suæ sibi assignari debet.*
6 *Matrimonii onera sine matrimonio esse non possunt.*
7 *Opinioni communi rationes efficaciores præualere debent.*



Nouissima est q̃stio, de qua agitur, verũ difficultatẽ facit, quòd in tali dubio variæ doctorũ opiniones repetiunt, adeo vt quæ sit verior sentẽtia nõ facilè iudicari possit. Et prima facie cõ plures esse nõ dubito, qui inclinarent ad dicendũ, quòd dictum lucrũ dotis nullo modo debeat communicari, etiam si viuente patre acquisitũ fue-
a rit,[a] vt not. Barto. in l. si cum dotem. § transgrediamur. ad finem. ff. soluto matrimo. & in l. 1. in versic. vltimò per istam legem. C. de bonis, quæ liberis. quia tale lucrum aduentitium est. d. l. 1. in fi.
1 de bonis quæ liberis. † & aduentitia hodie non conferuntur. l. fi. C. de collatio. & istam opinionem sequitur Ange. in d. l. 1. & Bal. in authentic. ex testamento. in versicul. 13. capitulum. C. de collationi. vbi concludit, quòd sibi magis placet illa opinio, quòd dictum lucrum tantum marito acquiratur, quia maritus est finalis causa huius lucri. & idem videtur tenere Bald. in d. l. si donaturus. §. 1. in 3. notabi. ff. de condictione ob causam. facit quod not. per gloss. in l. quod scitis. in verbo dotem C. de bonis, quæ liberis. & quod no. Bar. in l. dotem filio. ff de castrensi peculio. vbi in ista quæstione idem tenet, quando statutum loquitur de marito, quod lucretur dotem. & idem sequitur Salice. in l. 2. in versicu. quæro ab extra. C. familiæ erciscund & Alexan. in d §. transgrediamur. in fin. Alia vero eiusdem Bartol. opin. requiritur in tracta. de duobus fratribus. libr. 5. in prima parte princi. vbi induit, quòd si mortuo patre hoc lucrum filio acquiratur, fiui in præcipuum erit: si vero patre viuente, distinguitur, quis onera matrimonij habuerit. & quantum ad casum nostrum concludit, quod si pater solus onera matrimonij supportauit, sibi hoc lucrum acquiratur, & postmodum eo mortuo ęqualiter inter filios diuidatur. & hanc approbat Ludoui. Roma. in authentic. ex testamẽto. C. de colla. vbi varias opiniones refert, & finaliter ita tenet per text. not. in l. actione. § si cum lege sequen. ff. pro soc. & secundum hanc sententiam esset dicendum, quod tale lucrũ deberet inter omnes cõicari: ex eo, quod pater ipse solus onera matrimonij sustinuit. Sed contra istam opinionem insurgunt Rapha. Cuma. Paul. de Cast. & Alexand. in d. § transgrediamur. ratione supra allegata: quia hoc lucrum dotis aduentitium est, ideo non debet communicari, vt supra dictum est: & quia secundum Paul. de Castr. non videtur statutum respectum habuisse ad onera matrimonij, quia licet per vnum, vel duos dies duraret matrimonium, tamen haberet locum statutum, licet fere nulla fuissent onera matrimonij. & quia dicit Alex iure cautum nõ reperitur, quod dictum lucrum profectitium sit, nec in eo concurrunt ea, quæ requiruntur ad esse profectitij peculij, vt per Bar. in l. cum oportet. C. de bon. quæ libe. in l. sed si plures. § in arrogato. ff. de vulg. & pup. Non obstat tex. quem Roma. adducit in d l actione. §. final. quia respondet Alexand. in d. §. transgrediamur. quod nihil facit, quia loquitur in casu, quando expressè contracta fuit societas, sed in casu nostræ quęstionis non erat cõtracta societas expressè, nec tacitè, quia pater adhuc viuebat. Et vlterius, quod tale lucrum non sit profectitium, probatur, quia non prouenit à patre, ergo non dicitur profectitium. l. profectitia dos. ff. de iure dot. Nam fœdus matrimonij videtur causa immediata huius acquisitionis, vt text. not. dicit in l. cum quis. in versicul. hoc amplius. ff. de dote prælegat. ibi. mox morte vxoris dotem fuerit lucratus, id non restituet, quod ex dote percepit, quia matrimonij causa id lucratus est, non ex patris iudicijs. Si ergo matrimonij causa hoc est lucratus: ergo onera matrimonij non videntur esse in consideratione. & ad idem facit text. in au-
2 thenti. præterea C. vnde vir, & vxor. † vbi propter ipsum matrimonium simpliciter maritus inops ad quartam bonorum vxoris diuitis præmorientis admittitur. Et ad hoc etiam facit quod not. Bartol. in l. nihil ff rerum amota. ubi uoluit, quod dictum statutum de lucro dotis habeat locum etiam in matrimonio contracto per verba de præsenti: quo casu maritus non videtur habuisse onera matrimonij, & tamen dotem lucratur. & istam partem nouissimè approbat dominus Bal. Nouel. in tracta. de dote. in 6. parte princip. in 37. priuilegio. ubi primo adducit tex. in d. l. cum quis. de dote præleg. Secundo, quia dicit ipse, dato, quod onera matrimonij etiam considerentur, magis tamen principaliter matrimonium debet considerari, vt colligitur in d. l. dotem. ff. de castren. pecu. vbi nominatur matrimonium, ideo quod principalibus est, attenditur. argum. l. quæritur. ff. de statu homi. l. si quis nec causam. in princip. ff. si cer. pet. Tertio facit, quia pater omnino

ADDITIO.

¶ Fuerit.] Hæc prima opinio est * (communis,) & vera, quicquid dicat Decius. & eam sequitur Phil. Cor. consi. 1. lib. 4.

nino tenetur alere vxorē filij.l.si filia.§.1.ff.fami ercifcun.etiam si indotata sit.l.quod si nulla. ff. de relig.ergo non videtur onera multum considerari, ex quo pater omnino illa subire cogitur. Quartò dicit, quòd statutum potuit habere aliam rationem, vt lucrum detur marito in solatium vxoris mortuæ, vt in simili dicitur.institu.ad Terty.in prin.& in,l.iure succursum.ff.de iure dot.Quintò,& vltimò inducit dictum Bart.in d.l.nihil. ff. de rerum amo.& reperio, quòd etiam Florianus istam partem sequitur in l.si filia.§.si filiusfamilias.in versic.item si hanc dotem.ff.fa
* mi.ercis.& ibi dicit, quod ista est * *communis* sententia, quia tale lucrum aduentitium est:& cum prædictis concordat Ang.Aret. in §.fuerat.in versi.quæro de alia quæstione quotidiana. in fin.institu.de actio. Prædictis tamen non obstantibus,& remotis,vt infra apparebit, cōtrarium in casu proposito de iure esse arbitror: & amplector opinionem Barto.in dicto tracta de duobus fratribus. quæ magnam æquitatem habere videtur, & ibi in quinta quæstione concludit, ut supra dictum est: † ꝙ quando pater one-
3 ra matrimonij ipse solus habuit, illi lucrū acquiritur,& inter omnes filios diuiditur, & ita in casu isto concludendum videtur. & istam opinionem videtur approbare Bal.in l.2.circa fi.C.fami.ercifcun.& expressè Roma.in d.authen.ex testamento.vt supra relatum est: & secundū istā opinionē consuluit Ro. in consil.406. q̄stio præsens.ubi ralatis varijs opinionibus doctorū residet cum illa, quam vltimo loco refert, & comprobat & respondet ad ea, quæ in contrarium adducuntur.& idem Roma.in consi. 471.Lucrum dotis.in princi.& in dictis locis inducit tex.in d.l.actione.
4 §.fin.cum sequen.quæ incipit, ꝙ si eo tempore.ff.pro socio.† vbi habet, quòd lucrum dotis vni ex socijs omnium bonorum delatum debet alijs communicari, qui onera matrimonij sustinuerūt. ergo patet ibi, ꝙ debet considerari.apud quem sint onera matrimonij ad iudicandum, cui tale lucrum dotis acquiratur.& idem sequitur Pet.de Vbal.in suo tracta.societatis.in quinta parte q.5. in versi.quæro, quid de fructibus.& ibi allegat Pet.de Vbal.consuluisse in consi.incipien.Quoniam iamdudum consului.& pro
a ista opinione rationem efficacem [a] induco, quia pater, quando habet onera matrimonij, lucratur fructus dotis, quia dos,& dotis fructus sequuntur onera matrimonij l.doti fructus.in princ. l.si pater mulieris.in fin.l.si is, qui Stichum. in princip.in versi.ibi dos esse debet, vbi onera sunt.ff.de iure dot.& in l.pro oneribus C.de iure dot.& text.qui in patre loquitur in l. pater pro filia.in princip.ff.de excep.doli.in l.si filia.§ 1.ff.fami.ercisc̄u.si ergo pater lucratur fructus, quia sustinet onera matrimonij, ergo sequitur, quod etiam debeat lucrari dotem; istam consequentiam de fructibus ad lucrum dotis facit simpliciter Bal.in dicta.l.si donaturus.§ 1.in prin.in tertio not.ff.de condi.cau da.& pro ista consequentia est text.in d.l.actione §.fina.cum l.sequenti.ff pro so-
5 cio.nam in d § fina.dicitur,† quod quando societas diuiditur, si vnus ex socijs sit maritus, dos vxoris suæ debet assignari, quia ipse est subiturus onera matrimonij. Præsupponit ergo ibi, quod durante societate fructus dotis acquirerentur societati, cum ipsa onera matrimonij sustineret. postea in l. sequenti dicitur continuando eundem casum, quod si eo tempore, quo societas diuiditur in eo casu sit dos, ut debeat lucrari, hoc lucrum societati acquiritur,& inter socios æqualiter diuiditur; & qua ratione societas lucratur fructus dotis, quia sustinet onera matrimonij, dicto §.fina.pari ratione debet habere lucrum dotis; ergo ibi est casus, ꝙ qui lucratur fructus dotis propter onera matrimonij, is etiam consequitur lucrum dotis.& ibi probatur, quod propter onera matrimonij lucrum à statuto conceditur, ut Bart.dicit.& ita forte Roma.voluit illum textum inducere in dicta authentic.ex testamento & illū tex.allegauit gl.in d.l dotem.ff.de castr.pec.Nō obstat responsio Alexan.data ad illum tex. quod loquatur inter socios: sed in isto casu non sunt socij, vt supra relatum est, quia respondetur, quòd licet loquatur in socijs, non tamen ratione societatis lucrum dotis ibi simpliciter acquiritur, sed propter onera matrimonij.quæ societas sustinuit, & sic tota vis videtur consistere in oneribus matrimonij: & ideo dicendum est, quòd lucrum patri acquiratur, qui onera matrimonij sustinuit per supradicta Et p̄dicta conclusio ēt ꝓbatur in d.l.dotē filio.de castr. pecul. vbi dicitur, quòd hæreditas vxoris, quæ ad filiumfamil. defertur, est in peculio castrensi,& sic ipsi filiofamil.militi acquiritur iure aduentitio: dos vero, quam filiusfamil. lucratur, non est in peculio, quia venit communicanda illis, qui onera matrimonij habuerunt, ut patet ibi dum inquit, nam hæreditas aduētitio iure quærit, dos autē m̄rimonij cohærens onerib.eius, ac liberis communibus, qui sunt in familia aui confertur: ergo ibi videtur, tex.quòd hoc lucrum dotis non dicatur aduentitium. Sed propter onera matrimonij concedatur, & cum patri, qui sustinuit onera matrimonij, acquiratur, videtur profectitium lucrum, & inter omnes filios debet communicari. & secundum istam opinionem aliàs consultum fuit hic Senis. Non obstant allegata supra in contrarium. Et primo dum dicitur tale lucrum esse aduētitium, quia hoc esset uerum, si esset quæsitum ex liberalitate alicuius coniuncti vxoris, uel mariti, vt in l.1.& 2. C.de bo.quæ libe. secus est in lucro isto dotis, quod propter onera matrimonij acquiritur, ut suprà dictum fuit: & tale lucrū dicitur profectitium, ut no.Bar.in d.tract.in d.5.quæstione.& ita ad dicta iura respondet Roma.in d.consi.306. in fi. Non obstat, quod maritus videtur causa finalis huius lucri, vt Bal. dicit in d. authen.ex testamento.quia non videtur verum, quia causa immediata,& finalis videtur in oneribus matrimonij per supradicta,& causa proxima inspicitur in l.socium.qui in eo.ff.pro soc. Non obstat ratio Pauli de Cast.quod possit cōtingere, quod maritus non haberet onera, nisi per unum diem, uel duos, quia ecōtra etiam potest esse, quòd onera excederent dotem, si vxor longo tempore infirma fuisset; vnde illud, quòd à casu contingit, nō debet considerari.l.de fideicommisso C. de transactio. & illud, quod communiter euenire solet, inspicitur, vt no. per gl.in l.neque natales.C de proba.Non obstat, quod Alex.dicit in d.§.trāsgrediamur.q. non reperitur iure cautum, quòd dictum dotis lucrū dicatur profectitium, quia imò probatur, ꝙ sit profectitiū, quia propter onera matrimonij cōceditur, ut suprà dictum est. Non obstat text.in d.l.cum quis.dum inquit, quòd lucrum dotis matrimonij causa acquiritur, quia respondetur,& considerādum est, quòd text.ibi loquitur eo respectu, vt ostendat, quòd non prouenit ex iudicio patris.ibi non ex iudicio patris, sed matrimonij causa est lucratus: loquitur ergo ibi text.ad excludendum iudicium patris,& non negat, quin onera sint causa immediata illius lucri,& matrimonium est causa mediata, & sic dum loquitur de matrimonio, includit onera eius: quia non intendit: tex.ibi differentiā facere inter matrimonium,& onera eius, sed ibi ad exclusionem iudicij patris dicitur, ꝙ matrimoniū est causa dicti lucri,& sub matrimonio onera eius comprehenduntur, & sic videtur, ꝙ onera sint causa proxima,& immediata, & matrimoniū est causa remota. Non obstat dictum Bart.in d.l. nihil. quia communis opinio est in contrarium, & dato, quòd dictū Bar. esset verum, tamen ēt nō consummato matrimonio occurrunt onera matrimonij, quia solent impēsæ fieri à principio, & quia statutū uidetur respectum habuisse ad illud, quod plerunq; contingit, ꝙ vxor moriatur in matrimonio consummato, iuxta gl.in l.neq; natales.C.de probatio.cū simili. Nō obstāt rationes, quibus mouetur Bal.Nouel. in d. tract. Et primo text.in d.l.cum quis.quia supra responsum fuit. Secundo non obstat, quòd matrimonium sit causa magis principalis, quia hoc non est verum. Nam ipsa onera videntur principaliter esse in consideratione in tali lucro, sicut in fructibus dotis, per supra dicta. Non obstat tex. in d.l.dotem. quia ibi non prius nominatur matrimonium, vt per se consideretur: nam text dicit.dos autem matrimonij cohærens oneribus. vnde ibi de matrimonio incidenter loquitur,
6 quia est præambulum ad onera matrimonij, † quæ non possunt esse sine matrimonio.d.l.si pater. in fin. ff.de iur. dotium. Tertio non obstat, quòd pater vxorem filij teneatur alere, vt supra dicitur: quia per hoc non infertur, quòd statutum de lucro dotis non habeat respectum ad onera matrimonij: cum enim pater, & alij, qui onera sustinent, grauentur, voluit statutum lucrum dotis illis concedere.arg.l.cum, qui.ff.de iureiuran. Quartò non ob.quod statutum potuit aliam rationem habuisse, videlicet in solatium vxoris præmortuæ: quia respondetur, quod si istam rationem statutum habuisset, etiam propter mortem mariti aliquid lucrū vxori dedisset in solatiū mariti mortui: ideo ratio prædicta non satisfacit. Vltimo non obst.dictum Bartol. in d.l.nihil. quia supra responsum fuit. Non ob. quod Floria. dicat communem opinionē esse in contrarium in d.l.si filia.§.1.quia hoc de facili iudicari non potest, quia in ista opinione conueniunt Dyn. Cy.Bart.Pau.de Cast.Ro.& Pet.de Vbal.& quia pro ista conclu-
7 sione sunt rationes efficaciores,† quę præualere debent etiam cōmuni

ADDITIO.

a ¶ Efficacem.) Imò nullam,& quæ in contrarium retorquetur, quia si debet lucrari fructus, ergo non sortem, sed debet esse salua contra habentem ius fructuum, facit.l.1.de vsufr. quia vxor semper manet domina iure naturali.l.in rebus.C.de iur.dot. Maritus autem pro vsufructuario habetur, vel is, qui pro eo onera sustinet. ergo ratione onerū non debet lucrari sors. Vnde lucra, quæ concernunt fundum,& proprietatē, non spectant ad vsufructuarium. Oldra.consi.47.q.1.& latè dixi in consuet. Paris.§.1.gl.1.q.4. Et sic Dec. hic male consuluit eligendo opinionem deteriorem. Confirmo per aliam rationem, quia si superfuissent filij primi matrimonij, lucrum illud fuisset illis reseruandum,& non communicandum, quamtumuis auus onera tulisset. Confirmo fortius, quia auus semper fecit interusurium pecuniæ suum,& se simpliciter obligauit ad restitutionem. Tertio confirmo, quia huiusmodi lucrum est personale,& soli ipsi marito debetur, ita quod præmoriens non transmitteret ad hæredem etiam suum.


muni opinioni, ut no. Abb. post Ioan. And. & a lios in c. 1. de con sti. & text. in c. capellanus. ubi Abb. de fer. idē A bb. in c. ex literis. el 1. de sponsali. Dominicus in c. 1. in 3. notabili. de sum. Trinita. in 6. Bal. in c. 1. §. iudices. de pace iura. firman. & Ang. in cons. 110. Sanctissima, & illustrissima. & cum similibus.

EPIT. Consi. CCCCCLXI.

Principium huius materiæ habetur suprà cons. 528. hic autem prosequendo concludit, quod impugnato testamento soror nō tenetur restituere hæreditatem per fideicommiss. turpi personæ a fratre institutæ, quamuis clausula codicillari testando vsus ipse fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Clausulam propter codicillarem regulariter grauati videntur venientes ab intestato hæredibus institutis hæreditatem restituere.*
2 *Testamento per querelam rupto rumpitur fideicommissum particulare, & vniuersale ab intestato repetitum.*
3 *Aduersatiuæ natura est repetere qualitatem præcedentis casus, cui aduersatur.*
4 *Affectio magna debet, & solet esse inter fratres.*
5 *Fraudem de remouendo quando agitur, etiam in materia pœnali extensio, & lata interpretatio fit.*
6 *Institutio directa sicut propter turpitudinem reprobatur, ita etiam dispositio per fideicommissum.*



SEptimo reuocatur in dubium, an in totum rescisso per querelam testō a sorore p p institutionem turpis personæ, vt suprà in primo, & secundo dubio dictum fuit, soror teneatur hæredi turpi instituto hæreditatē restituere virtute clausulæ codicillaris. Et prima facie videbatur dicēdum, ꝙ sic, ſm regulam,
1 quæ est, † ꝙ p p clausulam codicillarem grauati videntur veniētes ab intestato restituere hæreditatem hæredibus institutis. l. ex testō. vbi gl. C. de fideicom. & in l. ex his verbis. ubi Bar. ff. de test.
* & in hoc * *omnes* concordant, vt dicit Old. in consi. 171. Ad primam quæstionem. & not. Fulg. in consi. 21. Ad primum. Alex. in consi. 9. Visis verbis. lib. 1. in consi. 42. Viso processu. lib. 2. & specialiter in casu nostro, qñ a fratre instituta fuit turpis persona Ange. scribit in consi. 171. Super puncto. in fi. nec huic conclusioni obstare vr̄ text. in l. Titia. ff. de inof. testa. † vbi rupto testō per
2 querelam rumpitur fideicommissum particulare, & vniuersale repetitum ab intestato: quia rn̄detur, ꝙ ille tex. non habet locum in testō rupto per querelā fratris, vel sororis instituta turpi persona, ut uoluit Dy. in l. si patroni. §. fi. ff. ad Treb. vbi Bar. refert in vers. unde Dy. & dicit hoc esse menti tenendū, & sequitur Alex. in d. l. si patroni. § fi. & ista opinio vr̄ comprobari ex his, quæ s̄. dicta sunt in 3. dubio. in probando, ꝙ dispositio d. l. omnimodo. nō habeat locum in fratre instituta turpi persona: nā rationes, quas ibi adduxi, videntur pariter militare in casu d. l. Titia. vt non habeat locum in casu isto. & hoc idem comprobari vr̄, quia in fratre instituta turpi persona testm̄ impugnatur p p qualitatem instituti, quia turpis persona. sed in casu d. l. Titia. impugnat̄ testm̄ ex defectu ipsius testatoris, quasi a demente factum sit testm̄, ut in d. l. Titia. dr̄. in fi. ibi quasi a demente. facit tex. in l. 2. ff. eo. titu. His tñ non obstantibus ꝯrium de iure esse arbitror, videlicet ꝙ
a soror prædicta, quæ impugnauit testm̄, nullo modo [a] teneatur hæreditatem per fideicommissum turpi personæ restituere. hoc in terminis late tradit Fulg. in consi. 71. s̄. alle. incip. Mulier maritum. in 2. du. principali. versi. ad secundam. ubi inducit tex. in d. l. Titia. ff. de inof. testa. ubi regula ponitur, ꝙ rupto testō per querelam inofficiosi testamenti non debetur fideicommissum relictum in tali testō, & ꝙ clausula codicillaris ibi inserta nihil operatur. & illa lex ſm Fulg. in d. consi. non est correcta per iura autenticorum, ut ipse ibi deducit. Et hoc comprobatur a ratione expressa a plurib. legib. ff. de inof. test. in d. l. Titia in fi. ibi, quasi à demente. ad idem text. in l. 2. ibi, quasi non sanæ mentis fuerit. & in l. nam & his. in fi. ibi, quasi non sanæ mentis fuisset, cum testm̄ inique ordinaret. & in l. qui repudiantis §. fi. ibi, testamēti factionem habuisse defunctus non creditur. & ista ratio expressa in dictis legibus etiam vr̄ habere locum in testō inofficiosi fratris instituta turpi persona, quia etiam sorori, uel fratri datur quærela inofficiosi testamenti. l. fratris. & l. fratres. C. de inof. testa. & cum test. inofficiosum factum sit, quasi a demente, vr̄, ꝙ omnia in testamento disposita sint nulla. & ad hoc vr̄ tex. in l. patronus liberto. §. fi. de leg. 3. vbi dr̄, nec fideicommissa ab intest. data debentur ab eo, cuius de inof. test. constitisset: quia crederet quasi furiosus testm̄ facere non potuisse, ideoq; nec aliud quid pertinens ad suprema eius iudicia valet. merito concludendum est, ꝙ fideicommissum relictum in testō. de quo agitur, non valet. Et ꝙ idem sit in test. inoff. fratris, vt videat̄ factum à demente, induco tex. inst. de inof. test. vbi in prin. dr̄. in patre, qui fecit testm̄ inofficiosum, ꝙ vr̄ factū quasi a demente. & in ver. soror autem. qui ibi immediate sequitur, aduersatiue loquitur, vt colligitur ibi, soror aut ē. vt no. Bar. in l. mariti. §. fi. ff. de adul. vbi hoc dicit in ista dictione,
3 autem. & no. in l. hoc amplius §. de his autem. ff. de dam. infe. † natura vero aduersatiuę est repetere qualitatem præcedentis casus, cui aduersatur, vt no. Bal. in l. oēs populi. in vers. item vnū caput statuti. ff. de iust. & iu. & ita arguit Ale. in l. si filius a patre. in prin. ff. de lib. & posthu. & ideo illa qualitas, ꝙ testm̄ inofficiosum patris videatur factum à demente, repetita vr̄ in testamento inofficioso fratris, de quo ibi aduersatiue loquitur: & ita corroborat̄ quod suprà dictum est. & idem no. Pau. de Cast. in l. Titia. in prin. ff. de inoffi. testa. vbi ad hoc inducit l. 1. & 2. ff. eo. tit. de inoffi. te-
4 sta. Et ad idem facit, † quia magna affectio debet, & solet esse inter fratres. l. cum seruus. in prin. ff. de mand. ibi, finge enim naturalem filium, vel fratrem esse. & in l. plerunque. ff. de ædili. edic. in l. cum allegas. C. de castren. pecu. lib. 12. & ideo inofficiosum dr̄ testm̄, qñ nulla habita ratione fraternitatis instituit turpem personam, & propter hoc lex indignatur, & fratri, vel sorori concedit querelam inofficiosi testamenti, per quam in totum expugnatur testm̄, ut suprà dictum est in 5. dubio. & hoc statutum fuit, vt ratio sanguinis, & naturæ adiuuetur, & turpes mores puniantur, vt in ista quæstione dicit Fulg. in d. consi. 71. in fi. alle. l. fi. C. quorum bon. & quia interest reipublicæ, ꝙ delicta puniantur. l. ita vulneratus. ff. ad l. aqui. & idem dicit Pau. de Cast. in d. consi. 61. in fin. Et ulterius ista conclusio alio principali fundamento probatur, quia sicut turpis persona à fratre institui non potest, quominus testamentum per querelam à fratre euertatur, d. l. fratris. & d. l. fratres. & §. 1. instit. eo. tit. pariter videtur, ꝙ fideicommissum à fratre turpi personæ relinqui non possit, quia quod directò prohibetur, per indirectum fieri non debet. §. est autem casus. instit. de hær. insti. vbi glo. l. fi. C. si manc. ita fue. alie. l. athletas. §. ait prætor. ff. de his, qui not. infa. & cū quid una uia prohibetur, alia uia admitti non debet, in regul. cum quid. de reg. iu. in 6. & in proposito bene facit gl. no in c. quanquam. de usur. in 6. in gl. fi. quæ illum tex. qui loquitur in testamento, extendit ad codicillos, quia aliàs de facili ista constitutio elusoria redderetur: ita pari modo esset in casu isto, si turpis persona, quæ prohibetur institui à fratre, posset fideicommissum per clausulam codicillarē recipere, quia aperta esset via fraudibus, quod esse non debet. l. in fundo.
5 ff. de rei ven. c. ex tenore. de rescri. † Nam qñ agitur de remouendo fraudem, fit extensio, & lata interpretatio etiam in materia pœnali. l. sed & Iulianus. §. mutui dationem. ff. ad Maced. l. 1. §. fi. ff. de calum. in c. commissa. §. porro. de elec. in 6. in c. si ciuitas. de senten. excom. in 6. facit quod no. gl. in cle. 1. de sepul. in verbo, sepelire. in fi. Et finaliter uera in ista quæstione vr̄ resolutio, quam tradit Pau. de Cast. in d. l. si patroni. §. fi. ubi refert se de facto habuisse istam quæstionem Bononiæ, & concludit, quòd nullo modo restituendum sit fideicommissum turpi personæ institutæ à fratre, quia qua ratione rescinditur directa institutio, eadem ratione debet rescindi fideicommissum, ne querela elusoria sit: secus si esset restituendum fideicommissum alteri, quàm turpi personæ, quia ualeret fideicommissum, & ita secundum eum saluari potest dictum Dyn. in d. l. si patroni. & retenta ista conclusione, quæ uerissima videtur, non obstant allegata suprà in contrariū. Et primo dum dicitur, quòd clausula codicillaris operatur, ꝙ videantur grauati uenientes ab intestato hæreditatem restituere per allegata suprà in contrarium, quia verum est regulariter: & secus est, quando testamentum impugnatur per querelam, quia omnino disposita in testamento annullantur. d. l. Titia. ff. de inof. test. ubi est casus. Non ob. quòd tex. in d. l. Titia. non uidetur habere locum in testamento fratris rupto per querelam, quando turpis persona instituta reperitur, vt uoluit Dy. in d. l. si patroni. § fi. quia respondetur, ꝙ imo videtur habere locum etiam, quādo à fratre instituta sit turpis persona: quia videtur tale testamentum factum à demēte, vt suprà deductum fuit. Non ob. ꝙ rationes supradictæ in quinto dubio videntur probare, ꝙ d. l. Titia nō habeat locum in fratre, qui turpem personam instituit: quia alia ratio videtur in d. l. omnimodo. quæ conseruat testamentum, vt dixi suprà in quinto dubio: sed in d. l. Titia. in totum rumpitur testamentum, & pariter in testamēto, in quo instituta sit turpis persona in totum rumpitur à fratre, vt suprà dictum est in quinto dubio. Vltimo non ob. quòd in casu d. l. Titia. testamentum impugnatur

ADDITIO.

a ¶ Nullo modo.) & bene facit l. Pantonius. in prin. si à paren. quis manu. fue. fa. quæ in tracta. de inoffi. in fi.

pugnatur ex defectu testatoris, qui reputatur non sanæ mentis: in fratre instituta turpi persona impugnatur testm̃ ex defectu hæredis instituti, quia rñderi potest, ꝙ licet testm̃ impugnetur propter turpitudinem instituti, hoc non tollit, quin dicatur ẽt testm̃ impugnari ex defectu fratris testatoris, qui nullam rationem habuit de fratre, cui turpem personam præposuit. & isto respectu testm̃ à demente factum vr̃, vt dixi suprà per text. in §. 1. instit. de inoffi. test. Secundo principaliter ad omnia allegata suprà in con
6 trarium respondetur, † ꝙ sicut directa institutio reprobatur ꝑ turpitudinem, ita ẽt dispositio per fideicommissum, cum omnino eadem ratio videatur, ne fiat fraus legi per s̃. dicta. & opi. Dy. saluari potest in fideicommisso relicto alteri, qui non sit turpis persona: sed relictum ipsi turpi personæ illi nullo modo debet, vt distinguit Pau. de Cast. in d. l. si patroni. & idem tenet Paul. de Cast. in d. l. Titia. in prin. & in ista conclusione concordat Ful. & Pau. de Cast. in consilijs s̃. alleg. & Cu. qui subscripsit consilium Ful. vt patet ibi in d. consi. 71. & idem sequitur Ludo. Bolo. in cõsil. 15. Viso casu. in fi. & do. Ias. idem sequitur in d. l. fratres. vbi alleg. Pau. de Cast. in d. consi. 61. & ista opi. videtur fundata melioribus rationibus, ideo nephas videretur ab ea recedere.

EPITOME Consi. CCCCCLXII.

Creditori cuidam purà T. data fuit potestas à suo debitore nẽpe S. accipiendi cambium, ne pateretur interesse de pecunijs sibi debitis. Eidem quoque ab ipso debitore permissio concessa fuit vendendi gemmas, quas penes se habebat pro sua securitate. Respon. Deci. ꝙ vna ex dictis commissionibus per aliam non alteratur, neque tollitur. Ideo quamuis creditor vendiderit gemmas, poterit tamen hoc nõ obstante accipere pecuniam sub cambijs, vt ei satisfiat, quod superit de debito, toties, & donec integrè satisfactum fuerit, & si gemmas non vendiderit, non est imputandum, nec ad interesse aliquod tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio de primo actu intelligitur.*
2 *Concessio pro certa causa facta, putà data est facultas veniendi, & redeũdi pro pace componenda, pro prima uice non intelligitur.*
3 *Numerus pluralis in uno non uerificatur.*
4 *Actus unus quando post alium incontinenti fit, correspectiui uidentur, & unus post alium factus videtur.*
5 *Conuentione à posteriori nunquam priori præcedenti derogatum uidetur.*
6 *Materia in qualibet regula obseruari debet, vt per distinctionem contrarietas remoueatur.*
7 *Solutione eius, quod debetur, omnis obligatio tollitur.*
8 *Creditori licet unum remedium datum sit, vt illud, quod sibi debetur, consequatur, nõ tamen aliud remedium excluditur, quod eundem effectum concernit, ut creditori satisfactum sit.*
9 *Decretum ad secundum etiam contra carceratum deueniri potest.*
10 *Creditor licet debitoris bona sequestrata habeat, debitum tamen petere potest, quoniam sibi satisfactum non est.*
11 *Culpa quando alicui obijcitur siue agendo, siue excipiendo certa, & limitata opponi debet.*
12 *Culpa, & negligentia tutoris, qui pupilli pecuniam in prædiorum emptione non conuertit, non probat, nisi ostendatur, quòd prædia venalia erãt, quæ tutor emere potuisset.*
13 *Culpam eius in probando, qui procuratorem mittere debuisset, debet probari, quòd de facili procuratorem habere potuisset.*
14 *Dictiones, prout uobis uidetur, & placebit, boni uiri arbitrium importãt.*

VIso puncto diligenter formato, & eleganti consilio præclarissimi. Iuriscon. do. Marci de Asinis vti fratris maioris honorandi iuridicam esse arbitror conclusionem ab eo formatã in tribus dubijs. s̃. formatis. & in 1. du. res clara satis vr̃, ꝙ potestas data creditori, vt possit accipere pecunias sub cambijs, ne creditor patiatur interesse de pecunijs sibi debitis, ut in puncto dr̃, talis facultas non restringitur in prima vice, sed generaliter intelligitur, donec creditori satisfactum fuerit per s̃. dicta. Et ulterius ista conclusio comprobatur
1 ex no. doctri. quam Bald. tradit in l. inuitus. in fi. C. de procu. † vbi inquit, ꝙ de primo actu dispositio intelligitur, qñ primus actus consumit effectum secũdum intentionem disponentis: sed quã
a do actus [a] non consumit effectum secundum intentionem partium, de ulteriori actu intelligitur. allegã. l. hæc conditio filiæ. ff. de condi. & dem. & ideo cum non sit creditori satisfactum ex primo cambio, etiam de vlteriore cambio literæ intelliguntur,
2 donec erit satisfactum creditori. Ad idem facit, † quia concessio facta pro certa causa, puta data est facultas veniendi, & redeundi pro pace componenda, tali casu nõ intelligitur pro prima vice, sed generaliter donec pendet iste tractatus pacis, ut not. Bar. in l. 2. ff. ad legem Iuliam maie. in ver. predicta vera intelligo. & sequitur Abb. in c. 2. in fi. de treu. & pac. & Ang. in l. uti mur. circa fi. in ver. itẽ adde. ff. de sepul. vio. dum ibi loquitur de securitate data ad certã causam. & alleg. Bart. in d. l. 1. vnde pariter vr̃ in isto casu concludendum, ꝙ facultas data creditoribus accipiendi cãbia ob istam cãm, ne creditor patiatur interesse de pecunijs sibi debitis, intelligitur non solũ pro prima vice, sed pro pluribus uicibus, donec ipsis creditoribus fuerit satisfactũ. Et hoc idem confirmatur ex verbis generalibus commissionis, dum dr̃ in plurali numero, *ce ne teniate in sui cãbi per tutti questi lochi, che à voi parerà, & piacerà.* Ista enim verba pluralis numeri indefinitè prolata non videntur,
3 ꝙ in primo actu restringantur, † quia numerus pluralis non verificatur in vno. l. vbi numerus. ff. de testi. in regula pluralis locutio. de regu. iur. in 6. & in c. hoc quoq;. de consec. dist. 1. cũ si. & quia dispositio generalis generaliter intelligit. l. 1. §. & generaliter. ff. de leg. præstan. & in l. j. §. qđ autẽ. ff. de alea. in l. in fraudẽ. § fin. ff. de test. mili. Et ex suprà dictis apparet istã fuisse mẽtem partiũ, quæ inspicitur. l. fi. C. quæ res pig. no. per gl. in l. Blanditus. C. de fideiuss. & in l. si in venditione. in gl. pe. ff. cõia prædio. facit text. in l. in conuentionalibus. in princ. ff. de uerb. obli. Ex quibus omnibus ista prima conclusio videtur indubitãter procedere, ꝙ potestas data creditoribus accipiendi pecunias sub cambijs non restringatur in prima vice, sed generaliter intelligat, donec creditoribus satisfactũ sit: & in hoc res modicã videtur habere dubitationẽ secundũ ea, q̃ proponuntur, & narrata sunt more Scæuolæ Iurecõsulti: & ita primũ dubium absolutũ sit. Venio ad fm̃, in quo quæritur, an potestas accipiendi pecunias sub cambijs limitata, & restricta sit ad annum, post quem data fuit facultas uẽdẽdi creditoribus gemmas, quas habebant apud se dicti creditores pro eorũ securitate. Et in hoc dubio ultra superiusdicta considerãdum est, ꝙ cùm istæ commissiones factæ fuerint vna post aliam incontinenti, videtur, ꝙ secunda fuerit facta respectu commissionis prçcedentis secundũ doct. Bal. in l. petẽs. in lect. Perusina. C. de pact.
4 † vbi inquit, ꝙ quando vnus actus fit post alium incontinenti vi
b dentur correspectiui, [b] & vnus propter alium factus videtur: & tradit Soci. qui plura similia adducit in conf. 273. In præsenti cõsultatione. facit tex. in l. si ventri. §. in bonis. ff. de priuile. & in c. officij. de ele. & hoc modo arguit Cor. in conf. 283. Pars dicti Ioan. lib. 4. vbi alle. dictũ Bal. in d. l. petẽs. vnde ꝯsonat, ꝙ illa cõmissio vendendi pignora post annum data creditoribus facta sit ad moderandũ, & extenuandũ priorem commissionẽ accipiendi pecunias sub cambijs ex eo, ꝙ incontinenti una post aliam facta reperitur: & istam uidetur fuisse intentio debitorũ, cui creditores cõsensisse uidentur accipiẽdo literas simpliciter, ut not. Bar. in l. cũ tabernã. §. pen. in fi. ff. de pig. in l. filiusfa. ff. ad Mace. Sed hoc non obstante, vt j. apparebit, contrarium de iure esse arbitror, videlicèt quòd illa facultas accipiendi pecunias sub cambijs, quæ intelligitur, donec erit creditoribus satisfactũ, vt suprà in primo dubio dictum fuit, non sit alterata, nec illi sit in aliquo derogatum ex commissione posteriori vendendi pignora: hoc probatur ex
5 eo, quod not. Bar. in consi. 72. Ex facto. † vbi inquit, quòd à posteriori conuentione nunquam derogatum videtur priori præcedenti, nisi expressum sit; & secunda dispositio semper debet interpretari, ne priori contradicat. ca. inter dilectos. §. cæterum. de fid. instru. & in contractibus in no. q. tradit Bar. in l. fi. §. idem quæsiuit. ff. de condi. inde. & no. Bal. in l. cum falsa. in fi. C. de iur. & fa. ignor. cum sim. ut tradit Alex. in l. j. in prin. ff. ne quis cum. & idẽ
6 Alex. in consil. 141. Viso aliàs testamento. lib. 2. concludit, † ꝙ in qualibet materia debet ista regula obseruari, vt per distinctionẽ contrarietas remoueatur: cùm ergo in casu isto priori commissioni de accipiendo pecunias sub cambijs non sit expresè derogatum in secunda commissione de vendendis pignorib. videtur prima commissio intacta remanere, & debere generaliter obseruari, vt suprà dixi in primo dubio. similiter videtur, ꝙ secunda commissio cum prima concordari posit, quia in prima dicitur, ꝙ accipere possint creditores pecunias sub cambijs, & hoc generaliter intelligitur, vt dictum est in primo dubio. In secũda commissione de vendendis pignoribus post an num dicitur, ꝙ ex pretio redacto ex uẽditione pignorum pro concurrenti quantitate debitum extingueretur & pro illo debito pro rata exincto non
7 videtur, ꝙ creditores accipere possint pecunias sub cambiis, † qa solutione eius, quod debetur, tollitur obligatio. instit. quib. mod. tolli. obli. in prin. & bona fides non patitur, ut bis idem exigatur, in l. bona fides. ff. de reg. iu. & ideò licèt statutum velit, & ꝯ̃ instrumentum nulla exceptio opponi posit, nunquàm exclusa videtur

ADDITIONES.

a ¶ Sed quando.) Supra consi. 77. vbi dixi. Idem Lud. Rom. l. prætor ait. §. hoc autem interdictum. de ope. nou. nun.
b ¶ Correspectiuè.) Supra consi. 279. nu. 7. & 9. consi. 225. nu. 5. infra consi. 566. dixi ad Decium l. legem. nu. 18. C. de pact.

tur exceptio solutionis, ut no. Angel. in l. & non tantum §. quòd si pro emptore. ff. de peti. hære. per d. l. bonafides. & idem Pet. de Anch. in consi. 259. Ex verbis dictæ sententiæ. in fi. & Alexand. in consi. 113. Viso themate. lib. 5. & in isto casu prima commissio de recipiendis pecunijs sub cambijs debet limitari, ut non habeat locum, quatenus esset creditoribus satisfactum ex prætio gemmarum venditarum, sed casus iste non contingit, quia venditio gemmarum facta non fuit, ideò non videtur in aliquo esse derogatũ commissioni de pecunijs accipiendis sub cambijs. & vlterius considerandum est, ꝙ supradictæ duæ commissiones respiciunt fauorem creditorum, vtraq; enim fuit facta, ut creditores cautiores, & securiores redderentur, vnde succedit communis regula, quæ
8 est, † ꝙ licèt creditori vnum remedium datum sit, vt consequa-
a tur illud, quod sibi debetur: non tñ excluditur aliud remedium,[a] quod eundem effectum concernit, vt creditori satisfactum sit: vnde licèt creditor missus sit in possessionem bonorum debitoris, potest tamen creditor non obstante, ꝙ missus sit in possessionem bonorum petere, ꝙ persona debitoris capiatur, ut no. Bart. in l. consentaneũ. C. quom. & quan. iu. in fi. & tradit Bal. in l. igno-
9 rate. in fi. C. de test. mil. † vbi inquit, ꝙ et contra carceratum deueniri potest ad secundum decretum, quia remedium capturæ personæ non excludit alia remedia. c. quoniam frequenter. §. fi. vt lite non conte. & idem no. Bal. in l. j. §. fi. in ver. ex hoc no. ff. si. quis ius dicen. non obtempe. alle. tex. in d. c. quoniam frequenter. §. fi.
10 & dicit Bald. in l. qui legati. C. ut in pos. lega. † ꝙ licèt creditor habeat bona debitoris sequestrata, potest tñ debitum petere, quia non est sibi satisfactum. & sic patet, ꝙ plura remedia, quæ tendũt ad satisfactionem creditoris, simul concurrunt, & vnum aliud nõ excludit. & ita in proposito dicendum videtur, ꝙ secunda commissio de vendendis pignoribus, ut de pretio satisfieret creditoribus, non vr̃ derogare priori commissioni de pecuniis accipiendis sub cambijs, nisi quatenus fuisset facta venditio cum effectu, & pretium ad ipsos creditores peruenisset: quia vtraque cõmissio fuit facta in fauorem creditorũ, & vna per aliam non tollitur per supradicta. & hoc idem confirmatur, quia commissio facta creditoribus in eorum fauorem de pignoribus vendendis, vt ipsi haberent pretium, non debet in odium creditorum retorqueri. l. ꝙ fauore. C. de leg. in l. nulla. ff. eod. tit. & in simili casu no. Bart. in l. quamuis. ff. de pig. act. Bal. in l. 1. in 2. q. C. de his, quæ pœnæ nomi. cum si. vt dixi in consi. 12. ideò concludendum est, ꝙ secunda cõmissio de vendendis pignoribus non videaṫ derogare priori cõmissioni de accipiendis pecunijs sub cambijs. & hoc intelligiṫ, nisi creditores ex venditione pretium recepissent, ut supra dictum est: & isto respectu vr̃ procedere quod suprà allegatur in contrarium, ꝙ actus, qui sequitur in cõtinenti, videtur correspectiuus ad præcedentem: nam hoc est verum respectu precij soluti creditoribus, quia pro rata pretij esset restricta potestas accipiendi pecunias sub cambijs, sed ex quo pretium nullum receptum fuit à creditoribus, quia venditio facta non fuit, & potestas recipiendi pecunias sub cambijs remansit integra, & in aliquo alterata non fuit. & res ista etiam in hoc secundo dubio clara uidetur, & probabilem dubitationem habere non vr̃. Tertiò successiue videndum est de tertio dubio, in quo in effectu quæritur, an creditoribus culpa imputari possit, ꝙ pignora non vendiderunt, ita ꝙ ad interesse teneantur. & s̃. conclusum fuit, ꝙ nõ sunt obligati ad aliqđ interesse, quia non fuit eis mandatum, ꝙ venderent pignora, sed hoc fuit positũ in ptãte creditorẽ quo casu non coguntur creditores vendere, si non velint. l. quãuis. ff. de pig. ac. solum creditor tenetur rem pignoratam ostendere; vt no. Bar. & doc. in l. à diuo Pio. §. sed & illud. ff. de re iud. cum si. s̃. alleg. Et vlterius comprobando istam conclusionem considerandum est, ꝙ etiamsi mandatum fuisset creditoribus, ꝙ venderẽt pignora, hoc mandatum vendendi, vel emendi vr̃ mediocrem diligentiam requirere: quo casu mandatarius de dolo, & leui culpa tenetur, ut no. Bar. in l. qđ Nerua. in ver. nono quæro. ff. de posi. in l. eum, qui. §. fin. ff. de fur. Bal. in l. quæ fortuitus. in vers. iuxta hoc reuoco in dubium. C. de pig. act. Pau. de Cast. in l. in rebus. in prin. ff. commo. Ang. Are. in §. mandatum. in fi. inst. manda. est ergo videndum dato, ꝙ mãdatum fuisset, an dictis creditoribus, qui non vendiderunt, leuis cul-
11 pa imputari possit, & in hoc assumo regulam, quæ est, † ꝙ quãdo alicui culpa obijcitur siue agendo, siue excipiendo, certa & limitata opponi debet. l. prætor ait. in prin. ff. de iniu. c. vt circa. de elec. in 6. & ita arguit, & concludit Bar. in consi. 193. Commune Lucinani. in 3. dub. & sequitur Alex. in cons. 3. Viso processu. lib 3. & in consil. 136. Viso processu causæ vertentis. lib. 7. & in casu isto de tali leui culpa non probatur. & ad hoc facit quod no. Bar. in l. tutor, qui repertorium. §. si post depositionẽ. in fi. ff. de admi. tut.
12 vbi inquit, ꝙ culpa, & negligentia tutoris, qui non conuertit pecuniam pupilli in emptionem prædiorũ, non probatur, nisi ostẽdatur, ꝙ prædia erant venalia, quæ tutor emere potuisset, per text. in §. pen. in Auth. ut hi, qui obli. perhi. res mino. & ita pariter in proposito videtur dicendum, ꝙ à parte aduersa debuisset probari, & fuissent emptores, qui cõpetenti, & iusto pretio dictas gemmas emissent, & hoc probatum non fuit: meritò dicti creditores non videntur in culpa fuisse. & facit quod no. Bart. in l. idemque
13 erit dicendum. ff. pro soc. † vbi in probãdo culpam eius, qui procuratorem mittere debuisset, debet probari, ꝙ de facili procuratorem habere potuisset. & idem ibi Bart. dicit de marito, cui culpa imputatur, ꝙ non adhibuit medicum in curando vxorem, ꝙ debet probari, ꝙ medicum de facili habere potuisset. & idẽ not. Bar. in l. si ab hostibus. §. si vir vxorem. ff. solu. mat. & in tract. de testi. in verbo, lata culpa. in fi. & dixi in cons. 430. Quod supra pro veritate. & in simili casu in probando leuem culpã tradit Alex. in consil. 74. Viso titu. quæstionis. lib. 6. & ista conclusio videtur maximè procedere in gemmis, & margaritis, in quibus non de facili emptores reperiuntur: quia à morte Leonis prædictæ res declinauerunt multum in pretio, & in ciuitate Florentiæ non erant emptores, qui vellent emere competenti pretio, meritò concludendum est, ꝙ dicti creditores non fuerunt in culpa lata nec leui, & quia dictæ commissiones, quę datæ fuerũt dictis creditoribus, videntur datæ arbitrio boni viri, ut verba ostendũt, dum dicitur, *come a voi parrà, & piacerà*. hoc est prout vobis videbitur, & place-
14 bit. † ista enim verba important arbitrium boni viri, ut no. Bart. in l. creditor. §. Lucius. in prin. ff. mandati. & no. in l. si sic. de leg. j. & in dubio etiam verba ad arbitrium boni viri reducuntur, ut not. Bart. in l. cum pater. § filius. de lega. 2. vnde succedit, quòd illi videṫ culpa remissa, cuius arbitrio res est commissa, ut no. Bar. in l. in venditione. in §. si quis fructus. in fi. ff. de bonis autoritate iudicum possidendis. Et ex his etiam ista tertia cõclusio in tertio dubio redditur clarissima de iure, ꝙ prædictis creditoribus culpa imputari non potest per ea, quæ supra dixi, & ideo in fauorẽ creditorum proculdubio iudicandum esse arbitror. & si causa esset mihi commissa, ita iudicarem.

ADDITIO.

a ¶ Remedium.) Dixi in consu. Pari. §. 162. & ita practicatur

EPITOME Consi. CCCCCLXIII.

Statutum ab hæreditate filii intestati excludens matrem, & ei agnatum præferens, locum non habet in pupillo maxime patrem habente, ac in amita superstite, quæ matrem excludit.

SVMMARIVM.

1 *Statutum valet, ꝙ extantibus agnatis mater excludatur.*
2 *Statuto caueatur, ꝙ mater non succedat filiis intestatis, vel ab intestato, de proprietate verbi in pupillo locum non habet, qui proprie intestatus non decedit.*
3 *Statutum est contra bonos mores, quod mater à filii luctuosa hæreditate excludatur.*
4 *Argumentum à contrario sensu valet.*
5 *Statutum qñ est contra ius cõmune, masculinum fœmininum non concipit.*
6 *Statutum si excludat matrẽ propter agnatos, amita, licèt agnata sit, matrem non excludit.*
7 *Statuti à verbis recedendum non est.*
8 *Coniecturis in claris opus non est.*
9 *Amita est patris soror, & est in tertio gradu.*

DVO dubia proponuntur in literis pręstantissimi Iureconsulti d. Nicolai Baldi, in quibus ipse aliquid pungit. Primum est an statutum Massæ, quod excludit matrem ab intest. ab hæreditate filij, habeat locum in pupillo, qui in pupillari ætate decessit. Secundum est, an statutũ prædictum, quod vr̃ excludere matrẽ fauore agnationis, habeat locum in amita, quæ vti agnata prætendit excludere matrem. Circa primum profunda est quæstio, in qua doc. vario modo loquũtur: vnde pro vera resolutione recitabo conclusiuè autoritates, & iura, quæ in vtranque partem afferuntur, deinde perscrutandũ erit, quę opi. verior videbitur. & primo de validate statuti nõ vr̃
1 dubitãdum; † quia valet statutum, ꝙ mater excludatur stantibus agnatis, ut concludit Ang. in consi. 105. Statuto cauetur. Bal. in l. 1. § ius naturale. circa fi. de iusti. & iur. Rom in consi. 32. Visa municipeli. Bened. Cap. in cõl. 15 Pro pleniori declaratione. & in cõs. 151. Subscripsi me. Alex. in cons. 168. Visis. lib. 5. & stante validitate statuti in quæstione prædicta primò opi. Bar. reperiṫ in l. j. ver. & per hoc etiam videtur. ff. de suis, & leg. † vbi concludit, ꝙ statutum ciuitatis, ꝙ mater non succedat filiis intestatis, vel ab intestato. de proprietate verbi non habet locum in pupillo, qui propriè intestatus non decedit per illum text. sed ex communi vsu loquendi. dicit Bar. ꝙ etiam pupillus, qui non potest testari, dicitur tamẽ intestatus[a] decedere, & cõmunis vsus loquendi attendiṫ, & propriæ

ADDITIO.

a ¶ Intestatus.) Et bene, ut dixi supra consi. 464.

priæ significationi præfertur.l.liberorum.§.ꝙ tamen Cassius. de leg.3.Ideo propter communem vsum loquendi tenet Bar.statutum habere locum in pupillo.& idem tenet Bart.in consilio 138. Hæc est copia cuiusdam statuti.in fi.& in pluribus alijs consiliis, quæ Alex.refert in l.generaliter.in prin.C.de insti & substi.& idē sequitur Ang.in consi.99.Viso themate.in ver. videamus ergo. & in consi.104.statuti communis Bur.Car.in consi.111.De singulis dubijs.Pet.de Anch.in consi. 277. Reuocatur in dubium.in fi. & per totum.& in c.cum tibi.in fin.de test.Pau.de Cast.in consi. 287.Præsupposito quodam statuto.vbi sequitur opi.Bar.& cum prædictis concordat.Rom.in d.consil. 32.Visa municipali. & in consi.4.Sententiam præfati consultoris.Abb.in consil.75.Primo videndum est.lib.1.Ang.Areti.insti.de hæredi. quæ ab intest.in
* princ.And.Sic.in consil. 67.lib. 3.ubi dicit magis * *communem* esse opi.Bart.& ista conclusio videtur presertim procedere, quando statutum loquitur ab intestato,prout in casu isto, in quo plerique indubitanter dicunt procedere dictum Bar.& ita tenet Fulgo.in d.l.generaliter.in prin.in versi.& eodem modo:quia verbum, ab intestato.absolutè ponitur,& non refertur ad personā sicut verbum intestatus.& dicit de hoc vidisse consilium magni doct. Signo.de Homode.facit tex.in l.omnem.C.ad Tertyl.& ibi Pau.de Cast.& tradit Sal.in l.cum antiquioribus.versi.fi. C.de iure delib. vbi ponit exemplum in statuto ciuitatis Rauennæ, quod loquitur ab intestato,& secundum istam opinionem nouissimè consuluit dominus Bart.Soc in consi.35.Punctus,super quo.lib 3. vbi latè insistit:& idem Soc.in consi.81.In causa,de qua agimus.lib.4.Altera est principalis opinio in fauorem matris, quod non obstante dicto statuto ipsa ad hæreditatem pupilli defuncti admittatur quam tenuit Pet.de Bellape.vt Bar.refert in l.j.de suis,& legiti.quia propriè non dicitur pupillus intestatus decedere,& verba statuti debent proprie intelligi:& idem tenet Alber. in prima parte statutorum.q.44.Item quæro statutum.vbi post Rayn quem ibi refert,dicit ita determinatum fuisse, & idem in tertia parte statutorum.q.21.item quæro consuetudo.in fi.& late idem probat,& te
3 net Bald.in c.1.in princ.de success.feu.† vbi inquit tale statutum esse contra ius naturale,quòd mater excludatur à luctuosa hæreditate filij.l.fin. C.de instit. & substitu. ideò secundum eum debet strictissime intelligi:ideò concludit non habere locum in pupillo.& dicit quòd hanc opinionem tenuerunt antiquiores doc. vltramontani,& citramontani, & quòd ipse pluries consuluit. & idē Bal.in l.intestato.ff.de legi.tu.in vers.est etiam hoc argumentum.& ibi dicit Pet.Cy.& Ray.de Forli.hoc tenuisse: idem Bald. in l.si arrogator.in vers.& adde tres conclusiones.ff.de adopt.& in consi.33.De iure communi.lib.2.in consi.46.Quidam nomine Blasius.eo.lib.2.in consi.53.Communis opinio est. eod. lib. 2. & in consi.339.Quæritur,an pupillus,lib.1.& in consil.377.Præmittendum est.in fi.lib.2.& cum supradictis concordat Imol.in c.cū tibi.de testam.in l.centurio.ver.& per hoc decidi potest quæstio. de vulg.& pupilla. & secundum istam opinionem, quòd mater in tali casu admittatur, late consuluit Alex.in consilio 115.Circa dubitationē,de qua quæritur.li.2. vbi alios refert. & idem Alex. in consi.79.Franciscus Benuenut.lib.6.& in consil.153.Viso themate.ver.rursus dictum statutum.lib.7,& in consil.158. Abunde quidem.lib.6.& in consi.168.Visis,ac ponderatis.ver.posset etiā responderi.lib.7.& in consilio 211.Viso themate.in versi. secundo respondeo.eo.li.7.& His relatis videndum est, quæ opinio verior sit de iure. tota difficultas in hoc videtur consistere, an ratio statuti videatur habere locum in pupillo,sicut in adulto, & Alex. in d.l.generaliter. dicit rationem diuersitatis esse inter pupillum, & adultum,quia in adulto,qui potest facere testamētum, si illud non facit,videtur tacite vocare venientes ab intestato.arg.l. conficiuntur.l.si quis cum nullum. ff. de iure codic. quæ ratio cessat in pupillo,qui testari non potest,ideò extensio fieri non debet de vno casu ad alium propter diuersitatem rationis. & idem tradit Alex.i d.consi.115.lib.2. Et confirmando rationem Alex.consulendo in ciuitate Rauennæ dicebam, ꝙ si statutum excludit matrem ab intestato,prout loquitur,à contrario sensu videtur,ꝙ ex
4 testamento mater capere possit,† quia valet argumentum à contrario sensu,l.1.§.huius rei,ff.de officio eius.l.ex eo. ff.de testi. & in l.qui testamento.§.mulier. ff. de testa. in c.cum ab apostolica. de his, quæ fiunt à præla.sed in pupillo mater esset exclusa ab intestato,& ex testamento,quia pupillus non potest testari.§.prætereà.instit.quibus non est permis.face. testam. & in l. qua ætate. in princ.ff.de testam. & quòd mater excludatur ex testamēto est contra intentionem statuti, in quo limitate mater excluditur ab intestato,& limitata causa limitatū producit effectum.l. in agris. ff.de acquir.rerum domin.& cum statutum odiosum sit,& loquatur ab intestato,nō deberet habere locum in isto casu,in quo mater esset exclusa nedum ab intestato,sed etiam ex testamento;& ita aliàs consului secundum opinio.Bald. & Alex.contra Bart.& stante ratione præallegata non cogitarem à prædicta opin. recedere. Verum quia ratio præallegata videtur procedere stante pupillo simpliciter,qui non potest testari per se,nec per alium,cum nō haberet patrem, qui illi potuisset pupillarem substitutionem facere:tali casu bene procedit quod consului Sed cū in casu proposito pupillus haberet patrem, qui illi pupillarem fecit substitutionem,cessat ratio suprà allegata,quia mater non est exclusa ex testamento,quia pater potuisset matrem pupillo substituere: & istam rationem in proposito considerauit Socin.in d.consi.81.li. 4.stante patre,qui potuit facere pupillarē substitutionem,prout præsupponitur in tali casu opinio Bartoli verior videtur,quia ratio principalis dicti statuti videtur fauor agnationis, quæ quidē ratio videtur habere locum in pupillo.& licèt Alexand.conetur respondere huic rationi in d.consi.115.lib.2.non bene respondetur,ut Socin.deducit in d.consi.35.lib.3.& ista opinio maximè videtur habere locum in isto statuto, quod loquitur ab intestato: quo casu videtur communis opin.quòd statutum habeat locum in pupillo,vt patet ex supradictis.Non obstat ratio Alexandri allegata suprà in contrarium,dum inquit,quòd diuersa ratio videtur esse in pupillo, qui non potest videri tacitè vocare venientes ab intesta.ex quo non potest testari,quia pōt responderi,ꝙ cum in casu isto pupillus haberet patrem,qui potuit facere pupillarē substitutionem pupillo, in ipso patre ratio supradicta adaptari pōt,quia si non facit pater pupillarem substitutionem, vr̄ tacitè voluisse, quòd vocati ab intestato succedant, & ita in terminis Soc.scribit in d.consil.81.in fin.lib.3. & ex ista ratione etiam tollitur ratio,quam inducebam, quia in pupillo mater esset exclusa ab intestato,& ex testamento:quia illa ratio haberet locum,si esset pupillus sine patre. sed cum in isto casu reperiatur habere patrem,qui potest pupillarem substitutionem facere, & ipsam matrem substituere, non videtur mater exclusa ex testamento: & ideò in casu proposito verior videtur opin.Bart. confirmata pluribus authoritatibus supra in princip.allegatis. & ita primum dubium absolutum sit. Venio ad secundum dubium, an amita vti agnata excludat matrem vigore statuti.& prima facie videbatur dicendum, quòd non, quia statutum, quod excludit matrem, videtur factum fauore agnationis, quo casu statutum intelligitur de agnatis masculis, & non de fœminis, ut tradit Ioan. de Ana.in consi.4.Visis statutis.in ver. circa verò secundum dubiū.
5 † vbi inquit,quod cum statutum sit contra ius commune,masculinum non concipit fœmininum,alleg.not.per Barto. in l. si quis in tantam.C.vnde vi.& cum ista conclusione concordat Bald. in consi.incip.Martinus de Florentia decessit ab intestato.quod reperitur inter consilia Ang.num.mihi 181.vbi concludit,ꝙ intentio statuentium fuit prouidere agnatis masculini sexus.& ideò te
6 net,† quòd statutum excludens matrem propter agnatos, amita licèt agnata sit,non excludit matrem.& hoc latè tradit Corn.in consi.223.Non sequendo ordinem quæsitorum.lib.secundo.& in consi.271.De hac consultatione.libro 4. & hoc confirmatur à ratione statuti,quod factū fuit propter fauorem agnationis, nec videtur,quod alia ratio possit assignari, vnde pro expressa habetur,iuxta glo.& Baldum in l.quamuis.C. de fideicom.& hoc modo arguit Roma.in consi.100 In præsenti.in princ.in consi.404. In casu propositæ.Cuma.in consi. 2. Proponitur, ꝙ ser Blancus. cum simi.ut dixi in c.suggestum.de app. & ista ratio videtur cessare in fœmina agnata,per quam agnatio conseruari non potest. His tamen non obstantibus contrarium videtur dicendum in isto casu propter verba statuti, quæ admittunt etiam fœminas agna-
7 tas ad exclusionem matris.† Vnde à verbis statuti non est recedēdum.l.quod constitutum.vbi Bar.ff.de testam.mili. & vbi habemus determinationem legis,vel statuti,non debemus ulterius inuestigare rationem,ut dicit Bal.per illum tex.in l.Gallus.§. si eius. in 2.no.de libe.& posthu.facit tex.in l.prospexit.ff.qui,& à quib. ꝙ autem agnatæ fœminæ admittantur,euidenter colligitur,dum statutum uocat attinentes ex linea paterna usque in quartū gradum inclusiuè,ita ꝙ semper masculi fœminis præferantur in eodem gradu agnationis, & ex eodem latere,in diuersis autem lateribus,licèt in eodem gradu sint, tamen masculus fœminam non excludat:cum ergo statutum uelit,ꝙ agnatæ fœminæ quandoque simul admittantur cum masculis,& quandoque non : manifestè datur intelligi,ꝙ in defectum masculorum fœminæ agnatæ secundum statutū admittantur. & cùm in hoc exploratam habeamus
8 mentem statuti, non est ulterius laborandum, † quia in claris nō est opus coniecturis.l.continuus.§.cùm ita.de verbo.obli.in l.ille aut ille.§.cum in uerbis.ubi Bart.de leg.3.& ex isto clarissimo fundamento tolluntur omnia allegata suprà in contrarium:quia haberent locum in dubio,secus uidetur iu isto casu, in quo constat de mente statuti.Non obstat,ꝙ ratio agnationis conseruandę nō militat in amita,quia respondetur,ꝙ imò ratio agnationis cōseruandæ uidetur militare in amita,donec uiuit,cum ipsa agnata sit: ita dicit Alex.in consil.5.Consideratis omnibus.lib 6.& in consil. 89.Circa primum.eo.lib.6.Secundò, & solidius respondetur, ꝙ ex quo à statuto admittuntur agnatæ fœminæ, illa ratio attendi non debet:& in casu isto uidetur procedere dictum Bart.in l.liberorum.

rorum.ff.de verbor.signifi.vbi voluit,ꝙ argui à tali ratione non
a possit,[a] cum non sit expressa.idem sequitur Bal.in l.ſi defunctus. C.de suis,& legiti.Imo.in l.si vero.§.de viro.ff.sol.ma.Ale.in ꝯsi. 80. Viso, & animaduerso.libro. 1. in consilio.98.Viso themate. circa fi.li.2.& in consi.84.Animaduersis.libr.4.Aret.in consil.27. Proponitur ex facto.nam hoc dictum Bart.videtur omnino procedere in isto casu,in quo fœminæ agnatæ admittuntur: ex quo videtur constare,ꝙ illa ratio no n attendatur, & in simili casu tradit Pau.de Cast.in consil.340.Præsupposito, ꝙ dictum statutum. clarum est autem, quòd amita est de attinentibus intra quartum
9 gradum,† quia amita est soror patris, & est in tertio gradu.§.tertio gradu.insti.de gradi.l.1.§.3.gradu.ff.de gradi.& 35.q.5.in c.fi. §.3.gradu.& in hoc statuto gradus accipitur secundum computationem canonum ita statuto disponente, quod quidem statutum ualet,ut no.Bal.in l.2.in fin. C. de success.edi.& ex supra dictis patet, ꝙ verba statuti in casu isto bene verificata sunt: & in statuto,ut dixi,est aperta decisio huius quæstionis, & conclusio est,quòd mater ab amita excludatur.

ADDITIO.

a ¶ Non possit.] Supra consi.13.consi.280.nu.7.vbi tetigi.

EPITOME Consil. CCCCCLXIIII.

Abbatia quædam intentat actionem contra comites de Monteglio pro possessione quorundam castrorũ,& bonorum, quã ipsi habebant. Actrix pro iustificatione suæ intentionis produ cit instrumenta locationum, ac etiam laudum in eorum fauorem latum extractum per notarium non matriculatum,& latum sine consensu hominum dictorum castrorum. Producit etiam instrumentum fidelitatis, & recognitionis dictorum hominum. Deinde fuerunt factæ inter partes duæ transactiones vna post aliam præmissorum occasione. Dec.respon. quia actrix nõ probauit intentionem suam,vel saltem res dubia remanet,ideo in fauorem reorum est pronuntiãdum, qui à con clusionibus in eos sumptis absoluendi veniunt.

SVMMARIVM.

1 *Causa pro ecclesia licèt fauorabilis sit,sic tamen fauorabilibus personis, & causis debitores sumus,ne alijs iniustitia fiat.*
2 *Rei in fauorem in dubio pronuntiandum est.*
3 *Sententia dominium non transfert non sequuta traditione.*
4 *Arbiter licèt alicui rem adiudicet,dominium tamen per arbitri sententiã non transfertur.*
5 *Dominium ecclesiæ sine traditione acquiritur.*
6 *Emphyteusis nomine si nobilis ab ecclesia prædium recepit,postea ille nobilis illud prædium vendidit ecclesia non requisita,& ecclesia illud vendicare voluerit, an poterit.*
7 *Confessio quo casu non attendatur, nisi comprobata, & iustificata fuerit.*
8 *Sententia lata inter alios alijs nocere non debet.*
9 *Dominus inuitis castri, vel ciuitatis hominibus non potest alicui castrum vel ciuitatem subijcere.10.*
11 *Castra, & villæ, quæ ciuitati recommendatæ sunt, & in signum superioritatis ciuitati pallium dant, non proter hoc subditi, sed liberi dicuntur.*
12 *Exemplum non sumptum cum authoritate iudicis,& partis citatione nõ probat.*
13 *Solennitas in actu requisita propter antiquitatem interuenisse præsumitur.*
14 *Vltima primis derogant, quando incompatibilia sunt.*
15 *Nouatio etiam hodie fit,quando contractus se non compatiuntur.*
16 *Verba enuntiatiua quo casu probant.*
17 *Episcopus de bonis ecclesiæ non incorporatis transigere potest.*
18 *Ecclesia,vt in integrum restituatur,quæ requirantur.*
19 *Restitutio in integrum non datur, nisi ignorantia probabilis sit.*



N causa magnificorum Comitum de Monteglio viso puncto,& consilio excellentis, & clariss. I. V.D.do. Alexandri de Malegonnelis,q & probitate,& doctrina suo patri ęmulatur, & omnia accuratè, & plenè cõplexus est,ut nullus dicendi locus super esse videatur: tamen vt petenti aliqua ex parte satisfaciam, reassumam breuiter ea,in quibus vis videtur consistere. Et in primis præsupponẽ
1 dum est,† ꝙ licèt causa pro ecclesia agente fauorabilis sit, sic tñ fauorabilib.personis, & causis debitores sumus,ne alijs iniustitia fiat,ut dicit tex.in c.ex tenore.de fo.ↄpe.in c.nu p. de do.iter vir. Et venerabiles religiosi abbatiæ, quos timoratæ ꝯscientiæ, & uiro integerrimos iãpridẽ cognoui,ut puto, nihil vellent, qđ à iustitia esset alienũ,& credo firmiter, quòd non velint imitari nõnullos ecclesiasticos,qui sub colore,quòd ecclesia damnum non patiatur,aliorum iura usurpare non verentur, contra quos inne hit Marian.Socin.in consi.15.Visis prædictis publicis instrumentis.videndum est ergo de ueritate, & iustitia casus propositi. Et primo considerandum est dictos comites habere possessionem bonorum,de quibus agitur,ut narratur, quo casu agentibus pro ecclesia,seu abbatia incumbit onus probandi.l.eum,qui.ff. prob. l.actor.C.de prob.l.qui accusare.C de edend. & istud est cõmodum possessionis, quia actore non probante reus absoluitur.§.
2 commodum.insti.de interdic.& in l.fi. C. de rei vendi.† Et in dubio in fauorem rei pronuntiandum est.c.ex literis.de proba.c.inter dilectos.in fi.de fide instru. in regula, cùm sint partium iura. de reg.iur.in 6.in l.Arianus.ff de acti.& obli. & quãdo res est dubia,melior est conditio possidentis,ut tradit gl.12.q.5.in c. nulli dubium.no.Bar.in l.1.§.non autem ff.de bo.poss. secundum tab. in l si inter.ff.de reb.dub.& in no.q.Bal.scribit in c. 1. de rescript. & ista conclusio ampliatur, etiam si in aliquo probationes actoris excederent probationes rei:quia propter hoc non tollitur,qn reus in dubio absoluendus sit,ut not. Abb.in d.c.ex literis.& in c. ad nostram.de proba.in c.in nostra de testibus.in c.cum P. de accusa.Requiritur ergo,ꝙ res nõ sit in dubio,sed ꝙ manifestè probationes sint in fauorem actoris. Ideo vis tota consistit in perscrutando probationes, quæ in fauorem agentium inducuntur,an tales sint,in quibus res clara, & certa reddatur: vnde discurrendo singula, in quibus agentes faciunt fundamentum, res manifesta apparebit. Primò enim pro abbatia producuntur complura instrumenta locationum particularium bonorum,quæ nõ probant dominium.c.inter dilectos.§. per instrumenta vero locationis.de fide instrumen.in l.ad probationem.C.loca.vbi Bal.in secundo notabil.dicit hoc procedere, etiam si locatio cum solutione pensionis probata sit:& tradit Alexã.in consi.9.Viso processu.libr.quarto. vbi dicit hoc saltem procedere quo ad tertiũ, prout in isto casu agitur. Secundò principaliter intentio agentium pro parte abbatiæ fundata videtur in laudo lato Anno Domini 1267. die vltima Maii.in quo expresse dictum, & declaratum fuit,quòd bona, de quibus agitur, sint, & esse debeant abbatiæ.ista verba videntur importare dominium,vt no.Barto.in l. cum res.C.si alie.res pig.da.not.per gloss. 8.distin. in c. quo iure. in uerbo,mea est.& facit tex in l.seruos suos de leg.3.cum simil.
3 Sed huic fundamento respondetur, † quòd sententia non trans-
a fert[a] dominium non sequuta traditione, de qua in casu isto non apparet,ut not.in §.fin.vbi gloss.insti.de offic.iud.& tradit Bart. in l.ex hoc iure.in versic.aduerte tamen.ff.de iustit.& iur. & in simili etiam si confiteor rem meam tuam esse,non transfertur dominium absque traditione,vt not. dicit Bartol.in l. cùm falsa.de iur.& fact igno.quia non potest induci voluntate partium,quòd dominium transferatur absque traditione,ut ibi Bartol.dicit: & nota per gloss.in l. in traditionibus.ff. de pact. facit text.in l. non statim.ff.de pecu & in terminis de sententia arbitri, quòd per illam non transferatur dominium,not.Bald.in l.fina.§.fina.in fin.
4 in versicul. & facit ad quæstionem. C. communia de legat.† vbi inquit, quòd licèt arbiter adiudicet rem alicui per sententiam arbitri, non transfertur dominium, allegat capitul. Raynaldus. de testa.& sequitur Alex.in consil.1.Ponderatis his.libr. quintò & ratio manifesta videtur,quia vt supra dixi,partes non possunt facere,quòd dominium transferatur absque traditione: & tota potestas arbitri pendet ex compromisso.l. non distinguemus.§. de officio. ff. de arbitr. & ideo indubitanter concludendum est, quòd arbiter, vel arbitrator non potuit sine traditione dominium in dictis bonis transferre. Non obstat, si dicatur,quòd in
5 isto casu sumus in ecclesia,† cui dominium acquiritur sine traditione,l.fin. C.de sacrosanct. eccles. quia huic obiectioni responderi potest,quòd tex.in d.l.fina.procedit,prout loquitur in vera venditione,vel donatione,de qua non agitur hic, secus si sit titulus fictus: quia etiam non transfertur dominium in ecclesiam, vt tradit Barto.in l. si aliquam rem. versic. habui in hac ciuitate.
6 ff.de acquir.poss.vbi concludit, † ꝙ si nobilis habens proprium
b prædium recepit illud in emphyteusim[b] ab ecclesia, postea ille nobilis

ADDITIONES.

a ¶ Non transfert.) Alex.consi.1.nu.4.ubi dixi lib.5.Vldar.Zasi.in rubri.de re iud.quod Cassadorus de cau.pos.& proprieta.decisio.7.ampliat etiam in incorporalibus.

b Emphyteusim.) dixi late in consuetudin.Parisiens.§.1.gloss.5.numero 22. cum similibus.& in lectura mea Tubingensi.l. cum falsa. C. de iur. & fact. ignor.

nobilis vendidit illud prędium ecclesia non requisita, ecclesia volebat vendicare illud prædium tanquam domina, dicit, ꝙ non poterat, quia nullum erat translatum dominium in ecclesiam. & idē Angel. in l. qui rem. C. loc. & in §. emphyteusim. versi. sed quæro, quidam habens. in Authen. de non alie. quia tali casu duæ fictiones concurrunt, quæ admitti non debent. l. 1. C. de inoffic. doti. Prima quòd in ecclesiam transferatur dominium absque traditione. Secunda quòd donatio præsumatur. & cum prædictis concordat Alexand. in consi. 9. Ponderatis his. libr. 5. & in consi. 69. Circa primum dubium. versic. ad horum confirmationem. eodē lib. 5. Areti. in consi. 14. Viso, & diligenter considerato thematæ. in versic. secundò. quia hic resultaret duplex specialitas. Et prædicta videntur comprobari, quia non apparet dictum laudum, habuisse locum, cum non constet abbatiam habuisse, & tenuisse dicta loca, & sic iustificatum non fuit dictum laudum, argumento

7 eius, quod dicitur de confessione, † quæ non attenditur, nisi comprobata, & iustificata sit. l. 1. §. diuus Seuerus. ff. de quæstio. l. inde Neratius. §. fina. ff. ad legem Aquil. no. Bald. in l. si quis in hoc genus. C. de episcop. & cleric. in uersic. deinde no. & in l. 1. uersi. sed quid dices, ego sum. C. de confessis. cum similibus. ut tradit Ale. in consi. 19. Circa primū. in prin. lib. 7. Prætereà illa assertio arbitratoris, qui in laudo simpliciter dicit, quod dicta bona sint, & esse debeant abbatiæ, & hoc aliter non iustificatur: vnde in arbitratore, qui non habet iurisdictionem, ex dictis verbis non videtur probari dominium, sicut in testibus, qui dicunt, & attestantur aliquem esse dominum alicuius rei: nam non probant, quia de iure & non de facto deponunt, ut nota. Specula. in titul. de testibus. §. nunc tractandum. uersiculo, quid ergo si quis petit fundum. & refert, & sequitur Alexan. in consil. 24. Circa processum. lib. 7. & licèt argumentum non videatur procedere de testibus ad arbitrum, vel arbitratorem, tamen videtur colligi argumentū, quòd dicta verba non ita, vt sonant, simpliciter accipiantur. & non eundo per medicata suffragia duobus aliis mediis efficaciter probatur, quòd abbatia in dicto laudo fundamentum facere nō potest contra istos, qui nunc possident, & conueniuntur: quia vulga

8 ta est regula, † quòd sententia lata inter alios non debet alijs nocere. l. sæpe. in princip. ff. de re iudica. l. Modestinus. ff. de except. & in titu. C. res inter alios acta. & in capitu. cum super. in fi. in c. pen. de re iudicat. in capitul. inter dilectos. de fide instrumentor. Non obstat, quòd sententia lata contra unum præiudicet eius hæredibus, & successoribus, ut not. per gloss. in l. & an eandem. in verbo personarum. de exceptio. rei iudic. quia non apparet istos possessores conuentos esse hæredes, vel successores eorū, contra quos laudum latum fuit, & propter maximam antiquitatem non videtur, quod hoc probari possit, cum latum fuerit Anno 1267. & ex hoc etiam constat istos non fuisset citatos, ideo illis laudum, vel sententia præiudicare non potuit: licet enim quo ad validitatem sentētiæ satis sit citare illum, de cuius præiudicio agitur principaliter, ut not. per gloss. in l. de vnoquoque. in princip. ff. de re iudica. ad hoc tamen vt sententia lata contra unum aliis noceat,

a debent citari omnes, [a] de quorum præiudicio agitur, ut not. Innocent. in capitul. fina. de maiorit. & obedien. Bal. in l. ab eo. versicul. extra quęro. C. quomodo & quando iudi. cum sim. ut Alex. scribit in d. l. de vnoquoque. in princip. & nota. Bartol. in l. filiusfamil. §. diui. de legat. 1. in versicul. item forte non præiudicaret. Alio secundo fundamento laudum præallegatum obstare non videtur, quia in tali laudo non interuenit consensus hominum

9 dictorum locorum, & castrorum, † quo casu non potest domi-

b nus inuitis [b] hominibus castri, uel ciuitatis alicui ciuitatem, vel castrum subijcere, ut not. Hostien. in capitul. dilecti. de maiorita. & obedien. Bald. in capitul primo. § in generali. in versicul. quæro, vtrum rex Franciæ. in titul. si de feu. fue. controuer. inter domi. & vasal. ubi propter hoc dicit, quod Imperator Constantinus fecit donationem beato Syluestro de ciuitate Romana cum consensu populi Romani. & idem not. Bald. in capit. 1. §. si quis. in versi.

10 quæro, an dominus in tit. quo temp. miles. vbi † inquit, quod si aliquis dominus uelit terram suam dominio alterius subijcere, homines dictæ terræ impedire, & contradicere possunt. Cùm ergo dictum laudum emanauerit mediante compromisso facto sine consensu hominum dictorum locorum, uidetur, quòd dicti homines contradicere, & reclamare possint. Et ex omnibus supradictis constare videtur, quòd in præallegato laudo abbatia nullū fundamentum facere possit. Non obstat prædictæ proximæ conclusioni instrumentum iuramenti fidelitatis, & recognitionis factæ ab hominibus dictorum castrorum, & sic videntur consensisse, & subiecisse se dictę abbatiæ: quia respondetur, quod illa subiectio fuit limitata, & iuramentum fidelitatis fuit restrictū pro eorum prædijs, & bonis quæ tenent ab ipso monasterio, siue abbatia, vt expresse dicitur in dicto iuramento fidelitatis: vnde ex tali iuramento fidelitatis limitato non potest inferri generaliter quòd castra, & homines castrorum subditi sint dictę abbatiæ. Ad hoc bene facit quod not. Bart. in l. non dubito. ff. de capti. in prin.

11 † vbi inquit, quòd castra, & villæ, quæ sunt recommendatæ ciuitati, & dant pallium ciuitati in signum superioritatis, non ꝓpter

c hoc dicuntur subditi, sed liberi. [c] & not. Bald. in l. etiam. C. de iur. dot. dum dicit, quòd licet castrum recognoscat aliquam maioritatem à superiore, non tamen dicitur subditum, sed tantum pacta debent seruari, ut idem Bal. dicit in l. excutorē. in ver. sed quæro de ciuitatibus ↄfœderatis. C. de execu. rei iud. Accedit etiā ad impugnationem dicti laudi, quòd ex abrupto, & sine causæ cognitione prolatum fuit, vt colligitur ex breuitate temporis, quia fuit factum compromissum in eodem anno die vltima Maij, & latum fuit laudum die tertia Iunij, ut patet ex ipso laudo: nā in duobus, uel tribus diebus non vr̄, ꝙ causę cognitio potuerit adhiberi in re tanti ponderis: & ideo sententia redditur nulla, ut no. Bar. in l. prolatam. in fi. C. de senten. & interlocu. om. iud. cum sim. vt tradit Alex. in consi. 33. Viso themate. lib. 1. & in consil. 217. Visis verbis lib. 2. & ad hoc in laudo arbitratoris est dictum Bal. in c. 1. circa fi. de inuestitur. in ma. fact. vbi inquit, ꝙ si arbitrator lauda-

d uit ex abrupto [d] non adhibita causæ cognitione, laudū est nullū: & sequitur Cardi. consi. 140. Factum tale est, magister Bartholomæus. & Abb. in ca. quintauallis. de iureiur. Dicitur etiam, ꝙ non cōstat legitimè de laudo, in quo abbatia facit fundamentū, quia

12 † exemplum producitur, ꝙ non fuit sumptum cum author. iudicis, & citatione partis, prout requiritur. c. fi. de fid. instru. not. per gl. & Bar. in auth. si quis in aliquo. C. de edē. & in l. chyrographis. in prin. ff. de admi. tut. cum sim. Non obstat, ꝙ propter antiquitatem omnia requisita in tali exemplo præsumuntur interuenisse, ut tradit Aret. in consi. 36. Casus talis est. & est regula communis,

13 † quòd propter antiquitatem solēnitas requisita in actu præsumitur interuenisse. l. qui aliena. in prin. ff. de acquir. hæredit. in l. si filius. C. de peti. hær. & in exemplo etiam scribit Raph. Cu. in consil. 158. Visis instrumento publico. quia ad hoc potest responderi, ꝙ illa præsumptio, quæ insurgit propter antiquitatem, purgatur, & tollitur per ipsum exemplū, quod exhibetur, in quo appa

e ret illa requisita nō interuenisse, vt Pau. de Cast. concludit in ↄs. [e] 49. In causa, quæ vertitur. in versi. & si dicatur. & sequitur Alex. in consi. 1. Ponderatis his. lib. 4. & idem tenet Imo. in consil. 101. In causa, q̄ vertitur. Prædictis etiam adijcitur, ꝙ tempore, quo exēplum sumptum fuit, extabat, prout nunc est statutum, ꝙ nullus notarius, qui non sit matriculatus in ciuitate Florentiæ, possit facere instrumenta, vel scripturas, & aliter gesta non valeant: & notarius, qui scripsit dictum exemplum, non erat matriculatus, vt dicitur in puncto, ergo non videtur valere exemplum sumptum à notario non matriculato: quia statutū vlterius procedit annullando, vt in terminis statuti Ang. concludit in consilio. 194. Visis processibus. dicens, ꝙ ex quo statutum annullat scripta per notarium non matriculatum, non est à verbis statuti recedendum. alleg. l. prospexit. ff. qui, & à quibus. & l. non aliter. de legat. tertio. secus si statutum non procederet vlterius annullando, quia ex ꝓhibitione simplici actus nullus non esset, vt idem Angel. dicit in l. vniuersos. C. de decur. lib. 10. cū si. vt dixi in consi. 17. Viso puncto. Postremò. considerandum est, ꝙ post dictum laudum longo interuallo inter dictas partes fuit facta transactio, ꝑ quam dictę partes uidētur recessisse à dicto laudo dato ꝙ valuisset, ut est tex. not. in c. 1. de transact. vbi instrumenta, & alia iura partium cōtraria transactioni subsecutæ tollūtur, & per illum tex. Bal. ibi dicit, ꝙ in ↄctib. non est opus apponere illa verba, cessantes, & irritan

14 tes omnem aliū ↄctum: quia hoc tacitè intelligitur, † quia vltima derogant primis, qñ incompatibilia sunt. l. pacta nouissima. C. de pact. in l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pac. & idē in ↄctibus incōpatibilib. ēt hodie fit nouatio, licet expresse non dicat, &

15 sic limitatur tex. in l. fi. C. de noua. ubi Bal. in prin. dicit. † ꝙ ēt hodie fit nouatio, qñ ↄctus se nō compatiuntur: alleg. l. Valerianus. ff. de præto. stip. Cùm ergo inter dictas partes vltimo loco fuerit facta transactio anno 1423. die 11. mensis Maij. ab illa transactione non est recedendum, quia nullus esset litium finis, si à transactionibus bona fide interpositis cœperit facile discedi, ut dicit tex. in l. fratris. in fi. C. de transac. ad idem tex. in l. transactione finita. in l. quamuis. C. eo. tit. & in c. statuimus. & c. ex literis. de transactio.

ADDITIONES.

a ¶ Citari omnes.] Alex. consi. 86. vbi dixi lib. 2. late Hippol. Marsil. repeti. l. de vnoquoque. de re iudi. Carol. Ruin. consilio 202. in fi. lib. 2.

b ¶ Dominus inuitis.) Phil. Decius. c. 1. nu. 4. de proba. vbi dixi. Idem Hiero. Grat. consi. 547. lib. 2.

c ¶ Liberi.] Tametsi inferiores, vt de Gaditanis latè Cicero pro Cornelio Balbo, & de Aetolis Titus Liui. lib. 38. Dixi in tractat. de dignitatibus, & magistrat. popu. Romani. nu. 43. cum seq. vbi literam communem. d. l. non dubito. defendo. adde Pet. de Anch. consi. 477. Pau. consi. 292. lib. 1. Iaco. de S. Gerogio in trac. feu. Alb. Bru. consi. 53. consi. 86.

d ¶ Abrupto.) Infra. consi. 664. nu. 9.

e ¶ In consi.] Quod est consi. 81. lib. 2. in nouis, versi. tertiò inducit. dixi latè in consue. Parisi. §. 5. nu. 62.

factio. & maxime quando obseruata fuerit pluribus annis. capit. contingit. de transact. & hoc presertim uidetur habere locum in religiosis, ut dicit Pet. de Anch. in consi. 135. Ex consilijs excellẽtium doctorum alle. bonum tex. in c. fi. de pac. in 6. & contra religiosos arguit Maria. in consil. 15. suprà alleg. & ibi dicit, ꝙ reprehensione [a] digni sunt nonnulli religiosi qui contractui ab eis solenniter celebrato, & longo tempore obseruato ꝯuenire non verent, & ꝯhentes admonet, vt ab eorum ꝯctibus tanquam à re pestitera abstineant. solũ ergo restat uidere, an transactio, de qua agitur, ex aliquo capite impugnari poterit. & breuiter cõcludendum est, ꝙ non: & pro fundamẽto transactionis præsupponendum est, ꝙ inter dictas partes fuit motũ iudiciũ, & lis pendebat, vt narrat in instrumento transactionis, & cũ facti fuissent actus plures hinc, & inde, & cũ nulla videret posse fieri probatio ꝑ aliquã partẽ, deuenerunt ad transactionẽ, vt latius in dicto instrumento continet: quæ quidẽ verba inter ipsas partes prolata faciũt fidẽ. l. optimã. C. de ꝯhen. & cõmit. stipu. §. itẽ verborũ inst. de inuti. stipu. no. t Bar. & doc. in auth. si quis in aliquo. C. de edẽ.

16 & hoc maxime dicendũ est in antiquis, † in quibus verba enuntiatiua probant, vt no. Bal. in l. cùm aliquis. C. de iure delib. in versi itẽ quod dicit gl. cũ simi. vt tradit Alex. ibi, & in cõsi. 6 Viso themate in fi. li. 1. & in ꝯsi. 71. Visis. li. 4. facit quod no. Bal. in l. emãcipatione. C. de fide instru. Et stante dicta lite iustificata vr̃ transactio, quę fit de re dubia, & lite incerta, vt no. in l. j. de trãsac. tradit Hostien. in summa de transac. in prin. Spec. in princ. eo. tit. Abb. post alios in rub. de trãsac. Roma. in ꝯsi. 244. Pro euidẽtia. Cuma. in ꝯsi. 156. Visa serie. & cũ appareat de veritate litis, cessat illud, quod no. Ang. in l. cũ hi. §. sed cũ lis. ff. de transac. & in ꝯsilio 215. Reperit in quadã. & in ꝯsi. 218. Visa narratione. cum si. vt dixi in rub. C. de transact. & sicut ex parte rei valida fuit transactio de re dubia, & lite incerta, vt dictũ est; pariter respectu personarũ impugnari non põt, quia abbatia in tali trãsactione nihil relaxauit, quod possideret, quo casu à prælato cũ capitulo transactio fieri potest, vt Bar. ꝯcludit in l. nulli. ff. de trãsac. & no. Abb. in c. cõtingit de transactio. & in simili casu consuluit Pet. de Ancha. in consi. 135. Ex ꝯsilijs excellentiũ doctorũ. valere transactionẽ factam à monialibus, quia fuit iusta causa transigendi de re dubia, & lite incerta, vt in casu isto contingit: & not. Bal. in l. præses. versi. itẽ se-

17 cundũ quosdã. C. de transac. † ubi inquit, ꝙ episcopus transigere põt de bonis non incorporatis ecclesiæ. Et quia pactũ prælati cũ capitulo, quod tendit ad lites euitãdas, bene ualet, quia dubius est euentus litis, l. quod debet. ff. de pecu. & ideo uotũ execrãdæ litis est laudabile. c. cõstitutionẽ. §. statutũ. de uerb. sign. in 6. & in l. item si res. in fi ff. de alie. iud. mu. cau. fac. ita in proposito Domi. de sancto Gemin. scribit in ꝯsi. 129. Circa istud dubiũ. in uer. præterea ubi pactum. Et cum in ista transactione interuenerit cõsensus superioris, non obstat qđ no. Fede. in consi. 64. Casus talis est, prelatus cum capitulo. & cũ hic non agat de alienatione bonorũ immobiliũ, cessat quod Abb. tradit in consi. 56. Videtur primò. li. 1. & in consi. 62. Illud de iure quærit. in prin. eo. li. j. & certe cũ longissimo tẽpore dicta transactio obseruata fuerit, non deberent dicti religiosi ꝯuenire. d. c. contingit. & no. Pet. de Anch. in dict. consi. 135. in uer. præterea dictum monasteriũ. facit text. in l. cùm quidam. §. diuus. ff. de usur. Nec in casu isto uidet tractandũ de restitutione in integ. quæ solet competere ecclesię, c. 1. de

18 restit. in integ. quia ut Abb. dicit in d. c. 1. in 2. no. † ad hoc, ut ecclesia consequatur restitutionẽ in integr. duo requirũtur: primò, ꝙ ecclesia sit lesa: secundò, ꝙ hoc manifeste appareat: & no. in c. pen. de reb. eccle. non alie. vbi tex. dicit, ꝙ monasteriũ restituit, qñ apparet enorme dispendiũ incurrisse. & hoc in casu isto dici nõ põt, ꝙ ex tali transactione abbatia passa sit enorme damnũ, ex quo nõ fuit probatum de dominio, nec de possessione dictorum bonorum: & quia si damnũ aliquod posset ꝯsiderari causatum à laudo, quod approbatũ fuit per transactionem, videtur à casu processisse, & ab euentu futuræ litis, quo casu non potest dici, ꝙ abbatia læsa fuerit ex eo, quòd pendet à casu. l. de fideicõmisso. C. de transac. l. si pater puellæ. C. de inoffi. testa. l. verum. §. sciendum ff de mino. 25. ann. & quia decursum est tempus petendi restitutionem in integr. quia non datur ecclesiæ post quadriennium. l. fi. C. de tempo. in integ. resti. pet. in c. 1. & 2. de in integ. resti. in 6. cle. 1. eo. tit. Non obstat, ꝙ dictũ tempus quadriennij non currit à principio ignoranti, ut no. Bal. in l. falsam. in ver. & ideo si quis. C si ex fal. instru. Card. in cle. 1. in 25. q. de resti. in integ. Alex. in consi. 84. In causa vertente. lib. 1. quia in abbate, & monachis scientia præsumitur, & non erat probabilis ignorãtia in facto proprio. c. ab excõmunicato. de rescrip. l. quanquã.

19 ff. ad Velle. l. fi ff. pro suo. † &. si non sit ignorantia probabilis, non datur restitutio, ut tradit Ro. in consi. 127. Posito, ꝙ dominium. in fi. Aret. in consi. 15. Reuerendissime pater. in fin. & ex supradictis apparet, ꝙ agentes pro abbatia nõ probauerunt eorum intentionẽ, vel saltem negari non põt rem esse dubiam, iõ in fauorem reorum pronuntiandum est, ut dixi supra in prin.

ADDITIO.

a ¶ Reprehensione. Supra consi. 472. nu. 10. vbi dixi.

EPITOME Consi. CCCCCLXV.

Vsusfructus cautio est de eius forma, & essentia: Ideo prestari debet à quocunque etiam idoneo de rebus, quæ vsu consumuntur. Ceterum qui aliquid facit ratione iuris sui conseruãdi, non dicitur molestare, nec uiolentiam inferre.

SVMMARIVM.

1 *Cautio quę sit de forma vsusfructus, & quæ præstari debet.*

2 *Testator si prohibuit eius vxorem vsufructuariam molestari à suis hæredibus sub pęna priuationis, vxori non est remissa cautio, quæ ratione vsusfructus præstari debet.*

3 *Proprietarius si vsufructuario promittat non mouere quæstionem, nec molestiam aliquam, non videtur prohibita cautio, quæ de vsusfructus natura existit.*

4 *Testator non potest prohibere cautionem de vtendo arbitrio boni viri.* 5.

6 *Rationes duæ principales quando existunt, sufficit, ꝙ vna locum habeat*

7 *Causa quælibet etiam iniusta à dolo excusat.*



Clarissima vr̃ de iure ꝯclusio superius firmata per clarissimũ V. I. Doctorem Franci. de Lante vti fratrem maiorẽ honorandũ per ea, quæ ab eius excellentia inducunt. Nam de ista qõne, de qua agit. est casus in l. j. de vsufr. & tradit Alex. in ꝯsi. 57. Habita super narratis. lib. 3. Pau. de Cast. in ꝯsi. 192. Anteq̃ veniam. in princi pio. & Soci. in ꝯsi. 131. In presenti ꝯsultatione. & vlterius ista ꝯclusio ꝯprobat authoritate Bal. in ꝯsi. 372. Casus, super quo.

1 lib. 1. vbi dicit † ꝙ talis cautio est de forma vsusfructus, & debet præstari à quocunque ẽt valde idoneo. & idẽ Bal. in ꝯsi. 65. in fin. Punctus. alis est. Bernardus lib. 2 & in ꝯsi. 160. Post mortem Iuuenalis. in prin. eo. lib. 2 & in ꝯsi. 150 statuto cauet. lib. 3. & cũ suprà dictis ꝯcordat do. Abb in ꝯsi 4. In qõne, quæ vertitur. versi. formatur & sextum dubiũ lib. 2 & bene facit quod in proposito tradit Andr. Sicu. in consi 59 Clement ssimi Dei pr̃is. in vers. capio

2 nũc secundã. lib. 2. † vbi ꝯcludit, ꝙ testator, qui ꝓhibuit suã vxorẽ vsufructuariã molestari a suis hr̃dibus sub pœna priuationis, prout fuit in ip̃o casu, non vr̃ vxori remissa cautio, quæ dẽt præstari ratione vsusfructus, allegat Bald. in l. 1. in vers. sed pone, ꝙ

3 verba insr̃i. C. de vsufructu. † vbi inquit, ꝙ si proprietarius promittat vsufructuario non mouere quæstionẽ, nec molestiã aliquã, ꝑꝑ ista verba non vr̃ prohibita cautio, q̃ est de natura vsusfructus. & facit quod no. idem Bal. in l. 1. versi. item quæro, si testator. C. de his, quæ pœnæ no. Sed in casu nostro est tex. in d. l. 1.

4 C. de usufructu. † vbi expresse dr̃, ꝙ non potest [a] testator prohibere cautionẽ de utendo arbitrio boni viri, & no. Bal. ibi cũ simi. s. alleg. Solum vr̃ esse difficultas, quia ista conclusio vr̃ procedere in bonis immobilib. in quibus propriè cadit vsusfructus, & in his vr̃ habere locum ratio, quæ allegatur: quia in tali remissione præstatur occasio delinquendi, ut no. Bart. in d. l. 1. secus vr̃ in his rebus, in quibus propriè non ꝯstituitur vsusfructus, quia usu con-

5 sumuntur: † nam in talibus cautio remitti põt sm̃ Pe. in d. l. 1. quia in illis non præstatur occasio delinquendi; & istam opinionem sequitur Pe. de Anch. in c. fi. de pigno. & late tradit And. Sic. in ꝯsi.

* 64. Clementissimi Dei patris. lib. 2. * communis tñ opinio vr̃ in ꝯtrium: quia tex. in d. l. 1. loquitur generaliter, & habet locum, siue usufructus ꝯstituatur proprie in rebus, quę vsu non ꝯsumuntur siue impropriè sit vsusfructus in rebus, quæ usu cõsummunt, ut Bar. concludit in d. l. 1. in versi. modo pro dec aratione nostræ legis. & Bal. in d. l. 1. 4. no. dicit, ꝙ opi. Pe. est ꝯ tex. in d. l. 1. qui loquitur in pecunia, ibi, solutam pecuniã accipere poteris. & non propriè in pecunia constituitur usufructus: & tñ cautio præstatur. d. l. 1. & idem sequitur Sal. in d. l. 1. in 4 oppositio. & idem cõcludit Io. de Imo. in c. fi. in versi. ultimo aduerte. de pign. dũ inquit, ꝙ in rebus, quæ usu consummuntur, licèt uideatur cessare ratio suprà alleg. qa in illis non præstat occasio delinquendi, tñ alia est

6 ratio principalis ꝑꝑ fauorem hæredis: & † qñ sunt duę rationes principales, sufficit, ꝙ una habeat locũ, ut no. in l. libero. fi. §. notant. ff. de his, qui no. infa. §. affinitatis. insti. de nup. & cũ supra dictis concordat Alex. in d. consi. 58 lib. 3. Abb. in d. consi. 4. lib. 2. Ex quibus omnibus patet istam esse cõem opi. à qua in consulendo, & iudicando non est recedendum. Vltimo non obst. ꝙ opponitur de uiolentia illata do. Catharinæ: quia non vr̃ probata sufficienter, ut suprà per dominum ꝯsultorem dictum fuit: & dato, ꝙ esset probata, non videnĩ prædicti hæredes incidisse in pęnam aliquam, quia non fuerunt in dolo, ex quo illud fecissent ratione iu-

7 ris sui conseruandi: † & quælibet causa ẽt iniusta excusat à dolo. l. igit. ff. de lib cã & in casu isto tradit Soci. in d. consi. 131. in versi. Amplius ẽt ex quo hæredes. & in simili casu cõsuluit Io. de Imo. in consi. 16. Viso casu transmisso. ubi ad propositum bene loquit. in alio

ADDITIO.

a ¶ Non potest.) supra cons. 418. nu. 16. ubi dixi.

in alio simili casu scribit Barth. Veronen. in consi. 4. Visa querela. Ex quibus omnibus sine vlteriori progressu concurro in sententiam dñi consultoris, & de subscriptione requisitus.

EPITOME Consi. CCCCCLXVI.

Species, vel pecunia in certo loco existens promissa solui debet vbi ipsa est tẽpore solutionis faciendæ. Quia si tunc creditor ibi nõ fuerit ꝑ lapsum termini debitor in mora nõ ꝯstituitur.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio de dando aliquid, uel faciendo quando præcedit, & si non dederit, uel fecerit, aliud promittatur pro pœna, si fuerit in mora faciendi, vel dandi, intelligitur.*
2 *Species, quæ actione personali debetur, debet solui in loco, vbi reperitur.*
3 *Rusticus si in foro certas bladi mensuras vendidit, illas ibi tradere non tenetur, sed in loco, vbi sunt.*
4 *Solutio si in ciuitate Florentiæ fieri debet in die Paschatis, & illo die non probet reus se fuisse Florentiæ ad soluendum, nec etiam actor probet se illa die fuisse ad recipiendum, quid iuris.*
5 *Reus si non reperit creditorem, cui soluere posset, vt penam euitet, corã iudice offerre debet.*



Romisit Antonius Hõnorati dare, & consignare Lucæ Georgini de Pisis certas mercãtias existẽtes in ciuitate Ianuę, & pro parte in terra Sextri ꝑ totũ mensem Nouẽbris ꝓximè futuri, an. 1527. & si non ꝯsignauerit dictus Antonius oẽs supra scriptas res, & bona, tũc, & eo casu dictus Antonius ad petitionem dicti Lucę voluit capi ꝓ scutis centum auri pro pretio dictarũ mercantiarũ sic inter dictas partes de cõi concordia æstimatarũ, vt latius patet in instrõ publico: agit dictus Lucas, & petit dictũ Antoniũ condemnari, & ꝯdemnatũ compelli ad solutionẽ dictorũ centum scutorũ, ex eo, ꝙ dictus Antonius nõ soluit dictas mercãtias per totũ mensem Nouembris: quæritur quid iuris: & quia causa agitur apud doctissimũ, & clarissimum
1 doctorem, agam paucis, & considerandum est, † ꝙ qñ præcedit dispositio de dando aliquid, vel faciendo, & si non dederit, vel fecerit, aliud promittatur pro pœna, intelligitur si fuerit in mora faciendi, vel dandi, vt not. Bar. in l. si duo §. ait prætor. in versi. hæc autem verba. ff. de const. pec. & idem Bar. in l. ita stipulatus. in 7. oppo. 5. partis. de verb. obl. cum sim. vt dixi in consil. 2. Est ergo videndum, an dictus Antonius in mora fuerit, & concludẽdum est, ꝙ dictus Antonius non videtur fuisse in mora: & ꝓ fundamento huius ꝯclusionis præsupponendũ est, ꝙ res promissæ per dictũ Antoniũ erant soluendæ in locis, vbi erant, videlicet Ianuæ, & Sextri, per regulam, quæ hř in l. q̃d legatur. in prin. ff. de
2 iud. † vbi species, quæ debetur actione personali, dẽt solui in loco, vbi reperitur. & cũ in casu isto promissa sit certa quantitas, quæ erat in tali loco, dř species promissa. l. talis scriptura §. item si legetur. de leg. 1. in l. planè. §. sed hoc ita. in l. sed si certos. eod. tit. de leg. j. in l. 1. §. pe. de dote prælega. & ideo ista quantitas, quę est loco speciei, debet præstari in loco vbi reperitur. & dicit Angel. in d. l. quod legatur. in fin. † ꝙ si rusticus in foro vendidit cer
3
a tas mensuras bladi, nõ tenetur ibi illas tradere, sed in loco, [a] vbi sunt: alleg Spe. in tit. de cõp. iudi. adi. §. 1. ver. quid si rusticus. & in casu isto hoc clarum vř, quia Antonius, qui promisit, expressit loca, in quibus erant res promissę, & ideo vř promisisse soluere in dictis locis: & hoc declaratur in protestatione facta ab ipso Antonio prædicto Lucę, ꝙ iret pro dictis mercantijs in dictis locis, vt in actis continetur: & retenta ista ꝯclusione, de qua non vř dubitandum, ꝙ solutio deberet fieri in dictis locis. Et secundum ea, quæ proponuntur in dicto mense Nouembri, in quo solutio fieri debuisset in dictis locis, ad illa loca nec Antonius debitor, nec dictus Lucas accessit: & sic neuter ibi repertus fuit: quo casu nõ põt dici, ꝙ dictus Antonius fuerit in mora, quia dictus Lucas ad loca ꝓdicta nõ accessit, vt no. Bart. in l. item illa. in ver.
4 quæro pone. ff. de ꝯst. pecu. † vbi inquit, pone. ꝙ solutio dẽt fieri
b in ciuitate Florentię in die Paschatis, illo die nõ [b] probat reus se fuisse Florẽtiæ ad se soluendũ, nec etiã actor probat se ibi illa die fuisse ad recipiendũ, ꝯcludit, ꝙ nõ sit probata mora per lapsum diei ꝯ reum per l. arbiter si Calendas. ff. de arbi. & idẽ not. Bart. in l. ꝯtinuus. §. cũ ita. de verb. ob. cum si. vt tradit Alex. in consi. 90. Viso processu. ver. nec obst. si diceretur. lib. 5. Nec obstat quod
5 no. Bar. in l. si reus paratus. in fi. ff. de procu. † vbi dicit, ꝙ reus, q nõ reperit creditorẽ, cui soluere possit, dẽt corã iudice offerre, & hoc mõ euitabit penã; quia rñdetur, hoc nõ esse necessarium, licet a maiorẽ cautelã fieri possit: hoc spãliter dicit Alex. in ꝯsi. 92. Perspectis his, quæ in themate. lib. 1. qa ex quo in loco deputato nullus ꝯparuit, & in pari culpa melior est ꝯdõ rei. l. si seruũ. §. sequitur. ff. de verb. obl. & hoc idem tradit Io. de Ana. in ꝯs. 5. Visa narratione facti. ver. & dato, ꝙ nõ interuenerit cautela Bar. & sic vbi apparet creditorem non adesse in loco, vř cessare mora in reo, vt Alex. cõcludit in ꝯsi. præællg. 92. lib. 5. & idem Alex. in consi. 40. Visis, & optimè discussis. in ver. ad idem facit. lib. 4. Ex quibus omnibus concludo in casu nostro, ꝙ ex quo Lucas non se præsentauit in locis, in quibus solutio fieri debuisset, Antonius non fuit in mora, & per consequens non potest ad dicta centum scuta ꝯueniri, & ex suprà dictis res clara videtur.

ADDITIONES.

a ¶ In loco.) Dixi in tract. vsura. q. 9.
b ¶ Illo die non.) Alex. in consi. 210. lib. 6. vbi dixi.

EPITOME Consi. CCCCCLXVII.

Quando in vna parte testamenti est facta mentio de filijs masculis, an idem sit in alijs partibus testamenti.

SVMMARIVM.

1 *Testamenti pars vna secundum aliam intelligi debet.*
2 *Negatiua magis negat, quàm affirmatiua affirmet.*
3 *Regulæ duæ quando concurrunt vna affirmatiua, altera negatiua ipsa negatiua preualet.*
4 *Conducat si quis fundum in emphyteusim pro se, & liberis, filia femina etiam comprehenduntur.*
5 *Filiorum nomine quo casu filiæ non comprehenduntur. 6.*
7 *Testamento quod non exprimitur, dictum non intelligitur.*
8 *Filiorum appellatione nepotes non ueniunt, vbi de fideicommissi onere agitur, quoniam fideicommissum est onus.*

IN casu occurrenti, qui sæpenumero ꝯtingit, ſm diuersitatẽ casus vario mõ alias ꝯsului: nã plerique tenẽt, ꝙ si in vna parte testĩ sit dictũ de filijs masculis, ẽt alia pars eiusdẽ testĩ, in qua dicatur de filijs simpliciter in-
1 telligitur de masculis, † quia vna pars testĩ ſm aliã partem intelligi dẽt. l. qui filiabus. in prin. vbi Bar. de leg. 1. facit tex. in l. si seruus pluriũ. §. fi. eo. tit. in l. vtrum. ff. de peti. hæred. & ſm istã conclusionem consuluit Abb. in consi. 36. Vř primò. li. 1. Pau. de Ca. in ꝯsi. 77. Casus iste frequenter ꝯtingit. & Cu. in consi. 117. A. in testõ instituit. cũ si. vt latè dixi in ꝯs. 15. & hoc vř confirmari, qa substitutio vř regulari ſm institutionẽ l. 1. C. de impub. & alijs subst. §. & si ex disparibus. insti de vul. substi. & in §. substitutur. instit. de pup. Cũ ergo institutio facta sit de masculis. pariter vř,
a ꝙ substitutio de filijs masculis intelligitur. Nõnulli ꝯtriũ [a] dñt, quia vbi voluit testator intelligere de masculis, hoc expressit; ergo ubi hoc nõ expressit, nõ intelligitur de masculis, quia facile fuisset hoc exprimere, si uoluisset, vt dř in l. j. §. sin autem ad deficientis. C. de cad. tollen. in c. ad audientiã. de deci. c. inter corporalia. de trãsla. episco. & hoc mõ in ista qõne de masculis arguit, & tenet Io. de Ana. in ꝯsil. 22. Ad approbandã. in fi. & idẽ tradit Pet. de Anch. in ꝯs. 120. Pro clariori decisione. in fin. in cõs. 125. Visis. & idẽ ꝯcludit Alex. in consi. 38. Perspectis his. lib. 6. & Soci. in ꝯs. 40 inter consilia Francisci Curtij. In isto ꝯflictu opinionũ verior vř opinio negatiua, quia potẽtior vř esse illa rõ negatiua,
2 quia nõ est dictũ de masculis, † quia negatiua magis negat, [b] q̃
b affirmatiua affirmet, ut no. ꝑ gl. in c. cũ dilectus. de consue. facit,
3 q̃d no. Bar. in l. 3. §. liberti. per illũ tex. ff. de suspec. tut. † vbi ꝯcludit, ꝙ qñ concurrunt duæ regulæ, una affirmatiua, altera negatiua, præualet negatiua. & idẽ in priuilegijs no. Bal. per illũ text. C. de testa. mil. cũ sim. vt dixi ibi. & ista ꝯclusio saltem vř habere locũ in isto casu, in quo fuit facta substitutio Seraphino filio, si decesserit sine liberis, ut patet in testõ Melchioris, licèt secus esset in substitutione facta decedenti sine filijs, quia latior est nominatio liberorũ q̃ filiorũ. §. fi. inst. qui dari tuto. testa. pos. & in l. liberorũ. in prin. ff. de uerb. sig. in l. cognoscere. §. liberorũ. eo tit. l. si
4 dotali. ff. solu. matri. † Vnde videmus, ꝙ si qs ꝯducit in emphyteusim fundũ pro se, & liberis, filiæ fœminæ ẽt ꝯprehendunt, ut no. Bal. per illũ tex. in l. sed si hac. §. liberos quoq;. ff. de in ius vocan. cũ si. vt ibi tradit Alex. in prin. secus aũt si dictũ sit pro se, &
5 filijs, quia † sub nomine filiorũ filiæ [c] nõ comprehẽduntur in tali contractu, ut no. Imo. in l. si ita scriptum. de legat. 2. in versi. & per hoc uidetur. & idem Imo. in cap. potuit. in fi. de loca. & istam differentiam inter verbum filiorum, & verbum liberorum, tradit Alex. in d. l. sed si hac. §. liberos quoque. Et ideo in casu proposito videtur, quòd opi. contrariæ relatæ supra cõcordari possint,

ADDITIONES.

a ¶ Contrarium.) & uerius, nisi alijs concurrentibus, ut dixi supra consi. 15. facit supra consi. 440. num. 12. infra consi. 597.
b ¶ Magis negat.) supra consi. 518. nu. 7. consi. 3. nu. 4. vbi tetigi.
c ¶ Filiæ.) Imò, ut dixi supra consi. 169. nu. 4.

sint, ut dicamus, quòd quãdo dictum est de filijs masculis in vna parte testamenti, idem etiam in alia parte testamenti intelligatur; & ita videtur procedere prima opinio superius relata; secus videt, si dictum fuit de liberis, prout in casu isto dicitur, quia tali casu videtur habere locum altera opinio, quæ habet, quod de masculis tãtum intelligatur, ubi hoc exprimitur. aliàs secus videtur. & isto casu videtur procedere regula supra alle. quòd si de masculis intelligere voluisset, facile fuisset illud exprimere. & ratio illa diuersitatis videtur: quia terminus liberorum, qui latiorem habet significationem, non videtur, quòd ita de facili habeat limitare, & restringere dispositionem, sicut in verbo, filiorum. Et secundũ istã cõclusionem Hieronyma filia fundatam habet intentionem, ut ipsa admittatur excluso substituto, cum ipsa sit de liberis. l. nõ est sine liberis. C. de ver. sig. l. cognoscere. §. liberorum. ff. eo. ti. l. 1. C. de cond. inser. & in d. l. sed si hac. §. liberos quoque. cum si. Secundò principaliter alia concordia adaptari pótest, prout aliàs dixi,

6 videlicet ut dicamus, quòd regula, quæ dicit, † quòd dictum in una parte testamenti intelligatur repetitũ in alia. d. l. qui filiabus. in prin. de leg. 1. cum si. s. alle. habeat locum in materia fauorabili, quia fauor debet ampliari. l. cum quidam. ff. de lib. & post. secus videtur

7 in materia odiosa, in qua videtur procedere alia regula, quæ † dicit, quòd illud, quod non exprimitur, dictum non intelligitur, de qua supra dictum fuit. & ista distinctio vr̃ in proposito bene adaptari, quia materia vr̃ odiosa, quòd filius grauatus sit onere fideicommissi in illa conditione, si decesserit sine liberis. cum fideicommissum dicatur onus. l. cohæredi. §. cum filiæ. de vul. & pu. not. in l. ex tribus. C. de inoffi. testa. & ideo consonat, quòd ẽt filiæ videantur remouere onus fideicommissi à filio instituto. & ad hoc facit, quia videmus, quòd prohibitio alienationis facta filijs, quia onerosa, non porrigitur ad nepotes. §. nos igitur. cum glos. in Auth. de resti. fideicom. no. Bar. in l. filiusfamilias. § diui. de leg. 1. in l. Lucius. §. Sẽproniæ. de leg. 3. Alex. in consi. 56. li. 5. & in onere fideicommissi no. Pau. de Cast. in consi. 170. Ne improprijs vtamur vocabulis.

8 † vbi concludit, quòd vbi agitur de onere [a] fideicommissi, appella-

a tione filiorum non veniũt nepotes, quia fideicõmissum est onus. & idem tradit Cor. in consi. 182. Videtur prima facie. lib. 2. cum similib. vt dixi in consi. 95. Nec obstat, quòd etiam in casu isto vr̃ cõcurrere alia regula affirmatiua, quòd dictum in vna parte testamenti hẽt locum in alia, ut s. dixi: quia regula negatiua p̃ualet affirmatiua, ut dixi supra, & ideo cum in isto casu simpliciter dictum sit de liberis, intelligitur tam de fœminis, quàm de masculis. & sic concludo in isto casu bene, & rectè iudicatum, & malè appellatum.

ADDITIO.

a ¶ De onere.] Idem Alex. in consi. 185. nu. 21. lib. 2. Philip. Cor. consi. 112. lib. 3. consi. 182. lib. 2. consi. 390. lib. 4. & dixi ad Alex. cons. 1. lib. 1.

EPITOME Consi. CCCCCLXVIII.

Conditio apposita de filiis quando intelligatur de masculis.

SVMMARIVM.

1 *Masculinum quo casu fœmininum concipiat, non ex propria significatione, sed ex interpretatione.*
2 *Masculinum in materia indifferenti fœmininum concipit.*
3 *Verba quo casu in dubio gratia demonstrationis apposita videntur.*
4 *Substitutio facta filio decedẽti sine filijs, de iure communi tàm de fœminis, quàm de masculis intelligitur.*
5 *Filia si renuntiauit hereditati propter fratres, qui erant renuntiationis tẽpore, in quibus bona fuissent in agnatione conseruata, si contingat, quod dicti fratres moriantur patre viuente, filia non obstante renũtiatione ad patris hæreditatem admittitur.*
6 *Nepos ex filio quo casu alium filium testatoris substitutum excludit, & nepos ex filio excludit patruum suum.*
7 *Masculinum in vltima voluntate fœmininum concipit.*
8 *Dictio, filijs. quo casu de masculis intelligitur.*



Omina Daria ser Baldi instituit Ioannem Baptistam vnicum filium masculum, & Franciscæ filiæ certum quid reliquit, & si dictus Ioan. Baptista hæres institutus decederet sine filiis legitimis, & naturalibus, ei substituit dictam Franciscam. decessit Io. Baptista sine filijs masculis relicta filia: vnde quæritur, an ista filia neptis testatricis excludit Franciscam filiam testatricis substitutã: perstringendo quæstionẽ, quę in alto pelago [a]

a agitatur, resolutio Paul. de Cast. fuit in consi. 89. Casus iste frequẽter contingit. distinguendo, quòd si substitutus erat de descendentibus testatoris, prout erat in casu suo, quia erat alter filius testatoris, & tali casu videtur verior opinio, quòd neptis non excludat substitutum, quia testator vr̃ habuisse respectum ad agnationem, & voluisse bona in familia conseruari, secus si extraneus esset substitutus, quia neptis excluderet substitutum, ut latius Paul. de Cast. ibi prosequitur, & dixi in cons. 15. & in casu proposito si filius masculus testatoris fuisset substitutus, secundum Paul. de Cast. esset dicendum, quòd neptis non excluderet substitutum. Sed in casu isto fuit filia testatricis substituta, in qua cessat ratio Pau. de Cast. quòd habuerit respectum ad agnationem, & casus iste non vr̃ decisus per distinctionem Pau. de Cast. Et ego aliàs consului, quòd neptis excludat filiam testatoris substitutam, vt patet in consi. 368. Viso testamento Ludouici de Acerbis. insignis doctor do. Vincen. Herculanus refert consilium meum, & illud conatur impugnare, & concludit, quòd ẽt in isto casu illa conditio de filiis masculis intelligatur, & mouetur istis rationibus. Primo, quia instituendo filium masculum vniuersaliter hæredem, & non filiam, apparet testatorem voluisse masculos filiabus pręponere, & hoc fauore agnationis, & ista ratio pro expressa habetur iuxta no. per gl. & Bald. in l. quamuis. C. de fideic. & ista ratio etiam militat in substitutione facta à testatore, quia non vr̃ verisimile, quòd testator voluerit neptes nascituras ex filiis esse potioris, & melioris conditionis quàm essent filiæ testatoris, argu. l. si viua matre. C. de bo. mater. & in hoc multa verba effunduntur. & hoc tradit Pau. de Ca. in d. consi. 79. vbi allegat d. l. si viua matre. & idem Cum. in cons. 117. A. in testamento. Abb. in cons. 36. Videtur primò. lib. 1. & latè dixi in cons.

1 15. supra allegato. Secundò adducit, † quia masculinum concipit fœmininum non ex propria significatione, sed ex interpretatione, ut no. Bar. post Dy. in l. 1. ff. de verb. sign. per l. pronuntiatio. in prin. de ver. sign. & Card. in consi. 135. Puto filias prædictas. ideo in ista materia non vr̃ recedendum à proprietate verborum, quę

2 est, quòd verbum, filius. de masculo intelligatur. Tertio † quia masculinum concipit fœmininum in materia indifferenti, quãdo sit eadem ratio in vtroque: secus si sit ratio diuersa inter masculum, & feminam, quia masculinum non concipit fęmininum, ut no. Bart. in l. 1. in fi. ff. de pec. Bal. in l. seruus. C. commu. de succes. cum simil lib. ut dixi in l. fœminæ. de reg. iur. & in casu isto nõ sumus in materia indifferenti, quia non est eadem ratio in filiabus filiorum testatoris, quæ est in filijs masculis, ex quibus agnatio conseruatur, & ista sunt, quæ in effectu colliguntur ex multiloquio, de quo viri doctissimi stomachari solent. Quibus non obstantibus puto indubitanter me rectè consuluisse, & non esse recedendum ab eo, quod dixi in dicto cons. 370. Et pro vera intelligentia primo considerandum est, quòd si in pluribus locis in eodem testamento expressum de filijs masculis fuisset: consonat, quòd in eodem testamento in alia parte dictum de filiis simpliciter de masculis intelligatur. arg. in l. qui filiabus in prin. de lega. 1. & ita aliàs latè consului, ut patet in d. consi. 15. & de isto casu non agitur in proposito, quia in testamento, de quo agitur, nulla est facta mentio de filijs masculis solum in institutione dicitur. quòd instituit vnicum filium masculum vniuersalem hæredem: nam verbum illud, masculum, vr̃ appositum gratia demonstrationis ad certificandum

3 personã hæredis instituti: † quia in dubio verba videntur apposi-

b ta gratia demonstrationis, [b] ut not. Bartol. in l. centurio. vers. sed quid si dixi. ff. de vulgari, & pupillari, & quod notat Bartol. in l. cũ pater. §. mense. de legatis. 1. versic. quæro, quid si testator. & sufficit, quòd in casu isto non reperitur illa reiteratio de filijs masculis, prout erat in casu, in quo consului in consi. 15. Secundo præsup-

4 ponendum est, † quòd de iure communi substitutio facta filio instituto decedenti sine filiis intelligitur tam de fęminis, quàm de masculis, & sic de iure communi neptis ex filio excluderet patruum. vel amitam, ut probatur in l. cum auus. de condi. & demon. in l. cũ acutissimi. C. de fideicomm. & hoc fatetur Pau. de Cast. in d. cõsi. 69. & in casu isto sumus in iure communi, vt inferius dicã, ergo dicendum est, quòd neptis excludat amitam. Tertio aduertendũ est, quòd in isto casu non agitur de fauore masculorum, quia nullus masculus reperitur, sed agitur tantum de filiabus: vnde recurrendũ est ad illud, quòd no. Bal. in consi. 372. Quædam puella fuit dotata. li. 3. aliàs cõsi. 437. li. 1. vbi in filia, quæ renuntiauit hæreditati patris, dicit multum esse considerandum, vtrum extet persona, quæ ex præsumpta voluntate patris excludat renuntiantem: & tunc renuntiatio nocet, puta si extet filius masculus: secus si non sit persona, quæ excludat renuntiantem ex præsumpta volũtate patris: vnde infert, quòd cũ illa renuntiatio esset facta contemplatione masculi; illa,

ADDITIONES.

a ¶ Pelago.) Sophisticationum, quæ iuris communis, & sensus communis non mutant veritatem, qua inspecta nulla est difficultas.

b ¶ Demonstrationis.] Suprà consi. 181. docto. in l. quidam testamento. in prin. de leg. 1. And. Iser. quo tempore miles inuestit. pet. in vsi. feud. dixi ad Ale. consi. 20. li. 2.

sculi;illa,quæ renuntiauit deficiente masculo, admittitur ad successionem cum alijs sororibus nõ obstante renuntiationes & est * *communis* conclusio.† ꝙ filia, quæ renuntiauit propter fratres, qui erant tempore renuntiationis,in quibus bona fuissent cõseruata in agnatione:nam si contingat, ꝙ dicti fratres moriantur viuente patre,filia non obstante renuntiatione ad hæreditatem patris admittit,ut no.Bal.in l.pactum,quod dotali.in 4.q.C.de col. & idem Sali.ibi,Dom.de sancto Gemi.in c.quamuis.de pac.in 6. & sequitur Alex.in l.stipulatio hoc modo concepta.de verb.obl. & in cons.29 Præclarè,& subtiliter.lib.3.pariter in casu isto dicẽdum vr̃, ꝙ licèt testator in vniuersali institutione prætulerit masculum filiæ fœminæ, & noluerit filiam cum filio masculo concurrere,iste casus de quo testator cogitauit,in casu isto non contingit:quia mortuo Io.Baptista masculus nullus reperitur,sed cõtentio vr̃ inter feminas ab vtraq; parte: & iste casus omissus a testatore remanet in dispositione iuris cõmunis, ar.l. si extraneus. ff.de condic.ob cau.in l.si cum dotem.in prin.ff.sol.ma.& de iure communi in vltima voluntate masculinum concipit fœmininũ. l.qui duos.de leg.3.l.seruis legatis.eo.titu.de leg.3.& not.Petr.de Anch.in cons.120.Pro clariori decisione.& de iure communi,ut dictum est,neptis ex filio excludit patruum, & amitam, ut colligitur in d.l.cum auus.de cond.& demon.& in l.cum accutissimi.C. de fideicom. & ex his responsio ad allegata in contrarium colligitur. Et respondendo specialiter primò nõ ob.ꝙ instituendo filium masculum apparet,ꝙ voluit masculos filiabus præponere;quia verum est existentibus masculis,prout testator loquit̃, nam quando concurrunt masculus cum fœmina,voluit testator masculos esse melioris conditionis, quia per masculos agnatio conseruatur,& ista ratio cessat in casu nostro, in quo ab vtraque parte voluit succedere fœminas, in quibus agnatio non conseruatur, & iste casus non videtur consideratus à testatore: ideo remanet in dispositione iuris communis, quo casu masculinum concipit fœmininum,vt supra dictum est.Non ob.ꝙ neptis,quę est remotior,non debet esse melioris conditionis, quàm sit filia substituta, quæ reperitur in gradu proximiori. ar.d.l.si viua matre.C.de bo.mater.quia respondetur,ꝙ in substitutione, de qua agitur,de iure communi non est inconueniens, ꝙ neptis excludat patruum filium testatoris propter voluntatem testatoris, & pari ratione amitam, de qua agitur, vt colligitur in d.l.cũ auus. & in d.l.cum acutissimi.no.Pau.de Cast.in d.consi. 79.& hoc etiã
6 tradit Bal.in d.l.cũ acutissimi.in ver. quæro si pater. † vbi cõcludit, ꝙ nepos ex filio excludit alium filiũ testatoris substitutũ, & nepos ex filio excludit patruum suum,quia quam charitatẽ testator habuit ad filium,eandẽ videtur habuisse ad nepotẽ, pro quo facit tex.in l.Lucius.la 2.in fi.ff.de hær.inst.ibi, non enim solum fratrẽ prætulit substitutis,sed etiã eius liberos. ad idem facit tex. in l.iubemus.§ sinautem.C.ad Treb.cũ sim. vt tradit Soc. in d.l. cũ auus. & in casu isto ius cõe inspicitur, quia est casus omissus à testatore & remanet in dispositione iuris cõis,vt supra dixi.Secũdo principaliter nõ ob. ꝙ de proprietate sermonis masculinum non concipit fœmininũ,& ideo non videtur, ꝙ nomine filiorũ
7 filia comprehendatur, † quia respondetur, ꝙ hoc non impedit, quominus masculinum concipiat fœmininum in vltima volũtate, vt cõiter omnes tenent, vt supra dixi, ad idem tex.in l. si quis ita.in prin.ff.de testa.tut.in l.si ita scriptum.de lega.2.in l. iusta. de ver.sig.& in terminis in substitutione tradit Io.And. in c.Raynaldus.de testa.vbi Ant.de But.& alii sequuntur Alexan.in cons.55. Ponderatis his.li.3.Tertio, & vltimo non ob. ꝙ masculinum nõ concipit femininum in materia differenti, prout vr̃ in isto casu, quia respondet̃, ꝙ imo in casu proposito nos sumus in materia indifferenti,q̃a agit de successione,in qua feminę cũ masculis pariter admittuntur.l.maximum vitium.C. de lib. præt. & in lege l. 12.tab.C.de leg.hær.& tradit Pe.de Anch.in d.cons.120. cũ sim. ut dixi in d.cons.15.& in lege feminæ.de reg.iur.Et conclusio superius firmata ẽt haberet locum dato, ꝙ in loco esset statutũ, ꝙ
8 extãtib.masculis filia femina nõ succedat;†quo casu verbũ,filiis. intelligit̃ de masculis s̃m Pe.de Anc.in l.tres fratres.ff.de pac.tradit Ale.in l.Gallus § 1.in fin.de li.& posth.in l.hæredes mei §. cũ ita.ff.ad Treb.quia hoc dictum procederet, si extarent masculi, in quorũ fauorem est factũ statutum. sed cũ hic nullus sit mascu-
a lus,sed solũ feminæ,[a] fauor masculorũ considerari nõ põt, ideo conclusio suprà facta ẽt tali casu vr̃ bene procedere, ꝙ dicta neptis excludat amitam substitutũ, q̃a ipsa in tali casu vr̃ in locũ patris subrogari,& patrem repræsentare:arg.l.posthumorũ §.1 ff. de iniu.rup in §.posthumorũ aũt:insti.de exhær.li.& illa cõditio, sine filiis.vr̃ in tali nepte verificari,quia non vr̃ Io.Baptista decessisse sine filijs,ar.l.j.C.de condit.inser.& in d.l.cum auus.in d.l. cũ acutissimi.in d.l.iubemus.§.sinautẽ.C.ad Treb.& hoc de iure cõmuni,quod in casu isto attenditur,ut suprà dictum est.

ADDITIO.

a ¶ Feminę.) Imo ẽt si superesset,ut supra substituti filij masculi testatoris.

EPITOME Consil. CCCCCLXIX.

Exclusiuum statutum contra ius commune habet locum tantum in personis specificatis, & in statuto nõ potest argui à ratione, quæ non sit expressa.

SVMMARIVM.

1 *Statutum non habet locum in personis,de quibus non loquitur.*
2 *Statutum loquens de exclusione matris,& de ascendentibus non habet locum in descendẽtibus,& in transuersalibus quoniam lineæ diuersæ sunt, & distinguntur.*
3 *Statutum si excludat matrem existente patruo,in patruo magno locũ non habet.*



Onclusionem a præclarissimis doctoribus superius firmatam iuridicã esse arbitror,& de simplici, & celerrima subscriptione requisitus prædictæ conclusionis solidum
a vr̃ illud fundamentum,† ꝙ statutũ,de quo agit̃, non habet locũ in personis,de quibus statutum non loquitur,quia vt dicit Bald. in l.sed & milites.ff.de execu.tut.nunquam iure cõi quis excludit̃ statuto,nisi a personis specificatis.[a] Vnde filius,licèt excludat sororem,non tñ nepos excludit amitam,ut Bal.ibi dicit. & si statutum velit, ꝙ patruus excludat matrem, non tamen excludit amitam,& licèt excludat matrem, nõ tamen vr̃ excludere sororem, ut no.Bal.in l.illam.in prin.C.de colla. & statutum excludẽs amitam non vr̃ excludere materteram,ut not. Bal.in l. quod vero. in ver.itẽ pone.ff.de leg.& si statutum velit, ꝙ fratres patrueles excludant matrem,non tamen excludunt amitam, de qua statutũ non loquitur,ut not.Bal in l.si quis.C.ad Tertyl.& si statutũ existente patruo excludat auum maternum,non habet locũ, si cum auo materno concurrat auia materna,quia tali casu patruus non succedit, sed auus cum auia admittitur, vt no.Bal.in l.si quis.C. ad Tertyl.in ver.& facit ad quæstionem.& in simili casu etiam scribit Pe.de Anc.in c.1.in ver. capio nunc quartum membrum. de const.ubi refert Collegium Perusinum,consuluisse in tali casu statuto dictante,ꝙ mater non succedat filio existente patruo, si extant mater, patruus, & soror: & de qua sorore non fuit facta mentio in statuto. Iste casus tanquã omissus remanet in dispositione iuris communis,& sequitur Alex.in d.l.illam.& dixi in cõs. 71.In casu ad me transmisso. allegato supra per dominum cõsul
2 torem.& ex omnibus supradictis infertur, ꝙ † cum statutum in casu isto loquatur de exclusione matris, & de ascendentibus per lineam maternam,non vr̃ habere locũ in descendentibus,nec in transuersalibus,quia lineæ,quæ diuersæ sunt, distingunt̃, ut not. in §.inter eas.inst.de nup. Cum ergo statutum loquatur solum de matre,& de ascendentibus per lineam maternam,non vr̃ statutũ habere locum in descendentibus,vel transuersalibus ex linea materna,de quibus statutum non loquitur,per suprà dicta. Non ob. si dicatur, ratio statuti excludentis matrem vr̃ esse ꝑ fauorem agnationis,quæ quidem vr̃ militare etiam in transuersalibus,& descendentibus per lineam maternam:quia respõdetur, ꝙ ratio agnationis restringitur in personis specificatis,ut no.Bal.in l.sed & milites,de excu.tut.& ꝙ a tali ratione statutum non reguletur, quia non est expressa,no.Bar.in l liberorum.ff.de ver.sig.versi.& ex hoc apparet responsum.& Bald.in l.si defunctus. C.de suis, & leg. Ale.idẽ dicit in cõs.80. Viso,& animaduerso. in ver.rursus dixit Bart. lib.1.& in consi.67. Viso themate.circa fin.lib.2.Imo.in l.si verò.§.de viro.ff.sol.ma.& Aret.in consil.27.Proponitur ex
3 facto.& hoc patet,quia videmus,† ꝙ si statutum excludit matrẽ existente patruo,non habet locum in patruo magno, vt no. Bal. in l.1.C.de succe.edic.cum sim.ut ibi tradit Alex & idem Ale.in d.consi.97.lib.2.Rom.in consi.411.Quatuor sunt.in versi.3.principaliter. Mari.in consi.30.Quamuis.cum si.ut dixi in d.l.1.C.de succes.edic.& tamen in patruo magno militaret ratio conseruandæ agnationis,ex quo datur intelligi, ꝙ illa ratio non attendatur, nisi expressa sit.& in casu isto apparet, ꝙ ratio exclusionis matris non fuit fauor agnationis,quia etiam extãte sorore, uel filiis eius mater excluditur vt statutum expresse dicit ibi, uel soror, uel eorũ filij,in quibus ratio agnationis considerari non potest.

ADDITIO.

a ¶ Specificatis.) Suprà consi.561.in fi.cons.285.nu.7.cons.13.vbi.dixi.

EPITOME Consi. CCCCCLXX.

Appellatione filiorum ueniunt filiæ, & masculinum concipit fœmininum.

SVMMARIA.

1 *Filiorum appellatione filiæ continentur.*
2 *Seruorum appellatione etiam seruæ continentur.*

3 *Dictio, si quis. tam masculinum, quàm fœmininum complectitur.*
4 *Conditio, si matrimonium sine filijs dirimatur. existente, filia cessat.*
5 *Institutionis, & substitutionis in materia de iure masculi à fœminis non differunt.*
6 *Substitutione in fideicommissaria alicui simpliciter facta tacitè intelligitur, nisi grauatus filios habuerit.*
7 *Conditio expressa potentior videtur, quàm tacita.*
8 *Filius est nomen appellatiuum naturæ.*
9 *Dictio, de descendentibus. naturam respicit.*
10 *Dictio, proximiorum. naturam respicit.*
11 *Dictio, posterorum. quid comprehendat.*
12 *Masculinum secundum legem diuinam fœmininum concipit.*

CAsus, de quo quæritur, modicam, aut nullam videtur habere dubitationem, & si aliqualis dubitatio excogitari potest, remota, & eneruata penitus videtur ex his. quæ supra accuratè dicta sunt per do. consultorem d. Aeneam de Vbaldis præclarissimũ V. I. D. vti fratrem maiorem honorandum. & conclusio ab eo superius firmata comprobatur, quia iura dicunt, ꝙ appellatione filiorum filiæ conti-
1 nentur, † in l. si quis ita. in prin. ff. de testa. tut. & multorum appel-
2 latione multæ cõtinentur, † & seruorũ appellatione etiam seruę continentur, & semper sexus masculinus fœmininum sexum cõtinet l. qui duos. de leg. 3. verbũ. enim continetur. quo vtitur Iureconsultus in locis præal. designat proprietatem, vt no. Bar. in l. cui eorum. §. affinitates. ff. de postu. Alexan. hoc modo arguit in consi 48. Circa hanc dubitationem. lib. 4. & idem not. Barto. in l.
3 1. ff. de ver. sig. de verbo, complectitur. dicens per illum text. † ꝙ verbum, si quis. tam masculinum, quam fœmininum complectitur, & quidem proprie per verbum illud complectitur. & tradit Alex. in consi. 24. Animaduersis his. lib. 1. & Do. in c. generali. de ele. in 6. idẽ dicit de ver. comprehendit. & merito in terminis nostræ quæstionis, videlicet in substitutione in illa cõditione. de qua
* ag tur, si decesserit sine filiis. doc. tenent * cõiter, & concludunt, ꝙ etiã filia excludat substitutum, vt in tali conditione dicunt Io. An. An. de Bu & doct. in c. Ray. de tes. & refert etiam, & sequitur Alex. in consi. 55. Ponderatis his. in ver. præterea illa verba. li. 3. & idem Alex. in consi. 17. Circunscriptis verbis testa. lib. 7. Ange. in
a consi 118. a Super puncto prædicto bona dotalia. in princip. vbi
4 etiam in contractibus concludit, † ꝙ illa conditio, si matrimoniũ dirimatur sine filiis. cessat existente filia: allegat l. non est sine liberis. ff. de verb. sign. iuncta l. 1. C. de condi. inser. & l. iubemus. §. sin autem. C. ad Treb. & in substitutionibus not. Petr. de Anch. in consi 120. Pro clariori decisione dubii. de quo supra circa fin. in
5 ver. vlterius aduertendum. vbi inquit, † ꝙ in materia institutionis, & substitutionis filiorum, & nepotum non differunt de iure masculi à fœminis. l. maximum vitium. C. de lib. præte. merito secundum eum appellatione filiorũ veniunt masculi, & fœminæ. d. l. si quis ita. de testa. tut. in l. si ita scriptum. de le. 2. & cum prędictis cõcordat Corn. in consil 83. Videtur in hac consultatione. lib. 1. Ex quibus omnibus liquido constat. istam esse cõem opinionem, à
6 qua non est recedendum Et ista conclusio confirmatur, † quia in substitutione fideicõmissaria facta alicui simpliciter tacitè intelligitur, nisi grauatus filios habuerit. l. cum auus. ff. de cond. & dem. & ista tacita conditio intelligitur tam de fœminis, q̃ de masculis. l. cum acutissimi. C. de fideic. ibi, sine filiis, uel filiabus. & in l. iubemus. §. sin autẽ. C. ad Treb. ergo à fortiori idem dicendum est in
7 ista conditione expressa, † quia conditio expressa potentior vr̃, quàm tacita, vt no. in l. precibus. C. de impub. & aliis subst. & Pau. de Cast. in consi. 77. alias 79. Casus iste frequenter cõtingit. in ver. item secundo respondetur. dicit, & fatetur hoc procedere de iure communi, qñ aliæ coniecturę non essent in ɔ̃rium, prout erant in casu, in quo ibi ipse consuluit, vbi erant coniecturæ in ɔ̃rium,
8 & ego late dixi in cons. 15. s̃. alle. & hoc idem cõprobatur. † quia filius est nomen appellatiuum naturæ, vt not. Bart. in l. tutelas. in prin. ff. de ca. dimi. in 3. no. & s̃m naturam ita veniunt fœminæ sicut masculi. l. maximum vitium. C. de lib. præte. & eadem ratio-
9 ne idem est descẽdentibus, † quia hoc verbum respicit naturam, & sub tali nomine, descendentium. ita fœminæ sicut masculi cõprehendunt, vt tradit Alex. in consi. 160 Viso themate s̃. scripto. lib. 2. vbi ad hoc alle. tex. in Auth. de hær. ab intest. ve. in prin. & in
10 l. fi. C. de suis, & legi. † idem est sub nomine proximiorum. vt no.
11 Ang in consi. 289. Viso facto. idem appellatione propinquorũ. vt tenent Bald. in consi. 334. In quæstio. lib. 3. † idem sub nomine posterorum. vt per Ant. de But. in consil. 1. Viso puncto. nam in prædictis, & similibus veniunt fœminæ, quia nomina sunt naturalia, vt Bar. dicit de nomine appellatiuo filiorum. in d. l. tutelas. & ista conclusio maximè videtur procedere in isto casu, in quo agitur de testamento mulieris, quæ verisimiliter non debuit excludere fœminas sibi similes ex eo, q̃d in simili casu voluit Pet. de Anch. in consi 439. Pro maiori intelligentia. in versi. 3. q̃d proles fœminea. & etiam quod dictum est, procedit secundum legem
12 diuinam, † in qua masculinum concipit fœmininum, vt no. Ab. per illum text. in c. maiores. in prin. in ver. item not hunc text. de bap. & certe conclusio superius firmata indubitanter procedit, nisi essent in ɔ̃rium efficaces coniecturæ de voluntate testatoris, prout in variis casibus reperitur, vt per Paul. de Cast. in d. consi. 89. Casus iste. Card. in consi. 135. Puto filias prędictas. Ab. in cõsi. 36. Videtur primo. lib. 1. & in consi. 117. A. in testamento. & dixi in consi. 15. supra allegato. sed illæ coniecturæ, quæ habentur in locis supra allegatis, cessant in casu isto, vt supra demonstratum fuit per dominum consultorem, ideo res clara videtur in fauorem mulieris, vt ipsa excluso substituto admittatur.

ADDITIO.


a ¶ Consil. 118.] quod in libro meo incipit, Auia. idem Deci. in l. fœminæ. nu. 105. de reg. iuris. & plene dixi in consue. Paris. §. 1. nu. 2. cum seq.

EPITOME Consi. CCCCCLXXI.

Hæredes mariti petere possunt præstationis annuæ residuum, quod pro dote non soluta marito promissum fuit, & à socero ei solui debuit.

SVMMARIVM.

1 *Maritus, cui à socero dos promissa fuerat, licèt possit pro interesse dotis non solutæ vsuras percipere, non tamen potest facultatem percipiendi vsuras in alium extraneum transferre.*
2 *Debitum vsurarum quo casu maritus tacitè remisisse videtur.*
3 *Hæres est eiusdem potestatis, & iuris, cuius ipse defunctus fuit.*
4 *Donatio non præsumitur.*
5 *Donatio inter virum, & vxorem non præsumitur.*
6 *Societas per vnius socij mortem extinguitur.*



Ocer promisit genero dotem pro filia, & donec solueret dotem pro oneribus matrimonii promisit soluere certam quantitatem grani, & durauit matrimonium per septenniũ, vel circa: mortuo marito hæredes petunt residuũ grani non soluti dicto marito in vita eius: pro parte soceri opponit̃, ꝙ dictis hæredibus nõ debeatur, quia qualitas, propter quã solutio debuisset fieri marito, non vr̃ militare in hæredibus, ex eo. q̃d no. Bald. in rub. C. de vsuris. in
1 4. q. † vbi cõcludit, ꝙ uir, cui à socero fuerat ꝓmissa dos, licèt ipse uir possit pro interesse dotis nõ solutæ usuras percipere; non tñ potest maritus istam facultatem percipiendi vsuras in alium extraneum transferre, quia ratio, quæ erat in marito, qui supportabat onera matrimonii, cessat in extraneo, & quia mutatione personæ mutatur priuilegium l. licitatio §. fin. ff. de publi. & sequitur Alex. in l. in insulam. §. vsuras. in fi. ff. sol. mat. Secundo ɔ̃ hæredes
2 mariti facit: † quia ex quo maritus in uita non exegit dictũ granum, tacitè vr̃ illud debitum usurarum remisisse, vt est text. in l. cum quidam. §. diuus. ff. de usur. & not. Bal in cõsi. 156. post biennium. libr. 5. Tertio vr̃ text. in l. uir usuras. ff. de don. inter uir. & uxo. ubi Bar. ponit summarium, si uir uiuens usuras dotis non pe-
a tit, donare videtur. Quibus tñ non obstantibus ɔ̃rium a de iure vr̃, uidelicet, ꝙ imo hæredes petere possint residuum, q̃d marito uiuenti solui debet. & intentio hæredum fundata videt̃ ex regula
3 cõi, † quæ dicit, hæredem esse eiusdem potestatis, & iuris, cuius fuit defunctus. l. hæredem. ff. de reg. iur. & in dubio, pactũ factum cum aliquo ad hæredem eius porrigitur. l. pactum. ff. de proba. in l. iurisgentium. §. pactorũ. ff. de pac. cum si. ut dixi in d. l. heredem. Secundo intentio hæredum fundata vr̃ ex alia regula, quæ habet,
4 † ꝙ donatio nõ præsumitur. l. cum de indebito. ff. de ꝓbc. super hoc de renun. & potius pręsumitur error, q̃ donatio, ut no. per gl. in l. generaliter. in verbo, causam. C. de nõ nu. pe. ubi Bal. in 4. op. & Ang. ibi dicit se ita ɔ̃suluisse. Imo. in l. à Titio. de uer. ob. cum si. ut dixi in consi. 177. Quod s̃. maturè, & eleganter. in prin. & specialiter in uiro non præsumitur donare uxori, nisi modica sit impensa, ut Bar. dicit in l. omnimodo. in fi. ff. de impen. in rebus dota lib. fact. facit text. in l. si cum dos. ff. rerũ amatorum. in principio.
5 † & quia cum inter uirũ, & uxorem donatio prohibita sit, minus inter eos donatio præsumitur, ut no. per gl. in l. si uxor filio. in gl. fi. ff. de dona. inter virum, & uxor. & hoc modo in quæstione nostra arguit, & tenet Cor. in consi. 145. In hac consultatione uidetur prima facie. lib. 2. & ibi latius insistit ponderando Bar. qui uidetur hoc sentire in l. de diuisione. & in l. quæ dotis. ff. solu. matri. & idem etiam tradit Corn. in consi. 164. In hac consultatione lib. 3. & idem

ADDITIO.

a ¶ Contrarium,) Et bene, & ita in indiuiduo tenet Alex. consi. 63. num. 16. lib. 4. vbi dixi. idem Rom. Alex. Ias. l. quę dotis. soluto matrimonio: quamuis oppositum teneat Alciatus tracta. de præsumptio. regu. 1. præsum. 32. Alex. consi. 84. nu. 8. lib. 5.

&idem etiam in terminis scribit Ang. Are. in §. fuerat. institut. de
actio. versic. secundo aduertas. vbi dicit se ita consuluisse. Et ista
conclusio clarior videbitur ex his, quæ statim dicam responden-
do ad alleg. s. in contrarium. Primo ergo nõ ob. dictum Bal. in d.
rub. C. de vsur. quia loquitur Bal. in vsuris, quæ debent peti in fu-
a turum ab extraneo,[a] in quo qualitas mariti nõ reperitur, sed in
casu isto agitur de interesse, & vsuris præteritis debitis ipsi mari-
to viuenti, quæ in hæredem transferuntur, & hoc confirmatur
6 ex eo, qđ in simili reperitur de societate, † quæ per mortẽ vnius
socij extinguitur. §. soluit. inst. de socie. l. actione. §. morte. ff. pro
socio. & non transit in hæredem. l. verum. §. in hæredẽ. ff. pro soc.
l. furti. §. fi. de his, qui no. infa. & lucra facta durãte societate trans
mittuntur in hæredes. l. actiones. §. si in rem certam. l. verum. §. in
hæredem. ff. pro soc. l. cum societatis. vbi Bal. C. pro soc. ita vr̃ in
proposito, licet per mortem mariti solutum fuerit matrimoniũ,
tñ granum, qđ erat soluendum marito, debet solui hæredibus ma
riti: & ita patet, ꝙ dictum Bal. in rub. C. de vsur. in casu isto nihil
facit. Secundo põt responderi, ꝙ Bald. loquitur in extraneo, nos
hic loquimur in hærede, qui eadem persona cũ defuncto reputa-
tur. § 1. in Auth. de iureiur. à morien præsti. cum si. Secundo non
obst. tex. in d. l. cum quidam. §. diuus. quia illũ tex. declarat, & limi
tat Ro. in consi. 517. In casu propositæ consultationis. vbi inquit,
ꝙ ille. §. loquitur in vsuris, quæ continent merum lucrũ; & ita lo-
quitur, & nõ habet locum in vsuris, quæ debentur tanquam in-
teresse p p supportata onera matrimonij, de quibus agit in isto
casu; & ita etiam respondet Ang. Aret. in d. §. fuerat. Secũdo re-
spondetur, ꝙ loquitur ille tex. in eo, qui non petijt vsuras per in-
terualium longi temporis, qđ pro decennio intelligitur, vt not.
Bar. in l. 1. §. qđ autem. ff. de superfi. Sed in casu isto non verifica-
tur tempus decem annorũ, quia tanto tempore matrimonium
non durauit. Tertio põt responderi, ꝙ ibi in d. §. diuus. apparet-
bat de donatione, quia dicitur ibi, ꝙ non petijt vsuras ad hoc, vt
gratior esset apud debitorẽ, à quo dignitatẽ habere sperabat. &
gl. ibi dicit, & cessante illa ratione ex solo cursu t pis illa remissio
vsurarum non haberet locũ, vt Fulg. ibi dicit, & Cor. in d. ꝯs. 145.
lib. 2. & Florian. in d. §. diuus. in fin. Quarto considerandum est, ꝙ
in casu isto non tacuit simpliciter, prout ille textus loquitur, sed
solutio fuit facta pro parte, & tunc agitur de residuo. Tertio nõ
obst. in d. l. si vir vsuras, quia respõdetur, ꝙ ibi fuit facta donatio
expressa, prout glo. ibi vr̃ primo intelligere. & consonat, dum sim
pliciter dicitur de donationibus; & ita illũ textum etiam declarat
Corne. in dicto consi. 145. & ibi inducit illum textum in ꝯrium,
quia ibi præsupponitur donationes vsurarum cõfirmatas fidei-
cõmisso: ergo à ꝯrio sensu si non fuissent donationes cõfirmatæ
mediante fideicõmisso, non censerent̃ dictæ vsuræ per donatio
nẽ remissæ. & ad illũ tex. ẽt aliter rñdet Ang. in d. §. fuerat. in loco
præallegato. & sic remotis ꝯrijs remanet clara superius firmata
conclusio, ꝙ idem frumentum ab hæredibus peti possit.

ADDITIO.

a ¶ Extraneo.) Cessionario, sed adhuc idem, vt dixi in trac. vsur. nu. 526.

EPITOME Consi. CCCCCLXXII.

Substitutio compendiosa resoluitur in fideicommissariam, si facta
sit per verba communia; & mater sit in medio: & hoc nisi aliter
constet de voluntate testatoris.

SVMMARIVM.

1 *Compendiosa substitutio dicitur, si dicatur, si filius meus sine filiis de-
cesserit.*
2 *Substitutio pupillaris matrem excludit. fallit. nu. 4.*
3 *Compendiosa facta per verbum commune an semper fideicommissaria sit,
vel pupillarem contineat.*
5 *Verbum, succedat. verbo, oportet. additum quomodo restringatur.*
6 *Verbum, succedat. quando ad personam refertur, vt quia testator dicat,
succedat filio meo. est verbum directum.*
7 *Substitutio in dubio directa iudicari debet.*



IN casu proposito verba substitutionis dicunt,
ꝙ in casu, quo Hieronymus institutus
moreretur absq; filiis legitimis, & naturalibus, tunc,
& eo casu Antonius, eius frater eidem Hieronymo in
a omnibus succedat bonis. [a] Primo considerandum est, ꝙ ista sub-
stitutio videtur cõpendiosa, vt colligitur ex verbis illis, morere
tur absq; filiis legitimis, & naturalibus. & no. Bart. in l. Centurio.
1 in versi. tertia fuit opinio Iacobi de Are. ff. de vulg. & pupil. † vbi
dicit compendiosam esse substitutionem, si dicatur, si filius meus
sine filiis decesserit. nam conditio mortis dicitur habere tractum
successiuum, cum semper quis mori possit. l. 1. ff. de condi. & de-
monst. & ideo substitutio facta post mortẽ alicuius dicitur com
pendiosa, vt dicunt Fulg. Pau. de Cast. & Alex. per glo. ibi in l. in
testamento. C. de testa. mili. in gl. magna ibi, si Lucius decesserit,
Sempronius hæres esto. Et in dicta compendiosa substitutio pu-
2 pillaris continetur, † quæ matrem excludit, quia dicitur expres-
sa verbis generalibus, vt not. Bart. in l. Centurio. & in l. Lucius. ff.
de vulg. & pup. not. in l. precibus. C. de impu. & aliis substi. & in c.
si pater. de testamen. in 6. Sed in casu isto difficultatem facit, quia
substitutio fuit facta per verbum, succedat. quod est verbum cõ-
mune, vt concludit Bar. in l. Centurio. in ver. 5. quæritur. de vulg.
& pup. & no Bar. in consi. 13. Ex facto proposito. Pau. de Cast. in
consil. 134. Viso puncto. & hoc stante succedit quæstio, in qua
3 doct. vario modo loquuntur, videlicet † an compendiosa facta
per verbum cõe sit semper fideicommissaria, vel contineat pu-
pillarem, ita ꝙ si pupillus moriatur in pupillari ætate, mater ex-
cludatur; & procedendo conclusiue in ista quæstione duæ sunt
principales opiniones. Prima est, ꝙ omni tempore sit fideicom-
missaria, prout tenet gl. in l. precibus. C. de impu. & aliis substi. in
gl. magna. & in l. Centurio. in glo. fi. de vulg. pup. cum si. vt late ibi
Alex. scribit in ver. in eadem gl. ibi haberet locum fideicommissa
ria. & dicit Bal. in l. iam hoc iure. in ver. hoc itaque. ꝙ ista opinio
* *communiter* obseruatur, quãdo substitutio est facta per verbum
commune. & idem tenet Old. in cõsi. 99. Pactum tale est, quidam
testator. & Bar. in consi. 22. Homo Accursuli. ubi dicit, ꝙ docto.
communiter ita tenent, & idem Bar. in cõsi. 54. Angelutius Mat-
thiæ. & in consi. 240. Pater filio impuberi. in princ. & cum prædi-
ctis concordat Bal. in consi. 373. Quidam A. Ianuensis. in versi. 3.
est præmittendum. lib. 1. & in consi. 178. Quidam nomine Ange.
lib. 2. vbi hoc tenet, quando substitutio fuit facta simpliciter per
verbum, succedat. vt in casu isto. & idem Ange. in consi. 97. Vi-
uianus. vbi hoc dicit, si sit verbum commune. & secundum istam
opin. videtur, ꝙ lata fuerit sententia in fauorem matris, ꝙ ipsa le-
gitimam consequatur. Altera est principalis opin. quam tenet
gl. in §. qua ratione. insti. de pup. ꝙ sit directa pupillaris, si pupil-
lus in pupillari ætate moriatur: & istam tenet Cy. in d. l. precibus.
& Alex. illam late comprobat, & sequitur in d. l. Centurio. & eius
rationes gratia breuitatis non refero. & idem tenet Alex. in cõsi.
71. Ponderatis verbis. in fin. lib. 2. & in consi. 12. Attentis verbis.
lib. 3. & in consi. 17. Ponderatis his. eodem lib. 3. & idem Cuman.
in consil. 2. Proponitur, ꝙ ser Blancus. dicens, quòd verba com-
munia in pupillari ætate directo intelliguntur secũdum commu-
nem opinionem. & idem sequitur Benedictus Cap. in consil. 7.
Pro prædictorum declaratione. & Pau. de Cast. in consi. 111. Su-
per primo quæsito. & in cõsi. 247. Quòd dicta substitutio. in prin.
& in consi. 354. Visis omnibus. in uersi. quantũ uero. & istam opi-
nionem ueriorẽ, & communem late ostendit Are. in consi. 155.
Periculosum est, vt Hieronymus ait. & idem tradit Cor. in consi.
187. Trita, & vulgata est quæstio. lib. 1. & in consil. 316. Videtur
prima facie dicendum. lib. 3. & in consi. 28. Circa præsentem con-
sultationem. libro 4. Reperitur tertia opinio Bar. qui distinguit,
& secundum eius distinctionem prædictæ principales opiniones
4 possunt concordari. concludit enim Bar. in d. l. precibus. † quòd
si mater sit in medio, debet interpretatio fieri fauore matris, ꝙ
substitutio compendiosa sit omni tempore fideicommissaria, &
tali casu procedit prima opinio, quam tenuit glo. in d. l. precibus.
cum similib. supra primo allega. Si vero mater non sit in medio,
habet locum secunda opinio, quòd pro tempore pupillaris æta-
tis sit directa pupillaris. & idem dicit Bartol. in d. l. Centurio. &
hoc tenet Ang. in consilio 96. Viuianus de Monte Politiano. &
Ioan. de Anan. in consilio 79. Casus sic se habet. ubi dicit, quòd
communis est opinio, ꝙ fauore matris omni tempore sit fidei-
commissa.

ADDITIO.

a ¶ Bonis.) Contigit, quòd mortuo testatore filius Hieronymus hæres in-
tra pupillaria tempora decessit superstite matre, quæ dicit se hæredem fi-
lij in omnibus à paternis libere, in paternis autem ad onus fideicommissi.
Et sic retenta paternorum dimidia tam pro legitima, quàm pro Trebellia-
nica. Contra frater testatoris dicebat, ꝙ licet substitutio esset facta verbo
communi, tamen valet directo, & in omnibus bonis intra pubertatem. Et
sic quod est solus, & directo hæres Hieronymi ex pupillari verbis genera-
libus communibus expressa matre in totum exclusa. & ita consului Dec. &
male, quia primo mater bene dicebat in totum, quoniam vt probaui in
annot. ad eundem Dec. d. l. precibus. nu: 19. compendiosa per verba com-
munia est fideicommissaria omni tempore, nec in dubio debet iudicari di-
recta ante pubertatem, imo in dubio iudicanda omni tempore vniformis,
& non difformis. Verum est, ꝙ communis opinio ad vsq; est pro gl. in d. §.
qua ratione. Sed ad hoc etiam ea stante in alio male consuluit Decius, quia
saltem legitima omnium bonorum filii debebat matri relinqui, qua nullo
modo potuisset per filium priuari, ergo nec per patrem facientem testa-
mentum pupillare vice filii, vt dixi in annotatio. ad eundem Deci. in d. l.
precibus. nu. 9. cum seq. cum aliis rationibus, & supra consi. 269. in fi. consi.
228. in fin.

commissaria.& istam opinionem Barto. quando mater sit in medio, dicit Aret.* communiorem esse,in consil.supra allegato 55. Periculosum est.in fin.& secundum istam opinio.Bart.quando mater sit in medio, potuit moueri dominus iudex, qui in fauorem matris iudicauit. Sed diligenter est aduertendum, quia opinio Bart.de matre quæ sit in medio, prout ipse Bart.declarat in dic.l. precibus.& in d.l.Centurio habet locum,quando nihil a apparet de uoluntate testatoris,ut perpendi,& coniecturari possit, quòd voluerit directam esse substitutionem:secus si sint coniecturæ,ꝙ voluerit testator directam esse substitutionem,quia tunc non attenditur,ꝙ mater sit in medio. Est ergo uidendum, an isto casu sint tales coniecturæ, ex quibus testator videatur uoluisse directam substitutionem facere non obstante, quod mater esset in medio.& in hoc,in quo consistit punctus,concludendum est, ꝙ sic.Primo quia in testamento de quo agitur, fuit institutus Heronymus filius testatoris pupillus,& in substitutione dicitur,ꝙ si moriatur,tunc,& eo casu ser Ant. frater testatoris eidem Hieronymo in omnibus succedat bonis:cum enim sit facta substitutio ipsi Heronymo pupillo,uidetur substitutio directa pupillaris per quam succeditur pupillo §.1. institu. de pupil. & non potest esse fideicommissaria per quam succeditur testatori.l cohæredi.§.cũ filiæ.ff.de vulg.& pup.& ita in terminis tradit Bal. in consil. 201. Pater filio suo impuberi.lib.2.& hoc idem in terminis Fulg. scribit in consil.33.Titius in testamento suo.in uersicul. nunc autem
5 † ubi inquit,quod licèt uerbum,succedat.sit verbum commune, vt not.Bar.in d.l.Centurio quia tamen iuxta verbum, succedat. est additum ei,oportet,quod uerbum commune restringatur ad directã substitutionem pupillarem, per quam ipsis impuberibus succeditur & latiùs Fulgo.ibi dicit. Secundo hoc idem cõprobatur,† quia verbum,succedat.quando refertur ad personam,ut qa
6 dicat testator,succedat filio meo.est verbum directum, ut not. Bal.in l.fi.C.de sac.san ecc.Cum ergo in casu isto dicatur, eidem Hieronymo succedat videtur directa substitutio pupillaris. Tertio ad idem facit,quia substitutio fuit facta in omnibus bonis,ibi, in omnibus succedat bonis.nam ista uerba non possunt verificari,nisi in directa substitutione, ergo directa videtur substitutio; ita Bart dicit in d.l precibus.in prin.& tali casu non attenditur,ꝙ
7 mater sit in medio. Quarto coadiuuatur ista conclusio, † quia in
b dubio debet substitutio directa b iudicari.c.si pater. de testa.in 6. no.in l.verbis ciuilibus.de vulg.& quia in dubio substitutio debet trahi ad casum magis necessarium,ut dicit Bald.in d.consi.201.li. 2.allega.l.1.§.quid ergo.ff.de ven.inspic. & secundum est directa videtur magis necessaria,quia per directam prouidetur, ne pupillus intestatus decedat,& trahitur ad bona patris,& filij,per substitutionem fideicommissariam solum patri succeditur d.l. cohæredi §.cũm filiæ.de vulg.& pup.& ex his manifestè constare videtur,ꝙ substitutio,de qua agitur,fuerit directa pupillaris,& ꝙ mater excludatur,& consequenter,ꝙ malè fuerit iudicatum,& benè appellatum.

ADDITIONES.

a ¶ Nihil.) Imò nisi clarissime de contraria voluntate appareat,adhuc etiã si pater prohibuerit,debet habere legitimam,per ea,quæ dixi ad Alex.cõs. 38.lib.1.consi.12.lib.3.& supra consi.182.num.7.

b ¶ Directa.) Si per hoc restringitur substitutio,non alias,vt dixi ad Alex. consi.22.lib.3.consi.100.lib.7.& supra consi.226.

EPIT. Consi. CCCCCLXXIII.

Ecclesia in collegiatam à solo Papa erigi potest accedente consensu patroni,cuius iuri legatus de latere derogare potest; si ex priuilegio,consuetudine, uel præscriptione id acquisitum fuerit. Quod si dotatione summus Pontifex id solus posset.

SVMMARIVM.

1 Dignitates omnes à Papa procedunt.
2 Ecclesia libera esse præsumitur.
3 Legatus de latere inuito patrono ecclesiam conferre non potest.
4 Præscriptio,seu consuetudo,& priuilegium æquiparantur.
5 Dos,& dotatio ab ipso actu dotationis dicitur.
6 Dote patronatus tantum debet dari, quantum sufficiat ad necessaria ministrorum,& luminaria.
7 Mansus dicitur quantitas terræ, quã duobus bobus ad laborandum sufficit.
8 Dos ecclesiæ tanta esse debet,quod presbyter cum vno ministro uiuere possit.
10 Relatio non sufficit,quando ... ꝙ expresse aliquid fiat.



IN casu proposito plenè & accuratè scriptum est à præclarissimis doctoribus vti fratribus maioribus honorandis domi Antonio Roncionio, & Nicolao V. socio, requisitus de simplici subscriptione agam paucis. Primo non est dubitandum, ꝙ ecclesia,de qua agitur,à summo Pontifice erigi potuit in collegiatam:
1 † quia ab eo omnes dignitates procedunt c.1.22.dist.& no.Abb. de ecclesia,quæ erigitur in cathedralem à summo Pontifice,in c. 1.ne sede vacante.facit tex.in c.quo ad translationem.de offi leg. in c.sicut vnire.in princi.de exces. prælato.& quia beneficiorum ecclesiasticorum plenaria dispositio ad Romanum Pontificem pertinet,c.2.in prin.de præben.in 6.& in clem.1.in fi ut lit. pend. & idem est in Imperatore,qui omnes dignitates creare potest,ut no Bal.in c.1.per illũ tex.in prin.in tit qui dicatur Dux, uel Mar. & And.de Iser.in tit.qui feud.dare poss.in verbo Valuasores. & cum dicta ecclesia facta sit collegiata,dicitur beneficiũ electiuũ. c.1.vbi Abb.de ele. in quo beneficio electiuo non cadit iuspatronatus c.nobis.de iure patron.& ideo non potest ecclesia fieri collegiata,nisi de cõsensu patroni,quia perdit iuspatronatus,ut not. Abb.post Host.in ca.suggestum. in verb.nunquid autem de iure patron.habet tamen patronus potestatem præsentandi ad præbẽdas,quæ sunt in ecclesia collegiata,ex quo etiã est patronus præbendarum,ut no. Abb.in c.fi.in prin.in 2 no.de cõcess.præb.& in capella,& in ecclesia parochiali,quæ non sit collegiata potest esse patronus.d.c.nobis.vbi Abb.in 2.not.& hoc intelligitur,si probetur de tali iure patronatus,aliàs secus, † quia ecclesia libera esse
2 præsumitur,ut no.Inn.in c.cum venerabilis.in fi. de exc. Arch. in c.decernimus 16. q.7.& ideo cum canonicatus, & præbenda, de qua agitur,in dubio sit liberæ collationis,potuit à reuerendissimo Legato de latere conferri domi.Ant.vt est tex.in ca.1. in fin. de offi. leg. in 6. & not Bal.in l.aliquando.in 14.q.ff de offi procons.& leg.& hoc modo dictus dom. Ant. videtur fundatam habere intentionem,nisi de iure patronatus probetur.& cum canonicatus cum præbenda vacauerit per renuntiationem factam à Luchesio,qui erat in possessione dicti canonicatus,& præbendę, in manibus dicti reuerendissimi Legati ab eo legitimè videtur facta collatio dicto do. Ant.absque alia conditione,ut not Abba. post Inn.in c.acceptã.de rest.spo.Nõ obstat quod in casu isto obiicitur de iure patronatus reseruato,seu cõcesso in bulla summi Põtificis do.Nico.Proto, quo casu impetratio beneficij spectantis ad præsentationem patroni absq; consensu patroni non ualet,ut no. Ang.in l.sed si hac.§.patronum ff.de in ius vocan. & probat in c.decernimus.16.q.7.not. Abb.in c.illud.in uer.extra gl. de iure pa.cum si.ut dixi in cosi.117.Et in terminis de legato de latere,
3 † qui non potest inuito patrono ecclesiã pferre no. per gl.in c.cũ
* dilectus.in uerbo,præsentare.in ver.sed nũquid.& gl.* cõiter approbat,vt Abb.ibi dicit.de iure patronatus. Nã ad hoc, in quo vr fieri difficultas,rñdetur, ꝙ aut tale iuspatronatus est concessum speciali priuilegio Papæ, vel de iure communi ex dotatione. Primù casu,videlicet ex priuilegio Papæ tale ius patronatus nõ videtur impedire collationem reuerendiss.Legati,quia iuspatronatus
a quæsitum ex consuetudine,vel præscriptione a non obst Legato, quominus beneficium suæ legationis conferre possit,non obstante iure patronatus quæsito ex præscriptione,ut tradit Fed.in cõsil.65.Infra scriptæ quæstiones.in prin.& sequitur Ant.de But.in c.dilectus.vers.quid si nõ ratione iuris patronatus de offi.le.Car. in cle.per literas.in 3.q in fin.de præb.idem Car in clem 1 q.7.vt lit.pend.in consi.69.Quo ad primum in uersi. quo ad secundum. Alexan.in consi.70.Viso puncto.li.4.& idẽ est in iure quæsito ex priuilegio.Istã æquiparationẽ facit Car in d.cõsi 69 Quo ad primum & idem dicit Alexan.in consi præal.70 Viso puncto.lib.4.
4 † quia præscriptio, seu consuetudo, & priuilegium æquiparantur.c.nouit.vbi gl.in verbo,consuetudinem.de iud. ad idem tex. in c.duo simul.de offi ord.vbi Abb.in 3.not.in cap.cum conting. de fo.comp.ubi Inno.in fi & late Fel. in c. accedentes.de præscriptionib.In 2.casu si esset iuspatronatus quæsitum de iure cõi ex dotatione videtur maior dubitatio per ea,quę s. allegata sunt in cõtrarium.Sed tamẽ in casu nostro considerandum est,ꝙ do.Nicolaus, qui prætendit habere iuspatronatus ex dotatione non probat ꝙ ipse dotauerit,& uere ipse non dotauit,licet teneretur dotem constituere secundum ordinationem bullæ, illam tamen nõ
5 constituit re ipsa, prout requirebatur. † Dos.n. & dotatio dr ab ipso actu dotationis,ut dicit Barto.de mutuo,deposito,& de alijs cotractibus,qui re contrahuntur,in l.inteligentium.in prin. ff.de pact.& idem de distributionib. quotidianis not Domi.de S Gemin.in c.1 §.qui uero.in fin.de cle. non resi. in 6.& dixi in consil. 280. In casu proposito. cum ergo iuspatronatus acquiratur ab ipsa

ADDITIO.

a ¶ Præscriptione.) Idem Rochus Cur.in tract.de iurepatrona.vers.honorificum.nu.12.& male,quia generaliter idem est, vt tenent Imo. And. Sic. d.c.dilectus. dixi in annota.ad Alex.consi.74.lib.4.

ipsa dotatione, ut p gl. in c. piæ mentis. 16. q. 7. ante actũ dotationis ius patronatus non fuit acquisitũ d. do. Nico. Nõ ob. ꝙ dotatio postea fuit facta à quondã Paulino de sex starijs grani sũ p do
2 mo sua: quia talis dotatio minima [a] est, & non vr̃ competens, vt
6 iuspatronatus acquiratur, † quia pro dote tm̃ debet dari, quod sufficiat ad necessaria ministrorũ, & luminaria, ut notatur per gl. in c. quicunq;. 16. q. 7. in gl. 1. quæ alle. tex. in c. nemo. de cõsẽ. dist. 1. & vr̃, ꝙ dos ecclesiæ ex uno mãso constituatur. c. 1. ubi gl. per illum tex. de censi. & per gl. in c. ẽm canonicam. 23. q. ulti. & idem
7 Abb. post Hosti. in c. cum sicut. de consec. eccle. uel alta. † Et mansus dr̃ quantitas terræ, q̃ sufficit duobus bobus ad laborandũ, ut dicit Bar. in l. si ita. in fi. ff. de au. & arg. lega. in l. 1. circa fi. ff. de reb. dub. & not. in c. 1. §. si quis de manso. de controuer. inuestitu. ubi Iaco. Alua. in prin & finaliter Abb. concludit in d. c. cum sicut. in
8 fi. † ꝙ dos debet esse tanta, ꝙ presbyter viuere possit cum uno ministro. & in ecclesia collegiata debet dotari secundum quantitatem, & numerum collegiatorum, & qualitatẽ collegij, & hoc fieri non potest cum sex starijs grani. & ad hoc facit quod no Bal. in auth. præterea. circa fi. C. unde uir, & uxor. in uers. ulti. quæro. ubi concludit, quod ille tex. qui loquitur in matrimonio absq; dote, ẽt habeat locum in matrimonio, quod sit cũ parua dote: quia parum, & nihil æqui parantur. l. quamuis. ff. de cond. & dem. pariter vr̃ in ista parua dote sex stariorũ grani, quod pro nulla dote reputetur, & pro ea non vr̃, ꝙ ecclesia debeat grauari in onere iurispatronatus. Secundo considerandum est, ꝙ ad hoc, ut dos dicatur constituta ecclesię, requiritur, ꝙ expresse dicatur, ꝙ bona data sint pro dote ecclesiæ, alias si hoc non exprimatur, iurispatronatus nõ acquiritur, quia dando simpliciter bona ecclesiæ, dr̃ benefactor ecclesiæ, ut no. Abb. dicit in c. quoniam. in uer. & aduerte. de iure patro. & idem Abb. in cons. 59. Quidam do. Iacob. in li. 2. & in consi. 106. Prius iuxta ordinem. eo. lib. sed in casu isto illa sex staria grani simpliciter assignata fuerunt, & ex tali assignatione simplici non vr̃ dos assignata pro canonicatu, & præbenda. Non obst. quod illa assignatio uidet̃ habere relationem ad dotẽ, quam tenebatur constituere domin. Nicolaus secundum tenorem bul
9 læ, † quia talis relatio non sufficit, quãdo requirit̃ quod expresse aliquid fiat vt no. Ang. in l. 1. in uer. & per hoc dico. ff. de liber. & posthu. ubi hoc dicit declarando text. in clem. appellanti. de appellatio. & idem not. Bal. in l. minoribus. C. de his, quibus vt indi. cum simil. ut tradit Alex. in d. l. 1. de lib. & posthu.

ADDITIO.

a ¶ Minima.] Rochus Curt. in tract. de iure patro. in prin. nu. 3.

EPIT. Consi. CCCCCLXXIIII.

Iacobus habens tres filias, reliquit eis iure institutionis pro dotibus, & posthumos filios masculos nascituros hæredes vniuersales instituit, & in defectum filiorum Augustinum fratrem suum. Viuo testatore decessit Augustinus relictis filiis masculis: Deinde testator sine filiis nisi dictis filiabus tantùm. Consuluit Decius, ꝙ ad filios Augustini spectat vniuersa hæreditas exclusis filiabus testatoris, & pessime non solùm iure communi nouissimo, sed etiam sensu communi patet, quia institutio Augustini non erat efficacior, quàm si fuisset immediatè institutus non facta mẽtione de filiis nascituris testatori, quo etiã casu Augustinus præmoriens nec ad filios quidem transmitteret, sed totũ filiabus accresceret. l. 1. de hęredibus instituendis.

SVMMARIVM.

1 *Successionibus prima causa liberorum est.*
2 *Fideicommissi conditionalis ius in hæredem non transit.*
3 *Voluntatibus in ultimis uoluntas testatoris etiam tacita sufficit, quæ ex coniecturis colligitur.*
4 *Testator facere potest, quod illud, quod est transmissibile, non transmittatur.*
5 *Clausula generalis in fine posita quos comprehendat.*
6 *Conditione quando simpliciter sine filijs dicitur, etiam de filiabus intelligitur.*
7 *Inclusio unius alterius est exclusio.*
8 *Verba conditionalia quandoque dispositionem inducunt.*

N causa, in qua agitur de hæreditate Iacobi ser Angel. de Spoleto, qui decessit tribus relictis filiabus, quibus dotes in testamento constituit, & filios masculos hæredes instituit, & in defectum filiorum Augustinum fratrem carnalem heredem vniuersalem instituit, & viuente dict. Iacobo testatore dictus Augustinus hæres institutus decessit: deinde Iacobus testator moritur. ad eius hæreditatem suæ filiæ pro vna parte, ex altera parte insurgunt filij dic. Augustini. nepotes testatoris ex dicto Augustino fratre testatoris quæritur quid iuris. Et prima facie filiæ dicti Ia-
1 cobi fundatam videnẽ habere intentionem, † quia prima causa est liberorũ in successionibus, auth. in succes. C. de suis, & legit. §. 1. in Auth. de succes. ab intesta. Non obst. testamentum Iacobi in quo filios masculos nascituros, & vltimo loco Augustinum fratrem hæredes instituit, qui filij masculi non sunt nati, & Augustinus frater est mortuus viuente Iacobo testatore. vnde videndum est an ius substitutionis conditionalis, quod Augustino competebat, in filios eius transmissum fuerit. & gl. in l. is, cui, ff. de actio. & obli. tenet, quo 1 sic in liberis, sed Bar. ibi dicit, quod illa gloss.
* * *communiter* reprobatur per antiquos, quos ibi refert. & idem Bar. in l. 1. de leg. 1. & idem Bal. in l. si in personam. in prin. in ver.
2 quæro vtrũ. C. de fideicom. & est regula communis, † quod ius fideicommissi conditionalis non transit in hæredem. l. 1. §. sin autem sub conditione. C. de cadu. toll. vbi Bal. in ver. q̃ro nunquid. & no. per glo. fi. in l. hæredes mei. §. cum ita gl. & Bart. in l. 1. C. de his, qui ante aper. tab. Old. in con. 131. Quidã habens tres filias. in ver. ad primam quæstionem. & Bal. per illũ text. in l. in causæ. la 2. §. Pomponius. quoque. ff. de min. in l. si in personam. in prin. C. de fideic. & tradit Alex. in cons. 92. Super eo, de quo quæritur. lib. 4. cum simi. quæ nota sunt. Ab ista communi regula excipit vnus casus, quãdo ex coniecturis appareret voluntatẽ fuisse, quod ius fideicommissi conditionalis transferatur in filios, vt not. voluit Bal. in l. 1. in ver. quæro de tali quæstione. C. de his, qui ante aper. tabu. vbi dicit cõmunem opin. procedere, nisi aliquibus indicijs, seu coniecturis appareat, quod testator idem senserit de filijs fratris, quod de fratre disposuit per text. qui bene facit in l. Lucius. la 2 in fin. de hæred. instit. ibi, non enim fratrem solum hæredem prętulit substitutis, sed etiam eius liberos. & ista conclusio com-
3 probatur, † quia in vltimis voluntatibus sufficit voluntas testatoris, etiam tacita, quæ ex coniecturis colligatur. l. licet Imperator. vbi Bar. ff. de leg. 1. l. cum auus. de condi. & demon. l. cum pro
4 poneretur. in fin. de leg. 2. † & potest testator facere, quod illud, quod est transmissibile, nõ transmittatur. l. in conditionibus primum locum. §. hæc scriptura. vbi Imo. no. illum text. ff. de condi. & demon. ita etiam ecõtra vr̃, quod possit testator facere, quod illud, quod non transit in hæredẽ, transmittatur, vt no. Bal. in l. si pater. in ver. 4. quæritur. C. de instit. & substitu. vnde non vr̃ dubitandum, quod ex coniecturis, quæ habentur de voluntate testatoris, ꝙ fideicommissum conditionale transmittatur, prout dicit Bald. in d. l. 1. C. de his, qui ante aper. tabu. & hoc in simili casu tradit Raph. Cum. in consi. 13. Titius instituit Seium. vbi in substitutione facta de Seio illo præmoriente eius filii in locũ patris admittuntur. de quibus dicit ipse satis fuit cogitatum, cum adiecit conditionem, si decesserit sine filijs. in persona eius, cui facta fuit substitutio, prout etiã fuit in isto casu. & ideo infert Cuma. in d. consi. quod quemadmodum testator fratrem, ita & fratris filios voluerit substituere, prout dicitur in d. l. Lucius. in fi. ff. de hęre. inst. & in simi. casu etiam consuluit Fulg. in consi. 15. Proponitur, quòd montes. in fi. vbi etiam ipse inducit tex. in d. l. Lucius. in fi. & secundum istam decisionem etiam consuluit Soc. in consi. 6. In præsenti consultatione. in vers. restat nũc respondere. lib. 3. vbi alleg. illud d. Bald. in d. l. 1. C. de his, qui ante aper. tab. & idẽ no. Bal. in l. 1. in prin. C. vt act. ab hær. & contra hæredes. & in l. si pater. in 4. q. Subijcit tamen Soc. ꝙ in d. consi. requiritur, ꝙ ista voluntas testatoris in tali transmissione colligatur ex his, quę expressa sunt in testamento. & idẽ tradit Soc. in l. hęredes mei. §. cũ ita. ff. ad Treb. & hoc videtur bene verificari in casu isto, in quo testator filiabus certum quid pro dotib. reliquit, & posthumos filios masculos hæredes instituit, & in defectum filiorum Augustinum eius fratrem carnalem hæredem instituit. & sic patet, ꝙ eius filiabus filios masculos, & fratrem prępôsuit; quod alia rationẽ factum nõ fuit, nisi vt bona in familia conseruentur. ar. l. 1. §. pen. ff. de vẽ. inspi. no. Cy. in l. j. C. de adul. Io. And. in addi. Spe. in rub. de succes. ab intest. in versi. sciendum. Ang. in consil. 68. Martinus de Florentia. cum simi. vnde ex ista ratione, quæ ex testamento colligitur, manifesta coniectura habetur, quod sicut testator vocauit Augustinum eius fratrem posthabitis filiabus, idem pariter videtur voluisse de filijs Augustini, in quibus militat eadem ratio conseruandæ agnationis. & videtur habere locum illa ratio, quæ allegatur in d. l. Lucius. in fin. vbi quod dictum est de fratre, idem etiam intelligitur de liberis eius, in quibus etiam agnatio conseruatur. & certè efficax videtur illa ratio, quòd filiæ non fuerint à Iacobo patre hæredes vniuersaliter institutæ, sed dotatæ, vel particulariter institutæ, & filij, & masculi nascituri soli sunt hæredes vniuersaliter instituti, & in defectum filiorum masculorum non sunt vocatæ fœminæ, sed frater testatoris] Augustinus, ex quo patet, quod pater magis affectauit bona sua deuenire ad filios masculos, quàm ad fœminas, vt dicit Bartol. in consil. 54. Angelus Matthæ. vbi propter hoc concludit,

5 cludit, quòd † clausula generalis in fine posita non comprehendit filios, de quibus specialem fecit prouisionem, & quantum ad hereditatem vniuersalem filiæ non sunt in consideratione, quando tantum masculi sunt instituti, idem tradit Paul. de Cast. in consi. 359. Viso testamento Michaelis. cum similib. vt tradit Cor. in consi. 120. Quòd filia, vel nepotes. in 2. lib. & in consi. 146. In hac consultatione. eo. lib. 2. & quod no. Bar. in l. fi. ff. ad Trebel. in ver. iuxta hoc quero. solum ergo consideratio habetur de filijs masculis institutis, & de Augustino fratre testatoris vocato in defectum filiorum masculorum: & nulla alia ratione potuit moueri testator ad præferendum fratrem suum filiabus, nisi propter fauorem agnationis, vt bona conseruentur in familia, vt dictum est, ideo prædicta ratio, quæ sola videtur posse assignari, debet haberi pro expressa, ut no. per gl. in l. quàuis. C. de fideicom. & hoc modo arguit Ro. in consi. 100. In præsenti causa. in princ. in consi. 404. In casu propositæ. Bal. in l. maximum vitiũ. C. de lib. præte. in ver. præterea cùm ratio statuti. Raph. Cu. in cõs. 2. Proponitur, ꝙ Ser Blancus. versi. cum. n. nulla alia potuerit esse ratio. Alex. in consi 48. Visis lib. 1. in consi. 21. Consideratis verbis. lib. 4. cum similib. vt dixi in c. suggestum. de appel. & ista ratio vr̃ militare non solum in Augustino fratre testatoris, sed etiã in filijs masculis Augustini; ergo concludendum est, ꝙ dicti filij Augustini admittantur exclusis filiabus Iacobi, de quibus in casu illo nulla ratio haberi debet per s̃. dicta. & quãtum ad testũ dicti Iacobi, vt in puncto, & casu proposito habetur, res satis clara vr̃.

a Circa [a] testamentum Nicolai Ser Angeli de Spoleto, in quo fuit facta substitutio fratribus institutis, si quis eorum decederet sine filijs masculis, consului aliàs, vt suprà relatum est, ꝙ filii masculi positi in conditione uideantur vocati, & patet in consi. 270. do. Raynaldus Ciotis. uersic. venio ad secundum. & in consi. 318. In
6 causa istorum nobilium. † vbi conclusum fuit, ꝙ q̃n simpliciter in conditione dicitur sine filiis, etiam de filiabus intelligitur: quia appellatione filiorum filiæ continentur. l. si quis ita. in prin. ff. de testa. tute. l. si ita scriptum. de leg. 2. l. iusta. ff. de verb. sig. secus est, si expresse dicatur de filiis masculis: quia tunc non ueniunt fœminæ, quia terminus masculus adaptari non potest fœminis, ut no. Abb. in consi. 37. Videtur primo. li. 1. Ant. de But. in consi. 47. Rectè decisum. & Io. de Ana. in consi. 22. Ad probandam. si ergo filiæ excludũtur, quando dicitur de masculis, prout fuit dictum in isto casu, necessarium est, ꝙ isti masculi uocati sint ex testamento: quia ab intestato fœminæ non excluduntur, quia de iure cõi pariter fœminæ cum masculis admittuntur. l. maximum uitium. C. de lib. præte. l. lege duodecim tabullarum. C. de legitimis hæredib. Non ob. ꝙ dicta regula legis maximum uitium. non habet locum apparente uoluntate testatoris in contrarium, quia hoc verum est, nec aliud dicimus, sed ista uoluntas testatoris, quæ vocauit masculos, est dispositiua in testamento, ergo masculi videntur vocati ex testamento, & non ab intestato. & istam rationem concludentem fatetur Soci. in consi. 116. In causa filiorum. in ver. sed contra hoc posset ingeniose instari. lib. 3. & licet Soci. ibi conetur respondere, quia in casu suo in loco erat statutum, ꝙ filiæ excluderentur ab intestato: ideo cessat ratio superius alleg. ꝙ ab intestato fœminæ cum masculis simul admitterentur. sed replicari potest, ꝙ hoc nihil facit quò ad uoluntatem testatoris, qui uo-
7 cauit masculos, & videtur excludere fœminas: † quia vnius inclusio alterius est exclusio. l. cũ prætor. ff. de iud. l. maritus. C. de procu. c. nonne. de præsump. & uidentur vocati masculi ex testamen-
8 to; & ad hoc facit, † quia quandoque verba conditionalia dispositionem inducũt. l. fideicommissa. §. cum esset. ubi Bar. ff. de leg. 3. & facit, quod no. Bar. in l. liberorum. ubi inquit, ꝙ statutũ, quo cauetur quod extantibus filiis masculis, filia non succedat: nam in persona masculorum statutum continet dispositionem, quasi dicat masculi succedant, & non fœminæ: & idem no. Bal. in l. maximum vitium. C. de lib. præte. & idem Bar. in l. 2. §. videndum. ff. ad Tertyl. & in terminis tradit Guido Papæ. in q. 184. In illa quæstione, qua quæritur. Nec obstat, ꝙ expressio facta de masculis uidetur facta, prout tacite inerat per uiam successionis ab intestato, quo casu expressio nihil operatur. l. 3. ff. de leg. 1. quia hic uidetur expressio facta aliter, quàm tacitè inesset, quia solum expressum fuit de masculis à testatore, & tacite intelligebatur tam de fœminis, quàm de masculis, quòd uenirent ab intestato; vnde ista limitata expressio de masculis debet aliquid operari, & ex tali expressione necessarium est fateri, quòd masculi includantur & ꝙ fœminæ excludantur ex testamento, in quo hoc disponitur; & ita quod aliàs dixi secundum decisionem Guidonis Papæ videtur bene procedere.

ADDITIO.

a ¶ Circa.] Istud, quod sequitur, est de alia materia, ad confirmationem consilij 268. suprà, ubi etiam Decius male consuluit, ut ibi dixi. Sed non tam improbabiliter, quàm hic.

EPIT. Consil. CCCCCLXXV.

Curator dari debet bonis absẽtis eius consanguineis petentibus, vel etiam nemine postulante, officio & arbitrio iudicis, qui idoneus, & masculus, & etiam maior esse debet. Eius autem officium est bona absentis custodire, & dissipãtibus resistere. Quòd si mortuus probaretur, de eius successione, & non de curatore dando tractandum esset.

SUMMARIUM.

1 *Viuus, vel mortuus si aliquis sit quando dubitatur, hæreditas adiri non potest, sed interim bonis absentis curator dari debet.*
2 *Curator bonis viuentis, & non latitantis dari debet.*
3 *Captus ab hostibus quando aliquis fuit & prouideri debet, ne capti bona dissipentur, in fauorem absentis curator dari potest ex officio iudicis etiam nemine petente.*
4 *Fœmina bonorum curatrix constitui non potest.*
5 *Suspicio in iudicando est parui momenti, & est minor, quàm præsumptio.*
6 *Personæ propter honestatem etiam contra præsumptionem iuris, & de iure probatio in contrarium admittitur.*
7 *Probatio est difficilis à communiter accidentibus, & fama sola plenã probationem facit.*
8 *Testes super fama deponentes rationem adducere debent dato, quod interrogati non sint.*
9 *Mors alicuius extra territorium morientis statuti Bononiensis dispositione quomodo probetur.*
10 *Falcidia odiosa est, eo quòd contra testatoris voluntatem detrahitur.*
11 *Armorum in factis ad bellum nunquam perueniri debet, nisi diffidatio præcedat.*


IN casu, in quo in terra Mondulfi dubitari contingit studendo breuitati, Primo non uidetur dubitandum, quod sumus in casu, in quo curator dari debet bonis absentis: quia vt Bart. dicit in l. cum cognatos. C. de capti. quando dubita-
1 tur, † an aliquis sit viuus, vel mortuus, non potest adiri hæreditas, sed interim debet dari curator bonis absentis. & not. glos. per illum text. in l. ab hostibus. in princip. ff. ex quib. cau. maio. facit text. in l. mutuo. §. fi. ff. de tutel. in l. idem priuilegium. ff. de priui. credi. & in l. 1. § his similes. ff. de mune. & hono. & tradit Ange. in consi. 103. datus fuit curator. in prin. & in consi. 194. Mortuo debitore. in versi. dixi secundo. Bald. in consi. 35. incipien. Dy. in l. curator. lib. 1. & Alex. in consi. 4. Videretur inspectis his. in versicu. vnde poterit. lib. 2. & in simili casu no. quæstionem refert Alber. in d. l. ab hostibus. in princi. & talis curator bonis absentis à iudice eius arbitrio dari potest, ut not. Bar. in l. 2. in prin. post gloss. ibi. ff.
2 de cura. bon. dan. & ibi concludit, † quod bonis viuentis, & non latitantis curator dari potest, quia eadem est ratio, quæ est in furioso, & prodigo, quia abest absque culpa; & idem Angel. dicit in dicto consi. 103. Datus fuit. in versicu. veritas est. & in alio consi-
3 lio 194. Mortuo debitore. † vbi inquit, quod quando quis fuit captus ab hostibus, & prouideri debet, ne bona capti dissipentur in fauorem absentis, curator dari potest etiam nemine petente ex officio iudicis. alleg. not. per gl. in l. 2. ff. de cur. bon. dan. & no. etiã Ale. in consi. 221. Ponderatis verbis statutorum. in ver. super secundo dubio. lib. 6. facit quod no. Bar. in auth. si omnes. C. si ab hære. se absti. in tertio not. & idem Alex. in consil 100. Discussis his. in fi. lib. 5. Et etiam à quolibet cõiuncto absentis talis curator dari peti põt, vt no. Bal. in d. l. cũ cognatos. in fi. C. de cap. & Ale. in consi. præallega. 221. in uers. super secundo dubio. & officium dicti curatoris est bona custodire, & dissipantibus resistere, ut dicit Bald. in dict. l. cùm cognatos, & per illum text. tenetur curator ipse satisdare, ut ibi probatur, ut not. Alexan. in d. consil. 221. lib. 6. Et ex his uidetur fundata ista conclusio, quòd in casu isto curator dari debeat arbitrio iudicis bonis Gasparis absentis. Vnde est videndum de curatore idoneo, in quem probabiliter intẽtio & arbitrium iudicis dirigatur. & primò clarum est, ꝙ domina Margareta, quæ videtur aspirare ad dictam curam, non est habi-
4 lis duplici ratione. Prima, quia fœmina, † quæ curatrix bonorum constitui non potest, ut no. Ang. in l. 2. ff. de cura. bon. dan. in prin. ad fi. alleg. tex. in l. cuius bonis. ff. de cura. furio. ibi, propter sexus, uel propter ætatis infirmitatem. & sequitur Alexan. in cons. 221. lib. 6. suprà alleg. Secunda ratio, quia est minor 25. annis, qui non potest esse curator bonorum, ut not. per glo. in d. l. 2. & ibi Ang. ff. de cur. bo. dan. per l. fin. C. de legit. tuto. & sequitur Alex. in d. consi. 221. lib. 6. suprà al eg. Secundò uidendum est de Gaspare iuniore, qui instat, & petit, ꝙ dicta cura sibi committatur: nam ex hoc uidetur suspectus, quia se ingerit. l. scire oportet. §. fina. ff. de tut. & cura. da. ab his. ubi Bar. & in l. quę omnia. § j. ff. de procu. ubi Bar. cum similib. Sed ad hoc uidetur facile respondeti posse, quia suspicio est parui momenti, quia de facili insurgit; sic etiam de fa-

cilli remoueri potest l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. c. 1. eo. titu.
5 & dicit Bal. in rub. C. de proba. inuer. suspicio uerò est. † ꝙ suspicio est parui momenti in iud cando & suspitio est minus, quàm præsumptio, vt not. Bart. in l. admonendi. de iureiur. quia vna suspicio non inducit præsumptionem: sed requiruntur multæ suspiciones ad faciẽdũ præsumptionẽ, ut Bal. dicit in auth. si quis. C. de adul. & ideo talis suspicio videtur purgari ex presumptione, quæ sit in contrarium, quia vna præsumptio tollit aliam. l. diuus. ff. de in integ. restit. vbi Bar. in secundo not. & in c. literas. de præsump. vbi Abb. in 3. not. facit text. in l. si qui adulterij. C. de adul. cum si à fortiori videtur, ꝙ vna præsumptio tollat suspicionem, quæ est minus potens, quàm sit presumptio, ut s. dictũ est: & talis suspicio videtur purgari propter bonam qualitatem dicti Gasparis, q est. & habetur bonæ conditionis, & famæ, ut testes omnes depo-
6 nunt: † nam propter honestatem personæ etiam contra præsumptionẽ iuris & de iure admittitur probatio in cõtrarium, ut no. Anto. de But. in c. vidua. in fi. de reg. cum simili. vt dixi in c. postremò. de appel. & in casu isto videtur tex. in l. vxori §. qui se filio. ff. de fal. ubi ille, qui se tutorem adscripsit, est suspectus, prout ibi dicitur: quia vltro videtur tutelam affectasse, tamen non propter hoc repellitur, si aliàs idoneus esse probetur: & ita uidetur in proposito, cum dictus Gaspar iunior omni ex parte sit idoneus ad talem curam. & quia cum ipse prætendat ad ipsum spectare hæreditatem dicti absentis summa prouidentia constitutum est, vt q sperant successionem, ijdem tueruntur bona, ne dilapidarentur, vt dicit tex. in l. 1. in prin. ff. de legi. tut. Et ex his videtur informari mens domini iudicis, ut debeat dictum Gasparem curatorem constituere. & quia testes bene deponunt, ꝙ sit bonæ cõditionis, & famæ, & industriosus, & expertus, cui talis cura bene cõueniret. Nec huic conclusioni videtur obstare, si dicatur, ꝙ in casu isto sufficienter videtur probari de morte dicti Gasparis absentis, quo casu non videtur tractandum de curatore bonis dãdo, sed de successione ipsius mortui. ꝙ autem in casu isto mors dicti Gasparis probata videtur, suaderi potest, quia in tali casu propter longinquitatem loci videtur probari per solam famam, ut no. Bar. in l. si quidem. C. sol. matri. & Bald. in c. 1. §. si vero. vt lit. non contesta. Alex. in consi. 4. Videretur inspectis his. in prin. lib. 2. in consi. 172. In causa, & lite. lib. 6. & in consi. 17. Consideratis his. lib. 7. & est re-
7 gula communis, † ꝙ vbi à communiter accidẽtibus probatio difficilis est, fama sola plenam facit probationem, ut no. Ant. de Bu. in c. veniens. el 1. in fin. de testi. & in c. transmissæ. qui fil. sint leg. & sequitur Alex. in consi. 66. Viso testamento Simonis. in fin. lib. 3. Areti. in consi. 37. Sequẽdo ordinem. ad idem facit. ꝙ cum dictus Gaspar non reperiatur, præsumitur mortuus, ut not. Bar. in l. & si certus. §. si unus. ff. ad Sylla. Nam ad ista, & similia, quę adduci possunt, respondetur, ꝙ nullo modo hic est probatum de fama, prout requiritur, cum enim in hoc casu fama faceret plenam proba-
a tionem, tali casu debuit probari, ꝙ fama habuit originem [a] ex ꝓbabilibus causis, quæ inducunt populum ad ita credẽdum, ut no. Bar. in l. de minore. §. tormenta. circa fi. ff. de quæstioni. Bal. in l. ꝓprietatis. C. de proba. Abb. in c. veniens. el 1. de testibus. Angel. in
8 l. ea quidem. C. de accusatio. & ibi etiam dicit: † ꝙ testes deponẽtes super fama debent rationem adducere, dato, quod non sint interrogati, & est dictum Inno. in c. cùm oporteat. de accus. cum similib. ut dixi in consi. 37. In causa rigorosæ accusationis. & cum prædictis concor. Pet. de Ancha. in consilio 254. In quæstione presbyteri. ubi concludit non esse probatam famam, quia testes non dixerunt illam originem habuisse ab honestis personis, & fidedignis: & ad hoc accedit quod not. Angel. in l. secunda. §. diẽ.
9 ff. quemadmo. testa. ape. † vbi in statuto Bononiẽsi, quo cauetur, quod ad probationem mortis alicuius extra territorium sufficiat probatio facta per famam à tribus testibus optimæ opinionis, quia sola fama sufficit requiritur, quod illa qualitas, quòd testes sint optimæ opinionis, articuletur, & probetur. & in hoc tamen non videtur laborandum, quia discurrendo testes attestantur de vita, & de morte nihil deponunt, nec aliquid de fama mortis, licet de fama captiuitatis videãtur deponere. Nec in casu isto congruit quod dicunt Bart. Bald. & Angel. in l. fin. §. si quis in bello ceciderit. ff. de his, qui not. infa. de illo, qui intrauit bellum, & postea nõ reperitur, vt ex hoc iusta ꝓbatio mortis habeatur, quia non est eadem ratio in eo, qui captus fuit, & postea visus fuit, vt in casu isto contingit, & tradit Corne. in consil. 251. In hac consultatione. lib. primo. Non obstat quòd dictus Gaspar captus, qui tanto tempore absens fuit, præsumitur mortuus secundum computationem. l. hæreditatem. ff. ad legem Falci. Quia illa lex habet locum solum in falcidia, prout loquitur, & extra terminos eius
10 non extenditur, † quia falcidia videtur odiosa, eo quòd contra voluntatem testatoris detrahitur, vt dicit Corn. in consil. 204. Quanquam videatur. lib. 3. & communis regula videtur in con-
b trarium, quia quis præsumitur viuere vsque ad centum [b] annos, vt not. per glo. in l. 2. §. si dubitetur. in verbo, liquerit. ff. quemad-
* modum testa. aperian. & Bartol. & doct. illam * communiter sequũ-
tur, vt ibi dicit Imol. & not. Alexan. in consil. 175. Perspectis verbis testamenti. lib. 5. & idem Alex. in consil. 27. Consideratis his. lib. 7. Et durum esset ab ista opinione recedere, ut dicit Corne. in di. consi. 204. propter maximas doctorum authoritates. & cum prædictis concordat Raph. Cuma. in consi. 43. In quæstione Fr̃ã. & And. Sicu. in consil. 10. Difficile est. lib. 3. Non obstat, quòd iste Gaspar captus à Turcis videtur captus ab hostibus, quo casu fingitur per l. Corneliam, ꝙ sit mortuus hora præambula captiuitatis §. sed si ab hostibus. instit. quib. modis ius pat. pote. sol. not. in l. lege Cornelia. ff. de vulg. & pupil. attenta hac fictione dictus Gaspar captus reputaretur mortuus, & esset tractãdum de successione dicti Gasparis, & non de curatore dando bonis uiuentis: quia ad hoc respondetur, ꝙ tex. in d. §. sed si ab hostibus cum simil. habet locũ, quando capti ab hostibus ibi penes hostes mortui sunt, ut colligit in d. §. sed si ab hostibus. ibi, si uero ibi decesserit. & idẽ dicitur in d. l. lege Cornelia. in prin. sed hoc non habet locum in isto casu, quia non constat, ꝙ ibi decesserit, sed potius uidetur, ꝙ
11 uiuat per supra dicta. Secundo potest responderi, † ꝙ in factis armorum nunquam debet ad bellum perueniri, nisi præcedat diffidatio, ut dicit Bald. in l. si manumissori. C. de obseq. in versi. adde extra. alleg. Ioan. And. in c. 1. de homi. in 6. & idem Bald. in titu. de pace Constan. in verbo, vasalli. cum simil. ut tradit Andr. Sicul. in consi. 38. lib. 1. & ideo isti Turcæ à quibus Gaspar captus fuit, nõ videntur hostes, sed pyratæ, uel latrunculi, in quibus non habet locum fictio legis Corneliæ, nec postliminij. l. postliminium. §. à pyratis. ff. de capt. Non obstat, quod iste Gaspar iunior, qui intẽdit, ꝙ curator constituatur bonis absentis, uidetur fundare se in uita, ideo uidetur, quod ipse teneatur probare, ꝙ uiuat Gaspar, cui curator dari debet, ut not. in l. si quidem. C. sol. mat. Quia respondetur, ut ex suprà dictis collitur, quod non requiritur præcisè, quod debeat constare de uita, sed satis est, ꝙ casus sit dubius de uita, uel morte, ut no. Bar. in d. l. cum cognatos. C. de capt. in prin. suprà alleg. Et de uita etiam satis cõstare uidetur. Vltimo nõ ob. quod obijcitur de prescriptione, quæ allegatur ab illis, qui tenuerunt bona, & possederunt: quia non potuit præscriptio habere locum propter malam fidem, quæ impedit præscriptionem. c. fin. de præscrip. & in regula possessor malæ fidei de regul. iur. in 6. & dato, quod præscriptio haberet locum, competeret dicto Gaspari, & absenti impedito restitutio in integrum, ut est text. in l. ab hostibus. § ergo autem. ff. ex quib. cau. ma. & ista latius deducit in signis I. V. doct. Ioan. Philippus locum tenens Pisauri dignissimus, in cuius sententiam concurro, ꝙ dictus Gaspar iunior debeat curator dari bonis dicti Gasparis absentis, & hæc scripsi in maxima temporis angustia.

ADDITIONES

a ¶ Originem.) Alexan. consi. 25. num. 5. cum seq. lib. 4. vbi dixi, & consil. 50. nu. 2. consi. 155. nu. 4. lib. 5. decisi. Tholo. q. 380.

b ¶ Centum.) Alex. consi. 1. nu. 42. lib. 5. Sed non est absolutum, Phili. Dec. l. si emancipati. C. de coll. l. vlt. nu. 28. C. de edicto diui Adr. toll. dixi in dict. consi. 1.

EPITOME Consi. CCCCCLXXVI.

De legato facto filio spurio pro alimentis quando ualeat: & de legitimatione, quæ non cessat propter superuenientiam legitimorum: & de dispensatione, quæ differt à legitimatione, & in illa causa requiritur. Et de clausula illa, ꝙ legitimatus succedere possit absq; præiudicio filiorum.

SVMMARIVM.

1 *Spurijs de equitate canonica alimenta debentur.*
2 *Spurio filio pro alimentis pater quantitatem relinquere potest.*
3 *Filius si ex artificio viuere potest. pater illi alimenta præstare non tenetur.*
4 *Donatio si non valet, nisi propter benemerita, de benemeritis constare debet, & assertioni donantis non statur.*
5 *Legitimatio propter superuenientiam legitimorum, & naturalium non irritatur.*
6 *Legitimatus si preteritus fuerit, testamentum est nullum.*
7 *Dispensatio odiosa est, licèt legitimatio fauorabilis sit.*
8 *Subreptio in expressione falsę causę dispensationem vitiat.*
9 *Papa quo casu contra ius diuinum sine causa dispensare non possit.*
10 *Filius mariti presumitur adulterio non obstante.*
11 *Opinione de communi curandum non est, quando particularis melioribus rationibus fundata fuerit.*
12 *Actum quando ad patris instantiam princeps facit, pro principe non præsumitur, quia propter importunitatem, non autem ex iusta causa motus videtur.*
13 *Papæ credendum non est, quando de alterius præiudicio agitur.*

Pro



Ro resolutione casus propositi videndum est de duobus. Primo de validitate legati facti à domino Gentili Philippo suo filio spurio pro alimētis. Secundo videndum est de virtute legitimationis. Cir
1 ca primum videbatur prima facie dicendū valere legatum, † q̃a alimenta debentur spurijs filijs de æquitate canonica. c. cum haberet. de eo, qui dux. in ma. quam pol. per adulterium. & ista equitas de iure ciuili attenditur, vt Abb. dicit in d. c. cum haberet. ver. quartus casus. & propter hoc in proposito nostro cōcludit Bar.
2 in auth. ex complexu. C. de ince. nup. † ꝙ pater quantitatem pro alimētis filio spurio relinquere potest, & dicit se ita consuluisse, & sequitur Abb. in consi. 50. Videtur primo. li. 2. Ang. Are. insti. de iure natura. in prin. circa fi. & in tract. de testa. in verbo, item reliquit filio spurio. in fi. & Pet. de Vbal. in tract. de succes. ab intestato. in ver. sequitur quarta. Et ex his videtur iustificari dictū legatum factum Philippo spurio pro alimentis: quia pater fecit illud, ad quod tenebatur. His tamen non obstantibus ꝯrium de iure esse arbitror ſm ea, quæ proponuntur more Scæuolę Iurecōsulti, & concludo, ꝙ dictum legatum pro alimentis in isto casu non valet. Et pro fundamento præsupponendum est, ꝙ tunc de-
a mū alimenta tenetur pater præstare filio, quando à seipso [a] filius
3 se alere non potest, adeò † ꝙ si filius ex artificio viuere potest, pater illi alimenta præstare nō tenet. l. si quis à liberis. §. sed si filius. ff. de lib. agnoscen. ubi Bar. & idem no. Bar. in l. 1. C. de mend. vali. lib. 11. & Abb. in c. 2. de conuer. infid. & hoc in filio naturali, & legitimo, à fortiori hoc est dicendum in filio spurio, vt illi non debeantur alimenta, si à seipso viuere potest: & ideo cum dictus Philippus sit beneficiatus, & honeste, & cùm dignitate viuere possit, quia propter officium datur beneficium, in c. cum ſm. de præb. quia ex proprio artificio videtur honestè viuere posse, ideo illi non debentur alimenta: & cum non subesset in veritate necessaria causa alimentorum legatum factum spurio pro alimentis, nō vr̃ valere, quia non est factum pro alimentis, & in casu necessitatis, prout requiritur. & de hoc non est standum assertioni patris, vt in simili notatur per gl. in l. si donatione. C. de colla. & per Bar. in l. si fortè. ff. de castrensi peculio. cum si. vt tradit Alex. in d. l. si
4 donatione. † vbi dicitur, ꝙ donatio, quando non ualet, nisi propter benemerita, debet constare de benemeritis, & non statur assertioni donantis. & hoc idem tradit Old. in consi. 226. Quidam episcopus. Ant. de But. in consi. 39. Quia maior pars quęsitorum. in fi. Pet. de Anch. in consi. 247. Dubium facit. in fi. Alex. in consi. 55. Consideratis verbis. & in consi. 101. Visis instrumentis. lib. 1. cum si. ut dixi in d. l. si donatione. & ideo cū in casu isto pater non possit donare, vel relinquere, filio spurio, nisi propter necessaria alimenta, non est standum assertioni patris de alimentis simpliciter. Venio ad secundum dubium de legitimatione, quæ fuit facta ad requisitionem patris domini Gentilis tempore, quo non habebat filios legitimos, & naturales, & postea suscepit filios legitimos, & naturales, vndè potest dubitari an legitimatio prius facta resoluatur, vel stante legitimatione dictus Philippus legitimatus
5 legitimam petere, & consequi possit. Et primo clarum est, † ꝙ legitimatio propter superuenientiam filiorum legitimorum, & naturalium non irritatur: & circa hoc multa possent dici, tamen satis est istam esse * *communem* opinionem, ut patet ex his, quæ Alex. refert in l. ex facto. de vulg. & pup. & idem Alex. in consi. 138. opportunè consideratis lib. 1. & in consi. 187. Videretur prima consideratione. & tradit Fulg. in consi. 65. Titius coniugem non habēs. & hoc maxime in casu isto vr̃ procedere, in quo cogitatum fuit de filijs legitimis, & naturalibus nascituris tempore legitimationis, & facta fuit prouisio, ſm quod in legitimatione habetur. & hoc no. Bal. in consi. 173. Casus quæstionis. in versi. sed motiuū. lib. 1. Et stante legitimatione vr̃, ꝙ legitimato legitima debeatur, vt no. Bal. in c. causis. in versi. & ideo spurius legitimatus. de offi.
6 deleg. † & quia si legitimatus præteritus sit, testamentum esset nullum, vt tradit Roma in consi. 34. Licet naturalis. Abb. in cōs. 86. In quæstione, quæ vertitur. in fi. lib. 1. & Pau. de Cast. in consi. 222. Super puncto isto. & Fran. de Cur. in consi. 36. Vt veritas elucescat. in prin. Et ex his videtur prima facie iustificari petitio legitimæ, quam petit dictus Philippus legitimatus. His tamen non obstantibus contrarium videtur de iure, quòd dicto Philippo non debeatur legitima, quia legitimatio fuit limitata, quòd ab in
b testato possit succedere, absque præiudicio [b] tamen aliorum filiorum dicto domino Gentili ex legitimo duntaxat superuenientium matrimonio existentium. Ista enim verba secundum * *communem* opinionem resoluuntur, quod ab intestato non possit succedere in præiudicium uenientium ab intestato, sed ex testamento videtur habilitatus, ut possit capere ea, quæ sibi in testamento relicta sunt, ut tradit Pau. de Cast. in consi. 226. Videndum est primo. versic. quarto videndum est. Pet. de Ancha. in consi. 241. Ex tenore priuilegij. in versi. præterea posito. & idem not. Bald. in consi. 265. inter consilia Ang. in consi. incipien. Verba autem succedere valeas. & idem Bal. in d. consi. 173. lib. 1. in fi. & Bene. Cap. in consi. 155. Et si de pluribus. in fin. & nouissime scribit Socin. in consi. 95. Nulli dubium est. lib. 4. & Pet. Philip. de Cor. in consi. 3. Dominus Bal. ser Cole. lib. 1. & Francis. de Cur. in consi. 73. Super memorata. vnde cum ab intestato dictus legitimatus excludatur, non videtur, quòd legitimam petere possit, vt no. Ang. in ꝯs. 105. Statuto cauetur. circa fin. Alex. in consi. 29. iuxta ea, quæ in fi. lib. 4 Bal. in l. maximum vitium. ver. in cōtrarium. C. de lib. præter. cum similib. ut tradit Alex. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de libe. & posthu. Postremo considerandum est, quod legitimatio, de qua agitur, uidetur nulla, quia dictus Philippus legitimatus natus est ex adulterio, vt ex ipsa legitimatione colligitur, & sic natus ex illa; cum qua non poterat esse matrimonium, quo casu nō dicitur proprie legitimatio, sed dispensatio, vt no. Pau. de Cast. in consi. 222. Super puncto isto. versi. item certum est. vbi refert collegium Bononiense ita consuluisse. & idem consuluerunt Bal. & Petrus frater eius, ut Pau. de Castro ibi refert. & Franc. de Cur. in d. consi. 73. & hoc idem, quòd ista sit dispensatio, probatur, quia modificata fuit legitimatio, absque præiudicio tamen aliorum filiorum, vt suprà dictum fuit: & tali casu etiam dicitur dispensato, vt no. Bal. in consi. suprà allega. incip. Verba autem succedere valeas. & refert, & sequitur Corne. in consi. 93. Primo aspectu videtur dicendum. lib. 2. & sic duplici fundamento apparet istam
7 fuisse dispensationem, non legitimationem, † quæ quidem dispēsatio odiosa est, licet legitimatio sit fauorabilis, ut dicit Petr. de Anch. in d. cōs. 241. Ex tenore priuilegij. in prin. & in consi. 427. Circa primum quæsitum. in prin. Pau. de Cast. in consi. suprà allega. & Corne. in dicto consi. 93. lib. 2. Et in tali dispensatione iusta causa requiritur, vt not. Pau. de Cast. in consi. 120. Notandum, ꝙ adulterium. Alex. in consi. 60 Visa legitimatione. lib. 2. cum similib. vt tradit Franciscus de Cur. in consilio 64. Seriosa narratione. & cum ista dispēsatio facta sit propter spem bonorum morum, & eius bonæ indolis, cum adhuc in septem annorum ætate non existeret, & quia credidit virtutum fauore redimere, quod in eo ortus odiosus ademit, ista non videntur in infante posse verificari, quia infans quidquid videt, ignorat. l. 1. C de fal. mone. & ideo cum ista causa falsa sit, viriatur dispensatio facta à summo pontifice: ita in terminis de infante scribit Petrus de Ancharano in cōsilio ducentesimoquadragesimoprimo. & notat Abbas in capitulo quia circa. per glossam ibi de consanguinitate. & affinitate.
8 † quòd subreptio in expressione falsæ causæ vitiat dispensationem. & allegat bonum tex in cap. 2. in fine. de filijs presbyterorū in 6. nam talis dispensatio, quòd spurius succedat cum filijs legitimis, & naturalib. est contra ius diuinum, cum scriptum sit, quòd non erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ. trigesima secunda quæstione secunda. c. non omnis. & quæstione 4. capitu. dicat ali-
9 quis. & not. Bart. in l. 3. ff. de testamen. † quo casu etiam Papa non potest contra ius diuinum dispensare sine causa: not. per gloss. in capi. à nobis. de deci. & in c. non est. de voto. & no. Inno. in c. plerique. circa fi. in versi. & videtur nobis. de immu. ecc. & Abb. post alios in c. quæ in ecclesiarum. in uer. circa secundum. de consti. & causa legitima videtur fauor publicus ut Abb. ibi, post alios dicit per legem item si verberatum. ff. de rei uendicatio. facit tex. in lege uenditor. §. si constat. ff. communia præd. cum similib. ut tradit Bar. in procemio ffori. & in casu isto non subest causa, quæ utilitatem publicam respiciat, & causa, quæ fuit expressa de futura probitate infantis, nō videtur vera, ideo uitiatur legitimatio, ut notat Petrus de Anchar. in dicto consilio 241. & ad hoc facit, quia spes futuræ probitatis, quæ habetur de infante, est fallax, quia omnis ætas ab adolescentia in malum prona est, & nihil incertius, quàm vita adolescentium, vt habetur 12. quæstione 1. in capitulo, omnis ætas. & per gl. institu. de iustitia, & iure. § 1. dum inquit, quartum est, quod penitus ignoro, uia iuuenis in adolescentia, secūdum Salomonem quem ibi refert gl. in verbo, auertit. & vlterius considerandum est, ꝙ cum dictus Philippus natus sit ex adulterio, vt in supplicatione dicitur, videtur, quòd non sit filius domini Gentilis, † quia præsumitur filius mariti non obstante adulterio. l. miles. §. defuncto. ff. de adulte. notat Bald. in lege, filiū. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris. & in rubrica. C. de probationibus. cum similibus. vt dixi in capitu. per tuas. de probationibus. in principio & cum dictus Philippus ipse agat ut filius, debet

ADDITIONES.

a ¶ Quando à seipso.) Idem Laurentius Calcaneus consi. 59. Iac. de Put. inter eius consi. 62. tamen Calcaneus in d. suo consi. limitat, quando uerecundia esset spurio talem artem exercere, facit Bal. nouell. tract. dot. parte 6. priuilegio 17. Bal. consi. 16. spurius. lib. 2. Sed Aymo Crauetta consi. 199. latè tuetur, ꝙ nihilominus pater, si uelit, potest ei relinquere pro alimētis, quia non poterit semper lucrari, nec semper se alere. & ita practicatur.

b ¶ Præiudicio.) suprà consi. 393. ubi dixi.

debet probare se esse filium domini Gentilis, vt notat Angelus in l. liberorum. in principio. ff. de his, qui notantur infamia, & in legitimato notat Bal. in consi. 377. Mortuo filio. lib. 1. & licèt pater, qui fecit filium legitimare, videatur confiteri illum esse filium suum: talis confessio facta incidenter non probat, si postea in du-
a bium [a] principaliter reuocetur de filiatione, ut notat Antonius de Butrio c. illud. de præsum. Matthæsilanus in notabili suo 79. Nota, ꝙ quoties. & quia confessio vnius alteri non nocet. l. certum. §. sed an ad ipsos. ff. de confes. Non obstat suprà dictis, quòd iusta causa præsumatur in principe, vt notatur per Cynum in l. fi. C. si contra ius, vel vtilitatem publicam. Abbas in dicto c. quæ in ecclesiarum. & in c. in causis. de re iudicata. in c. cum inter. de exceptionibus. & in consi. 84. videtur primo. Quia hoc haberet locum in dubio, quando causa expressa nō fuisset, secus videtur in isto casu, in quo princeps expressit causam, qua motus fuit, & apparet illam friuolam, & non iustam fuisse, vt supra dictum est. Secundo respondetur, quod etiamsi causa expressa non fuisset, nō præsumeretur, ꝙ Papa motus fuisset ex iusta causa in isto casu, in quo iuri diuino derogatur, vt suprà dixi: & in tali casu non potest Papa illi derogare nisi ex causa, ut supra dictum est, ideo de tali causa constare debet, & non præsumitur, ut tradit Fulgosius in consi. 61. Dom. Catharina. & tali casu etiam non esset stādum assertioni Pontificis, si ipse de causa attestetur, vt dixi in d. capitulo, quæ in ecclesiarum. per ea, quæ notat Bartolus in l. si forte. ff. de castrensi peculio. & in lege diuus. ff. de alimentis legat. & per gl. & docto. in l. si donatione. C. de colla. cum similibus. vt dixi ibi. & ex his, quæ dixi in d. capitulo, quæ in ecclesiarum. apparet veriorem esse istam opinionem, quòd in isto casu etiam in princi-
11 pe causa non præsumatur; † & cum ista opinio fundata sit melioribus rationibus, non est curandum de communi opinione, quæ sit in contrarium, vt notat Abbas post Ioannem And. & alios in cap. 1. de consti. per tex. in lege prima. §. sed neque. C. de ueteri iure enucleand. bonus textus in cap. capellanus de ferijs. ubi Abbas in pen. no. Dominicus in c. 1. de summa Tri. cum similibus. vt dixi in dicto cap. primo. de consti. & maxime ista conclusio videtur procedere in isto casu, in quo causa expressa fuit, quia expressum facit cessare tacitum. lege cum ex filio. §. filio. de vul. & pup. & s.
12 dixi. & vlterius potest responderi, † ꝙ non præsumitur pro principe, quando facit actum ad instantiam partis, quia videtur motus propter importunitatem, non ex iusta causa, ut Rom. dicit in cōsi. 436 Quòd indultum Pet. in ver. & si dicatur. vbi allegat tex. in l. 1. C. de peti. bono. sub. lib. 10. & ita uidetur in isto casu, quia ad instantiam, & requisitionem domini Gentilis patris fuit facta legitimatio, vt patet ex ipsa legitimatione: ideo nō videtur ex iusta causa, sed propter importunitatē obtenta. Non obstat, quòd
13 verbis Papæ credendum sit, cle. 1. de proba. † quia illud non est verum, quando agitur de præiudicio alterius, vt in casu isto videtur. ita no. Abb in d. cle. 1. in fi. & in c. cum à nobis. de testi. & tradit Pau. de Cast. in consi. 156. aliàs 159. Viso, & examinato. & Socin. in consi. 20. inter consilia Franc. de Cur. in consi. incip. Sæpenumero animo reuolui. & quia in isto casu Papa non affirmat, sed dicit ex assertione aliorum, ibi, sicut se habet fide dignorū assertio. quo casu ista verba non videntur probare, & affirmare quod asseritur. c. ad hæc. ubi Anto. de But. de rescrip. facit text. in ca. iurauit. de probat. cum simi. ut dixi ibi in prin. Ex quibus omnibus videtur, ꝙ legitimatio prædicta reddatur nulla, & stante ista conclusione erit succedendum ab intestato, & dictus Philippus legitimatus remanet exclusus: suaderem tamē dictis filijs legitimis, & naturalibus concordiam cum dicto Philippo propter uoluntatem patris, sed de iure concludendum est, ut dixi.

ADDITIO.

a ¶ In dubium.) Alex. consi. 21. lib. 1. ubi dixi. & ad Decium capit. per tuas. nu. 7. de probationibus.

EPITOME Consi. CCCCCLXXVII.

Statutum disponens, quòd muliere nupta sine liberis decedente vir lucretur dotem, locum habet, etiam si momento durauit matrimonium, cuius consummatio probatur confessione coniugum, & etiam præsumptionis, & coniecturis, cum de se difficilis sit probationis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis quo casu videtur habere locū in muliere per uerba de præsenti desponsata.*
2 *Probationes omnes arbitrariæ sunt.*
3 *Probationes præsumptiuæ quo casu admittantur.*
4 *Ex præparatorijs quo casu ad principale inferatur.*
5 *Mulier desponsata, & ad viri domum traducta quo casu pro cognita habeatur.*
6 *Mulier si ducta fuerit, ut uiro coniungatur, & ante coniunctionem decesserit, tunc maritus dotem lucratur.*
7 *Legato mulieris continentur non tantum quæ uir emi mandauerat, sed quę emerat, necdum tamē assignauerat, aßignaturus tamen, si uixisset.*
8 *Res ubi est destinata de vno loco ad alium, effectus superueniens, antequam res locum destinatum attingat, censetur factus in loco, ubi destinabatur.*
9 *Statutum si disponat, quòd muliere moriēte in ciuitate maritus lucretur dotem, si ipse in loco remoto matrimonium contraxerat, & uolebat uxorem ad ciuitatem ducere, & ipsa in uia moriatur, maritus dotem lucrari debet.*
10 *Copula probatur, quando fuit solus cum sola, & nudus cum nuda in eodem lecto.*
11 *Testis si dixerit se uidisse solum cum sola, & nudum cum nuda sufficit.*
12 *Probationes leuiores admittuntur in his, quæ difficilis probationis sunt.*
13 *Lucrum propriè non est, quod maritus de dote à statuto consequitur.*



VIso copioso, & eleganti consilio domini Cęsaris de Nobilibus magnifici Militis, & præclarissimi V. I. Doctoris conclusionem ab eo firmatam iuridicā esse arbitror, de subscriptione requisitus agam paucis: nam ut supra relatum est in statuto de lucro dotis, de quo agitur, tria sunt requisita. Primo quòd mulier nupta sit. Secundo, ꝙ in matrimonio sine liberis decesserit. Tertiò, ꝙ intra annum à die, quo cum viro inceperit habitare. Circa primum clarum est, ꝙ in casu isto mulier esset nupta, quia in instrumento dicitur, ꝙ Vincentius illā
1 desponsauit per verba de præsenti: † quo casu statutum de lucro dotis videatur habere locum in muliere desponsata per verba de præsenti, ut no. Bar. in l. nihil. ff. rerum amota. & facit text. in l. cui fuerit. ff. de cond. & demon. & not. Bald. in l. deo nobis. versi. sed iuxta pone. C. de episco. & cler. per illum text. & dicit Pau. de
* Cast. in d. l. cui fuerit. ꝙ ita * *communiter* tenetur. ista tamē opinio non esset tuta, quia plerique contrarium dicunt. Bal. in l. nō fine. C. de bonis, quæ libe. in ver. quæro nunquid ista lex. & late Sali. in l. cum in te. C. de donationibus ante nuptias. cum similib. ut late congerit Feli. in rub. de sponsa. versi. ex prędictis infertur. sed in hoc non est laborandum, quia ex alijs verbis statuti colligitur, ꝙ statutum loquitur in matrimonio consummato per copulam carnalem, dum secūdo requiritur, ꝙ mulier in matrimonio sine liberis decesserit: ista verba in effectu videntur importare, quòd debeat consummatum esse matrimonium, vt colligitur ex verbo illo, in matrimonio, ut no. Sali. in l. præallega. cum in te. in versic. quarto probatur ex verbo illo in matrimonio. & idem probatur per illa uerba, sine liberis. vt idem Salic. dicit in d. l. cum in te. in uersi. 7. hæc mens potest persuaderi. Et ideo tota vis præsentis consultationis uidetur ꝯsistere in hoc, an sufficienter probatum sit, ꝙ matrimonium fuerit consummatum. Et breuiter concludendum est, quòd sic: & pro fundamento præsupponēdum est,
2 † quòd probationes omnes arbitrariæ sunt, ut no. Ant. de But. in c. ex literis in 6. no. de prob. & idem tradit Pau. de Cast. in l. admonēdi. uer. qualiter autem dicatur. ff. de iureiu. vbi dicit, ꝙ omnes probationes arbitrariæ sunt, & pēdent ex mero iudicis arbitrio, per legem tertiā. §. primo. ff. de testibus. ibi, tu magis scire potes. & idem Bal. in l. fi. C. commi. uel epist. in prin. & probatio copulæ, quòd mulier fuerit carnaliter cognita, est difficilis probationis, quia concludenter probari non potest, sicut de filiatione dicitur, ut not. in l. filium. ff. de his, qui sunt sui, uel alieni iuris. in ca-
3 pitu. per tuas. de probationibus. † & ideo in tali casu probationes præsumptiuæ admittuntur, ut est text. in capitu. præterea. de testibus. & in capitu. literis. de præsumptionibus. Et certe ex pluribus præsumptionibus, & coniecturis, quæ in casu isto concurrunt, uidetur probatum sufficienter consummatum fuisse matrimonium. Primo non leuis coniectura uidetur missa de more celebrata ante consummationem matrimonij, ut tradit Alexander in consil. 129. Super primo dubio. in uersiculo, confirmo & secundo. in fine, in septimo libro. Et hoc confirmatur, quia illa missa uidetur præparatoria ad consummationem matrimonij, unde sicut ex præparatorijs adulterij arguitur, & probatur adulteriū, ut notatur per glossam in lege quod ait. in principio. in uerbo, in ipsis rebus. per illum tex. iuncta lege. & si amicis. in fine. ff. de adul-
4 terijs. & est regula communis, † ꝙ ex præparatoriis inferatur ad principale, unde qui eligit præparatorium, uidetur eligere illud, ad quod præparatio fit, ut notat Bartolus in l. fi. C. de codicillis. & qui aliquem defendit in causa præparatoria, etiam in causa principali cogit defensionē suscipere, ut notat Bartolus in lege qui proprio. §. item quæritur. ff. de procuratoribus. & ideo cōsonat, quòd

ꝙ post præparationem, quæ facta fuit mediante missa, secuta sit consummatio matrimonij. Secundò principaliter hoc idē probatur, quia dato, ꝙ non esset cōsummatum matrimoniū, habe-
5 tur tñ pro consummato quātum ad lucrum statuti, † quia si mu-
a lier desponsata per verba de præsenti [a] accessit ad domum mariti, ita ꝙ fuerit in potestate illam cognoscere, habetur pro cognita, & maritus lucratur dotē. ita in terminis voluit Salicetus in dicta lege cum in te. in fine. in versiculo, vnum tñ nō omitto. vbi
6 inquit, † ꝙ si mulier ducta est, vt viro coniungatur, & ante coniunctionem decessit, tunc maritus dotem lucratur, quia pro coniuncta, & copulata habetur, quæ erat de proximo copulanda, argumento legis pen. ff. de testam. milita. in l. item legato. in §. Vtroque enim legato. ff. de leg. 3. vbi dicitur, ꝙ in legato continētur, quæ maritus emi mandauerat, & quæ emerat, nec dum tñ assignauerat, assignaturus tñ si vixisset. & secundum istam decisionem Sal. consuluit Alex. in consil. 129. Super primo dub. lib. 7. vbi pro ea. alle. tex. in l. & si non sint. in ver. quid ergo si certū. de aur. & arg. le. & ad idem adducit tex. in ca. præsenti. §. fi. de præ
8 bendis. in 6. vbi Dom. de san. Gem. colligit ex illo tex. † ꝙ vbi res est destinata de vno loco ad alium, effectus superueniens, antequam res locum destinatum attingat, cēsetur factus in loco, vbi destinabatur. & infert ad propositum nostrum, † ꝙ disponente statuto, ꝙ muliere moriente in ciuitate maritus lucretur dotem, si ipse contraxerat matrimoniū in loco remoto, & volebat vxorem ad ciuitatem ducere, & ipsa moritur in via, vel in loco, vbi contraxerat matrimoniū, cōcludit, ꝙ maritus debet lucrari dotē: cùm ergo in isto casu mulier despōsata per verba de præsenti accesserit ad domum mariti, vt consumaretur matrimoniū, dato, ꝙ copula carnalis nō esset secuta in veritate, tñ habetur perinde, ac si cognita fuisset à marito quantū ad lucrum dotis, de quo agitur, per illud dictum Salic. confirmatum per Alexandrum in in consilio præalle. 129. li. septimo. & sequitur Felinus in rubrica de sponsa. vers. limita eam singulariter. & in cap. tertio loco. de præsumptionibus. hoc tñ dictum est ex abundanti, quia in casu isto consummatū fuit matrimonium, vt statim dicā. Tertiò principaliter, ꝙ fuerit matrimonium consummatum, probatur ex confessione vxoris, & mariti, de qua plures testes deponunt, & præsertim de copula statur dicto viri. ca. continebat. de despon. impuberū. & in c. tertio loco. de præsumptionibus. & notat Antonius de Butrio in cap. duo pueri. in septimo no. de desponsa. impub. & Abb. ibi in vltimo nota. & idem Abb. in cap. 2. in 2. nota. de clan. desponsatione. & in cap. super eo. versi. secundo casu. de eo, qui cogno. cōsang. vxo. Host. in summa, de spon. & matri. §. qualiter contrahatur. in versicu. sed si ambo confitentur. facit quod not. glos. & Baldus in l. penul. C. de fideiusso. & in terminis quantum ad lucrum dotis quod de copula statur dicto mariti, & coniugis, tradit dominus Bartholome: Soci. in consilio 223. Circa præsentem consultationem. Quartò principaliter non eundo per mēdicata suffragia, ꝙ fuerit consummatum matrimonium, probatur euidenter ex dictis testium, qui attestantur, & deponunt, quòd post missam dicti iugales, videlicet Vincentius cum vxore intrauerunt lectū depositis pannis, & soli steterunt vsque ad horam tertiarum: nā hoc modo manifestè vř copula probata, quæ concludenter probari nō potest, vt est text. in capitu. lite-
10 ris. de præsum. † vbi copula probatur, qñ fuit solus cum sola, & nudus cum nuda in eodem lecto. & facit tex. in cap. præterea. de testi. & no. per glo. in c. si quis acceperit. 23. questio. 1. & facit. tex. 27. quæst. 1. in versic. nec aliquas. ibi, & coniacentium duorum turpis, & fœda dormitio. & tradit Alexand. in l. 1. in versicu. exemplum in probatione actus copulæ. ff. si certū petat. vbi in proban
11 do copulam inquit, † ꝙ sufficit deponere per sensum corporis de actu propinquo, ut quia testis dicat vidisse solum cum sola, nudum cum nuda in eodem lecto iacentem. & ad prædictorum confirmationem facit quod notat Bal. in lege Deo nobis in uersi. sed ponamus. C. de episco. & clericis. ubi inquit, quod mulier traducta ad domum mariti præsumitur cognita. Et prædicta maximè vidētur habere locum in isto casu, quia copula non potest
12 concludenter probari, & in his, quæ sunt difficilis probationis, probationes leuiores admittuntur, in l. consensu. C. de repud. & no. Federi. in consi. 119. Nulli dubium. Bar. in l. si quis ex argentarijs. ff. de eden. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de ope. noui nun. in 8. q. in l. illa. in fi. de verbo. oblig. & de filiatione, & de adulterio no. Bar. in l. 2. §. fi. ff. de aqua plu. arcen. & supradictæ probationes dato, quod essent imperfectæ, debēt coniungi, ut plenam faciant probationem, ut no. per gl. in l. 2. in princi. in verbo, legitimi. de excusa. tuto. dum dicit in fin. & quæ non prosunt singula, multa iuuant. l. instrumenta. & l. rationes. C. de probatio. facit tex. in l. qui sententiam. C. de pœnis. & no. Bald. in l. spadonem. §. qui iura multa. ff. de excusatio. tutor. quia non debet iudex applicare animum ad vnam speciem probationis. l. 3. §. eiusdem in uersicul. non utique. ff. de testi. in capit. in præsentia. de renuntia. & in simili casu tradit Paulus de Castr. in consil. 303. Iudex minister Dei. Imo. in consi. 92. Visis, & consideratis. & in consi. 138. In quæstione, quæ uertit. & Rom. in consi. 6. Visis necessarijs. cum simi. vt dixi in cap. cùm causam. de probat. hoc tamen dictum vř ex abundanti, quia in casu isto probatio copulæ vř facta sufficienter ex eo, quod supra dictum est in 4. fundamento, quòd dicti cōiugales intrauerunt lectum post missam depositis pannis, & soli steterunt, ut suprà dictū est: ex hoc solo fundamēto copula probata vř. Sed concurrentibus alijs fundamentis adeò vř informari mens iudicis, vt aliter credere non debeat, nec possit. Et in tali statuto de lucro dotis sufficit, quòd matrimonium momēto durauerit, ut no. Bal. in l. non tantum, C. de legat. per illum tex. Non obstat quod Iason in contrarium adducit in dicta l. non tantùm. de ratione statuti, quæ fuit propter onera matrimonij. ut nota. p glo. in l. si donaturus. §. primo. in uerbo, duntaxat. ff. de cōdictio. ob causam. & notat Baldus in authentic. præterea. C. vnde uir, &
13 uxor. in uersiculo non est uerū. † ibi inquit, quòd nō est propriè lucrum illud, quod maritus de dote à statuto consequitur, quia propter onera matrimonij illud habere vř; & ideò titulus dotis non vř titulus lucratiuus, & etiam si apponař pactum de lucrando, non dicitur uera donatio, ut notat Baldus in l. cum multæ. C. de donatio. ante nuptias. cum similibus. ut dixi in consi. 260. Quæritur breuiter. Quia ad hoc respondetur, ut dixi in consi. præalle-
b gato quòd hoc non videtur verum, [b] quia causa immediata talis lucri uidetur matrimonium ad quod maritus mediante tali lucro inuitatur. argumen. l. 1. ff. soluto matrimonio. & matrimoniū est causa finalis, & proxima causa huius lucri, ut Baldus dicit in authentic. ex testamento. in uersicul. 13. capitulum. in fin. C. de collation. & pro dicto Baldi est textus in l. cum quis. §. primo. ff. de dote prælegata. vbi de lucro dotis dicitur, quod matrimonii causa illud lucrum procedit; & hoc notat Baldus Nouellus in tractatu de dote. in 6. parte in 27. priuileg. & ista causa proxima, & immediata attenditur in isto casu, ut notat Baldus in dicta authentic. ex testamento. in loco præallega. allegat l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulgari, & pupillari & ista ratione, quia causa immediata inspicitur, tale lucrum dotis dicitur aduentitium, ut notat Bar. in lege si cùm dotem. §. transgrediamur. in fine. ff. solut. matrimonio. per tex. in lege 1. ubi Bal. in fine. C. de bonis, quæ libe. & idem Bal. in d. lege si donaturus. §. 1. in princi. ff. de condict. caus. dat. in uersicul. item quia est aduentitium. nam si principaliter, & immediatè tale lucrum propter onera matrimonii concedereř, non aduentitium, sed potius profectitiū diceretur: cùm ergo aduentitium sit lucrum, ex causa lucratiua immediatè acquisitum videtur; & hoc expressè tenet Ang. in §. adscriptitio. in Authēti. de nuptiis. & certè non uidetur, quod tale lucrum principaliter propter onera matrimonii acquiratur quia onera nullam habēt correlationem ad tale lucrum. hoc enim solùm uidetur habere locum in dote, quæ datur pro oneribus matrimonii. l. pro oneribus. C. de iure dotiū. lege dotis fructus. ff. de iure dotium. l. dotē. ff. de castrensi peculio. & ideo causa dotis dicitur causa onerosa. l. ex promissione. ff. de actioni. & obliga. non sic vř in lucro dotis, quia vř à statuto concessum, ut maritus inducatur ad matrimonium, & matrimonii causa illud lucrum procedit, dicta l. cū quis. & suprà dictum est. Preterea propter mortē uxoris non sustinuit onera, & accidentaliter hoc contingit, sed satis est, ꝙ esset obligatus subire onera, & subiuit pro tēpore, quo durauit matrimoniū; & sic dictum Bal. in d. l. non tantum. omnino uerum videtur.

ADDITIONES.

a ¶ De præsenti.] Ale. consi. 42. nu. 3. li. 7. vbi dixi Matth. singu 75. Philip. Corn. l. non fine. C. de bonis, quæ liber. consi. 248. lib. 2. Fel. rub. de spon. Iason. l. cætera. §. sed si parauerit. de legat. 1. l. non tātum. C. de le. Matth. Afl. in deci. Neap. 61. Stepha. Bertran. consi. 229. li. 2.

b ¶ Verum.) idem Decius latè in l. in eo, quod. de re. iur. Est eius vera opinio, quamuis quandoque inseruiendo causæ dicat esse ex causa onerosa supra consi. 63. consi. 351. nu. 4. consi. 400. ut etiam tenet Ale. consi. 161. li. 6. vbi tetigi Fran. Purpur. l. 2. §. vlt. nu. 27. si cert. pet. Car. Rui. consi. 199. li. 1. Ego uero dico, ꝙ lucrum partis dotis consuetum, & moderatū dicitur onerosum, alias si excedit, est lucratiuum, ut dixi nouè in tract. de dona. factis in tract. matrimo. nu. 19.

EPITOME Consi. CCCCCLXXVIII.

Quando sit fundata intentio substituti, & quando de fideicommisso legitima, & trebellianica detrahatur: & de ualiditate pacti, quod primogenitus succedat, & an tale ius in eius liberos transferatur.

SVMMARIVM.

1 *Filius grauatus sub conditione detrahit legitimam, & trebellianicam.*
2 *Testator miles nostri temporis an priuilegio directæ substitutionis gaudeat.*
3 *Substitutio directa militaris facta maiori post aditam hereditatem an excludat legitimam, & trebellianicam.*

4 *Pactum, quòd filia æqualiter cum filijs succedat, non ualet.*
5 *Pactum non valet, si promitto tibi, ꝙ sis hæres meus, uel ꝙ faciam te hæredem, & nu. 8.*
6 *Pactum ubi non valet, quia contra bonos mores, non valet etiam statutum.*
7 *Donatio universitatis, uel quotæ substantiæ suæ fieri potest.*
9 *Pactum in contractu matrimonij factum, ꝙ primus filius masculus succedat in tali castro, valet.*
10 *Legare partem hæreditatis, & legare partem bonorum magna differentia est.*
11 *Contractu matrimonij si ordinatum fuerit, ꝙ tale castrum acquiratur primogenito, seu alteri filio, si pater voluerit, & pater mortuus est electione non facta, an primogenito, vel omnibus simul castrum debeatur.*
12 *Ablatiui absolutè positi dispositionem inducunt, quando proferuntur ab eo, qui disponere potest.*
13 *Dispositio facta sub nomine collectiuo, ordine successiuo facta videtur.*

Viso consilio clarissimi doctoris domini Ioannis de Mota, qui profectò multum laborauit, requisitus pro eodem casu procedam breuiter reassumendo, & confirmando conclusiones, quas iuridicas esse arbitror. Et in primis non est dubitandum, ꝙ Gulielmus secundo genitus Ioannis testatoris fundatam habet intentionem mortuo Artaldo sine liberis masculis, cui in tali casu ipse fuit substitutus, ut constat ex testamento, quod non cancellatum, neque abolitum producitur. l. fi. C. de edic. diui Adria. tollend. vbi Bal. dicit, ꝙ testamentum iudicatur, prout in prima forma apparet. & idē de testamento not. Bal. in authē. omnes peregrini. C. commu. de de successio. Imo. in consi. 114. In causa, quæ uertitur. facit quod not. Abb. in c. in præsentia. per illum textum cū sim. ut dixi ibi, de probatio. & casus substitutionis liquidatur, quia de morte Artaldi instituti satis constat etiam ex sola productione testamenti, vt no. Bar. in dic. l. fi. C. de edict. diui Adr. & quod decesserit sine liberis probatur eo ipso, ꝙ nō probatur cōtrarium, ut no. Bar. per illum textum in l. ex facto. §. pen. ff. ad Trebellianum. & idem Bar. in l. qui duos §. cum in bello. ff. de rebus dubijs & tradit Alex. in consi. 39. Viso themate. li. 1. & licèt nonnulli ꝯdicant, ista est * *communis* opinio: & quia hoc in dubium non reuocatur, ulterius non insisto. Sed venio ad illud, de quo dubitatur, uidelicet an hæres instituitus ab ipso Artaldo, qui in effectu videtur grauatus restituere hæreditatē dicto Gulielmo, possit ex persona dicti Artaldi duas quartas detrahere, & de quibus bonis detractio fieri debet.
1 Et prima facie vr̄ dicendū, ꝙ duæ quartæ detrahi possint: † quia secundum * *communem* opinionem filius grauatus sub conditione detrahit legitimam, & trebellianicam, ut notatur in cap. si pater. de testamentis. in 6. & ista opinio est approbata in iudicijs, & & in scholis, ut Ange. dicit in l. cohæredi. §. cum filiæ. de vulga. & pupilla. cum similibus. vt late Alex. scribit in l. in rōne. in §. quod uulgo. ff. ad legem Falcidiam. ubi in ista opinione residet. & idem Alex. in l. mulieri. §. cum proponeretur. ff. ad Trebellianum. & in consilio. 3. uiso processu. lib. 3. & in consi. 26. Circa primum. in fine libro primo. in consilio 68. Circa præmissa. lib. 4. in consi. 142. Circa primam. libro secundo. & Oldra. in consi. 131. Quidā. Cardina. in consi. 91. Respondeo. in quarto dubio. Ioannes de Anania consi. 3. Viso testamento. in principio. & in consi. 87. Viso. in prin. & in consi. 79. casus. Areti. in consi. 18. Visa. & ista conclusio bene procederet in pagano, ꝓut doctores loquūtur in locis præallegatis: sed in casu isto dicitur, quòd testator erat miles, qui etiā post aditā hæreditatem potuit directò substituere. leg. miles ita. §. primo. lege in fraudem. §. penulti. ff. de testamē. militari. & substitutio, de qua agitur, directa uidetur, quia facta fuit uerbis directis, dum in testamento dicitur, quòd decedente Artaldo quandocunque sine liberis sibi hæredem instituit nobilem Gulielmū secundogenitum. illa uerba, hæredem instituit. sunt directa, ut notat. Bar. in d. l. Centurio. de uulga. & pupillari. facit textus in l. non codicillum. C. de testamentis. in capitulo pri. de testamētis. in sexto. Cum ergo talis substitutio directa fuerit, est uidendum primò,
2 † an testator, qui fuit nobilis miles nostri temporis, gaudeat priuilegio directæ substitutionis, ꝓut iura antiqua de militibus loquuntur: & breuiter vr̄ concludendum, quòd sic, licet enim milites nostri temporis, qui creari solēt à rege, vel ab aliquo principe, & non vacant armis, non habeāt priuilegia militum, vt no. Cyn. in l. prima. in 6. quæstio. C. de iur. & fact. ignorant. Bar. in l. miles. ff. ex quibus. caus. maio. in l. militem. cum similibus, vt tradit Alexā. in l. Centurio. & uulga. & pupil. & Bal. in consi. 457. Ad
a euidentiam, li. 5. Secus [a] tamē est in militibus, & stipendiarijs nostri temporis, qui uacant armis exponendo se periculo uitæ pro domino, seu Principe, qui illos conducit, ut decidit Pau. de Cast. in l. scriniarios. C. de testamento militari. & Alexander ibi sequitur allegando Cynum in dicta l. 1. ubi decisionem suprà relatam, ꝙ milites nostri temporis non gaudeant priuilegijs militum, restringit in illis, qui non exercent militiam: Secus dicit in illis, qui sunt in exercitio militari, & parati sunt pro defensione reipublicæ. & hoc idem tenet Rom. in consi. 506. In re præsenti. vbi concludit, ꝙ hodie militātes sine cerimonijs antiquis gaudent tamē priuilegijs militum. & idem sequitur Mart. Laud. in tract. de milite vasallo, qui contumax est. in 5. quæstione. & ibi dicit talia priuilegia competere etiam nauali militi pedestri. allega. tex. in l. prima. ff. de bono. poss. ex testam. mil. & maxime dicendum est hoc habere locum in magnificis dominis terrarum, qui dant operam exercitio militari, per ea, quæ not. Bal. in l. precibus. ver. quod dictum est in milite. C. de impube. & alijs substi. & idem tradit Ro. in consi. 43. Ad primum quæsitum. in quarto dubio. vnde cū iste testator dominus Ioānes fuerit miles stipendiarius regis, & baro, dicendum est indubitāter, ꝙ gaudere debeat priuilegio militari, & ꝙ substitutio, de qua agitur, cum sit directa, etiam post aditā hæreditatē ex priuilegio militari tanquam directa debet iudicari.
3 Est ergo secundo successiue videndum, † an substitutio directa militaris facta maiori post aditam hæreditatem excludat legitimam, & Trebellianicam, ita ꝙ dictus Gulielmus integraliter totā hæreditatem consequatur. & primò de legitima gl. in l. precibus.
b in gl. fi. in prin. tenet, ꝙ per talem directam militarem [b] filius excludatur a legitima. & illam gl. pro singulari allegat Imol. in l. Cēturio. & Alexander ibi refert in versicul. est & alius effectus. ff. de vulga. & pupilla. & * *communiter* approbatur, vt Bartholomæus Soci. dicit in d. l. Centurio. & ibi illam defendit ab his, quæ Pau. de Cast. & Alex. in ꝯrium adducunt, vt prosequitur ibi. & eodem modo dicendum est de Trebellianica, quæ non debetur stāte directa substitutione militari, vt Alexā. concludit in d. l. Centurio. in vers. erit & alius effectus. Sed dato, ꝙ saltem vna quarta, videlicet legitima detrahenda esset, dubitatur de quibus bonis, an de omnibus detrahi deberet. & pro parte Gulielmi substituti dr̄, ꝙ non, quia ipse prętendit ad eum pertinere castrum de Bastida, & medietatē omnium bonorum mobilium virtute pacti, & cōuentionis factæ in contractu matrimonij do. Antonij, & Delphinæ, ꝙ eorum liberi masculi haberent dictum castrum cum medietate omniū bonorum mobilium, ita tñ ꝙ si plures masculi nascerētur, primo natus, vel idoneior ab eo eligendus haberet dicta bona, & moriente dicto primogenito extantibus liberis per ipsos liberos primogeniti excluderentur fratres dicti primogeniti, vt latius in instrumento continetur, ad quod relatio habeatur. Vnde videndum est de duobus. Primò, an virtute dicti pacti sit ius quæsitum ipsi Ioanni primogenito ad exclusionem aliorū suorum fratrum. & dato, ꝙ sic, an tale ius in eius liberos, videlicet Artaldū, & Gulielmum transferatur. materia est subtilis, & male declarata a doctoribus, ideo diligenter insistendum erit. Circa primum, Primò quæritur, an tale pactum valeat. Secundo an saltem virtute cōsuetudinis, quæ suprà allegatur, corroboretur. Circa primū, ꝙ pactum non valeat, videtur tex. in l. pactum, quod dotali. C. de
4 pac. vbi † non valet pactū, ꝙ filia æqualiter cum filijs succederet: quia dicitur ibi, ꝙ tollit patri liberā potestatem testandi, & sic ibi non agebatur de tota hæreditate, sed de aliqua parte: & deducebatur in pactum illud, quod erat de iure communi. l. maximum vitium. C. de lib. præteri. a fortiori idem in casu isto dicendū videtur, quia tale pactum erat in præiudicium aliorum filiorum: nam pactum, & stipulatio de futura successione est contra bonos mores, ideo non valet, vt dicit tex. in l. ex eo. C. de inut. stipulationibus & ad idem textus in l. hæreditas. C. de pactis conuen. & est speciale inter milites, vt valeat tale pactum: in contrarium est ius commune. l. 1. ff. ad muni. & ita tenet Bartol. in l. fin. uersicul. ter-
5 tio quæro. C. de pac. † vbi dicit non ualere pactum, si promitto tibi, ꝙ sis hæres meus, uel ꝙ faciam te hæredem, quia est contra bonos mores. & idem Bar. concludit in consi. 208. Promitto tibi, & tu mihi. & latè tradit Alexander in consilio 28. Ponderatis uerbis. libr. 3. & intantum hoc procedit, quòd tale pactum affirmatiuum de succedendo non firmatur iuramento, quia est contra bonos mores, vt no. Bartolus in l. si quis pro eo. ff. de fideiu. & in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uerbo. obligatio. cum sim. ut Alexander tradit in d. l. pactum. C. de pactis. & quod plus est etiam autoritate consuetudinis non potest induci, quòd tale pactum ualeat. cum sit contra bonos mores, ut Alexander concludit in l. stipulatio hoc modo concepta. uersi. an autem possit consuetudine. de verbo. obligationibus. allegat Baldum in l. 2. C. quæ sit longa consuetu. ver. itē in pacto de futura successione. ubi dicit, ꝙ sicut non ualet pactū, ita nō ualet consuetudo. & rōne con-
6 firmatur, † quia ubi non ualet pactū, quia ꝯ bonos mores, ibi non ualet statutū nec consuetudo, ut no. Bart. in l. omnes populi. in 3. q. prin.

ADDITIONES.

a ¶ Secus.] Bald. in l. 1. in fin. C. qui bon. cedere. pos. Paul. consil. 414. lib. 1. Stepha. Bertran. consi. 196. Multa. lib. 3. Decius in rub. C. de test. multa.
b ¶ Militarem.] Idem Io. Bap. de. S. Seuerino rep. d. l. precibus. Sed falsum per d. l. precibus. in fi. quę loquitur in directa. Et priuilegia illa solennitatibus derogant non debitis iure naturę. Et ita sentit Deci. ut hic in fi.

q. prin. ff. de iust. & iur. propter hoc Alex. in d. l. stipulatio. reprobat Bald. in l. cum Archimedoram. C. vt in poss. lega. vbi tenuit valere talem consuetudinem per c. 1. de filijs natis ex matrimonio ad morganticam cōtra. & in c. mulier. si de feu. fue. contro. inter dominum, & agna. quia respōdet Alex. quod illa iura loquuntur in pacto de non succedendo, quod firmatur iuramento. c. 2. de pact. in 6. secus videtur in pacto de succedendo. Et ex his etiam secundo dubio responsum videtur, ꝙ non valeat tale pactū ēt ratione consuetudinis. Sed tamen prædictis non obstātibus vlterius cogitanti ꝯrium in casu isto de iure arbitror, videlicet, ꝙ tale pactū saltem virtute ꝯsuetudinis valeat: & considerandum est, ꝙ in tali pacto non agitur de successione, nec de hæreditate vniuersali, nec ēt de quota hæreditatis, prout allegata supra in contrarium loquuntur: Sed agitur de quibusdam bonis
a particularibus, [a] videlicet de castro, & de medietate bonorum mobilium, quæ per viā cōtractus conferuntur in primogenitū,
7 & talis conuentio nulla ratione reprobata videtur: † quia etiam donatio vniuersitatis, vel quotæ substantiæ suæ fieri potest. l. si quis argentum. §. sed & si quis. C. de donatio. à fortiori in bonis particularibus, quæ nullo mō successioni, vel hæreditati conueniunt: imo ēt pactū de parte hæreditatis valet, quia de alia parte poterit testari, ut no. Bald. post Pe. & Cy. in l. fi. C. de pac. versic. sed quid si quis donat. & sequitur Alex. in consi. 19. Perspectis. lib. 5. & licèt nonnulli ꝯdicant, vt Alex. tradit in d. l. fi. in fin. ista disputatio non est in casu isto necessaria, quia non agitur de parte hæreditatis, sed de bonis particularibus: & in bonis aliter videtur, q̄ in hæreditate. d. l. si quis argentum. §. sed & si quis. & q̄a donatio ēt ominum bonorum post mortem valet, vt not. per gl. in d. l. fi. in verbo, accommodauerit. in fi. quam Bart. & doct.
* *communiter sequuntur, & Bar. ibi in versic, tertio quæro. distin
8 guit, † quòd si promitto tibi, ꝙ tu sis hæres meus, vel ꝙ faciā te hæredem, non valet, quia est contra bonos mores: sed si promitterem tibi omnia bona mea, post mortem valeret, vt glo. ibi dicit. & a fortiori ergo hoc dicendū in casu isto, vbi non agitur de omnibus bonis, sed de quibusdam bonis, quo casu facultas testādi non tollitur, nec uotum captandæ, mortis inducitur, quia est factum pactum ab ipsis parentibus pro filijs, qui ex cōi voto parentum succedant. l. scripto. ff. vnde liberi. l. fi. ff. de bo. dam. & in simili not. Ang. in consilio 179. Visis prædictis instrumentis. in versi. nec obstat tertia ratio. vbi plura ad propositum dicit. & in terminis nostræ quæstionis tradit dominus Guido Papæ in quæ.
9 267. Pactū factum est. † vbi concludit valere pactum factum in contractu matrimonij, ꝙ primus filius masculus succedat in tali castro, vel domo, per l. diui Constantini. in ver. pactis, quæ matrimonij tempore. C. de natu. libe. & quia filio non nato acquiri potest. l. si quis operas. ff. de ope. libe. & dicit se ita consuluisse, & iudicatum fuisse. & idem vr̄ tenere Io. Fabr. in l. fin. C. de pact. & in l. si quis alij. ver. ei vero, qui. in fi. inst. de inut. stipu. & Aegid. Bellamera in consi. 17. Contrahens matrimonium. & hoc saltē vr̄ corroborari à consuetudine, quæ allegatur, quia quandoque pactū, quod non valet, nec statutum recipit fomentum a consuetudine, vt no. dicit Ant. de But. in c. cum dilectus. ver. ex quo infertur. de consu. & quia hic concurrunt pactum, iuramētum, & consuetudo, quæ simul maioris sunt virtutis, sicut dicit Bald. in c. venientes de iureiu. in vers. sed nunquid. ꝙ plus fieri potest ꝑ statutum uallarum pacto, quam per statutum simpliciter: & q̄a talis consuetudo habet fundamentum æquitatis propter fauorē matrimonij, quia sub tali pacto nobiles inueniūt nobiliores, per quos nobilitas crescit, verbi gratia, si Marchio, qui tenet feudū ab Imperatore, accipit in vxorem filiam regis, quæ ei non nuberet, nisi hoc pacto, ꝙ filij sui succedāt in marchionatu, verba sūt Bald. in cap. 1. §. filij nati. in prin. in titu. si de feu. fue. contr. inter dom. & agna. & tali casu concludit Bald. ꝙ licèt pactum de iure cōi reprobetur, valet tamen consuetudo: & ideo licèt pactum de futura successione non valeat, nec confirmetur iuramento, nec valeat consuetudo in ꝯrium, ut supra dictū fuit: hoc est uerum generaliter, secus vr̄ in isto casu particulari fauore matrimonij, ut dicit Bald. in d. §. filij nati. vbi Bal. loquitur in pacto de succedendo, ut patet in exemplo supra dicto, sed quia agitur de fauore matrimonij, & filiorum, toleratur, ut saltem ualeat cōsuetudo: nam multa sunt specialiter inducta in fauorem matrimonij, ut latè tradunt Ioan. Andreas, Antonius de Butrio, & docto. in cap. primo. ut lite non contesta. & quia est generalis consuetudo, quod primogenitus succedat in regno, & in ducatu, ut notat Hostien. & Abb. post alios per illum textum. in capitu. licèt. de voto. & notat Bal. in l. ex hoc iure. in uersiculo, quarto quæri tur. dicens, ꝙ semper fuit, & semper erit, ꝙ primogenitus succedat in regno. & Martin. Lauden. in tract. de primogenito. vnde pari ratione videtur, ꝙ in casu isto debeat valere cōsuetudo, ꝙ mediāte pacto parentū ius primogenito acquirat. & ista ꝯclusio indubitanter vr̄ procedere in casu ꝓposito, vbi non agitur de successione nec de quota hæreditatis, sed de q̄busdā bonis particularibus: successio enim, & pactū de succedendo dr̄, ubi agitur de successione iuris vniuersalis totius hæreditatis, uel quotæ. l. quædā. §. pars aūr. ff. de eden. imò ēt si agatur de quota bonorū non dr̄ successio, vt patet in legitima, quæ deducto ære alieno debetur. l. Papinianus. §. quarta aūt. ff. de inoffi. testa. & dr̄ quota bonorū, & nō hæreditatis, ut no. Iac. Bu. & Bal. in l. quoties. C. de hære. inst. & ille, qui non pōt agere, nec conueniri ut hæres, agendo & respondendo non est hæres, ut dicit Bal. in d. l. quoties. in prin. cum ergo in isto casu agatur de castro, & de parte dimidia omniū bonorum mobilium, nō potest dici, ꝙ agatur de hæreditate, & de successione iuris, sed de re particulari, & de quadam quota bonorū, quæ non dr̄ successio, quia bona dicuntur dedu-
10 cto ære alieno. l. subsignatū. §. bona. ff. de uerb. sig. † & ideo aliud
b est legare partē hæreditatis, & aliud legare partem bonorū, [b] quia in parte hæreditatis onera hæreditaria includuntur, & non in parte bonorum. l. si quis seruum. §. fi. cum l. seq. ff. de leg. 2. & in l. non amplius. §. fi. ff. de leg. 1. & tali casu nihil obstare videtur, quin ualeat tale pactum ēt sine consuetudine, sed accedente iuramento, & consuetudine cum pacto indubitanter ualere uidetur per supra dicta. Ex quibus ad allega. supra in contrarium responsio colligitur: nam habent locum, & procedunt in pacto de succedendo in hæreditate, uel in quota hæreditatis: secus uidetur in successione rei particularis, uel partis bonorum, de qua agitur, quia uerbum succedat. adiectum rei particulari non importat successionē hæreditariā, ut no. Ange. in consi. 81. Domina Maria. uersic. secundò ex natura uerbi. ut supra dictū est. Et stante ualiditate prædicti pacti successiuè dubitatur, an Ioanni primogenito sit ius quæsitum, quia in contractu dicitur, ꝙ primò natus, uel idoneior eligendus haberet dicta bona, & nulla electio facta reperitur, quo casu videtur, ꝙ omnes admittantur, vt no. specialiter Io. And. in addi. Spe. in ti. de testa. in rub. in versi. item Lambertinus. vbi refert, quòd Lambertinus in quadam sua quæsti. incip. Quidam Mæuius. determinauit plura dubia, & quantum ad propositum ponit quęstionem, quòd testator substituit vnum ex filijs Titij, quem hæres elegerit: concludit, quòd si per hæredem nulla electio facta sit, quòd omnes filij Titij admittuntur. allegat bona iura, videlicet tex. in l. cùm pater. §. hæreditatem. & §. rogo de leg. 2. & istam decisionē refert. & sequitur Alex. in cōsi. 22. Visis. li. 3. & adde tex. in l. Labeo. § Pacuuius. de stat. libe. & hoc modo nō solùm Io. primogenitus, sed ēt eius fratres simul omnes debuissent admitti: & hoc de plano procederet, si simpliciter dictum fuisset de vno ex filijs Titij, prout loquitur Io. And. in loco præallegato, sed in casu isto dictum fuit, quòd primò natus, vel idoneior eligeretur, quo casu videtur primogenito prius nominato ius quæsitum, nisi per alterius electionem tollat, vt in terminis tradit dominus Guido Papę in q. 505.
11 Factum est pactū, dicens, † quòd si in contractu matrimonij ordinatum fuit, ꝙ tale castrum acquiratur primogenito, seu alteri filio, si pater voluerit, & pater mortuus est non facta electione, quęrit, an primogenito, vel omnibus simul castrū debeat, arguit, ꝙ omnibus, per iura suprà allegata. in contrarium decidit, quòd imò solū primogenito acquirat, quia donatio respectu primogeniti prius nominati fuit pura, & respectu aliorū fuit ꝯdōnalis. alleg. no. per. glo. in l. 2. ff. si pars hære. peta. & Bart. in l. planè. §. si ꝯiunctim. ff. de leg. 1. & ita ur̄ dicendū in isto casu, quia primo natus est uocatus simpliciter, uel alius si eligeretur: & ideo non facta electiōe remanet ius quæsitū primogenito, cui erat ius quæsitū pure, licet sub ꝯdōne, uidelicet in casu electiōis factæ de alio resolui potuisset, ut in simili dr̄ in l. 2. ff. de in diē adiec. & in l. 1. & 2. ff. de lege commi. subsequenter cū in contractu matrimonij dicatur, ꝙ decedente primogenito extantibus liberis excludantur fratres dicti primogeniti, unde cū Ioannes primogenitus decesserit relictis duobus liberis, uidelicet Artaldo, & Gulielmo, uidendum est, an dictis liberis ius sit quæsitum, ut ipsi ad dicta bona successiuè post mortem patris admittantur: & breuiter concludendum est, quòd sic, quia liberi non solum sunt positi in conditione, dum dicitur, quòd si primogenitus moriatur sine liberis, quòd fratres primogeniti admittantur, sed etiam dictum est, quòd moriente primogenito extantibus liberis, quòd liberi primogeniti excludant fratres primogeniti, & sic uidentur expressè vocati, & sic in isto casu non uidetur habere locum quod dicit gloss. in l. Lucius. de hæreditate instituen. Et hoc etiam ex alio capite probatur, quia in conuentione dicitur de liberis masculis, quo casu quando in conditione liberorum dicitur de liberis masculis, non habet locum gloss. in d. l.

ADDITIONES.

a ¶ Particularibus.) supra conn. 223. consi. 234. ibi dixi.
* & in l. 2. ff. de liberis. & posth. quia in hoc opinio Bar. * cōmuniter reprobatur, ut Alex. concludit in d. l. 2. & idem Alex. in consi. 156. Viso testamento. in fi. in versi. nec ob. lib. 6. In hoc tamen non est laborandum, quia in testamento, de quo agitur, nec in genere, nec in specie fuit facta mentio de clausula derogatoria præcedentis dispositionis factæ à testatore: ideo tale testamentum validū non uidetur per supradicta. & in simili casu tradit Card. in consi. 102. Super dubijs præmissis. in princ. & Fulg. in consi. 39. Ad primum vr̄. Fede. de Sen. in consi 47. Habita super casu prædicto. in prin. & secundum istam conclusionem cum testator peste mortuus sit reperio, φ in terminis nouissimè consuluit Cor. in consi. 86. Quamuis uideatur in hac consultatione. lib. 3. ubi ad proposi-
6 tum concludit, † φ quando in præcedenti dispositione est apposita clausula derogatoria, ad futuram dispositionē in contrarium uerba debent ponderari: quia si uerba sint prægnantia, & præcisa, & etiam si sint geminata, vt ēt in casu isto cōtingit, ut suprà dictum est; tali casu cum maiori difficultate, & non ita de facili receditur à præcedenti clausula derogatoria, quæ est vniuersalis, præcisa, & geminata; & ideo ibi concludit, quòd à tali clausula derogatoria nullo modo recessum intelligatur. & ibi pōderatur, φ testator, qui fecit ultimum testm̄, mortuus est contagione pestis, prout etiam in casu nostro contingit, & sæpissime contingit, vt ibi Corneus dicit, φ in tali morbo infecti à suis deseruntur, & ne talis desertio sequatur, de facili tali morbo laborātes trahuntur ad faciendum à stantibus quicquid petunt, ēt præter, & p̄ eorum intentionem. alle. Io. And. in addi. Spe. in tit. de test. § 1. uersi. si is, qui. & latius ipse ibi prosequitur; & omnia, quæ dicit, uidentur in casu isto bene adaptari, & maxime quia in casu isto nulla penitus fuit facta mentio derogationis præcedentis: merito cōcludendum est dictum testm̄ non ualere, & φ præcedens declaratio testatoris attendatur. Non ob. prædictæ conclusioni vnum, in quo, ut narratur, dominus iudex vr̄ facere magnum fundamentum, ex eo, φ in ultimo testō instituti sunt uenientes ab intestato, in quorū fauorem erat facta præcedens derogatio: quo casu non uidebat, φ alia derogatio esset necessaria, quia adimpleta vr̄ uoluntas illa declaratoria in fauorem venientium ab intestato. Quia ad hoc breuiter r̄ndetur, φ ista ratio posset habere locum, qn̄ uenientes ab intestato in dicto testō fuissent simpliciter hæredes in-

ADDITIO.

a ¶ Sufficeret.] Imo sufficeret. Alex. consi. 7. lib. 4. vbi dixi. Idem Dec. supra consi. 136. & in l. certum. ff. si cer. pet.

des instituti absque aliquo onere legatorum, sed cū grauati fuerint onere legatorum, de quibus agitur, hoc vr̄ contra manifestam voluntatem testatoris, vt apparet in declaratoria pręcedēti, vbi annullauit legata, & oīa, & singula in priori testō contenta, & voluit uenientes ab intestato sibi succedere simpliciter absq; onere legatorum, vt ēt supra dixi: vnde de ista voluntate, ꝙ venientes ab intestato succederent absque onere legatorū, debuit testator facere mentionem in vltimo testō per s̄. dicta: & ideo testm̄ factum simpliciter in cōtrarium non valet, vt s̄. dictū est. Non ob. aliud, quod obijcitur, ꝙ solum vr̄ derogatū legatis vniuersalibus, & non particularibus, de quibus agitur: quia hoc non videtur verum, quia simpliciter reuocauit, & annullauit legata, & omnia, & singula contenta in priori testō: vnde cum generaliter de legatis loquatur, debet generaliter intelligi. l. 1. §. & generaliter. de leg. præstan. & sub dispositione generali omnes casus includūtur, dato, ꝙ maior ratio sit in uno casu, ꝙ̄ in alio. l. 1. §. quod aūt. ff. de aleato. l. cum lege. ff. de test. ideo vr̄ testator reuocasse legata tam particularia, quā uniuersalia; & pariter vr̄ testator voluisse suam successionē peruenire ad uenientes ab intestato absq; onere quorumcunq; legatorum. & hoc idem comprobatur ex declaratione plenius facta de consilio sapientis, in qua derogatur testamentis, legatis, clausulis codicillaribus, codicillis fiendis in futurum, vt latius in instrō continetur: & non vr̄ dubitādum de tali declaratione, quia procedit ex mente testatoris, vt dixi supra, ex eo, quod no. Bal. in d. l. illa institutio. & Imo. ibi, ut s̄. dictū est. Ex quibus omnibus conclusio est, ꝙ præcisè attendatur declaratio facta à testatore in fauorem venientium ab intestato, & illi non sit derogatum in aliquo à posteriori testamento.

EPITOME Consi. CCCCCLXXXIII.

Dispositio l. 2. C. de rescindenda venditione. non habet locū, quando venditio fuit facta scienti valorem rei vēditæ, & de probatione scientiæ.

SVMMARIVM.

1 *Valorem rei qui scit, videtur partem vendere, & partem donare.*
2 *Allegans ignorantiam in facto proprio quo casu excusandus sit.*
3 *Læsus parum contrauenire non potest.*
4 *Res circa colēdas vbi quis versatur, valorē ex reditu scire præsumitur.*
5 *Facere plus est, quàm pronuntiare.*
6 *Contractu qui tenet, & possidet, contractum approbare videtur.*
7 *Rem qui emit, vel cōducit: quem euincere potuisset, iuri suo renuntiare videtur.*
8 *Dominus ab emphyteuta canonem recipiendo caducitatem remittere videtur.*
9 *Qualitates nullæ sunt non entis.*



Vridicam esse arbitror conclusionem superius firmatā à clariss. domino cōsultore secundum ea, quæ proponuntur more Scæuolæ Iureconsulti: licet. n. remedium. l. 2. C. de rescin. ven. habeat locum etiam in contractu locationis, vt no. per gl. fi. in l. si ea pactione. C de usur. no. Bar. in l. item si pretio. §. fi. ff. loc. & Ro. in cōsi. 423. Pro pleniori discussione. in prin. tñ in casu isto non vr̄ habere locum, quia locatio fuit facta à conductorib. habentibus scientiam, & notitiam bonorum locatorum, quo casu
* secundum * cōem opinionem dispositio dictæ l. 2. non habet lo-
1 cum, † quia ille qui scit ualorem rei, vr̄ partem uendere, & partē donare. l. si quis donationis. in prin. ff. de cont. emp. no. Bar. in d. l. 2. & Bal. ibi in 4. q. ubi dicit, ꝙ sciens æquiparatur renuntianti. l. quæritur. §. si uenditor. ff. de ædil. edi. & facit tex. in l. 1. in fi. ff. de actio. emp. & dicit, ꝙ doct. ita tenent, & idem tenet Salic in d. l. 2. in uers. 7. quæro. quia qui scit, non vr̄ deceptus. l. cum donationis. C. de transact. & ad hoc est dictum Spe. in ti. de emp. & uen. §. nūc dicendum. el 2. in uers. quid si aliquis scienter. & secundum istam conclusionem consuluit Ale. cons. 127. Viso processu. in uers. præterea dictum remedium. lib. 2. ubi dicit, doctores cōmuniter ita tenent: & idē concludit Azo. in summa. C. de rescin. uend. in uersi. uel nisi dixerit. sequitur Floria. in l. si seruū. circa fi. ff. ad leg. Aquiliam. & And. Sicu. in cons. 41. lib. 1. Sed difficultas vr̄ esse in probando scientiam dictorum ꝯductorum de qualitate, & ꝯdōne dictorum bonorum locatorum, & in hoc vr̄ consistere difficultas huius consultationis: nam talis scientia non probatur ex eo, ꝙ quis præsumitur scire facultates suas, & uires sui patrimonij, iuxta l. quisquis. C. de rescin. uen. nec ex eo, ꝙ in facto proprio scientia præsumatur. c. ab excomunicato. de rescri. in l. plurimū. ff. de iur. & facti igno. cum si. quia ut declarat Abb. in c. cum cām. de emp. & uendi. illa præsumptio, ꝙ in facto proprio præsumatur sciētia, tollitur ab alia præsumptione fortiori, quæ est, ꝙ quis non præsumitur iactare suum. l. cum de indebito. ff. de prob. quia una præsumptio uincit aliam minus fortem. c. literas de præsump. no. Bar. in l.
2 dinus. in 2. no. ff. de resti. in integ. † licet. n. sit in culpa ille, qui allegat ignorantiam in facto proprio, alter tñ decipiendo eū ita enormiter vr̄ in dolo saltem te ipsa, & dolus preponderat culpę. l. item si obstetrix. ff. ad l. Aqui. & cum his cōcordat Sali. in d. l. 2. in fi. qui
3 post Pet. Cy. & Nico. de Mata. concludit, † ꝙ vbi quis parum læditur, nō potest ꝯtrauenire, quia non præsumitur ignorare vires patrimonij; ita intelligitur tex. in d. l. quisquis. Sed vbi agitur de enormi læsione, ignorare præsumitur etiam in facto proprio. d. l. cum de indebito, & secundum prædicta esset dicendum, quod in casu isto non competeret remedium d. l. 2. quia non vr̄ probatum sufficienter de scientia conductorum, & sic conclusio superius firmata videretur dubitabilis. Sed tñ ex pluribus, quæ in præsenti casu concurrunt, concludendum vr̄, quod dispositio dictæ l. 2. non habeat locum. Primò circa scientiam valoris rei venditæ,
4 vel locatæ considerandum est, quod talis scientia probatur ex cōiecturis, vt no. Bal. in d. l. 2. in versi. 6. quæro. & ibi dicit, † quod ubi quis versabatur circa res colendas, præsumitur scire valorem ex reditu; & ideo cum prædicti conductores essent uersati in dictis bonis conductis, quia ante istam conductionem erant coloni partiarij dictoru m bonorum, videntur notitiam habuisse de valore dictorum bonorum. & ad hoc facit, quia ex conuersatione presumptio insurgit, ut no. in c. cum oporteat. de accusat. facit tex. 2. q. 7. in c. quærendum. & 3. q. 4. c. si quis à vero. & in proposito facit tex in c. 1. de paro. vbi pro eo presumitur, qui habuit curā, & administrationem bonorum, & de tali scientia ēt probatur ex
a vicinitate,[a] quia in factis vicinorum scientia præsumitur, ut no. Bal. in d. l. quicunq; versic. item præsumitur. C. de seruis fugiti. facit tex. in c. quosdam. & in c. quanto. de præsump. in c. cum dilectus. el. 1. de purga. cano. & no. Bar. in l. 1. ff. si certum pe. Bal. in l. fi. §. cum igitur. in versi. & nota, quod vicini. C. de iure delibe. Ange. in §. 1. in fi. uers. ex hoc ergo no. in Auth. de testi. & cum de vicinitate probatum sit, vt suprà dictum est, apparet dictos conductores sciētiam habuisse, per s̄. dicta. Vlterius comprobatur ista cōclusio, quia dicti ꝯductores approbauerunt ꝯtrā, quia virtute dicti contractus per triennium coluerūt dicta bona, & fructus perceperunt: ex tali enim facto approbatio contractus inducitur, quia non tantum verbis, sed etiam facto contractus ratificari pōt. l.
5 Paulus respōdet. ff. rem rat. habe. † nam plus est facere, ꝙ̄ pronuntiare. l. si tñ. §. ei, qui. ff. de ædil. edict. & plus est facere aliquid facto, quā verbo. in c. dilecti. de appell. el. 1. vnde vniuersitas, ꝙ̄ soluit expensas factas in lite per syndicum non legitimè constitutū, vr̄ gesta per eum ratificare, ut no. Spec. in tit. de syndico. in versi. sed pone, ꝙ vniuersitas. & dictum Spe. refert, & sequitur Alex. in
6 cons. 177 Viso instrō. in consi. 175. Perspectis verbis. in fi. lib. 5. † & qui tenet, & possidet ex ꝯtu, vr̄ approbare ꝯtum, ut no. An. in consi. 161. Viso puncto. facit tex. in l. si mater. C de rei vend. in l. quidam. ff. de euictio. l. indebitum. C. de cond. inde. Et hoc idem confirmatur, quia dicti conductores soluerunt affictum secundū formam conductionis, ut narratur, ex qua solutione contractus approbatus intelligitur, quia per receptionem census contractus ratificatur, vt no. Bal. in cons. 47. Ad intelligentiam quæsitorum. in vers. nunc venio ad propositum. lib. 1. vbi allegat tex in l. si præteritus. ff. de ꝯ tabu. & in §. fi. instit. de hære. qualita. & differen. &
7 in l. si proponas. §. 1. ff. de inof. test. ubi Bal. per illum tex. dicit, † ꝙ ille, ꝙ emit, uel conducit rem, ꝙ euincere potuisset, vr̄ iuri suo renuntiare: & facit tex. in. l. post diem. & in l. si fundus. §. eleganter. ff. de in diē adiec. & quod no. per gl. in l. 2. in verbo, repellere. C. de
8 iure emphy. quæ concludit, † ꝙ dominus recipiendo ab emphy-
b teuta canonem,[b] qn̄ emphyteuta erat priuatus, uel poterat priuari, recipiendo canonem, vr̄ caducitatem remittere qn̄ sciēter hoc facit. & idē tenet gl. pe. in c. potuit. de loc. & de feudo no. Bal. in c. 1. versi. sed pone. in ti. quo tem. mil. & tradit Ale. in cons. 14. Viso, & considerato. lib. 2. & ꝯtus, qui fuit obseruatus aliquot annis, non pōt reuocari. c. contingit. de transactio. & prædicta maximè in casu isto vr̄ procedere, in quo approbatio dicti ꝯtus geminata est reiterata cum interuallo. vt patet ex suprà dictis; & sic vr̄ magis deliberata, ut per gl. 2. q. 3. in c. si quis iuratus, in gl fi. Et ubi secunda confirmatio interuenit, vr̄ plena deliberatio, & nihil opponi pōt. ut no. Bal. in consi. schismatis. ꝙ hr̄ in rub. C. si quis ali. testā. prohib. in uers. porrò qa uerò cōsonant oīa. ubi alleg. tex. cum gl. in §. & hoc uerò iubemus. in Aut. ut nulli iudi. & no. in l. nec dānosa. C. de precibus imperato. offer. Vltimo considerandū est, ꝙ ꝯtus locationis, de quo agitur, habuit locum, & effectus eius fuit consummatus, quia fuerat facta locatio per triennium, quod elapsum est: & pro illo tpe ab utraque parte secundum conuentionem ꝯtūs impletus fuit: unde nū vr̄, ꝙ nunc rescissio dicti ꝯtus peti possit, quia uerba dictæ l. 2. & c. cum dilecti. de em. & uē. non conueniunt

ADDITIONES.

a ¶ Vicinitate.] Phi. Cor. consi. 109. libr. 2. Ant. Corset. in repe. verb. vicini. Idem Deci. c. 2. de consti. c. 1. de postu. prælat.
b ¶ Canonem.] Ant. But. Imo. Card. d. c. potuit. Caro. Rui. consi. 110. nu. 4. lib. 1. dixi in consue. Parif. §. 14. nu. 9. cum seq.

9 cõueniunt, cũ cõtractus nõ sit in rerũ natura, † & nõ entis nullæ sunt qualitates.l. eius, qui in prouinciã.§. quod si stipulatus. ff. si cer. pe.l.si seruũ.§. 1.ff.de actio.emp. & vbi verba nõ cõueniunt, non habet locũ dispositio.l. 4.§. toties.ubi Bar. ff.de dam.infe. l. ita aũt.in prin.ff. de administratione tu.l.hos accusare.§.oĩbus.ff. de accusatio.in c.indẽnitatibus. §. pe.de elect.in 6.& videmus, ꝙ cessante causa non cessat effectus, ubi est cõsũmatus effectus, ut no.Bar.in l.2.§.fi.ff.de dona.allegat l.fi.ff.unde liberi.& idẽ Bar.in l.Titia.§.imperator.de lega. 2. vnde ex oĩbus s̃. dictis duæ conclusiones colliguntur. Prima, ꝙ remedium dictæ l. Secundæ.non vr̃ competere dictis conductoribus,qui habuerunt scientiam de qualitate bonorum conductorum:quia licèt illa præsumptio, ꝙ quis præsumatur scire uires patrimonij, non uideatur excludere dictum remedium,quando sola est,ut suprà arguitur,secus videtur,quando aliæ præsumptiones concurrunt, de quibus s̃. dictũ est:& quia dictus contractus est finitus,& cõsummatus,vt s̃.dictum est.Secunda conclusio,dato, ꝙ tale remedium à principio competijsset,& intentari potuisset,tamen ex quo talis cõtractus approbatus,& confirmatus fuit ab ipsis conductoribus, non videtur,quòd contrauenire possint per suprà dicta.

EPITOME Consil. CCCCCLXXXIIII.

Quando sit, quòd ex prohibitione alienationis inducatur fidei commissum, & in prohibitione alienationis extra familiam vltimus de familia non videtur prohibitus alienare.

SVMMARIVM.

1 *Ius ex facto oritur.*
2 *Voluntas sola in fidei commissis seruatur.*
3 *Statuto si mater excludatur extantibus agnatis, ipsi agnati, in quorum fauorem est factum statutũ, ad illam portionem vocati videtur, à qua mater excluditur.*
4 *Lucro quando quis alterius contemplatione remouetur, lucrum illi applicari debet, cuius contemplatione remouetur.*
5 *Statutum si disposuerit, quòd extantibus masculis filia fœmina non succedat, tale statutum in fauorem masculorum dispositionem continet, & resoluitur, quòd masculi succedant, & non fœminæ.*
6 *Filij, & descendentes si dicatur, ordine successiuo intelliguntur.*
7 *Verba geminata magis exploratam testatoris voluntatem ostendunt. num. 12*
8 *Consequens qui vult, omne necessarium antecedens velle videtur.*
9 *Verba enunciatiua fidei commissum inducunt.*
10 *Bona fidei commisso subiecta alienari non possunt.*
11 *Alienationis appellatione venit omnis actus, per quem dominium transfertur.*
13 *Alienari si res extra familiam prohibita sit, si non superest nisi vnus de familia, ille solus alienare pot st.*

VIsa prohibitione alienationis facta à Paulo Trenta in codicilis, pscrutatis verbis dictę prohibitionis dubitatur, & quæritur, an ex tali prohibitione inter filios, nepotes, & descendentes masculos ipsius Pauli testatoris oriatur fidei commissum, ita ꝙ vnus post alium successiuè admittatur, & cõsiderando simpliciter illam quæstionem, an ex prohibitione alienationis fidei cõmissum inducatur, est quæstio, quæ in alto pelago agitať, in qua vario modo doctores loquũtur & ego ipse va-
1 rio modo consului secundũ varietatem casus, † quia ex facto ius oritur.l.si ex plagis. §. in cliuo capitolino. ff. ad le. A qui. vbi Albe.dicit, ꝙ ex modica mutatione facti totum ius mutatur. & dicit Bal.in consi. 12. Quidam nomine Angelutius.l.b.2. ꝙ secundum diuersitatem punctorum diuersum redditur consilium. & in casu proposito multa dici possent, sed perstringendo rem solito more meo concludo, ꝙ inter dictos filios nepotes, & descen-
a dentes dicti Pauli absolutè ortum [a] esset fidei commissum, ita ꝙ vnus alteri successiuè deberet succedere. & pro fundamento huius conclusionis cõsiderandum est, ꝙ fidei commissum quibuscunque verbis inducitur.l.ẽt hoc modo.& l. & eo modo.de leg.
2 1.l.2.C.cõia de leg.† sola.n. voluntas seruatur in fidei commissis, ut dicit tex.in l.pen.ff.de leg. 1. & in fidei commissis ẽt tacita voluntas sufficit, quæ ex coniecturis colligatur. l. cum proponeretur.in fi.de leg. 2.l.qui solidum.§.1.ff.eo.ti.l.cum auus. de cõd. & demõ.l.licèt imperator.de leg.1.ubi Bar.& hoc est, quod iura dicunt, ꝙ in fidei commissis voluntas potius, quàm verba inspici. tur.l.cum virum.C.de fidei commis.in l.3.§. conditio. ff.de alim. leg.Hoc præmisso ex pluribus medijs demonstratur, ꝙ in isto casu testator uoluerit, ꝙ fidei commissum inducatur.Primò, quia prohibitio alienationis fuit facta in fauorem dictorum filiorum, & descendentium, quia fuit limitata, & restricta prohibitio alienationis, donec, & quousque ipsi filij, & descendentes masculi superstint.Ergo vr̃, ꝙ dicti filij, & descendentes vocati sint iure fidei cõmissi. Ad hoc induco ꝙ no.Bar.in l. 2. §. videndũ ff. ad Terty. in prin.in vers.quæro, cauetur statuto.vbi in fine quæstionis cõ-
3 cludit, † ꝙ si à statuto excludatur mater extantibus agnatis, ipsi agnati, in quorum fauorem est factum vnr̃ vocati ad illam portionem, à qua mater excluditur: & quia dicit ibi Bar. qñ vna dispositio est facta cõtemplatione alicuius, ei ius acquiritur, licèt non sit nominatus, allegat.l.seruo legato.§.si testator.de leg. 1.& l.fidei commissa.§.interdum.dæ leg.3. Præterea dicit Bar. ꝙ
4 † qñ quis remouetur à lucro contemplatione alterius, lucrũ applicari debet illi, cuius contemplatione remouetur. [b] alleg.l.pen. C.de leg.& idem no.Bar.in l.liberorum.in versi.pone exemplum
5 in themate præallegatæ quæstionis.ff.de verb.sig.† ubi pariter cõcludit, ꝙ statutum, quo cauetur, quod extantib.masculis filijs filia fœmina non succedat, tale statutum in fauorem masculorum continet dispositionem, & resoluitur, ꝙ masculi succedãt, & nõ fœmina.& idem ẽt repetit Bar. in l. seruo legato. §. si testator. de leg. 1.& sequitur Bal.in l. maximum vitium.C. de lib. præteri. & ex his, ut dixi, concludendum vr̃, ꝙ per dictam prohibitionẽ alienationis factam in fauorem filiorum, & descendentium Pauli videantur dicti filij, & descendentes vocati successiuè ad fidei commissum, quod quibuscunque verbis, & ex sola voluntate, & ẽt ex coniecturis inducitur, vt s̃. dixi. Secundò principaliter ista conclusio probatur ex eo, ꝙ testator dicit prohibitionem alienationis fecisse: quia voluit dicta bona cõiter haberi, & cõia esse inter dictos filios, & descendentes, in quorum fauorem fuit facta prohibitio, ut dixi: ita in effectu dicta verba resoluuntur, quibus stã-
6 tibus vr̃, ꝙ expresse iniunctum fuerit fidei commissum: † nam illa verba, filij, & descendentes, intelliguntur ordine successiuo, ut primo filij, posteà veniant descendentes ipsius testatoris, & ẽt descendentes ipsi veniunt ordine successiuo, quia est nomen collectiuum, in quo complures in diuersis gradibus comprehendũtur, & ordine successiuo uocati intelligũtur, & proximiores primò admittuntur.l. peto.§.fratre.de leg. 2.vbi hoc dr̃ de verbo, familiæ.& no.Bar.in l.Gallus.§.quidam rectè.in ver.non ob.l.peto. ff.de lib.& posth.ad idem tex. in l.cum ita. §. in fidei commisso. de leg.2.in l.fi.C.de uerb.sig. & de cognatis no. Barto. in l. Si cognatis, in versi.quæro quo ordine.ff.de reb. dub. & de liberis no. Ange.in consi.38.Quidam Ioan.ut tradit Ale.in d.l.Gallus §.quidam rectè.in vers.item ex verbis Bar. & in terminis de descendẽtibus consuluit Alex.in consi.24.In causa vertente inter Ant. lib. 4 cùm ergo testator voluerit dicta bona prohibita alienari esse cõia inter eius descendentes, infertur, quòd erant cõia, & cõiter haberi debuissent inter Franciscum & Paulum nepotes ex Laurentio filio testatoris, qui vltimi fuerunt ex descendẽtibus testatoris. verbum.n. communiter. relatum ad res prohibitas alienari importat, quod bona sint cõia, ut no.Bar.in l. Quintus. ff.de ann. leg.& hoc vr̃ maximè procedere in isto casu, in quo verba sunt
7 geminata, dum dicitur, cõmuniter, & cõmunia esse.† nam verba geminata magis exploratam voluntatem testatoris ostendunt, ut no.in l.balista.ff.ad Trebe.& certè si bona debẽt esse communia successiuè inter descendentes testatoris, non vr̃ dubitandum, quod iure fidei commissi successiuè admittantur. Tertiò ad hoc facit, quia talis cõio non vr̃, quod aliter induci possit, nisi per viã fidei commissi, ergo vr̃, quod fidei commissum inducatur suc-
8 cessiuè inter ipsos descendentes, † quia qui uult consequens, videtur velle omne necessarium antecedẽs ad illud.l. 2.ff. de iurisd. om.ind.l.ad rem.l.ad legatum.ff.de procu.in l.deniq;. §. interdũ. ff.de pec.leg.& per illum tex.in simili casu in probando fidei cõmissum ita arguit Bar.in l.Centurio.in versi.quæro ulterius.ff. de
9 uulg.& pup.† Quarto, quia ẽt verba enuntiatiua inducunt fidei commissum, ut no.Bar.in l.Pamphilo.in prin.de le. 3.ad idem facit tex.in l. fidei commissa.§.cum esset.§.hæc verba.eo.titu.à fortiori hoc vr̃ in casu isto, in quo sunt verba dispositiua, quod inductum fuerit fidei commissum per s̃. dicta. Quinto hoc idem specialiter probatur, quia cum voluerit testator, quod bona prohibita alienari essent inter eius descendentes cõia, ista verba videntur importare, quod inter eos sit fidei cõmissum; ad hoc tex. in l.fi.§.Lucius.ff.de leg.2.& idem tex.hr̃ in l.Lucius.in prin.ff.ad Treb.& ad idem in l.ubi purè.§.te rogo.ff.eo. titu.& ad hoc plura alia inducit insignis doctor dom.Bernar.de Medicis olim acutissimus discipulus meus Pisis. Ex quibus omnibus indubitanter concludendum est, quod dicti filij, & descendentes successiuè essent grauati adinuicem onere fidei commissi, & stante ista conclusione, de qua non vr̃ dubitãdum, infertur, quod Hieronymus filius dicti Pauli testatoris non potuit in eius testõ disponere de dictis bonis prohibitis alienari, quæ erant subiecta fidei cõmisso, donec extarent filij, & descendentes masculi dicti testatoris. Ad hoc

ADDITIO.

a ¶ Ortum.] Suprà consi.33.consi.475. ubi dixi.

10 hoc est regula cōis, & not. † ꝙ bona subiecta fideicommisso nō possint alienari.l.fi.§ sed quia.C.cōia de leg.in authen.res, quæ
11 eo.tit.no.in l.Marcellus.§.res,quæ.ff. ad Treb. † & appellatione alienationis venit omnis actus, per quem dominiū transfertur in l.1.in fi.C.de fundo dotali.facit text. in l.alienationis verbum. ff de uerb. sig. & prohibita alienatione simpliciter etiā in vltima uoluntate res prohibita alienari relinqui non potest l.peto.§.fratre.de leg.2.ubi Bar.& facit tex in l.fi.C.de rebus alie.non aliena dis.& in §.alienationes.In Auth.de nō alie.& ideo nō potuit Hieronymus in eius testamento disponere de rebus prohibitis alienari in testamento Pauli eius patris, quia tpe mortis dicti dñi Hieronymi extabant Laurētius frater eius,& filii dicti Laurētij, ad quos successiuè iure fideicommissi spectabāt dicta bona prohibita alienari per supra dicta:& cum successiue ex descedeētib. masculis dicti Pauli testatoris remāserit solus Franciscus filius dicti Laurentii, ipse potuit libere disponere de dictis bonis prohibitis alienari,quia cessabat cā prohibitionis:& qa fuit prohibitio limitata,donec,& quousque ipsi filij, & descendentes masculi superstint,unus,uel plures. Aduerbium.n.donec est limitatiuū.l. fœmine.ff.de sena.l.in delictis.§.si de trac.ff.de noxa.in l.fi.§.donec. C.de iure deliberandi.in l.si id,quod §.quod aūt.ff.de acqui.pos. in cle.2.§.illi vero.de æta.& qualitate.cum si.& no.Bal.in consil. 260.Dña Mangarda.li.2. ubi loquitur in statuto excludente filiā. donec masculus superextiterit.& tradit Signorol.de Mediolano in consilio.97.Quæstio disputanda.in prin.& idem est dicendum in illa dictione,quousque.ut no.Bar.in l.fi.ff.ad Terty.facit text. in l.Imperatores.ff.de manu.test.in l.sicut in anno.in prin.ff.qb. modis ususfr.amit.in l.1.C.de cōi seruo man.in §.ne aūt. & hoc à fortiori dicendum est in casu isto,in quo dicta verba sunt gemi
12 nata,donec,& quousque.† quia geminatio verborum efficaciorem reddit dispositionē.ut not.in l.balista.ff. Ad Treb.& cū post mortem dicti Francisci non superfit aliquis ex descendentib.masculis dicti Pauli testatoris, vr cessare prohibitio alienationis,ꝗ fuit limitata & limitata cā limitatū effectū producit.l.inagris.ff.de acquir.rerū do.l.cancellauerat,ff.de his, quę in testa.delen.meritò cessante causa prohibitionis potuit dictus Frācíscus eius sorores hæredes instituere. & ista conclusio comprobatur authoritate Pau.de Cas.in cons.45.Vr dicendum,ꝙ dictus Christophorus.
13 † vbi concludit, quòd si res prohibita sit alienari extra familiam, sinon superest nisi unus de familia, ille pōt alienari, quia nō superest aliquis, qui possit alienationem reuocare. & decisionem Pauli de Cast.sequitur Ludo.Bolo.in cons.43 Viso igitur pūcto. in vers.9.præsuppono.& hoc idē confirmatur,quia ex tali alienatione facta per dictum Franciscum,qui eius sorores instituit, nō offenditur uoluntas testatoris, quia post mortem dicti Francisci non reperiebatur aliquis masculus de descendentibus testatoris, ideo non offenditur persona testatoris: & si prohibitio testatoris fuisset facta sub pœna,in tali casu, in quo non offenditur voluntas testatoris,non haberet locum pena,ut in simili casu Ang. scribit in consilio. 169. Super puncto supra scripto. & dixi in consil.182.In casu occurrēti. in prin. Et ita ex oībus s.dictis remanet firmata conclusio,ꝙ testm̄ dicti Francisci,in quo eius sorores instituit,oīno debeat habere locū, & ꝙ dictus Hieronymus nō potuit aliquid disponere de bonis prohibitis alienari,quia post mortē dicti Hieronymi extabant descendentes masculi dicti Pauli testatoris,quibus iure fideicommissi erant bona restituenda, ut patet ex supra dictis.

EPIT. Consil. CCCCCLXXXV.

Instituit B.consobrinum,qui se relinqueret filios masculos,voluit primogenitum ei succedere,Et si absq; filio masculo decederet, S.substituit.B. adita hęreditate obijt relicto filio, qui etiam adijt hæreditatem,& postea sine filijs decedit.Sane S. substitutus ꝑpetuo ab hac successione exclusus est, quia hæc substitutio semel extincta per existentiam filii B. amplius non reconualescit.

SVMMARIVM.

1 *Conditionale quando aliquid in iudicio deducitur, conditio quod impleta sit,liquidari debet.*
2 *Substitutio facta alicui decedenti sine filijs,filiis extantibus expirat, & in perpetuum extinguitur.*
3 *Substitutio si facta sit alicui decedenti sine filiis,extantibus filiis mortis tempore substitutio extinguitur.*
4 *Qualitas adiuncta verbo secundum tempus verbi intelligitur.*


IOannes Bartholomæi de Cassano fecit testamentū, in quo instituit sibi hæredē vniuersalem Bartholomæum quōdam Laurentij de Oliuerijs fratrem eius consobrinum: & si dictus Bartholomæus moreretur sine filio legitimo, & naturali masculo, voluit,ꝙ in dictis bonis succedat Sigismundus filius quondā Antoni de Oliuerijs:Et si dictus Bartholomeus moreretur cum filiis legitimis,& naturalibus masculis, voluit, ꝙ in dictis bonis succedat primogenitus masculus ipsius Bartholomæi.Contigit, ꝙ dictus Bartolomeus hęres institutus fuit hæres,& successiue eius filius masculus primogenitus secūdum ordinē datum in testō fuit hæres:Et ipse postea decessit sine filijs,& sic dispositio facta de aliis filiis masculis primogenitis successiue non potuit habere locum,quia conditio illa, si primogenitus Bartholomæi moreret cū filijs,masculis īpleta nō fuit qa mortuus est sine filiis,iō cessat dispositio testatoris.l.cedere diem.ff.de verb.sig.l. hæc venditio. in prin.ff.de ꝯhenda emp.l.necessario.in prin.ff.de peri.& cōmo.
1 rei ven.†nam qñ aliquid conditionale deducitur in iudicio,conditio debet liquidari,ꝙ impleta sit,ut no.Bald.in l.si quidem.per illum text. C.de excep.in verbo,extitisse.allegat ēt text.in l. hoc iure.ff.de verb.ob.ad idem tex.in l.ita stipulatus.§. quod si ab initio.ff. de verbo.oblig. Similiter substitutio facta de Sigismundo quondam Antonii non habuit locum, quia fuit facta sub conditione, si dictus Bartholomæus moreretur sine filio legitimo, & naturali masculo.& ipse mortuus est relicto filio masculo, ergo deficit illa conditio,& per consequens substitutio non vr habere locum:adhoc est decisio not.Old.satis no.in consi.21. Thema
2 tale est. † vbi concludit, ꝙ substitutio facta alicui decedenti sine filiis expirat extantibus filiis,& in perpetuum extinguitur, quia licēt filij vnus, vel plures, qui faciunt deficere substitutionem, postea ipsi moriantur sine filijs, illa tñ substitutio extincta non reconualescit.allegat.l.cum vxori.C.qñ dies leg. cedit. & idem tradit Ioan And.in addi.Spec.in tit.de test.§.in primis.in vlti. qōne incip.Prima quæstio talis est.& Pau.de Cast.refert Ioan. And. &
3 sequitur.in l.ex facto §.pen.ff.ad Trebel.† ubi concludit, quòd si substitutio facta sit alicui decedenti sine filiis extantibus fi-
a lijs tempore mortis substitutio extinguitur;[a] quia qualitas adiuncta verbo secundum tempus verbi intelligitur. l. in delictis. §.si extraneus.ff.de noxa l si Titius.ff.de test.mil.& licet filij, quā faciunt deficere substitutione,postea moriantur sine filijs,non tñ substitutus admittitur,ut dicit Pau.de Cast.in d § penultim. post Oldr.& Ioan.And.in locis supra allegatis.& idem tradit Paul. de Castr. in consilio. 170. Ne impropriis utamur uocabulis. & ista decisio indubitanter procedit in isto casu, in quo fuit substitutus Sigismondus, si dictus Bartholomæus moreretur sine filijs,
4 quia,ut supra dictum est,† qualitas adiuncta verbo secundum tēpus verbi intelligitur: secus si verba non essent relata ad tempus mortis,sed defectus filiorum consideraretur simpliciter, qa tūc sufficit,quandocunque filij defecerint,ut not.in l. substitutione. ff.de vulg.&. pup.& ideo aliud est, qñ fuit facta substitutio alicui, si decesserit sine filiis, vel liberis, ut in casu isto contingit,& tali casu existentibus filiis tēpore mortis substitutus perpetuo excluditur: & in isto casu loquitur Oldr.& alij in locis supra allegatis. Aliud est,qñ quis fuit substitutus simpliciter deficientibus filijs, uel in defectum filiorum:& tunc quandocunque deficientibus filiis admittitur substitutus:ita distinguit,& declarat Soc.in l.solemus ff.de condi.& demon.in fin. ubi dicit se ita consuluisse,quia ita consuluit Alex.& ita reperitur in consil. 43. Consideratis his. in versi.præterea posito.lib.3.ubi facit prędictam distinctionem, an verba relata sint ad tps mortis,vel prolata simpliciter.& idem latius tradit Alex.in consi.101.Super 1.du.in versi. quo ad tertiū dubiū.li.7.cū ergo in casu nostro verba relata sint ad tēpus mortis,& illo tpe extarent filii,ut supra dictum est,concludendū est, ꝙ Sigismundus substitutus sit perpetuo exclusus per supra dicta.

ADDITIO.

a ¶ Extinguitur.] & bene,& sic in casu fere huic consi. simili male contrariū consuluit Hiero.Grat.consi.5.lib.2.

EPIT. Consi. CCCCCLXXXVI.

Valet consuetudo,ꝙ bona feudalia alienari possint,licet de iure cōi sit prohibita alienatio, & statutum in venditione habet locum in datione in solutum.

SVMMARIVM.

1 *Agnatus proximior rem feudalem venditam recuperare potest nullo pretio exhibito.*
2 *Consuetudo tanti temporis, cuius initii memoria non sit in contrarium, vim priuilegii habet.*
3 *Consuetudo æquipollet veritati.*
4 *Constitutiones feudorum,cum vim à consuetudine recipiāt, illis facilius à consuetudine contraria derogatur.*
5 *Emphyteuticis de bonis,quæ pacti, & antiquæ conuentionis vigore vendi,& alienari possunt, idem, quod de bonis patrimonialibus iudicatur.*
6 *Consuetudo inueterata pro pacto expresso habetur, per quam consuetudinem,& per quod pactum feudi alienatio permitti potest.*
7 *Datio in solutum uenditio dicitur.*

8 *Permutatio venditioni similis est.*
9 *Statuto, vel consuetudine si caueatur, quòd si res vendatur proximior refuso pretio, illam recuperare posit, an in datione in solutum, quæ magis venditioni assimilatur, locum habere possit.*
10 *Re sua quilibet est moderator, & arbiter.*
11 *Corporis debilitas non impedit ea, quę animi iudicio peraguntur.*
12 *Facit qui illud, ad quod tenetur, in fraudem facere non dicitur.*
13 *Ratificatio non solum verbis, sed etiam actu, & facto fieri potest.*
14 *Vniuersitas si soluat expensas factas in lite per syndicum non legitime constitutum, gesta per eum ratificare videtur.*



IN causa, Quæ Mantuæ agitat, viso pũcto, & lectis allegationib. præclarissimorũ aduocatorũ f m ea, quæ proponunt more Scæuolæ Iureconsulti, casus modicã dubitationẽ habere vr̃. nã licèt inspecto iure cõi res haberet nõ paruã difficultatẽ, q̃a bona feudalia, de quib. agit̃, ẽt pro dote filiæ alienari non pñt c. 1. §. donare. in tit. qua. olim feu alie. pote. in c. nupe. de do. inter vir. facit tex. in c. 1. de prohi. feu. alie. p Fed. in prin. & in c. 1. de alie. feu. pat. & ideo do. Anto. Maria nõ potuit dicta bona feudalia vendere, vel in solutũ dare do. Ludouico de Catabenis, & meritò vr̃, ꝙ frater do. Antonij tanquam proximior agnatus admittatur ad recuperandum dicta bona, vt no per gl in c. 1. §. hoc quoq; in verbo, partem suam. de successionẽ feudi. & post gl. in d.
1 §. hoc quoque. in 1. no. idem dicit Iacob. Aluarotus † & põt proximior agnatus rem feudalem venditã recuperare nullo dato pretio. c. 1. §. Titius. si de feudo defun. contentio sit inter dñm, & agnat. & de agnatis no. Bal. in l. 2. C de suis, & legi. & Ale. in ꝯs. 13. Qm̃ omne datũ. versi. 6. pro hoc adduco. li. 1. & dixi in consi. 208. Ad clariorem. Sed in casu isto non vr̃ laborandum de iure cõi, quia totum fundamentum est in cõsuetudine generali notoria,
a & ab antiquo obseruata in ciuitate & territorio Mãtuæ, [a] quòd bona feudalia libere possint alienari sicut bona allodialia. Nam
2 primò considerandum est, † quòd si ista consuetudo, prout verisimiliter videtur, fuit tanti temporis, cuius initij memoria non sit in contrarium, talis consuetudo habet vim priuilegij l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æstiua. c. super quibusdã. de verbo. sig. in l. 1. in fi. ff. de aqua plu. arcen. Nã illud, qđ potest acquiri ex priuilegio, pariter consuetudine iudici põt, vt no. Old. in consi. 173 Omnes ferè. benè facit tex. in c. duo sunt. de officio ordina. in c. cũ contingat. de foro cõpe. tradit Bal. in consi. 110. Antiqua quæstio. lib 1. Alex. in consi. 125 Viso titulo cõnis. lib 2. & in tali consuetudine non requiritur, nec consideratur bona, vel mala fides, vt no Sali in l. 2 C. de serui. nec in tali consuetudine requiritur titulus, nec scientia superioris, vt tradit Alex. in cõsi. 24. Ponderatis his, quæ in themate lib. 5. & talis cõsuetudo cũ sit notoria in loco, non debet aliter probari, vt no. Bal. in l. 3. C. de seruis fugitiuis. & in tali notoria consuetudine iudex supplere põt, vt no. Bal. in l. filiusfa. §. veterani. ff. de procur. & idẽ Bal. in auth. iubemus. in 4 notab. C. de iudi. & iõ ex abũdanti vr̃, ꝙ fuerit facta probatio. Et qualiter debeant testes deponere in tali cõsuetudine casu, quo deberet probari instruit Raph Cu. in consi. 77 Visis libello & in probando generalem consuetudinẽ admittuntur ẽt testes singulares, ut tradit Alex in consi 177. Visis, & opportune discussis. lib. 2. Et stante dicta cõsuetudine, cuius initij memoria non sit in contrarium, res clarior vr̃ idem tñ esset dicendũ in alia
3 consuetudine simplici, † quia consuetudo æquipollet veritati. vt no. per gl. in l. 1. per illum tex. C. de seru. & consuetudo dr̃ esse ius non scriptum. §. ex non scripto. insti. de iure natura. facit tex in l. j. & fi C. quæ sit longa consuet. & in l. sed & ea. ff. de legi. nã constitutiones feudorum dicuntur cõsuetudines, licèt in scriptis redactę sint, vt no. Bar. in l. de quibus. in repe. versi item queritur. ff. de legib. & idem Bar. in l. 2 in prin. ff. de vulg. & pup & cũ
4 † constitutiones feudorum recipiant vim a consuetudine, illis facilius a contraria consuetudine derogatur, vt no. Bald. in consil. 185. Quidam nobilis habens feudum. lib. 1. & ꝙ valeat consuetudo contra illud, quod disponitur a consuetudine feudorum, Bal. in consi præalle. 185. lib. 1. allegat tex. in ti. de pace Constantię. in §. nos Roma. vbi Imperator approbat consuetudinem cuiuslibet ciuitatis contra constitutiones feudorum, vnde videmus, ꝙ valet consuetudo, ꝙ fœminæ succedant in feudis, vt no. in c. significauit. vbi Anto. de But. in princi. & Abb. in 3. no. de rescrip. & no. Car. in consi. Quòd do. Nera circa fi. pariter in casu isto videtur, ꝙ valeat consuetudo, quæ viget Mantuæ, ꝙ feuda possint liberè alienari, prout est in Gallia, vbi ex consuetudine feuda vendi, & in extraneos transferri possunt, vt dicit Io Fab. §. item seruana. & in §. fuerat. insti. de act. Bal. in d. consi. 185. lib. 1. cum si. vt dixi in consi. 206. Ad clariorem rei demõ. in versi. & ista ꝯclusio. & in consi. 277. Consultus ab illustri. Et attenta dicta consuetudine dicta bona feudalia videntur debere iudicari tanquam bona patrimonialia, siue allodialia, vt in simili casu no. Pet. de Anc. in
5 cõsi. 125. Visis, & diligẽter ruminatis. † ubi inquit, ꝙ de bonis emphyteuticis, quæ possunt vigore pacti, & antiquæ conuentionis vendi, & alienari, idem iudicatur, quod de bonis patrimonialib. idẽ ergo vr̃ in bonis feudalibus, q̃ alienari possunt virtute ꝯsuetudinis, quia à pari procedunt pactum, & cõsuetudo, ut no. Bal.
6 in consi. 185. lib. 1. supra allegato. † vbi dicit, ꝙ inueterata consuetudo habetur pro pacto expresso, per quam consuetudinem, & per quod pactum alienatio feudi permitti potest: & de prædicta æquiparatione consuetudinis, & pacti no. ẽt Bal. in l. liberti, libertæq;. C. de ope. lib. Et cũ sit ꝯsuetudo, ꝙ bona feudalia liberè alienari possint, sub nomine alienationis, quod est generale nomẽ, uenditio, donatio, & omnis actus, per quem dominium transit, comprehenditur. §. alienationis autem. in Auth. de non alie. in l. 1. in fi. C. de fun. dot. in l. fi. C. de reb. alie. in c nulli de reb. ecc. nõ alie. & cum per dationem in solutum dñium transferatur, l. si finita. §. Iulianus. ff. de damn. infect. concludendum est, ꝙ virtute consuetudinis datio in solutum iuridicè facta sit, & in tali casu non est tractandum de extensione, quia datio in solutum immediate sub verbo, alienationis. comprehenditur. Sed dato, ꝙ consuetudo fuisset limitata in venditione, idem tñ esset dicendum
7 in datione in solutum, † quia datio in solutũ dr̃ uenditio, & hoc clarum est capiendo uenditionem largo modo: quia lex 12. tabularum emptionis, seu uenditionis verbo omnem alienationem complectitur. l. statu liberi à cæteris. in §. Quintus Mutius. ff. de statu libe. in l. sicut. §. venditionis. ff. quib. modis pignus, vel hyp. sol. & idem esset, si venditio in specie accipiat̃. quia dictum in vẽditione ẽt vr̃ habere locum in datione in solutum, q̃ similis est vẽ
8 ditioni. l. fi. ff. ex quib. caus. in pos. eatur. ubi tex. dicit, † ꝙ permutatio est similis venditioni. & idẽ dicit de datione in solutũ. Ad idem tex. in l. si prædium. in fi. C. de euic. vbi dr̃, ꝙ datio in solutum vicem obtinet venditionis. ad idem text in l. eleganter. in prin. de pig. act. & dare in solutum est vendere, ut dicit Bar. in l. j. § cum prædiũ. ff. de p g allegat dictã l. fi. ex quibus cau. in pos. eatur & l. 3. ff. pro emp. vnde sicut emptor debet denuntiare venditori litem esse motam, ita etiam ille, qui recipit rem in solutum, vt no. Bart. in l. libera. C. de sent. idem Bart. in l. si quis aliam. ff. de solu. circa fi. & hoc mõ de venditione ad dationẽ in solutũ arguit Bar. in l. si pupillorũ. § si ꝑtor. ff. de reb. eo. Ful. in ꝯsi. 137. Quia ex facto ius orit. in fi. in ꝯs. 190. Visis toto ꝓcessu. Are. in consi 160. Longa est ista ꝯsultatio. in versi. venio ad quartũ. & in consi. 32. Diligenter cõsideratis. uersi. nec obst. si dicatur. & in casu nostro in terminis, ꝙ statutum, vel consuetudo, quæ loquitur, seu disponit de uenditione, habeat locum in datione in solutũ, tradit Alb.
9 in l. si usufructum. ff. de lib. causa. in princ † ubi inquit, ꝙ si statuto uel consuetudine caueatur, ꝙ si res uendat̃, proximior possit illã recuperare refuso pretio, idẽ erit in permutatione, uel in datio-
b ne in dotem, [b] à fortiori hoc vr̃ habere locum in datione in solutum, q̃ magis assimilatur venditioni per supra dicta. Et certe nõ vr̃ dubitãdũ, quia cũ in isto casu oĩno eadẽ rõ videat̃ in datione in solutũ, quę inest in uenditione, dispositũ in uẽditione vr̃ habere locũ in datione in solutum: quia ẽt in exorbitantib. fit extẽsio ꝑp identitatẽ rõnis, ut not. per gl. in l. si ꝯstante. in prin. ff sol. ma. in l. 1. C. de his, qui ante aper. tab. in l. illud ubi Bar. C. de sac. sanc. ecc. in prin. facit tex in c. cũ dilecta. ubi Abb. de ꝯfir. uti uel inuti. c. post translationem. §. quanquam. de renun. cum sim quæ nota sunt. Et quia per iura supra allegata vr̃ facta ęquiparatio de uenditione ad dationem in solutum, ergo uidetur, ꝙ dispositio facta in uno habeat locum in alio, ut per Bart. & doct. in l. si quis seruo persuaserit. C. de fur. & per glo. in l. quod uerò. ff. de legi. & quia largo modo datio in solutum dr̃ uenditio per iura s. allegata, iõ de stricta significatione ad latã extensio admittit̃. in l. filiũ habeo. ff. ad Macedon. l. Senatusconsultum. ff. de ritu nup. iunc. l. fi. C. de inter. mat. q̃ iura ad hoc allegat Ale. in l. 3. §. si procurator. in fi. ff. quod quisque iuris. Et quia ista ꝯsuetudo, q̃ tribuit liberã facultatẽ
10 alienãdi, reducit nos ad regulã cõem, † ꝙ in re sua quilibet est moderator, & arbiter. l. in re mãdata. C. mandati. l. 2 ff. si quis à parente fuerit manumis. quo casu talis cõsuetudo vr̃ fauorabilis, & dẽt latè interpretari, vt per gl. in c. statutũ. in verb. numerãdũ. de ꝑben. in 6. Et ex his vr̃ fundata intentio filiorũ, & hæredũ domi. Anton. qui bona feudalia alienauit. Superest rñdere ad quædã leuia, quę obijciunt̃. Vnde primo non obstat quod dr̃ de infirmitate dicti do. Antonij, qui alienauit: quia infirmitas corporis non impedit, quominus infirmus possit ꝯhere. l. sanum C. de trãsact. & pariter non prohibetur testari. l. 2. ff. de testa & in l. senium. C.
11 qui test. fac. poss. Et ratio vr̃, † quia corporis debilitas non impedit ea, quę animi iudicio peraguntur. l. 2. §. corporis debilita. ff. de vaca.

ADDITIONES.

a ¶ Mantuæ.) vt in tota Gallia. dixi in consuet. Parisi. tit. 1. in rub. in fine.
b ¶ Dotem.) fallsum, ut dixi in consuet. Parisi. §. 11. glo. 5. q. 10.

de vaca. muner.& ideo infirmus matrimonium contrahere po-
test.cap. 2.vbi Abb.de coniugio lepro. adeo quod constitutus in
articulo mortis potest matrimonium contrahere, ut not. Ioan.
And.in regula, sine.culpa de regu. iur. in sexto. Abb.in d.c. 2.cū
simil.ut tradit Alex.in l.si quis posthumos.ff.de libe.& posthum.
Non obst. quod si talis contractus esset factus in fraudem alte-
rius, non valeret, ut not. Ange.in l.sed & quæsitum.de lib.& po-
sthu.& sequitur Alex.in dicta l. si quis posthu.& dixi in c.in præ-
sentia. de probationibus.quia in casu isto non videt̄, quod fraus
excogitari possit, quia alienatio feudi fuit facta ex quadam ne-
cessitate, vt do. Antonius Maria solueret dotem promissam pro
12 filia:† nam qui facit illud, ad quod tenetur, non dicitur fraudē
facere, ut no.Barto.per illum text.in l.qui autem.§.apud Labeo-
nem.ff.de his, quæ in frau.credi.& quia stante consuetudine alie-
nandi liberè potuit uti tali consuetudine, & nemini iniuriam fa-
cit, qui iure suo vtitur.l.iniuriarum.§.primo.ff.de iniurijs.capi.
cum ecclesia Vulterana. de electio. & quia secundum tenorem
inuestituræ filiæ erant vocatæ post mortem patris, qui alienauit:
quia dicitur pro filijs vtriusque sexus, quo casu veniunt fœmi-
næ, per ea, quæ not.Bald.in l.quoties.de suis,& legitimis.& tra-
dit Alex.in consil. 9. Ponderatis his. libr. 5. & sic nullum ius po-
tuit esse quæsitum Fratri dicti domini Antonij Mariæ, ideo va-
na videtur ista dubitatio. Secundo non obstat, quod dominus
Ludouicus, in quem bona translata fuerunt, non esset præsens
in cōtractu, quia notarius pro illo absente stipulatus fuit, & hoc
sufficit, quia notarius ratione officij pro omnibus, quorum in-
terest, stipulari potest, ut not.Bart.in l.stipulatio ista.§.si stipuler.
de verborum obligationibus.in versicu.3.fallit.in l.nec ei. §.eo-
rum.in versiculo, quæro, nunquid tabellio. ff. de adoptio.in l.2.
ff.rem pupilli saluam fore.cum similibus, ut tradit Alex. in dicto
* § si stipuler.ubi dicit, quod ista est *communis opinio, & tali casu
transit actio sine cessione, ut not.Barto.in d.l.2.cum similibus, vt
per Alex.in dicto § si stipuler.ubi dicit, quod communis obser-
uantia hoc habet, ut sine cessione ex stipulatione notarii utilis
actio alteri acquiratur.& dixi in consi. 507. Visis versi.3.respon-
detur.& Alexand. in consil.73. In causa, & lite.lib.7.Soc.in con
si.125.Visa narratione.in fine. Corneus in consil. 50. Videtur in
hac consultatione.lib.1.Non obst.si dicatur, quod vltra stipula-
tionem notarii requiritur ratificatio domini Ludouici, ut notat
Bal.in l.nec ei §.satisdatio.in versi.6.quæro. ff.de adop. & tradit
Pau.de Cast.in cōs.195.Visis his, quæ narrant̄, & plenè allegata
sunt in secunda parte, in nouis, in secundo dubio. facit text. in l.
si ego.ff.de neg.gest.cū si. vt dixi in l. ꝯtus.ff.de reg.iur.quia rn̄-
detur, quòd sufficit, quòd ratificatio etiam tacita interueniat,
13 † quia non solùm verbis, sed etiam actu, & facto ratificatio fie-
ri potest.l. Paulus.ff. rem ratam haberi. & plus est facere ali-
quid facto.quàm verbo.ca.dilecti.el. 1. de appella. & plus est fa-
cere, quàm pronūtiare.l.si tamen.§.ei, qui. ff. de ædilitio edicto.
& cùm in casu isto pręsupponatur, quòd do. Ludouicus solue-
rit laudemium, & tenutam bonorum acceperit, & fructus ex di-
ctis bonis perceperit, videtur dictum contractum ratificasse: nā
percipiendo fructus vigore contractus videtur contractum ra-
tificare, vt tradit Alexan.in consi. 88. Quoniam omne datum. in
versi.prætereà ipsa ratificatio.lib.5.vbi alle.l. litibus. C.de agr.&
censi.libro 11.&ad idem facit quod not Specu.in titu. de syndi-
14 co. in versicu.sed pone, quòd si vniuersitas.† vbi inquit, quòd si
vniuersitas soluit factas expensas in lite per syndicum non legi-
timè constitutum, videtur gesta per eum ratificare, allegat dictā.
l.Paulus.& l.penultimam in fin.ff.de decurio.& capitulum quó
ad consultationem. de re iudi. & dictum Speculato. sequitur
Alex.in consi.127.Viso instrumento.li.5.& in consi.175.Perspe
ctis verbis.in fine.eo.lib. 5. facit text.in l.ad solutionem. C. de re
iudica.& in simili, de laudo ratificato tradit Soc.in consi.220.Vi
sis compromisso,& laudo.in versicul.quartum,& vltimum fun-
damentum cum similibus, vt dixi in l.semper qui non prohibet
ff.de reg. iur.& talis ratificatio fieri potest etiam parte absente,
vt not.Barto.in l.quò enim.in fine.ff.rem ratam habe.in l.Pom-
ponius in versicu.item ex eodem.ff.de nego.gestis. & idem Bart.
in authent.sacramenta puberum.C.si aduer. venditio.cum simi-
libus, vt Alexand.scribit in consi. Visis his. circa finem. libr. 5.&
suprà dicta omnia, quæ de bonis feudalibus dicta sunt, proce-
dunt dato,& præsupposito, ꝙ feudum antiquum fuisset;& à for
tiori conclusio superius firmata haberet locum in feudo nouo,
quia feudum nouum potest alienari cum consensu domini abs-
que consensu agnatorum, vt not Iaco. Alua. post Andream de
Iser.in capit. 1.in principio, in versiculo, quæro, nunquid feudū.
de aliena.feudi pat. Alexan.in consi.13.Attentis narratis. lib.5 &
in consi. 28. In causa, & lite. Franciscus de Curte in consilio 82.
Deus pius.& ex omnibus suprà dictis concludendum est in fauo-
rem filiorum, & hæredum domini Antonij Mariæ. Et ita paucis
rem absolui: quia præsupposita consuetudine, vt suprà dictum
est, res clara videtur.

EPITOME Consi. CCCCCLXXXVII.

Pro laudo præsumitur, nisi probetur, ꝙ sit simulatum, quo casu non valet, etiam si iuramentum interpositum sit: & de probatione simulationis: & ex quibus coiecturis simulatio probata sit, & laudum latum ex abrupto, & sine causæ cognitione est nullum: & idem in transactione absque lite: & quando quis turpitudinem suam allegare possit, & propter enormem læsionem reclamari potest quacunque clausula non obstāte.

SVMMARIVM.

1 *Contractus qualis est in prima sui figura, talis in sua essentia præsumitur.*
2 *Consensus in omnibus à voluntate dependentibus requiritur.*
3 *Simulatio ex pręsumptionibus, & coniecturis probatur.*
4 *Simulatio de sui natura liquido probari non potest.*
5 *Probari quę non possunt liquido probantur per verisimiles coniecturas, indicia, & pręsumptiones.*
6 *Arbiter assumptus super iudicio communi diuidundo si adiudicet rem pro pretio ab eo declarando, & decesserit, antequàm declaret, adiudicando non valet.*
7 *Notarij verbis non creditur asserentis litem esse.*
8 *Lis in veritate esse debet ad hoc, vt transactio valeat, & nō sufficit, quòd partes asserant litem subesse.*
9 *Alienatione ex magna fraus pręsumitur.*
10 *Principale si non valet, neque accessorium.*
11 *Cautelam per nullam verborum in compromisso appositorum fieri potest, quominus reductio petatur, data magna iniquitate.*

COram magnificis officialibus pupillorū Floren-
tiæ reuocat̄ in dubium de validitate lau-
di prolati à Dominico de Giugnis inter Pier Ioannem
de Botegatiis, & Iacobum Francisci de Botegariis eius
nepotem ex fratre carnali. Et prima facie videbatur fundata in-
tentio pro veritate laudi, quia ꝓ laudo præsumitur ꝙ rectè, & ri
te latū sit, vt no.Dy.in consi.13.Ptolomæus, Calde.in consi.5.in
tit.de arbi.in prin.cum si.vt tradit Alex.in l.sciendum de verbo.
obl.in ver. itē fallit in laudo.& ita ēt arguit Alex.in ꝯs.119.Quę-
ritur, an dominus arbiter.li.2.& Cardi.in consi.140. Factum tale
est, magister Bartholo.in 2.dub.in ver.ex quibus cōcludo. Cum.
in ꝯs.50.Stante statuto.in fi.& Pau.de Cast.in consi.73.Visis com
promisso, laudo, & puncto.in ver. circa tertium. ubi inquit, ꝙ si-
cut pro sententia iudicis præsumitur, c. in præsentia.de renunc.
no in l.Hærennius §.Caia.ff.de eui. ita etiam ꝓ laudo arbitrato-
ris præsumendum est.allegat Dy.in dicto consi 13.& cum supra
dictis concordat Abb.in consi.64.Venio ad primum. lib.1.Ioā.
de Annan. in consil. 50.In quæstione Eustachij in 3.dub.& hoc
idē confirmat̄, quia de dicto laudo exhibetur instrumentum pu-
blicū, ꝙ verū esse præsumit̄, non falsum, nec simulatū, ut no.Bal.
in l.cū precibus.per illum tex.C.de proba.& ex instrumento ori
tur præsumptio, ꝙ sit verū & solēne, vt no Bal.in consi.237.Præ-
1 supponitur, ꝙ ꝯtus.lib.1.† nam qualis est contractus in prima
sui figura, talis in sua essentia esse præsumit̄, ut Bal.dicit in c.1.in
prin de feu.da.in vicem.l.commisso.& manifestè dicitur consta
re illud, de quo instrumentum publicum apparet, ut not.Bart.in
in l.1.in prin.in versicul.venio ad quæstionem.ff.de ope.no.nun.
& probatio probata dicitur illa, quæ fit per instrumentum, vt di-
cit Bal.in l.interest.in vlti.no.C.de soln.& in l.quoties.in fi.C.de
iudi.cum si.quæ nota sunt. Accedit, quòd laudum fuit ratificatū
ab vtraque parte, quo casu non vr̄, quòd contrauenire possit.l.
ne in arbitris.§ fi.C.de arb.& not.Bart.post Dyn.l.1.ff.de re iudi.
Ro.in consi.9.Quòd pars condemnata. in fi. Quibus tamen non
obstantibus contrarium in casu isto de iure esse arbitror, quia lau
dum, & instrumentum, de quo agitur, simulatum fuit quo casu
a instrumētum simulatum est tanquàm corpus sine spiritu, [a] quia
deficit consensus, vt not.Bald.in l.1. C. plus valere quod agitur.
vbi alle.l.nuda.ff.de contrah. empt.ideo non valet transactio si-
mulata.l.cum ea.ff.de transac.& idem est in laudis simulatis, quia
2 deest consensus, † qui requiritur in omnibus dependentibus à
voluntate, vt Bald.dicit in d.l.1.in 2. opposi. & contractus simu-
latus non est contractus, quia in eo deficit substantia, vt no.Bar.
in l.nemo potest. de leg.1.in versicu.quæro, an renuntiatio.alle.
l.immaginaria. ff. de regul. iur.l.simulatæ nuptiæ.ff. de rit.nupt.
l.empto.ff.de aqua plu.arcend. ad idem text. in l.nuda. ff.de con
trahen.emp.not.Bartol.in l.nemo potest.de lega.1. & idem not.
Bal.in l.ab Anastasio in 4.nota.C.man.& in l.ei, qui.C. de distra.
pig.Et ꝯtus simulatus etiam non confirmatur iuramento, quia
deficit consensus, vt no.per gl.vbi Bal.in l.3. C.plus valere quod
agitur

ADDITIO.

a ¶ Sine spiritu.) Infra consilio 652.Ias.in l.nemo potest. lect. 1. de lega.1.
do.And.Tiraq.tracta.retractat.proximi.§.1.gl.2.nu.14.

agitur, quia vbi deficit consensus, iuramentum non confirmat actum. l. fi. C. de non nu. pec. Et iuramentum nihil operaẽ, quando contractus est ipso iure nullus, ut no. per gl. in auth. si qua mulier. C. ad Velleia. & tradit. Ang. in consi. 160. Pro decisione quæ sitorum. tota vis est in probando simulationem in isto casu Et
3 pro fundamento præsupponendum est, † ꝙ simulatio probaur ex præsumptionibus, & coniecturis, ut no. Bald. in l. ei, qui. C de distra. pign. circa fi. in l. 3. C. plus valere quod agitur. in versiculo, q̃ro, qualiter probeẽ simulatio. & tradit Pau. de Cast. in consi. 82.
4 Visis his. † vbi inquit, ꝙ simulatio non potest de sui natura liquido probari, quia non adhibenẽ testes, ne detegaẽ simulatio: ideo sufficiunt verisimiles coniecturæ. & idem Paul. de Cast. in consil.
5 327. aliàs 329. In causa mota. ubi repetit, † ꝙ quæ liquido probari non possunt, probanẽ per verisimiles coniecturas, indicia, & præsumptiones. l. non omnes. §. à barbaris. de re mili. Et ideo infert in simulationibus, quia occultè fiunt, & non adhibenẽ testes sed alter de altero confidit, ꝙ probenẽ ex coniecturis. & specialiter inducit tex. in c. ad nostram. de empt. & vendi. & cum prædictis etiam concordat Pet. de Anch. in consi. 257. Si prædicta sententia. Alex. in consil. 197. Visis dubitationibus. lib. 7. Videndum ergo est in casu proposito, an sint coniecturæ, & præsumptiones sufficientes ad probãdum dictam simulationem Et breuiter est concludendum, quòd sic ex pluribus indiciis, & præsumptionibus, quæ concurrunt. Et primo dum in dicto laudo dr̃ bona in frà scripta adiudicata, & data fuisse in solutũ dicto Pier Ioanni: ex eo, ꝙ dictus Iacobus Francisci erat debitor de pluribus summis, & quãtitatibus pecuniarũ dicti Pier Ioannis eius patrui carnalis, & creditoris: talis datio in solutũ vr̃ facta ex abrupto, & sine causæ cognitione, qa summæ & quantitates debitæ specificatæ non fuerunt: & cum illis datio in solutum cõmensurata non fuit, nec cõmensurari potuit, ex quo non erant certæ debitæ: ista enim datio in solutum facta absque causæ cognitione nõ valuit, & laudum ita ex abrupto ab arbitratore latum est nullum, ut Bald concludit in ca. 1. circa fin. de inuesti. in mari. facta. allegat l. quod si nolit. §. si quid ita. in ver. item si tempus. ff. ędil. edict. ibi, causa cognita iudicium dabitur. & dictum Bal. dicit esse æquum & de mente iuris, Car. in cons. 140. Factum tale est, magister Barto. quia non procederet tanquam bonus vir, si de facto, & nõ instructus procederet; & dictum Bal. etiam Abb. sequiẽ in c. quintaualis. de iureiur and. facit quod not. Barto. in l. prolatam. in fin. C. de senten. cum simili ut tradit Alex. in cõsi. 33. Viso themate. lib. 1. & in consil. 218. Visis verbis. libro 2. Et ista conclusio comprobatur, quia ista datio in solutum æquiparatur venditioni, l. fi. ff. ex quibus causis in possessio. ca. l. si prædium. in fi. C. de eui. not. Barto. in l. 1. §. cum prædium ff. de pign. vnde sicut in venditione certum pretium requiritur, §. pretium autem. insti. de emptio. & vendi. pariter ergo videtur, quod datio in solutum debeat fieri pro certa quantitate debita. & ad hoc bene facit quod not. Bart. in l. si non sortem. §. si centum. ff. de condict. inde. in secunda oppo. ubi dicit not. esse pro dationibus in solutum, quæ fiunt tota die, vt si in aliqua parte sit datio in solutum plus debito, in totum datio in solutum vitiatur: & idem Bald. tenet in l. certi condictio. §. quoniam. ff. si certum petatur in versiculo secundus si iudex. & sequitur Roman. in consilio 450. Præsens dubitationis articulus. in fin. & in consilio 454. In re præsenti. in versiculo quinimo. ex quo datur intelligi, quòd datio in solutum debet limitari, & commensurari ad quantitatem debiti exprimendo certam quantitatem. facit quod not. Dyn. in l. triticum. de verbo-
6 rum obligationi. † vbi inquit, quòd arbiter assumptus super iudicio communi diuidundo si adiudicet rem pro pretio ab eo declarando, & decesserit, antequam declaret, adiudicatio non valet. & ibi in d. l. triticum sequuntur Angel. Imo. & Alexan. Et vlterius considerandum est, quòd cum in laudo ab arbitro, seu arbitratore lato narratum sit ad iustificandum compromissum, & laudum dictum Iacobum Francisci esse debitorem prædicti Pier Ioannis de pluribus summis, & quantitatibus pecuniarum, & de talibus debitis non appareat, nisi ex relatione dicti arbitri, seu arbitratoris, non videtur illi credendum, sed aliter de dictis debitis constare debuisset: ita dicitur in transactione, quæ non potest fieri, nisi lite subsistente. l. 1. ff. de transact. Et hoc intelligit, quando in veritate sit lis: ideo transactio facta super lite ficta non valet, & nullius est momenti, ut not. Angel. in l. cum hi. § si cum
7 lis. per illum text. ff. de transaction. & ibi Angel. dicit, † quòd verbis notarij non creditur asserentis litem esse: quia potentiæ transigendi lex resistit. & Paul. de Castro idem ibi sequitur. & idem Angel. tradit in consilio 66. Visis dictis compromissis. in
8 versiculo. licet in compromisso. † vbi inquit, quod in veritate debet esse lis, vt ualeat transactio, & non sufficit, quòd partes asserant litem subesse; & idem Angel. in consil. 215. Thema tale propositum. in versic. quarto ad hoc idem arguitur. ubi concludit, ꝙ cũ esset facta transactio per relationem ad litem, q̃ erat inter partes occasione cuiusdam hæreditatis, & in veritate, cum nulla lis de tali hæreditate fuisset, dicit quod nõ valet transactio, quia fuit facta contra illud, quod est de substantia transactionis ut fiat de re dubia, & lite incerta. & idẽ repetit Ang. in consi. 218. Visa narratione facti. & dixi in consi. 351. In casu proposito. Et sicut non valet transactio non existente lite in veritate per supradicta, pariter non debet valere compromissum. Istam ęquiparationem facit gio. quam no. Abb. in c. exposita. de arbit. in gl. secũda. & idem Angel. dicto consilio 218. & in consilio 198. Pro decisione. And. Sicu. in consilio. 85. libro 3 & not. Bal. in l. 1. in 2. oppo. C. si aduer. transact. Alexan. in consi. 82. In causa vertente. in fin. lib. 1. & in cons. 96 Viso lib. 6. & in consilio 135. Circa primam. eodem. lib. sexto. in consilio vigesimoprimo. Consideratis his. libro septimo. cum similibus. Et si non ualet compromissum, vt dictum est, non valet laudum, quia tota potestas arbitri, uel arbitratoris pendet ex compromisso. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbitris. Et ex prædictis apparet de nullitate laudi duplici ex capite. Primo, quia ex abrupto, & sine causæ cognitione latum fuit. Secundo, quia contra substantiam compromissi, & laudi, quia non apparet de debito, nec de lite, ut supra dictum est. Et vlterius, ut dixi, dictum laudum fuit simulatum, & conseq̃uẽter etiam ex isto capitę fuit nullum, ut supra dixi: & simulatio ex pluribus præsumptionibus, & coniecturis probatur. Primo ex eo, quod arbiter, & partes non curauerunt discutere dictam dationem in solutum, & informationem suscipere de debitis & rebus datis in solutum: si enim vera datio in solutum fuisset, uerisimiliter partes, & arbiter perscrutati fuissent quantitatem debitorum, & æstimationem bonorum, quæ data sunt in solutum: & hoc inter alias præsumptiones simulationis tradit Bartholo. Veronen. in tracta. simulationis in 18. præsumptione. ubi allegat in argumentum uulgatam legem cum de indebito. ff. de probatio. Secundo efficax uidetur illa coniectura, quia dictus Iacobus assertus debitor remansit in possessione dictorum bonorum, quæ data sunt in solutum; ex tali continuata possessione præsumptio habeẽ, quod alienatio sit simulata. l. sicut. §. superuacuum. ff. quibus mod pigno. uel hypot. sol. ubi Barto. hoc dicit ꝑ illum textum in versi. uenio ad tertiũ. in l. post contractum. in uer. tertio præsumitur. ff. de donatio. cum similibus, ut tradit Barth. Veronen. in tractatu simulationis. in 24. pręsump. & Ale. in ꝯs. 57. Visa breui casus narratione. ver. 2. ꝓsuppono. li. 5 Ful. in ꝯs. 42. Trauersius habẽs. in ver. ad primũ. & Cuma. consi. 155. Antognolus in uersicu. ꝑterea hic testes. ubi inquit ꝙ sola illa præsumptio continuatæ possessionis sufficit ad ꝓbandã simulationem subsistente aliquali suspicione. & idẽ tradit Imol. in consil. 55. In casu præmisso. & Abbas in consilio 12. si copiosior. libro secundo. cum similibus. Tertiò concurrit alienatio omnium, uel maioris partis bonorum, quæ etiam præsumptionem simulationis inducit. l. omnes. §. Lucius. ubi Bartol. ff. de his, quæ in fraudem credito. & not. Bald. in l. fraus. in uersiculo,
9 item præsumitur. ff. de legibus. † ubi dicit. quod fraus præsumitur ex una magna alienatione. & idem est in maiori parte bonorum, ut nota. in l. nomen. §. filio. de lega. 3. ubi glossa quam ad hoc al legat Bartol. in l. 1. in tertia quæstione. C. si quid in frau. patro. idem Baldus in l si unquam. C. de reuo. dona. & tradit Alexãder in consilio quinquagesimoquinto. Cõsideratis uerbis. libro primo. & idem est, si alienata sint omnia meliora. ut notat Angel. in l. si quis post hanc. C. de bono. proscrip. in dicta lege omnes. §. Lucius. alle. l. summa cum ratione. ff. de pecul. Et ad prædictam facit text. in l. propter litem. ff. de excusation. tutorum. Quarto accedit, quod ista datio in solutum tractata, & conclusa fuit interẽ coniunctos, uidelicet inter patruum, & nepotes: unde ratione coniunctionis insurgit coniectura simulationis. argumẽ. l. data. C. de donatio. l. penultima. §. 1. ff de bonis, quæ liberis. not. Bartol. in dicta lege post contractum. in uersiculo, secunda præsumptio. & in l. nõ solum. ff. de ritu nuptia. Bald. in d. l. si quis post hanc. in uersic. 3. si facta sit in coniunctam personam. & Petrus de Ancharan. in dicto consil. 252. Cuman. in d. consi. 155. facit textus in authentica quibuscunque. C. de sacrosanct. eccl. Quinto ẽt simulatio arguitur, quia fuit factum compromissum in Dominicum de Guinis cognatum dicti Petri Ioannis, & procuratorem eiusdẽ Petri Ioãnis, in quem uerisimiliter nõ debuisset dict. Iacob. Frãcisci cõpromittere, quia in effectu uideretur cõpromissum in aduersarium, quod nõ ualet lege penultima. ff. de arbitris. & notat Baldus in cap. 1. §. inter pares. de lege Corradi. Et ideo ex tali compromisso, ꝙ uerisimiliter non debuisset fieri in dictum Dominicũ, etiã oritur suspicio simulationis, quia quod non est uerisimile, est quædam falsitatis imago, ut Baldus dicit in l. prima C. de seruis fugiti. Sexto, & vltimo quod dictum est de simulatione, confirmatur ex ratificatione, quæ fuit facta quo
a dam modo extraordinario, [a] & insolito, quo casu insolita arguunt

ADDITIO.

a ¶ Extraordinario.] [redacted] .adde Pet. Pau. Par. consi. 55. nu. 51. lib. 1. Cur. Sen. consi. 73. nu. 33.

guunt,& inducunt suspicionem, iuxta gloss. in l. si quis sub conditione. quam ibi not. at Bald. in fin. ff. de conditioni institutio. & not. Bald. in capit. 1. in uersiculo, & conclude. de feud. dato inuicē legis commisso. & tradit Bartholomæus Veronen. in tractatu simulationis. in nona præsumptione. Ex quibus omnibus euidenter patet laudum, de quo agitur, simulatum fuisse. Non obstāt. al legata suprà in contrarium & primo dum dicitur, quod præsumatur pro laudo, & instrumento: quia respondetur hoc esse uerum in dubio, secus uidetur in casu isto, in quo sunt præsumptiones efficaces, quæ ostendunt nullitatem laudi manifestam, ut patet ex supradictis: & hoc modo in simili casu respondet Alexāder in consilio 135. Circa primam dubitationem, libro sexto. Vltimo non obstat quod dictum est de ratificatione, quæ facit, ꝙ contrauenire non possit: quia illud esset uerum in vera ratificatione, secus est in ista, quæ fuit simulata, & nulla, venit enim ratificatio accessoriè ad laudum: † unde si non ualet principale, non ualet accessorium. l. fin. ff. de constituta pecunia. quē text. ad hoc allegat Bald. in lege si absentis. circa finem, in uersiculo, unde scias C. si certum petatur. & in rubrica. C. de constituta pecunia. uersiculo, deinde uenio ad causam. facit tex. in l. nō dubiū C. de legib. & gloss. in l. si patronus. §. patronum. ff. si quid in fraudem patroni. & in terminis dicit Bartol. in lege nemo potest de legatis primo, in uersiculo, quæro, an renuntiatio. quod quando cōtractus principalis est simulatus, aliæ clausulæ, que in eodem contractu inseruntur, omnes simulatæ uidentur. & dictum Bartol. sequitur Roma. in consilio ducentesimo quadragesimo sexto. Clarissime assessor. in principio. Et laudum, quod a principio fuit nullum, prout fuit in isto casu per supradicta, ratificari nō potest, ut not. Baldus in titulo de pace Constant. in uerbo, sententiæ quoque. & sequitur Roman. in consilio 160. Præmissum, laudum. & idē tradit Angel. in consilio 218. Visa narratione. & Marian. in consil. 18. Prosequendo ordinem. uersiculo, & ex prædictis. Et sic remotis supra allegatis in contrarium remanet firmata conclusio, quod dictum laudum fuerit nullum, & simulatum, vt supra dictū est. Solum superest una difficultas. quia dictus Iacobus Francisci, si uiueret, non videtur, quod ipse admitteretur ad impugnādum dictum laudum, quia allegaret turpitudinem suam allegando simulationem, quo casu non deberet audiri. l. transactione. C. de transact. l. creditoribus. C. de communi seruo pigno. da. ma. l. cum profitearis. C. de reuocan. donatio. & eodem modo non licet hæredi allegare turpitudinem eius, cuius sit hæres. l. filios. ubi Bartol. C. de reuocan. his, quæ in fraudem creditorū. Ad hoc respōdetur duobus modis. Primò, quod iste heres agere poterit ad bona alienata rei uendicatione, & si opponatur de laudo, replicare potest de simulatione, quia allegare potest turpitudinem [a]
a suam, excipiendo, seu replicando. ubi tractat de damno euitādo, prout in casu isto uidetur, ita Bartolus concludit in l. iusiurādum, quod ex conuentione. §. procurator. dum allegat l. de tutela. C. de in integrum restitutione. & sequitur Aretin. in consilio 65. In præsenti consultatione. in uersiculo, amplius si hæres. & Alexander in dicta l. de tutela. post alios, quos ibi refert. Secundo respondetur, quod differentia est, an actus sit factus in fraudem, & sit uerus, an uero sit fictus, & simulatus, primo casu non auditur, & ita procedunt allegata suprà in contrarium: secundo casu quando sit alienatio simulata, quæ non ualet, & cum sit nulla, cōtrauenire potest, ut not. Bartol. in. l. post contractum. in uersiculo, sed an uenditor. ff. de donationi. & dicta. l. filios. C. de reuoc. his quæ in fraudē Bald. in l. cum profitearis. C. de reuocā. dona. & Paul. de Castr. in l. contra legem. ff. de legibus. Imol. in consi. 55. In casu præmisso in princ. Cum ergo in casu isto agatur de simulatione, concludendum est, quod hæredes dicti Iacobi contrauenire possint, cum contractus fuerit nullus, ut s̄ dictū est. & idē tradit Bar. in cons. 65. Petrus Nicolæ. in uer. circa primum. Et ex his patet cōclusionem superius firmatam procedere sine dubio. Postremo non est omittendum, ꝙ dictus Iacobus Frācisci in tali laudo, dato, ꝙ ualidū fuisset, enormiter læsus, & grauatus fuisset, quo casu reclamare potuisset, & reductionem ad arbitrium boni viri petere, quia data enormi læsione nulla renuntiatio facta reperitur, quæ impediat dictam reductionē petere, ut dicit Bald. in l. cum antea. C. de arbitr. Est istam opinionem æquam, & iuridicam dicit Paul. de Cast. in consi. 72. Primo, & ante omnia & idem in effectu tenet Ant. de But. in c. quintauallis. quē ibi Abb. refert, & sequitur. de iureiur. dicunt enim, quod uerba generalia renuntiationis uidentur prolata sub confiden[illegible]rectionis arbitri, vel arbitratoris, unde non ita late, [illegible] intelligi: & si sub tali confidentia pars dec[illegible] ri, ar. l. Si libertus iurauerit. ff. de ope. li. & [illegible] Lucius. ff. man. & ita dom. Ant. in d. c. quintau[illegible] consuluisse, & sic reperitur in consi. 24. Quæstio hæc dub[illegible]garia habet. & idem Ang. dicit in consi. 172. Laudum arbitratoris, quando fuit magna læsio. & dicit Paul. de Cast. in consi. 74. Quia frustra.
* quod ita se habet * *communis* opin. & obseruantia, † quod per

11 nullam cautelam [b] verborum appositorum in compromisso
b potest fieri, quo minus reductio petatur data magna iniquitate: & ita practicant aduocati, vt inquit Bald. in l. si unus. §. illud. ff. de pact. cum si. vt latius dixi in consi. 39. Iuridicam esse arbitror. Non obstat, quod reductio prius petita non fuit, quia peti potest vsque ad triginta annos, vt voluit Cy. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. & sequitur Bal. ibi in uer. & adde, quod ista reductio perpetua est. & idem tenet Bal. in l. fi. in ver. quæro. vsque ad quod tempus. C. de contrah. empt. Ang. in consi. 315. Ius petendi reductionem. in princ. Old. in consi. 156. Primum, de quo quæritur. in fi. Et istam esse communem opin. dicit Alb. in d. l. si societatem. §. arbitrorum. & ita communiter obseruari dicit Paul. de Leaz. in consi. incip. In præsenti questione vertitur dubium. prout eum refert Lanfran. de Brixia. in tract. arbitrorum. in 20. q. ubi prædictam opin. amplectitur uti communem. & idem Io. de Ana. in consi. 16. Viso puncto. & Alex. in cons. 95. Visis processibus. lib. 2. ubi replicat istam esse communem opi. & latius dixi in d. consi. 39. & idem Aelxan. in cons. 173. In causa, & lite. li. 2, & Corn. in consi. 177. In hac re alias consului. in fi. li. 2. Et ista dicta sunt ex abundanti stante conclusione superius firmata, quæ clarissima est de iure, quod compromissum cū laudo fuerit, & sit nullum, & simulatum per supradicta.

ADDITIONES.

a ¶ Turpitudinem) Non est simpliciter verum, vt tradit do. And. Tiraq. trac. retract. proxi. §. 1. gl. 18. nu. 52.

b ¶ Cautelam.) supra cons. 531. nu. 1. ubi tetigi.

EPITOME Consi. CCCCCLXXXVIII.

Io. Galeaz a Maximiliano Imperatore accepit in feudum possessiones Corrigii de sacro Imperio dependentes cum potestate disponendi de eis ad libitum. Deinde suum condens testamentum instituit in dicto castro Casandram matrem, ac H. & B. sorores, quæ de dicto feudo nactæ sunt confirmationem a Carolo Quinto, antequam tamen ipsi M. & C. essent coronati. Postea Franciscus, & consortes impetrauerunt nouum priuilegium ab eodem Imperatore de dicto castro cum prioris derogatione. Respon. Dec. concessionem, & priuilegium datum Galeaz. locum habere, Ideo C. H. & B. ui præfati testamenti debent mitti in possessionem dictorum bonorum F. & consortibus exclusis.

SVMMARIVM.

1 *Imperator est dominus totius mundi.*
2 *Sacrilegij crimen est disputare de supremi principis potestate.*
3 *Princeps vbi ex certa scientia rescribit, non est necessaria clausula, non obstante.*
4 *Princeps in omnibus dicere, & facere potest, quicquid sibi placet, etiam auferendo ius suum cui velit.*
5 *Papa est contra ius, supra ius, & extra ius omnia potest.*
6 *Ius alterius a principe tolli potest.*
7 *Imperator electus ante coronationem potest priuilegia concedere.*
8 *Possessione prius, quàm de proprietate agitur.*
9 *Feudum non præsumitur, sed allodium.* 12.
10 *Feudi in possessione filia mortuo patre manere debet, donec per aduersarium de feudo probetur, & iudicetur.*
11 *Filia hæres patris in possessionem mitti debet, & postea agnatus petere debet, si aliquid iuris habere prætendit.*
13 *Dominium quæsitum facilius à Princ ipe tolli potest.*
14 *Imperator remunerationis cau sa rei suæ dominium auferre potest.*
15 *Prælatus ecclesiæ in quærendi s, non autem in quæsitis ecclesiæ præiudicare potest.*
16 *Consuetudo valet, quod feudum alienari possit.*
17 *Consuetudo valet, quòd fœmina in feudo succedat.*
18 *Princeps si aliquid uni concedat, & idem postea alteri in contrariū disponat, gratia a primo obtenta præualet.*
19 *Princeps quando motu proprio reuocat illud, quod obseruare tenetur, fingitur circumuentus, adeo quòd contrarium probari non potest.*
20 *Beneficium principis latè interpretari debet.*
21 *Doctor, qui se ad legendum obligauit, à patria reuocari potest.*

VIso puncto, & dubiis, quæ ex eo eliciuntur in causa istorum magnificorum Dominorum de Corrigia: quia res est magni ponderis, diligenter insistendum erit in perscrutando illud, quod pro veritate, & iustitia dicendum uidebitur. Et pro fundamento eorū, quæ inferius

inferius dicenda occurrunt, præmittendum est, quod de su-
1 prema potestate Imperatoris non videtur dubitandum, † cum ipse sit dominus totius mundi.l. deprecatio ff. ad legem Rhodiam de iactu. & in capitulo futuram. duodecima quæstione prima, & Imperator est summus superior, ut dicit Bald. in l. penultima. in princip. C. de bonis, quæ libe. & facit text. in capitul. proposuit. de
2 concess. præbend. & in l. secunda. C. de crim. sacri. † ubi dicitur. quòd crimen est sacrilegii disputare de potestate supremi prin-
3 cipis. & dicit Bald. in l. fina. C. senten. rescin. non posse. † quòd ubi princeps ex certa scientia rescribit, non est necessaria clausula, non obstante, quia constat de mente principis, & princeps nulli formæ adstringitur, nec ab eo exquirenda est ratio, cur ita facis: quia est in eo pro ratione uoluntas: alleg. l. prima. ff. de const. princ. Et hoc idem de summo pontifice Specu. dicit in titul. de legato. §. nunc ostendendum. in uersicul. octuagesi-
4 monono in fin. † ubi inquit, quòd in omnibus, & per omnia
a potest dicere, & facere, quicquid sibi placet, [a] etiam auferendo ius suum cui uelit: quia non est, qui ei dicat, cur ita facis alle-
5 gat. decimanona distin. capitul. in memoriam. † Et Papa est contra ius, & supra ius, & extra ius omnia potest, ut dicit Ba. in c. super de causa posse. & propr. alleg. l. qui in prouincia. §. diuus ff. de ritu nupt. & Papa est omnia, & super omnia, ut Bal. dicit in c. 1. in uer. pone, ꝙ prælatus, in ti qua. domi. propri. feu priue. Et dicta in pōtifice habent locum in Imperatore in tpalibus, ut Bal. in. l. rescripta. C. de precib. imperato. offerend. & ibi de potestate principis dicit, quod transgreditur legem dispēsando. l. qui in prouincia. §. diuus. ff. de ritu nup. & rem iudicatam rescindendo absque appellatione, quia coram principe magis habet locum ueritas, quàm ritus iudiciorum. l. 1. §. si quis ultro. ff. de quæstionibus. & hoc ēt
6 habet locum tollendo ius alterius, † qđ tolli potest a principe, ut ibi Bald. dicit alleg. l. si quæris. ff. de nata. restituen. Et etiā sine causa imperator de plenitudine potestatis auferre nobis dominium potest, ut not. Angel. in l. item si uerberatū. §. j. & qui contrarium dicunt, secundum eum mentiuntur. & idem Ang. in l. 3. §. si is. pro quo. ff. quod quisque iuris. in l. 2. C. de quadrien. præscript. cū sim. ut tradit Andr. Sic. in cons. 64. li. 4. & in ca. quæ in ecclesiarum de consti. & ista prærogatiua est supremi principis, quando hoc fit sine causa, ut no. Alb. quem Pau. de Cast. ibi refert in l. quoties. C. de precib. Imperato. offeren Sed cum causa omnes de plano fatētur, & nullus contradicit, ut dixi in consi. 269. Consultus ab illustri. Sed in casu proposito dubium facit, quia priuilegium impetratum fuit a Maximiliano Imperatore ante coronationem, & pa-
7 riter a Carolo. V. Imperatore, † quo casu multi tenent, ꝙ Imperator electus ante coronationem non possit priuilegia concedere, ut tenet Oldrad. in consilio 180. Quæstio est, utrū Imperator. Spe. in tit. de rescript. præsentatio. §. fin. uers. item quod obtentum ab Imperatore nondum coronato. & not. gl. fin. in uerbo, insulas. C. de quadrien. præscrip. & ibi Salyc. hoc latè disputat, & finaliter ita concludit, & idem Salyc. in disputatione sua incip. Mediolanēsis
* quidam. Sed his non obstantibus in contrariū est * *communis* opi-
b nio, [b] nam ita disputando firmauit Iacob. de Areti. cuius disputationē refert, & sequitur Cyn. in d. l. fi. C. de quadri. præscriptio. & Ang. ibi post Iacobum Butrigarium idem sequitur, & Bar. hoc idē tenet in l. sed & reprobari. in princ. ff. de excusat. tutorum. ubi in uers. Rayn. inducit hunc text. pro Imperatore, quia in supremo principe electio tribuit plenum ius: & idem Bart. in tractatu ad reprimendam, in verbo, reges. per illum textum, per quē hodie constat, ꝙ ante coronationem potest rex Roma. administrare & dare priuilegia, & idē concludit Arch. in cap. legitimus. 93. dist. Cald. in consi. 7. de priuilegijs. Bald. in proœmio ffo rum. Rex pacificus. & Signor. in consil. 129 Paul. de Castr. in consi. 107. Donatio prædicta. Cardi in clemen. prima post glossam in uerbo, porrò. in secunda quæstio. in fin. de iureiuran. & ibi Imol. in tertia quæstio. dicit, quòd ista est communis opinio, & ita etiam de consuetudine seruatur, ut Abb. dicit in capitu. uenerabilem, circa finem de elect. Et secundum istam communem opinionem consuluit Corne. in consi l. primo. lib. 3 in principio. & in consil. 177. Egregiè discussa est. libro primo. & dixi in consi. 194. Viso tenore. Et cū ex suprà dictis appareat istam communem esse opinionem, & de consuetudine obseruetur, ut suprà dictum est, non uidetur dubitandum. Et his præmissis accedo ad decisionem propositæ consultationis, quæ in duobus principaliter consistit: nam primò de possessorio quæritur. secundo de petitorio uidendum erit. Circa
8 primum de possessorio, de quo in primis videndū est, † quia prius de possessionē. quàm de proprietate agitur. l. ordinarij. C. de rei uendic. l. incerti. C. de interdic. l. 1. C. de appellatio. l. si de ui. ff. de iudicijs. & in possessorio non est dubium, quòd domina Beatrix instituta in testamento magnifici eius fratris domini Ioannis Galeaz esset mittenda in possessionem omnium bonorum, quæ dominus Ioannes Galeaz tempore eius mortis possidebat, si cohæredes domina Cassandra mater, & domina Heleonora altera soror testatoris mortuæ fuissent, alias pro rata sua domina Beatrix debuisset mitti in possessionem: ex quo apparebat testamentum non abolitum, nōn cancellatum, ut dicitur in l. fin. C. de edicto diui Adria. tollendo. Et hoc clarum est in bonis allodialibus,
c quæ in dubio [c] esse præsumuntur, & non feudalia, ut not. Ioannes Andreas, & doct. in cap. nimis. de iureiurando. Ioannes Andreas. in additio Spec. in tit. de feud. §. quoniam. in uersi. 21. in additio. quæ incipit, cessante. cum similibus, ut tradit Alexand. in cōsi. 129. Pōderatis his. in principio. lib. 1. in consi. 15. Visis narratis. in pric. lib. 5. Paulus de Castr. in consi. 164. In causa, quam magnificus. in principio. & idem Baldus in capitulo significauit. de rescriptis. di-
9 cit, † quod non præsumitur feudum, nisi probetur. & in cap. cæterum in fine, de iudicijs. Et prædicta conclusio etiam habet locum in bonis feudalibus, in quibus etiam fœmina hæres instituta debet mitti in possessionem, si testator tempore mortis illa possidebat, & in tali possessione debet conseruari, donec aduersarij probauerint de iure suo potiori, & meliori, ut probatur in capitulo primo. §. defuncto milite. in titulo si de feudo fuerit controuersia
10 inter dominum, & agnatos. ubi dicitur, † quod filia mortuo patre debet in possessione feudi manere, donec per aduersarium de feudo probetur, & iudicetur. & idem notatur per glossam in cap. 3. in gl. 1. in fi. in titulo de cōtrouersia inter masculum, & fœminam,
11 quæ dicit † quod filia hæres patris debet mitti in possessionem, & posteà agnatus petere debet, si prætendit aliquid iuris habere. & in terminis hoc idem tradit Ioannes Andreas in additionibus Speculat. in tit. de testamento. § penultimo. in fine quæ dicit, quod filia, quæ petit se mitti in possessionem bonorum, quæ patri in feudum concessa fuerunt, admitti debet, nec agnati masculi erūt legitimi contradictores ad impediendum talem missionem, per capitulo 2. si de feudo fuerit controuersia inter dominum, & agnatos. Et istam decisionem pro nota, refert, & sequitur Alexand. in l. fin. in uersic. Aliud notabile dictum. C. de edicto diui Adriani tollendo. Et secundum istam decisionem alias consului, vt patet in consilio quadrigentesimo vigesimo quarto. proponitur, quod magnifica domina Francisca. & ibi dictis addo Bald. in capitulo primo. uersic, vel dic quartò. de controuersia inter masculum, & fœminam. vbi concordat cum supradictis, quod filia debet mitti in possessionem, & postea agnatus petere debet, & ex prædictis domina Beatrix habebat fundatam intentionem, vt mitteretur in possessionem, quia hæres instituta. & idem dicendum de hærede hæredis, videlicet in magnifico domino Hieronymo Sanuitasi filio, & hærede dominæ Beatricis. quia hæres hæredis reputatur hæres testatoris, vt dicitur in l. finali C. de hæredibus instituendis. & in terminis tradit Bartolus in dicta lege finali. in verficulo idem dico de hærede hæredis. & ibi dicit, quod hæres hæredis debet ostendere primum testamentum, & se hæredem primi instituti: & ita fundata videtur intentio prædicti domini magnifici Hieronymi, vt mittatur in possessionem dictorum bonorum. Non obstat quod in contrarium allegatur per magnificum Ioannem Franciscum, & consortes, quod dispositio dictæ legis fina. non habeat locum, quia ista sunt bona feudalia, quæ ipsi possident cum titulo inuestitura-
12 rum; quia primo dici pōtest, † ꝙ in dubio præsumuntur allodialia, vt dictum fuit supra: & dato, ꝙ feudalia essent pro illa parte, quam magnificus dominus Ioannes Galeaz tenebat, & possidebat in illa parte, nullum ius consortibus competebat: & cum ipse obtinuerit ab Imperatore Maximiliano, ut possit disponere de sua portione, quam possidebat de possessionibus, & castris, nō est dubitandum de potestate imperatoris, vt suprà dixi in principio, & infrà latius dicā in petitorio, & virtute illius priuilegij fecit testamentum, in quo instituit matrem dominam Cassandram, & dominam Heleonorā, & dominā Beatricem sorores testatoris, quæ debuerunt mitti in possessionē propter testamentū d. l. fi. Et data illis possessione postea agnati potuerunt probare de iure suo, vt supra latè dictum fuit: & hoc etiam comprobatur, quia disputatio ista, in qua agitur de conflictu duarum inuestiturarum, videt requirere altiorem indaginem, quæ in isto summario iudicio possessorio

ADDITIONES.

a ¶ Placet.) [redacted]

b ¶ Opinio.) supra consi. 199. ubi dixi, & videtur utrunque consilium in eadem causa factum.

c ¶ Dubio.) supra consi. 267. nu. 1. ubi dixi. & consi. 422. nu. 7.

sorio non admittitur. l. 2. C. de edicto diui Adrian. tollendo. Et tradit Ang. in d. consi. 134. Quidam nomine Mattheus. & dixi in consi. 84. Excellentissimi doctores. & in d. consi. 434. Et cum supradictis cõcordat Bal. in ɔsi. 442. secundum meã impressionẽ incipien. Non tangendo substantiam feudi. libr. primo. Et melius ad propositum not. Bald. in consi. mihi 128. incip. Præmissis verbis statuti Mediolani. in 3. libr. vbi ɔcludit, ꝙ ea, quæ requirunt altiorem indaginem, non impediunt, quominùs hæres scriptus mittatur in possessionem: & adducit pulchram rõnem dicens, ꝙ est possessoriũ quasi recuperandæ possessionis, acsi diceremus, ꝙ hæreditas fuerit quasi spoliata in persona hæredis, & restituenda, & reintegranda est, licèt propriè hæreditas nõ possideat. l. 1. § Scæuola. ff. si quis testamento liber esse iussus fuerit. Bald. tñ dicit, ꝙ possessioni defuncti quoddam ius inerat, allegat l. 1. in fin. ff. vti possidetis. quod ius hæreditas habet considerando ipsum ius in abstracto intellectus, non in concreto actus corporalis. Et secundum istã supradictã conclusionem fuit determinatum in concilio Neapolitano, vt constat in cxix. decisione incip. Vtrum dispositio. in fine. Et ex prædictis breuiter absolutũ sit primũ principale dubiũ de possessorio. & quæ dicta sunt, confirmabuntur ex his, quæ statim dicã in petitorio. Capio igitur secundum dubiũ in petitorio, quod totũ consistit in priuilegio impetrato à Maximiliano Imperatore per magnificum dñm Ioannẽ Galeaz, ꝙ ipse possit testari pro portione, quã ipse possidebat de bonis, & castris, quæ ipse possidebat, vt in ipso priuilegio continetur: nã (vt dixi suprà in principio) de potestate Imperatoris non vr̃ dubitandum, per ea, quæ s. allegaui in princip. & ampliatur ɔclusio superius firmata in principio, vt maximè procedat in

a dominio quæsito de iure ciuili, [a] † quod facilius tolli põt à prin-

13 cipe, vt no. Bald. in l. fi. in versi. sed immediatè opponitur. C. sen ten. rescin. non posse. Ang in l. Lucius. ff. de euict. & Pau. de Ca. in l. cum heredes. in prin. ff. de acquir. possess. & in l. 3. ff. de testa. Et ideo vr̃, ꝙ vtile dominium, quod hẽt vasallus, vt no. in cap. 1. §. rei aũt de inuestitu. de re. alien. fact. & cũ vtile dominium sit de iure ciuili, ut no. Bar. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. vr̃, ꝙ saltem ex causa indubitanter auferri possit: & causa vr̃ illa, quæ in priuilegio allegatur ab ipso Imperatore, ꝙ tale priuilegium concessit dicto magnifico Ioanni Galeaz de Corrigia, attẽta eius syncera fide, & deuotione in sacrũ Romanũ Imperiũ, & attẽtis gratis & fidelissimis seruitijs, & obsequijs, quę nobis in præsenti bello Veneto exhibuit, præsentando se coram nobis in propria persona, vt formaliter in priuilegio hr̃, ex verbis dicti priuilegij, constat tale priuilegium concessum fuisse gratia remunerationis:

14 † quo casu põt Imperator causa remunerationis dominium rei suæ auferre, ut notat Bar. in proœmio ffgorum. per l. si priuatus. ff. qui, & à quibus. & l. venditor. §. si constat. ff. commun. prædio. & et ciuitas hoc facere põt gratia remunerationis, vt not. Bart. in l. quicunque. in fin. C. de iure fisci. lib. 10. allegat. l. forma. C. eodem titul. l. item si verberatum. §. j. ff. de rei vend. in l. Lucius. ff. de eui. & idẽ Bald. in l. rescripta. C. de precibus impe. offeren. Alexan. in consil. 94. Visis lib. 5. & latè Rom. in consi. 310. In casu propositæ consultationis. Paul. de Cast. in consi. 105. Donatio prædicta. in fi. cum sim. quæ nota sunt. Et causa quæ requiritur, dẽt respicere vtilitatẽ publicam, vt Bar. dicit in d. l. quicunque. & probat in iuribus suprà allegat. & fuit in isto casu, ut colligitur in verbis priuilegij suprà relatis. Et ista conclusio maximè vr̃ procedere in isto casu, in quo nõ agitur de iure quæsito agnatis, sed erat ius quærendum agnatis post mortẽ dicti dñi Ioannis Galeaz: quod quidem ius quærendum facilius remittitur. l. fin. C. de acqu. poss. in l. seruus. C. de pac. in l. qui autẽ. in princ. ff. de his, quæ in fraudcredi. in l. si sponsus. §. si maritus. el 2. ff. de donat. inter virum, & vxorem, & in l. 1. §. confertur. ff. de colla. bo. & videmus in præ-

15 lato ecclesiæ, † qui præiudicare põt ecclesiæ in quærendis, [b] &

b non in quæsitis, vt not. Feder. in consi. 9. Casus talis est. cum sim. vt tradit Alexand. in l. legatum. ff. de lega. 1. Rom. in consi. 183. Visis. & Imo. in consi. 74. In casu præmisso. & statutum laicorum valet in præiudicium ecclesiæ in quærendis, non in quæsitis not. Bald. in rub. de constitutionibus. in versicul. quæro, an ualeat statutum. & idem Bald. in consi. 9. inter consilia Pet. de Anch. in consi. incip. Factũ, super quo. & tradit And. Sicul. in consi. 41. li. 1. & in ɔsi. 34. lib. 2. Et ideo cum in casu isto agebatur de iure quærendo agnatis in futurũ, clarum est, ꝙ illud saltem ex causa à principe tolli potest per suprà dicta. & ad hoc facit gloss. notab. in capitulo naturales, si de feudo fuerit controuersia. quæ ad propositum tenet, quòd princeps potest in præiudicium agnatorum legitimare filium spurium. & Bald. & doctor. sequuntur in dicto capitulo naturales. Postremo conclusio supradicta confirmatur tali ratione, quia in materia feudali ius videtur quæsitum a consuetudine: appellantur enim consuetudines feudales, vt not. Bartol. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de operis liber. & in lege de quibus. ff. de legibus. Et ideo contraria consuetudine tolli possunt iura, & consuetudines feudorum. l. 2. vbi Bald. ff. de vulgar. & pupil

16 lar. cum similibus, ut tradit ibi Alexander. † Et ideo valet consuetudo, quòd feudum alienari possit, vt notat Baldus in consilio 185. Quidam nobilis. libro primo, & ista consuetudo est in Gallia, vt dicit Ioannes Fab. insti. de legitima patron. tutel. §. 1. & institu. de rerum diuisione. §. 1. & in §. 1. institutio. de emptio. &

17 venditio. † sic etiam valet consuetudo, quòd fœmina in feudo succedat, vt notat Iacob. Aluar. in §. & quia vidimus. post alios, quos ibi refert in titulo qui feudum dare possunt. vnde sicut valet consuetudo, pariter debet ualere priuilegium, quòd fœmina in feudis succedat, quia à pari procedunt consuetudo, & priuilegium. capitu. cum contingat, in fine de foro competenti, in capi. duo sunt de officio ordinarij. Oldrad. in consil. 172. Quia omnes. Abb. & late Moder. in capitu. accedentes. de præscrip. Et ex omnibus supradictis firmata, & corroborata remanet conclusio, quòd priuilegium impetratum a Maximiliano per magnificum dominum Ioannem Galeaz debeat omnino habere locum, maximè quia agitur de dominio quæsito de iure ciuili, & a fortiori, quia non agitur de iure quęsito, sed de iure quęrendo, & concurrit causa remunerationis ob vtilitatem publicam: & quia sicut valet consuetudo, pariter debet valere priuilegium. Et ex omnibus suprà dictis indubitãter conclusio superius firmata videtur optimè procedere. Et sic ex omnibus supradictis euidenter apparet magnificum dominum Hieronymum Sanui talem iustissimã habere causam, & potiora esse eius iura tam in petitorio, quàm in possessorio, vt suprà manifestè demonstratum fuit. Accedit confirmatio facta postea per eundem Imperatorem Maximilianum in personis mulierum, quæ institutæ fuerant virtute priuilegij concessi ab eodem Maximiliano, nam ex tali confirmatione specialiter de dictis mulieribus facta corroboratur, & efficacius redditur priuilegium, argumen. eius, quod not. Barto. in l. cum scimus. in fin. C. de agri. & censib. lib. 11. Bald. in l. nec damnosa. C. de preci. impera. offeren. no in l. balista. ff. ad Trebel. maximè quia talis confirmatio fuit facta ex interuallo, videtur magis deliberata, vt nota. per gloss. 1. quæstio. 3. in capitu. si quis iratus. & dicit Bald. in consilio schismatis posito in titul. C. si quis aliquem testa. prohi. versicul. porrò. quòd vbi actus reiteratur, videtur, quòd nihil opponi possit: & quòd vbi secunda deliberatio interuenit, ibi plena deliberatio esse præsumitur, alleg. text. in §. & hoc verò iubemus cum gloss. in Authen. ut nulli iudic. & in capitulo olim. in principio de rescriptis. Et prædicto priuilegio, & confirmationi non obstat, quòd ab eodem Maximiliano fuerit postea derogatum in alio priuilegio posteriori impetrato per magnificum dominum Ioannẽ Franciscum de Corrigia, in quo expresse dicitur, quòd nouum concedit priuilegium dicto domino Ioanni Francisco, non obstante, quòd uigore cuiusdam nostri indulti prædictus Ioannes Galeaz de huiusmodi bonis per eum relictis disposuerit, & contra feudalem ordinationem matrem, & sorores instituerit: ex talibus enim verbis negari non potest, quin Maximianus voluerit derogare priuilegio prius concesso dicto domino Ioan. Galeaz, sed dico, quod non debuit, nec potuit hoc facere salua eius maiestate. Nam primo respõdetur, quòd priuilegium, de quo agitur, habuerat effectum, quia dominus Ioannes Galeaz instituerat matrem, & sorores: vnde cum res non esset integra, non videtur, quod priuilegium potuerit reuocari, vt notat Bartol. in lege omnes populi. in versi. statuto cauetur. ff. de iustitia, & iure & Abb. in capitu. nouit. de iudi. cum simi

18 lib. † & quod princeps primo vni concedit, & idem postea alte-

c ri in contrarium disponit, gratia a primo obtenta præualet, [c] vt late probat Roma. in consi. 198. Circa præmissam. vbi inter alia inducit tex. in c. cum olim. de re iudi. & rationẽ ibi adducit, quia in secũda videtur Imperator circumuentus. & in simili casu not. Paul. de Cast. in consi. 156. Viso, & examinato. cum simi. vt tradit Alexand. qui in simili casu consuluit in consi. 3. Ex his quæ in themate. lib. 5. & idem Alexan. in consi. 18. Viso processu. versi. nec ad hoc obstat. eodem lib. 5. & in simili casu Abb. tradit in consi. 93. In quæstione hæredum. in tertio dubio. lib. 2. Andr. Sicul. in consil. 13. lib. 3. & ad propositum optimè loquitur Bald. in consilio 279. Pridie enim consului. libro tertio secundum nouissimam

19 impressionem. vbi inquit, † quando princeps reuocat etiam motu proprio

ADDITIONES.

a ¶ Ciuili.) scilicet in præsumptione fundato, secus si est fundatum in ueritate, & æquitate, ut notè dixi in lectu. Tubing. l. quoties. l. rescripta. C. de precib. impera. offeren.

b ¶ Quærendis.) Ias. Alcia. l. seruus creditoris. C. de pact. Alex. consi. 14. nu. 10. li. 2. Phil. Dec. ca. ecclesia sanctæ Mariæ. nume. 50. uersic. 3. conclusio. de const. c. in præsentia. nu. 8. de proba. dixi in consuet. Parisi. §. 14. nu. 16. Et latius. §. 139. nu. 19.

c ¶ Prǫualet.) Alexan. consi. 107. lib. 7. ubi dixi. Paul. consilio. 344. lib. 1. in nou.

tu proprio illud, quod obseruare tenetur, fingitur circũuentus, adeo quod contrarium probari non potest, quasi sit præsumptio iuris, & de iure, quæ probationem in contrarium non admittit; & ita secundum eum ampliatur, quod dicitur in dicto cap. cum olim. & quòd secunda concessio contraria primæ non ualeat, allegat Bald. textum in l. prædia. C. de loca. prædio. ciui. lib. 11. & subdit Bald. in dicto consilio, quod in principe debet esse constans voluntas tanquam in fonte iustitiæ, & quod in principibus conuenit illud verbum, semel loquutus est Deus, & quod scripsi, scripsi: & quod princeps debet habere vnum calamum, & vnam linguam, quia scriptum est, quæ procedunt de labiis meis, non faciam irrita. ideo debet princeps esse immobilis sicut lapis angularis, & sicut polus. Et in simili casu contra summum Pontificem arguit Petrus de Anchara. in consil. 240. Per prædicta. Ex quibus omnibus uidetur, quòd illa reuocatio primi priuilegij nõ attendatur, & ad tollendum omnem dubitationem, ex abundãti tamen, impetrata fuit noua confirmatio nouissimè de anno milesimoquingentesimouigesimoquinto Ad totum illud, quod disposuit dominus Ioannes Galeaz in eius testamento à præsenti serenissimo Imperatore Carolo V. & sic tam de iure communi, quàm uirtute huius vltimę confirmationis indubitanter concludendum est, quod testamentum domini Ioannis Galeaz debeat habere locum, & inuiolabiliter obseruari. Nõ obstat, quod attentis verbis priuilegij non videtur, quòd castrum Corrigiæ comprehendatur, cum dicitur de possessionibus castri Corrigiæ subiectis, & aliis locis feudalibus a nobis, & sacro Romano Imperio dependentibus. Ista verba, quæ respiciunt ea, quæ subijciuntur castro Corrigiæ, non uidentur ipsum castrum Corrigię comprehendere, argumen. capit. per exemptionem, de priuil. in 6. & facit text. in l. ex pupillari. ff. de vulgari & pupillari. & in l. quod per manus. ff. de iure codicil. Sed paucis respondetur, quod in casu isto materia fauorabilis est duplici ratione. Prima, quia agi-
20 tur de beneficio principis, † quòd late debet interpretari. l. fi. ff. de constitutio. prin. in capitul. cum dilecti de dona. Secunda ratio, quia priuilegium datum causa remunerationis debet late interpretari, ideo in materia fauorabili dispositio facta de accessorio habet locum in principali, ut not. Abb. in capitul. Rodulphus. de rescriptis. Et ad hoc bene facit, quia ubi agitur de probatione ex accessorio, probatur principale. l. secunda vbi Bald. C. de dotis promissio. Ista tamen in casu isto non sunt necessaria, quia ex aliis uerbis priuilegii supra relatis castrum Corrigiæ comprehensum videtur in illis verbis, & in alijs locis feudalibus a nobis, & a sacro Romano Imperio dependentibus: nam non videtur dubitandum, quòd castrum Corrigiæ non sit de locis feudalibus ab Imperio Romano, & ab ipso Imperatore depẽdẽtibus, & ideo in hoc dubitandum non videtur. Vltimò non obstat, quædam transactio facta inter ipsos agnatos, quod bona non exirent de familia: quia talis conuentio intelligitur salua authoritate superioris. l. fina. in princ. ff. ad munici. cap. venientes de iureiur. vbi Abba.
21 concludit, † quod doctor, qui se obligauit ad legendum reuocari potest a patria. & in notabili casu tradit Ioan. And. in cap. in malis, de regulis iuris in 6. in mercurialibus, ideo conuentio facta inter agnatos de Corrigia non potuit impedire, quominus Imperator potuerit disponere de dictis bonis, cum eius authoritas esse reseruata.

EPITOME Consi. CCCCCLXXXVII.

Martia mediante summa 2050. flo. ei solui promissa ab Hieronymo patruo pro sua dote, & pro omni portione hæreditatis præ defuncti renuntiat iuribus sibi in dicta hæreditate competentibus. Deinde Faustina eius soror intestata decessit, ad cuius hereditatem M. vocatam se dicebat. Sed Hieronymus ei opponit de statuto mulierem dotatam a successione excludenti. Respon. prædictis non obstantibus Hieronymo excluso Martiam ad huiusmodi successionem admitti debet.

SVMMARIVM.

1 *Statutum excludens dotatam ab hæreditate dotantis intelligitur. 8. 9.*
2 *Statutum si sororem dotatam excludat, si vlterius non procedat, ab hæreditate eius, qui dotauit, intelligitur, non autem vlterius.*
3 *Quia statuta sunt stricti iuris,*
4 *Statuto quis nunquam excluditur ab eo, quod sibi competit de iure communi, nisi a personis specificatis.*
5 *Statutum, quod patruus excludat matrem, non tamen excludet amitam,*
6 *Succedere, quando vna persona prohibetur, etiam descendentes excluduntur.*
7 *Statutum ad hoc, vt locum habeat, qualitas a statuto requisita verificari debet.*
10 *Ecclesiam dotando si quis iuspatronatus acquirere velit, dicere debet, quod illud pro ecclesia dotem exhibet,*



N causa quæ, in ciuitate Camerini agitatur, plenè, & accuratè scriptum fuit per dominum Nicolaum Camerinẽsem doctorem p. eclarissimũ, qui primo consuluit, & eius dicta secũdo loc, reassumpsit dominus Carolus Ruynus doctor celebratissimus, & vtriusque eorum conclusio est, quod Martia soror vtroque latere coniuncta succedat Faustinæ eius sorori defunctæ excluso Hieronymo patruo non obstante statuto, quod mulier dotata non succedat, & de subscriptione requisitus. Primo in tali
a statuto [a] considerandum est, † quod statutum excludens dotatam in
1 telligitur ab hæreditate dotantis, ut no. Bal. in l. 1. per gl. ibi. C. de
2 legiti. hæred. in versi. modò accidit. ubi inquit, † quod si statutum uelit, quod frater excludat sororem dotatam, si vlterius non procedit, intelligitur ab hæreditate eius, qui dotauit, non alterius: & sequitur Paul. de Cast. ibi in fin. qui ex hoc refert, quod si pater illam dotauit, non excluditur ab hæreditate matris. Et idem sequitur Paul. de Cast. consi. 338. Præsens casus. in ver. nam statutũ. in consi. 340. præsupposito. Alex. in consil. 29. Quoniam abundè. in versi. non obstat. in 1. lib. in consi. 15: Viso themate. in versi. & dum statutum. lib. 2. Maria. Soci. in consi. 30. Quamuis ex his. & secundum
* istam conclusionem, quæ * *communis* est, esset dicendum, quod cum ista Martia dotata fuerit a patruo, non debet excludi ab hæreditate sororis, quæ non dotauit. & ista conclusio de plano procederet, si statutum disponeret simpliciter, quod dotata non succedat & vlterius non procederet. Sed quia statutum vlterius procedit excludendo mulierem dotatam ab hæreditate eorum, qui nominati sunt in statuto, dato, quod non dotauerint, quia apparet de m. nte statuti, dictum Bal. in d. l. 1. non habet locum, ut declarat Paul. de Cast. in d. consi. 340. Præsupposito. & idem Alexan in d. consi. 29. idem Pau. de Cast. in consi. 347. In puncto quæritur. Rom. in cõsi. 485 In casu propositæ consultationis. cũ sim. ut dixi in consi. 344. Omissis his. Meritò domini consultores pro dicta Martia non faciunt fundamentum in d. Bal. in d. l. j. C de legiti. hæred. Sed recur
b runt ad aliud solidius [b] fundamentum, quod est, quod ista soror non videtur exclusa a statuto, quia de illa statutum non loquitur, arg. l. si vero. §. de viro. ff. sol. matr. l. si seruum. § non dixit prætor. ff. de acq. hære. l. at si quis. § diuus. ff. de religio. & hoc maxime videtur habere locum in isto statuto, quod est contra ius commune,
3 & debet stricte interpretari, † quia statuta sunt stricti iuris, ut not. Bar. in l. constitutionibus. ff. ad municip. & in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. in ver. 4. quero. & specialiter in proposito adduco quod not. Bal. in l. sed & milites. ff. de excusat. tuto. † vbi inquit,
4 quod a statuto quis nunquã excluditur ab eo, quod sibi competit de iure cõi, nisi a personis specificatis: unde secundum Bal. ibi licet filius excludat sororem, non tñ nepos excludit amitã, & dicit Bal. in l. illã. in prin. in 1. no. per illũ text. quod vbi cessant verba statuti, cessat statutum, & quod nouum statutũ non potest trahi ad casus à statuto non decisos, nec ad personas similes: † vnde infert, quod si statutum dicat, quod patruus excludat matrẽ, non tñ excluderet amitã. Item licet excluderet matrẽ non tñ excluderet sororẽ, de qua agitur in casu isto: & pari ratione si statutũ excludit amitã, non uidetur excludere materterã, ut no. Bal. in l. quod vero. in uer. item pone. ff. de legib. & si statutũ uelit, quod fratres patrueles excludãt matrẽ, nõ tñ excludũt amitã, de qua statutũ non loquitur, ut dicit Bal. in l. si qs. in ver. & facit ad quæstionẽ. C. ad Tertyl. Et si statutũ existẽte patruo excludit auum maternũ, nõ habet locũ, si cum auo materno concurrit auia materna, quia in tali casu patruus non succedit, sed auus cum auia admittuntur, ut Bal. tradit in d. l. si quis. C. ad Tertyl. in casu nostro de sorore scribit Pet. de Anch. in c. 1. de constit. in vers. capio nunc quartum memb. ũ. vbi refert collegiũ Perusinũ cõsuluisse in tali casu stãte statuto, quod existẽte patruo mater

ADDITIONES.

a ¶ Statuto.] quod est tale. Item statuimus, & ordinamus, quod si qua mulier fuerit, vel erit dotata a patre, uel matre, uel auo, uel auia paterna, uel fratre carnali, uel patruo carnali, non possit ipsa mulier dotata, nec descẽdentes ex ea reuerti ad hæreditatem, uel successionem prædictorum, nec alicuius eorum dotantium, uel non dotantium. vel descendentium ab eisdem vel aliquo prædictorum per lineam masculinam, quousque superuixerit aliquis masculus legitimus, & naturalis de prædictis, uel aliquo prædictorum vel descendentium ab eisdem, vel ab aliquo prædictorũ per lineam masculinam, ut refert Carol. Rui. li. 3. consi. 16. incip. In ciuitate Camerini extat statutum sub Rub. de dotibus, & dotatis mulieribus. quod consilium Decius hic citat, & sequitur.

b ¶ Solidius.) Sed certè istud est debilius prior, quia apparet, quod statutum loquitur et de quolibet descendenti ab eisdem, uel aliquo prædictorum per lineã masculinam, in quibus verbis continet hæc soror, quia descendit a patre, & sic a nominato in statuto, & per lineã masculinã, secus si defuncta esset soror vterina tantum, & sic superfluunt omnia sequẽtia vsque ad nu. 7.

mater filio non succedat, si extant mater, patruus, & soror, de qua sorore non fuit facta mentio in statuto, iste casus tanquam omissus remanet in dispositione iuris communis. & sequitur Alexand. in dicta lege illam. C. de colla. & dixi in consilio 71. allegato suprà per primum dominum consultorem. & ista conclusio bene procedit in sorore, de qua agitur, quæ non repræsentat matrem, ut dicit Baldus in dicta lege illam. in principio. secus esset in auia, quæ excluditur exclusa matre, quia venit repræsentando matrem, vt dicit Baldus in dicta lege illam. in principio. & Paul. de Castro ibi plenius declarat: & ad hoc est regula genera-
6 lis. † quod quando una persona prohibetur succedere, etiam descendentes excluduntur, vt not. Angel. per illum textum in §. reliquum. in versicul. ex diuersis. in Authen. de hæredib. ab intestato uen. facit text. in l. si uiua matre. C. de bon. mater in l. fina. C. de natura. liber. & notat Bald. in l. fina. in fin. C. de verbor. signifi. Cuma. in consi. 117. In testamento in principio Benedic. Capra in consi. 136. & si videatur. Alexand. in consil. 174. Super eo, de quo quæritur. libro quinto cum ergo soror non sit nominata in statuto nec veniat ex persona matris, concludendum est, quod non excludatur. Non obstat, si dicatur, ratio statuti, quæ excludit matrem, uidetur esse propter fauorem agnationis, quæ uidetur etiam militare in sorore, quia illa ratio agnationis conseruandæ restringitur in personis specificatis, ut sentit Bald. in dicta. l. sed & milites. ff. de excusation. tuto. & hoc videmus in statuto, quod excludit matrem extante patruo: nam non habet locum in patruo magno, ut not. Bald. in l. prima, C. de successo. edicto. cum similibus, ut ibi tradit Alexand. & idem Alexand. in consil. 97. Viso themate. libro secundo. Roma. in consil. 411. Quatuor sunt. in versic. tertiò principaliter. Marian. Socin. in consilio 30. Quamuis. & tamen in patruo magno militaret ratio agnationis conseruandæ, ex quo datur intelligi, quòd illa ratio non attenditur, nisi expressa sit; & quia in casu isto mulier excluditur ab hæreditate materna, ut patet in statuto, ex quo datur intelligi, quod statutum non videtur habere respectum ad agnationem, ut notat Paulus de Castro in cõsilio 340. Præsupposito, quòd dictum statutum. Illud etiam non uidetur prætermittendum, quod Bar. dicit in l. liberorum. in uersic. in hoc apparet. ff. de verborum significatio. quod cum a statuto ratio illa in fauorem agnationis non sit expressa in statuto, ab illa argui non potest. & idem Bald. in l. si defunctus. C. de suis, & legiti. Imol. in l. si vero. §. de viro. ff. solut. matrimo. Aretin. in consil. 27. Proponitur ex facto, Alex. in consilio 80. Viso, & animaduerso. in versicu. rursus dixit Bart. libro primo in consilio 97. Viso themate. circa finem libro secũdo, & in cõsilio 84. Animaduersis optimè his, quæ libro quarto. Secundo principaliter, quod statutum non habeat locum in ca-
7 su isto, probatur, † quia ad hoc, vt habeat locum statutum, qualitas requisita a statuto debet verificari, ut notat Bartol. in l. 1. §. ait prætor. ff. ne quid in flumine public. facit quod notat Ioannes And. in capitulo primo de homicid. in sexto, & statutũ, de quo agitur, loquitur de muliere dotata a patre, uel matre, vel auo materno, vel auia paterna, vel fratre carnali, vel patruo carnali: est ergo videndum, an ista mulier dotata fuerit a patruo, prout dicitur. & considerandum est, quod verbum hoc, dotata, quãdo mulier excluditur, intelligitur, quod dotata sit cum effectu de bonis dotantis, ut notat Baldus in lege neque mater pro filia. C.
8 de iure dotium. circa finem, † ubi inquit, in statuto cauetur, quod filia dotata a patre non habeat regressum ad bona patris, modo pater dotauit filiam de bonis matris, & sic non dotauit de bonis suis, concludit, quod non excludatur, quia in effectu nõ fuit dotata a patre. & idem dicit Baldus in dicta lege neque mater in fi-
9 ne, † si statutum dicit, quod soror dotata a fratre non succedat fratri, & frater dotauit sororem de propria portione sororis, tali casu soror non est exclusa ab hæreditate fratris, quia statutum verbum, dotare ius significat, & non actum nudi ministerii: allegat lege si res, quas. ff. de iure dotium. & in lege pater ex prouincia. ff. de manumis. vindic. & idem tenet Petrus de Ancharano in consilio 80. Retento ordine. & sequitur Cornel. in consi. 171. Licèt in hac consultatione. in versiculo item huiusmodi statuta. libro quarto. & Socin. in consilio 121. Visa contingentia facti. vbi ampliat dictum Baldi in dicta lege neque mater procedere etiamsi mulier fuisset dotata de bonis communibus cũ ipsa muliere dotata. Et cum dicta Martia fuerit dotata ab eius patruo Hieronymo hoc modo, quia promisit dictus Hieronymus patruus soluere pro dote, & pro omni rata, & portione hæreditatis paternæ florenos duo milia, & quinquaginta videtur quod ipsa Martia dotata fuerit de propriis eius bonis, & consequenter non uidetur exclusa a statuto, quia in effectu non videtur
a dotata a patruo [a] per suprà dicta. nam ipsa Martia potuit patri suo succedere, quia non erat dotata aliquo modo tempore mortis patris, ergo non erat exclusa, quia requiritur, quod sit dotata tempore mortis patris ad hoc, vt excludatur, vt tradit Bartol. in consilio. 31. Quidam decessit intestatus. & Bald. in l. si plures. in versi. iuxta prædicta. C. de condit. inser. & in ɔsi. 393. Quædam mulier Leoneta. lib. 1. Pet. de Ancha in cõsi. 300. Posset probabiliter dubitari. in prin. cum simi. vt dixi in consi. 24. allegato suprà per primum dñm cosultorem, & sic cum dicta Martia uideatur dotata de proprijs bonis, non vr̃ exclusa a statuto, per suprà dicta. Et hoc idem comprobatur, quia in casu isto in veritate illa qu antitas data à patruo, fuit data ex causa transactionis, vt patet ex instr̃o, quia dicta Martia remisit iura, quæ sibi competebant in hæreditate patris. & ad hoc, vt dicatur dotata, requiritur,
10 ꝙ expressè datum sit pro dote, † vt in simili habetur de eo, qui dotando ecclesiam velit acquirere iuspatronatus in ecclesia, debet specialiter dicere, quòd illud dat pro dote ecclesiæ, vt not. Abb. dicit in consi. 59. Quidam dominus Iacobus. lib. 2. & in ɔsi. 106. Prius iuxta ordinem. eo. lib. 2. & idem Abb. in c. quoniam. in verſ. & aduerte. de iurepatrona. Nec obstat, quòd hic expressum sit pro dote: quia effectus rei consideratur, non expressio nominis. l. si vno in prin. ff. loca. l. insulam. ff. de præscri. verbis. no. Bald. in l. 2. C. commoda. in rub. C. de iure emphy. in fin. Abb. in c. constitutus. in ver. & ex hoc. & tex. not. de religiosis domibus. vnde in veritate vr̃ datum pro transactione, non pro dote, vt effectus rei demonstrat. Postremo non obstat conclusioni suprà factæ in fauorem Martię, ꝙ in statuto licèt soror non sit exclusa nominatim, videtur tamen exclusa in consequentiam eorum, qui excluduntur, iuxta no. per Bar. in l. 2. §. videndum. ff. ad Tertyllia. & in l. liberorum. de verb. signi. quia respondetur, ut tradit Aretin. in consi. 158. Viso puncto. in versi. non obstat. & suprà dictum est, quòd per inclusionem agnatorum excluduntur cognati. sed nõ agnatæ, prout est soror, quæ est agnata, & in ea, dum viuit, ius agnationis conseruatur, ut dicit Alex. in consi. 5. Cõsideratis omnibus. lib. 6. & in consi. 89. Circa primum. eo. li. 6.

ADDITIO.

a ¶ Patruo.) Hoc tertium, & ultimum fundamentum est tota unica, & sufficiens ratio iustificatiua horum consiliorum, quia Martia non est dotata a patre uiuo, nec ab alio prædictorum, sed a seipsa, & sic cessat statutum.

EPITOME. Consi. CCCCCLXXXVIII.

Vsusfructus omnium bonorum non tenetur soluere legata, nec creditoribus, sed hæres debet soluere, & de resi duo hæreditatis præstabit vsumfructum legatario.

SVMMARIVM.

1 *Legata an ab hæredibus testatoris, uel ab usufructuario omnium bonorum solui debeant. 2. 3. 5.*
4 *Vsufructu legato omnium bonorum æs alienum prius solui debet.*
6 *Vsufructuarius omnium bonorum non concurrit in usufructu cum eo, cui in specie fundus simpliciter legatus sit.*
7 *Vsusfructus omnium bonorum quando uni legatus est, & alteri fundus simpliciter, proprietas, & usus fructus non habent se ut genus, & species.*
8 *Legato usus fructus omnium bonorũ legitima filiorum detrahi debet, quæ filiis cum proprietate, & vsufructu debetur.*
9 *Exceptio est de regula.*

Testator reliquit filię usumfructum omnium, & singulorum bonorum mobilium, & immobilium, & se mouentium vbicunque positorum alijs institutis hæredibus, & relictis pluribus particularibus lega-
1 tis: † vnde quæritur, an dicta legata debeant solui a dictis hæredibus, vel ab ipsa vsufructuaria omnium bonorum. Ista quęstio est
2 satis notabilis, quam ponit Bar. in l. fi. in fi. ff. de vsufru. lega. † ubi concludit, quòd onus soluendi legata incumbit hæredibus, & non illi, cui legatus sit vsusfructus omnium bonorum, per l. Sempronio. in princip. ff. de vsufru. lega. & clarius probatur in l. si alij. ff. eod. titu. vbi legatum vsusfructus concurrit in vsufructu cum eo, cui legatus sit fundus simpliciter. Ex hoc videtur inferri secũdum Barto. quòd legata non debeant præstari ab vsufructuario omnium bonorum, sed ab hærede: & hoc videtur procedere se-
3 cundum regulam, † quia legata debẽt solui ab hęredibus, & alia onera hæreditaria. l. j. C. si cert. pet. l. pro hæreditarijs. C. de hære. actio. & de leg. est text. in l. legatorum. in prin. de lega. 2. in l. turpia. §. fina. de lega. 1. in l. utrum. §. fin. ff. de rebus dubijs. & decisionem Barto. in d. l. fina tenet Bald. in consi. 185. Circa dubitationem prædictam. in princip. in 2. lib. & sequitur Ange. Aret. in §. constituitur. circa fin. institut. de usufruct. & in tractatu de testamen. in

ſtamen. in verbo, Item reliquit dominam B. eius uxorem. circa finem.& idem Alexan.in conſi.56.Perlectis verbis teſtamenti.in verſi.accedit,quòd not.Barto.lib.3.& Guido Papæ in quæſtioni bus ſuis in quæſtione 541. Quidam teſtator. & idem concludit Alex.in l.vſufructu bonorum.ff.ad legem Falcidiam.ibi, dum in quit, puto, quòd etiam uſufructuarius omnium bonorum non teneatur ſoluere legata, quia omnes legatarij debent eſſe pares. allegat l.quærebatur.ff.ad legem Falcid. & ſecundum iſtam opinionem Barto. nouiſſime conſuluit, Corne. in conſi.195. Circa quod licet prima facie.lib.4. vbi plura in contrarium adducit, & reſpondet firmando opinionem Barto.generaliter, prout loquitur,& gratia breuitatis non refero.& ibi ponderat verba vniuerſalia legati, prout etiam in caſu noſtro reperiuntur. Ex quibus omnibus patet iſtam eſſe * *communem* opinionem, a qua in iudicando non videtur eſſe recedendum.& licèt Barto.in d.l.fin.ff. de vſufructu lega. videatur facere differentiam inter creditores, & legatarios: quia ſecundum eum vſufructuarius omnium bonorum tenetur ſatisfacere credibus. Sed tamen * *communis* opinio [a] eſt in contrarium, ut dicit Alex. in l.ſi filio.§.ſi vir in quinquennium.& ita videtur, vt colligitur ex his, quæ Alex. tradit in l.vſufructu bonorum ſuprà allegata:nam per illum tex.ibi probatur, † quòd legato vſufructu omnium bonorum prius debet ſolui æs alienum,& allegando illum tex. hoc tenet Pau. de Caſtr. in conſi.388.In cauſa, quæ uertitur Bononiæ in verſicu.uidendum eſt ergo.& in alio conſilio 460.Dubium, de quo quæritur. in fin. in nouis. in quibus concludit, quòd creditoribus debet ſolutio fieri ab hærede l.1.C.ſi certũ petatur.l.1.& 2.C de hæredi. actio. & hæres debet ſatisfacere creditoribus de bonis hæreditatis, & hoc modo hæres priuatus erit proprietate,& uſufructuarius uſufructu in rebus alienatis pro ære alieno diſſoluendo, & dicit eſſe text.in d.l.vſufructu.& idem tenet Paul.de Caſtr. in l.fina.§.ſin autem æs alienum.C.de bonis,quæ liber.per illum text. qui eſt contra Barto.in dicta l.fina.de vſufruct.legat. & idem concludit Bal. in conſi.209. Titius in teſtamento.in verſicu.tertio quæritur.in

5 in 3.lib. † ubi inquit,quòd æs alienum debet ſolui ab hærede, qui eſt obligatus creditoribus, & non ab uſufructuario, qui non eſt obligatus creditoribus,& ſecundum Paul.de Caſt. in dicto conſilio 388.practica eſt,quòd hæres,antequam tradat bona vſufructuario,deducat æs alienum,& uendat bona mobilia, & immobilia, ſi aliter ſolui non poteſt: & ſic pro alienatis pro ære alieno hæres minus habebit de proprietate,& vſufructuarius de uſufructu,ut ſuprà dictum eſt. & idem dicẽdum eſt de leg. quæ debent ſolui ab hæredibus ſecundum Barto. in d. l. fina de uſufructu legato cum ſimilibus ſuprà allegatis.Nõ obſtat, quòd contra Bar. in d.l.fina.tenet Bald in l.quoties.famil.erciſcun. in uerſi.& præ-

6 dicta faciunt ad quæſtionem, † ubi uoluit, quòd uſufructuarius omnium bonorum non concurrat in uſufructu cum eo, cui in ſpecie [b] legatus ſit fundus ſimpliciter, quia generi per ſpeciem derogatur,in regula gener.de reg.iu in 6.in l.uxorem §. fœliciſſimo.de leg.4.c.paſtoralis.§. nos autem. de reſcrip. ideo de legato generali uſusfructus omnium bonorum, quòd eximatur uſusfructus fundi alicui relicti in ſpecie,& in d.l.quoties.Bal.reſpondet ad l.ſi alij.& l.Sempronio.in princi.de uſufru.leg. quibus mouetur Barto.in d.l.fin.quòd in dictis iuribus erant legatarij particulares,ideo concurrunt,& unus alium non excludit,ſecus uidetur in caſu iſto,in quo legatum ſpeciale concurrit cum generali, & generi per ſpeciem derogatur,ut dictum eſt,& iſtam opinionẽ Bald.æquiorem dicit Ange. Aret.inſtitu.de uſufru.& not.Bald.in conſi.189.Super alio conſi.in 2.lib.non tamen uidetur recedendum ab opinione Barto. * quæ *communis* eſt,& illam Bald.etiam ſequitur in conſi. ſuprà alleg.185.in 2. lib. ubi ipſe reſpondet ad rationem,quam adducit in d.l.quoties:& dicit, quòd in caſu d.l.

7 ſi alij.& in quæſtione, † quando uni legatus eſt uſusfructus omnium bonorum,& alteri fundus ſimpliciter, proprietas, & uſusfructus non habent ſe ut genus, & ſpecies. alleg. Dyn. in regula generi.de regu.iur.in 6.& not.Barto.in l.quæſitum.§.ſi quis fundum.in uerſi.ulterius habeo uidere.ff.de fundo inſtru.ubi ad propoſitum dicit,quòd quando uni legatur genus reſpectu uſusfructus,& alteri ſpecies reſpectu proprietatis,& tunc generi per ſpeciem non derogatur, ſed concurrunt.d.l.Sempronio. in prin. & d.l.ſi alij. ſic ergo regula generi per ſpeciem procedit,quando cõcurrunt genus,& ſpecies in eodem iure, ut quia teſtator legauit uni domum, & alteri legauit omnia bona immobilia, tunc bene procedit regula generi per ſpeciem. quia de eodem iure proprietatis agitur in genere, & in ſpecie: ſecus ſi in genere agatur de uno iure, puta de uſufructu, & in ſpecie de alio iure, puta de proprietate, quia tunc generi per ſpeciem non derogatur. d.l.ſi alij. cum ſimilib. Non obſt. text. in l. fina.§.ſin autem.C.de bon. quæ libe.quia ad illum text.reſpondet Alexan. in d.l.uſufructu. in fin.ff.ad legem Falcid.uel melius reſponderi poteſt, quòd pater ibi non ſoluit ratione uſusfructus, ſed ut adminiſtrator filij hæredis,ut ibi text.dicit expreſſe nomine filii, ideo uidetur ſolue re,ut hæres, & ſic uidetur probare, quòd ſolutio debeat fieri ab hærede. Et reaſſumendo breuiter omnia, quæ ſupradicta ſunt, reſolutio eſt,quòd onus oneris alieni,& legatorum ſpectat ad ipſos hæredes,qui de bonis hæreditariis debent ſoluere, & creditoribus, & pariter ſatisfacere tenentur legatariis: & quatenus ad illum effectum neceſſarium erit alienare bona hæreditaria, ius hæredis erit diminutum in proprietate, & ius vſusfructus in vſu

8 fructu. † Et de legato vſusfructum omnium bonorum deberet detrahi legitima filiorum, quæ debetur filiis cum proprietate, & vſufructu, vt not. per gloſſ. in authentic. nouiſſima. in verbo, vſufruct. in l. quoniam in prioribus. in gloſſ. ſecunda. C.de inofficio teſtamen.not.Barto.in l.uxori meæ.ff. de vſufruct. lega. & in conſilio quinquageſimoſexto.Bartholomæus fecit teſtamẽtum.in ſecundo dubio. Alexander in conſilio quinquageſimoſeptimo. Ponderatis verbis teſtamenti dom. Ioan. lib.tertio. & in conſilio 214. Ponderatis verbis teſtamenti ſer Andreæ. in fin. lib.6.& facit text in §.prohibemus.in Authent.de trien.& ſemiſ. & iſta legitima deducitur ſoluto prius ære alieno. l. Papinianus. §.quarta autem.ff.de inoffic.teſtamen.In ſecundo dubio res non videtur habere difficultatem: primo enim conſiderandum eſt, quòd ſi vtrunque legatum habuiſſet locum, ex quo in vtroque legato agitur de uſufructu, in iſto caſu domina Alexandra, cui generaliter legatus fuit vſusfructus omnium bonorum, non debuiſſet concurrere cum domin.Ioann.vxore teſtatoris, cui legatus fuit ſpecialiter vſusfructus domus teſtatoris, & poderis de Monte Falconi: quia haberet locum regula, generi per ſpeciem derogatur, vt Bald. tradit in d.l. quoties, & non procederet textus in d. l. ſi alij. de uſufruct. legat. ſecundum reſolutionem factam ſuprà in primo dubio. Et hoc maxime videtur procedere in caſu iſto,in quo à legato generali uſusfructus omnium bonorum excipitur expreſſe vſusfructus relictus dictæ Ioannæ, vt patet in teſtamento ibi,excepto,quòd podere dicti teſtatoris, &c. & in hoc res eſſet clara, & non eſſet opus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. de verborum obligat. l. ille, aut ille. §. cum in verbis. de lega. tertio. vbi Bartol. ſi ipſa domi. Ioan. accepiſſet legatum,verum quia domi.Ioann.repudiauit legatum, quia noluit adimplere conditionem legati, ut narratur. Vnde quæritur, an illa pars uſusfructus, quam Ioanna vxor noluit accipere, pertineat ad hæredes,uel ad dom. Alexan.vſufructuariam.& in hoc non videtur dubitandum, quia in teſtamẽto expreſſe diſponitur ibi caſu uero, quo dicta domina Ioanna uidua in dicta domo dicti teſtatoris, ut ſuprà, non ſteterit, vt ſuprà, tunc,& eo caſu etiã dictam Alexandram,& dictos eius filios maſculos,ut ſuprà, vſufructuarios reliquit dictæ medietatis poſſeſſionum Montis Falconi,& aliorum omnium ad vſufructuandum ſuprà dictæ dominæ Ioannæ eius uxori, firmo etiam ſtante alio vſufructu omniũ bonorum, ut ſupra, dictæ Alexandræ, & eius filiis relicto, &c. prædicta uerba clara ſunt, & manifeſtam oſtendunt uoluntatem teſtatoris, à qua non eſt recedendum. l. tertia. C.de libe.præte.l. in conditionibus primum locum.in princip. de conditio. & demonſtratio.nam in legato uſusfructus omnium bonorum mobilium teſtatoris facto dom. Alexandræ comprehendebatur uſusfructus relictus dictæ dominæ Ioannæ, quia qui omne dicit, nihil excludit l.à procuratore.C.manda.l.Iulianus.de lega. tertio. & probatur etiam ex eo, quòd à legato uſusfructus omnium bonorum mobilium,& immobilium facto dominæ Alexandræ ex-

9 cipitur uſusfructus relictus dominæ Ioannæ, † & exceptio eſt de regula, ut not. in rubric. de regulis iuris in ſexto. per Dyn. in fin. & tradit Bartol. in l. prima. in fin. ff. de regulis iuris, & in l.in his. ff. de legib. ergo uidetur, quòd in legato generali uſusfructus comprehenditur uſusfructus ſpecialis relictus dominæ Ioannæ, & quia ſpecies continetur ſub genere. l. ſi quid eorum. §. interemptum. ff. de legat. tertio l. inter agnatos. ff. unde legitimi. & non uidetur dubitandum, quòd in generali, & uniuerſali legato uſusfructus omnium bonorum uſusfructus relictus ſpecialiter dominæ Ioannæ comprehenſus fuiſſet, ſi exceptio facta non fuiſſet,& cum exceptio non habuerit locum propter repudiationem factam à domina Ioanna,ille ſpecialis uſusfructus videtur remanere ſub generali legato vſusfructus relicto dominæ Alexandræ, per ſuprà dicta. & ſi in hoc eſſet aliqua dubitatio, illa ex toto tollitur propter expreſſam diſpoſitionem teſtatoris, qui voluit caſu, quo domina Ioanna non haberet legatum ſibi relictum, quòd ad ipſam dominam Alexandram pertineret; & cum in hoc explorata ſit voluntas teſtatoris, abſque dubio hoc videtur procedere per ſuprà dicta.

ADDITIONES.

a ¶ Opinio.) dixi ſuprà ſuper conſi.483.

b ¶ Specie.) uide infrà conſi.605.nu.7.ubi dicam.

EPITOME. Consi. CCCCCXC.

Bona secundi mariti sunt obligata pro uxore, quę transiuit ad secunda uota non reddita ratione administrationis tutelæ filiorum primi matrimonii.l.pen. C.in quibus cau. pig.uel hypo.taci. contraha. & quando illa lex habeat locum.

SUMMARIUM.

1 *Bona secundi mariti sunt obligata pro muliere, quæ suscepta legitima tutela liberorum ad secundas nuptias transiuit, &c.*
2 *Legis dispositio locum non habet, quando legis verba verificari non possunt.3.4.*
5 *Mater, quæ administrauit tutela non suscepta transeundo ad secunda vota, non incurrit pœnas, quæ imponuntur illis, qui suscepta tutela administrauerunt.*
6 *Probatio per iuramentum fieri potest contra illum, qui deliquit.*
7 *Sententia lata contra vnum alteri non nocet.*



Ex.in l.penul. C.in quib.cau. pig. vel hypo-
1 the.taci.contraha.dicit,† ꝙ bona secundi mariti sunt obligata ꝓ muliere, quæ suscepta legitima tutela liberorum ad secũdas nuptias trãsiuit, antequam alium tutorem fecerit ordinari, & antequam soluerit, quod debetur ex ratione tutelæ administratæ, & est casus specialis, in quo maritus pro vxore obligatur: ad idem tex.in l.2.in uer. sed ne sit facilis.C quando muli.tut.offi. fung.ubi Salyc.in ult.not.& Soc. in consi.180.Diligenter.Pet.de Anch.in consi.316.In causa, quæ uertitur in prin.unde quæritur, an dispositio d.l.penul.habeat locum in isto casu, in quo mulier nõ suscepit legitimè tutelam, sed de facto administrauit. Et prima facie uidetur dicendum, ꝙ sic,
a quia ista, quæ de facto administrauit, nõ debet esse melioris [a] conditionis, quam illa, quę legitimè tutelam suscepit, arg.c.eum qui. de præben.in 6.in l.si à domino.§ si prædo.ff.de peti. hæred.in l. non solum.ff.de noxa.& in l. Seruius.ff. qđ ui, aut clam.& quia dispositio.d.l.pen.uidetur facta in fauorem pupillorum, quibus ratio administrationis reddi debet, ista ratio vr̃ omnino militare in ista muliere q̃ de facto administrauit.ar.l.1.§. officio.de tute.& ratio.distrahen. quæ loquitur in tutore, & secundum Iacob.de Are.habet locum in quolibet administratore, & Bal.ibi idem dicit, & in matre, quæ de facto administrauit, tradit Petr.de Anch. in consi.316 In causa quæ uertitur.in prin.cum si.ut dixi in consi. 110.Verè ut puto.& in consi.178.In causa, quæ proponitur.in prin.Sed tamen his non obstantibus contrarium uidetur de iure dicendum, uidelicet ꝙ d.l.pen. non habeat locum in isto casu.& pro fundamento præmittendum est, ꝙ dispositio d. l. penul.est odiosa, quatenus obligat bona mariti pro uxore cõtra regulam, quæ habetur in rubr.C.ne uxor pro marito.nam ꝙ unus pro alio teneatur, est odiosum, ut tradit Ioan.And.in addit.Spec.in rubr. qui filii sint legit.in uer. quæstionem de statuto. & not.Angel.in consi.61.Quæritur, vbi statutum, quod obligat filium pro patre, secundum eum dicitur odiosum, & debet restringi.cum similib. ut dixi in consil.257.In causa domini Marci de Pares.Hoc præmisso illa l.pen.debet tanquam odiosa strictè intelligi, & restringi, & à fortiori non debet habere locum in casu, in quo uerba d.l.
2 non conueniunt: † & est regula cõmunis, ꝙ dispositio legis non habet locum, quando uerba legis uerificari non possunt.l.4.§. toties.de dam.infect.ubi Bar.l.ita autem.in prin.ff.de admi. tuto.facit text.in l.hos accusare.§.omnibus.ff. de accusationib.in cap.indemnitatibus.§.penul.de elect.in 6. sed verba d.l.pen.in casu nostro non conueniunt, quia loquitur in muliere, quæ suscepta tutela liberorum transiuit ad secundas nuptias, & hoc non uerificatur in isto casu, in quo ista mulier non suscepit tutelam. Secundo, quia loquitur d.l.penul.in muliere, quæ ad secunda uota transiuit, antequam alium tutorem fecerit ordinari, & hoc esse in casu isto non potuit uerificari, quia filiæ erant puberes, & nuptæ, ut narratur, pro quibus tutor peti non potuisset, quia erat finita tutela propter pubertatem.insti.quib.mo.tute.fini.in prin.Tertio, quia d.l.pen.intelligitur in muliere, quæ secundas contraxit nuptias tempore, quo tutelam administrabat, & tali casu maritus punitur, ut colligitur in d.l.2 C.quan.mul.tute.offi. ibi, qui tutelam gerentis affectauit nuptias. & hoc etiam non potest in casu proposito uerificari, cum esset finita tutela pubertate, ut suprà
3 dixi.Et prædicta confirmantur,† quia quando in lege, uel statuto pœna imponitur aliquo præsupposito, si illud præsuppositum non uerificatur, pœna non habet locum, ut est dictum Iac. Butr.
4 in l.mancipia.C.de seru.fug. & sequitur ibi Saly.& Fulg.† ubi dicunt, ꝙ si statutum uelit, ꝙ turbans aliquem in possessione puniatur certa pœna, & restituat possessionem, non habebit locum pœna statuti, nisi eo casu, quo restitutio possessionis fieri possit prout à statuto præsupponitur.& hoc dictũ pro nota.ponit Ro-
b man. [b] in singula 486. Statutum puniens. pariter uidetur in isto casu, quia pœna quę imponitur marito contrahenti matrimoniũ cum illa, quæ tutelã administrauit, ut eius bona sint obligata pro mala administratione mulieris, cum qua contraxit, habet locum præsupposito, ꝙ dicta mulier susceperit tutelam legitimè, & qñ non fecit alium tutorem ordinari, & eo casu, quo secundus maritus contraxit illa administrante tutelã, ut supra dictum est, & cum prædicta non possint uerificari, dicta pœna non uidetur habere locum. Et ulterius hoc idem comprobatur, quia pœna, quæ
c imponitur marito, [c] habet locum pro illa, quæ fuit tutrix legitima, & non debet habere locum in ista muliere, quæ non fuit tutrix, sed se intrusit pro tutrice per tex.in l.fi. C.de inter.matri.ubi dispositio, quæ de tutore loquitur, non habet locum in eo, qui officium tutoris usurpauit.& per illum tex.dicit Bal.in l.omnem. uersi.quid si mater.C.ad Tertyllianum ꝙ lex pœnalis, que loquitur in tutrice, non habet locum illa, quæ gerit se pro tutrice, & de facto administrauit.& ad idem bene facit, quod notat Bal.in l.cũ oportet.§.fin.de bonis, quæ liber.in uersiculo modo incidenter
5 quero.ubi concludit,† ꝙ mater, quæ administrauit non suscepta tutela ad secunda uota transeundo, non incurrit pœnas, quæ imponũtur illis, quę suscepta tutela administrauerunt: quia illa, quę tutelam non suscepit, illam non spreuit, nec contra fidem officii nupsit. Postremo considerandum est, ꝙ hic agitur contra secundum maritum, qui non deliquit, sed propter factum vxoris cõuenit: unde dato, non tñ concesso, ꝙ mater, quę de facto administrauit, teneatur reddere rationem administrationis, sicut illa, quę legitimè tutelam suscepit, & administrauit, hoc non uidetur habere locum in secũdo marito, cuius bona sunt obligata pro uxore: quia ista obligatio pro alio debet strictè intelligi, ut supra di-
6 ctum est † Et uidemus, ꝙ probatio, quę potest fieri per iuramentum contra illum, qui deliquit in casu l.si qñ. C.unde ui.in c.fi.ꝙ met.cau.talis probatio priuilegiata per iuramentum nõ habet lo-
d cum ꝯ alium qui ex delicto, alterius [d] conuenitur, ut no.Bar.in d. l.si quando. & l.1.ff. qñ ex facto tut.in l.ne quid. ff. de incen. rui. naufra.cum si.& ideo non omnia, quæ haberent locum ꝯ ipsam mulierem. quæ deliquit, procederent ꝯ maritum, qui ex facto uxoris cõuenitur, quia odiosum est, ut dixi, ꝙ unus pro alio teneatur: vñ cum in casu nostro non cõcurrant qualitates requisitę in d l.pen. C in quibus cau. hypothe.taci.contrah.ut s̃.latè dictum fuit; concludendum est, ꝙ non habeat locum, & ita ex s̃.dictis concurro in sententiam clarissimi V.I.D. do. Petri Calesati, qui prius consuluit.Non ob.alle.s̃.in ꝯrium, quia haberent locum, si ageretur contra ipsam mulierem, quę deliquit, secus vr̃ in casu isto, ubi agitur ꝯ maritum, qui non deliquit, & eius bona obligata sunt limitatè.prout loquitur tex.in d.l.pen. & in casu proposito non concurrunt qualitates, quę in d.l.penul.requiruntur, ut s̃. dictum fuit. Non uidetur etiam omittendum, ꝙ illa sententia lata contra matrem, quę de facto administrauit, non debet nocere
7 marito, qui in tali sententia non fuit citatus: † unde sententia la-
e ta contra unum alteri non nocet. [e] l.sępe.ff.de re iudica.& in rub. C.res inter alios acta.& in c.quamuis, de re iudica.

ADDITIONES.

a ¶ Melioris.) Nec eius maritus, imo potius deterioris, quàm si rite præstito iuramento, & renuntiationibus, de quibus C.quando mulier tutelę &c. & minus debet hoc casu maritus excusari, cum verba d.l.pen. conueniunt vtriq; casui, quia non loquitur de legitima, seu solemniter suscepta tutela legitima, sed de suscepta simpliciter, & sic vtrunq; est hęc veritas.& Dec. hic male consuluit, cum tacita hypotheca ęque a iure datur in procuratorem, sicut in tutorem, glo. Petr. Sali.& omnes.l.pro officio.C.de admi.tut.

b ¶ Roma.) Singu.489.in li.meo.dixi supra consi.199.nu.2.

c ¶ Quę imponitur marito.) Hęc est fallacia petitionis principij, quia l.si tutor.C.de interd.mat. de qua Dec.hic tacitè intelligit, non loquitur de omni pœna, sed duntaxat de pœna tutoris solemnis, qui contra iuramentum solemne, contra fidem publicè datam, contra præceptum iudicis, contra leges formales, spreta dispensatione principis sibi. vel filio suo rationibus non redditis pupillam, vel adultam suam dat vxorem, vnde tam odiosa pœna d.l.matrimonium dirimens non debet extendi in simplici pro tutore, vel gestore, in quo non concurrunt simul tot rationes, tum pœna illę iam non tam erant tolerabiles tempore l.vlt. C.eo.tit, quàm tempore d l. si tutor.vt plenius dixi in nouis intellectibus.

d ¶ Alterius.] Non est ad propositum, quia hic ex propria culpa, & facto, & dolo presumpto.

e ¶ Nocet.] Transeat nisi ad qualem qualem presumptionem arbitrariam iuxt.gl & doct.in l.si duo patroni.in prin.gl.vlt.de iureiur, sed satis est eum hypothecaria teneri.

EPITOME Consi. CCCCCXCII.

Res Authoritate iudicis uendita, aut creditori adiudicata cum decreto in solutum data non potest à debitore, vel eius hæredibus euocari, quinimo inuiolabiliter obseruanda est.

SUMMARIUM.

1 *Datio insolutum quo casu retractari possit. 3. 4.*
2 *Creditori quando res in solutum data est, creditor dominus efficitur, debitor tamen rediens intra biennium auditur.*



IN causa dominæ Sandræ vxoris olim Bastiani Laurentii, quæ coram magnifico Vicario
1 Laris agitatur, in effectu quæritur, † an datio in solutum, quæ fuit facta causa cognita cum authoritate iudicis de quadam domo, ut cōstat in actis, retractari, & reuocari possit ab hæredibus debitoris, qui nunc uolunt soluere quantitatem, pro qua domus prædicta fuit data in solutum. Et prima facie uideretur dicendum, ꝙ hæredes debitoris, qui instant ad recuperationem dictæ domus, deberent audiri, ex eo, ꝙ no. Bart. in l. si finita. §. Iulianus. in fi. ff. de dam. infec.
2 † vbi dicit, ꝙ quando creditori res data est in solutum, creditor efficitur dominus; dicit tamen, ꝙ debitor rediens audietur intra
a biennium,[a] si velit debitum soluere, per l. fi. C. de iure domi. impe. & idem uidetur tenere Bal. in l. 2. §. si absens. in uer. ex hoc habes. ff. si ex noxali cau. agatur. ubi dixi hoc procedere, nisi per statuta terrarū aliter sit prouisum, quia statuta debent seruari: alleg. gl. in d. l. fi. C. de iure dom. impe. quæ hoc dicit ibi in uerbo, recuperare. Sed breuiter his, & similibus non obstantibus in contra-
* rium est uerior, & magis * *communis* opinio, ut Alex. concludit in l. si finita. §. Iulianus de dam. infect. & sic stat conclusio, ꝙ res data in solutū cum authoritate iudicis non potest reuocari. & probatur ista cōclusio in d. l. si finita. in § illud quæritur. uersi. posteà autem quam. ff. de dam. infec. ubi dicitur, postea autē quàm quis possidere iure dominij à prætore iussus est, nequaquā locus erit cautionis oblationi. & ita ait Labeo, cæterum nullus inquit finis rei inueniretur, & hoc est verissimum. ita tex. ibi dicit: & cum generaliter ibi loquatur, & ratio infinitatis euitandæ, quæ ibi allegatur, generalis sit, illud dictum generaliter intelligitur. & in ista conclusione concordat gl. in l. properandum. §. sinautem reus C. de iudic. in verbo, audiatur. & in l. 2. gl. fi. C. vbi in rem actio. & in d. ver. postea autem. in verbo, obligation. & in c. contingit. de dolo, & contum. in gl. fi. dum allegat l. si prius. C. de distract. pigno. & in c. quoniam frequenter. §. fi. in gl. fi. & idem tenet Ang. in d. l. si finita. §. si plures. ff. de dam. infect. vbi tenet cōtra Bar. in d. §. Iulianus. per text. in d. §. postea autem. vbi dicit esse casum. & in l. à diuo Pio. §. si post aditum ff. de re iudi. & respondet ad dictam l. fin. C. de iure domi. impet. ꝙ loquitur in pignore conuentionali dato creditori ex rescripto principis, quia creditor dicti pignoris nō inueniebat emptorem: in casu isto agitur de pignore prætorio dato in solutum secundum ordinem iuris. & idem contra Bar. tenet Imol. in d. l. si finita. §. postea autem ubi refert Ang. & sequitur, & idem videtur tenere Pau. de Cast. ibi in fi. ubi dicit, ꝙ iustum fuit ita prouidere, ne res esset semper in suspenso. & idē concludit Bal. in l. fin. circa finē. C. de bo. autho. iudi. possi. vbi inquit, ꝙ tex. in d. l. fi. C. de iure do. impe. loquitur in rescripto principis, quia datur tunc biennium ad redimendum: secus esse dicit, si per iudicem res venditæ sint, vel adiudicatę, quia nō datur regressus. d. l. si finita. §. postea autem. & cum prædictis concordat Salyc. in authen. & qui iurat. in ver. quæro decimo. C. de bo. autho. iudic.
3 possi. vbi inquit, † ꝙ postea quàm res data fuit in solutum creditori, debitor non debet audiri. Non obstat dicta lex fi. quia loquitur secundum eum in quadam sententia interlocutoria: & idem concludit Imol. in l. debitoribus. circa fin. ff. de re iudic. vbi alleg. Spec. qui hoc tenet in titul. de secundo decreto. §. iuxta ver. quid si ille redeat post venditionem. & ex prædictis iustificatur
* cōclusio Alexandri, ꝙ verior sit ista opinio, & magis * *communis*, pro qua Alex. postremo adducit in d. §. Iulianus. in fi. quia secundum decretum habet vim diffinitiuæ, vt no. Bal. in l. cum & minores. in prin. C. si aduer. rem iud. in l. 2. §. si absens. in 10. q. ff. si ex noxa. cau. aga. cum si. vt ipse Alex. tradit in l. 1. in glo. in verbo, possessionē. ff. de iurisd. om. iudi. Cum ergo uim habeat diffinitiuæ, illi est standum. l. 1. C. de re iudi. in ca. quo ad consultationem. de re iudi. & ita resider Alex. in d. §. Iulianus. in fi. Et vlterius ista cōclusio comprobari potest per text. in l. successores. C. de solutio.
4 † vbi datio in solutum reuocari non potest: & venditio semel facta rescindi non potest, etiam cum rescripto Imperatoris. lege de contractu. C. de rescinden. vendit. & etiam si quis velit restituere duplicatum pretium inuito emptore non rescinditur. l. non est. C. eodem titulo. & quod dicitur de venditione, idem videtur esse in datione in solutum, quæ venditioni similis est. l. fin. ff. ex quib. cau. in poss. ea. in l. si prædium. in fi. C. de euict. notat Bart. in l. 1. §. cum prædium. ff. de pigno. & quod no. Bar. in l. liberta. C. de senten. not. in lege eleganter in princ. ff. de pigno. actio. & tradit Aretin. in consil. 160. Longa est ista consultatio. in versic. venio ad quartum. & hoc confirmatur à statuto, in quo dicitur, quòd talis datio in solutum habeat effectum, ac si vēditio facta fuisset, & cum statutum ita velit, non videtur dubitandum. & not. per glo. in d. l. fin. C. de iure do. impe. & Bal. in d. l. 2. ff. si ex noxal. cau. aga. & ex omibus suprà dictis remanet firmata conclusio, quòd datio in solutum facta de dicta domo non potest reuocari, sed debet inuiolabiliter obseruari.

ADDITIO.

a ¶ Biennium.) Dixi ad Alex. consi. 11. nu. 2. libr. 5. adde Anton. Negusant. tract. de pig. in tertio membro 5. partis. nu. 8. cum seq. & dixi in tract. vsura. q. 345. & latius in consuet. Paris. tit. 17.

EPITOME Consi. CCCCCXCIII.

Quando annus inceptus habeatur pro completo: & relatio videtur facta ad principale, & non ad qualitates; & in dubio non videtur fideicommissum habere locum.

SUMMARIUM.

1 *Clausula, ante vigesimumquintum annum in accusatiuo quid importare videatur.*
2 *Testamenti vna pars secundum aliam intelligitur.*
3 *Clausula, ante tempus significat ante principium actus.*
4 *Accusatus de adulterio commisso cum Berta vxore Titij, si confiteatur simpliciter cognouisse dictam Bertam, non videtur confiteri illam esse vxorem Titij.*
5 *Fideicommissi de onere vbi agitur, filiorum appellatione nepotes non veniunt.*
6 *Testatoris de voluntate quando non constat, maior fauor debet præstari filiis, & descendentibus testatoris, quàm eius fratribus.*



VIso puncto, & diligenter consideratis verbis testamenti domini Philippi Mariæ de Bolognetis quæritur, an habeat locum fideicommissum, in quo vocati sunt fratres testatoris post mortem vltimi filij decedentis. & primo motu videretur dicendum, ꝙ sic, quia iniunctum fuit fideicōmissum filiis decedentibus ante 25. annū suæ ætatis: & vltimo decedente, cui facta fuit substitutio, cum decesserit in 25. anno inchoato, & non perfecto, videtur habere lo-
1 cum fideicommissum, † quia illa verba, ante 25. annum in accusatiuo prolata videntur importare annū perfectum, & consummatum. l. si in annos. ff. de condit. & demonst. & not. Bart. in l. qui hoc anno. ff. de verbo. obl. Bald post Cy. in additio. in l. si cui. la 1. in princip. in 2. opp. de leg. 1. & in d. l. si in annos & ista conclusio clara videtur in isto casu, in quo testator expresse dicit, ꝙ casu, quo contigerit omnes eius filios legitimos, & naturales masculos mori, antequam compleuerint 25. suæ ætatis annum sine filijs legitimis, & naturalibus, tunc, & eo casu ipse testator voluit regimen, & gubernationem omnium suorum bonorum relictam supradictæ dominæ Gentili eius vxori finitam esse, & finiri debere. & sic patet, quòd in isto cap. testamenti loquitur de 25. anno completo: quo casu verbum illud, compleuerint 25. suæ ætatis annum non verificatur in anno inchoato, sed requiritur ꝙ 25. annus sit perfectus, & consumatus. l. 2. in princ. ff. de excus. tut. in l. qua ætate. ff. de testam. in l. 1. ff. de manumi. facit text. in l. fi. C. de ope. pub. & eodem modo videtur ꝙ intelligatur aliud capitulum testamenti, in quo factum fuit fideicommissum filij decedentibus ante 25. suæ ætatis annum: nam ista verba debent etiam in-
2 telligi ante 25. annum cōpletum, vt suprà dictum est, † quia vna pars testamenti secūdum aliam intelligitur. l. qui filiabus. in prin. ff. de leg. 1. & hoc maximè videtur dicendum in casu isto, in quo testator expresse dixit de 25. anno, vt s. dictum est: ergo videtur intellexisse de 25. anno completo, pro vt s. in alio c. dictum fuit. facit quod no. Bar. in l. 1. §. hoc edicto. ff. de postulando. de illa dictione suprà scripta. & tradit Pet. de Ancha. in consil. 380. Ante omnia. & ex his uideretur, ꝙ fideicommissum omnino haberet locum, quia grauatus decessit ante 25. annum completum. & his rationibus, quæ videbantur efficaces, non videbatur posse euitari fideicommissum propter verba testamenti, quæ clara videbantur: Prædictis tamen non obstantibus vlterius cogitanti ꝯrium hoc modo suaderi: potest nam si verba testamenti, in quibus factum fuit fideicōmissum, de se considerentur ibi, ante vigesimūquintum annum suæ ætatis. Ista verba de proprietate sermonis videntur intelligenda ante vigesimumquintum annum inhoatum,

a tum, [a] & sic inchoato 25. anno cessaret fideicommissum.† verbum. n. ante significat tempus ante principium actus. l. si quis id, quod. ver. quòd si dum proponitur. ff. de iurisdic. omnium iud. ibi, dum proponitur, vel ante propositionem. & proprie dicitur ante, quod omnino est ante, vt Bal. dicit in l. si ex his. in versi. opponitur. C. quando dies lega. ced. & no. Aret. in l. qui ante Calendas. de verb. obl. & in ca. cum tu. de test. & ideo substitutio facta filijs decedentibus ante vigesimumquintum annum intelligitur inchoatum per supradicta: & inchoato 25. ann. si grauatus moriatur, prout in casu proposito contingit, videtur cessare fideicommissum, vt suprà dixi. Difficultas consistit in respondendo ad allegata supra in cōtrarium, in quorum responsione res perscrutari poterit. vnde non obst. quod primo dicebatur de accusatiuo, quod videtur annum perfectum, & completum significare, quia dato, quod hoc esset uerum, non habet locum, quando dictio, ante, cū accusatiuo ponitur, per ea, quæ dixi supra de dictione, ante. Non obst. quod in alio capitulo s. dicitur de an. 25. completo, & una pars testamenti secundum aliam debet intelligi, & declarari. d. l. qui filiabus. in princip. quia responderi potest, quod hoc argumentum retorqueri potest in contrarium, quia ubi uoluit intelligere de anno 25. hoc expressit: & ideo in alio capitulo, in quo hoc expressum non fuit, intelligi non debet, quia facile illi fuisset hoc exprimere, si uoluisset, ar. l. 1. §. sin autem ad deficiētis. C. de cad. tol. & in c. ad audientiam. de decimis. & hoc modo arguit Petr. de Anch. in consi. 122. Pro clariori. Io. de Ana. in cōsi. 22. Ad probandam. Alex. in cons. 38. Perspectis his. li. 6. & quia in casu isto ratio eadem uidetur, ideo consonat, quod una pars testamenti secundum aliam intelligatur. d. l. qui filiabus cum sim. ut dixi in consilio 15. Non obstat quod in casu isto uidetur expressum de 25. anno completo, dum se refert ad supra dicta ibi, prout suprà dictum est, quia talis relatio uidetur facta ad numerum 25. annorum simpliciter, & non ad qualitatem 25. annorum completorum, ut in simili not. Bartol. in l. si cui serui.
4 §. si a filio. de legat. 1.† ubi not. dicit, quod accusatus de adulterio commisso cum Berta uxore Titij, si reus confitetur simpliciter cognouisse dictam Bertam, non uidetur confiteri illam esse uxorem [b] Titij, quia responsio uidetur referri ad dictum principale, & non ad qualitates. & Bald. sequitur in dicto §. si a filio. ubi Paul. de Castr. dicit, quod aduocati, & procuratores communiter sequuntur dictum Barto. & idem tenet Bald. in cap. fin. de mutuis peti. in versicu. & ista faciunt ad quæstionem. & idem no. Imol. in l. si quis a filio. de legat. 1. & Aret. in l. scire debemus. de uerbo. oblig. not. illum text. pro opin. Bar. & quod relatio uideatur facta ad dictum principale, non ad qualitates, etiam not. Pet. de Ancha. in consilio 408. Probata tanti uiri sæuitia. in uersicu. quarto principaliter. & idem not. Barto. per illum text. in l. fin. §. Titia. de liber. legat. Et quia si relatio fieret ad qualitatem supradictam, corrigeretur quod supra dictum est de dictione, ante. quod non est dicendum, quia non uidetur quis uelle incontinenti se corrigere. l. non ad ea. ff. de condit. & demon. & facit quod not. Barto. in l. cum uulgari. ff. de dote prælega. Card. in consilio 68. In quæstione præmissa. no. in consilio 94. Visis his. & not. in l. talis scriptura. de leg. 1. & dictum Bartol. in d. l. si cui. sequitur Alexan. in consil. 1. libr. 4. & dicit Ang. in consil. 146. Super primo. in uersic. nec contumacia. quod contumax habetur pro confitente factum & non qualitatem, & quia hic agitur de magno præiudicio fideicommissi, quo casu relatio facta non uidetur, ut not. Barto. & Bald. in l. 1. C. de di. rescript. Et ex suprà dictis in utranque partem negari non potest, quin casus dubitabilis sit, & in dubio iudicari debet, quod non habeat locum fideicommissum, quia in fideicommisso agitur de onere,
5 l. cohæredi. § cum filiæ. de uulgati, & pupilla.† ideo ubi agitur de onere fideicommissi, appellatione filiorum non ueniunt nepotes, ut tradit Paul. de Cast. in consilio 170. aliàs 173. Ne improprijs utamur uocabulis. & idem not. Corne. in consilio 182. Videtur prima facie. uersicu. 6. uidetur. lib. 2. ubi arguit de tutela ad fideicommissum, quia sicut in datione tutelæ appellatione filiorum non ueniunt nepotes, §. fin. insti. qui da. tuto. testa. poss. & in l. quod si nepotes. ff. de testamen. tutel. quia tutela est onus: ita uidetur in fideicommisso, quod est onus, ut dixi: & ita etiam arguit idem Corn. in consilio 199. In præsenti consultatione. eo. lib. 2. Ex quibus omnibus conclusio habetur, ꝙ fideicommissum sit onus, & ideo sit stricta interpretatio, & in dubio, prout casus iste uidetur, debet interpretatio fieri, quòd non habeat locum fideicommissum. & hoc etiam suaderi uidetur, quia agitur de fauore filiorum, quòd non sint grauati onere fideicommissi, & si filij essent grauati, ageretur de fauore fratrum testatoris:
6 †vnde in casu, in quo non constat de voluntate testatoris, maior fauor debet præstari filijs, & descendentibus testatoris, quàm fratribus eius, argument. text. nota in l. 3. §. liberis. ff. de legat. præstand. & meritò concludendum uidetur in casu isto cessare fideicommissum.

ADDITIONES.

a ¶ Inchoatum.] Et benè, quia præpositio, ante, præcedit ante initium, iuncto quòd fideicommissum debet in dubio restringi, uel tolli. Ang. l. qui Romæ. §. duo fratres. & ibi Alex. de uerb. obl. Et quę dixi ad Dec. supra consi. 334. in fi. sicut aduerbium, tunc denotat extremitatem temporis l. 4. & vlt. de condit. & demonstr. iuncto, ꝙ in legatis accipitur quod minus est. l. apud Iulianum. §. suo. de leg. 1.

b ¶ Vxorem.] Idem Lancelotus Dec. in d. § si a filio. & ibi latè Ias. multum disputans. Lud. Roma. consi. 455. consi. 460.

EPITOME Consi. CCCCCXCIIII.

Georgius de Ptolomæis institutis Hieronymo filio, & Cassandra filia hanc fecit substitutionem: Si omnes mei hæredes decesserint sine heredibus naturalibus, & legitimis, relinquo omnia bona mea Christophoro fratri. Cassādra relicto filio obiit superstite Hieronymo, qui postea decessit sine filijs. Respon. quod Hieronymus substituto excluso filius Cassandræ ad bona, de quibus agitur, uocatus esse censetur.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, sine hærede resoluitur, ac si dicatur, sine filijs.*
2 *Substitutio per uerba collectiua duobus facta locum non habet, nisi in persona utriusque conditio impleta fuerit. nu. 4.*
3 *Substitutio duobus copulatiuè facta in persona unius locum non habet, nisi etiam in persona utriusque locum habeat.*
5 *Substitutio si alicui facta sit sub conditione, si decesserit sine filijs extantibus liberis tempore mortis substitutio euanescit, quicquid postea de filiis contingat.*
6 *Substitutio si alicui decedenti sine liberis facta fuerit, talis substitutio cessat extantibus liberis mortis tempore.*
7 *Ius fideicommissi conditionalis non transit in hæredem.*
8 *Testator facere potest, quòd illud, quod est transmissibile, non transmittatur.*

VIso testamento Francisci, aliàs Franci Georgii de Prolomæis dubitari principaliter contingit in illis uerbis: *Item se tutti li miei hæredi, cioè Cassandra, & Hieronimo morisseno senza hæredi legitimi, & naturali, & rimanesseno senza lasso a Christophoro mio fratello ogni cosa.* Accidit, quòd dicta Cassandra decessit relicto superstite filio masculo, vnde quæritur, an filius dictæ Cassandræ excludat Christophorum substitutum, & studendo breuitati, quia res satis clara uidetur, concludendum est, quòd dictus filius Cassandre admittatur ad successionem dicti Francisci excluso dicto Christopho-
1 ro substituto:† nam illa verba, sine hærede resoluuntur, ac si dictum fuisset, sine filijs, vt est text. in l. ex facto. §. si. ff. ad Trebell. quia vt ibi declarat Bartol. post glossam, si intelligeretur sine hærede etiam extraneo, rarò talis cōditio posset uerificari. & idem tradit Abb. in c. in præsentia. in uersic. In tertia parte. cum similibus. vt tradit Alexander in cons. 105. Perspectis verbis. li. 1. Ang. in consil. 265. Dictum legatum. in principio. & in consilio 206. Charissime frater. Rapha. Cuma. in consilio 15. Proponitur. & ista conclusio indubitanter procedit in casu isto, in quo dicitur, *senza hæredi legitimi, & naturali.* Ista uerba manifestè ostendunt, quòd testator intellexerit de filiis, quia talia uerba non possunt adaptari in extraneis. & retenta ista conclusione, de qua non videtur dubitandum, quòd facta fuerit substitutio Cassandræ, & Hieronymo, si morerentur sine filiis, prout uerba suprà dicta resoluuntur, dubitari contingit, an Christophorus frater testatoris substitutus virtute dictæ substitutionis admittatur stante, quòd Cassandra decesserit relicto filio masculo. Et primo concludendum est, quod dictus Christophorus nō possit succedere virtute dictæ substitutionis, nisi dicta Cassādra, & Hieronymus
a simul uterque [a] moriatur sine filijs; quia substitutio videtur facta sub nomine collectiuo, dum dicitur, *se tutti li miei hæredi morisseno senza hæredi legitimi, & naturali.* Illa enim uerba, *se tutti*, resoluuntur, ac si dicatur, si omnes hæredes mei, scilicèt Cassandra, & Hieronymus decesserint sine filijs; & videntur uerba collectiua, vt no. Bar. in l. hoc articulo in ver. ut igitur materna. ff. de hæredibus instituendis. per l. non distinguemus. §. cum in plures. ff. de arbit. & in l. si C. de impube. & aliis substit. in prin. facit quod not. Barto. de verbis illis, de tota re in l. si vnus. §. pactus ne petēret.

ADDITIO.

a ¶ Vterque.] & bene, ut dixi supra consi. 415. nu. 1. Adde quę dixi cōs. 173. li. 5. ad Ale. & ad Decium. l. pe. nu. 3. C. de impub. & alijs sub.

ret. in versiculo, & nota, quòd dictio, tota. vbi allegat gloss.
instit. de societa. in princip. in verbo, totorum, id est omnium:
quo casu stante conclusione, quòd uerba supra dicta collecti-
2 ua sint; clarum est de iure, † quòd substitutio facta duobus per
verba collectiua non habet locum, nisi conditio impleta sit in
persona utriusque, vt est casus in l. penultima. quæ incipit, cum
quidam. C. de impuber. & alijs substitutio. & ideo in casu isto
Christophorus substitutus nō potuit venire vigore substitutio-
nis, nisi vterq; Cassandra, & Hieronymus decessissent sine filijs,
& cùm Cassandra reliquerit filium, substitutus excluditur. &
ista conclusio comprobatur alio fundamento, quia substitutio
dicti Christophori fuit facta copulatiuè, si Cassandra, & Hie-
ronymus decesserint sine filijs & ad verificationem copulati-
a uæ [a] requiritur concursus copulatorum. l. si hęredi plures. ff.
de conditio. institut. & in l. si quis ita stipulatus fuerit decem. in
principio. ff. de verborum obligatione. & in substitutione est
3 casus in l. quamuis. C. de impube. & alijs substitutio. † vbi sub-
stitutio facta duobus copulatiuè non habet locum in persona
vnius, nisi habeat locum in persona vtriusque, & ibi not. Bar-
tolus in secundo notabili, & in simili casu notat Angel. in con-
silio 80. Hæc quæstio subtilis est. in versiculo, super eo autem.
vbi in proposito concludit, quòd cum fuisset facta substitutio
pluribus cum adiectione nominis collectiui, prout fuit in casu
nostro, non admittitur substitutus, nisi omnes decesserint sine
filijs. & idem not. Angel. in consil. 109. In dicto testamento.
in principio, in versiculo secundo continetur in dicto testamen
4 to. † vbi repetit, quòd quando est facta substitutio duobus,
vel pluribus cum adiectione nominis collectiui, non habet lo-
cum substitutio, nisi conditio impleta sit in persona vtriusque,
per dictam l. penultimam. C. de impuber. & alijs substitutio.
& idem Angelus in alio consilio 330. Præmitto primò. vbi alle-
gat dictam legem quamuis. C. de impuber. & alijs substitutio.
& cum prædicta conclusione concordat Cardin. in consilio se-
xagesimo. Pro examinatione puncti. in versiculo, confirma-
tur. quia substitutio est facta per verbum, omnes. & licet con-
trarium dicat propter voluntatem testatoris, quæ in illo casu
apparebat, secus ergo videtur in dubio, prout in casu isto vide-
tur: quia in dubio non est recedendum, à proprietate verbo-
rum. l. non aliter. ff. de legatis tertio. & quod tradit Paulus de
Castro in consilio decimoquarto. Visis & consideratis. Cum
ergo in proposito alter tantum ex duobus, quibus fuit facta sub-
stitutio, sit mortuus sine filijs, non habet locum substitutio, ex
quo uterque non est mortuus sine filijs, prout requirebatur,
per supra dicta. Ex alio etiam capite principali excluditur Chri
stophorus substitutus, quia vocatus fuit in effectu sub ista con-
ditione, si dicta Cassandra decederet sine filijs, vt ex supradi-
ctis colligitur, & cum ipsa sit mortua relicto superstite filio ma-
sculo, etiam ex isto capite excluditur substitutus, quia conditio
substitutionis impleta non fuit. & ad hoc est decisio Oldrad. in
consilio vigesimoprimo. Thema tale est, testator. † ubi con-
5 cludit, quòd si alicui fuit facta substitutio sub conditione, si
decesserit sine filijs, extantibus liberis tempore mortis substi-
tutio euanescit, quicquid postea de filijs contingat. & idem Io-
annes Andre. in additio. Specul. in titul. de testamentis. §. in pri-
mis. in additio. incipien. quæstio talis est. & sequitur Paulus de
6 Castro in l. ex facto. §. penultimo ff ad Trebellianum. † vbi pari
ter concludit, quòd si substitutio facta sit alicui decedenti sine
liberis, talis substitutio cessat extantibus liberis tempore mor-
tis, quia qualitas adiuncta verbo secundum tempus verbi in-
telligitur. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxalibus. in l. si Ti-
tius. ff. de testamento militari. & subijcit ibi Paulus de Castro,
quòd licet liberi. qui faciunt deficere substitutionem, ipsi po-
stea moriantur sine liberis, non tamen substitutus admittitur,
quia extincta fuit substitutio per existentiam liberorum. & idem
repetit Paulus de Castro in consilio 170. Ne improprijs uta-
mur vocabulis. & cum prædictis concordat Abb. in consilio
quadragesimo. Venio ad primum. dubiū in uersic. ad idem fa-
cit. libro primo. & idem concludit Alexander in consilio tri-
gesimo primo. Ponderatis his. in versiculo, & quamuis. libro
tertio. Et ista conclusio bene procedit in isto casu, in quo qua-
litas fuit adiuncta verbo, vt supra dictum est: secus si uerba
b non essent relata ad tempus mortis, sed defectus [b] filiorum con
sideraretur simpliciter, quia tunc sufficit, quandocunque fi-
lij decesserint, ut not. in lege in substitutione. ff. de vulgari,
& pupillari. & ideo aliud est, quando alicui fuit facta substitu-
tio, si decesserit sine liberis, uel filijs, ut in casu isto contingit,
& tali casu existantibus filijs tempore mortis substitutus per-
petuo excluditur. &. in isto casu loquitur Oldradus, & alij in
locis supra allegatis. Aliud est, quando quis fuit substitutus
simpliciter deficientibus liberis, uel in defectum liberorum,
& tunc quandocunque deficientibus liberis substitutus ad-
mittitur: ita distinguit, & declarat Socinus. in lege solemus.
ff. de conditionibus, & demonstratio. vbi dicit se ita consuluisse,
& quòd ita consuluit Alexander. & ita reperitur in consilio qua
dragesimotertio. Consideratis his. in uersicu. præterea posito. li-
bro tertio. & idem latius tradit Alexander in consilio 101. Su-
per primo dubio. in uersiculo. quò ad tertium dubium. libro 7.
Cum itaque in casu isto uerba relata sint ad tempus mortis, & il
lo tempore extarent filij, ut suprà dictum est, concludendum
est, quòd Christophorus substitutus sit perpetuo exclusus; &
non est dubitandum, quòd dato, quòd dictum esset de filijs,
etiam in vno verificatur. lege. non est sine liberis. ff. de uerborum
significatione. lege pater Seuerinam. §. ita fideicommiss. ff. de cō-
ditionibus, & demonstrationibus. lege prima. C. de conditio. in-
sertis. lege iubemus. §. sin autem. C. ad Trebell. & ideò vnicus fi-
lius Cassandræ excludit substitutum. & per istam viam res clara
in iure uidetur, & ulterius non esset laborandum: tamen ad ma-
iorem confirmationem suprà dictæ conclusionis ad idem addu-
ci potest aliud fundamentum in fauorem dicti filij Cassandræ su-
perstitis: quia in illa substitutione Cassandra fuit substituta Hiero
nymo eius fratri hæredi instituto, & talis substitutio non ha-
buit locum, quia dicta Cassandra substituta mortua est viuente
dicto Hieronymo instituto: ius tamen substitutionis, quòd dictę
Cassandræ competebat, uidetur transmissum in filium eius super
stitem, secundum gloss. in lege is, cui ff. de actionib. & obligatio-
* nibus. Est uerum, quòd illa gloss. * *communiter* reprobatur, vt Bar
tolus ibi dicit in lege prima. de legatis primo. Bald. in l. in perso-
na. in principio, in uersiculo quæro utrum. C. de fideicommiss.
7 † & est regula communis, quòd ius fideicommissi conditionalis
non transit in hæredem. l. 1. §. sin autem sub conditione. C. de ca-
ducis tollendis. ubi Bald. & in l. in causæ la 2 §. Pomponius quo
que. ff. de minoribus. Oldr. in consilio 131. Quidam habent tres
filias. in uersiculo, ad primam quæstionem. Alex. in consilio 92.
Super eo, de quo quæritur. libr 3. cum similibus, quæ nota sunt.
Sed tamen illa gloss. quæ communiter reprobatur, saluatur in
vno casu, uidelicet quando ex coniecturis apparet uoluntatem
testatoris fuisse, quòd ius substitutionis conditionalis in filios
transferatur, ut not. uoluit Baldus in l. 1. in versiculo quero de ta
li quæstione. C. de his, qui ante aper. tabu. vbi dicit communem
opinionem procedere, nisi aliquibus indicijs, seu coniecturis
constaret testatorem idem voluisse de filijs substituti, allegat
textum in lege Lucius. ff. de hæredibus instituend. ibi, non enim
fratrem solùm hæredem prætulit substitutis, sed etiam eius libe-
ros. & requiritur, quòd ista voluntas testatoris in tali transmissio
ne colligatur ex his, quæ expressa sunt in testamento, ut tradit
Socin. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellianum. & idem
Soci. in consilio 6. In præsenti consultatione. in uersiculo restat
nunc respondere. lib. 3. & hoc videtur bene verificari in casu isto,
in quo testator fecit substitutionem, si Hieronymus, & Cassan-
c dra decesserint sine filijs. & sic ex verbis testamenti colligitur, [c]
quòd testator cogitauit de filijs Cassandræ, quos prætulit sub-
stituto, ergo consonat, quòd sicut prætulit Cassandram substi-
tuto, pariter voluit testator filios dictæ Cassandræ præferri sub-
stituto. & hoc clarum videtur, dum vocauit substitutum Cassan-
dra moriente sine filijs, & facit text. in d. l. Lucius. per quem tex.
ita in simili casu consuluit Cuma. in consilio 13. Titius instituit
Seium. & in simili casu idem etiam consuluit Fulg. in consil. 15.
Proponitur, ꝙ montes. vbi etiam ipse inducit text. in d. l. Lucius.
8 in fi. & Soc. in consi 6. supra allegato. † nam potest testator face-
re, quòd illud, quod est transmissibile, non transmittatur. l. in con
ditionibus primum locum ff. de conditio. & demonst. ita etiam
econtra videtur, quòd testator possit facere, quòd illud, quod
non transit in hæredem, transmittatur, vt not. Bal. in l. si pater. in
ver. 4. quæritur. C. de insti & substit. vnde concludendum est, ꝙ
sicut præmortuo Hieronymo sine filijs Cassandra, si viueret, ad-
mitteretur, pari ratione filius masculus dictæ Cassandrę debet in
isto casu admitti propter voluntatem testatoris, de qua satis cō-
stare uidetur per supra dicta: & sic ex duplici capite uocatus ui-
detur filius dictæ Cassandræ ad bona, de quibus agitur, vt colligi-
tur ex supra dictis. Laus Deo. Philip. Decius Senis.

ADDITIONES.

a ¶ Copulatiuæ.] Istud est falsum, & contra casum in l. Lucius. §. Caio. ad Treb. dixi ad Alex. consi. 38. lib. j. etiam si testator fuerit usus uniuersa-li, omnia bona mea. Matth. Matth. fin. 169. Alex. consi. 91. nu. 8. li. 1. ubi dixi. Ias. consi. 41. lib. j. Fran. Rip. l. 1. §. si quis ita. nu. 13. de uerb. obl. Vl dar. Zas. in trac. substi. c. 6. conclusi. 6. in fin.

b ¶ Defectus.] Supra consi. 583.

c ¶ Colligitur.] Sed hoc solum nō sufficeret ꝑ no. in l. Lucius. de hære. inst.

EPITOME Consi. CCCCCXCV.

De probatione consanguinitatis, & filiationis, & quando ualeat testimonium de auditu.

SVMMARIVM.

1 *Consanguinitas vere testibus probari non potest.*
2 *Dictio, nisi post regulam negatiuam affirmat.*
3 *Testibus grauibus, & fide dignis deponentibus de auditu credendum est.*
4 *Præsumptio transfert onus probandi in contrarium.*
5 *Testis dictum, quantum fieri potest, suppleri debet.*
6 *Probatio ubi a communiter accidētibus difficilis fuerit, fama plenam probationem facit.*
7 *Verba enuntiatiua instrumenti in antiquis probant.*
8 *Probationes omnes arbitrariæ sunt.*



Ro resolutione dubium, 1 quæ prę clarissimis doctoribus Rotæ Senēsis accuratè, & subtiliter obijciūtur in causa Rochi. Primo fundabo intentionem dicti Rochi agentis. Secundo ad ea, quæ opponūtur, respondebo. Et præmittēdum est, ꝙ probatio causanguinitatis de qua agitur, est difficilis, & non cadit in sensum testium, ut no. Pet. de Anch. in cons. 52. Pro clariori decisione. ideo ex indicijs, & præsumptionibus plena probatio habetur in l. filiū. ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iur. in l. consensu C. de repudijs. & tradit Fede in cons. 119. Nulli dubium. & no Bar. in l. si quis ex argētariis. §. fin. ff. de eden. in l. de pupillo §. si quis ipsi prætori. in 8. q. ff. de ope. nou. nun. in l. in illa. in fi. de verbo. obl. cum sim. & de filiatione, & adulterio, quæ verè probari non possunt, not. Bart. in l. 2. §. fi. ff. de aqua plu. arc. & quod dicitur de filiatione, idem videtur
1 esse de consanguinitate, † quæ verè testibus probari non potest. Est ergo videndum in casu isto an sint alia indicia, & præsumptiones, ex quibus intentio agentis fundata videat. Nam primò in casu proposito videtur, ꝙ testes de auditu probent per text. in c. licet ex quadam. de testibus. inducendo hoc modo. Nam de iure antiquo clarum est, ꝙ testes de auditu admittebantur. d. c. licet. in princ. hoc hodie correctum est. d. c. licet. ibi, statuimus, ne super hoc recipiantur de cætero testes de auditu, nisi forte personę graues extiterint, quibus fides sit merito adhibēda, & ante litem mo
2 tam testificata didicerint ab antiquioribus quidē suis. Illa † enim dictio, nisi, post regulam negatiuam affirmat, ut not. in l. in actione. C. de transact. no. Dy. in regula peccatum. de re. iu. in 6. cū sim.
3 ut dixi in d. l. actione. ex quo sequitur, † ꝙ etiam hodie testibus grauibus, & fide dignis deponentibus de auditu credēdum sit, & in processu in nono articulo dictum est, ꝙ testes examinati sunt graues personæ, & fide dignæ, & hoc attestantur complures testes, videlicet Crescētius Iacobi super dicto nono articulo. idem Victorius magistri, idem Pe. Bartholoti idem Rochus Bartholomæi. idem Lodouicus Io. Petrucij. & ideo ꝯcludendum videtur, ꝙ fides adhibenda sit dictis testibus grauibus, & fide dignis deponentibus de auditu in ista probatione cōsanguinitatis: in alia aūt materia testes de auditu faciunt præsumptionem, ut no. Arch. 22. q. 5. in c. hoc vr̄. sequitur Ro. in l. si vero. §. de viro. in ver. septimo probatur. Alex. in cons. 76. In causa inquisitionis. li. j. & idem Pau. de Cast. in consi. 17. In causa, quæ vertitur Parmæ: in vers. sunt & alij duo testes. & ista præsumptio operatur, ꝙ onus probandi in contrarium transferatur, ut dicit Rom. in sing. mihi 341. Testimonium de auditu. alle. Arch. in d. c. hoc vr̄. & sequitur Fel. in c. tam literis. de test. facit tex. in c. testes §. de his. 3. q. 9. & hoc est secun
4 dum regulam, † quia præsumptio transfert onus probandi in cōtrarium. l. generaliter. §. si pretium ff. de fideic. lib. in l. fi. in princ. ff. de eo, qđ met. cau. in l. nuptura. in fi. ff. de iu. do & dixi in cons. 272. Viso processu. & ex hoc vr̄ omninò fundata intentio actoris. Secundo principaliter hoc idem probatur ex dictis testium: nam in vndecimo articulo ponitur, ꝙ Philippus Philippi, & Stephanus Leonardi fuerant nati ex duobus fratribus carnalibus, videlicet Leonardo, & Philippo, & inter se erāt patrueles, qui dicūtur, Cusini. & ita se tractabant, & ab omnibus tenebātur. primus testis Io. Maria super d. cap. 11. dicit vera esse contenta in dicto articulo: & in causa scientiæ dicit; quia cognouit dictum Philippum, qui appellabatur communiter, & publice ab omnibus eum cognoscentibus Philippus Philippi, & videtur deponere de veritate. quia dicit, cognouit. & idem Franciscus Petri, qui interrogatus in causa scientiæ dicit prædicta scire, quia vidit & cognouit. & licèt verba testium possint cauillari, non sunt cauillanda, sed adiuuanda, ut Bald. dicit in l. de quibus. in versic. sed quid si testis. ff. de legi. & not. Ang in l. ex militari. in fin. ff. de test mi. & ratio testis non est cauillanda, sed adaptanda ad id, quod testis dicit se scire, ut not. Bald. in l. 2. in 5. not. in fin. C. de temp. & rep. app.
5 & quod not. ipse met. Bald. in rub. de re. diui. † & dictum testis debet, quantum fieri potest, suppleri, ut dicit Bart. in l. Labeo. de suppel. lega Alexand. in consil. 42. Visis, & ponderatis. libr. 4. Cum ergo dicti Philippus Philippi, & Step. Leonardi essent nati ex duobus fratribus carnalibus, videlicet Leonardo, & Philippo, & sic discurrendo per alios gradus successiue secundum practicam, quam ponit Lanfr. de Brixia in repe. in cap. quoniam cōtra falsam. de probatio. apparebit intentionem Rochi agentis fundatam esse. & quod dictum est etiam tradit Aretinus in consilio 37. Sequendo ordinem. Tertio coadiuuatur prædicta conclusio, quia de omnibus contentis in articulis est publica uox. & fama, ut complures testes deponunt, uidelicet domi. Catherina
6 Francisci Petri, Larentius Iuliani, Ludouicus Ioannis: † nam ubi est a communiter accidentibus probatio difficilis, fama a plenā facit probationem, ut not. An. de But. in c. ueniens. el 1. in fin. de test. & idem Anto. de But. in cap. transmissæ. qui filii sint legi. hoc dicit in probatione filiationis, & dictum Antonij de Butrio sequtur Alex. in consilio sexagesimosexto. Viso testamento Simonis. col. fin. lib. 3. & Are. in consil. 37 suprà alleg. vnde si sola fama faceret plenam probationem, a fortiori in casu isto cum aliis adminiculis, & præsumptionibus, quæ concurrunt, debet plene probare, cum difficilis sit probatio consanguinitatis, sicut filiationis. Quarto accedit, quòd quædam instrumenta producuntur quæ confirmant dictam conclusionem; & præsertim illud instrumentū antiquum annorum 90. in quo Accursius obtinuit ciuilitatē pro se, & filiis videlicet Philippo, & Leonardo, & pro Stephano
7 nepote ex ipso Leonardo. † Nam uerba enuntiatiua instrumenti probant in antiquis, ut notat Bald. in l. cum aliquis. in uersiculo, item quod dicit gloss. C. de iure deliberan. & in dictis antiquis nulla est melior probatio, quam instrumentum, ut dicit Bald. in c. cum causam. de probatio. Adsunt etiam alia instrumenta, quæ non parum conferunt ad probationem supra dictæ conclusionis. Ex quibus omnibus saltem simul iunctis adeo uidetur informari mens dominorum iudicum, ut ueritatem rei aliter esse credere non possint: & cum omnes probationes arbitrariæ sint, ut not. Ant. de But. in c. ex literis. in 6. notabili. de probatio. Pau. de Cast. in l. admonendi. uer. qualiter autem dicatur. de iureiuran.
8 † ubi inquit, quod omnes probationes arbitrariæ sunt, & pendēt ex mero iudicis arbitrio, per tex in l. 3. §. primo ibi, tu magis scire potes. ff. de test & cum hic Senis procedatur sola facti ueritate inspecta, quo casu iudex uirtute dictorum uerborum potest admittere probationes quæ non sunt concludentes, ut not. tradit Are. in consi. 84. Diligenter ponderatis. ubi ad hoc inducit dictum Bald. in l. solam. in ultim. quæstion. C. de testi. & ex prædictis fundata videtur intentio actoris, & primum dubium absolutum sit. Venio ad secundum, & respondendo, primo non obstat, quod in isto casu non admittatur testimonium de auditu: quia imò admitti debet, ut supra dixi, inducendo tex. in d. c. licet. quia uidetur speciale in probatione consanguinitatis, & etiā de iure communi videtur, quod saltem onus probandi in aduersarium transferatur per supra dicta. Non obstant alia, quæ obiiciuntur de requisitis in d. cap. licet ex quadam. quia respōdetur, quod ille tex. tantum procedit in matrimonio, prout loquitur, & extra casum matrimonij non habet locum, ut tradit Are. in consilio. 37. incip. Sequendo ordinem quæsitorum. ubi ponderat rationem, quæ ibi in fine ponitur. quæ respicit præiudicium matrimonii & extra casum matrimonij non haberet locum, ut ibi Aretin. concludit. & hoc idem voluit Ray. de For. in l. si arbiter. ff. de proba. & Fulg. ibi refert. & idem sentit gl. in l. 2. §. fin. in uerbo, audierint. in fin. de aqua pluuia arc. & in casu nostro etiam per solam famam probatio esset sufficiens, ut supra dixi. Phil. Dec. Senis.

ADDITIO.

2 ¶ Fama.) Supra consi. 42. nu. 10. vbi dixi. consi. 426.

EPIT. Consil. CCCCCXCIIII.

De muliere dotata, quæ excluditur, quando dotata probetur.

SVMMARIVM.

1 *Statuto si caueatur, quod mulier, quę appareret maritata per vigintiquinque annos retro, extunc dotata præsumatur, & a successione repellatur, verba statuti ad mulierem referuntur, & illam esse in rerum natura præsupponunt.*
2 *Actio omnis, & etiam iudicis officium spacio triginta annorum tollitur.*
3 *Testium verba licèt clare probent, potest tamen iudex illis fidem non adhibere.*
4 *Dominium ecclesię per librum censualem probatur.*

5 *Libris eorum creditur, qui authoritate publica ad recipiendum gabellas preponuntur.*
*6 *Testis vnus, & confessio extraiudicialis facta etiam parte absente plenā probationem facit.*
7 *Probationes leuiores admittuntur in probando illud, quod est verisimile.*
8 *Testes deponentes contra illud, quod est verisimile, non probant.*
9 *Liber rationum etiam pro scribente probat, quando verisimilia continet.*
10 *Confessio, quæ verisimilis non est, non probat.*
11 *Argumentum valet ab eo, quod plerunque, & communiter contingit.*



D dubia, quæ obiiciūtur, respondetur seruato ordine. Primo enim dicitur circa statutum, quòd si nupta steterit p 30. annos. &c. quòd illud statutū procedit, si mulier vixerit in matrimonio dicto tempore 30. ann. secus videtur, si decesserit, ut in simili statuto Corne. scribit
1 in consi. 61. Circa primum dubium. li. 2. † vbi in statuto, quo disponitur, ꝙ mulier, quæ apparet maritata per 25. annos retro, ex tunc præsumatur dotata, & a successione repellitur: dicit enim Cor. verba statuti referuntur ad mulierem, & præsupponitur illam esse in rerum natura: si ergo mortua sit ante dictum tempus, non vr̄ habere locū statutum. & pariter in casu isto vr̄, quia verba statuti relata sunt ad mulierem, ut colligitur ex uerbis statuti, & cum mortua sit ante triginta annos, videtur cessare statutum. Sed pro responsione considerandum est ultra ea, quæ a reuerendo domi. Præposito in eius eleganti consilio dicta sunt, ꝙ statutum Senense, de quo agitur, vr̄ considerare præscriptionem simpliciter, & nō habet respectum ad dotationem, ut patet, dum dicit, si fuerit dotata, siue non dotata. & statutum uidetur considerare solum negligentiam non petentis, ut colligitur ibi, & inde
2 litem non mouerit. & vr̄ statutū ꝯformari cū iure cōi, † quia spacio 30. annorum omnis actio, & etiā officium iudicis tollitur. l. sicut. & l. omnes. C. de præscrip. 30. annorum. Sed statutū, de quo Cor. loquitur, non respicit ꝑscriptionē, sed dotationem, ibi, extunc præsumatur dotata. & loquitur in minori tēpore 25. ann. vnde ex tali statuto, qđ in diuerso casu loquitur, nō bene infertur ad casum nostrū, quia ex diuersis non fit illatio. l. Papinianus exuli. ff. de minoribus. Nō ob. ꝙ etiam in statuto nostro verba relata sunt ad mulierem, quæ non petiit, quia idē videtur in hærede non petente, quia præscriptio inchoata ꝯ defunctū ꝯpleta videtur ꝯ hæredē. l. hæres, & hæreditas. ff. de vsucapio. l. cœptam. & in l. hæres eius. ff. eo. tit. Et idē est dicēdū in statuto, de quo agitur, quia videtur præscriptio statuti subrogata in locū præscriptionis inductæ a iure cōi, vt no Bar. in l. 2. §. si rem. ff de vsuca. ꝑ empt. Bal. in c. 1. uer. ex his insurgit. quo tēpo. mil. & Ro. in ꝯsi. 38 In casu proposito. in 2. dub. Et dato, ꝙ nō haberet locū statutū, vr̄ habere locum ius cōe, quia spatio 30. anno. tollitur quælibet actio, & officium iudicis. d. l. sicut. & l. omnes. & in l. 2. C. de const. pec. Et vlterius dato, ꝙ prædicta non haberēt locū, dicta Cassandra erat exclusa vigore statuti, quod filiam dotatā excludit. Difficultas consistit in ꝑbando, ꝙ ipsa Cassandra dotata fuerit, & ex pluribus, quæ do. Præpositus accuratè inducit, ꝯcludendū vr̄, ꝙ sufficienter ꝑbatum sit illā dotatā fuisse. & ad cōfirmationē eorum saltem simul iunctorū, quæ ab excellentia do. Præpositi dicta sunt, cōsiderandū est, ꝙ ꝑbationes omnes arbitrariæ sunt, ut no. An. de But. in c. ex literis. in 6. notab. de probatio. & idē Paul. de Cast. in l. admonendi. in ver. qualiter autē dicatur. ff. de iureiu. vbi inquit, ꝙ omnes probationes sunt arbitrariæ, & pendēt ex mero iudicis arbitrio, per legē 3. §. j. ibi, tu magis scire potes. ff. de test.
3 & Bal. in l. fi. in prin. C. cōmina. vel epistolas. † & ideo licet uerba testium clare probent, potest tamen iudex illis nō adhibere fidē, ut no. Bar. in l. Lucius. ff. de his, qui notan. infa. Et certe ex pluribus, quæ proponuntur, saltē simul iūctis uidetur adeo iudex informari, ut credere omninò debeat dictā Cassandrā a patre dotatam fuisse, & consequenter exclusam esse. Primò enim denuntiatio reperta in libro archiuii publici videtur facere fidē saltem cum aliis coniecturis, & præsumptionibus, quæ concurrunt, ut tradit Ro. in consi. 175. Liber registri. & idem Ro. in consil. 127.
4 Posito, ꝙ dominium. † ubi concludit, quod per librum censualē ecclesiæ probatur dominiū. per c. ad audientiā. de præscrip. & facit tex. in l. cēsus. ff. de ꝑba. in auth. ad hæc. C. de fid. inst. & de libro canonicorū tradit Pet. de Anch. in cōsi. 44 Primo de uiribus. & sequitur Io. de Ana. in consi 84. Videndū est. & hoc idē habet locum in scripturis factis ab officialibus de publico deputatis, q̄ faciunt fidem, ut not. Sal. in l. ex empto. in prin. C. de prob. & no.
5 Bar. in l. quędam. §. nummularios. ff. de eden. vbi dicit, † ꝙ creditur libris eorum, qui authoritate publica præponuntur ad recipiendum gabellas & dicit Ang. ibi, quòd ita obseruatur, licèt tales scripturæ non sint authenticæ: & sequitur Pau. de Castr. in dicta authenti. ad hæc. & dixi in c. cum causam. de probat. Secundo dicitur, quòd per maritum dictæ Cassandræ fuit soluta gabella: nam ex hoc insurgit non leuis præsumptio dotationis quia licèt res inter alios acta aliis non præiudicet quo ad plenam probationem, ut in titu. C. res inter alios acta. in l. sæpè. de re iudi. in c. pen. cod. titu. tamen semiplenam facit probationem, ut not. Angel. in lege secunda. C. de edendo circa finem. versicul. quod autem. & idem Abb. post Anto. de But. in capitul. penul. de re iudi. cum similibus: ut Alexander scribit in d. l. sepè in uer. item procedit hæc regula. ubi dicit hoc esse no. & de pane lucrando: & hoc idē tenet Rom a. in consi. 347. Ex proposito themate. Tertiò accedit confessio Iacobi mariti de dote recepta, & quòd ex illa emit uasa argentea, nam talis confessio extraiudicialis facit indicium, vt not. Bart. in l. capite quinto. ff. de adulterijs. Rota in 1. decisio. in titu. de confes. in nouis. tradit Alex. in consi. 24. Animaduersis his. li. 2. cum simili, ut dixi in capitulo at si clerici. in prin. de iudi.
6 † & vnus testis, & confessio extraiudicialis facta etiam parte absente plenam facit probationem, ut not. Bartol. ff. de iureiuran. in l. admonendi. versicul. aduerte veritas est. allegat. cap. fina. de success. ab intesta. & maximè quia in casu isto confessio videtur geminata, quæ fortior redditur, iuxta not. per Bart in l. cum scimus. C. de agricol. & censi. libro 11. & not. hoc Paul de Castr. in consilio 84. Quòd præfata sententia. Quartò concurrit fama inter vicinos, & consanguineos, quòd dicta domina Cassandra fuerit dotata, quæ fama semiplenam facit probationem, ut not. per glo. in l 3 § eiusdem. de testib. ubi Bartol. Salice. in l. ea quidem.
* C. de accusatio. vbi dicit istam esse* *communem* opinionem: & notat Fulgo. in consilio 145. Quoniam plurime. in princi. & in cōs. 138. Visis. & fama cum uno teste plene probat, ut not. per gloss. in cap. primo in verbo, fama. de appellat. cum similib. vt dixi ibi. Quinto suadetur q̄ denūtiatio dotis supradictæ fuit a supremo magistratu Baliæ comprobata, ut pro authentica habeatur, nam hoc a cōsuetudine induci potest, & a statuto, ut scriptura imperfecta suppleatur a statuto vel consuetudine, ut est tex. in ca. cum dilectus. de fide instrumen. ubi Abb. in vltimo notabil. & Oldr. in consil. 305. Videtur dicendum Bald. in rub. C. de fide instrumen. versic. septimum, & vltimum supplementum cum similibus, ut dixi in capit. 2. de probationi. & tradit Alexan. in consi. 53. In causa vertente. lib. 1. ubi loquitur de capitulis factis cum Hebreis: & idem dicendum est de Principe, qui est lex animata in terris. §. fi. in Authen. de consul. & idem videtur in Balia, quæ fungitur vice principis, per ea, quæ not. Bart. in l. 1. §. de qua re. ff. de postula. l. infamem. ff. de publi. iudic. l. hostes. ff. de captiuis. Sexto, & vltimò considerandum est, quòd ex omnibus suprà dictis verisimile est, quòd dicta Cassandra fuerit dotata, & ex eo, quod dominus Bartholomæus pater dictæ Cassandræ disposuit in eius testa-
7 mento, † unde in probando illud, quod est verisimile, leuiores ꝑbationes recipiuntur. argumen. c. quia verisimile. de præsumptio.
8 vbi Abb. in ultimo notabili. † dicit, quòd testes deponentes contra illud, quod est verisimile, non probant, & est suspicio falsitatis. & facit quod not. Bald. in l. prima, C. de seruis fugiti. de inquisitione non uerisimili. & in proposito bene facit quod not. Bald.
9 in l. 1. C. de eden. † vbi dicit, quod liber rationum [a] probat etiam
a pro scribente, quando continet verisimilia: & sequitur Alexā. in d. l. j. in fin & idem Alex. in consil. 54. Circa id, quod quæritur. versiculo, confirmo li. 2. & in consil. 186. Visis subtilissimis. in principio. eo. libro secundo. Aret. in consi. 160. Longa est. & Corneus Perusinus in consi. 81. Quanquam. libr. 4. & idem Soci in consilio. 240. Circa præsentem. & cum prædictis concordat. Petr. de Ancha. in cle. 1. §. cæterum. versiculo, subsequenter quærit glos. de vsur. Cum ergo negari non possit per suprà dicta verisimile esse dotatam fuisse dictam Cassandram: & ex leuioribus probationibus hoc debet probari per suprà dicta, & supradictæ probationes imperfectæ debent coniungi, vt plenam faciant probationem, ut not. per gloss. in l. secunda in princi. in verbo, legitimis. ff. de excusatio. tuto. dum dicit in fine, quæ non prosunt singula, multa iuuant. l. instrumenta. & l. rationes. C. de probatio. facit text. in l. qui sententiam. C. de pœnis. & not. Bald. in l. spadonem. §. qui iura multa. ff. de excusa. tuto. quia non debet iudex applicare animum ad vnam speciem probationis. l. tertia. §. eiusdem. versi. non utique. ff. de testibus. cap. in præsentia. de renuntiat. & not. tradit Paul. de Castr. in consil. 303 Iudex, & minister Dei. & Imo. in consil. 29. Visis, ac consideratis. & in consil. 138. In quæstione, quæ vertitur. & Roma. in consil. 7. Visis necessariis. cum simili. ut dixi in capitulo cum causam. de probationibus. Corroboratur etiam ista conclusio, quia si dicta Cassandra exclusa non fuisset propter dotem, verisimiliter non tantum distulisset petere, quod nunc hæredes eius petunt. ar. l. cum quidam. §. diuus. ff. de usuris. & cum hoc sit verisimile, attenditur. l. non

ADDITIO.

a ¶ Rationum.) Dixi in consue. Paris. §. 5. num. 28.

non est verisimile.in prin.ff.eodem, quod metus causa. lege nuptura.in fi.ff.de iure dot.in c.quia verisimile.de præsumptionibus.† & confessio quæ non sit verisimilis,non nocet,ut no.Bal. in l.si quis hoc genus.in prin.C. de episco.& cleri.Pet.de Anch. in consi.24. Visa inquisitione. & Iudex non debet dare fidem, si non sit verisimile,ut tradit Pet.de Anch.in consi.257. Si prædicta sententia, & non quod possibile est, sed quod verisimile est, inspicitur,ut in no.quæstione Bald.dicit in l.scripturæ.C.de fide
11 inst.& supra dictum.est † Et quia valet argumentū ab eo, quod plerunque,& communiter contingit,ut not.per gl. in lege neq; natales,ubi Bal.C.de probatio.& idem gl.& Bal.in lege cum do tem.C.de iure dot.cum similibus.ut tradit Alex.in l. non hoc.C. vnde legitimi.& idem Bal.in c.fi.in ver.vltimo no.de causa possess.& proprieta.& hoc est multum vtile in materia probationū, vt Bald.dicit in c.1.§. Vasallus.in prin.si de feu.fuerit controuersia inter dominū,& vasallos.& dixi in d.l.non hoc.& in c.in præsentia.de proba.& cum omnes probationes in arbitrio iudicis resideāt,vt s. dixi. Ex omnibus supra dictis adeo dēt mens iudicis informari,ut indubitanter existimet dictam Cassandram dotatam fuisse,& consequenter exclusam esse,nec videtur attentis supra dictis,ꝙ aliter credere possit, & nemo sanus aliter diceret, ut dicitur in l. si ita quis. in fi.ff.de euictionib.

EPIT. Consi. CCCCCXCVII.

Testator instituit Alphonsum hæredem vniuersalem, & quandocūque ipse decederet, substituit masculos de Rondinellis. in eodem testō Theodoram vxorem instituit in certa hæreditatis portione in vita ipsius tantum, ibidem Natali filio relictum fecit ei substituendo A.& dictos de Nicolinis. Qui inde cedit. Obijt quoque T. superstite Alphonso; qui tandem condens testamentum instituit Cæsarem,& filios Nicolini æquis portionibus. Cæsar transigit de dictis bonis. Dec. respon. ꝙ portio relicta Theodoræ reuerti debet, prout ipsa pertinet ad Alphonsum,qui tenetur restituere fideicommiss. habitum a filio naturali vna cum uniuersali fideicommi.de quo fuit grauatus, Eiusque bona diuidi debent in capita inter filios Nicolini,& Cesarem,qui si reperiatur enormissimè læsus,transactioni contrauenire potest.

SVMMARIVM.

1 *Testator si vxorem in vita instituit,& post eius mortem instituit hospitale,quid iuris.*
2 *Vsusfructus morte finitur.*
3 *Testatoris dispositio interpretari debet secundum illud,quod in loco frequentatur.*
4 *Testator,qui voluit aliquas res ad tempus ad aliquem pertinere, finito tempore velle videtur quod ad heredem eius reuertantur, non habito respectu ad personam heredis,sed ad ius hæreditarium.*
5 *Legatum ad certum tempus finito tempore in hæredem transit.*
6 *Hæreditatis appellatione fideicommissum non continetur.*
7 *Substitutione ex compendiosa quando succeditur,quę ualet iure fideicōmissi,post aditam hæreditatem in fideicommissi restitutione uenit etiam illud,quod iure fideicommissi grauatus habuit.*
8 *Inducta ad vnum finem non debent operari contrarium.*
9 *Testator si dixerit,primus, & fratris mei fily heredes sunto.quid iuris.*
10 *Transactione ultra iusti pretij dimidiam deceptus reclamare potest.*


Vperiori anno consului in fauorē magnifici,& splendidissimi militis do.Cæsaris de Rondinellis super pluribus dubijs,ut patet in consilio: nunc vero excitantur alia quatuor dubia. Primum est,an portio dominæ Theodoræ uxoris,quæ fuit instituta in vita ipsius, tantū spectet illa mortua ad Alphonsum hæredem superstitem. & in hoc primo dubio ad maiorem declarationem plures casus considerari possunt. Primus est, quando uxor instituta esset nullo dato cohęrede,& de isto casu tradit Pau.de Cast.in consil.202. Super hoc puncto. Secundus casus est,quem ponit Bal.in l.miles ita hæ
1 redem.in princi.ff.de testa.milita.† vbi ponit quæstionē de illo, qui vxorem in vita instituit,& post eius mortem instituit hospitale,cōcludit,ꝙ mortua vxore hospitale non erit hæres directo, sed per fideicommissum.& idem not.Bald.in l.id quod pauperibus.in 14.q.C.de epi.& cle.cū si.ut tradit Alex.in ɔs.162. Circa primū dubiū li.2.& de isto casu ēt non agit hic,quia post mortē vxoris non fuit facta prouisio a testatore, & vxor habuit in uita cohæredem. Tertius casus est, qn̄ ipsa vxor instituta fuit in eius vita tantū,& habuit cohęredem simpliciter institutum,prout in casu isto contingit:& quia hæreditas ad tempus dari non potest, l.hæreditas.ff.de hær.inst. vr̄,ꝙ vxor remaneat hęres simpliciter, ita ꝙ ipsa erit hęres pro dimidia,& Alphonsus cohæres haberet aliam dimidiam.arg.l.interdū.§.sed si duos.ff.de hære.insti.facit tex.in l.si pluribus.in prin.de legat.1.Sed iste intellectus videtur contra manifestam voluntatem testatoris,qui voluit,ꝙ tantum in uita vxor esset hæres,& post mortem nihil haberet,quod trāsmitteret inde secundum verisimilē voluntatem testatoris. Quarto loco alius intellectus accommodari potest,ut dicamus,ꝙ dicta Theodora sit tantum relicta domina,& vsufructuaria, & ipse Alphonsus sit solus hęres institutus: hoc probatur,quia testator dicit sibi hæredē vniuersalē instituit, & esse voluit Alphonsum filiū suū legitimū,& naturalem,si.n.est hæres vniuersalis,ergo nō vr̄ habere cohæredē,qa si haberet cohæredē,nō esset Alphōsus hęres uniuersalis.& dū subijcit,post institutionē uniuersaliter factam de filio Alphonso, & dictā dominam Theodorā eius in uita.& aliud non dicit,non potest intelligi,ꝙ sit hæres instituta,quia tunc Alphonsus haberet cohæredē,& non esset hæres vniuersalis,prout illū fecit:vnde cōsonat,ꝙ relicta sit domina,& vsufructuaria,& in tali vsufructu conuenit illud, quod di-
2 citur de vita tantum. † Quia vsusfructus morte finitur.§ finitur. insti.de vsufruct.l.3.§.fina.ff. quibus modis vsusfructus amittatur.& hoc idem comprobatur,quia inferius, dum testator facit substitutionē,solū illam facit casu, quo Alphonsus institutus sine filijs decederet,& de vxore nihil dicit: ex quo datur intelligi, ꝙ vxor do.Theodora non fuit hæres instituta,quia actus,qui sequitē declarat dispositionē præcedentē.§.pauonū.in vers.reuertendi aūt.insti.de rer.diui.no.Bar.in l.cætera.§.fi.de le.1.alle tex. in l.sed & Iulianus.§.proinde.ff.ad Maced.& hoc etiā confirmatur a cōi consuetudine,quæ est,ꝙ maritus consueuit relinquere
3 vxorem usufructuariam,& filios tm̄ instituere. † & dispositio testatoris debet interpretari secundum illud,quod in loco frequētatur.l.semper in stipulationibus.ff.de regu. iur.in l. si fundus.ff. de euictio.& in l.quod si nolit.§.qui assidua.ff.de ædil. edic.& in l. item eorum.§.si decuriones.in fi ff. quod cuiusque vniuer. Et stante isto intellectu,qui applaudere vr̄,res clara videtur,& non haberet dubitationem: quia post mortē do. Theodoræ vsufructuariæ vsusfructus esset cōsolidatus cū proprietate.& sic in isto casu Alphonsus habuit plenum dominium,videlicet proprietatem cum vsufructu.§.fi.insti. de vsufruc. Et vlterius etiam dato, ꝙ do.Theodora habuisset tēpore vitæ eius non solū vsumfructum,sed etiam proprietatem,totū ius,quod habuisset, illa mortua translatū fuit in Alphonsum hæredem iure fideicommissi, ut not.Bart.in l.Titia.la prima.§.fi.de leg.2. ubi per illum text.in
4 summario dicit,† ꝙ testator,qui voluit aliquas res ad tempus ad aliquem pertinere,finito tempore videtur uelle, quod ad hæredem eius reuertantur, non habito respectu ad personā hæredis, sed ad ius hæreditarium,ut Bar.ibi declarat in prin.in ver. quid si tempore,quo vir decessit.& Bald.in d.§.final. sequitur, & tradit Alex.in consi.92.Super eo.lib.4.& in consil. 173. Visa.in prin.li. 5.& Paul. de Castr.in consil.203.Super hoc puncto duo sunt ui-
5 denda.& facit text.in l.fi. C. de legatis. † vbi legatum ad certum tempus finito tempore transit in hæredem.& ex his primum dubium,quod proponitur absolutū est. Secundo quæritur de possessione,quæ reuersa fuit ad Alphonsum filiū hæredem propter mortem filij naturalis, an illa includatur in generali fideicōmisso iniuncto Alphonso prædicto hæredi casu, quo absque filijs moriatur.& in hoc est considerandum,quod si Alphonsus prędictus esset grauatus restituere hæreditatem simpliciter,non de-
6 beret restituere illud, quod habuisset iure fideicommissi,† quia appellatione hæreditatis fideicommissum non continetur,ut dicit text.no.in l.si Titius ex parte.ff.de lega.3. & ita prima facie videbatur dicēdum in isto casu,quia in fine substitutionis dicitur, quod masculi de Rondinellis sint hæredes,& succedant in hęreditate. Sed tamen hoc non obstante contrarium in casu isto de iure esse arbitror,quia agitur de substitutione cōpendiosa,ut colligitur ibi,quandocunque decesserint.ut no. per gl.in §.qua ratione.insti.de pupil.Barto.in l.Centurio.versi.2.quæro.ff.de vulga. & pupil.& in l.precibus.C.de impu.& alijs substit. & per glos. in c.Raynutius.in verbo,absq; liberis.de testa. quo casu stante substitutione cōpendiosa concludit Bar.in l.Marcellus.§.quidam li-
7 beris in ver.q̄ro an id,ꝙ venit ad aliquem.ff.ad Trebel.qđ quando succeditur ex substitutione cōpendiosa, quæ valet iure fideicommissi post aditam hæreditatem,l.precibus. C.de impube. & alijs substitutio.tunc in restitutione fideicommissi venit etiam illud,quod grauatus habuit prius iure fideicōmissi. & idē no. Bar. in l.hæredes mei.§.cū ita.in prin.ff.ad Treb.& idē Bar. in l.Scæuola.circa fi.ff.eo.tit.ad Treb.& sequitur Alex. in d.l. Marcellus.§. quidā liberis.ver. sed prima opinio verior videtur. quia si in tali restitutione ueniunt prælegata,ut ibi habetur,de quibus p̄legatis maior videbaē dubitatio,qa nō sunt portiones hæreditariæ quāto magis debet uenire acquisitum ex fideicōmisso vniuersali,ꝙ

ſapit naturam portionis hæreditatis.l.nam quod.§.fi.ff.ad Treb. in l.ſi filius.ff. quod cũ eo.& idem Alex.concludit in cõſ 66. Viſo teſtamento.lib.2.& tradit Roman.in conſil.18. Viſa facti narratione.ibi,contrarium eſt veritas.& ſecundũ iſtam opinionem, q̃
* * *communis* videtur,alias conſului,ut patet in conſ.81.In caſu ꝓpoſito.in tertio dubio.& in conſil.86. Viſo puncto.in prin. Non ob. qđ ſ.in contrarium allegať in d. l. ſi Titius ex parte.quia ille tex.haberet locum, quando inſtitutus pro parte eſſet grauatus ſimpliciter hæreditatem reſtituere.prout loquitur ille tex.ſecus ſi uerba generalia ſint, prout in caſu iſto vř, quia teſtator ſubſtituit generaliter,ibi,ſubſtituit eis vt no.in l.cũ virum.C.de fideic. Secundò reſpondetur,ꝙ in caſu iſto dictum eſt non de hæreditate ſimpliciter,ſed dicitur,ꝙ ſuccedant in bonis, & in hæreditate dicti teſtatoris.quæ quidem verba videntur omnia comprehendere,quia iſta verba ſimul poſita in bonis, & in hereditate plura includũt,quàm alterum verbum ex eis, ut in notabili quæſtione tradit Ang.Aret.in tract.de teſtamen.in verbo, & iuſſit eam eſſe tacitam in fi.Tertio cõſiderandum eſt.ꝙ hic primo fuit facta ſubſtitutio compendioſa ſimpliciter, in qua venit illud, qđ fuit grauato acquiſitum de iure fideicommiſſi, vt ſupra dictum eſt, & poſtea ampliando illam ſubſtitutionem dicit ita, & taliter, ꝙ ſemper, & in perpetuum proximiores ipſi teſtatori maſculi de Rondinellis ſint hæredes,& ſuccedant in bonis,& in hæreditate dicti teſtatoris.iſta omnia verba prolata ſunt ad ampliandã ſubſtitutionem compendioſam prius factam ſimpliciter, unde nullo modo dicendum eſt,quòd debeant reſtringere dictam ſubſti-
8 tutionem:quia inducta ad unã finem† non debent operari ɔ̃riũ. lege legata inutiliter.de legat.1.l.quod fauore.C.de lega.& hæc ſatis ſint in ſecundo dubio.Tertio quæritur, cum in teſtamento Alphonſi inſtituti ſint do.Cæſar, & filij Nicolutij æquis portionibus,qualiter inter eos diuiſio fieri debeat? & breuiter conſiderandum eſt,ꝙ ſi dominus Cęſar, & filij dicti Nicolutij eſſent inſtituti ſimpliciter,clarum eſt de iure,ꝙ do.Cæſar haberet partem dimidiam,& alteram partem haberent ſimul omnes filij Nicolutij.l.ſi quis Titio.ubi Bal.de vſufru.accreſcẽ l.interdum. in prin. & in l.ſi liber homo.§.Titius.ff.de hæred.inſtituen cum ſi ut dixi in cõſi.122.Sed in caſu iſto non ſimpliciter vocati ſunt dominus Cæſar, & filij Nicolutij,ſed expreſſe dictum fuit quod ſuccederent æquis portionibus;quo caſu diuiſio æqualiter inter omnes per capita fieri debet,ut eſt tex. in l.interdum.in princ.ff. de
9 hæredi. inſtitu.† vbi ſi dicič, primus,& fratris mei filij æquè hæredes ſunto. hæc adiectio declarat omnes ex virilibus partibus inſtitutos,& quod dicitur de dictione,æquè,idem eſt,ſi dicatur pro æquis portionibus:quia fiunt partes viriles pro numero ꝑſonarum,ut dicit Imo.in d.l.interdum.in princ.Nec obſt. ſi dicatur,ꝙ verbum illud,æquè ſolum habeat relationem ad filios fratris,ut ipſi æqualiter inter eos ſuccedant:quia verba per modum qualitatis appoſita ad immediatè præcedentia referunť;ut no.in l.filium. in princip. ff. quando dies legat.ced.& Bar. expreſſe dicit in l.ſi.ff.de reb.dub.quia reſpondet Paul. de Caſt.in d.l.interdũ.in prin.qđ ibi illud contingit ex eo,ꝙ omnes poſiti ſunt in eadem oratione ut colligit ibi, primus,& fratris mei filij æquè hæredes ſunto.ſecus ſi in diuerſis orationibus poſiti fuiſſent, quia ɔ̃rium haberet locum,& hoc modo limitať tex.in d.l.interdum ſecundum Pau.de Caſt.ibi. Eſt ergo aduertendum ad verba teſtamẽti:quia ſi dominus Cęſar, & filij dicti Nicolutij uocati ſint in eadem ratione, prout in puncto narrat,omnes ꝓ virili parte admitterentur.Si verò eſſent uocati in diuerſis orationibus dominus Cæſar pro parte dimidia, & filij dicti Nicolutij pro altera dimidia vocati eſſent,& ita in hoc tertio dubio concludendum videť. Venio ad quartum dubium,in quo dubitari cõtingit,an dominus Cæſar contrauenire poſſit trãſactioni prætextu enormis
10 læſionis;& de iure clarum,eſt † ꝙ ſi dñs Cæſar deceptus fuit in dicta trãſactione ultra dimidiam iuſtæ ęſtimationis, reclamare poteſt,qa diſpoſitio l.2.C.de reſcind. vend.habet locum in contractu tranſactionis,ut Bar.concludit in d.l.2.in ver.quæro utrum. & in l.ſi quis cum aliter.in ver.quæro quid ſi in contractu tranſactionis.ff.de verb.oblig.in l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum.ff.ꝓ ſocio.Cald.in conſi.vltimo.in tit.de tranſa.Io.de Ana.in conſi.33. Circa primum.in ſecundo dubio.cum ſi.ut dixi in conſ.60. Viſo
* themate. Eſt verum, ꝙ plerique doctores tenent contrariũ. Sed prima opinio vř * *communis*, vt dixi in d.conſil.60.Vel concordando opiniones diſtingui poteſt, ꝙ ſi exceſſus ultra dimidiam ſit in modico,habeat locum opinio negatiua,ut non poſſit quis
a recedere à tranſactione: Aut datur magnus [a] exceſſus, & tũc videtur procedere opinio affirmatiua, ut tradit Corne. in conſil. 27. Primo conſultationis articulo. lib. 4. & dixi in conſilio 203. ut uera reſolutio. in ſecundo dubio.& in conſil. 216. Viſa tranſactione. vnde difficultas huius quæſtionis videtur conſiſtere in perſcrutando veritatem, an dictus domin. Cæſar enormiter ſit læſus vltra dimidiam iuſtæ æſtimationis,dicendum eſt,quod do. Cæſar contrauenire poſſit per ſupra dicta, & in locis ſupra alleg. Philip. Dec. Piſis.

ADDITIO.

a ¶ Magnus.] Suprà conſi.477.nu.11.ubi dixi.

EPIT. Conſil. CCCCCXCVIII.

Secunda donatio facta cum traditione præualet primæ,quæ fuit facta abſque traditione non obſtante,quòd in prima iuramentum fuerit interpoſitum, & abſenti non quæritur ius abſque ratificatione,& per ratificationem non tollitur ius quæſitum alicui ante ratificationem.

SVMMARIVM.

1 *Dominium abſque traditione non transfertur.*
2 *Sententię authoritas non facit, quòd dominium ſine traditione acquiratur.*
3 *Notarius ratione officij omnibus,quorum intereſt,ſtipulari poteſt.*
4 *Donatio ſi abſenti facta fuerit,cui notarius fuit ſtipulatus,& ante abſentis ratificationem de eiuſdem bonis alteri donatio facta fuit,quid iuris.*

VIſis his,quæ accuratè,& ſubtiliter in caſu ꝓpoſito inducuntur per clariſſimũ V. I.Doctorem do. Syluestrum Aldobrandinũ olim acutiſſimum diſcipulum meum Piſis, & per alios excellẽtiſſimos doctores ſubſcribentes in eorum ſententiam cõcurro, ꝙ ſecunda donatio ꝑualeat,& ꝙ effectus ſecundæ donationis nõ
1 impediať à prima, in qua non fuit tranſlatum dominium,† ꝙ quidem abſque traditione non transferť l.traditionib. C. de pact.& hoc etiam habet locum in donatione vniuerſali omnium bonorum,de qua agit:quia etiam in donatione uniuerſali omniũ bonorum non tranſit dominium ſine traditione,ut not.Bar.in l.1. ff.de vſuca.pro dote.ubi expreſſe dicit in 2.notabili,quod in vẽditione,& donatione omnium bonrum non tranſit dominium ſine traditione:& dicit hoc eſſe menti tenẽdũ:& gl.ibi in verbo, vniuerſæ.& idẽ tenet.& probatur in l.qui tibi C.de hære.vel act. uend.& in l.qui tibi. C.de his, qui a nõ domino manu.cum ergo non fuerit facta traditio primo donatario nõ fuit tranſlatũ in eũ dominium Et alia ẽt ratione non fuit tranſlatũ dominium,quia do. Virginia,quæ donauit, reſeruauit ſibi dñium in prima donatio.vt patet ex inſtrõ dictæ primæ donationis: & ideo cum eſſet dominium apud ipſam dominã Virginiam, illa potuit ſecundã donationẽ facere,& ad hoc eſt tex.qui bene facit in l.ſi §.Lucius. ff de dona.ubi dř,ꝙ Lucius Titius donauit certum fundum Meuiæ,& ante traditionẽ fundi dictum fundum obligauit Seio, dicitur ibi,ꝙ obligatio ualet,quia facta ante traditionem,& eo tẽpore,quo donans habebat dominium,& pari ratione in illo caſu ſecunda donatio,fieri potuiſſet.& ad idẽ facit tex.in d.l.qui tibi. de hære.uel act.uendi.& in d.l.qui tibi.C.de his,qui a non domino.manu.& merito in caſu noſtro ſecunda donatio præualere vř quia fuit facta cum traditione ſaltem virtute conſtituti,qđ in ſecũda donatione reperiť, nam quod dicitur in l.quoties.C.de rei vend.ꝙ ſecundus emptor,cui prius fuit facta traditio, præfertur primo,ſufficit,ꝙ traditio ſit facta per conſtitutum, ut ſ.dictum eſt,& idem Bal.in conſi.369.Venditor conſtituit.li.5.Ang.in cõſi.106.Quædam mulier.cum ſimili. ut dixi in l. contractus. ff. de reg.iur.& in conſi.224.per conſtitutum enim transferť uera poſſeſſio,licet modus acquirendi ſit fictus,ut no.Bar.in l.ab emptione.circa fi.ff.de pact.& probať in l.certæ §.1.& ibi Bart.ff.de preca.& idem Bat.in l.ſi is, qui pro emptore. de vſucap. Et prædicta concluſio procedit non obſtante,ꝙ in prima donatione iuramẽtum interuenerit; ut ſupra dictum eſt.& ad hoc facit, quia ipſæ partes non poſſunt facere, quòd dominium acquiratur abſque traditione,ut no.per glo.in l.in traditionibus.ff.de pact.& idem dicit Bar.in l.cum falſa.C.de iur.& fact.igno.in 1.q.& hoc non eſ-
2 ſet verum,ſi virtute iuramenti videretur facta traditio;† & quia etiam authoritas ſententiæ non facit, quòd dominiũ acquiratur ſine traditione,ut no. per gl.in §.fin.inſtit.de offi.iud.& iuramentum,& ſententia ęquiparantur.l.2.ff.de iureiu.ideo per iuramentũ non poteſt dici,ꝙ ſit facta traditio,& quod ſecunda donatio ualeat nõ obſtante iuramento appoſito in prima traditione. Pau. de Caſt.in conſi.55.Dico non obſtante iuramento.in prin.Similiter concluſio ſuperius firmata,quòd ſecunda donatio præualeat, ſuadetur,quia, ut ſupradictum eſt, prima donatio fuit facta ſub conditione,ſi Iulius donatarius primus ſuperuiueret poſt mortẽ domin. Virginiæ ſuæ matris, & iſta conditio defecit,quia dictus Iulius mortuus eſt viuente ſua matre, ideo deficiente cõditione donatio ceſſat.l.cedere diem.de verb.ſign.& hoc bene procedit in dicto

in dicto Iulio. Sed difficultas videtur consistere in nepotibus ipsius d. Virginiæ, quibus fuit facta donatio casu, quo dictus Iulius decederet sine filiis, quæ cōditio est verificata, ideo dictis nepotibus videtur esse ius quæsitū, quia pro ipsis absentibus notarius sti
3 pulatus fuit, & recepit, † notarius enim ratione officij omnibus quorum interest, stipulari potest, ut notat Bar. in l. stipulatio ista. §. si stipuler. de ver. obli. in l. nec ei §. eorum. in versi. quæro, nunquid tabellio. ff. de adop. in l 2. ff. rem pup. sal. fo. cum si. ut tradit
* Alex. in d. §. si stipuler. ubi dicit, ꝙ ista est * *communis* opinio. Sed ad hoc tamen rñderi potest, ꝙ dictis nepotib. absentibus non fuit ius quæsitum ante eorum ratificationem, quæ est necessaria. l. si ego. ff. de nego. gest. nam non obstante stipulatione notarij ratificatio partis requiritur, ut no. Bal. in l. nec ei. §. satisdatio. in 6. q. ff. de adopt. & in terminis donationis tradit Paul. de Cast. in consil. 195. Visis his, quę narrantur. in secundo dubio. in uer. secundo vi
4 dendum est. in secunda parte in nouis. † ubi ponit quæstionem de donatione facta absenti, cui notarius fuit stipulatus, & ante ratificationem absentis alteri fuit facta donatio de eisdem bonis,
a concludit,[a] quòd ante ratificationem nō fuit ius quæsitū primo donatario, per l. si ego. de nego. gest. & licet sequatur ratificatio, non tollit ius quæsitum illi, cui medio tempore ante ratificationem fuit facta donatio. allegat. l. si ego. § si res. ff. de iure dot. facit quod no. Bar. in l si vxor. §. si quis vxorem. ff. de adul & quod tradit Alex. in l. ꝙ meo. in prin. ff. de acqui. pos. cum si. ut dixi in cōs. 225. Magister Ioannes. & in l. contractus. ff. de reg. iur. cum ergo prima donatio non habuerit effectum ex defectu conditionis in personam filii, & ex defectu ratificationis in nepotibus, cōcludendum est, quod secunda donatio videatur de plano, & indubitanter procedere.

ADDITIO.

a ¶ Concludit.) Dixi ad Dec. l. 1. C. de pact. latè do. Andr. Tiraq. in tract. de constit. possessor.

EPITOME Consi. CCCCCXCIX.

Quando in una parte testamenti est dictū de filiis masculis, an idē intelligatur in alia parte, in qua dicatur de filiis simpliciter.

SUMMARIUM.

1 *Substitutio secundum institutionem regulari videtur.*
2 *Verbo sub vniversali comprehenditur illud, quod aliàs non includeretur.*
3 *Dictio, quodcunque. omnia comprehendit.*
4 *Verba debent intelligi, vt aliquid operentur.*
5 *Actus geminatus videtur magis deliberatus.*
6 *Facti ex modica mutatione ius totum mutatur.*
7 *Casus à testatore omissus in iuris dispositione remanet.*

CONsului aliàs in causa, Que Romę agitabať, ꝙ qñ testator instituit filios masculos, & in eodem testamento sæpius fecit mentionem de filijs masculis, substitutio postea facta inferius in eodem testamento decedēti sine filijs simpliciter, intelligatur de masculis, ut patet in consil. 15. & motus fui, quia vna pars testamenti per aliā declaratur. l. qui filiabus. in princ. ubi Bar. de leg. 1. cum ergo expresse supra dictum sit de masculis, consonat, ꝙ substitutio facta decedenti sine filijs intelligatur de masculis, & hoc in simili casu Abb. consuluit in cōs. 36. Videtur primò. lib. 1. Pau. de Cast. in consi. 77. Casus frequenter contingit. & Cuma. in consi. 117. A. in testamento instituit. cū si. ut dixi in d. consi. 15. & propter hoc in casu isto videbatur dicendum, ꝙ substitutio facta decedenti sine filiis de masculis in-
1 telligatur. prout dictum est in institutione. & ad hoc facit, † quia substitutio uidetur regulari secundum institutionem. l j. C. de impuber. & aliis substit. §. si ex disparibus. institu. de vulg. substi. in §. substituitur. instit. de pupil. cum sim. Sed tñ his non obstantibus, ut infra apparebit, contrarium in casu isto concludendum de iure vř, & intentio contra substitutos fundata vř pro filiabus, quia in substitutione testator loquiť de filijs simpliciter ut patet ibi, & si omnes dicti filij sui, & hæredes supra instituti quandocunq;
a decesserint sine filiis quibuscunque[a] legitimis, & naturalib. quo casu appellatione filiorum ueniunt filiæ, ut est tex. in l. si quis ita. in prin. de testamen. tute. & in l. si ita scriptum. de leg. 2. l. iusta. ff. de verb. signi. & facit tex. in l. cum auus. ff. de condi. & demon. iuncta l. cum acutissimi. C. de fideicom. & hoc clarū vř attentis verbis dictę substitutionis simpliciter, & hoc comprobatur per ver-
2 bum illud, filijs quibuscunque, † nam sub verbo isto uniuersali comprehenditur illud, quod aliàs non includeretur. ad hoc bene facit, quod notat Bal. in c. 1. in prin. in versicu. Sed quid si concessum est feudum de prohi. alien. feud. per Fed. ubi in concessione bonę facta alicui recipienti pro se, & hæredibus suis quibuscunq; concludit, ꝙ comprehendatur etiam legatarius, qui dicitur quodammodo quasi hæres, in l. in tempus. in fi. ff. de vsucapion. & si dictum sit de hæredibus quibuscunque, ueniūt etiam extranei, vt no. Bal. in l. 1. in versi. 34. quæritur. ff. de rerum diuisio. facit gl.
3 in clem. 1. in verbo, quibuscunque. de iudic. † & verbum, quodcūque. omnia comprehendit, ex quo nihil excipitur, in ca. solitę. in fi. de maio & obedien. & ideo consonat, ꝙ illa verba, de filiis quibuscūque. intelligantur etiam de filiabus. Et hoc idem suadetur, quia verbum illud, quibuscunque. restringitur in filijs legitimis & naturalibus, ut expresse in testamēto dicitur, vt ergo illud verbum, quibuscunque, aliquid operetur, videtur dicendum, ꝙ de
4 filiabus intelligatur, † quia verba debent intelligi, ut aliquid operentur. l. si qñ in prin. de lega. 1. in capit. si Papa. de priuil. in 6. Et nisi comprehenderet filias, verbum illud, quibuscunque. nihil operaretur. Vlterius etiam prædicta conclusio comprobatur, quia in capitulo substitutionis testator non loquitur de filijs, masculis, vnde quod non loquitur testator, uelle non præsumiť, ut dicit Bal. per illum tex. in l. 1. §. si autem de deficientis. C. de cad. tol. & si voluisset intelligere de filijs masculis, expressisset, sicut fecit in institutione, put arguit tex. in d. § si autē. & in c. inter corporalia. de transla. episco. in c. ad audientiam. de deci. Et hoc modo arguit Petr. de Anch. in consi. 120 Pro clariori. Ioan. de Ana. in consi. 22. Ad probandam. Alex. in consi. 38. Perspectis his. libr. 6. & hoc idem cōfirmať, quia testator in substitutione facta post mortem omnium filiorum loquitur de filijs simpliciter, primo ibi, sine filijs quibuscūque. Et idem repetit ibi, casu, quo dicti sui filij sine filijs legitimis, &c. vnde ista reiteratio de filijs simpliciter circa substitutionem non videtur facta sine ministerio, & in terminis nostræ quæstionis alias fuit cōsultum propter istam reiterationem, quod non sit repetitum de masculis, de quibus erat supra dictum in principio testamenti, ut habetur in consil. 49 inter consilia Alex. in quarto libro. & fuit consilium domini Ludo
5 uici Bolognini. & ad hoc facit, † quia actus geminatus videtur magis deliberatus, ut no. 2. q. 3. c. si quis iratus. cum glo. facit quod not. Bal. de secunda iussione in l. nec damnosa. C. de preci. imper. offeren. Et sequitur Alexand in l. 3. in princip. ff. quod quisque iuris. Et ista ratio saltem in isto casu uidetur habere locum stantibus supra dictis de verbo, quibuscunque. & ista conclusio corroborabitur ex his, quæ dicam respondendo ad allegata supra in contrarium. Vnde primo non obstat illud, quod alias consului in d. consil. 15 quia in casu isto concurrunt alia verba, quæ non erant in illo, & præsertim verbum illud, filijs quibuscunque. inducendo, ut supra dixi, & ex diuersitate facti variatur consilium, ut dicit Bal. in in consi. 178 Quidam nomine Angelutius. in 2 lib. Quia ex facto ius oritur. l. si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad legē Aquil.
6 † ubi Alberic. dicit, quòd ex modica mutatione facti totum ius mutatur. & in casu isto sunt illa verba, quibuscunque filijs quæ videntur præponderare in isto casu per supra dicta. Non obstat illa ratio, quòd una pars testamenti secundum aliam intelligatur d. l. qui filiabus. quia in contrarium facit, quia sicut supra expressit de masculis, pari ratione si idem voluisset, quādo loquitur de filijs simpliciter, illud expressisset. d. l. 1. § si autem ad deficientis. C. de cadu. tollend. & in capitul. ad audientiam. de decimis. cum sim. suprà allegatis. & ista ratio videtur fortior, quia negat testatorem sensisse de masculis, quia non expressit; & ista regula negatiua videtur fortior. l. 3. § suspecti ff. de suspect. tut. & quod ibi Bar. & not. in l. si Rufinus ubi Bal. C. de testamen. milit. & ista ratio saltem in isto casu præponderare videtur propter dicta verba uniuersalia, filijs quibuscunque. & per alia, quæ supra dicta sunt. Vltimò. non obst. quod substitutio debet regulari secundū institutionem, & substitutionem filiorum, ubi exprimitur de masculis. l. 1. C. de impube. cum simi. quia respondetur hoc esse quo ad partes institutionis, & substitutionis. prout loquitur tex. in d. l. 1. cum si. secus est in alia qualitate extrinseca, quia conditio apposita in institutione non videtur repetita in substitutione. l. sub conditione ff. de hæred. inst. vbi dicitur, sub conditione hærede instituto. si subst ituamus, nisi eandem conditionem repetamus, purè eum hæredem substitutū esse intelligemus. & ideo illa qualitas de masculis, quæ extrinsecus venit, repetita non videtur: & quia quod supra dictum est de masculis, in alia oratione dictum fuit, quo casu non videtur facta repetitio, ut no. Bart. in l. Seiæ. §. Caio. ff. de fundo instru. in prin. & in l. in repetendis. de legat. 3. & quia in casu isto dictum est de filijs quibuscunque, quo casu etiā filiæ

ADDITIO.

a ¶ Quibuscunque.) Hoc solum uerbum impedit, ne Dec. contrarius sit his, quæ dixit d. consi. 15. & supra consi. 493. consil. 51. ubi tamen sine hoc verbo malè consuluit.

filię comprehenduntur, ut s. dictum fuit: & quia alia ratio videtur in substitutione filiorũ, vt inter ipsos masculos bona ꝯseruẽtur: & ideo fecit prouisionem pro filiabus, quia mãdauit illas dotari: non sic videtur voluisse in substitutione facta post mortem omnium filiorum, quia nõ expressit de masculis, sed quia simpliciter dixit de filiis quibuscunque; & vlterius testator non cogita
7 uit de masculis, nec fecit prouisionem pro filiabus. † unde istæ casus à testatore omissus remanet in dispositione iuris communis. l. commodissimè. de lib. & posth. not. in l. si cum dotem. in princ. ff. sol. mat. & secundum ius commune appellatione filiorum veniunt filiæ, ut supra dictum est, merito in casu isto concludo, ꝙ substituti excludantur à filiabus. Laus Deo. Phil. Dec. Pisis.

EPITOME Consi. CCCCCC.

Ex proemio causa finalis colligitur. & concilium generale ciuitatis representat totam ciuitatem. & quando quis inducitur ad promittendum prætextu alicuius causæ, si causa illa falsa sit, promissio propter falsam causam retractari potest.

Cùm sit, quòd fuerit obtenta gratia per commune, & homines Asciani à nostris magnificis dominis ciuitatis Senarum super taxa, & tempore, quo Moyses, magister Bonauentura hebræus, & magister Raphael eius frater tenuerunt costum, & fœnus in castro Asciani vsque hodie, & pro taxa futura soluẽda communi Asciani pro dicto fœnore retento, & bonis retentis, & retinẽdis in futurũ, & de quibusdam aliis, de quibus in gratia concessa manu ser Antonij Mariæ de Guidis de Senis notarii reformationum ciuitatis Senarum: & cum dicta taxa non fuerit declarata de tempore præterito, & futuro, hinc est, ꝙ homines electi à cõmunitate Asciani ex authoritate eis cõcessa ex parte una, & Moyses, & magister Bonauentura hebręus nomine suo, & magistri Raphaelis eius fratris, pro quo de rato promisit, ex parte altera de communi concordia ipsarum partium amicabiliter, & solenni stipulatione hincinde interueniente composuerunt, quòd taxa præterita vsque in præsentem diem præfatæ partes eam reduxerunt ad summam ducatorum ducẽtorum quinquaginta, de quibus dictus Moyses nomine suo, & præfati magistri Raphaelis soluit, & numerauit ducatos quinquaginta auri actualiter in presentia mei notarij, & testium infrascriptorum, & ducatos ducẽtos auri dictus Moyses dicto nomine soluere promisit hinc ad menses decem, & octo. & pro taxa pro tempore futuro concorditer dictæ partes conuenerunt, quòd dictus Moyses, & magister Raphael teneantur soluere quolibet anno ducatos decem auri, ut latius continetur in instrumento rogato per ser Angelum olim Iacobi Stephani de Guidotis. An. M. ccccclxxi. Die xxii. Iunii.

SVMMARIVM.

1 *Contractus causa finalis ex proœmio inspicitur: nu. 2.*
3 *Contractui princeps de potestatis plenitudine contrauenire non potest.*
4 *Promissum indebitè, & solutum condictione indebiti reuocatur.*
5 *Error causæ effectum liberationis impedit.*
6 *Causa finalis in contractibus repetitionem parit.*
7 *Contractus uitiatur ex causa finalis defectu, & cõstitutum, vel confeßio ex falsa causa facta per errorem nihil operatur.*
8 *Fratres si inter se fratris præmortui bona diuiserint, & promiserint in plena forma obseruare, & non contrauenire, si posteà apparuerit: quòd bona diuisa tantum ad alterum fratrem spectarent, quid iuris.*
9 *Diuisio si facta sit prætextu testamenti, quod valere putabatur, si postea de testamenti nullitate appareat, ab intestato succeditur, & illa diuisio retractatur.*
10 *Legitimare si pater filium fecerit, & eum legitimatum eo prætextu, quòd legitimatio valeret, hæredem instituit, si postea appareat; quòd legitimatio fuit nulla, institutio vitiatur.*
11 *Latam post sententiam etiam ex iuxta erroris causa quis auditur.*
12 *Iuramentum habet tacitam conditionem, quam habet actus, super quo interponitur.*



IT inspecto diligenter tenore dicti instrumenti euidenter cõstare vr̃, ꝙ hebræi prædicti se obligauerunt ad soluẽdum summam aureorum 250. prætextu gratiæ obtentæ ab excelsis dominis Baliæ in præiudicium dictorũ hebræorum ad instantiam communitatis Asciani, hoc patet ex narratione facta in
1 principio instrumenti, † ex tali enim proœmio cã finalis huius ꝯctus colligitur, vt no. Bar. in l. 1. in princ ff. Ad Macedonianum. per illum tex. in l. fi ff de hæredibus instituendis. in princ. in versi.
2 & sic habes. † vbi inquit, ꝙ præfationes probant causam finalem dispositionis. & no. Bal. in l. 1. in prin. ff. de origine iuris. in l. vt liberis. in prin. C. de collationibus. & hoc modo arguit Bald. in consi 222. In quæstione domini Milani. lib. 3. Cardi. in consil. 132. Duo sunt videnda. in prin. Imo. in consi. 128. Visis, ac ponderatis. Ro. in consil. 16. Viso themate. versic. in ꝯrium tamen vr̃. & Ioan. de Ana. in consil. 7. Visis. cum simili. quæ nota sunt. apparet ergo, ꝙ dicti hebræi inducti fuerunt ad faciendam dictam promissionẽ, & obligationem dictorum ducatorum 250. prætextu dictæ gratiæ obtentæ ab excelsis dominis in concilio generali. cogitantes dicti hebręi, ꝙ talis gratia valeret, & ꝙ potuissent compelli ad soluendum taxam, prout in dicta gratia continetᷣ, & cũ in veritate dicta gratia non valida esset ex defectu potestatis, voluntatis, & solennitatis, vt larè constat in consilijs super tali gratia factis, qa concilium generale inclytæ ciuitatis Senarum, quòd representat totam ciuitatem, iuxta glo. in rub. C. quę sit longa consuetudo. tradit Angel. in consi. 63. Si prouisio. in princ. Alex. in consi. 101. Visis instrumentis. in prin. lib. 1. & ciuitas ipsa videtur habere iura principis, vt not. Bar. in l. 1. § de qua re. ff. de postulan. in l. infamem. in fi. ff. de publicis iudicijs. in l. hostes. in fi. ff. de captiuis. & ipse princeps non posset contrauenire capitulis hebiæis prius cõcessis per viam contractus, vt tradit Salicet. in consil. 367. inter consilia Pet. de Anchar. in consil. incipiente, In quæsito superius posito. & est regula communis, quòd princeps ex contractu obligatur, vt not. Cyn. in l. digna vox. in versi. vltimò scias. C. de legibus. no. in c. 1. de proba. Bald. per illum tex. in c. 1. de natura feu
3 di, per illum tex. adeo, † quod etiam de plenitudine potestatis nõ potest princeps contractui contrauenire, vt dic t Paul. de Cast. in d. l. digna vox & Bal. in c. 1. § adhæc. in versi. item nota ex glo. de pace iuramento firmand. Et etiam ex defectu voluntatis non valuit gratia; quia fuit subreptitia; quia de capitulis prius hebræis concessis nulla fuit facta mentio: & verisimiliter si concilium generale notitiam habuisset de capitulis hebręis prius concessis, illis verisimiliter noluisset derogare: ideo talis gratia tanquam subreptitia non valuit. c. ad aures. in fin. de rescript. in c. si motu proprio. de præbend. clem. 1. de præben. cum si. vt latè dixi in consilio. [a] accedit etiam, quia in tali gratia hebræi debuissent citari, per cle. pastoralis. de re iud. in § cæterum. & ista latius patent in consiliis super tali gratia factis, & gratia breuitatis non refero, quia extant, & videri possunt. & retenta hac conclusione, quòd dicta gratia fuerit, & sit nulla, de qua non videtur dubitandum, cõstat, & euidenter apparet, ꝙ dicti hebręi errore ducti fecerũt promissionẽ illã ducatorũ ducẽtũ quinquaginta pro taxa, ad q̃ nõ tenebãtur, & ideo illa tanquã indebitè facta per errorem re-
4 tractari debet; † quia indebitè promissum, & solutum condictione indebiti reuocatur. de promissione probatur in l. is, qui plus. ff. de condit. indebit. in l. qui sine. ff. de condit. sine causa. in l. pen. § mulier. ff. solut. matr. vbi dicitur, quòd mulier, quæ centum nomine dotis habebat apud virum, facto diuortio à marito errante stipulata erat ducenta, dicitur ibi, ꝙ sola illa centum, quæ erãt data, debentur; & illa promissio facta per errorem non attenditur. Et de soluente p errorẽ est tex. in l. j. in l. quod indebitum. in l. eleganter. ff. de condictio. indebit. § fina. & in l. 1. C. de condit. inde-
5 bit. & facit text. in l. si cum te. ff. de pact. † vbi error causæ impedit effectum liberationis. facit text. in l. si per errorem. ff. de iurisdictio. omn. iudic. in l. 2. § 1. ff. de iudi. in l. cum quis. C. de iuris, & fact. ignoran. & subueniri debet illi, qui facit per errorem, non q̃ per malitiam facit, ut no. Bal. in l. qui testamento. per illum tex. de
6 excusat. tuto. † & causa finalis falsa in contractibus parit repetitionem, ut no. Bart. in l. demonstratio falsa. § quod aũt. in versic. sexto quæro de condi. & demon. & idẽ no. Bal. in l nec apud. C.
7 de hære. insti. † vbi inquit, ꝙ uitiatur contractus ex defectu causę finalis: & ꝯstitutũ, vel confessio facta ex falsa causa per errorem nihil operatur, ut not. Bal. in rubr. C. de consti pecu. & ad hoc bene facit, quod not. Pau. de Cast. in l. fin. § idem quæsiuit. ff. de ꝯd.
8 indeb. † vbi dicit se cõsuluisse per illũ text. ꝙ cũ quidam fratres inter se diuisissent bona fratris pręmortui, & promisissent in plena forma obseruare, & non contrauenire, & postea apparuit, ꝙ bona diuisa tantum spectabant ad alterum fratrem utroque latere coniunctum, ꝯcludit, ꝙ illa diuisio facta per errorem debeat retractari, non obstante promissione de non contraueniendo. & ad hoc facit tex. in l. cum putarem. ff. famil. ercis. ubi diuisio facta per errorem cum aliquo tanquã cohærede qui non erat, cognito errore, reuocatur. ad idem tex. in l. si post diuisionẽ. C. de iur.
9 & facti igno. † ubi diuisio facta prætextu testamenti, quod putabatur ualere. si postea appareat de nullitate testamenti, ab intestato succeditur, & illa diuisio retractatur. & tradit Alex. in consi. 168. Ponderatis. in prin. lib. 6. Et in simili casu Fulg. scribit in ꝯs. 23. Hengelbertus. in fin. ubi concludit non valere donationem propter errorem in causa finali donationis. alleg. l. neque professio.

ADDITIO.

a Consilio.) Supra consi. 578. vbi inter eosdem.

fessio.C.de testam.& l.nec apud.C.de hæred.instit.& l.eam,quã. C.de fideicommis.ubi Paul.de Castr.ad propositum concludit in
10 ver.& per istam legem.† quòd si pater fecit legitimare filium, & eum legitimatum eo prætextu,quòd legitimatio ualeret, hæredem instituit,sed si postea apparet,quòd legitimatio fuit nulla,vitiatur institutio.facit tex.in l.neque.§.si seruum.ff.de testa.milit. nam tali casu uidetur cessare causa finalis institutionis,quæ causa finalis etiam in contractibus debet attendi,vt suprà dictum est : & tradit Alexand. in consi.46. Visis,& accuratè consideratis. in versicul. confirmantur prædicta. lib.primo.& ad prædicta fa
11 cit,quod no.Cum.in consi. 156. Visa serie.† vbi inquit ꝙ etiam post latam sententiam quis ex iusta causa erroris auditur : alleg.l. si mater.in prin.ff.de excep.rei iud.& quando de facili potest cõstare de errore, prout in isto casu videtur , quis debet audiri ; ut concludit Pau.de Cast.in consi 36 In casu præsenti. in fin. Ex quibus omnibus supradictis concludendum est , quòd dicti hebræi possunt repetere dictos qngentos aureos indebitè solutos.d.l. 1. & l.quod indebitum.cum similibus suprà alleg.& pro aureis ducentum promissis debent liberari. d.l. pe.§.mulier.ff.solut.matr. in d.l.qui sine.ff.de condict.sine causa.in d.l.is,qui plus.ff.de condict.indebit.Et suprâdictæ cõclusini non obstat iuramentum,qđ interpositum fuit:quia stante errore,ut suprà dictum est , errantes consentiunt.d.l.si per errorem.cum sim.suprà allegatis.& ubi deficit consensus,iuramentum non supplet defectum consensus. l.fi.C.de non numera.pecu.& per illum text.not.Bart.in l.si quis pro eo in princ.in versic. prędicta, quæ dixi.ff.de fideiussoribus.
12 & iuramentum [a] habet illam tacitam cõditionem,quam habet
a actus,super quo interponitur,ut not.Ang.in consi.315.Statuto cauetur.Oldrad.in consi.278.Licèt quantum.in 3.q.ubi alleg.d.l.fi. C.de non numer.pecu.& de iuramento,qđ nihil operatur in promissione facta per errorem,tradit Pau.de Cast.in consi.70. Viso puncto suprascripto.in ver.quarto loco videndum est.cum si.ut dixi in consi.349.In casu proposito.

ADDITIO.

a ¶ Iuramentum.} Suprà consi.238.in fi.ubi dixi.

EPIT. Consi. CCCCCCI.

Vsusfructus omnium bonorum vxori relictus extantibus filiis , cũ quibus morari præcipitur,in alimenta resoluitur. Illis vero mortuis non extinguitur tale legatũ , quinimo in toto vsufructu ipsa redintegrari debet.

SVMMARIVM.

1 *Legatum etiam alimentorum in fauorem eius,cum quo quis morari debet. per mortem eius extinguitur.*
2 *Conditio morandi cum filijs in dubio in fauorẽ filiorum apposita videtur,*
3 *Legatum factum vxori,ut moretur cum filia,quæ erat infans , per mortẽ filiæ extinguitur.nu.7.*
4 *Legatum matri factum,quæ cum filijs morari debet,per mortem filiorum non extinguitur.*
5 *Coniecturis in claris non opus est.*
6 *Interpretatio lata fit propter affectionem,& personæ coniunctionem.*
8 *Legatum in dubio in legatarij fauorem factum videtur.*

VIso eleganti consilio facto communicato colloquio inter excellentissimos Iurisconsoltus uti fratres maiores honorandos Hormanotium,& dominum Marcum de Asinis . requisitis de subscriptione , pro clariori resolutione placet vlterius insistere; & breuiter habemus considerare tres casus.Primus est , quando legatum vsusfructus omniũ bonorum est factum vxori in fauorem filiorum, cum quibus mater debet morari: & isto casu per mortem filiorũ extinguitur legatum.l.illis libertis.in fin.ff.de condi.& demon.facit tex.in l.Seio.in prin.ff.de annu.lega.& dicit Petr.de Anch. in
* consi.237.Quia in primo quæsito.ꝙ * *omnes* tenent,† quòd lega
1 tum etiam alimentorum factum in fauorem eius , cum quo quis
a debet morari,[a] per mortem eius extinguitur,per iura præallegata:& ibi dicit , quod in dubio vř legatum factum in fauorẽ eius, cum quo quis habitare,& morari debet.& hoc etiam colligiť ex qualitate eius,cum quo morandum sit,ut not.Odof.& Albe. refert in l.j.C.de legat.Et propter.hoc arguit Pet.de Anc.in d.consi. legatum factum in fauorem matris,quæ erat antiqua,& infirma, cum qua voluit testator,quòd vxor eius deberet morari,ꝙ mortua matre extinguatur.& idem concludit Bald.in consi.434. Ca-
2 sus talis est . in fin. lib. 2.† vbi inquit , quòd in dubio in matre illa conditio morandi cum filiis præsumitur apposita in fauorem filiorum.allegat bonum text.in l.sed si hoc.§.fin.in fin. ff.de condit. & demonstratio . & ideo infert, quod mortuis filiis extinctum sit legatum & idẽ tradit dom.Signore.de Mediol. in consi.
3 179 In themate præsupposito. ver. sed per alium modum :† vbi cõcludit,quòd legatum factum uxori,ut moretur cum filia, quę erat infans,per mortem filiæ extinguitur:quia propter qualitatẽ filiæ infantis erat factum legatum in fauorem filiæ. Et in isto primo casu superiori anno Pisis consului , & adhuc consulerem: & de hoc non agiť simpliciter in isto casu,de quo agitur. Secundus casus est,quando legatum factum sit in fauorem legatarij,quo casu per mortem eius,cum quo quis debuit morari , non extinguitur legatum,ut nota.per gl.Bar.& doct.in l. 1.C.de lega.& tradit
4 Pet.de Anchara.in consi.185.Quæstio videtur magis dubia.† vbi in terminis concludit,ꝙ legatum factum matri,quæ debuit morari cum filijs, non extinguitur per mortem filiorũ, cum quibus mater debuit morari , si legatum factum sit contemplatione matris:& illud dř ordinari in fauorem alicuius, quod fit in eius fauorem principaliter.arg.l.si quis nec causam.& in l.rogasti. ff.si cer. pet.ita Bal.dicit in l.j.in ver. vnum scias.C.de lega.& de istis duobus casibus non agitur simpliciter in casu,de quo quæritur. Vnde tertius est casus mixtus , quando legatum fuit factum vxori, seu matri in fauorem filiorũ , & etiam in fauorem ipsius matris, prout in casu isto contingit: nam in fauorem filiorum fuit factũ legatum,quia erant filij infantes,per ea, quę suprà dixi in primo casu , & in fauorem etiam vxoris fuit factum legatum , ut verba testatoris ostendunt , dum inquit , ꝙ reliquit dominam Felicem eius vxorem dilectam propter mutuum amorem,& dilectionẽ, quam inter se habuerunt,& habent,dominam, & vsufructuariã omnium bonorum ipsius testatoris donec,& quousque uixerit. Ista uerba ostendunt euidẽter , quòd dictum legatum fuit factũ
5 in fauorẽ uxoris,verba enim clara sunt,† & in claris non est opus coniecturis. l.cõtinuus.§.cum ita.de uerb.ob.l.ille,aut ille.§.cum in uerbis.de lega.3.si attendatur fauor filium, illis mortuis deberet extingui legatum,vt suprà in primo casu dictum est. Si fauor uxoris inspiciatur , per mortem filiorum non debet extingui legatum,ut suprà in secundo casu dictum fuit.Concludendo mihi vř, ꝙ in isto casu mixto saltem post mortem filiorum fauor matris debeat præponderare , ut ipsa non priuetur legato propter mortem filiorum, quia propter filios uiuentes legatum usufructus omniũ bonorum restrictus fuit in alimentis secundum con-
* suetudinem,quæ * *communiter* approbatur,ut no.per gl.in auth. hoc locum.C.si mulier secundo nupse.& ibi Bar. & idem Bart.in l.Titia.la 1.§.fi.de leg.3.cũ simil.quæ nota sunt:& hoc est in præiudicium matris, quæ debuisset habere totum usumfructum in omnibus bonis.cum ergo in hoc mater grauata fuerit,debet releuari,ut mortuis filiis non extinguatur legatum , sed ipsa debet in toto usufructu reintegrari : ita in terminis arguit , & concludit Pet.de Ancha. in consi.185.Quæstio uidetur magis dubia.in fin. quod suprà allegatum fuit. & certè hoc maximam uidetur habere æquitatem ne mater priuetur legato,in cuius fauorem principaliter fuit factum legatum, ut colligitur ex uerbis testatoris in principio testamenti.Et cum respectus uxoris prius exprimatur, uidetur,quòd illa in hoc casu debeat præponderari, argumento l.quoties.ff.de usufructu.in l.generaliter.§.quid ergo.ff.de fideicommiss.liber.l.cum pater.§ pen.de leg. 2.in l.si quis seruum.§.si inter duos.de legat.2 ibi,ei potius soluendum, cui primum legatum est.in c.mandato.de præben.in 6.Et quia apparet istam fuisse uoluntatem testatoris,quæ totum facit,l.ex facto. ff.de hæredibus institu. l.in conditionibus primum locum. in princip. ff.de conditio.& demonstrat.& uoluntas colligitur propter maximã affectionem , quã testator asserit se habuisse ad uxorem propter quam consonat , quòd legatum usufructus omnium bonorum
6 fuerit principaliter relictus in fauorem uxoris: † quia propter affectionem,& coniunctionem personæ fit lata interpretatio. l.in testamento.ff.de fideicommiss.lib.l.si seruus plurium.§.fi.de leg. 1.l.Aurelius.§.Titius testamento ff. de libe.leg. & ideo uidetur, quòd legatum factum fuerit principaliter in fauorem uxoris , & hoc attenditur in isto casu mixto,ut not.Bald.in d.l.j.C.de leg.& ex his confirmatur quod consuluit do.Ioan. Bapt. de sancto Seuerino.cum domino Bartholomæ. Socin.ut suprà relatum fuit, & habetur in consi.68. inter consilia domini Soci. Et satis ex prædictis constare videtur,quòd dictus testator fecisset dictum legatum uxori,etiam si liberos non habuisset : ideo illa conditio morandi cum liberis non attenditur,ut not.per glo.in l.j.C.de institutio.& substit.cum simi.ut Soci.tradit in l. in testamento. uersic. tertio,& ultimo. ff.de conditio. & demonstra Et hoc idem confirmatur, quia dictum legatum uxori , eidemq́ue matri filiorum factũ fuit,donec ipsa uixerit,ut patet in testamento, ergo illi debetur etiam filiis mortuis : quia cum uita ipsius uxoris attendatur,ut

ADDITIO.

a ¶ Morari.) Suprà consi.524.ubi dixi.

tur,uidetur,quod in eius fauorem principaliter factum fuerit legatum: & certe si testator de isto casu interrogatus fuisset,noluisset verisimiliter propter mortem filiorum matrem priuari legato,cum ipsa valde contristata sit de morte filiorum, quos maxime diligebat:& uoluisset habere luctuosam hæreditatem filiorũ,ut dicitur in l.fin.C.de instit.& substitu.& quod notat Oldra. in consi.142.Factum tale est.& quia matri nihil potest imputari, quia illa conditio morandi cum filiis intelligitur illis uiuentibus ex uerisimili mente testatoris,ut not.Bal.in l.1.in princi.C. de le-
7 ga.† ubi inquit,quod illa conditio morandi cum aliquo, ex natura sui restringitur,& limitatur ad tempus uitæ eius, cum quo debuit morari.& ideo cum masculus sit mortuus viuẽte testatore, & mater morata sit cum eis,donec uixit,consonat mentem testatoris fuisse,quod mater,cui nihil imputari potest, non priuetur legato post mortem filiorum:& si ipse(ut dixi) interrogatus fuisset,ita uerisimiliter respondisset, unde hoc haberi debet pro expresso,iuxta gl.in l.tale pactum.§.fi.ff.de pact. quæ procedit etiã in testamentis,ut notat Bald.ibi,& ex supra dictis propter men-
8 tem testatoris res clara uidetur.Et si esset dubia, † in dubio uidelegatum factum in fauorem legatarii, ut not. per gloss. Bartol. & doct.in d.l.j.C.de lega.& in dubio etiam debet iudicari, ꝙ legatũ conseruetur,& non extinguatur.argumen.l. quoties in actionibus.ff.de rebus dubiis.& in l.quoties in stipulationibus. de verb. oblig.Et ex omnibus suprà dictis constat legatum fuisset principaliter in fauotem matris,& per consequens iste tertius casus reducitur ad secundum casum,in quo suprà dictum est,quod legatum non extinguitur per mortem eius,cum quo morari quis debuit,quando legatum fuit factum principaliter in fauorem legatarii,prout in casu isto contingit,per supra dicta. ex quibus concurro in sententiam præstantissimorum dominorum suprà consulentium.

EPIT. Consi. CCCCCCII.

De potestate Papæ in matrimonio,& quòd ex causa potest dissoluere matrimonium; & quando dispensatio dicatur subreptitia.

SUMMARIUM.

1 *Nulli de facto summi Pontificis licet iudicare.*
2 *Concessio Papæ,uel imperatoris tacitam habet conditionem,si preces veritate nitantur.*
3 *Limitata causa limitatum producit effectum.*
4 *Scripturæ propter earum contrarietatem non probant.*
5 *Scripturæ in dubio ita interpretari debent,ne contradicant.*
6 *Per distinctionem contrarietas tollitur.*
7 *In crimine falsitatis suspicio pro falsitate habetur.*
8 *Quando duæ scripturæ æque principales de eadem re producuntur, quæ diuerso modo loquuntur,illa attenditur,que minoris est præiudicij.*
9 *Sufficit,quod scripturæ,vel testes concordent in facto principali.*
10 *Dissolutio spiritualis,& carnalis matrimonij iudicio Dei est reseruata.*
11 *Papa nunquid separationem matrimonij facere possit.*
12 *Factum a summo Pontifice reputatur factum a deo.*
13 *Verbis narratiuis Papæ non creditur.*
14 *Pax est iusta causa, quòd dominus potest remittere iniurias, & damna illata subditis.*
15 *Assertioni factæ per summum pontificem non statur.*
16 *Dispensatio ex falsa causa facta non valet.num.19.*
17 *Rescripta contra ius ab omnibus refutari debent.*
18 *Protestatio declaratoria in dependentibus a consensu duorum debet fieri in præsentia partis.*
20 *Clausula,supplentes omnes defectus, non intelligitur in defectu naturali.*
21 *Dispensatio matrimonij dato,quòd fuerit nulla propter minorem ætatem, vtrum superuenienti maiori ætate, & sequuta copula carnali dicta dispensatio sit confirmata non obstante subreptione.*
22 *Secundum intentionẽ summi Põtificis omnia eius rescripta dẽnt iudicari.*
23 *Quod ab initio non valet,postea non conualescit.*
25 *Matrimonium est de iure diuino.*
26 *Soboles ex incestu suscepta videtur odiosa,& non fauorabilis.*
27 *Nati ex matimonio non legitimo dicuntur de facto infames.*

Viso puncto trãsmisso de Anglia,& octo dubiis,quæ ex eo eliciuntur: quia causa est magni ponderis, & inter maximos princeps uertitur,prima facie subsistebam more Iureconsulti in l.seruum quoq;.in princ.
1 ff.de procur.& in l.si me,& Titiũ.ff.si cer. pet. † Et quia etiam in casu isto agitur de facto summi pontificis, de quo iudicare nulli fas est c.nulli fas.19.dist.& q.3.c.cuncta per mũdũ.& 17.q.4.in c. nemini & instar sacrilegii est de facto principis iudicare.l.2.C.de cri.sacri.Verum,qa Papa patienter,& æquo aĩo patit, si quis nõ fecerit,qđ illi fuerit praua insinuatione suggestũ,ut dicit text. in c.si quando.de rescrip.in c.cum teneamur.de præbend. in fin. ad idem tex.in cap.sententiam.35.quæstione vlt. vbi Nicolaus Papa inquit, sententiam Romanæ sedis non negamus in melius
2 posse commutari, cum aliquid subreptum fuerit.†Et ratio illa manifesta videtur,quia concessio Papę uel Imperatoris tacitam habet conditionem,si preces ueritate nitantur.c. 2. de rescript. in l.præscriptione.C si contra ius,uel uti publ. & hoc etiam procedit,si motu proprio concessio facta sit, vt not. Card. in consi. 96. Videtur vnio præmissa. Nec repugnare uidetur,quòd inter uenientibus precibus tamen concessio dicatur facta motu proprio,vt ibi Card. dicit & hoc specialiter declarat Bald.in ca.nisi specialis. in uers.pone in literis. de offi. lega. & stante falsa suggestione non uidetur Papa illam concessionem fecisse,quia illa conditio tacita, si preces veritate nitantur. uerificata non fuit; & ideo deficiente tali conditione non uidetur Papa concessionem fecisse, quia voluntas,& dispositio Papæ erat limitata sub
3 illa tacita conditione, si preces ueritate nitantur. † Et limitata causa limitatum producit effectum.l.in agris.ff. de acquir. rerum domi. & ideo deficiente conditione cessat dispensatio facta à summo Pontifice.l.cedere diem.ff.de uerb. sign. & tali casu in effectu non uidetur impugnari factum à summo Pontifice, qui conditione deficiente non dispensauit, & nihil fecit. Vnde ex iuribus suprà allegatis uidetur,ꝙ cum licentia, & bona uenia summi Pontificis hanc prouinciam consulendi possim suscipere. Ad cautelam tamen præmissa protestatione, ꝙ intentionis meæ non est aliquid scribere,nec dicere, quod summo Pontifici optime de me bene merito, dum esset in minoribus, uel sedi apostolicæ aduersetur,ut in simili casu Pet. de Anch. protestatur in consi. 313. Nisi legibus,& canonibus esset expressum. Et de fide similem protestationem facit Alber. in 3. parte statutorum. in quæstio. 32. in fin. & Abb. in c.cum M. in glo. in uers. sine præiudicio. de consti. Barthol. Veronen. in cautela 56. Bonum est consilium. His pręmissis accedo ad determinationem propositę consultationis,& secundum ordinem dubiorum. Primò quæritur, an dicatur constare de dispensatione quãtum ad literas sub plumbo propter contrariam assertionem ipsius Papę in literis in forma breuis, in quibus dicitur, ꝙ nunquam negauit, quominus uellet dispensationem petitam facere: & sic uidetur asserere,ꝙ tunc non fuisset facta dispensatio, cuius cõtra
4 rium dicitur in literis sub plumbo. † Vnde propter contrarietatem videtur,ꝙ iste scripturæ non probent.l. scripturæ.C.de fide instrum. & in cap.imputari.eo.titul. facit tex. in l.1.C.de furt. & in cap. solicitudinem.de appel. in l.ubi repugnantia.ff. de regul. iur. cum simil. ut dixi ibi. Vt ista contrarietas tollatur, breuiter
5 considerandum est, † ꝙ in dubio scripturæ ita interpretari debent,ne contradicant. argum. text. in c. inter dilectos.§. cæterũ. de instrum.not. Abb.in c.cum tu. de testi. Bart. in l. fin.§. idem quęsiit. ff.de condic. indeb.Bal.in l.cum falsa. in fin. C. de iur. & facti igno. cum simil.ut tradit Alexand. in l.1.in princip. ff. ne
6 quis eum. Et hoc locum habet in qualibet dispositione, † ut per distinctionem contrarietas tollatur,ut Alexand. concludit in consi. 141. Viso testamento.lib. 2. & dixi in consi. 195. Studendo breuitati. & ad hoc facit illud uulgatum, quòd dici solet, distingue tempora, & concordabis scripturas. & dicit text. secunda quæstio. prima in capitulo si peccauerit. not. in §. quibus.in 1.constit.C.& not. per glo. & Bar.in l.apud antiquos. C.de fur.in fi.& ad hoc facit tex.in c.scripturis. 8. q.1. & de pœni.distinct.1.in c.periculosè.& in c.qui vult. de pœni. distinct.6. Vnde in proposito quãuis Papa in dictis literis in forma breuis videatur asserere tunc non esse factam dispensationem, potuit postea fieri etiam eodem die,ut apparet in literis sub plumbo,& in literis in forma breuis, in quibus eadem dispensatio continet & hoc modo distinguendo tempora nulla contrarietas videtur & ita primum dubium breuiter absolutum sit. Venio ad secundum, in quo dubitari contingit propter varietatem literarum: quia in literis in forma breuis apponitur illa clausula, & ex aliis causis animum nostrum mouentibus. quæ quidem clausula nõ reperitur in literis sub plumbo, unde ex talia uariatione insurgit suspicio falsitatis.l.eos.ff.de fal.in l.qui falso.ff. de testibus. &
7 speciale est in crimine falsitatis, † quòd suspicio [a] falsitatis pro
a falsitate habetur,ut not. Archid.in c.in memoriam.19. distinct. & Dominicus ibi sequitur per tex.in l.iubemus. C. de probatio. ibi,tanquam falsarios esse detinendos.& idem not.Bald.in l.si ve ritas.C.de fideicommi. Ioan.de Anan.in rubric.de crimi.falsi.&
8 Alex.in consi.77.In causa accusationis. lib. 1. † Sed in hoc etiam breuiter concludendum est,quòd ex prædicta diuersitate nulla suspicio falsitatis oriatur:quia quando duæ scripturæ æque principales de eadem re producuntur,quæ diuerso mõ loquunt, vt in casu isto vr̃,illa attendit,quæ minoris sit præiudicii,vt est tex. in l.

ADDITIO.

a ¶ *Suspicio.)* Supra consil.173. [redacted]. & consil 446. nu. 28.

in l. Sempronius Proculo. de legat. 2 Et qñ in vna scriptura plus quã in alia de eadem re cōtinetur, propter hoc non vr̃ in dictis scripturis ꝯrietas, vt in simili de pluribus testibus dicit Anto de But. in c. 1. de offic. leg. ꝙ testes nō dicuntur contrarij, licèt vnus plus, vel minus dicat, quàm alter de facto principali & hoc idem vlterius comprobatur, quia in literis, de quibus agitur, non est diuersitas in facto principali circa dispensationem, sed in clausula accessoria, quæ non attēditur, vt no. Bar. in l. eos. uer. intellige. ff. ad l. Cornel. de fal. vbi concludit, quòd varietas, quæ non est
9 in facto principali, non nocet. & est regula communis† quòd sufficit, quòd scripturæ, uel testes concordent in facto principali, ut not. Anto. de But. in cap. nihil. per illum tex. de uerb. sign. & idem dicunt Bal. & Imola in l. his uerbis. §. fi. ff. de hæredibus instit. & etiam in facto principali, contrarietas, uel diuersitas modica non nocet. ut notat Anto. de But. in cap. 2. de regul. Alex. in consi. 5. In causa inquisitionis. uersi. non obstat. etiam si diceretur. lib. 1. & in consi. 47. Abundè per celeberrimos. libr. 2. & cum prædictis concordat glo. in c. dudum. in uerbo, substantia. in fin. de conuersio. coniugat. in cap. cum ecclesia. in uerbo, uacillasse. de caus. possessio. & proprie. & not. Bald. per illud tex. in l. qui sententiam. C. de poe. Non obst. quod supra in contrariũ allegatur de suspicione falsitatis, quę pro falsitate habetur, ut not. Archid. in d. c. in memoriam. quia in casu isto, ut supra dixi, nulla uidetur suspicio falsitatis, ut patet ex supra dictis. Et dato ꝙ esset aliqua suspicio falsitatis, non uidetur uerum, ꝙ suspicio falsitatis habeatur pro falsitate quantum ad condemnationem: nam in contrarium est dictum Bal. in l. iurisgentium. § qđ fere. ff. de pact. ubi inquit, ꝙ in crimine falsitatis probatio debet de necessitate cōcludere: & cũ regulariter probatio debeat esse cōcludens, l. non hoc. C. unde legi. c. in præsentia. de proba. secũdum Bal. qui in d. §. quod fere. uidetur ponere specialitatem in falsitate; uidetur dicendum, quòd in tali casu probatio magis ꝯcludens, & strictior requiratur. Et dictũ Archid. in d. c. in memoriam. uidetur procedere quantum ad capturam, prout loquitur tex. in d. l. iubemus. Et ad hoc facit tex. in c. ad audientiam. de cri. fal. secus uidetur respectu condemnationis, quia suspicio non sufficit, ut quis debeat condemnari. l. absentē. ff. de poe. in prin. cum sim. ut dixi ibi in c. porrecta. de confir. uti. uel inuti. & in consi. 189 Letatus sum plurimum. & ex his etiam breuiter secundum dubium expeditum sit, & in supradictis omnibus nō uidetur dubitandũ. Venio ad tertiũ dubiũ, in quo uidetur difficultas ꝯsistere, dũ in eo quæritur de potestate Papæ in dispensando circa dissolutionē matrimonij, de quo agit: & in tali dubio si Theologi discreparent a doctoribus canonum, potius inhærendum est ipsis doctoribus iuris canonici, quàm sacræ Theologiæ magistris, vt latè tradit Petr. de Anchar. in disputatione incipien. Antiquis, & modernis temporibus viri catholici &c. refert, & sequitur Ioan. de Anan. in capit. in ciuitate. de vsu. & Alexan. in consi. 1. lib. 2. & in consi. 107. Pro inuestigatione. eodem lib. 2. & dixi in consi. 111. Puto tamen, quòd in casu isto non differtiant, vt infra dicam. Et in ista quęstione multa possent dici, quia in alto pelago agitatur: perstringendo tamen materiam pro solito more meo procedam conclusiue, & conclusio *communis
* omnium uidetur, quòd Papa ex causa contra ius diuinum dispensare possit, vt no. Inn. in c. post translationem. in fi. de renuntia. & in c. quanto. de consuetu. Bal. in l. j. C. de iur. aur. annu. vbi tamen inquit, ꝙ magna causa requiritur. & idem Abb. concludit in c. fin. de spon duo. dicens, ꝙ Papa non potest dispensare cōtra matrimonium, nisi ex magna causa. & ideo licèt matrimonium sit de iure diuino, cap. 1. de voto. in 6. & in capit. sunt qui dicunt. 27. q. 2 & no. Abb. in c. cum ad monasterium, de statu monacho. potest tamen Papa ex causa dispensare, vt doct. dicunt in locis præallegatis. & est regula affirmatiua, quòd potest Papa dispensare in omnibus casibus, nisi expresè reperiatur prohibitum, vt not. Abb. post Host. & alios in capit. proposuit. de concess. præbend. & Petr. de Anch. in consi. 373 Reuocatur in dubium. vbi in versi. item aduertendum, dicit, quòd sunt certi casus, in quibus Papa dispensare non potest, quos ponit Specul. in titul. de legat. in §. nunc breuiter. & illis exceptis in omnibus alijs potest. vnde ex hoc ibi infert. quod Papa ex causa potuit dispensare, quod nepos ex fratre acciperet vxorem patrui defuncti: quia iste casus non erat de prohibitis, vt in d. consilio in fine & per totum. Petrus de Anchar. concludit. & a fortiori uidetur, quod in relicta fratris Papa ex causa dispensare possit, prout in casu isto agitur, quia fratres sunt transuersales in linea æquali, in quibus non est ita stricta prohibitio, sicut in nepote cum relicta patrui, ut not.
10 Petr. de Anch. in d. consi. 374. in princip.† Et licet dissolutio spiritualis, & carnalis matrimonij tantum iudicio Dei reseruata sit, ut dicit tex. in cap. inter corporalia. §. 1. de translat. episco. ubi allegat illam autoritatem, quos Deus coniunxit, homo non sepa
11 ret, uidetur tamen, ꝙ† Papa ex causa separationē matrimonij facere possit, quia ipse est successor Petri, & Vicarius Christi, vt dicit tex. in cap licet in tantum. de transla. episco. & Papa locũ
12 Dei gerit in terris. cap. vnico. §. porro. vt eccles. benefi. & † ideo factum a summo Pontifice reputatur factũ a Deo, quia ipse non puri hominis, sed vicem Dei gerit in terris, vt dicitur in c. quāto. de translat. episco. & in eo est plenitudo potestatis ecclesiasticæ. capitulo ad honorem. de aucto. & usu pal. & merito summus Pōtifex appellatur, & hoc nomē accepit a Moyse, qui erat summus sacerdos, ut not. Bal. in l. rescripta in versi. de Papa aliquid dicam. C. de preci. imper. offeren. & facit tex. in ca. proposuit. de conces sio. præbenda in clementina prima in fine. ut lite pendente, capitulo secundo in fine de præbendis in sexto. & ideo dicitur, quòd vnum est consistorium Christi, & Papæ, ut not. Abb. in capitulo venerabilem, de elect. ex quibus omnibus clarissima uidetur conclusio supra dicta, quod Papa ex causa contra ius diuinum dispensare possit, & specialiter in matrimonio. facit textus in capitulo finali de diuor. Sed vis tota consistit in perscrutando causam, an in isto casu causa, quæ in dispensatione a summo Pontifice allegatur, habeat illas qualitates, quæ in tali casu requiruntur: cum enim Papa non possit in tali casu absque causa dispensare, ut suprà dictum est, de tali causa in ueritate constare debet, & non statur assertioni disponentis, & dicentis causam subesse, ut in simili casu notat Barto. per illum textum in l. si forte. ff. de castren. pecu. & notatur per gloss Barto. & docto. in l. si donatione. C. de colla. Bald. in l. illud. in principio. C. de sacrosanct. ecclesi. facit text. in l. qui testamentum. & quod ibi Barto. ff. de proba. & in lege cum quis decedens. in §. Titia. de legat. 3. & notat Oldrad. in consi. 126. Quidam episcopus. & Feder in consi. 153. Concessio facta. Anto. de But. in consi. 39. Quia maior pars quæsitorum. in fin. & in cōsil. 46. Iuris rigor. circa finem. Petr. de Ancha. in consi. 248. Dubium facit Alexan. in consi 55. Consideratis. lib. 1. cum similibus. quæ nota sunt. & dixi late in d. l. si dona-
13 tione.† & non creditur papæ in his, quæ narrat, & uerisimiliter ex informatione partis habuit, ut notat Imola post Anton. de Butrio in cle. 1. de probatio & tradit Alex. in consi. 112. Visa copia. in uersiculo, accedit. lib 7. Et applicando ista ad casum nostrum considerandum est, quod in ista dispensatione uidetur duplex causa a summo pontifice assignari: Vna specialis, dum dicitur, quod pro bono pacis, & concordiæ facta fuit dispensatio, ut habetur in literis sub plumbo. Altera est generalis, dum dicitur in literis in forma breuis, & aliis causis animum nostrum mouētibus. Circa primam causam specialem pro bono pacis cã iusta, & legitima videtur, arg. tex in c nisi essent. de præb. ibi, se pro bono pacis, & utilitatis ordinasse, & in c. 2. in fi. ibi. ut pote pro bo-
14 no pacis talis coniunctio toleretur.† Nam pax est iusta causa. ꝙ dominus potest remittere iniurias, & damna illata subditis, ut dicit Ang. in l. conuentionum. in fi. ff. de pact. & idem Bald in l. bene a Zenone. C. de quadrienn. præscriptio in uersic. quinimo. & idem Ang. in l. uenditor. § si constat. in fin. ff. commu. prædio. & not. Rom. in consi. 307. In casu propositæ consultationis. circa finem. Sed quod causa ista iusta sit, hoc non sufficit, quia requiritur ulterius, quod sit uera, ut simili casu not. Feder. in consi. 144. Cōcessio facta. & etiam requiritur, quòd causa sit aliis notꝰ, ut notat. Inno in c. quanto. de consuetu. Et concludo breuiter ad iustificandum dispensationem factam summo Pontifice, in isto casu, in quo non potest dispensare sine causa, requiritur, quod
15 causa in primis sit vera, † & non stetur assertioni factæ etiam a summo Pontifice per ea, quæ supra dicta sunt. & in simili casu not. And. de Isern in ca. primo in princip. ad fi. in titulo, quo tempore miles. & Cardin. in consil. 128. In quęstione, quæ uertitur. in princip. Abb. in clementina prima de probat. in fine. Dominicus de sancto Geminia. in consi. 53 Pro responsione. Nam ratio, quæ allegatur in priuatis, etiam uidetur habere locum in Papa, vel principe, ex quo in tali casu non habet potestatem sine causa. vnde de causa, quæ potestatem attribuit, constare debet, ideo probanda est, ut not. per gloss. in l item si suspectus. ff. de procuratori. & not. Bald. in rubr. de officio delegati. in versiculo, sed ego statim quæro. & in isto casu dicta causa pro bonis pacis probata non uidetur, quia in puncto dicitur, quod tempore dispensationis nullum erat bellum inter dictos Principes, nec aliqua cōtrouersia, sed erat pax, & concordia. ex quo apparet, quod falsa fuerit causa dispensationis pro bono pacis, & † dispensatio facta
16 ex falsa causa non valet, vt notat Abb. in c. quia circa. de consangui. & affinit. in gloss. fina. allegat text. in capitul. secundo in fin. de fil. presbyit. in sexto. & idem tradit Petrus de Ancha. in consi. 242. Ex tenore priuilegii vbi allegat Ioan. Andr. in dict. capitu. quia circa. & idem Oldrad. in consil. ducentesimoquinquagesimosexto. Clemens episcopus. in primo dubio. ubi inquit, ꝙ dispensatio debuit fieri cum causa, ut not. 1. q. 7. in §. dispensationes. & in capit. exigunt. & si talis causa, quæ allegatur, falsa sit dispensatio redditur nulla, alleg. text. in l. prima, ff. de nata. resti. & cum prædictis concordat Cardina. in consil. 29. Iudex id est de iure. in versicul. item lata fuit ex falsis causis. alleg. d. cap. quia circa. &

ca.& idem concludit Dominicus de sancto Geminia. in consi. 32. Pro examinatione dictorum dubiorum. in princip. ex quibus omnibus apparet dispensationem nullam fuisse, quia falsa fuit illa causa pro bono pacis specialiter allegata. Similiter altera causa generalis,& aliis causis animum nostrum mouentibus non videtur dispensationem iustificare, quia si non statur assertioni summi Pontificis in causa, quæ ab eo specialiter allegatur, quia veritas causæ præcisè requiritur, vt supra dictum est, multominus videtur credendum dictis verbis generalibus, & aliis causis animum nostrum mouentibus. Nec etiam dicta dispensatio iustificata videtur ex eo, quod pro facto Papæ præsumatur, quia ista præsumptio non attenditur in isto casu, in quo nõ habet Papa potestatem dispensandi nisi ex causa, ut in iure diuino, de quo agitur,& tali casu causa non præsumitur, ut no. Abb. in c. quæ in ecclesiarum, in versiculo, secundo limitarem. de constitutio. vbi inquit, quòd causa non præsumitur, quando Papa vult cõtra ius diuinum statuere, quia tali casu causa aperta requiritur. allegat. Innocen. c. quanto. de consuet.& hoc idem not. Fulgo. in consi. 61. Domina Catharina. vbi inquit, quod hoc modo semper valeret rescriptum Principis in præiudicium alterius propter causam præsumptam: quod non est dicendum, quia iura expressè di-
17 cunt, quod † rescripta contra ius ab omnibus debent refutari. l. rescripta. C. de precib. imper. offer. & elusoria essent iura, quę dicunt ex causa Principem posse ius alterius tollere, quia semper subesset causa vera, vel præsumpta, & certè cum in tali casu potestas Papæ limitata sit ex causa, debet de causa, quæ tribuit potestatem, constare, ideo debet probari, vt suprà dictum est. & ex his declaratum sit tertium dubium de potestate Papæ.& conclusio est, quod Papa habet potestatem dispensandi ex causa, vt supra dictum est. sed quia causa non fuit vera, dispensatio subsistere non potest per suprà dicta. Ex quibus etiam videtur resolutum quartum dubium in quo quæritur, an illa causa pro bono pacis sit sufficiens: & ex suprà dictis apparet, quod sic: nam est causa iusta, vt suprà dixi: sed quia non fuit uera propter falsitatẽ causæ non ualuit dispensatio, ut suprà dictum est. Pari modo etiam est responsum ad quintum dubiũ, in quo quæritur de uirtute illorum verborum,& aliis causis animum nostrum mouentibus: nam ex suprà dictis responsio colligitur, quod ex illis verbis generalibus non videtur dispensatio iustificata, quia vera,& specialis causa requiritur in tali dispensatione: & ideo talia uer-
18 ba generalia,& incerta non sufficiunt, vt suprà dictum est. † Sexto successiuè in puncto quærit de protestatione facta per Olimbardum coram notario,& testibus, dum esset accessurus ad consummandum matrimonium cum domina Barbara desponsata, fuit protestatus se ad illam non accedere animo contrahẽdi matrimonium, & fuit facta talis protestatio dicta domina Barbara absente, & ignorante: vnde quæritur de efficacia, & effectu dictæ protestationis, & breuiter respondetur, ꝙ talis protestatio nihil operatur in præiudicium partis absentis in his, quæ pendent a consensu duorum, prout in isto casu agitur, vt not. Bar. in l. non solum. in §. morte. uersi. circa secundum. de ope. nou. nun. Abb. post alios in c. cum M. de consti.& dixi ibi in uersi. secunda conclusio. quia quoad partem absentem, quę ignorauit, videtur propositum in mente retentum, quod nihil operatur. l. si repetendi. C. de condi. ob cau. vbi videtur, quod ille, qui fuit protestatus se nolle obligari, si promitteret vti fideiussor, illa protestatio nihil operatur, si postea se obligauit, & promisit simpliciter creditori, qui ignorauit de tali protestatione, vt notat Bartolus in dicto §. morte. ibi, uerbi gratia protestatus fuit.& idem Ang. in l. pacta nouissima. C. de pact. cum similibus. ut ibi tradit Alexan.& in terminis de tali protestatione facta in matrimonio futuro est gloss. quæ * *communiter* est approbata in cap. tua nos. de sponsa. in uerbo, mulierem. in uersicu. sed pone. quæ format quæstionem, quod si aliquis protestetur coram pluribus, quod omnia, quæ dicet, uel faciet, non faciet animo contrahendi matrimonium,& postea publicè accipiat mulierem in matrimonium, gloss. dicit, quod est matrimonium propter communem uerborum intelligentiam; & quia potuit recedere ab illa protestatione, & videtur recessisse per illud, quod postea publice fecit & Abb. ibi rationem adducit, quia cum matrimonium dependeat a potestate, & uoluntate vtriusque, non ualet protestatio facta ab uno, nisi etiam alter consentiat, in c. Cumana. cum gloss. de elect.& maxime hoc uidetur dicendum in casu isto, in quo etiã sequuta est copula, quo casu videtur indistincte recessum a protestatione, ut Abb. dicit in dict. c. tua nos. argumen. c. consultationi. eodem titu. de sponsa. & sic dicta protestatio in casu isto ni-
19 hil operatur, & ita sextum dubium absolutum sit. † In septimo dubio quæritur, an dispensatio fuerit subreptitia ex eo, quod non fuit expressum, quod Olimbardus tempore dispensationis esset in 12. uel 13. anno ætatis suæ: & sic non poterat ex defectu ætatis matrimonium contrahere: nam etiam paucis concludendum est ex isto capite dispensationem subreptitiam fuisse, & consequenter nullam. c. ad aures. in fin. de rescript. cap. ad audientiam. el 2. vbi Abb. in vltimo not. eodem titul. de rescript. text. in cap. primo. in fin. de p ræbend. in cap. si motu proprio. de præb. in 6. & not. Oldr. in consi. 81. Quod processus. in princi. cum simil. ꝙ autem talis dispensatio dicatur subreptitia, probatur secundum regulam: quia q uando exprimitur illud, quod est falsum, uel tacetur illud, quod si Papa sciuisset, uerisimiliter non fuisset saltem ita de facili gratiam dispensationis concessurus, concessio redditur subreptitia,& non valet. c. super literis. & ca. postulasti. de rescrip. & not. Oldrad. in consi. 256. Clemens episcopus. in vers. sed in contrarium me adducit. vbi allegat l. 1. ff. de nata. restitu. cum similibus, ut dixi in consi. 242. vnde in casu proposito considerandum est, ꝙ Papa, qui dispensauit super impedimento affinitatis secundum supplicationem, cogitauit, ꝙ non esset aliud impedimentum,& ꝙ remoto impedimento affinitatis omni alio respectu affinitas concurreret, argum. l. qui testamento. in princip. ff. de testa. ibi, si aliud eos nihil impediat. & in cap. 1. de æta.& qualita. in 6. ibi, si aliud non obstat. & ideo obstante alio defectu ætatis non videtur Papa dispensare, quia quando plura obstant, non sufficit, ꝙ vnum remoueatur, vt Bal. dicit in l. si non lex. in principio. ff. de hæredib. instituen. vbi Bal. per illum textum hoc dicit in literis Papę.& tradit Pau. de Cast. in consi. 222. Super puncto isto. & Rom. in consi. 326. In præsenti consultatione. ubi inducit not. per gloss. in cap. cum pro causa. in verbo, tanquam. de senten. excommu. & idem Dominicus de sancto Geminia. in consi. 33. Pro examinatione. vbi dicit, ꝙ si Papa tot obstantia sciuisset, verisimiliter non dispensasset, & quando sunt plura, quæ obstant, non sufficit clausula generalis, sed est opus de singulis defectibus mentionem facere, vt notat Baldus in lege prima. in uersiculo, vnum etiam scias. C. de furt. Et maximè ista conclusio videtur habere locum in isto defectu ętatis, in quo non videtur de iure naturali, ꝙ Papa dispensare possit, vt not. Bald. in l. bonorum. versiculo, secundo quæro. C. qui admit. allegat nota. per Innocentium in capitulo
20 scisscitatus. de rescript. & † ideo clausula supplentes omnes defectus, non intelligitur in defectu naturali, vt notat Hostien. in cap. 1. de transactio. vbi Abb. in vltimo no. Spec. in tit. de legat. §. nunc ostendendum. in versi. 18. Cardi. in cap. pastoralis. §. cæterum. de re iud. in tertio nota. cum simi. ut tradit Alex in consilio 79. Circa primum in versic. circa sextum dubium. lib. 1. Ex quibus omnibus etiam ex isto defectu ętatis cõcludendum est, ꝙ dicta dispensatio fuerit subreptitia,& consequenter nulla, vt supra dictum est: & ita etiam septimum dubium breuiter abso-
21 lutum sit. † Superest octauum,& vltimum dubium, in quo quęritur, dato, ꝙ dispensatio fuerit nulla, utrum superueniẽte maiori ętate Olimbardi, & sequuta carnali copula dicta dispensatio confirmata sit non obstante subreptione. Et paucis agendo videtur concludendum, quod non: nam hoc totum pendet ab
22 intentione summi Pontificis, † secundum quam omnia eius rescripta debent interpretari, vt no. Inno. in c. cum ecclesiasticæ. de excep. Bald. in l. rescripta. C. de preci. imper. offer. & idem Bald. per illum text. in l. ex facto. in tertio notabili. ff. de vulgar. & pupil. cum simil. vt dixi in d. capitul. cum ecclesiasticæ. & in casu isto intentio Papæ fuit limitata ad illud, quod erat tempore datæ, iuxta not. in capitulo. eam te. de rescrip.& attento illo tempore dispensatio fuit subreptitia, & non valuit, ut supra di-
23 ctum est. † Vnde quod ab initio non valet, postea non conualescit, vt in l. quod ab initio. ff. de regu. iur. & in regula, non firmatur. de regu. iur. in 6. & hoc intelligitur, nisi causa confirmans superueniat, quia tunc confirmatur, quod ab initio fuit nullum, vt no per Dyn in dicta regula, non firmatur. per text. in l. per fundum ff. de serui. rusti. præd. vbi Bar. sequitur.& hoc non potest dici in casu isto, quia esset opus, quòd Papa de nouo dispensaret, quia ab ipsis partibus hoc fieri non potest: quia nõ est in potestate partium remouere obstaculũ affinitatis, sed hoc tantum à summo Pontifice ex causa fieri potest, ut supra dictum est. ætas enim, quæ superuenit, operatur, ut possit facere ea, quæ prius ex defectu ætatis facere non potuisset: sed non uidetur habilitatus ad ea, quæ etiam in maiori ætate facere non potest, prout in casu isto contingit: quia in tali dispensatione pars ipsa nihil potest, sed sola intentio summi Pontificis attenditur, quæ hic non fuit nisi tempore dispensationis, & illa fuit subreptitia, vt latè suprà dictum fuit. Nec obstat, quòd ista dispensatio videtur iustificari ex duobus, quæ in casu isto concurrunt propter longitudinem temporis, in quo de facto durauit matrimonium, & quia ex tali matrimonio soboles procreata fuit, his duobus concurrentibus videtur, quòd dispensatio potuerit fieri, vt tradit Roman. in dicto consilio 307. In casu propositæ consultationis. circa finẽ & his duobus concurrentibus potuit moueri Papa, dum dixit, & alijs causis animum nostrum mouentibus. quia ad hoc respondetur, quòd in casu isto agitur de dispensatione, quæ debet fieri ex causa contra ius

diuinum

24 diuinum, quia † matrimonium est de iure diuino, ut suprà dictũ est. Roma. in d. consi. 307. loquitur in dispensatione contra ius positiuum, ut colligitur ibi, dum inquit, iuris enim positiui dispositio dispensatione relaxatur, ubi utilitas suadet. 1. q. 7. in §. nisi rigor. & in tali dispensatione iuris positiui causa non requiritur, quia est pro ratione uoluntas, ut not. Inno. in cap. cum ad monasterium. in uersi. item not. de statu mona. ideo quælibet causa uidetur sufficiens, ubi agitur de iure positiuo. non sic uidetur in casu isto, in quo causa necessaria est, quæ debet esse uera, iusta, & aliis nota, ut not. Inno. in d. capitu. quanto. de consuet. & hic causa non fuit uera, & per consequens non fuit aliis nota: ideo propter falsitatem causæ dispensatio uidetur nulla, ut suprà dixi: Et ulterius rationes Ro. quæ inducuntur ad iustificandum dispensationem in d. consi. 307. non uidentur bene procedere: nam prima de longinquitate temporis, quæ de facto durauit, ista non uide-
25 tur iusta causa dispensandi, † quia tanta grauiora sunt peccata, quanto diutius infœlicem animam detinent alligatam. ca. fin. de consue. & in c. non debet. de consangui. & affi. ubi dicitur, ꝙ diuturnitas temporis non minuit peccatum, sed auget, & text. in ca. de gradibus. 35. q. 7. quem Roma. adducit, non procedit hodie, ut ibi gl. dicit in uerbo, filios. per d. c. non debẽt. alia etiam ratio
26 propter susceptam sobolem etiam non satisfacit, † quia talis soboles ex incestu suscepta uidetur odiosa, & non fauorabilis. authen. ex complexu. C. de incest. nuptijs. & 56. distinct. c. si gens Anglorum. ubi dicitur, quòd tales filii non sunt fortes in bello seculari, nec constantes in fide, nec honorabiles hominibus. & ideo
27 secundum Azo. in summa. C. ex quibus cau. infa irro. tales † qui non sunt nati ex legitimo matrimonio dicuntur de facto infames, & Bald. sequitur in l. 1. C. de iure aure. annul. & cum testũ fratris possit querelari, si turpis persona à fratre instituta sit, l. fratres. C. de inoffic. testa. si talis filius spurius instituatur à fratre, ab altero fratre querela moueri potest, quia turpis persona instituta uidetur, ut notat Cyn. in d. l. fratres. & ex omnibus supradictis responsum fuit specialiter ad omnia dubia formata in puncto suprà dicto transmisso de Anglia, licèt aliqua ex abundanti dicta sint. Et reassumendo effectum totius consultationis conclusio est, quòd dispensatio, de qua agitur, non potest impugnari ratione contrarietatis, nec propter suspicionem falsitatis, vt suprà dictum fuit in primo, & secundo dubio. similiter nec talis dispensatio impugnari potest ex defectu potestatis, quia in tali casu Papa habet potestatem causa subsistente, quæ vera sit, & iusta, & alijs nota: sed quia in isto casu, licet causa, quæ allegatur pro bono pacis, iusta sit, quia non apparet nec legitime cõstat de ueritate causæ, ut suprà dictũ fuit, p p falsitatem causæ allegatæ dispensatio uidetur nulla, & in hoc est neruus præsentis consultationis.

EPIT. Consi. CCCCCCIII.

T. desponsauit Bertam, quæ erat ætatis octo annorum. Ipsa maior facta non contradixit, imo signa consensus ostendit. Deinde sponsus certificatus fuit, quòd puella, & eius mater procurauerunt propinare uenenum Paulæ, quæ impediuerat, quòd matrimonium inter ipsos celebraretur. Qua ex re deterritus T. ad summum Pontificem recurrit. Hic super narratis delegat iudicẽ, Qui tandem pronuntiat hæc sponsalia esse dissoluenda. Inde T. desponsat aliam. Dec. super hoc consultus respondit sententiam dissolutionis latam a delegato esse nullam. Ideo non obstantibus secundis sponsalibus, quæ dissolui debent, priora sponsalia cum Berta contracta in matrimonium transiuerunt, & sic inuiolabiliter obseruari debent.

SVMMARIVM.

1 *Nulli de facto summi Pontificis licet iudicare.*
2 *Rescripta contra ius ab omnibus refutari debent.*
3 *Matrimonium contractum cum puella non uiripotente an possit dissolui de iure communi.*
4 *Puella uiripotens dicitur post duodecimum annum completum.*
5 *Qui duas per uerba de præsenti desponsauit, primam habet in uxorem, etiamsi secundam prius cognouerit.*
6 *Amplexus, & receptio munerum non faciunt, quòd sponsalia transeant in matrimonium.*
7 *Papa an ex causa possit matrimonium dissoluere.*
8 *Causa, & ea, quæ narrata sunt ad iustificandum dispensationem matrimonij, debent probari ab eo, qui dispensationem impetrauit.*
9 *Dispensatio matrimonij ex falsa causa facta non ualet.*
10 *Forma rescripti debet seruari, aliàs processus redditur nullus.*
11 *Sententia lata contra aliquem absque citatione non ualet.*
12 *Statutum, quod ualeat sententia sine citatione, non tenet.*
13 *Casus, in quo sententia potest proferri contra non citatum.*
14 *Non statur iudicis assertioni, nisi in actis appareat.*
15 *Veritas est, quando asseritur illud, quod est.*

VISO puncto suprà scripto subsistebam more Scæuolæ Iurisconsulti in l. seruum quoq; in prin. ff. de procu. & in l. si me, & Titium. ff. si cert. peta. quia
1 causa videtur esse magni ponderis: † & quia de facto summi Pontificis tractatur, quo casu canones prohibent, vt nemini liceat de eo, quod factum sit a summo Pontifice, iudicare. 19. dist. in c. nulli fas. & 8. q. 3. in c. cuncta per mundum. & 17. q. 4. in c. nemini. & instar sacrilegii est de facto principis iudicare. l. 2. C. de cri. sacri. Verum quia Papa ipse dicit in c. si quando. de rescrip. patienter sustinemus, si non feceris, quod praua nobis fuerit insinuatione suggestum. & ad idem text. in ca. cum teneamur. de
2 præb. in fin. & † etiam Imperator mandat rescripta ꝯ ius ab omnibus iudicibus refutari, in l. rescripta. C. de preci. impe. offerẽ. & in c. sententiam. 35. q. vlt. Nicolaus Papa dicit sententiam Romanæ sedis non negamus in melius posse commutari, cum aliquod subreptum fuerit, aut ipsa pro consideratione ætatum, vel temporum, seu grauiũ necessitatum dispensatione quædam ordinare decreuit. Vnde ex prædictis iuribus videtur, ꝙ cum licentia, & bona venia summi Pontificis hãc prouinciam possim suscipere, ad cautelam tamen præmissa protestatione, quòd non est intentionis meæ, aliquid scribere, nec dicere, quod summo Pontifici, uel sedi apostolicæ aduersetur, vt in simili casu protestatur Pet. de Anch. in consi. 313. Nisi legibus, & canonibus esset expressum. & similem protestationem facit Alber. de Rosate in tertia parte statutorum. in quæst. 32. in fin. Abb. in c. cum M. in glo. in verbo, sine præiudicio. de const. Bartholo. Veronen. in cautela 56. Bonũ est consilium. His præmissis accedo ad decisionem propositæ cõsultationis, pro cuius resolutione videndum est de duobus principaliter. Primo an prædicta dissolutio matrimonij de iure communi fieri potuerit. Secundo an saltem virtute dispensationis iustificari possit, quòd dissolutio matrimonij conualidata sit. Cir-
3 ca† primum clarum est de iure, quòd cum puella esset in octauo anno, uel circa, vt in casu proposito narratur, cum illa matrimonium contrahi non potuit, quia requiritur, quòd uiripotens sit,
4 instit. de nup. in prin. & viripotens dicitur post annum 12. † completum, instit. qui. mo. tut. finiatur. in prin. in l. fina. C. quando tu. uel cura. esse desi. & ideo licèt per verba de præsenti contractum cum illa fuerit matrimonium etiam cum annuli subarratione, non ualuit matrimonium propter defectum ætatis, ut suprà dictum est: & tale matrimonium resolutũ fuit in sponsalibus de futuro, vt est tex in c. fin. quod incipit. in c. tuæ nobis. de desponsa. impube. & in c. 1 § illud quoque. de desponsa. impub. lib. 6 & no. Bald. in l. 1. in versiculo, exemplum secundi. C. de sponsa. & Rota. in decisione 450. si pubes contrahit matrimonium. in nouis. & sic cum essent sponsalia de futuro, ab illis recessum videtur per sponsalia postea contracta de præsenti cum alia. c. sicut ex literis. vbi Antonius de But. in quinto notabili. de sponsa. in c. si inter uirum. ubi Abb. in ultimo notabili. de sponsal. & tradit Alexan. in consi. 153. Visis narratis. in princ. lib. 5. & ista conclusio de plano procederet, si sponsalia, quæ præcesserũt, fuissent de futuro simpliciter: sed in casu isto dubitationem facit, quia sponsalia prius contracta superueniente ætate legitima, prout fuit in casu isto, uidetur, quòd in matrimonium translata fuissent, ex quo puella maior effecta non contradicit, & signa consensus interuenerunt, ut in puncto dicitur: quo casu si sponsalia prius cõtracta transiuissent in matrimonium tempore secundi matrimonii, non ualuisset secundum matrimonium, quia primum præualuisset: quia etiam sponsalia de præsenti non dissoluuntur per sequens matrimonium ẽt carnali copula consumatum. ca. licet. de sponsa. duo.
5 † & qui duas per uerba de præsenti desponsauit, primam habet in uxorem, etiã si secundam prius cognouerit, adeo ꝙ non ualet consuetudo in contrarium, ut est tex. in c. duas. de sponsa. duo. & primum matrimonium præsumptum præfertur uero matrimonio postea ꝯcto. l. is, qui fidem. de sponsa. & qđ dictum est, tradit Alex. in consi. 149. Viso processu. lib. 5. Est ergo uidendũ, an sponsalia ꝯcta cum prima essent translata in matrimonium, priusquã essent cum secunda ꝯcta sponsalia de præsenti. & in hoc uis tota consistere uidetur, & prima facie uideretur dicendum, ꝙ sponsalia cum prima contracta non fuissent translata in matrimonium tempore, quo ꝯcta sunt sponsalia de præsenti cum secunda, ex eo, ꝙ no. Inn. in c. 1. in fi. de matrimonio contracto contra interdictum ecclesiæ. ubi inquit, ꝙ sponsalia de futuro nõ præsumuntur transire in matrimonium per signa consensus, nisi copula sequatur: allegat cap. is, qui. de spon. & c. attestationes. de despon. impub. & ideo uisus ad copulam non facit transire sponsalia in matrimonium c. fi. de spons. & Inn. refert Cal. in consi. 2. in tit. de
6 sponsal. † & ista conclusio procedit, qñ sunt sponsalia de futuro uerbis, & mente cõtrahentium, tunc non transeunt in matrimonium, licèt puella receperit iocalia à spõso, & illum amplexa fuerit: quia uidetur hoc fecisse sub spe futuri matrimonii. c. 1. de matrimo. contract. contra interdictum ecclesiæ. & de isto casu non agitur in proposito, qñ sunt sponsalia de futuro uerbis, & mente

contra-

contrahentium: secus si præcessissent sponsalia per verba de præsenti quò ad verba, & mentem contrahentium, sed iuris interpretatione propter minorem ætatem alterius resoluuntur in sponsalibus de futuro, vt s. dictum est: & in tali casu, de quo agitur in proposito, sponsalia transeunt in matrimonium superueniente ætate, & interuenientibus signis consensus, vt est tex. cum glo. in c. 1 § illud quoque. de despons. impub. in 6 in verbo, modicum alium. & ibi Dominicus in 1. oppo. distinguit, & concludit, vt s. dictum est: & idem tenent Anto. de But. Pet. de Ancha. & Card. in d. c. 1. de matrim. contract. contra interdictum ecclesiæ. Abb. in c. fi. de sponsa. in versi. sed quæro. & idem tradit Cald. in cons. 4. incip. Minor 13. annis. in titu. de sponsa. ex quibus patet istam
* esse * *communem* opin. qua retenta de iure communi concludendum est, quòd sponsalia contracta cum prima superueniente ætate translata fuerunt in matrimonium. & ita aliàs consului, ut patet in consi. 368. In causa matrimoniali. & Papa in dispensatione narrat, quòd sponsalia transiuerunt in matrimonium. Ex qua cõclusione infertur, quòd tali matrimonio nõ fuit derogatum, nec potuit derogari per sponsalia de præsenti postea contracta, ut supra dixi. & ita primum dubium absolutum sit. Et conclusio est, quòd sponsalia contracta cum prima, quæ in matrimonium trãsiuerunt, debeant inuiolabiliter de iure communi obseruari, & quòd matrimonium prius cõtractum omnino præualeat, & debet habere locum. Venio ad secundum dubium de dispensatione facta à summo Pontifice, in quo etiam de duobus dubitare contingit. Primò de efficacia, & uirtute dispensationis. Secundò de validitate sententiæ delegati, cui Papa, qui non erat de contentis in supplicatione informatus, informationem commisit. Circa pri-
7 mum † non videtur dubitandum de potestate Papæ, quia cum non esset matrimonium carnali copula consummatum, patet, quòd habuit potestatem dispensandi ex causa, ut tale matrimonium dissolueretur, ut not. Bald. in l. j. C. de iure aure. annu. ubi inquit, ꝙ ex magna causa potest princeps dispensare contra ius diuinum, & est dictum Innocen in cap. post translationem. in fin. de renuntia. vbi dicit, quòd Papa ex causa contra ius diuinum dispensare potest, & in terminis in matrimonio nota. per glo. in c. ex publico. in verbo, consummatum. de conuer. coniug. quæ dicit, quòd maxima est potestas Papæ in matrimonio non con-
* summato: & ideo doct. post glo. ibi, & Hostien. * *communiter* tenent, quòd ex causa separatio fieri possit. & not. Pet. de Ancha. in consi. 239. parum dubitationis. & hoc sine magna causa Papa facere non debet, vt Abb. dicit in capitu. fina. de sponsa duo. &
* cum talis dispensatio secundum docto. * *communiter* sine causa fieri non possit, talis causa requiritur, quòd sit uera, iusta, & alijs nota, ut dicit Inno. in capitu. quanto. de consuet. est ergo videndum, an causa, quæ in supplicatione, & dispensatione allegatur, sit uera, & iusta, & alijs nota, prout requiritur: causa enim, quæ allegatur, est, quòd sponsus certificatus fuit, & luce clarius cognouit, ut narratur, quod puella, & mater eius procurauerunt propinare venenum cuidam Paulæ, quæ impedimento erat, quominus sponsalia contracta haberent effectum: quæ res adeo deterruit maritum, vt non posset se inclinare ad dormiendum cum illa ad consummandum matrimonium timens, ne quod in dictam Paulam fieri procurauerunt, in eum perficerent. & ista ratione, in qua sola dispensatio fundata est, considerandum est primo, quia
8 non vr̃ vera, cum non sit probata, nec appareat; talis enim † causa, & ea, quæ narrata sunt ad iustificandum dispensationem, debent probari ab eo, qui dispensationem impetrauit, ut not. per Io. And. in c. 1. de litis contest. in 6. Old. in consi 256. Clemens episcopus. versi. ad secundum. Cardi. in consi. 69. Quo ad primum. Abb. in cap. constitutus. in fin. de rescript. in capitu. fina. de præsum. & dixi in consi. 196. in consi. 171. & de veritate istius causæ non fuit probatum, vt patet ex processu. c. quoniam contra. de proba. & sic causa prædicta non videtur vera, cum probata non sit, ar. l. duo sunt Titij. ff. de test. tut. & sicut non est vera, pariter nec iusta videtur, vnde dato, ꝙ probatum esset ex veneno præparato contra Paulam, quæ impedimento erat, vt matrimoniũ non haberet locum, & merito mater, & filia illam odio habebãt, non bene infertur, ꝙ sponsus, seu maritus deberet timere, ne eidem venenũ præpararent, quem mater, & filia valde diligebant, & ratio, quæ erat contra Paulam, nullo modo contra maritum potest adaptari: & non est verisimile, ꝙ vellent necare veneno maritum, quem summopere diligebant, vnde quod verisimile est, inspicit. l. non est verisimile. in prin. quæ est l fi. ff. de eo, quod metus causa. in c. quia verisimile. de præsum. l nuptura. in fi. ff. de iure dot. & quia respectu mariti est vanus, & leuis timor, qui nõ attenditur, l. interpositas. C. de transac. & in l. metum autem. ff. de eo, quod metus causa ubi vani timoris metus non inspicitur, sed requiritur metus, qui cadat in constantem virum. d. l. interpositas. & in c. cum dilectus. de eo, quod met. cau. l. 2. §. fin. ff. ex quibus caus. maio. vbi superuacuus timor non attenditur, qualis iste videtur in marito, & sola suspicio non sufficit. l. metum autem. la 2. in princip. ff. de eo, quod metus causa. Et vlterius aduertendum est, quia illa suspicio ueneni, quando aliter præuideri non potest, est iusta causa separandi totum, sed non matrimonium, prout separatio matrimonij fuit facta in casu isto, quæ iuridica non fuit, vt not. Abb. per illum text. in capitu. literas. in vltimo not. de restitu. spolia. ad idem facit text. in cap. 1. de diuortijs. ubi Abb. in 2. nota. & sic causa allegata in dispensatione non est uera, quia de ueritate non apparet. & dato, ꝙ constaret de ueritate, non est iusta, vt debeat separari matrimonium. d. capit. literas. vbi Abb. in vlti. not. de resti. spol. & cum causa non sit uera, non potest esse alijs nota, prout requiritur secundum Inno. in d. c. quan-
9 to. de consuet. † ex quo sequitur, ꝙ dispensatio facta ex causa falsa non ualet, ut notat Abb. in c. qa circa. de consangui. & affi. in gl. fi. allegat c. 2. in fi. de filijs presby. in 6. & idẽ Pet. de Ancha. concludit in consi. 242. Ex tenore priuilegij. allegat Ioan. And. in d. c. quia circa. & rationem adducit, quia in dispensatione causæ cognitio requiritur, ut no. in c. de multa, de præben. in c. cum ad monasterium. de statu mona. & in causæ cognitione citatio eorum requiritur, de quorum interesse agitur. l. in causæ. §. causa cognita. ff. de mino. & ideo cum non fuerit citata mulier, de cuius præiudicio agebatur, in discussione causæ dispẽsatio redditur nulla, vt concludit Pet. de Anch. in consi. prællegato. & in simili casu hoc idem tradit Old. in consi. 256. Clemens eps. in 1. dubio. vbi inquit, quòd dispensatio debet fieri cum causa, ut no. 1. q. 7. § dispẽsationes. & in c. extinguunt. non est verisimile Papam iura communia transgressurum fuisse sine causa rationabili. alleg. l. si quãdo. C. de inoffic. testamen. & c. ecclesia uestra. el 2. de elec. & si talis causa falsa sit, uitiat dispensationem. allegat bonum text. in l. 1. ff. de natalibus restitu. & cum supradictis concordat Card. in consi. 29. Iudex, id est de iure. in versi. item lata fuit ex falsis causis. allegat d. c. quia circa. & idem concludit Domi. de sancto Geminiano in consi. 33. Pro examinatione dictorum dubiorũ. in prin. & ex omnibus prædictis apparet dispensationem nullam fuisse. Venio ad 2m dubium de sententia delegati, in quo, ut patet ex s. dictis, dicendum est, ꝙ sententia dissolutionis matrimonij fuerit nulla: & hoc primo ex defectu iurisdictionis, qa causa fuit commissa sub conditione, si præmissa uera esse repereris. & cum dicta conditio uerificata non fuerit, non uidetur delegatus habuisse iurisdictionem. c. super eo. de condi. appo. facit tex. in l. hæc vẽditio. ff. de contrah. emp. in l. cedere diem. ff. de ver. sig. & quia illa conditio inducit. formam, ut notat Bal. in auth. matri, & auiæ.
10 C. quando mulier offi. tut. † Et si forma rescripti seruata non sit, processus est nullus. c. venerabili. de offic. delega. in c. Pisanis. ubi Ant. de But. in septimo notabili. de rest. spo. & ista exceptio deficientis iurisdictionis semper opponi potest, ut per gl. in clem. 1. de seque. possess. & fruct. cum si. vt Alex. tradit in l. de pupillo. §.
11 qui opus. ff. de oper. noui nuntia. † Secundò principaliter dicta sententia delegati redditur nulla ex defectu citationis, quæ non interuenit, & clarum est de iure, quod sententia lata contra aliquem absque citatione non ualet. l. 1. §. item cum ex edicto. ff. quæ senten. sine appella. rescin. facit tex. in l. de uno quoque. in prin. ff. de re iudi. in l. nam ita diuus. ff. de adop. & hoc etiam habet locũ in sententia principis, quia lata absque citatione non ualet. l. fi. ubi Bald. per illum tex. cum gloss. C. de legi. & ad idem tex. in clem. pastoralis. § denique. de re iud. in fi. & not. Abb. in c. 1. de causa possess. & propriè Bal. in l. 2. C. si per vim, vel alio modo Petr. de Anch. in consi. 111. De iure communi. in princi. & in consi. 260. Ex verbis cum sim. vt dixi in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. & licèt informatio commissa sit super facto, prout in casu isto contingit, est tamen citatio necessaria, ut tradit Roma. in cons. 248. Hæc sententia. & in tantum in sententia citatio re-
12 quiritur, † quod non ualet statutum, quod valeret sententia absque citatione, ut notat Bal. in l. 1. in uersicul. sed hic quæritur. C. quomodo, & quando iudex. Et talis nullitas, quæ insurgit ex defectu citationis, non tollitur à statuto, quod reiiceret nullitatem vt no. Cald. in consi. 8. in tit. de re iudi. in fi. Pet. de Anch. in cons. supra allegato. 111. De iure communi. in fi. Ang. in consi. 187. In facto proponitur. circa fi. cum sim. ut dixi in c. ex parte. el 2 in 8.
13 fallentia. de offi. delega. † Non obstat, quòd Papa in casu isto tollit citationem in dissolutione matrimonij, quã mandat fieri nõ vocata parte, nec in hoc consensum suum præstante: quia illud Papa committit in dissolutione matrimonij post habitam informationem, quòd uera essent narrata: nam facta discussione, & liquidatione super meritis causæ tunc videtur, ꝙ sentẽtia possit proferri contra non citatum, & absentem, vt not. Bar. in l. 2. §. qđ si de frumentaria. ff. de admi. rer. ad ciui. pertinen. sed in casu isto non fuit facta discussio, & nõ interuenit causę cognitio, ideo sententia fuit nulla. & hoc confirmatur, quia cõmissio fuit facta à summo Põtifice sub illa conditione. si vera esse narrata repereris, nã hoc intelligitur citata parte, ut no. Abb. in c. cõquerente. de resti. spol. vbi in simili dicit de illa clausula, si constiterit. quia intelligitur citata parte, & talis clausula debet verificari per veras pro-

ras probationes, quia conditio debet impleri perfectè, & non suppleri, si imperfecta sit: ideo non admittitur in tali clausula iuramentum in defectum probationis, ut notat Bald. in l. in bonæ fidei. in versi. sic expedita est secunda pars. C. de rebus creditis. Non obst. suprà dictis, quòd iudex delegatus in eius sententia dicat sibi constare de narratis ex processibus coram eo productis:
24 quia † respondetur, quòd non statur assertioni iudicis, nisi in actis appareat, ut est text. in c. quoniam contra. de probatio. & in actis non apparet, quòd narrata probata sint, ideo constat de errore iudicis, & non statur eius assertioni, ut not. Innocen. in c. cũ Bertoldus. de re iudic. & ibi Anto. de Butr. in versi. quintus casus. in fin. vbi dicit, quòd sententia est nulla, quando apparet de errore iudicis per relationem ad acta: allegat decisionem Rotæ 335. & hoc not. Barto. in l. 1. C de errore calculi. vbi inquit, quòd tali casu videtur error expressus in sententia virtute relationis factæ ad acta. l. hæc sententia. C. de senten. quæ sine cer. quanti. l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iudica. cum similibus. ut tradit Alexand. in l. ex diuerso. §. fina. ff. soluto matrimo & idem Alexand. in cõsil. centesimo uigesimo secundo. Discussis hæsitationibus. vbi dicit, quòd ista est magis * *communis* opinio, quòd tali casu sententia sit nulla. & dixi in dict. l. 1. de errore calculi. & quia in casu isto est apposita illa clausula, si prædicta vera esse repereris. & sic est data forma in rescripto, ut dixi: & dicta clausula non videtur verificari in assertione, vel confessione iudicis: quia confessio, vel
25 assertio iudicis non inducit ueritatem, † quia veritas est, quando asseritur illud, quod est. vigesima secunda. quæstio. quarta cap. cũ humilitatis. & assertio, vel confessio non facit, quòd ita sit, quia non præiudicat veritati. l. neque professio. C. de testam. & hoc videtur indubitanter in casu isto procedere, in quo assertio suspecta videtur. d. c. quoniam contra. de proba. & tali casu confessio etiam non attenditur. l. si fortè. & ibi Bart. ff. de castren. pecu. & & not. per glo. & doct. in l. si donatione. C. de colla. cum simil. vt dixi. Et ex omnibus supra dictis mihi uidetur esse concludendũ pro veritate, & iustitia, secundum æquitatem, & conscientiam, quòd sponsalia contracta cum prima quæ erant translata in matrimonium, ut supra dictum est, omnino debent habere locum non obstantibus sponsalibus postea cum alia contractis: & si causa esset mihi commissa, ita constanti animo iudicarem.

EPITOME Consi. CCCCCCIIII.

Dux Grauiniæ tenẽs partes Imperatoris ab eius inimicis suo priuatur statu, Cuius recuperandi gratia à Ducæ tunc Vicerege obtenta facultate ad castra hostilia se confert, Vbi ei iniungitur vt pro eis arma sumat. Quorum præceptis obtemperans mox uasallos, & suos subditos ad pugnandum in Imperatorẽ mittit. Quamobrem rebellionis accusatur, ac eum incidisse in huiusmodi criminis pęnam declarari ex aduerso concluditur. Respon. Dec. Ducem Grauiniæ in rebellionis crimen nequaquam incidisse, minùsque pœna pro ea indicta eum teneri, Ideo ab impetitis in eum absoluendum fore.

SVMMARIVM.

1 *Rebellis quis propriè dicatur.*
2 *Vasallus contrahens amicitiam cum inimicis domini, priuatur feudo.*
3 *Volenti non fit iniuria.*
4 *Emphyteuta alienando rem, cum uoluntate domini, non priuatur.*
5 *Pœnæ binubæ mulieris cessant, si voluntate filiorum nubit.*
6 *Bona prohibita alienari in fauorem alicuius illo consentiente alienari possunt, & prohibitio locum non habet.*
7 *Exceptio facta in vno casu, confirmat regulam in aliis.*
8 *Pęna priuationis status, iustum metum inducit.*
9 *Factum lege permittente, pęnam non meretur.*
10 *Priuilegium personale, personam non egreditur.*
11 *Intellectus ad tex. in c. mulieres. de senten. excommu.*

a IN casu Illustris Ducis Grauiniæ, [a] cui imputatur crimen rebellionis contra Cæsareã maiestatem, uiso puncto, & diligenter consideratis omnibus, quæ narrantur, agam paucis, quia res modicam videtur habere dubitationem secundum ea, quæ proponũtur, more iureconsulti. & pro resolutione propositę quæstionis
1 † considerandum est, ꝙ rebellis largo modo dicitur non solum, qui domino suo resistit, sed etiam quando iudici non vult parere, & quando quis non vult parere officiali principis propter ipsum principem, ut not. Bart. in l. hostes. ver. circa prædicta quæro. ff. de capti. & not. Abb. in cap. sanè. el secunda. de offi. deleg. nã verbum, rebellis. est verbum generale pro quolibet subdito, qui contradicit dicto, uel facto superioris: not. Bart. in l. si certarum. §. quid ergo. ff. de testa. mil. & idem Angel. in l. 2. §. si. ff. de indi. & not. Dom. de sancto Gemin. in c. fin. 38. dist. in tertia nota: & hoc
b largo modo procedit: sed propriè, & strictè rebellis [b] dicitur, si quis contra Imperatorem, vel eius officiales resisteret in pertinẽtibus ad statum imperii, vt not. Bar. in tracta. Qui sint rebelles. in verbo, rebellando. notatur in l. j. ff. ad legem Iul. maiesta. & in casu proposito, videtur primo motu dicẽdum dictum Ducem incidisse in pœnam rebellionis, quia inimicis Regiæ maiestatis prestitit auxilium, & fauorem in mittendo literas, vel nuntios contra d. l. prima ad leg. Iul. maiesta. vbi Angel. in fin. not. illum text. contra illos, qui mittũt literas, uel aliquod signum inimicis: & de maiestate Cæsaris not. Old. in consi. 43. Quæritur vtrum. in 6 q.
2 & in simili casu tradit Cuma. in consil. 153. Ad primum. & † quia Dux prædictus videtur contraxisse amicitiam cum inimicis Cæsaris, quo casu vasallus debet priuari feudo, ut not. per gloss. in l. j. §. cum patronus de offic. præfec. vrb. & in l. liberti. ubi gloss. & Bal. in fin. C. de inoffic. testamen. & in cap. 1. §. 1. quibus. mod. feu. amit. & in verbo, concubuerit. cum si. vt tradit Ioan. de Ana. in consi. 7. Visis, & ponderatis. in fi. & idem Cuma in consi. 161. Miles instituti. & in d. consil. plura dicit, quando quis dicatur præstare fauorem, & auxilium inimicis: & inter alia concludit, quòd vasallus nõ possit dare victualia inimicis domini, & quòd in suis terris non possit vasallus præstare transitum inimicis domini. & cum supradictis concordat Socin. in consi. 87. Visis inuestitura feudi. libr. 3. versiculo. capio nunc quartam difficultatem. Sed tamen his, & similibus, quæ adduci possunt, non obstantibus contrarium, de iure esse arbitror, videlicet quòd Dux prædictus nullo modo in pœnam rebellionis inciderit stantibus his, quæ in facto narrata sunt: & hoc principaliter duplici ex capite probatur. Primò, quia de licentia, & ꝯsensu Viceregis Cæsareæ maiestatis Dux prædictus ad inimicos Cæsareæ maiestatis se contulit, & cum illis pro recuperatione sui status se composuit cum licentia Viceregis: quo casu non potest dici hoc fuisse factum in iniuriam, & perniciem Cæsareæ maiestatis, quæ consensit mediante eius generali Capitaneo, qui dedit licentiam dicto Duci accedẽdi ad inimicos, & componendi cum eis pro recuperatione sui
3 status: † quia volenti non fit iniuria, ut in regula scienti. de regul. iur. in 6. & in l. prima. §. vsque adeo. ff. de iniuriis. in l. cum donationis. C. de transact. in l. quamuis. vbi Bar. in fi. ff. de in ius vocã. & facit tex. in l. non putauit. §. si quis sua manu. ff. de contratabu. in l. si quando. §. fina. C. de inofficio. testamen. & videmus, quòd illud, quod prohibitum est fieri sub pœna in fauorem alicuius,
4 illo consentiente pœna non habet locum, † ut patet in emphyteuta, qui priuatur alienando rem emphyteuticam contra voluntatem domini, secus eo consentiente. l. secunda. C. de iure emphyteutic. vbi Bartol. dicit, quòd per alienationem rei emphyteutic. priuatur iure suo, si dominus voluerit, & non aliter. vnde cum dux accesserit ad inimicos Imperatoris de consensu generalis Capitanei, qui repræsentat ipsum Imperatorem, non videtur incurrisse aliquam pœnam: nam feudum de consensu domini alienare potest. capitulo imperialem. in princip. de pro-
5 hi. feu. alie. per Federic. † Et ad idem facit, quia pœnæ, quæ imponuntur mulieri transeunti ad secundas nuptias, non habent lo-
c cum, quando de voluntate filiorũ primi [c] matrimonii secundæ nuptiæ contrahuntur, ut not. per gloss. in Authen. de non eligendo secundo nuben. circa medium. in verbo, copulantur quam pro singulari ibi Angel. in versiculo. & prædicta uera. ubi dicit, quòd mulier, quæ secundò nubit, punitur pœnis inductis in fauorem filiorum, & hoc nisi contraxerit de voluntate ipsorum filiorum, quia tunc nullam pœnam patitur, per glo. ibi: & ideo admonet aduocatum Ang. ibi, vt faciat consentire filios primi matrimonii. & hoc sequitur Roman. in consi. 219 Ex themate consultationis præmissæ. in versi. quarto idem probatur. & ibi rationem adducit, quia mater, quę transit ad secunda vota, facit iniuriam filiis primi matrimonii, & propter hoc pœnas incurrit. §. perspeximus itaque. in Authentic. de non elig. secundo nuben. & in §. soluto. in Authentic. de nupt. in princip. & ideo filiis consentientibus, illis non videtur fieri iniuria. dicta regula, scienti, de regulis iuris in sextò cum similibus supra allegat. & idem sequitur Petr. de Vbal. in tracta. de succes. ab intestato. in secunda parte principali. in quinta quæstio. & hoc irrefragabile videtur fundamen-

ADDITIONES.

a ¶ Grauinię.] Pro quo rursus consuluit in consil. seq. & supra consil. 388. idem in hoc eodẽ casu Hiero. Grat. consil. 5. lib. 1. vbi mouetur, quia Rex Neapolitanus a regno ceciderat, & nouam inuestituram petiit, & sic interim Dux ei non remanebat, tunc quia Dux erat destitutus a Vicerege, qui non poterat se defendere, & sic non tenebatur domino. cap. 1. qualiter dominus feudi proprieta. priue. c. j. § domino. si de feudo fuer. controuer. inter dominum, & agna. in vsib. feud.

b ¶ Rebellis.] Supra consi. 542.

c ¶ Filiorum primi.) non sufficit consensus generalis, vt dixi ad Decium in rub. C. de secun. nup. adde supra consi. 204. nu. 3. Io. Amic. consi. 3.

fundamẽtum in fauorem Ducis.& ad hoc etiam facit, quia bona
6 prohibita alienari in † fauorem alicuius illo consentiente aliena-
ri possunt, & prohibitio non habet locum. l. quoties. C. de fidei-
commiss'no, in l. cum pater, §. libertis. de leg. 2. & dixi in consi. 32.
cum si. ad idem facit, quia in dicta licentia excipitur, quòd non
possit seruire cum persona ipsis inimicis: ergo videtur, ꝙ illis ser
uire potuerit per alios, vel alio quocunque modo excepta eius
persona. argu. l. cum prætor. ff. de iudic. in l. maritus. C. de procu.
7 in c. nonne de præsumpt. & 25. dist. c. qualis. † Et quia exceptio fa
cta in vno casu confirmat regulam in aliis, l. quæsitum §. deniq;.
ubi Barto. ff. de fundo instr. in §. ut autem. in Auth. de non alie-
nan. ubi glo. & Bart. ad idem tex. in c. dominus. 32. q. 6. in c. 2. in fi.
de cõiugio leproso. & dixi in c. cum dilecta, in prin. de confirma.
vtili, vel inutili. & in l. 1. ff. de reg. iur. & quia data fuit licentia Du
ci transferendi se ad inimicos cum potestate cõponendi, & con-
cordandi cum illis ad finem, & effectum recuperãdi statum suũ,
quem amiserat intuitu Cæsareæ maiestatis: unde ad istum effectũ
recuperandi statum suum videtur data potestas faciendi omnia,
sine quibus recuperatio sui status fieri non potuisset. l. 2. ff. de
iurisd. om. iud. & in c. præterea. de offi. delega. & in l. 1. in fi. ff. de pe
8 nu. legata. cũ si. ut dixi in d. l. 2. & in d. c. præterea. † Secundò prin-
cipaliter alio fundamento principali causa Ducis iustificatur, ꝙ
a non inciderit in pęnam, quia videtur hoc fecisse per metum,[a] ex
eo, quòd sibi pręceptum fuit à Capitaneo inimicorum, quòd de-
beret assumere arma contra terras imperij sub pęna priuationis
sui status: quod quidem præceptum iustum metũ inducit, ut not.
Bar. in l. credit. in prin. ff. de solu. in vers. tertiò quęro, vbi inquit,
quòd sufficit probare ordinamentum ciuitatis pęnale ad proban
dum iustum metum. l. si. §. 1. ff. de eo, quod metus causa. & in l. Ful
cinius. §. quid sit latitare. ff. ex quibus cau. in pos. ea. & idem in sta-
tuto pęnali not. Bal. in l. omnem. § fi. C. ad Terty. & dicit Ang in
l. liber homo. in fi. ff. de hære. insti. quòd probatur compulsio de-
bitoris soluentis eo ipso, quòd apparet de iussu magistratus. &
no. Bar. in tracta. de tyranno. in 7. q. in ver. circa quod videtur di-
cendum. cum si. ut latè dixi in consi. 25. Et ista conclusio maximè
videt procedere in isto casu, in quo Dux priuatus fuit statu suo,
ex eo, quòd ipse tuebatur, & sustinebat partes Cæsareæ maiesta-
tis: & propter hoc videtur, ꝙ Imperator, cuius respectu Dux fuit
passus damnum, teneatur ad æstimationem damni. l. si merces. §.
culpæ ff locati. in l. pen. in prin. ff. sol. ma. & meritò data fuit licẽ
tia a generali Capitaneo imperatoriæ maiestatis, domino Duci,
ut posset accedere ad inimicos, & cum illis tractare & compone
re pro recuperatione sui status. Et ex omnibus suprà dictis patet
euidenter Ducem non incidisse in crimen rebellionis propter li-
centiam sibi datam, & propter iustum metum, ut suprà dictum
9 est. † Ex quibus dici potest, quod lege permittente factum fuerit
ab ipso Duce, ideo pęnam non meretur. l. Gracchus. C. de adul.
Accedit, ꝙ soluta fuerit certa quantitas pecuniæ ab ipso Duce
pro licentia, quam obtinuit ab ipso generali Capitaneo: quo casu
talis licẽtia efficacior redditur, quia uidetur transire in contractũ,
ut no. Bald. in l. qui se patris. in ver. hoc scias. ubi inquit, ꝙ si Prin-
ceps recipit prætium, priuilegium videtur transire in contractũ.
C. vnde liberi. quo casu princeps ex contractu obligatur. c. 1. de
probat. adeo ꝙ etiam de plenitudine potestatis non potest prin-
ceps contrauenire, ut no. Pau. de Cast. in l. digna vox. C. de legi. &
in simili casu tradit Card. in consi. 187. do. Papa noster. cum si. ut
latè dixi in c. 1. de probat. postremò notandum est ex abundanti,
ꝙ etiam si dominus Dux seruiuisset cum propria persona, non ta
men pęnam incurrisset, quia metu iusto compulsus hoc fecisset,
suprà dixi: hoc tamen dictum est ex abundanti, quia constat ip-
sum Ducem non exhibuisse personam suam in fauorem inimico
rum Cęsaris, sed tantum per filium, uel alios dr̃ auxilium præstitis
se: quo casu qui per alium facit, non dr̃ personaliter ipse facere, ut
in cle. 1. de vita, & hone. cle. vbi glo. in verbo, personaliter. & tex.
in c. fi. §. 1. de offi. deleg. ubi ille, cui iniungitur, ut negotium perso
10 naliter exequatur, non potest illud alteri committere: & † priui-
legium personale personam non egredit. l. quia personale. ff. sol.
mat. in leg. 1. ff. de consti. princ. in regula, priuilegium. de reg. iur.
11 † Non ob. tex. in c. mulieres. de sent. excom. ubi dicitur in fine, ꝙ
b is committat verè delictum, cuius authoritate uel mandato[b] de
lictum committi probatur: quia ille tex. vr̃ procedere quo ad ef-
fectum iuris respectu pęnæ, quia eadem pęna punitur. l. non solũ
§. si mandato. ff. de iniur. c. cum ad sedem §. nos prioris. de restit.
spol. & in cle. 1. in prin. de penis. & in star. no. Bar. in l. quemadmo
dum. C. de agrico. & censi. lib. 12. sed. verè & propriè ille, qui mã
dat, non dicitur facere ut no Bar. in l. sed etsi vnius. §. seruus. ff.
de iniur. per l. 1. §. deiecisse. ff. de ui, & ui ar. Abb. in d. ca. mulieres
& dixi in l. si quis id, quod. in 6. no. ff. de iurisd. om. iud. uel dic, ꝙ il-
le text. loquatur in foro conscientiæ quantum ad animũ, in quo
animus potius, quàm factum consideratur, ut no. Bar. in l. sed &
si vnius. §. seruus. Et allegata suprà in contrarium videntur habe-
re locum, quando dispositio loqueretur in rem, ut quia dicat, ꝙ
pro homicidio pęna imponatur: secus si referatur ad personam,
vt in casu isto, & in locis suprà allegatis: & dixi in regula, is dam
num dat. ff. de regu. iur. & hoc maximè videtur dicendum in ca-
su isto, in quo seruitium cum persona dicti Ducis fuit separatum,
& distinctum a seruitio, quod per alium præstari possit per nun-
tium, uel per literas. arg. l. doli clausula. ff. de verb. obl. in l. sanctio
logum. ff. de pœnis. & ideo de vno casu ad alium inferri non põt.
Conclusioni suprà factæ etiam non ob. tex. in d. l. diuus. in prin. ff.
de falsis ubi pæna de falsi, quæ imponitur illi, qui sibi in testamen
to aliquis adscribit, talis pæna etiam habet locum in eo, qui mã-
dauit filio, uel seruo, ut sibi adscriberet. sed ibi secundum glo. non
agitur de extensione, sed erant verba edicti, quæ idem dicebant
de filio, uel seruo: & ad hoc facit, quia illud, quod per alium fieri
non potest, ab ipso filio explicari potest. l. sciendum. §. legati. ff.
de legatis, ubi dicitur, ꝙ legati alios vicarios dare non possunt, ni
si filios: & ita ex omnibus suprà dictis manifestè patet inclytũ Du
cem non incurrisse aliquam pęnam, & esse absoluendũ: & si cau-
sa esset mihi commissa, ita indubitanter iudicarem.

ADDITIONES.

a ¶ Metum.) Et quod propter timorem mortis, & depopulationis possit seruire inimicis domini, & eis iurare fidelitatem, tradit Pau. consi. 3. lib. 2. Io. Imo. consi. 34. Hiero. Grat. consi. 5. ad fi. li. 1. antiqui etiam reges Galli vrb. b. quas defendere non poterant, hostibus se dedere permittebant malentes eas sic saluas esse, quam perire veri parentis more. 3. Reg. 3.

b ¶ Mandato.) [redacted] And. Tiraq. tract. de const. possessor. char. 54.

EPIT. Consi. CCCCCCV.

De eadem materia superioris consilii hic agitur, ideo ad illius argumentum lector candide recurrito.

SVMMARIVM.

1 *Non ualet argumentum in delictis, de eo, quod fit committendo, ad illud, quod in omittendo consistit.*
2 *In facto negatiuo, ut pœna committatur, requiritur, ꝙ monitio præcedat.*
3 *Pœna ut committatur, liquida probatio esse debet.*
4 *Causa etiam qualibet iniusta excusat à dolo.*
5 *Magistratus propter necessitatem, & causam superuenientem potest eius ordinariam potestatem excedere.*
6 *Exceptio facta in vno confirmat regulam in alijs.*
7 *Argumentum de maiori ad minus, in dispensatione non procedit.*



Vperioribus diebus in fauorem illustr. Ducis Grauiniæ consului breuiter, quòd res satis clara videbat, nunc verò in contrarium excitantur plura dubia, quæ facilè tolli possunt, ut ex infra dictis apparebit. Primò enim dicitur, ꝙ allegata in consilio haberent locũ in facto affirmatiuo, non sic videtur in facto negatiuo, de quo agitur: & propter iuramentum fidelitatis. Dux erat obligatus Serenissimo Imperatori procurare, ne etiam alius aliquid faciat in præiudicium Imperatoris, iuxta glo. in c. de forma. 22. q. vlti. & hoc in promissionibus negatiuis, prout in casu isto videtur: secus est in promissione facti affirmatiui, prout dicta in consiliis videntur procedere, prout latius in primo dubio habetur. Et pro responsione considerandum est, quòd attenta d. gl. efficacius esset obligatus ex facto negatiuo, quàm ex facto affirmatiuo: & hoc videtur absurdum, quia maior videtur culpa
1 in facto affirmatiuo, ut no. per gl. in l. si mora. ff. sol. mat. † & ideo
non valet argumentum in delictis de eo, quod fit committẽdo
ad illud, quod in omittendo consistit, quia in committendo eò
2 maius delictum, ut no. Bar. in l. licet. § fi. ff. de pecu. † Et vlterius in
secundo considerandum est, ꝙ in facto negatiuo, ut pęna com-
a mittatur, requiritur, quod monitio[a] præcedat, ut est dictum Inno. in c. extirpandæ. §. quia verò. de concess. præben. & no. Bald. in
authen. hoc amplius. in vers. quæro vtrum. C. de fideicom. cum
simi. ut tradit Alexandr. in l. ita stipulatus. de verbo. oblig. quæ
monitio hic facta non fuit. Tertio respondetur, quod in isto
casu debet considerari licentia data a Vicerege, quæ videtur pur
gare omnem culpam, per ea, quæ in consil. dicta sunt. allegata
in dubio

ADDITIO.

a ¶ Monitio.) Idem Alex. l. si mora. solu. matr. in cons. 10. nn. 3. li. 7. [redacted]

in dubio supra dicto videntur procedere de iure communi: & non in isto casu speciali, in quo specialis compositio fuit facta cũ ipso duce, qui soluit pecuniam pro tali compositione, vt dixi in
3 consil.† Quartò aduertendum est, quia hic agitur de incurrẽdo pœnam grauissimam, quo casu, vt pœna ad hoc cõmittatur, liquida probatio esse debet, ut no. Bald. in c. 1. qual. domi. proprie. feu. pri. allegat tex. in l. in testamento. la 1. de condi. & demon. & idem Bal. in l. cum proponas C. de hære. instit. vbi inquit, qđ casus pœnales sunt stricti iuris, ideo non recipiunt interpretationẽ extensiuam, per dictam l. in testamento. cum simil. ut dixi in l. factum cuique §. in pœnalibus. ff. de reg. iur. & in casu isto liquidò non est probatum tale quid, pro quo Dux videatur in pęnam incidisse. Postremò considerandum est, ꝙ in isto casu, in quo dolus requiritur, l. 1. ff. ad leg. Iul. maiest. ibi, cuius opera dolo malo consilium initium erit. saltem inclytus Dux omninò a tali graui pęna excusatus videtur. Vnde probabiliter videtur, quòd credi derit literis Viceregis concedentis sibi potestatem componendi
4 cum inimicis Imperatoris: † quia quælibet etiam iniusta causa excusat a dolo. l. igitur. ff. de lib. cau. ibi, quoties quis iustis rationibus ductus, vel non iustis sine calliditate: ut in l. plagia. cri. ubi gl. & Ang. C. ad leg. Fauiam de plagia. in l. 1. vbi. glos. in verbo, recessit. ubi Bal. in fi. C. ubi cau. status. & ad idem gl. 1. & ibi Abb. in capit. cum venerabilis. de consuet. & habetur 4. di. in c. denique. & no. Rom. in consi. 466. Videtur prima fronte. in princ. cum si. ut tradit Alex. in consi. 107. Pro inuestigatione prędictorum. lib. 2. Et ex prædictis respõsio colligitur ad omnia, & singula, quæ in contrarium adducũtur. Nam primum dubium supra dictum sublatum ex toto videtur pluribus medijs. Non obstat secũdum dubium, in quo dicitur, qđ princeps Orangiæ non habebat potestatem concedendi dictas literas patentes, & remittendi crimen & pęnam læsæ maiestatis, quia probabiliter potuit credere Dux ꝙ omnimodam haberet potestatem, ex quo gerebat se pro Vice rege publice, & quia soluit non paruam quantitatem pecuniæ pro dictis literis patentibus, & certè non soluisset uerisimiliter, nisi credidisset firmiter dictum Principem Orangiæ habuisse potestatem: vnde ista probabilis, & iusta credulitas videtur illum omninò excusare saltem à pena, per ea, quæ dixi supra in primò dubio. Secundò respondetur, & considerandum est, quòd princeps videtur illam compositionem fecisse cum Duce ex quadã necessitate, quæ vrgebat, & pro conseruatione regni, & exercitus Cęsareę maiestatis hoc factum fuit: vnde ex tali necessitate, & causa superueniente uidetur inclytus Princeps Orangiæ habuisse potestatem componendi cum dicto Duce, & aliis dominis, qui erant in regno mediantibus pecuniis solutis ab eis, ut pro
5 uideretur necessitati, quæ imminebat: † nam propter necessitatem, & causam superuenientem magistratus potest suam ordinariam potestatem excedere, ut not. Bal. in rub. C. qui admitti. in princ. de potestate, qui ex causa ad similitudinem prætoris quandoque etiam contra statuta mittit banna ex causa emergenti: quia quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. l. de ætate. §. ex causa. ff. de interrog. act. & ad hoc est dictum Inno. in c. 1. de consti. & no. Bal. in l. si quis filio. §. hi autem. in fin. ff. de iniu. rup. ubi inquit, ꝙ propter metum periculi, vel scandali permittitur interdum magistratibus legem transgredi. alleg. Inn. in d. c. 1. de constitu. & bene facit tex. in l. si hominem. ff. manda. & quod ibi Bar. in fin. not. Rom. in consi. 428. In terminis propositæ quæstionis. in fi. cum simili. vt latè congerit Feli. in c. 1. de constitut. in 4. charta. Non obstat successiue quod in tertio dubio obiicitur, ꝙ Dux misit suos vasallos, & subditos ad bellandum contra Imperatoriã maiestatem, & misit literas, & nuntios inimicis Cæsareæ maiestatis, & dictis inimicis consilium dedit in rebus bellicis contra Cæsaream maiestatem: ex quibus videtur incidisse in pœnam criminis læsæ maiestatis. l. 1. ff. ad leg. Iul. maie. vbi Angel. in fin. not. illum tex. quia ad ista fuit responsum in consil. quòd ista non uidentur domino Duci prohibita, quia solum in literis patentibus Dux fuit prohibitus, ne seruiret inimicis Imperatoris
6 cum persona sua. † Et exceptio facta in hoc casu videtur confirmare regulam in aliis l. quæsitum. §. denique. vbi Barto. ff. de fun. instru. facit tex. in l. cum prætor. ff. de iudi. in l. maritus. C. de procu. cum sim. ut dixi in consil. & etiam aliter responsum fuit, qđ quicquid factum fuit a Duce, propter metum videtur omnia fecisse, quia illi præceptum fuit a Capitaneo inimicorũ, quòd sub pœna priuationis eius status deberet assumere arma contra terras imperii. ex tali enim præcepto metus iustus inducitur, ut dixi in consi. & sic Dux excusatus videtur, ut in terminis tradit Abb. in consil. 3. Nitar in præsenti causa in 6. q. in fi. vbi alleg. Bartol. in tract. de tyranno. in 6. q. & tradit Io. de Imo. in consi. 34. Visis, & ponderatis. in fin. Non obst. quod in quarto dubio dicitur, quòd cęsetur dictum Ducem seruiuisse cum eius persona inimicis Imperatoris, ex quo seruitium illis præstitit per substitutum. argu. l. 1. §. deiecisse. ff. de vi, & vi ar. quia hoc nõ est verum per ea quæ dixi in consilio. quia verba repugnant, dum dicitur, dummodò *non habbiate a seruire con la persona vostra*. nam ista verba non conueniunt, nec verificari videntur in eo, qui seruiuit per substitutum, ut per gl. in cle. 1. de ui. & ho. cle. cum aliis alleg. in consil. & in hoc res clara uidetur, & non est ulterius insistendum. Vltimò non obst. quod in 5. & vlti. dubio dicitur, ꝙ Dux videtur cõmisisse feloniam, per quam videtur, quòd feudo priuari possit: quia respondetur, ꝙ cum crimen læsæ maiestatis expresse remissum fuerit domino Duci propter pecunias, quas soluit secundũ compositionem, vt patet in literis patentibus, non videtur, qđ de hoc molestari possit, quia rationes, quibus supra dictum est ꝙ Dux excusatus sit à crimine læsæ maiestatis, pariter militant, & procedũt in crimine felonię: & quia cum fuerit remissum crimen læsæ maiestatis, quod est maius, utique remissum videtur illud, quod est minus, ut in regula, cui licet. de regul. iu. in 6. & in l.
7 non debet cui quod plus est. ff. de reg. iur. † Nec ob. ꝙ regula ista non videtur habere locum in dispensatione, de qua tractari videtur, secundum dictum Host. in c. postulasti. de rescr. ubi voluit, ꝙ in dispensatione non procedit argumentum de maiori ad minus per c. primũ. & secundũ. de fi. presby. in 6. & sequitur Abb. in c. at si clerici. §. de adulteriis. & latè tradit Feli. in d. c. postulasti. ubi inducit c. fi. de postu. præla. ubi dispensatio, ꝙ quis possit transire ad archiepiscopatum, non habet locum in episcopatu: & in hoc videtur fieri difficultas. Sed responderi potest duobus modis. Primò, vt supra dixi, ꝙ sicut Dux videtur excusatus ob probabilem credulitatem à pęna, quę imponitur pro crimine læsæ maiestatis: pariter videtur excusari à pena, felonię, ut in illam non inciderit per suprà dicta. & ista respõsio de plano procedit. Secundò potest rñderi, ꝙ dictum Hostien. non sit verum, ut dixi in d. c. at si clerici. § de adulterijs. quia text in d. c. 1. & 2. de filijs presbyt. in 6. in quo fundatur dictum Hosti. dicit simpliciter, ꝙ dispensatio strictè interpretatur, quia materia est odiosa: ergo non videtur, ꝙ dispensatio debeat magis strictè interpretari, quàm alia materia, quæ odiosa sit: sed in alia materia odiosa nõ excluditur argumentum a maiori. l. nec in ea. vbi Bart. ff. de adulte. l. in suis. in fi. ff. de libe. & posthu. in c. miramur. 24. q. 1. in c. cũ illorum de senten. excom. in l. qui indignus ff. de senato. in l. relegatorũ. §. potest. ff. de interdi. & releg. & in dispensatione est tex. in c. per venerabilem. qui filij sint legiti. non obstat tex. in c. fi. de transla. episco. quia ibi non videtur eadem ratio in episcopatu, quę est in archiepiscopatu, quia in maiori dignitate est maior ratio dispẽsandi, quam in minori, ut dixi in d. §. de adulterijs. & ita remotis dubijs supra dictis conclusio facta in consilio confirmata remanet: & ex omnibus supra dictis, & in consilio euidenter constare videtur iustitiam, & ęquitatẽ maximam esse in absolutione illustris. Ducis. & sic concludo partes clarissimorum dominorum, quibus onus iudicandi incumbit, esse in absoluẽdo dictum Ducem ab his, quæ sibi obijciuntur: & si causa esset mihi commissa ita proculdubio iudicarem.

EPIT. Consi. CCCCCCVI.

Vasallus de rebellionis delicto impetitus coram Imperatore non debet feudo priuari, nisi causa cognita, & parte citata de ea legitimè appareat: neque id credi alteri debet in præiudicium eorum, quibus ius iam quęsitum est.

SVMMARIVM.

1 *Assertioni Imperatoris, quòd quis sit rebellis, standum non est.*
2 *Rebellis quis dicatur.*
3 *Vasallus debet priuari feudo, si facit amicitiam cum inimicis domini.*
4 *In notorijs ordo iuris non requiritur.*
5 *Rescripta contra ius ab omnibus iudicibus debent refutari.*
6 *Clausula, ex certa scientia operatur in his, quæ in iure consistunt.*
7 *Nullus in causa propria est idoneus testis.*
8 *Princeps sine causa non potest alicui dominium vtile auferre.*
9 *Sententia sine causæ cognitione est nulla.*
10 *Quando duo contractus fiunt in eodem loco, & tempore, vnus videtur celebratus, contemplatione alterius.*
11 *Sententia lata sine citatione est nulla.* 12.
13 *Decretum iniustitiam, & iniquitatem continens, non valet.*
14 *Imperatori in his, quæ dicit ex relatione alterius, non creditur.*
15 *Concessio facta ab Imperatore tãquam ex iure deuoluto propter rebellionem non valet in præiudicium agnatorum, quibus prius erat ius quęsitum.*
16 *Dispositio testatoris valet in bonis feudalibus domino consentiente.*
17 *Imperator non præsumitur uelle alteri præiudicare.*
18 *Clausula, ex certa scientia, in præiudicium tertij nihil operatur.*


SErenissimus Imperator Carolus quartus declarauit magnificos Pyrrhũ, & Federicum de Gonzaga, rebelles ipsius Imperatoris, & Imperii, & propter hoc eorũ feuda, & omnia bona esse deuoluta ad ipsum Cęsarem, & tanquam deuoluta alijs fidelibus concessit: vnde quæritur de validitate, & efficacia
2 dictæ declarationis. † Et prima facie videtur dicendum talem

declaratione, & priuationem iuridicè, & legitimè factam fuisse, quia assertioni ipsius serenissimi Imperatoris standum videtur. cle. prima. de prob. & ille tex. etiam videtur habere locum cum inter laicos, ut no. Abb. post Ioan. An. in c. ad audientiam. in uer. ex prædictis. de præscrip. & etiam in Imperatore videtur omnino procedere, ut no. Cardi. in consil. 128. In quest. quæ vertitur. & Alexand. in consi. 15. Visis narratis. lib. 5. & cum Imperator attestatur, & dicat, quod iure optimo facta sit dicta priuatio, videtur standum verbis eius præcisè, adeo quòd probatio in contrarium non admittitur, vt tradit Pet. de Ancha. in consi. 293. Vltra alia solẽniter alleg. & nouissimè in terminis latè. Soc. scribit in consi. 87. Visa inuestitura. lib. 3. & stantibus narratis manifestè constare videtur, quod dicta declaratio rebellionis, & priuatio feudorum omnium bonorum iuridicè facta fuerit. cum enim prædicti essent vasalli Imperatoris, & contra ipsum Imperatorem pro rege Franciæ Imperatoris inimico, ut Imperator asserit, arma hostilia susceperint, & hostibus Imperatoris, & Imperij adhæserint, ut plenius ab ipso Imperatore narratur: meritò rebelles declarati & feudis, & omnibus eorum bonis priuati fuerunt.

2 † nam rebellis dicitur secundum Bart. in extraua. qui sint rebellies. in verb. rebellis. quando subditus rebellat principi transfugiendo ad hostes, & conuertẽdo se in hostes. allegat l. omne delictũ. §. exploratores. & l. proditores. ff. de re mili. in l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capi. di. & dicit ibi Bart. quod antiqui legum conditores hoc vocabulo non vtebantur: & hoc dictum videtur esse intelligendum de iure fforum: quia de iure canonico hoc vocabulum sæpenumero reperitur. c. inter quatuor. de maio. & obed. ibi, inobediens, & rebellis. in c. fi. de præben. ibi, in rebelles. in c. ubi periculũ. §. porrò, ibi, in aperta rebellione. de ele. in 6. in cle. 1. §. porrò. ibi, inimica, vel rebelli. de iureiur. & rebellis intelligitur tunc demum quando sit condemnatus, secundum Pau. de Cast. in consil. 32. Omisso ordine. in fi. quia in criminalibus confessus non habetur pro condẽnato. l. si confessus. ff. de cu- reo. & etiamsi non sit condemnatus, dicitur rebellis, per tex. in d. extraua. quoniam nuper. tradit Cor. in consi. 96. Licet uideatur. l. 4. in hoc tamen casu in hoc non est vis, quia facta fuit condẽ natio, & prædicti rebelles videntur commisisse crimen læsæ maiestatis, per ea, quæ habentur in l. quisquis. C. ad leg. Iul. maie. quo casu debent priuari uita, & omnibus bonis, ut dicitur in d. l. quisquis. & bonis

3 † feudalibus debuerunt priuari specialiter ex eo, quod nota. per gl. in l. 1. §. cum patronus. in uerbo, cum inimicis. ff. de offi præfe. vrb. quæ dicit, quod uasallus debet priuari feudo, si fecit amicitiam cum inimicis domini. & idem gl. in l. liberti. C. de inoffi. testa. in verb. amicitias. & ĩ c. i. §. j. in verbo, concubuerit. qui. mod. feu. amit. & in cap. 1. §. porrò. in verb. assalierit, quæ fuit pri. causa bene. amit. & est tex. in c. unico. in ti. quot sunt testes nec es. ad proban. ingra. & secundum istam conclusionem consuluit Io. de Ana. in consi. 7. Visis, & ponderatis. in uer præterea. & in terminis consuluit nouissimè Soci. in d. consi. 87. lib. 3. in uersi. capio nunc quartam difficultatem. vbi concludit magnificum Albertum de Carpi. fuisse iuridicè priuatum bonis feudalibus ab Imperatore, ex eo, quod contraxit amicitiam cum illustri. Gallorum rege Cæsareæ maiestatis inimico. Et ex his optimè iustificari uidetur declaratio priuationis facta per serenis. Imperatorem contra prædictos Pyrrhum, & Federicum de Gonzaga. ex rationibus, & causis in ipsa priuatione allegatis, & deductis. Nec prædictæ conclusioni obstare videtur, quod Imperator in dicta priuatione videtur ex abrupto processisse, & absq; aliqua citatione: quia responderi potest, ꝙ cum causa priuationis esset notoria, ut dicit Imperator in eius declaratione, & priuatione, & illi asserenti fides adhiberi debet. cl. 1. de probat

4 & supra dictum est: & in notorijs non requiritur ordo iuris, quia vbi crimen est notorium, omnis solennitas iuris communis remissa uidetur, ut not. Ang. in l. si vacantia. C. de bo. vac. li. 10. in ver. uenio ad secundum articulum prin. & refert Ange. Aret. in trac. malefi. in verb. Etiam per modum notorij. & ad hoc est tex. in cap. ad nostram. el. 3. de iureiur. facit text. in l. ictus fustium. & quod ibi Bartolus. in prin. ff. de his, qui no. infa. in capitulo quanto. in prin. de transla. episcopo. & ibi Abb. dicit per illum text. ꝙ citatio non videtur necessaria, & hoc saltem videtur habere locum in notorio, quod inficiari non potest, ut idem Abb. cõcludit in d. c. ad nostram. ubi sequitur gl. ĩ c. quæ Lotharius. 2. q. 1. & quando constat absenti non competere defensionem, vt Abb. concludit in c. cum olim. de re iudi. & i n c. cum sit Romana. de appella. & in c. accepta. de restitu. spolia. Roma in consi. 483. Dubitatur primò & And. Sicu. in consi. 51. Scripsit sapientiæ fons. in vers. 2. facit. lib. 1. & in proposito bene faciat, quod tradit Bal. in c. 1. §. fi. in uersi. quæritur, an dominus. de pace iura. fir. ubi post Iaco. de Belui. concludit, ꝙ dominus propria authoritate potest expellere vasallum, si eius cõtumacia notoria sit. & ex prædictis iustificari videtur, quod factum fuit ab imperatoria maiestate: & ita 1. motu dicendũ videbatur. Quibus tamen non obstantibus ulterius cogitanti contrarium de iure esse arbitror, concludendo, ut inferius dicam. & pro uero, & clarissimo fundamento huius conclusionis præmittendum est, ꝙ ea, quæ supra allegata sũt contra d. do. Pyrrhum, & Federicum, non sunt aliter probata, nisi per solam assertionem serenis. Impe. cui particulariter in isto

a casu fides in præiudicium alterius adhiberi nõ debet: & hoc præmissa protestatione, quod non est intentionis meæ aliquid facere, nec cogitare, ꝙ imperatoriæ maiestati aduersetur: sed eius li-

5 cẽtia scribam, quæ infrà dicã, cũ ipse Imperator præcipiat. † eius rescripta, quæ sunt contra ius, ab oĩbus iudicibus debere refutari in l. rescripta. C. de preci. impe. off. & facit text. in l. si vẽdicati. C. de pœ. & dicit Papa in c. si quando. de rescri. patienter sustinebimus, si non feceris, quod fuerit nobis praua insinuatione suggestum. facit tex. c. cũ teneamur. de præben. & ideo vbi Papa scribit etiam ex certa scientia, potest tamen probari contrarium de

6 obreptione. ut no. Bal. in l. fi. C. sen. res. non pos. & † clausula, ex certa scientia. solum operatur in his, quæ in iure cõsistunt: secus si in facto versentur quia in illis ignorãtia præsumitur, vt idẽ Bal. dicit in d. l. fi. similem protestationẽ facit Pet. de Anch. in consi. 313. nisi legibus, & canonibus esset expressum. unde præmissa di protestatione cum bona uenia sereniss. Impera. primo conabor ostẽdere, ꝙ declaratio ab eius maiestate facta cõtra dictũ magnificũ Pyrrhũ, & Federicũ ualida nõ fuerit: & dato, ꝙ valida fuisset secundum uerisimilẽ mentẽ clementiss. Imperatoris, non videt̃ præiudicare aliis agnatis, quibus nulla culpa imputari potest, & quibus erat prius ius quæsitum ex inuestituris prioribus Imperatoriæ maiestatis. Circa primum, quod dicta declaratio fuerit nulla, suaderi potest ex eo, ꝙ solum quæ narrata sunt ex assertione ipsius Imperatoris constare uident̃: & in isto casu eius assertioni credendũ nõ videtur, quia de eius interesse tractatur, vt in terminis tradit Andre. de Iser. in c. 1. in prin. ad fi. in titu. quo tempore mi. ubi inquit ꝙ nec regi, nec principi creditur, si attestaretur per literas eius, uel priuilegium, quod talis fuit proditor suus: & propter hoc feudum, quod ipse ab eo habebat, ad ipsum regem

7 rediisse, & illud alteri concessisse, † quia testificatur in causa propria, in qua nullus est testis idoneus. l. nullus. ff. de testibus. in l. omnibus C. de testamen. & ideo non potest etiam Papa per uerba sua narratiua priuare aliquẽ iure, ꝓprio, nisi culpa probetur, vt dicit Abb. in cle. 1. in fine. de probatio. per tex. in c. 1. de feud. sine cul. nõ amit. & idẽ Abb. in c. quæ in ecclesiarum. de ꝯstit. dicit, quod non potest princeps sine causæ cognitione feudum vasallo auferre. & cum prædictis concordat Card. in consil. 128. In q. quæ vertitur inter Andreã. in princip. vbi ꝯcludit, quod non statur assertioni principis, quod quis contra eum crimen læsæ maiestatis commiserit, quia tex. in d. cle. 1. de proba. procedit, quando attestatur de facto proprio, secus uidetur in facto alieno, de quo agitur in isto casu. & idem tradit Domi. de san. Gemi. in consil. 53. Pro responsione. ubi aliter respondet ad clemen. 1. de proba. quod creditur in expressis, sed in omissis non creditur, ideo cũ de citatione nihil dicatur, apparet citationem non interuenisse: & certè ratio uidetur manifesta, quia si staretur dicto principis, esset in potestate sua priuare aliquem, iure suo sine causa ex sola assertione: quod absurdum videtur, vt Felin. dicit in d. c. quæ

8 in ecclesiarum. † nam non potest princeps sine causa etiam vtile dominium alicui auferre, ut no. Bart. in l. 2. C. de fun. patri. lib. 11. ideo infert Pau. de Ca. in cõsi. 159. Viso, & examinato puncto. in fi. ꝙ utile dominiũ, ꝙ habet vasallus. nõ potest ei auferri sine causa: & ex hoc sequit̃, ꝙ non sit standũ assertioni principis, per ea, quæ no. Barto. in l. si fortè. ff. de Cast. pec. & gl. & doc. in l. si donatione. C. de col. & not. Oldr. in consi. 226. Quidã epis. ubi inducit tex. in l. iubemus. C. de sac. sanct. eccl. ĩ l. qui testamẽtũ. ff. de pro. & idẽ Ant. de But. in cõsi. 30. Quia maior pars quæsitorũ. in fi. in cõsil. 46. Iuris rigor. Fede. in cõsi. 143. Cõcessio facta. in fi. Abb. ĩ cõsil. 41. Videdũ est. li. 1. Ale. in cõsi. 42. Visis & põderatis. uer. nec obstat l. 1. cũ si. quæ not. sunt. & dixi in d. l. si donatione. C. de col.

9 † Secũdo principaliter dicta declaratio reddit̃ nulla, quia facta fuit ex abrupto. & incõtinẽti absq; causæ cognitione. l. ex stipula

b tione. ubi Barto. C. de sen. & interlo. oĩ. iudi. ex breuitate [b] .n. tẽporis manifestè apparet causæ cognitionẽ nõ interuenisse. ideo sent. reddit̃ nulla, ut Barto. concludit in l. prolatam. C. de sentẽ. interlo. om. iud. in fi. & dictum Bartolus alleg. & sequitur, & confirmat Calde. in cõsi. ultimo. in titu. de re iudi. & idem in decreto concludit Petrus de Anch. in consi. 83. Visis diligenter actis. & idem

ADDITIONES.

a ¶ Non debet.) Idem Franc. Are. c. cũ a nobis. de testibus. And. de Isernia qui successo. teneat. cap. j. in vsibus feudo. Caro. Rui. consi. 3. l. 5. & bene, quicquid Iacob. de sancto Geor. in inuestitu. feudi. & alij dicant.

b ¶ Breuitate.) Ioan. de Ana. consi. 23. And. Tiraq. de retract. proximi, §. 1. gl. 7. nu. 76. ubi fusissime.

& idem Pet. de Anch. in consi. 188. Visis consilijs famosissimorũ. vbi alleg. bonum tex. in c. cùm ex literis. de resti. in integ. nã et iã sententia Papæ, & Imperatoris ex nimia breuitate temporis rescinditur, quia præsumitur sine causæ cognitione prolata. dicto c. cum ex literis. ita dicit idem Pet. de Ancha. in consi. 255. In causa, & quæstione. & cum prædictis concordat Fulgo. in consi. 165. In quæstione proposita. in ver. 3. quia. Alex. in consi. 33. Viso themate. ver. circa secundum. lib. 1. & in consi. 217. Visis verbis domini Grimoldi. lib. 2. Tertiò hoc idem confirmatur, quia statim facta dicta declaratione priuationis bona fuerunt per serenissimũ Imperatorem donata alteri tanquam deuoluta ad ipsum Cæsarem, & in eodem instrumento facta fuit priuatio, & donatio quo casu videtur, quòd priuatio illa facta sit respectu donatio
10 nis postea factæ incontinenti, quia † quando duo contractus facti sunt eodem loco, & tempore, vnus videtur celebratus contemplatione alterius, vt no. Bald. in l. petens. C. de pac. & hoc pluribus similibus comprobat Socin. in consil. 223. in præsenti consulta. & sequitur Cor. in consi. 36. In hac consulta. libr. 2. vnde consonat, ꝙ dicta priuatio, vt supra dixi, fuerit facta absque
11 causæ cognitione, & per consequens fuerit nulla. † Quartò hoc idem comprobatur ex eo, quod nulla citatio facta fuit, unde clarum videtur, quòd sententia lata sine citatione fuit nulla. l. j. §. itẽ ex hoc edicto. ff. de senten. quæ sine appel. rescind. l. 2. vbi Bal. C. si per vim, vel alio modo. Cald. in consi. 8. de re iudi. Pet. de Anch. in consi. 212. De iure communi. in princ. & hoc etiam procedit in Imperatore, vel principe, vt no. Bal. per illum. tex. in l. fi. C. de leg. Ang. in l. princeps. ff. de legi. & est text. in clemen. pastoralis. §. cæterum. de re iudi. & no. Abb. in c. 1. in vlt. not. de causa poss. & proprie. & hoc etiam habet locum in summarijs. cle. sæpe. de verb signifi. & etiam dato, quod iudex se de facto informare possit, citatio tamen necessaria est aliàs sententia est nulla, vt tra
12 dit Roma. in consi. 245. aliàs 248. Hæc sententia. † & non valet statutum, quod contra non citatum valeret sententia, vt notat Baldus. in l. 1. in versi. sed hic quæritur. C. quomo. & quando iud. & talis nullitas, quæ prouenit ex defectu citationis, non tollitur a statuto, quod nullitatem remoueret, vt not. Cald. in d. consi. 8. de re iud. Pet. de Anch. in consilio 212. De iure communi in fi. Ange. in consi. 177. In facto proponitur. circà fi. & ista conclusio confirmata erit ex his, quæ statim dicam respondendo ad allegata supra in contrarium. Vnde primò non obstat, quòd supra in primo in contrarium allegatur, quod standum sit assertioni Imperatoris, quia hoc verum esset, nisi tractaretur de proprio interesse ipsius Imperatoris, prout in casu isto videtur, quia etiam tunc principi non est credendum in facto proprio, vt supra dixi, secundum Andre. de Iser. in d. c. 1. in princip. in tit. quo tempore miles. cum similibus supra allegat: esset enim valde absurdum, quod esset simpliciter standum verbis, vel literis Imperatoris in præiudicium alterius procedendo absque citatione, & causæ cognitione, quia in effectu esset quis priuatus dominio, & iure suo sine causa: & videtur Imperator hoc fecisse ex mala informatione, quia intentio sua est, ne inde iniuriarum nascatur occasio, vnde iura nascuntur, vt ipse Imperator dicit in l. meminerint. C. vnde vi. & esset cõtra substantiam legis, quæ debet esse iusta, & honesta. capitu. erit autem lex quarta distinct.
13 † & non valeret decretum, quod iniustitiam. & iniquitatem contineret, vt notat Bartolus in l. fina. C. si contra ius, vel vtil. pub. & non potest statutum eradicare naturalem iustitiam, vt dicit Bald. in capit. quæ in ecclesiarum. in vers. sed nunquid statutum. de const. & no. Ang. in cons. 139. Visis omnibus, ubi inquit, quod auferre mihi meum sine causa est iustitiam mihi denegare, & non ualet lex, nec rescriptum, quod iustitia alicuiˢ denegetur etiam cum clausula, non obstante: quia contra ius naturale, vt no. Inn. in d. capit. quæ. in ecclesiarum. de consti. Secundo non obstat quod supra dictum est de rebellione, & crimine læsæ maiestatis: quia in dictis criminibus non est facta legitima probatio, vnde habet locum quod not. Cardi. in d. consi. 128. supra allegato. in prin. vbi inquit ꝙ cũ crimen læsæ maiestatis nõ fuisset probatũ per testes, nec instrã nec per confessionẽ partis, nec aliter nisi per assertionem, & verba narratiua Ducis Mediolani, quibus non erat standum. vt supra dixi concludit, quod reus accusatus absolui debet. Non obstat, quod delictum esset notoriũ vt Imperator dicit, & in notoriis non requiratur ordo iuris, nec citatio videtur necessaria, vt supra in contrarium allegatur. quia respondetur, quod multa dicuntur notoria, quæ non sunt, vt dicit tex. in capitu. consuluit. el. 1. de appe. & ideo cautela est, ꝙ iudex pronuntiet per suam interlocutoriam factum, de quo agitur, esse notorium, vt not. Abb. in c. ad nostram. el 3. de iureiur. Cardin. in clem. pastoralis. in princ. in 17. nota. de re indica. & de facto constare debet, quia quod non est, notorium esse, non potest, vt Cardi. dicit in consi. 56. Casus, super quo. in versicu. insuper. Non obstat, quod factum probatur esse notorium ex assertione plena ipsius imperatoris, qui dicit factum hoc esse notorrium & tergiuersari, nec excusari possit; & de narratis dicit se sufficienter edoctum: quia respondetur, vt supra dictum fuit, quod in isto casu non creditur Imperatori in actu, in quo agitur de proprio eius interesse, per supradicta, & hoc cõfirmatur, quia dum sereniss. Imperator attestatur sufficienter se doctũ, & instructum de his fuisse, videtur hoc ab alijs audiuisse, & intellexisse, quo casu illi, qui hoc dixerunt Imperatori non citata
14 parte, nullam faciunt fidem: † & ideo non creditur Imperatori in his, quæ dicit ex relatione alterius, vt tradit Aret. in cap. cum a nobis. de testibus. & idem Aret. in consi. 165. sicut Ioannes dicit. in versiculo, secunda ratio est. & sequitur Socinus. in consi. 20. inter consilia Francisc. Curtij. incipiente, Sæpenumero animo reuolui. & videtur tex. in dicta cle. pastoralis. ubi non attenditur assertio imperatoris, quod res esset notoria, & quòd illud fecisset exigente iustitia, & de imperiali potestate, & propter hoc sententia imperatoris ibi annullatur, præsertim ex defectu citationis, vt patet ibi in versiculo, cæterum. & supradictum est. & in simili casu in declaratione principis, quæ fuit nulla ex defectu citationis, latè Alexand. scribit in consil. vndecimo Alias consului. libro septimo nam vbi est defectus citationis nõ præsumitur pro Principe, vt nota. Abb. in capitulo primo in vltim. nota. in fin. de causa posses. & proprietatis. vbi Abb. dicit ita limitari quod nota Cyn. in l. rescripta. C. de preci. Impera. offe. Vltimo non ob. quod Imperator dicit se hoc fecisse de plenitudine potestatis. quatenus ad rei validitatem expediat: quia talis clausula haberet locum quando processum fuisset cum causæ cognitione, sed ex quo causæ cognitio non interuenit, dicta clausula, & similiter ex certa scientia parum operantur. ita colligitur ex decisione Rotæ, quæ habetur in deci 230. Papa confirmando ex certa scientia. vbi alleg. ad hoc Specul. in titul. de leg. §. nunc ostendendum. in uer. 18. & tradit Soci. in consi. 164 Visa bulla.
15 in uer. sed ad omnia ista respondeo. † Venio ad secundum. nam dato, & concesso, quod priuatio, de qua supra dictum est, valida & legitima fuisset, dubitatur, an noua concessio facta ab Imperatore tanquam ex iure ad eum deuoluto debet valere in præiudicium agnatorum, quibus erat ius quæsitum in talibus bonis feudalibus, & quibus nulla culpa imputari potest. & primo clara uidetur de iure illa conclusio, quod noua concessio
a facta tanquam ex iure deuoluto [a] non valet, si ius non sit deuolutum capitulo ex parte. de conces. præb. quia cessat causa finalis, propter quam Imperator fuit motus ad faciendum nouã concessionem, & ad hoc facit text. in capitulo quia circa. de consangui, & affi. & in simili hꝫ de falsa causa, quæ vitiat sententiam cũ si. Vnde videndum est, an verum sit, quod esset ius deuolutũ ad ipsum Imperatorem ex priuatione supradicta. & videretur dicendum, quod sic, quia felonia commissa respicit ipsum do-
b minum, [b] quo casu feudum ipsi domino applicatur. capitulo primo an ille, qui interfe. fra. do. sui. nota Baldus. in capitulo primo in uer. quæro ergo. in titu. si vasal. feu. priue. & sequitur
* Alexand. in consilio secundo, libro quinto, & ista est uera, & * *communis* opinio, ut dicit Iode Ana. in consil. 32. Vltra alia dubia. in ver. circa secundum. & ista conclusio videtur procedere, nisi noua inuestitura interuenisset, nam ex tenore inuestituræ, etiamsi iniuria commissa sit in dominum, feudum non debet applicari domino, sed forma inuestituræ debet obseruari, vt concludit Iaco. Alua. in cap. 1. §. denique sæpe quæsitum est & c. in versic. septima conclusio, quæ fuit prima causa beneficij amittendi. in vsibus feudorum, vbi ponit huiusmodi conclusionem, quod inuestitura potest esse taliter concepta, quod agnati non priuarẽtur feudo propter delictum etiam in personam domini commissum, exempli gratia, si inuestitura dicat, Concedo feudum pluribus principaliter, & de vno in alium, vel concedo attentis meritis singulorum, & dicit, quod Baldus. ita tenet in capitulo primo si vasal. feud. priue. in versiculo. ego autem in materia delictorum. vbi idem dicit, quia culpa vnius alteri nocere non debet, quia tali casu vnusquisque per se consideratur. &

ADDITIONES.

a ¶ Deuolutio.) Dixi in tract. reg. cancella.

b ¶ Dominum.) scilicet directe, & sic non solum filij, sed etiam agnati priuatur secundũ veram, & * communem sententiam, vt dixi in consuet. Pari. §. 30. quest. 36. Quamuis etiam hoc casu. quod redeat ad agnatos, teneat glos. capitulo primo. §. primo de successione feudi. & capitulo primo si vasallus feudo priuetur Hostien. in summa titu. de feud. Andreas Isernia capitulo primo. §. ultimo quæ fuit prima causa beneficij amittendi. & §. firmiter de prohibita feudi aliena. per Federicum. & capitulo primo si vasallus feudo priuetur. Et hanc late per quatuor columnas propugnat Hieronym. Grat. consilio secundo, libro primo singulatim, sed distortè, & diuinatiue respondens ad omnes textus contrarios. Nec tamen decidit, sed æquitatem suadet rigorem deprecans, sentiens communem ueram esse.

tur.& idem Bald.in d.cap.1.§. denique. quæ fuit prima causa. in uer.& no.ubi limitat illum tex.in quo dicitur, quod propter iniuriam illatam domino feudum illi applicatur in ultionem iniuriæ.Bald.dicit hoc non habere locum,si feudum sit concessum
a generi,[a] quia tunc non acquiritur domino in præiudiciũ agnatorum,qui ius habent ex propria persona,& idem Bal.in c. 1. de vasal.qui contra const. Lotha. etiam dicit.ꝙ qñ in concessione feudi dicitur,quòd de uno in alterum reuertatur,quod tunc secundum tenorem inuestituræ feudum non domino, se agnatis acquiritur,& sequitur Alex.in consi.103.Videtur prima consideratione.lib.1.& applicando ista ad casum nostrum ex tenore concessionis,& priuilegij impetrati a Maximiliano Imperatore constat testamentum illustris dom. Io. Francisci confirmatum fuisse:in quo quidem testamento dispositum fuit, quod si magnificus dominus Pyrrhus decederet intestabilis, uel ab intestato,quod ipsi sic decedenti succedere debeat Illustris do. Ludo-
16 uicus.† vnde considerandum est,quod licet dispositio testatoris non valeat in bonis feudalibus,c.1.in princ. de succ.feu. d. c. 1.§.donare.quali.feu.alie.pote.tamen domino consentiente cõ firmatur testamentum,ut Bal.tenet in d.§.donare.ver.quid si dominus. cum ergo in testamento approbato ab Imperatoria maiestate bona feudalia per testatorem assignata sint quatuor filijs suis,& specialiter dictum sit,quod ipsi Pyrrho decedenti succedat do Ludouicus frater eius, merito ipsi dom. Ludouico, &
17 non Imperatori dicta bona acquisita videnter per supradicta. † Et ista conclusio videtur secundum intentionem Imperatoris, qui non præsumitur velle alteri præiudicare.l. 2.§. merito. §.si quis a principe.ff.ne quid in loc.pub.in c.super eo.de offi.de leg. & no.Bal.in l.nec auus.per illum text.C. de eman. lib. in l. ex facto.de vul.& pu. & potius verba debent impropriari, quam ꝙ tertio præiudicium inferatur,vt dicit Bald.in d.c. super eo.facit quod no.Compostel.in c.causam, quæ de rescri. vbi illa verba, non obstante collatione alteri facta intelliguntur de collatione
* inualida,ne alteri præiudicium inferatur.& illud dictum * *communiter* omnes Doc.sequuntur. & Dominic.de sancto Geminia. in c.si postquam.de præben.in 6.Alex.in consi.24 Viso processu.libr. 5.cum similibus.vt dixi in d.ca.super eo.& ista conclusio procedit,etiam si motu proprio gratia facta sit,quia non tamen videtur uoluisse tertio præiudicare,vt no.Ab in c.causam, quæ col.2.de testi.post Hosti,& alios ibi,& dixi in consi.33.Viso pun-
18 cto.† Et similiter clausula,ex certa scientia.in præiudicium tertij nihil operatur,vt tradit Pau.de Cast.in consi.160 Quæstio ista uertitur.& idem no.Bal,in præludijs feudorum.in vers.item dicit And.de Iser. Are.in consi.15.Reuerendissime pater. & clausula illa,ex certa scientia.non operatur nisi in his,in quibus præsu-
b mitur habere scientiam,[b] non autem in his, in quibus præsumitur habere ignorantiam,sicut in his,quæ in facto consistunt, vt not.Bald.in l.fin.C.senten.rescin.non posse.sequitur Alex. in d. consi.22.lib.5.& ideo intentio serenissimi Imperatoris nõ fuit derogare iuri quæsito domino Ludouico,& fratribus virtute testamenti confirmati a Maximiliano eius genitore, cum ipse de his nullam haberet notitiam.& supradicta etiam habẽt locum, si agatur de præiudicio tertij non in re,sed etiam ad rem,quia de tali iure mentio fieri debet, vt no.Abb.in c.in nostra in tertio not.de rescrip.Domini.in c.si motu proprio.de præbend.in sexto.vers.quid si impetrans post Ioannem And.& Ioan.de Lignano.& in c.quam sit.in ver.electus.in prin.de elect.in 6.& Rot.in 16.decisione in tit.de præben.in nouis.Domi.in cons. 99. Super primo quæsito.ver.ex præmissis.facit tex.in l.2.in fi.ff. de natali. restituen.& quod notat Bald.in l.si constante.C.de donatio. ante nup.vbi etiam ius quæsitum in spe consideratnr.

ADDITIONES.

a ¶ Generi.) Idem Hieronymus Gratus consil.2.nume.61.lib.1.ubi refert & sequitur hoc consiliũ Decij.idem tenet Franciscus Curtius Iunior,tractatu feudorum.parte quin.limit.1.Decius supra cons.250.nu.6. & intelligit,quando non est hæreditarium,sed iure contractus,vt dixi in consuetudine Parisi.§.36.q.30.num. 133.

b ¶ Scientiam.) Supra cons.198.num.1. vbi dixi.

EPIT. Consi. CCCCCCVII.

Quamuis cautio sit de essentia usus fructus,tamẽ usufructuarius etiam antequam eam dederit. facit fructus suos, dummodo ab hærede petita non fuerit.Cæterum filia extantibus masculis a statuto exclusa non facit partem in legitima, præsertim quando competenter dotata fuisset.

SVMMARIVM.

1 *Mulier relicta usufructuaria omnium bonorum an faciat fructus suos ante præstitam cautionem.*
2 *Executor datus in testamento potest legatum sibi factum propria authoritate accipere.*
3 *Cautio debet præstari, vbi petitur.*
4 *Qui uidit testamentum, præsumitur habuisse notitiam eorum, quæ in eo continentur.*
5 *Gerundium præstando cautionẽ, quando uideatur importare conditionem.*
6 *Argumentum a contrario sensu etiam in sententiis locum habet.*
7 *Verba sententiæ strictè intelligi debent.*
8 *Testator an possit disponere de rebus sibi,& eius filijs, ac descendentibus donatis.*
9 *Notarius potest stipulari omnibus etiam absentibus, quorum interest.*
10 *Donatio pro se,suisq; liberis,& descendentibus qũo intelligatur*
11 *Obligatio feudi facta per uasallum resoluitur, quando post eius mortem feudum reuertitur ad dominum.*
12 *Filiæ an filiorum appellatione ueniant in donatione.*
13 *Fœminæ,licet in feudo non admittantur,tamen includuntur in donatione facta a Principe.*
14 *Filiæ dotatæ an habeant partem in legitima, quæ debetur filio.*
15 *Stante statuto,quod fœmina dotata non succedat,quousque superuixerit masculus,an illo mortuo filia possit succedere patri.*
16 *Quando aliquid in iudicio deducitur, debet liquidari conditio, quod impleta sit.*

Viso puncto,& diligenter perscrutatis his quæ narrata sunt,pro resolutione casus propositi tria a nobis discutiẽda sunt.Primum erit,an domina Virginia fecerit fructus suos,quos percepit ante præstitam cautionẽ, Secundum dubium erit,an testator Iulius potuerit disponere de bonis sibi filijs,posteris,& descendentis suis a dom.Marcello eius fratre donatis.Tertio dubitari contingit, an filiæ dicti Iulij dotatæ faciant partem respectu legitimæ, quæ debetur Camillo. Circa primum dubium,ut distinctè procedamus, primo uidendũ est de fructibus perceptis ante sententiam,secundo de perce-
1 ptis post sententiam.† In primo non est dubitandum. quod domina Virginia vsufructuaria teneatur præstare cautionẽ de vtendo,& fruendo arbitrio boni uiri.l.1.in princip.ff. vsufruct. quẽadmo.ca.l.fi.ff.si cui plusquam per legem Falcidi.adeo quod ta-
a lis cautio a testatore remitti non potest.[a] l. 1.ubi Bart. C. de vsufru.& Bal.ibi,ver.sed pone,quòd verba instrumenti.dicit,quòd licet proprietarius promittat usufructuario non mouere quæstionem,nec molestiam aliquam inferre,propter ista verba non videtur prohibita cautio quæ est de natura ususfructus: & idem Bal.in l.1. in vers.item quæro.si testator.C.de his, quæ pœnæ nomi.& no.Pau.de Cast.in cons.192.Antequam veniam.in princ.& & Alex.in cons.58.Habita super narratis.li. 3. & talis cautio debet præstari a quocũq; et valde idoneo,ut no. Bal. cõs. 372. Casus,super quo.li.1.& idẽ Bal in cõs.65.Pũctus talis est,Bernard.in fi.li.2 & in cõs.160.Post mortẽ Iuuenalis. in prĩc. eod. li. 2.& in cons.150.Statuto cauetur.li.3. & cum prædictis concordat domi. Abb.in cons.4.In quæstione,quæ vertitur.lib.2.And. Sicu. in cons. 59.Clemen.Dei patris lib.2. Soc.in consil. 131.In præsenti consultatio.ver.accedit & alia dubitatio.& ideo prima facie videbatur,quod domina Virginia non potuerit ante præstitam cautionem fructus percipere,& percipiendo suos non facit, vt notatur per glo.per illum tex.in l.vxori vsum fructum. ff. de vsufruct.leg.in verbo,in cautione.& in l.si homo.in uerbo.possit.ff. de vsucap.in l.si fur.in verbo,furti. ff.de furti. ff.de vsufru. cum similib. vt refert Bartolus. in dicta. l. vxori. & in vxore vsufructuaria not.Baldus.in di.l. prima. in secundo notabili.C.de vsufruct.& nõ videt,ꝙ ipsa potuerit propria authoritate possessionẽ bonorũ accipere,prout fecit,quia non reperit iure cautũ, vt Soci.dicit in d.cons.131.ꝙ vsufructuarius omniũ bonorũ ꝓpria authoritate possessionẽ bonorũ accipere possit: & in oẽm euentũ videret,ꝙ dicta domina Virginia solũ deberet habere vsumfructũ ꝓ dimidia,quia pro alia dimidia videtur spectare ad hæredẽ quia in tali vsufructu videtur concurrere.l.si alij.ff.de vsufructu lega.& nota.Bal.in l.fi.in ver.caue tibi. C. de indi.uidui. tol. Sed prædictis minimè obstantibus vlterius cogitãti contrarium de iure esse arbitramur secundũ ea, quæ ꝓponuntur more Scæuolæ Iurisconsulti,uidelicèt,quod domi. Virginia pro fructibus quos percepit,molestari non possit,licèt cautionem non præstiterit:& pro fundamẽto præmittẽdum est,quod cum domi. Virginia sit relicta domina,& vsufructuaria omnium bonorum, videtur habere potestatem percipiendi vsumfructum propria authoritate,siue tale legatũ existẽtibus filijs resoluatur in alimentis vt no.per gl.in authen.hoc locum.C.si mulier secundò nupse. & ibi Bar.& idẽ Bart.in l.Titia.la.1.§.fi.ff.de leg.2. in cõsi. 9. Super co.in

ADDITIONES.

a ¶ Non potest.) Supra consi.418.nu.16.vbi dixi.

eo in consilio quinquagesimosexto. Perspectis verbis. lib. 3. & talia alimenta ipsa Virginia propria authoritate accipere potest, vt not. Angel. in l. prima. ff. rerum amo. in versiculo. cui adde. & idem nota. Bartol in authentic. hoc locum in versiculo ad secundum ergo. ubi alleg. l. fundi Trebatiani. in fin. cum gloss. ff. de vsufruct. legat. idem Alber. in d. authen. hoc locum siue tale legatū sit integri vsusfructus, ut de vsufructuaria quòd capiat propria authoritate, vt not. Bald. in capitulo. final. in versiculo consuetudo interpretatur. quia verba illa, dominam vsufructuariā. sunt verba directa. & ad hoc facit quòd nota. Bartol. in l. ex facto. lagrande. ff. de hære. insti. versic. & puto, quòd sua authoritate. vbi inquit, quòd institutus hæres in re certa potest rem, in qua institutus est, accipere propria [a] authoritate, quia verbum, hæres, est verbum directum, & hæres dicitur idem, quod dominus. l. item Mela. §. legis autem. ff. ad leg. Aquil. ideò cum domi. Virginia relicta sit domina vsufructuaria, videtur, quòd propria authoritate possessionem dictorum bonorum accipere potuerit. ad idem facit quod not. Ang in l. hæc si res. ff. de rei vendi. ubi in versicul. no. diligenter. dicit, quòd si testator legauit alicui domum, & prohibuit, ne in tali domo ab hæredibus molestetur, ex his videtur data licentia legatario accipiendi rem legatam propria authoritate: & ita videtur in isto casu, quia administratio relicta fuit dictæ Virginiæ, & hæres fuit prohibitus, ne occasione dictæ administrationis in aliquo dictam Virginiam molestaret, ergo vr̄, ꝙ talē administrationē do. Virginia accipere sua propria authoritate potuerit: & qa cū ipsa esset tutrix testamentaria, & haberet plenā administrationē, clarū est, ꝙ a seipsa potuit dictam possessionē bonorū accipere, vt est text. in l. fistulas. §. fundum. ff.

2 de cōtrah. emp. † & ista rōne executor [b] datus in testamento, cui factum sit legatum, potest etiam illud propria authoritate accipere, vt not. Bald. in l. non dubium. in fin. C. de legat. cum similibus vt tradit Alex. ibi. Ex quibus omnibus supradictis indubitanter concludendum est dictam domin. Virginiam licitè adeptam fuisse dictorum bonorum possessio. Et hoc præmisso dicimus, quòd domi. Virginia, quæ erat iure permittente in possessione dictorum bonorum, fecit fructus suos non obstante, quòd cautionē petita nō fuit. ita Bar. concludit in l. vsufruct. in versic. item quæro. C. de vsufructu. dum inquit, quòd si vsufructuarius bona fide vsus fuit vsufructu, quia fortè cautio petita non fuit, tali casu vsufructuarius facit fructus suos. & idem Bald. in d. l. vsufructu. in versicul. conclude ergo tres casus & quantum ad propositum dicit, quòd si vsufructuarius possidet, facit fructus suos, si propter negligentiam proprietarij non sit petita cautio. & idem Bald. in dicta. l. prima. C. de vsufruct. versicul. sed quæro. pariter concludit, quòd si vsufructuarius adeptus est possessionem bona fide, quia cautio petita non fuit, facit fructus suos & idem no. Barto. in l. si homo. ff. de vsucapio. & Bald. in l. prima. ff. de vsufru. cum similibus. ut tradit Alexan. in consilio 120. Quia opportunè, & copiosè. in versicul. nec prædictis habet obstare. libro sexto. & cum dicta conclusione concordat Corn. in consilio centesimoseptuagesimotertio. Circa primum. lib. tertio. & dom. Bartholo. Socin. in consilio centesimotrigesimoprimo. In præsenti

3 consultatione. libro 1. † Et conclusio suprà dicta comprobatur, quia ubi cautio debet prestari, intelligitur, si petita sit. l. 2. §. quod ait prætor. ff. quo. leg. vbi dicit text. ut satisdetur, sic accipimus. si paratus sit satisdare, non ergo offerre debet satisdationem, sed petenti moram non facit. ad idem text. in l. prima. §. non exigit prætor. in fin. ff. vt in pos. leg. in l. si quis filium, §. stipulatio. ff. de colla. bono. & in no. quæstio. tradit Paul. de Castr. in l. peto. §. fin. per illū tex. de leg. 2. vbi inquit, ꝙ statuto disponēte, ꝙ in aliquo casu quis teneatur cauere, intelligitur, si talis cautio petita sit. & inducit simile de vsufructuario, qui tenetur præstare cautionem, tn̄ si cautio non sit petita, lucratur fructus: alleg. Barto. in l. uxori vsufructu, ff. de vsufruct. leg. in fi. & dictum Paul. de Cast. refert, & sequitur Alex. in consil. 95. Visis narratis in themate. in princ. lib. 4. & si possessionem bonorū vsufructuarius habuit sine vitio tunc facit fructus suos etiam proprietario ignorante, ut dicit Salic. in d. l. 1. C de vsufr. & sequit Alex. in d cōs. 120. lib. 6. & mouetur Sal. per regulam, quę est, ꝙ possessor bonę fidei facit fructus suos. alleg. l. si vsufructuarius messem. in fi. ff. quibus modis ususfruct. amitta. & maxime hoc primo vr̄ procedere in casu isto in muliere: & no. Old. in d. l. 1. & ibi Sali. refert. Scd'ò maximè vr̄ cōclusio supradicta in isto casu procedere, in quo domina Virginia percepit fructus hæredes sciente, & patiente, quo casu indubitanter ipsos facit suos, ut not. Bar. in l. vxori vsufructu. in fin. ff. de vsufruc. leg. & in l. hac edictali. §. his illud. C. de secun. nupt. & de tali scientia probat, quia hæres habet instr̄m testamenti apud se, & illud produxit. l non est ferendus. ff. de transactio. ubi Bald.

4 dicit. † ꝙ ille, qui vidit testamentum, præsumitur notitiā habuisse eorum, quæ in testamento continentur, & in extraneo herede, de quo agitur, scientia præsumitur, ut no. Bar. in l. eius, qui. in 5. not. ff. si cert. peta. in l. cum hæres. ff. de libe. lega. Paul. de Castr. in consilio. 10 Clarum est in iure. & in simili casu tradit Alexan. in consil. 102 Visis, & ponderatis his. versicul. nec potest prætendere ingorantiam testamenti. lib. 1. Tertiò etiam maximè videtur procedere supradicta conclusio in in casu proposito, in quo data fuit latissima potestas dominæ Virginiæ, ut hæres non possit ab ea rationem administrationis petere, vnde ratione huius plenæ potestatis etiam videtur, quòd fructus suos fecerit, vt in simili casu tradit Alex. in consi. 214. Ponderatis verbis testamenti. in fin. libro sexto. & non videtur parui ponderis clausula illa apposita in testamento, quòd si domi. Virginia esset in aliquo condemnata ratione malæ administrationis, quòd totum illud, quod ipsa solueret, uel soluisset, sibi remittitur, ut latius in testamento continetur. quo casu stante tali clausula, videtur liberatus ille, qui administrauit etiam ab his, quæ dolo egisset, ut not. Ange. in consil. 185 Super hoc puncto. in fi. per l. si quis rationes. in fin. ff. de libe. lega. & idem Ang. in consil. 144. Ad primum dico. & Dyn. in consilio centesimononagesimoquarto. Brunellus notarius. Alexan. in consilio 54. circa id, de quo quæritur. libro secundo, hoc tamen. an sit uerum, non discutio hic, quia non cadit. & me remitto ad ea, quæ dixi in consilio centesimononagesimosecundo. In casu proposito. & in consilio centesimoseptuagesimooctauo. In causa, quæ proponitur. sed quantum ad propositum ex supra dictis liquido constare uidetur, quòd domina Virginia fecerit fructus suos, quos percepit ante latam sententiam.

5 & ita primum dubium absolutum est. † Accedamus ad secundum de perceptis post sententiam, & in hoc uerba sententiæ debent diligenter perscrutari, dum dicunt; quæ quidem bona sibi liceat retinere pro dicto vsufructu, præstando cautionem secundum formam iuris. Illud enim gerundium, præstando cautionē. uidetur importare conditionem. l. si ex parte. in fin. & ibi Bartol. in uersicul. ultim noto. ff. de acquirend. hæredita. notat Bald. in l. falsus. in uersicul. adde, quòd natura gerundij. C. de furt. ergo nō præstita cautione non uidetur, quòd domi. Virginia possit dicta bona retinere pro usufructu. & idem a contrario sensu colligitur, quia non præstando cautionem non uidetur, quòd dicta bo-

6 na retinere possit pro usufructu: † quia argumentum a contrario sensu habet locum etiam in sententijs. l. Pomponius. §. sed & his. ff. de procurato. l. si inter te, & me. ff. de exceptio. rei iudica. not. Roma. in consilio 115. Viso compromisso. & in consilio. 399. Vt præsens consultatio. & ita à contrario sensu absolutè uidetur dicendum, quod non præstita cautione domina Virginia non potuerit fructus suos facere saltem post latam sententiam. Quibus tamen non obst. ampliatur conclusio supra proximè firmata, quòd do. Virginia etiam post sententiam fecerit fructus

7 suos, † quia verba sententiæ strictè intelligi debent, ut not. Bartolus. in l. si expressim. ff. de ap. in l. Iulianus. ff. de conditio. indebit. Fulgo. in consilio 140. præsupposit is duobus statutis. & in laudo nota. Angel. in consilio. 71. Arbiter, & abrbitrator. in princip. & ideo consonat, ꝙ verba illa, præstando cautionem. intelligantur casu, quo dicta cautio petita sit ab ipsa vsufructuaria, prout requiritur de iure per supradicta in dubio præcedenti. & quia verba sententiæ hoc expresse dicunt, secundum formam iuris, & forma iuris est, quòd petatur. d. l. secunda. § quod ait prætor. ff. quo. lega. ubi offerre non debet cautionem ille, qui illam præstare tenetur, sed petenti moram facere non debet. & in vsufructuario not. Salicet. in d. l. prima. C. de vsufru in versic. item pondera. & secundum istam declarationem intelliguntur allega. supra in contrarium: quia uerum est, ꝙ non præstita cautione non debet habere vsumfructum, & hoc quoniam petita fuerit, alias secus per s̄. dicta: cum ergo à Virginia petita cautio non fuerit nec ante sententiam, nec post, & ipsa sine vitio adepta fuerit possessionem. vr̄ fructus suos fecisse. Et ex supra dictis etiam responsio colligitur ad allegata supra in contrarium in princ. quia non negatur, quin cautio p̄stari debeat, & ꝙ illa a testatore remitti non possit, sed hoc intelligitur, si petita sit: & cum in isto casu nō fuerit petita, domina Virginia fecit fructus, suos, ut suprà latè dictū fuit. Postremò non obstat quod dicitur in d. l. si alii. ff. de vsufru. lega. quia illa lex non habet locum, quando vni relictus sit vsusfructus omnium, vt tradit d. Maria. Socin. in consi. 1. Franciscus. donati

ADDITIONES.

a ¶ Propria.) Idem Guliel. Bened. repe. c. Rainutius. verb. si absque liberis moreretur. de lega. & fideicom. num. 146. extra de testa. quod verum est in terminis iuris communis, secus stante statuto, vel consuetudine, quòd possessio defuncti continuaretur in heredem, ut dixi in consuetud. Paris. §. 92. quia statim res censetur apprehensa ab hærede vniuersali, & sic nunquam est vacans, & testator non potest præiudicare iuri, quo hæres per consuetudinem fit possessor. Io. Fab. inst. de hære. qual. & diffe. §. extraneis. & consuetudo intelligitur de hærede proprie, scilicet vniuersali, non autem improprie, scilicet in re certa, nisi vlterius procedat.

b ¶ Exequutor.) Supra consi. 241. vbi dixi.

Donati.vlti.lib.cōciliorum d.Barth.Soc.eius filij.& Bal.in l.quoties.in ver.& prædicta faciunt ad quæstionem.C.fa.ercis. restringit d.l.si alii.ut habeat locum in legatis particularibus, prout loquitur, q̄n testator legauit vni fundum, alteri eiusdem fundi vsumfructum: secus Bald. ibi dicit in legato vniuersali de vsufru-
8 ctu omnium bonorum, prout in casu nostro agitur.† Sequitur secundum principale dubium, in quo quæritur, an Iulius testator potuerit disponere de bonis ad Marcello suo fratre donatis sibi Iulio,& filiis suis descendentibus:nam cum facta donatio sit Iulio,& filijs vr̄ quęsitum ius filijs, cum notarius stipulatus sit ꝓ
9 omnibus, quorum interest. † potest enim notarius stipulari pro omnibus etiam absentibus, quorum interest,ut no.Bar. in l.stipulatio.§.si stipuler.ff.de ver.ob.vers.3.fallit. ubi alleg. l.1. §. exigere.ff.de magi.conue.in l.nec ei.ff.de adopt.& idem Bart.in l.2.ff.rem pupil.sal.fore.in d.l.nec ei §.eorum.versi.quæro, nunquid tabellio.& idem Bal.in l.Caius.ff.de vsur.in princ.per illum text.& in ver. vlti.Guli.vbi dicit,ꝙ ista conclusio approbatur per practicam totius mundi.ꝙ idem Bal.dicit in d.l. non aliter. in princ.& dicit ita seruari de consuetudine & not.Abb. in proœ. decre. facit tex.in §.cum autem.institu.de adop.in c. quāquam.de vsur. in 6.& no.Alex.in consi.65.Quoniam omne datum.in versic.itē notarius.lib.6.in cons.53.In causa,& lite.lib.7.Corn.in cons.50. Videtur in hac consultatione.lib.1.& Soci.in consi.125. Visa in
10 fi.† & cum donatio fuerit facta a do.Marcello dicto Iulio, & fi-
b lijs,& descendētibus,vr̄,facta ordine successiuo.[b] Primò dicto Iulio in eius vita, & post mortem suam filij successiue uocati videntur,vt not.Bart.in l.quod dicitur.in versi.induco ad quæstionem.de verb.obli.ubi in emphyteusi concessa alicui,& filiis suis intelligitur quòd veniant ordine successiuo:alleg.l.Gallus.§.j.ff. de lib.& posthum.cum gl.& idem tradit Pet.de Anch. in consi. 144.Pro domina Paula.Rom.in cōsi.22.Propositę mihi. in princip.& in consi.35.Visa facti serie.in prin.& ita communis obseruantia interpretatur, vt dicit Cor.in consi. 47. In præsenti cōsultatione.lib.4.& hoc confirmatur,† quia illa verba, filiis, poste-
11 ris,& descendentibus.sunt uerba appellatiua,quæ ordine successiuo intelliguntur,prout de familia dicitur.l.cum ita §. fi. de leg. 2.ubi proximiores successiuè admittuntur.& in l. peto. §. fratre. eodem.tit.de leg.2.in l.fina.C.de verb.signi.& de cognatis notat Bart.in l si cognatis.versi.quæro,quo ordine. ff. de rebus dubijs. & de liberis,& descendentibus tradit Alex.in consil.24. In causa vertente inter Antonium.in prin.lib.4. & cum esset ius quęsitū filijs dicti Iulii in bonis d. Marcelli, illud ius non potuit tolli ab ipso Iulio, quia ipse habebat in dictis bonis dominium limitatū pro tempore vitæ suæ:vnde de talibus bonis non potuit aliquid disponere post mortē suā,& si disposuisset, per mortē dicti Iulij dispositio resoluta fuisset.l.lex vectigali fundo. ff. de pigno.lege. 3.ff.quibus modis pig.vel hyppo.sol.& in capitulo primo §.rur
12 sus. quibus modis feud. amit. † vbi obligatio feudi facta per vasallum resoluitur,quando post mortem vasalli ad dominum reuertitur.& in simili de emphyteuta tradit Alex.in consi.38.Considerantis his.ver.alia ratione.lib.2.in consi.11.Ponderatis his uersicul.nec potuit.lib.3.in consi.10. Viso instrumento. libr. 5.Bald. in consilio.371.Maphiolus.lib.1.aliàs consi.323.lib.3.Et ꝙ Iulius pater disponere non potuerit in præiudicium filiorum suorum, quibus erat ius quæsitum ex stipulatione notarii, tradit Bald. in l.cum à socero.C.de iure dotium. in versic.& ideo in quæstione Bartol.& sequitur Aret.in l.qui Romæ.§.Flauius.de verb.oblig. & ad hoc facit tex.in l.si constante.ubi Bald.in versicul. nota, ꝙ quando ex contractu.C.de dona.ante nup. in l. cum maritus.§. fi.ff.de pac.dota.& tradit Alex.in consil.140. Viso themate instrumenti.in versicu. nec etiam obstant prædictis.lib.4.& de his plenè dixi in consil.239.Primo non videtur dubitandum. & ibi declaratum fuit,quòd non solum filijs fuit ius quęsitum in actione personali, ut in l.quoties. C. de donatio. quæ sub modo. sed etiam in dominio,ut tradit Spec.in titu.de loca.§.nunc aliqua.in versicul.70.quærit ecclesia concessit. Et retenta hac conclusione, de qua non videtur dubitādum, quòd filiis dicti Iulij esset ius
13 quæsitum per supra dicta, † appellatione filiorum veniunt fi-
c liæ.[c] l.si ita quis.in prin.ff.de testa.tute.ibi,filiorum enim appellatione continētur filiæ.in l.si ita scriptum.de leg.2.in princ.l.iusta
14 interpretatione.ff. de verborum significatio. † & licet in feudo fœminæ excludantur,capitul.1.§.hoc autem notandum.in titul. qui feu.dare poss.cum similib.Secus tamen in donatione, de qua agitur,ut not. Angel.in consi.242.Super primo. in fin. cum similibus, vt dixi in consi.32.Et pro tenui facultate. & ideo concludendum est,quòd bona, quæ dominus Marcellus donauit Iulio, & filijs post mortem Iulij spectent ad filias,quæ reperiuntur: &
15 ita breuiter secundum dubium absolutum sit.† Sequitur tertiū dubium principale,an filiæ dicti Iulij, quæ sunt due,& ab eo dotatæ fuerunt quælibet earum in florenis duobus millibus, & ducentum librarum quatuor pro floreno, ut patet in testamento,
d faciant partem[d] respectu legitimę, quæ debetur Camillo filio masculo:nam cum essent tres filii,videlicet Camillus, & duæ filiæ, eorum legitima erat tertia pars omnium bonorum dicti Iulij eorum patris. authentic.nouissima.C.de inofficio.testamen. & sic de iure communi legitima Camilli esset tertia tertiæ. Sed difficultas non parua videtur stante statuto, a quo filiæ dotatæ excluduntur, an filię exclusæ debeant connumerari in numero filiorum quòad iudicandum quanta esset legitima Camilli: & in hoc varię admodum opiniones reperiuntur. Vna est principalis opinio negatiua, quòd filiæ exclusæ non faciant partem, & solum persona masculi debet attendi, vt concludit Paul. de Castr. in consilio 254. Quoniam fundamentum huius articuli. uersicul.restat enim expedire.& idem tenet Angel. post Bald. in l.Papinianus. §. vnde si quis ff. de inofficios. testament. ubi per gloss. ibi dicit, quòd si filia debet succedere solum in dote, & stante masculo illa dos debet detrahi tanquam æs alienum, & de residuo masculus habebit tertiam partem pro legitima, perinde ac si filia exclusa non esset in rerum natura. & idem Angel. in authentic.nouissima.in fine.C. de inofficio. testament. ubi inquit, quòd si ex forma statuti filia dotata non succedit superstite masculo,sicut est communiter per Italiam, legitima filii masculi est tanta quanta si filia fœmina non esset in rerum natura. & idem concludit Angel.in l.prima.§ in primo.in fine.C. de caducis tollend. ubi dicit se ita plures consuluisse, & ita reperitur in consilio 300. Punctus talis est, statuto ciuitatis Cortonæ. & idem Angel.& Imo.in l. planè.§.si duobus.de legatis primo.cum similibus, vt tradit Alexander in dicto.§.si duobus.in fin. & latè Socinus in consilio centesimoquinquagesimo. & idem consuluit Raph.Cuman.in consilio trigesimoquinto. Stante statuto Vincentiæ.& secundum istam conclusionem nouissimè consuluit Cornel. in consilio 199. In hac consultatione est dicendum. libro tertio. vbi in terminis extante filio masculo hærede instituto, & duabus filiabus dotatis exclusis à statuto concludit, quòd legitima filii masculi sit tertia pars hæreditatis totius detracta dote filiarum:& secundum istam opinio.esset dicendum, quòd prius deberent detrahi dotes filiarum, quæ ascendunt ad summam quatuor millium,& 400 florenorum, & quòd detrahantur prius tanquam æs alienum,etiam tradit Alexand. in consilio trigesimo. Viso testamento Andreæ. in fin. lib. quarto & in conclusione suprà dicta videtur residere Roma. in l. prima. C. quando non peten. par. versicul. vnde pro resolutione. vbi post longam disputationem concludit, quòd quando filiæ excluduntur habita legitima, tunc si dos ascendit ad quantitatem legitimæ, & tali casu filiæ faciunt partem; si vero dos sit minus quàm legitima, tunc illud plus, quod est legitima, accrescit portioni filij, cuius contemplatione filia est exclusa. Alia est prin. opin. quòd filia exclusa a statuto,quando est dotata,quòd faciat partē filio in legitima, etiam si dotata sit in vno nummo, ut Bald. per illum tex. in l. huiusmodi.§.si Titio.in prin.in ver. & est argu. de leg.1.& idem Bald in l.1.in 6.q.in uer.quid de filia. C quando nō pet.part. ubi inquit,ꝙ si filia,quæ renuntiauit, est dote contenta,facit partem,quia videtur habere partem suam. & idem Bal. in l.j.§.in j.C.de cad.tol.ver.pone ergo. cum simi. ut tradit Fran.
* de Cur. in consi.5.Astulphus pater.& ibi dicit, ꝙ * *communis* cōclusio est,ꝙ illi,qui ꝓ mortuis habentur,non faciunt partē,prout est,iuste exhæredatus,deportatus, vel frater minor:secus est in filia,quæ excluditur a statuto respectu dotis,quia illa facit partem;

ADDITIONES.

a ¶ Omnium.) Ad hoc Pau.consi.218.lib.1. Lancelotus Politus in repe.l. re coniuncti.de leg.3.& est veritas,quamuis idem Decius contrarium teneat supra consi.593. quia vsusfructus certæ rei est pars integralis eiusdē rei.l.cum filius.§.dominus.de leg.2.quicquid dicat Ioannes Corras.communes sententias male euertere conatus in l.testamento.in fi.C. de impu. & aliis substitutionibus. in fi. Sed respectu generis, vel vniuersi res certa gerit vim speciei,quę derogat.Item secus de seruitute habitationis,quia non est pars rei,& sic Bar.Lancelo.Decius,& alij in l.Sempronio.in prin. de vsu,& vsufructu legato.errant vsumfructum ęquiparantes habitationi. his adde Baldum consil.204.li.1.consil.419.lib.5.Philip.Cor.consi.155.libro.2.consil.195.lib.4.& sic Iason in repetitione dictę l. re coniuncti.nu. 69.cum sequen.male reprehendit Baldum in d.l.quoties.per dictam.l.Sempronio.quę de sola habitatione loquitur, qui enim legat certum fundum, eo ipso censetur etiam eiusdem fructum legare,textus in d.l.si alij.ergo in hac specie derogat legato generali vsusfructus pręcedenti,uel sequenti sicut legatum vsusfructus certi fundi derogaret.

b ¶ Successiuo.) Atqui cum facta sit differenter, videntur filij vt hęredes vocati,ut dixi ad Alexan.consi.607.nu.10.lib.6.

c ¶ Filię.) Dixi latè in consi.Par.§.12.nu.6.

d ¶ Partem.) Dixi ad Alex.in consi.36.nu.7.lib.7.& latius in lectura super d.auth.nouissima.

tem; & ibi in fi. dicit, ꝙ ista opin. videtur sibi ipsa veritas, & post longam discussionem concludit Soc. in d. consil. 150. quòd quicunque alteram opi. ex prædictis sequeretur, non esset reprehendendus propter authoritates, & rationum conflictus, q̃ in vtranque partem reperiuntur, ut patet ex his, quæ ipse ibi late refert, & causa breuitatis nõ refero. Ista tñ dicta sunt abundanter, quia talis difficultas cessat in isto casu, in quo non sunt filiæ exclusæ a
16 statuto Senensi.† Nam in primo statuto dicitur, ꝙ filia dotata non succedat, quamdiu supersint filij masculi vnus, vel plures: &
a sic filiæ sint exclusæ ad tempus, quandiu [a] supersint masculi: ergo deficiẽtibus masculis filiæ exclusę debent reintegrari, ut Bar. concludit in l. si. in uer. ex quibus concludo. ff. ad Terty. & idem Bal. in c. 1. §. quinetiam. in 2. no. in fi. in titul. Episc. uel Abb. & in auth. sed & si quis. in ver. & per hoc infertur. C. de secundis nuptijs. in l. in quibus. in ver. & prædicta faciũt ad quæstionem. ibi, & intellige hoc verum. C. de secun. nup. & in consi. 209 Domina Mangarda. lib. 2. & Pet. de Anch. in consil. 220. Hec quæstio iam uulgaris. & in statuto Veronensi tradit Ful. in consi. 8. Dominus Petrus Longus. & in statuto Senensi no. Are. in consi. 143. Visa consultatione ad me transmissa. ubi dicit, ꝙ ista opinio est iamdiu * *communiter* approbata. & cum prædictis etiam concordat Soc. in consi. 10. Consideratis, & bene pensatis. in prin. li 3. & in consi. 75. Viso testamento Petri. in prin. eo. lib. 3. Cum ergo ꝑ mortem Camilli, qui decessit in pupillari ętate filiæ reintegratæ sint tempore, quo hospitale uocatur virtute substitutionis, indubitanter concludendum est, quod dictę filiæ in legitima Camilli admittantur. Et similiter non ob. aliud statutum, in quo filiæ excludũtur conditionaliter, si de prædictis fratre, vel fratribus legitimus hæres, vel hæredes remanserint ex se descendentes. & ista conditio impleta non fuit, quia cũ Camillus in pupillari ætate decesserit, exclusio filiarum non habuit locum deficiente conditione. l. cedere diem. ff. de verb. signi. l. hæc vendi. in prin. ff. de contrah. emp. l. necessario. in prin. ff. de peri. & cõmo.
17 rei ven.† nã qñ aliquid conditionaliter in iudicio deducitur, debet conditio liquidari, ꝙ impleta sit, ut no. Bal. in l. si quidem. C. de exce. allegat tex. in l. hoc iure. de verb. obl. & idem tex. in l. ita stipulatus. in ver. ꝙ si ab initio. eo. tit. de verb. obli. & in casu isto constat per mortem Camilli in pupillari ætate conditionem exclusionis filiarum impletam nõ fuisse, nec impleri posse, ut patet ex supradictis. Ex quibus omnibus in casu isto patet, ꝙ cessant dubitationes doctorum, de quibus supra dictum est: & indubitãter concludendum est, ꝙ dictæ filię faciant partem ad extenuandum legitimam Camilli: & cum sint tres filij, videlicet Camillus cum duabus sororibus, eorum omnium legitima erit tertia pars hæreditatis Iulij patris, auth. nouissima. C. de inof. testa. deducto ære alieno, & funeris impensa. lege Papinianus. §. quarta autem. ff. de ino. testa. & pars dictæ tertiæ partis pro eius legima videtur dicto Camillo competere.

ADDITIO.

a ¶ Quamdiu.] Dixi ad Alex. consi. 188. lib. 6. adde Carol. Ruin. consil. 38. consi. 46. lib. 3.

EPIT. Consil. CCCCCCVIII.

Vsufructuarius bona fide vtens re fructuaria facit fructus suos etiam cautione non data, & non petita. Et testamentum iure factum hæredis, aut cuiuslibet alterius conuentione alterari non potest.

SVMMARIVM.

1 *Mulier vsufructuaria an faciat fructus suos.*
2 *Cautio, vbi petitur præstari debet.*
3 *Disposita in testamento ad vnum vsum non possunt ad alium vsum conuerti.*
4 *Testamentum iure factum etiam cum authoritate imperatoris rescindi non potest.*
5 *Testamentum quod sit de iure gentium.*
6 *Imperator non habet potestatem contra ea, quæ sunt de iure gentium.*
7 *Testamentum cum sit publici iuris, pactis priuatorum rescindi non potest.*
8 *Pactum de futura successione, non valet nec firmatur iuramento.*


ISo eleganti consilio clarissimi V. I. docto. domini Lelij de Torellis de Fano. iuridicam esse arbitror cõclusionem ab eo firmatã, & de simplici subscriptione requisitus agam
1 paucis.† Et primo, dum quæritur de fructibus perceptis per dominam Lucretiam vsufructuariam ante præstitam cautionem,
a ex quo cautio petita nõ fuit, domina Lucretia fecit illos suos, [a] ut Barto. concludit in l. vsufructu. versic. item quæro. C. de vsufru. ubi inquit, ꝙ si vsufructuarius bona fide usus fuit usufructu, qa forte cautio petita nõ fuit, tali casu vsufructuarius facit fructus suos. idẽ no. Bal. in d. l. vsufructu. in ver. ꝯclude tres casus. & idem Bal. in l. 1. C. de vsufructu. versic. sed quæro. & idem concludit Bart. in l. si homo. ff. de vsucapio. & Bal. in l. 1. ff. de vsufruc. in vers. & ideo quando uir. cum similibus. ut tradit Alexan. in consi. 120. quia opportune, & copiosè. versicul. nec prædictis habet obstare. libr. 6. & Corn. in consi. 173. Circa primum. lib. 3. & Soc.
2 in consi. 131. In præsenti consultatione. lib. 1.† & ista conclusio comprobatur, quia ubi cautio debet præstari, intelligitur si petita sit. l. 2. §. quod ait prætor. ff. quo leg. alias l. fin. quæ incip. diuersum. §. quod ait prætor. ubi tex. dicit, ut satisdetur, sic accipimus, si paratus sit satisdare. non ergo offerre debet satisdationem, sed petenti moram non facere: ad idem text. in l. 1. §. non exigit prætor. in fin. ff. vt in pos. lega. in l. si quis filium. §. stipulatio. ff. de colla. bon. ut in nota. quæstione tradit Paul. de Cast. in l. peto. § fi. de legat. 2. ubi inquit, ꝙ in statuto disponente, quod in aliquo casu quis teneatur cauere, intelligitur statutum, si talis cautio petita sit: inducit simile de vsufructuario. qui tenetur præstare cautionem, tamen si cautio non sit petita, vsufructuarius lucratur fructus. allegat Barto. in l. vxori vsufructu bonorum. ff. de vsufr. leg. in fi. & dictum Pau. de Cast. refert, & sequitur Alex. in consil. 95. Visis narratis in themate. lib. 4. Venio ad secũdum, in quo maior dubitatio videtur, dum in dubium reuocatur de iure quæsito Hieron. filio dominæ Lucretiæ. & videtur breuiter concludendum esse, quod Hieron. filio dominæ Lucretiæ non est aliquod ius quæsitũ in bonis, seu in hęreditate dominę Matthææ, de quibus agitur: quia domina Matthæa prædicta instituit hæredẽ Lucretiam eius neptem durante eius uita tantum: & post mortem dictæ Lucretiæ uoluit, ꝙ omnia bona, & hæreditas ipsius domi. Mattheæ dispensarẽtur amore Dei pro anima ipsius testatricis, ut latius in eius testamento continetur nam supra per dominum consultorem conclusum fuit, ꝙ dicto Hiero. nullum ius quæsitum fuit, nec virtute primæ, nec secundæ trãsactionis: & inducit præcipue ea, quæ dixi in consi. 63. in 2. dubio. & ibi induxi, quod not. Alex. in consi. 9. Ponderatis his. ver. & hoc saltem in casu nostro procedit. lib. 5. Et vltra ea, quæ a domino consultore supra dicta sunt, ista conclusio, ꝙ d. Hiero. nullum ius esset quæsitum, alio clarissimo fundamento comprobatur, quia non potuerunt partes conuenire, & disponere de bonis dominæ Matthææ con-
3 tra formam datam ab ea in eius testamento, † quia disposita in
b testaõ ad vnum vsum non possunt ad alium vsum conuerti, [b] salua authoritate sedis apostolicæ. cle. quia contingit. de relig. domi. & no. Bar. in l. legatum. ff. de vsufr. lega. & in l. legatam pecuniam. ff. de admi. rerum ad ciui. perti. cum sim. quæ nota sunt, licet enim bona, quæ amore Dei erant distribuenda, post mortem dominæ Lucretię potuerint conuerti in fabricam ecclesię cathedralis cum authoritate summi pontificis: quia una pia causa in aliam transferri potest ex causa, ut in iuribus supra alleg. tamen nulla ratione videtur, quòd bona distribuenda amore Dei pro anima dominæ Matthææ testatricis potuerint ad vtilitatẽ priuatam dicti Hieronymi applicari ex simplici consensu ipsarum
4 partium.† Vlterius etiam ista conclusio confirmatur, quia testamentum iure factum etiam cum authoritate Imperatoris rescindi non potest. l. si testamentum. C. de testam. facit tex. in l. rescri-
5 pta. C. de preci. Impe. off. & ad hoc facit, † quia testamentũ quan
c tum ad substantiam eius est de iure gentium, licet [c] quò ad solennitates sit de iure ciuili, ut not. Bart. in l. interdum. ff. de cond. inde. ubi dicit, ꝙ testamentum de se est de iure gentium, quia eo ipso, ꝙ gentes esse cęperunt, de rebus suis disponebant, & ideo
6 Imperator testamento derogare non potest, † quia non habet potestatem contra ea, quæ sunt de iure gentium, ut no. in l. fi. C.
7 si contra ius, vel utili. publ. & in c. quę in ecclesiarũ de constit. † & quia testamentum est publici iuris. l. 3. ff. de testa. & pactis priuatorum alterari non potest. l. fin. ff. de suis, & leg. facit text. in l. nemo potest. ff. de legat. 1. & quia hæreditas testamento non per
8 pactum dari potest in lege hæreditas. C. de pact. conuen. † & ideo pactum de futura successione non ualet. l. pactum, quod dota li. C.

ADDITIONES.

a ¶ Suos.) Supra consi 416. nu. 19. 49. Ias. in l. vniuersa. C. de preci. Impe. offe. Alex. consi. 120. lib. 6. vbi dixi.
b ¶ Conuerti.) Bald. consi. 82. lib. 1. Soc. tract. de oblatio. lib. 19. q. 2. decis. Tholo. q. 26.
c ¶ Gentium.] Supra consi. 43. num. 14. consi. 359. nu. 6. vbi dixi.

ii.C.de pac.l.ex eo.C.de inut.stipula.l.stipulatio hoc modo concepta.de uerb.ob.& no.Bar.in l.fi.C.de pact.adeo ꝙ tale pactum non firmatur iuramento,quia est contra bonos mores, quia aufert liberam facultatem testandi,ut probatur in iuribus supra alleg.vt no.Bar.in l.si quis pro eo. ff. de fideiuss. & in d.l.stipulatio hoc modo concepta.cum sim.ut ibi tradit Alex.& in d.l.pactũ, quod dotali. & secundum istam conclusionem latè consuluit Alex.in consi.28.Ponderatis verbis instrumen.lib.3.& dixi in cõ si.63.in fi.& in consi.225.& adde,ꝙ in proposito bene facit, qđ tradit Bar.in.consi.208.inci.Promitto tibi,& tu mihi, ubi ponit casum,ꝙ si promittis mihi,& ego tibi,ut altero ex nobis præmoriente bona præmorientis debeant esse superuiuentis per uiam successionis,dicit, ꝙ talis conuentio non valet, quia sunt certi modi succedendi,uel iure sanguinis, uel secundum leges 12. tabu.uel iure solennis vltimæ voluntatis,qui modi non sunt in dicto casu proposito,in quo est pactum futuræ successionis,quod non ualet,quia est contra bonos mores, vt dicitur in iuribus supra alleg.& ita videtur in casu,de quo agitur, quia quod Hie.deberet in bonis dominæ Matthææ aliqua ex parte succedere,non erat ex aliquo modo ex supradictis: vnde fuisset pactum futuræ successionis,quod non valet, ut supra dixi,& maximè, quia partes,quæ conuenerunt,nullam habebant potestatem disponendi de bonis dictæ dominæ Mathææ contra dispositionem ab ea factam in eius testamento: & ideo ex conuentione dictarum partium nullum ius acquisitum fuit dicto Hieron.nec potuit acquiri,& per istam uiam res clara videtur, & sine dubio.

EPIT. Consi. CCCCCCIX.

Ex pluribus præsentatis a laico patrono,qui variare potest, idoneior,& qualificatus est præferendus. Cæteris autem paribus prior præsentatus institui debet in ecclesia patronata.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus per donationem transferri potest.*
2 *Paria sunt quod aliquid fiat de iure communi,vel ex priuilegio.*
3 *Per dispensationem omnis macula abstergitur.*
4 *Semel cessum non potest amplius recipi.*
5 *Coniecturis non est opus in claris.*
6 *Securitas si est data alicui eundi,& redeundi, an videatur data pro vna vice tantum.*
7 *Potestas prorogandi compromissum data arbitris pro prima vice intelligitur.*
8 *Qui promisit molendinum reficere,de prima intelligitur vice.*
9 *Procuratori licèt a patronis data sit potestas præsentandi, eadem tamen potestas remanet apud patronos.*
10 *Primus in ordine literæ nominatus debet præferri.*
11 *Plus est,quod res sit actu,quàm in potentia.*



Væritur ex duobus præsentatis, cuius præsentatio præualeat in ecclesia sancti Michaelis in Castro Cassinæ.Et uisis & consideratis omnibus, quæ ab utraque parte proponuntur,prima facie videbatur dicendum,ꝙ do.Io. Baptista præsentatus a patre suo Dominico donatario debeat institui per reuerendum do.Vicarium,quia constat de donatione iuris præsentãdi pro una vice facta Dominico,& Mat. fratribus insolidum, ut patet in instrumento,& non est du
a bitandum de donatione, a quia † per donationem iuspatrona-
1 tus transferri potest c.ex insinuatione de iurepatron.not.per gl. in c.cum seculum.eodem titu.& in c.piæ mentis.16.q.7.& Inno.
* in rub.de iurepatro.in fine.& ista videtur * *communis* opin. licet Bald.in l.fi.C.de edic.diui Adri.tol.in ver.nono quæritur. dicat, ꝙ specialiter iuspatronatus donari non possit. & idem Bald. in consi.286.Quædam mulier relicta. lib. 3. & licet in tali donatione facta laicis requiratur consensus episcopi,ut no.per Hostien. in sum.de iurepatr.§.qualiter transferatur.in uersicu. mihi videtur.& Abb.post alios in c.illud de iurepatro.ubi dicit istam esse
* opin. * *communem.* & in casu isto consensus episcopi non interuenit,satis est confirmationem Papę interpositam fuisse,ut not. Abb.in consi.42.Videndum est.lib.1.& non obst.ꝙ Dominicus donatarius filium proprium præsentauerit: quia hoc facere potuit,ut no.per gloss. in capi.quia clerici.in uerb.filij.de iurepa.& ibi Abb.& idẽ Abb.in c.fi.de institu.in c.consuluit.de iurepat. & in consi.96.Ad claram decisionem.in 1.dub.lib.2. Non obst.defectus ætatis,& natiuitatis,quia per dispensationem huiusmodi defectus sublati sunt:† nam paria sunt, ꝙ aliquid fiat de iure communi, uel ex priuilegio.l.liberos.C.de colla. & Bald. ibi dicit,ꝙ habentes beneficia ex dispensatione perinde habentur, ac si de
3 iure communi habiles fuissent:†nam per dispensationem omnis macula abstergitur.l.imperialis.§.præsenti.ubi Bar.C.de nup.facit tex.in l.quæris.ff.de nata.resti.facit qđ no.Old.in consil.215. Puncta breuia.cum sim.ut dixi in d.l.liberos.& ex his uidetur fundata intentio domini Ioan. Bapti. ut legitimè dicatur præsentatus, & alia præsentatio facta de presbytero Maria. non uidetur admittenda,quia fuit facta per patronos, & parochianos, qui non habebant potestatem præsentandi pro ista uice propter donationem ab eis factam cui non uidetur,ꝙ contrauenire possint, quia fuit donatio inter uiuos irreuocabilis,& in hoc uidentur iu
4 ri suo renuntiasse: unde † non potest quis recipere, quod semel cessit,ut dicit in c.quàm periculosum.7.q.1.in l.j.§. qui semel.ff. de success.edic.& in l.quæritur.§.si uenditor. ff.de edi. edict.dicitur standum esse eo, quod conuenit, & remittentibus actiones suas non datur regressus.Prędictis tamen non obstantibus ulterius cogitanti contrarium de iure esse arbitror, uidelicet ꝙ præsentatio presbyteri Mar. sit legitimè facta, & ꝙ ipse in tali præsentatione instituendus sit excluso dicto Io.Bap.& pro clara demonstratione huius conclusionis considerandum est,ꝙ cum patroni dictæ ecclesiæ sancti Michaelis sint laici, habent potestatẽ uariandi,quia possunt præsentare unum,& postea alium cumulatiuè,ita ꝙ per secundam præsentationem non recedatur à prima,ut no.in c.quod autem.ubi Abb.post alios. & in c.cum autẽ. de iurepat.& per Ioan.And.in regu.in re communi.de regul.iur. est ergo uidẽdum,an ista facultas uariandi fuerit translata in Dominicum donatarium,uel remanserit apud patronos,qui donationem fecerunt.Prima facie uideretur dicendum,ꝙ sic,& quod Dominicus donatarius non habeat potestatem uariandi, & hoc pluribus medijs suadetur.Primò propter uerba donationis,quæ dicunt,pro una uice tantum, uidelicet pro prima uice; nam tot sunt præsentationes,quot sunt personæ præsentatæ, ut per Lap. alleg.8.in uer. in contrarium.cum ergo talis donatio facta sit ꝓ prima uice tantum, clarum uidetur, quòd in casu isto donata-
5 rius uariare non possit, quia uerba clara sunt: † & in claris non est opus coiecturis.l.continuus.§.cum ita.de uer. obl. Secundò hoc probatur,quia dicit Cald.in cons.16. An laicus. ꝙ talis uariatio odiosa est,ideo restringi dẽt, in reg. odia.de reg. iu.in 6.& propter hoc secundum eũ restringitur dicta variatio in primo actu, quòd duo tantum successiuè possunt præsentari: & sic uariatio de primo actu intelligitur.Tertiò hoc comprobatur ex communi regula,quæ dicit,ꝙ uerba de primo actu intelliguntur,in l.boues.§.hoc sermone.de uerb.signifi.& in c.non potest.§.1.de præ-
6 ben.in 6 † & ideo securitas data alicui, vt venire.& redire possit, de prima uice intelligitur, vt no.Bar.in l.1.in fi.ff.ad le. Iul.maie. & in l.dotis.la 2.per illum tex.ff. de iure dotium.& potestas prorogandi compromissum data arbitris pro prima vice intelligitur,ut not. Bart.in cap.fin.de consue.in uersi.dubitatur insuper. & in cap.olim.de rescrip. Spec.in titu.de arbi. § excipitur.uersi. sed quid si fuerit actum, & qui promisit reficere molendinum, de prima vice intelligitur, vt no.Bal.in l.licet.in 4.quæstio.C.loca.cum similibus,vt tradit Alexan.in consil.15. Breuiter in casu præmisso.lib.4& latè Feli.in c.1.de treu. & pac. & ista conclusio in casu isto comprobatur,quia uariatio est odiosa, ut dicit Cal. in d.cons.16.& præsertim in materia odiosa uerba in primo actu restringuntur. d.c.non potest. §. 1. & quia uerba in isto casu sunt prolata ab homine,quo casu in primo actu solum intelliguntur, licet non sic in dispositione legis,ut no. Bald. in l.1.in 4.quæstio. de his, quæ pœnæ nomine. & Bald. post Cyn. in l. ueluti. §. hæc uox ff.de edend.& sequitur Alex. in consil. 70. Viso consi. lib.2. ideo ex omnibus prædictis videtur dicendum, quòd potestas præsentãdi,quæ fuit data Dominico a patronis,tantum pro pri-
7 ma uice intelligatur, ita quod variare non possit.† Quarto eadẽ cõclusio confirmatur,quia iuspatronatus, quod est cõmunicatum laicis de gratia,ut not.in l. 3. de iurepatro. debet restringi, ideo consonat, quod donatio facta intelligatur,ut donatarius præsentare possit,non autem,quòd habebat potestatem uariandi:quia illa uariatio accidentalis est in iurepatron.& hoc ius accidentale non uidetur transire in donatarium,argu.l.item veniũt. §.cum prædiximus.ff.de petit.hære.& quod ibi Ange. & not.per
8 gl.in l.certi conditio.in princ.ff.si cer. pet. † Quinto in simili facit quod tradit Per.de Anc.in consi.140. Primũ dubium. ubi cõdit,ꝙ licet in iurisdictione prorogata sit locus pœnitentiæ,l.si conuenerit.ff.de iurisdic. omnium iudi.talis pœnitentia non videtur concessa procuratori.& idem videtur sentire Petr. de Ancha.in consi.192.In auxilium ueritatis.Sexto, & vltimo non cũdo per mendicata suffragia de quæstione nostra est decisio in terminis, quam ponit Domini.in c.lex.est.2.dist.& ibi Car.Alex.refert,&
9 sequitur:† vbi dicunt,ꝙ licet a patronis data sit potestas præsentandi

tandi procuratori, eadem tamen potestas remanet apud patronos.& idem sequitur Felin.in c.cum venerabilis.de except. Et ita ex omnibus suprà dictis concludendum est, quòd patroni, & parochiani legitimè potuerunt presentare dictũ presbyterum Maria. accumulando.non autem derogando præsentationi factæ ab ipso Dominico donatario. Solum superest videre ex dictis duobus præsentatis quis prior sit a reuerendo domino Vicario instituendus. Et breuiter Episcopus debet instituere magis idoneũ, ut Abb.post Ioan. And. & alios concludit in c.cum autem. de iurepatro.& Ioan. And.in regu.in re cõmuni. de regul.iur.in 6. Aret. in c.decernimus.16.q.7.& cæteris paribus primò præsentatus debet institui secundum Ioã. And.in dicta regu. in re communi.cũ ergo presbyter Marianus.sit primò præsentatus, ipse debet insti-
10 tui.& hoc potest confirmari ex eo, quod dicitur † de primo nominato in ordine literæ, qui debet præferri.l. quoties.ff.de vsu fruc.in l generaliter.§.quid ergo.ff.de fideicom.libe.& in c.man dato nostro.de præben.in 6 & quia presbyter Maria.est in sacerdotio, prout in tali beneficio curato requiritur. dato enim, quod sacerdotium nõ requireret tempore præsentationis, & satis est, ꝙ quis sit in potentia promouendi.ca. si pro clericis pauperibus. de præbend.in 6.c.2. de institutio. in 6 not.in c.1.de æta.& quali. tamen videtur præferẽdus presbyter Maria. qui in actu sacerdos
11 reperitur, † cum plus sit, ꝙ res sit in actu, quam in potentia, vt not.in l.1.in prin.ff.de aqua plu.arcẽ.& in l.Labeo.ff. de sta.lib.& in l.hæ actiones.ff.ad Velle.& quia presbyter Maria.est habilis de iure communi, alter verò habilitatus fuit ex priuilegio, quo casu potentius videtur ius commune, quam priuilegium.lege eius militis.§.militia missus.ff.de test.mili. & quia ipse est de loco, qui debet præferri extraneis, & forensibus, arg.c.nullius.61.dist.& not. Abb.in cap.ad decorem. de insti.in fi.facit quod no.Bar.in l.2.C. de anno.ciui.lib.11.vbi dicit, ꝙ eleemosyna potius dẽt dari pauperibus de loco, quam extraneis. Et ex omnibus supra dictis concludo, & refero partes reuerend.domini Vicarii esse in instituendo dictum presbyterum Marianum, & de potestate Vicarij non videtur dubitandũ: quia licet collatio beneficiorũ non transferatur in Vicarium absque mandato speciali, cap.fi.de offic. Vica in 6 potestas tamen instituendi transit in Vicarium absque speciali mandato, ut Abb.tradit post glo. & alios in c.ex frequentibus.de institut.

EPITOME. Consi. CCCCCCX.

Nicolaus habens A.filium spurium, qui fuit legitimatus absque præiudicio ab intestato succedentium, in testamento coram duobus testibus condito reliquit ei omnia bona sua, Deinde decessit L.relictis ipso A.& nepotibus ex fratre, inter quos fuit de huiusmodi hæreditate controuersum. Respon. testamentum N.nullum esse, & quod ideo ad causam intestati res deuenta fuerit excluso A.prædicti nepotes ad hanc successionem admittuntur.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, absque praiudicio uenientium ab intestato.apposita in legitimatione quid operetur.*
2 *Testamentum inter liberos coram duobus testibus factum ualet.*
3 *Dispositio §.ex imperfecto.in l.hac consultissima.C.de test.non habet locum in filijs naturalibus spurijs, nec in legitimatis.*
4 *Diuersitas in effectu uidetur ex diuersitate nominis.*
5 *Dispensatio facta circa unum defectum ad alium non porrigitur.*
6 *Dictio, tanquàm, est nota improprietatis.*



IN isto themate suprà scripto, & diligenter consideratis omnibus, quæ in eo continentur, in effectu quæritur, † An
1 filius spurius ser.Nazaret legitimatus habilitatus sit, vt patri suo succedere possit exclusis uenientibus ab intestato, attenta clausula apposita in legitimatione, quod legitimatio facta sit absque præiudicio uenientium ab intestato.& breuiter con-
* siderandum est, quod secundum * *communem* opinio.& intelligẽtiam dicta clausula resoluitur quod legitimatus ab intestato succedere nõ possit: sed habilitatus videtur in eo, quod pater illi ex
a testamento [a] reliquerit, vt concludit Pau. de Cast. in consi.226. Videndum est primo.in uer.4.vidẽdum est. & idem Pau.de Cast. in ꝯsi.85.Præsupposito, ꝙ iste pater.in fi. & idẽ tenet Pau.de Cast. in l.Gallus.in §.& quid si tantum. ff.de liber.& posthu.Pet.de Ancha.in consi.242. Ex tenore priuilegij.& fuit declaratio Bald.in consil.incip. Verba autem succedere valeas.quod consiliũ insertum reperitur inter consilia Angc. in consi. 265. & idem not. Bald.in ꝯsi. 173. Casus quæstionis est, A. coniugatus.in fin. lib. 1. Ang. in consi. 264 Dominus Papa.in ver. & iste sensus.& cũ prędictis ꝯcordat Benedic. Capra in ꝯsil. 157. Fuit dispensatum per Papã Martinum.& Pet.de Vbal.in suo tract. de succes. ab intest. in prima parte. vbi loquitur de filijs, in fi vbi alios refert, & ita ꝯcludit Cor.Perusi. in ꝯsi.3. Dñs Bal. ser Colæ lib.1.& latius Soc. in consi. 95. Nulli dubiũ est lib.4. & Franc. de Cur. in consil. 73. Super memorata facti narratione.& dixi in cons. 338. In casu ꝓposito. & retenta hac cõi conclusione est dicendũ, ꝙ iste Ant.legitimatus ab intestato non admittatur, sed solũ ex testõ habilitatus vr̃ in eo, quod pater illi reliquerit.& cum fecerit pater testamẽtum, & dicto Ant.filio omnia reliquerit, ut narratur, vr̃. ꝙ uirtute legitimationis prædictę omnia bona patris ꝯsequi possit exclusis venientibus ab intestato. & ista conclusio de plano procederet si testamentũ, de quo agitur, legitimè factum fuisset. Sed
2 difficultatem facit, † quia testamentũ fuit factum corã duobus testibus, quo casu testamentum valet inter liberos. l. hac ꝯsultissima.§.ex imperfecto. C. de testa. & cum filius Anto. institutus sit, vr̃ valere testamẽtum, & in tali testõ non requiritur, ꝙ testes sint rogati, vt no. per glo.in l.fi.C. de codicil. in verbo, excepto
* testõ. quæ * *communiter* ęst approbata. Non obst ꝙ §. ex imper-
* fecto. secundum * *communem* opi. non hẽt locum in filio naturali, uel spurio, qualis iste Ant.vr̃, quia est legitimatus.unde pro resolutione huius quæstionis est uidendũ de duobus. Primò an dispositio dicti §. ex imperfecto. habeat locũ in filijs naturalibus, vel spurijs tñ. Secundò, an habeat locum in filijs legitimatis, ꝓ
3 ut in casu isto contingit. † Circa primũ docto. vario modo loquuntur, vt Alex.in d.§.ex imperfecto. refert, & *communis* opin. vr̃, ꝙ tex.in d.§.ex imperfecto. restringatur in filijs legitimis, & naturalibus: & in ista opinio. residet ibi Alex quia vbi fit mentio à lege de filio, intelligitur de naturali, & legitimo.l.filium definimus. ff.de his, qui sunt sui, vel alie. iur. & Ang. ibi circa finẽ hoc tenet in vers. itẽ facit ad quæstionem. per illum text. & dicit ita consultum fuisse, & quàmplures doc.qui consuluerunt, Bald. refert in l.fi. C.fam. hercisc. vbi dicit, ꝙ dñs Tho. de Cor. dominus Francis. Tigri. de Pisis, dominus Ang. de Amelia, dominus Recupetus de sancto Minia. & plerique alij docto. consuluerũt. & sic intellexerunt dictum §. ex imperfecto. qui uenit ad supple tionem illius legis, quæ loquitur in iustis liberis, quibus magis fauet: quia in illis ius ciuile, & naturale concurrit: alleg. l. 1.§. lucra. C.de impo lucr. describ.lib. 10 & idem vr̃ tenere Bald. in l. si qua illustris. in versic. quæstio fuit de facto.C. ad senatuscon. Orfi. & idem Bald.in l.qui testõ.§ mulier. ff. de testa & Imo. ibi sequitur: quia non est eadem ratio, ꝙ d.§ ex imperfecto.qui loquitur de filijs legitimis, & naturalibus, extendatur ad naturales tantum, & multo minus ad spurios, prout erat iste Ant. & idem concludit Ang.in l. filio præterito.ff.de iniu. rup. quod §.ex imperfecto. non hẽt locũ in filijs naturalibus tantũm. dicit ita iudicatum fuisse Perusij ipso aduocante. in hoc tamen non vr̃ laborandum, quia in isto casu non agitur de filio naturali, uel spurio, sed de filio legitimato, quia dictus filius fuit legitimatus. Ideo tota vis vr̃ in 2.q an d.§. ex imperfecto. habeat locum in legitima-
b to. & in hoc videretur prima facie dicendum, ꝙ sic, [b] quia ita in terminis voluit Bald. in c. de causis. de offi. dele. versi. no. ꝙ obseruans interdictum. Vbi inquit, ꝙ iura, quæ loquuntur de testamentis, trahuntur ad testamenta valida per fictionem. l. 1.§. lex falcidia.ff.ad leg. falcid. & idem si per dispensationẽ, quia est interpretatio passiua, alleg.l.1.§ iura quoque. de bon. poss. ex test. mili. & ideo ibi Bald. infert, quòd filius spurius legitimatus, qui comparatur legitimè nato, potest institui hæres à patre coram duobus testibus. & sic secundum Baldum in terminis dispositio dicto.§. ex imperfecto. videtur habere l.cum in Anto. filio legitimato, de quo agitur. Est uerum, quòd gloss. in d. §. ex imperfecto: tenet, quòd succedat ab intestato in tali testamento imperfecto: & si hoc esset, uenientes ab intestato excluderentur quia legitimatio facta fuit absque præiudicio venientium ab intestato, ut suprà in princ. dictum est: & legitimatus cum dicta clausula solum venire potest ex testamento, sed glo. in d.§.ex im
* perfecto. * communiter reprobatur quia imò in d §. ex imperfecto. succeditur ex testamento, ut no. per glos.in l. filij. C. de fa. hercis. vbi Bal. in uersi. sextò quæro. hoc tenet ex eo, quod in simili de milite habetur, cui ex testamento succeditur, licet solennitates testamenti remotæ sint. l.1. & l. diuus. de testam. milita. & idem sequitur Salic. in d. l. filij. in 4. not. cum simil. ut tradit Alexand.in d. §.ex imperfecto. Et retenta ista cõmuni opin.esset dicendum, ꝙ Anto. ad bona paterna admittatur exclusis venientibus

ADDITIONES.

a ¶ Ex testamento.) suprà consi. 392. vbi dixi.
b ¶ Quòd sic.] hæc vera per ea, quæ dixi in consue. Parisi. §.8.gl.1.nu.44.

nientibus ab intestato secundum declarationem supra factã in clausula illa, absque præiudicio venientiũ ab intestato. & fuit regula l. quandiu. ff. de acqui. hære. & ff. de regu. iur. l. ex testamento. C. vnde li. Finaliter tamen resoluendo concludendũ vr̃, ꝙ sicut § ex imperfecto. non hẽt locum in naturali, vel spurio, pariter non vr̃ habere locum in legitimato, ꝯ Bald. in d. cap. in causis. quia ratio, per quam s̃. dictum est, non vr̃ habere locũ in naturali, uel spurio quia vbi fit mentio a lege de filijs, intelligitur de naturalibus & legitimis, iuxta l. filium definimus. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. ista ratio superius alleg. per Alex. pariter vr̃ procedere, & habere locum in legitimato, quia legitimatus non est filius, prout definitur in d. l. filium. & contra Bald. facit regula, quæ habetur in l. fin. C. de his, qui ue. æta. impe. vbi dicitur, quod in dubio verba intelligenda sunt naturaliter, & secundũ veritatem & non secundum fictionem: vnde Angel. ibi infert, ꝙ si factum sit legatum alicui, cum erit doctor, vel sacerdos, intelligitur naturaliter, & uerè, & non per fictionem. & facit dictũ Arch. in c. nemo deinceps. de elec. lib. 6. vbi ille text. dum loquit̃ de ætate legitima, intelligitur secundum Arch. de naturali, & vera ætate, & non per dispensationem, & quia text. in d. §. ex imperfecto. loquitur in dispositione legis, ideo consonat, ꝙ uerba illius §. intelligantur secundum iura cõia, quæ loquuntur de filijs, vt in d. l. filium. & non videtur habuisse respectum ad dispensationem, quæ est de iure speciali, quia iura specialia non sunt in consideratione. l. 4. in princip. vbi Barto. ff. de fideicõ. libert. & quia concurrerent plura specialia, contra. l. 1. C. de inoff. do. & quia alius est legitimus, alius est legitimatus, ut not. Sali. in l. ẽt.

4 C. de appel. alleg. tex. in l. sed si accepto. ff. de iure fisci. † nam ex diuersitate nominis videtur diuersitas in effectu. l. si idem. C. de codi. & not. Abb. in cap. ad audientiam. in 2. no. de deci. ex quo infert Bald. in d. l. etiam. quod naturalis rescripto principis legitimatus etiam patre consentiente non est legitimus: & ex hoc concludit, ꝙ in contractu legitimati non dicuntur legitimi. & in feudo est tex. in §. naturales filij. si de feud. defun. conten. sit inter do. & agna. & hoc idem comprobatur, quia tex. in d. §. ex imperfecto. dum remouet solennitatem requisitã in testamẽto in numero testium, prout loquitur, videtur præsupponere, ꝙ omni alio respectu habilitas concurrat: & sic videtur præsupponere, quòd liberi ex personis ipsorum essent habiles, & alium defectum non paterentur: arg. tex. in l. qui testamento. in princip. ff. de testa. vbi quando in testamento queritur de vno defectu, præsupponitur pro constanti, ꝙ omnes alij defectus cessent, & ibi so

a lum sit defectus, de quo specialiter queritur, [a] vt colligitur ibi, si aliud eos nihil impediat. & in c. 1. de æta. & quali. in 6. ibi, si aliud

5 non obst. in c. quia diligentia. de elect. † & dispensatio facta circa unum defectum ad alium non porrigitur, vt no. Bar. in l. cum propter. ff. de lega. præstan. & no. Pet. de Anch. in ca. quia diligentia. in 3. not. de elect. quando sunt plures defectus, de singulis debet mentio fieri, & clausula generalis non sufficit, ut not. Bald. in l. prima in versi. unum etiam scias. C. de fur. Et ideo cũ text. in dicto §. ex imperfecto. videatur dispensare fauore liberorum, ubi sit defectus solum in numero testium, non uidetur habere locum in isto casu, in quo alius defectus concurrit, per suprà dicta. & quia licet sit legitimatus, non tamen est legitimus, ut suprà dixi. & ad hoc bene facit, quia secundum communem usum loquendi legitimatus non dicitur legitimus, ut not. Fulg. in consi. 62. Stante statuto ciuitatis Veronæ. ubi dicit, quòd cõmuniter appellatione filiorum eos uocamus, qui ex iustis nuptijs sunt, non qui illicitè geniti etiam si post legitimati fuerint per rescriptum. Et in ciuitatibus apud bonos, & graues ciues non est par, eademq; ratio iustorum filiorum ex legitimo matrimonio, & iniustorum, licet postea legitimati sint, quia facilius quis daret filiam legitimo, quàm legitimato, ut Fulg. ibi latius prosequitur. nam instrumentum legitimationis probat illum illegitimè, natum, ut no. Bal. in l. 2. C. de iur. aure. annu. in 2. no. ga omnis dispensatio præsupponit ueritatem in ꝯrium esse, ut Bal. ibi dicit, & dicit glo. in c. innotuit. de elect. ꝙ legitimatus etiam

6 persequens matrimonium habetur tanquã legitimus: † & sic nõ propriè, quia dictio, tanquã est nota impropriEtatis. ut not. per glo. in c. solitæ. in uerbo, tanquam. de maio. & obed. & legitimatus dr̃ habere imaginem legitimi, & differt à legitimo uerè tanquam imago illius, quem repræsentat, ut dicit Bal. in d. l. etiã C. de app. & idem Bal. in c. 1. de ꝯst. dicit, ꝙ legitimatio est similis alchimiæ, quæ facit apparere illud, qđ non est: & ibi dicit, ꝙ legitimatus figurã legitimi gerit, sed non hẽt substantiã eandem, quæ dẽt ꝑuenire a rerũ natura, quæ diuina est, & immutabilis. Ex quibus ꝯcludendũ vr̃, ꝙ tex. in d. §. ex imperfecto nõ habeat locũ in filio naturali, ut cõiter doct. tenẽt: & pariter idẽ mihi vr̃ in legitimato per s̃. dicta. Nõ ob. ꝙ Bal. ꝯrium dicit in d. c. in causis. quia r̃ndetur duobus modis: Primò, ꝙ dictũ Bal. põt saluari in legitimato, prout ipse loquitur: secus vr̃ in isto casu, in quo agitur de dispensatione, quæ non videtur uera legitimatio: constat enim differentiam esse inter legitimationem, & dispensationem, vt tradit Pau. de Cast. in consi. 219. Super puncto isto. in versi. item certum est. ubi inquit, quòd legitimatio facta de illo, qui natus est ex muliere, cum qua non poterat esse matrimonium, nõ est propriè legitimatio, sed dispensatio, prout videtur in isto casu, quia pater dicti Antonij erat vxoratus, & sic non potuisset cũ illa muliere matre dicti Antonij matrimonium contrahere: & ꝑ ꝑ hoc videtur dispensatio, & non legitimatio, secundum Paulũ de Cast. ibi, qui dicit Collegium Bononiense ita consuluisse. & dicit etiã, ꝙ Pet. de Perusio frater Bal. ita Perusij cõsuluit: & idẽ tradit Pet. de Anch. in consi. 427. Circa primum quæsitum. vbi inquit, ꝙ dispensatio uidetur odiosa c. 2. de filijs presby. in 6. sed legitimatio est fauorabilis, & latè debet interpretari: & idem Paulus de Cast. in l. sed si hac. §. patronum autem. ff. de in ius vocan. cum similibus, vt scribit Francisc. de Cur. in consi. 73. Super memorata facti narratione. & sic dictum Bal. in d. c. in causis. videtur procedere in legitimatione, prout loquitur, secus videtur in dispensatione, de qua agitur. Secundò etiam potest responderi, quòd dictum Bal. in d. c. in causis. absolutè non sit verũ, per ea, quæ superius dixi: nã solitus erat dicere Ale. ꝙ Bal. in decreta: multa dicta posuit, quæ non sunt iuridica. & dicit Ant. de But. in c. consultationib. in repe. de iure patro. quod Bal. aliquando loquitur ex capite suo sine intellectu. refert Francisc. de Cur. in consi. 17. Viso puncto. & contra dictum Bal. efficaciter facit, quia vt supra dixi, tex. in d. §. ex imperfecto, loquitur de liberis solis habentibus voluntatem patris. & cum dicat de liberis simpliciter, intelligitur, prout liberi legitimi accipiũtur de iure communi iuxta l. filium. ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iur. vt dixi s̃. & ad hoc est not. dictũ Ang. in l. iubemus. C. ad Treb. vbi inquit, quod ille tex. qui loquitur de filio, intelligitur de filio ex iustis nuptijs procreato, vt in d. l. filium. Vnde infert, ꝙ non haberet locum ille tex. in filio adoptiuo, nec in naturali, nec in legitimato, quia illis non competit definitio filij: & sic lex communis, quæ loquitur de filijs, vel liberis, verba legis intelliguntur secundum dispositionem ipsius legis cõis. & in simili si Rex Angliæ facit mentionem de iure, intelligitur de iure, quod viget in regno Angliæ, vt no. Bald. in c. cum venissent. in ver. in tex. ibi, s̃m ius. & eodem modo uerba statuti intelliguntur secundum dispositionem aliorum statutorum potius, quàm secundum ius commune, quia in habentibus symbolum facilior est transitus, ut no. Pet. de Anch. in consi. 93. Ista domina. in ver. non obst. ꝙ istud. & in consi. 913. Viso puncto. quia sicut uerba intelliguntur secundum qualitatem loci, & conditionem personæ l. plenum. §. æquitij. ff. de vsu, & habita. ita etiã s̃m conditionem loci debet intelligi, ita arguit Paul. de Cast. in consi. 130. Dubitatur primo. & propter communem vsum loquendi, vt s̃. dictum est, quia legitimatus secundum cõem vsum loquendi non dr̃ legitimus, & iste cõis vsus attenditur, & præualet proprietati verborum. l. librorum. §. quod tñ Cassius. de le. 3. vbi Bar. dicit hoc etiã habere locum in statutis. & idem Bar. in l. nõ dubiũ. C. de legi. facit tex. in c. quamquam. 2. q. 7. cum si. quæ no. sunt. Ex quibus omnibus s̃. dictis conclusio habetur, ꝙ §. ex imperfecto. non habet locum in naturali, nec in spurio, nec in legitimato. ex quo infertur, quod in casu isto non agitur de successione ex testamento, sed de successione ab intestato, in qua venientes ab intestato præferuntur legitimato, quia legitimatio fuit limitata absque præiudicio venientium ab intestato, vt supra dictum est. & ita de iure esse arbitror, quod legitimatus filius excludat̃ a uenientibus ab intestato, videlicet a nepotibus ex fratre ser. Nazareth.

ADDITIO.

a ¶ Quæritur.] tex. in l. generali C. de episc. & cler. idem Dec. cap. cum omnes. lect. 2. de consti. ubi dixi, & in nouo intellectu l. si dictum. de euict. scrips in extricat. Labyrin. de eo, quod interest. nu. 168.

EPIT. Consi. CCCCCCXI.

Pater potest in testamento relinquere filiæ ex quocunque damnato coitu natæ, pecuniarum sufficientem quantitatem pro dote ipsius, æqu[illegible]te canonica id suadente.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum a patre filiæ spuriæ pro alimentis, & dote an de iure subsistat. nu. 4.*

2 *Filii spurii a patre non sunt alendi.*

3 *Coitus cum moniali inducit incæstum, adulterium, & sacrilegium.*

5 *Alimenta negare est necare.*

6 *Vbi agitur de peccato, ius canonicum seruari debet, etiam in terris imperii.*

7 *Dos dicitur congrua vsque ad legitimam.*

8 *Nullus amor uincit paternum.*

Magnificus

1 Agnificus Pandulphus Petrucinus Senensis.† iure pietatis reliquit, & legauit Alexandræ filiæ spuriæ natæ ex moniali florenos tres mille quingẽtos librarum quatuor pro quolibet floreno pro alimentis, & dotibus dictæ Alexandræ: vnde reuocatur in dubium, an tale legatum de iure subsistat. & primo motu videbatur de iure dicendum, ꝙ dictum legatum non valeat, quia iura clamant, ꝙ pater filiis spuriis nihil potest relinquere, quia indigni sunt beneficio
2 paternæ substantiæ,† adeo ꝙ non sunt alendi a patre, auth. ex cõplexu. C. de incest. nupt. nam filius spurius nõ dicitur de domo patris, nec participat de honore patris, ut Bal. dicit per illum tex. in l. ex libera. C. de suis, & legit. & ideo nullo modo patri succedere potest, ut suprà dictum est: & ita tradit Io. de Anan. in cõs. 46. Circa primum. in 3. dub. & ista conclusio videtur maximè procedere in isto casu, in quo filia, de qua agitur, est nata ex moniali, quo
3 casu videtur res magis odiosa,† quia coitus cum moniali inducit incestum, adulterium, & sacrilegiũ, ut no. per glo. in c. virginibus sacris. 17. q. 1. & sicut alimenta a patre non debentur filiis spuriis, vt suprà dictum est, pariter nec dos filiæ spuriæ a patre constitui põt, ut not. Bart. in consil. 119. do Dominicus magistri Thebaldi. ubi inquit, ꝙ sicut donatio, vel legatum non põt fieri filio spurio §. pe. in Auth. quib. mod. na. effi. sui. in l. 1. C. de naturalib. lib. ita ẽt non põt pater filiæ spuriæ dotem cõstituere. & ista sunt breuiter,
4 quæ prima facie dubitationem facere videbãtur.† Quibus tñ non obstantibus vlterius cogitanti cõtrarium de iure esse arbitror, &
a concludo dictum legatum pro alimentis,[a] & dote de iure validũ esse, & fieri potuisse: & hoc clarũ vr̃ de æquitate canonica, ut est casus in c. cum haberet. in fi. de eo, qui duxit in mat. quã pol. per
5 adul.† vbi dicitur, ꝙ dictis filijs spuriis debẽt secundum facultates necessaria subministrari. & per illum tex. dicit Bart. in auth. ex complexu. C. de incest. nupt. se consuluisse, ꝙ pater põt filio spurio relinquere quantitatem sufficientem pro alimentis, & eodẽ modo filiæ spuriæ pro dote sua: quia sine alimentis, & dote viuere, nec nubere põt. & ista videntur necessaria, quæ debent subministrari. d. c. cum haberet. in fi. & ꝙ idem sit in dote, quod in alimentis no. Abb. in cõs. 50. Videtur primò. quia dicit ipse, ꝙ dos non est minus fauorabilis, quàm sint alimenta. & cum sit differentia in isto casu, præualet, & attenditur æquitas iuris canonici etiã in foro seculari, ut Abb. concludit in d. c. cum haberet. in ult. no. & idem tenet Ang. de Aret. insti. de iure natu. in prin. in versi. sed aduerte. quia negari non potest, ꝙ naturaliter nõ sit filius, cui alimẽta debent de iure naturali. inst. de iure natu. in prin. & in l. 1. §. j. ff. de iusti. & iur. & negare alimenta est necare. l. necare. ff. de li.
6 agn. & peccatũ est mortale necare aliquẽ.† & ubi agit de peccato, debet seruari ius canonicum etiã in terris imperii, ut no. in c. j. de ope. nou. nun. in l. priuilegia. C. de sacrosan. eccl. & idem concludit idem Ang. de Aret. in tract. de testa. in ver. item reliquit I. filio spurio. ubi dicit ita se consuluisse in ciuitate Rhegij, & ꝙ ita iudicatum fuit. & idem sequitur Petr. de Vbal. in tract. de success. ab intest. in ver. sequitur quarta species liberorum, qui appellantur spurii. & ibi dicit hoc habere locũ in omnibus spuriis ex quocunque coitu damnato natis. & ratio videtur, quia æquitas illa ecclesiastica militat in omnibus, quia ipsi non deliquerunt; & sic videtur habere locum in nato ex moniali, de qua agitur. & dixi in c. ecclesia sanctæ Mariæ. in ver. secundus casus est. de cõsti. & stante ista conclusione, de qua non vr̃ dubitandum per s̃. dicta, ꝙ va-
7 lidum sit legatum relictum filiæ Alexãdræ spuriæ.† dubitari põt
* de quantitate dotis, & alimentorum, & secundum * *communem*
b opi. vr̃, ꝙ dos debeat constitui vsque ad legitimam,[b] ut not. Sal. in auth. res, quæ. in 2. nótab. C. communia de leg. cum si. ut Alex. tradit in consi. 69. Super primo dubio. li. 1. & in consil. 7. Visis, & diligenter animaduersis. lib. 2. in consi. 82. Viso statuto. lib. 4. & dixi in consi. 26. & in casu isto non videtur laborandum, quia dicta Alexandra dotata fuit a patre, quo casu dos constituta a patre videtur congrua, & competens, ut tradit Pau. de Cast. in cons. 108. Super primo quæsito. cum si. ut dixi in d. consi. 26. & dicit Pau. de Cast. in d. consi. 108. alias 111. in uers. 2. an possit dicere, ꝙ quando est dotata a patre, dicitur esse competenter dotata: cum ipse pater melius, quàm alius sciat capere consilium pro filia. l. nec in ea. ff. de adulte. & quod patri visum est competens pro filia, non debet alteri in competens videri. arg. l. si furio sa puberi. ff. de cur.
8 furio. in fi. & quia † nullus amor vincit paternum. l. fin. C. de cura. furio. & facit quod no. Bal. in l. pactum, quod dotali. in 21. q. C. de colla. ubi stante statuto, ꝙ mulier non possit contrahere sine cõsensu propinquorum non habet locum, quando filia contrahit cum patre, quia lex confidit de patre. & sequitur Alex. in consil. 29. Præclare, & subtiliter. lib. 3. cum si. ut dixi in d. consi. 26. & etiã in casu isto dos congrua, & competens videtur attenta qualitate patris, & inspecto amplissimo patrimonio, quod eius pater habebat arg. l. quæro. & quod ibi Bar. ff. de iure dot. & bene facit text. in l. si pater filiæ. ff. de leg. 3. Ex quibus omnibus indubitanter cõcludendum est, ꝙ dictum legatum omninò dictæ Alexandræ debeatur: & si causa esset mihi commissa, ita constanti animo iudicarem. Non obstant allegata suprà in contrarium, quia procedũt inspecto iure ciuili; secus est de iure canonico, quod in casu isto attenditur, ut s̃. dictum est. Non obst. ꝙ ista nata ex moniali videtur magis odiosa: qa in illa ratio æquitatis ita militat sicut in aliis, qa ipsa nõ deliquit, ut s̃. dictũ est: & rigorosum vr̃, ꝙ quis ex delicto alterius debeat puniri. l. si qs in suo. §. legis. C. de inof. testa. l. sancimus. C. de pœnis. & fauorabilis vr̃ ista limitatio facta ĩ alimẽtis, & in dote dẽt ampliari. l. cũ quidã ff. de liberis, & posthumis

ADDITIONES.

a ¶ Alimentis.) Supra consi. 574. vbi dixi, & ad eundem Decium c. ecclesia sanctæ Mariæ. nu. 30. de consti. c. clerici. nu. 2. de iudiciis.

b ¶ Legitimam.) Scilicet quibus debetur legitima, & ut a reliquo possit excludi, alias secus.

EPIT. Consil. CCCCCCXII.

De statuto, quòd mulier non possit testari sine præsentia mariti, & quòd forma statuti debet obseruari. Et de scriptura facta per vnũ fratrem, quæ non ualet, licèt sit a partibus approbata: & maritus non potest consentire, si ipse institutus sit.

SVMMARIVM.

1 *Solennitas testandi, a statuto potest mutari.*
2 *Statutum quando aliquid de nouo introducit cum certis modificationibus quicquid ibi exprimitur, uidetur datum pro forma.*
3 *Forma data a statuto in dubio, videtur substantialis.*
4 *Scriptura facta per vnum fratrem non valet, licet sit a partibus approbata*
5 *Priuilegium piæ causæ, non supplet defectus, & inhabilitatem scribentis.*
6 *Solennitas requisita in testamento remittitur tempore pestis.*

Onclusionem supra firmatam a clarissimis doctoribus iuridicam esse arbitror: & qa tota vis vr̃ cõsistere in statuto Burgi sancti Sepulchri, quo cauetur, quod nulla fœmina testari possit sine præ
1 sentia viri, aut filij, aut patris, aut fratris.† Primo de ualiditate dicti statuti non videtur dubitandum, quia solennitas testandi est de iure positiuo, ideo a statuto mutari potest, ut not. Angel. in consilio. 88. Præmitto primo. ubi specialiter infert valere sta
a tutum, quòd nulla mulier[a] habens maritum, vel filios testari possit sine requisitione, vel præsentia mariti, uel filiorum, & si aliter factum sit, testamentum nullius sit momenti: & idẽ Ange. concludit in consi. 226. Testamenti factio. & idem in tali statuto tradit Bal. in consi. 60. Statuto ciuitatis Affli. cauetur. lib. 5. & idem Bald. in l. ex duobus § fi. de vulg. & pupil. & facit quod no. Alex. in consi. 208. Statutis accuratè perspectis. lib. 3. & in consil. 65. Quoniam omne bonum. lib. 6. & quia hoc non reuocatur in dubiũ, vlterius non insisto. & stante tali statuto considerandum est, quod statutum in fine vlterius procedit annullando testamẽtum, quod iure non ualeat, si contra factum sit: quo casu vide-
2 tur data forma, ut not. Bald. in l. 1. ff. de libe. & posthu.† Ad idẽ facit, quia quando statutum aliquid de nouo introducit cũ certis modificationibus, quicquid ibi exprimitur, uidetur datum pro forma, vt dicit Pet. de Ancha. in consil. 242. Ex tenore pri-
3 uilegij. in fin.† & forma tradita a statuto in dubio uidetur substantialis, ut not. Bald. in l. comparationes. C. de fide instru. in 3. oppo. & talis forma debet ad vnguem obseruari, ut Bald. dicit in l. cessante. C. quo. & quando iud. & idem Bald. in c. ex literis. de consti. & in c. 1. in versi. & ideo si statutum. de mili. uas. qui contu. est. cum si. ut tradit Alex. in consi. 137. In causa, & lite. in cons. 96. Viso. li. 4 in consi. 212. Ponderatis. li. 6. Maria. cons. 24. Visis. & in consi. 33. Prosequendo ordinem. & talis forma non potest impleri in æquipollenti, sed formaliter impleri debet, ut no. Bald. in d. l. 1. de lib. & posth. & Ang. in ver. prædicta autem. Bal. in l. ambiguitates. C. de testa. cum si. ut Alex. ibi scribit. & facit tex. in l. cum hi. §. si prætor. ff. de transac. & no. Bar. in l. cum quid. ff. si cert. pet. Bal. in l. omnes populi. in ver. item not. ff. de iusti. & iur. in l. ordo. in uer. no. tñ. C. de execu. rei iudic. & meritò suprà cõclusum fuit, ꝙ testamentum, de quo agitur, sit nullum quia nõ fuit seruata for
4 ma statuti.† Accedit etiam, quòd de dicto testamento non videtur probari sufficienter, quia de illo fuit facta scriptura per fratrem Paulum priorem conuentus sancti Augustini, qui nõ habet autoritatem tabellionis, ideo eius scriptura non probat testamẽtum; & ita consuluit Benedictus Capra in consi. 57. Cum viso, & considerato. ubi loquitur in presbytero, qui habet authoritatem tabellionis,

ADDITIO.

a ¶ Nulla mulier.) Hoc volebat Plato de legib. li. 2. & tale statutum valere tenent Claud. de Seisello. Ias. l. ex facto, de vulg. & pup. Matth. Affl. deci. Neap. 260. late domi. And. Tiraq. de legib. connubia. gl. 3. nu. 92.

tabellionis, imo si esset tabellio, prohiberetur tale officiũ exercere. c. sicut. ne cler. vel monac. & talis scriptura non faceret fidem,
a etiam ad pias causas,[a] † quia priuilegium piæ causæ non supplet
5 defectum, & in habilitatem scribentis, vt not. Bald. singulariter in l. in fraudem. §. si quis. per illum tex. ff. de test. mil. Non obstat ꝙ partes uidentur approbasse scripturam dicti fratris Pauli vt apparet in cõpromisso, dum dicunt, & fatentur, ꝙ in dicta scriptura continetur vltima uoluntas, & testamentum præfatæ dominæ Franciscæ. Quia primo respondetur, ꝙ per talia verba uidetur approbatum testamentum simpliciter, ꝙ tale testamentum scriptum fuerit a dicto fratre Paulo, sed ꝙ validum fuerit ista qualitas facti approbata non uidetur: & potest quis approbare factũ, & qualitatem eius reprobare, ut not. Bald. in l. 1. col. 2. in versi. itẽ potest quis. C. de furt. facit tex. in l. 3. §. falsus. ff. rem ra. hab. & dicit Pau. de Cast. ꝙ Bar. alle. illũ text. ꝙ potest quis approbare actũ tanquam gestum & reprobare tanquam sit gestum. & facit text. in l. Pomponius. & quod ibi Bartol. ff. de negotiis gestis, & idem no. Bar. in l. arbitrio. in fin. ff. qui sãtisda. cogan. Secundo respondetur, quòd partes non potuerunt approbare dictam priuatam scripturam, ut faciat fidem, ut not. Inno. in c. cum P. de fide instru. in versi. non credimus. & refert Bald. in d. c. cum P. & idem tradit Bald. in l. Imperator. in versi. sed an valeat pactum. vbi concludit
b non valere pactum,[b] ꝙ credatur priuatæ scripturæ, quia est sine causa a lege approbata. allegat Inno. in d. c. cum P. & idem repetit Bal. in l. de quibus. in ver. item per pactum. ff. de legi. dicẽs, quòd per pactum non potest dari authoritas probationis priuatæ scripturę. alleg. Innocen. in d. cap. cum P. & idem sequitur Roma. in consil. 205. In puncto proposito. in prin. & Angel. in l. pactum inter hæredem. in versi. item non valet pactum. ff. de pact. & idem
6 Paul. de Castr. ibi. † Non obstat, quod tale testamentum conditum fuit tempore pestis, propter quam solennitas aliàs requisita remittitur, iuxta not. per. Angel. in l. si vacantia. C. de bo. vac. lib. 10. quem refert Alex. in l. fin. C. de testa. & illum reprehendit, quia talis disputatio non cadit in isto casu, in quo personę requisitæ a statuto erant in loco præsentes, ut supra narratur: & quia in Burgo sancti Sepulchri reddebatur ius illo tempore, quo casu quis non excusatur propter pestem, ut voluit Io. And. in c. cum dilecti. de dolo, & contu. & sequitur ibi Ant. de But. in uer. nota hoc dictum. & Alex. in l. recusare. in §. si quis alio. ff. ad Trebel. in versi. limitat hoc Ioan. And. Vltimò considerandum est, quod maritus, etiamsi præsens fuisset in dicto testamento, non potuisset prestare authoritatem vxori, quę illum hæredem instituit, quia dum a statuto præsentia mariti requiritur, non videtur habere locum, quando ipse maritus sit institutus, quia in facto proprio ad eius vtilitatem non potuisset authoritatem præstare, ut not. per. gloss. & Bart. in l. prima. ff. de autho. tuto. & idem Barto. in l. frater a fratre. in fin. ff. de condit. indeb. Bald. in l. bonorum. C. qui admit. in l. si furiosi. in fi. C. de nup. in l. si vxorem. in prin.
* C. de condi. in ser. & istam opi. dicit Bald. esse * communem in cõs. 60. Soluto matrimonio. lib. quarto. & istam communem opin. fatetur Socin. in l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebel. & dixi latè in consil. 245. In causa, quæ iamdiu. sed ex quo præsentia mariti non interuenit, non videtur in hoc laborandum. Et ex supra dictis breuiter concurro in sententiam domini Consultoris, quod testamentũ fuerit nullum, & quod successio ab intestato debeat habere locum.

ADDITIONES.

a ¶ *Pias causas.*) idem s. consi. 120. vbi Dec. istud consilium refert tex. l. generali. vbi in lectu. Tubigensi. dixi. C. de episc. & cler. & latius dixi in consuet. Paris. §. 96.

b ¶ *Pactum.*) Idem late Hipp. de Marsil. in repet. rub. de proba. ꝙ est intelligendum de futura, vel incerta. Secus de præsenti exhibita, vel certa, & de statuto dicam infra consi. 616.

EPITOME. Consi. CCCCCC XIII.

Girardinus, Philippus, & Nicolaus fratres adinuicem communicauerunt omnia bona cum pacto, ꝙ si qs ipsorum, aut ab eis descẽdentes sine filiis masculis naturalibus & legitimis obirent, superstites in præcedentis parte succederent. Vnus ipsorum reliquit Franciscum filium, qui deinde institutis quibusdã hæredibus reliquit Catharinam uxorem vsufructuariam omnium bonorum suorũ ea cõditione, ꝙ si a suis hæredibus molestaretur, eã hæredẽ vniuersalẽ instituebat. Ipsi autẽ acceperũt possessionẽ quorũdã bonorũ, de qb[9] asserebãt testatorẽ disponere nõ potuisse. Postremo Catharina facit suũ hæredẽ vniuersalẽ Ludouicũ fratrẽ, inter quẽ, & præfatos hæredes orta est cõtrouersia de hac successionẽ. De quo consultus Dec. respon. conuentionem inter dictos fratres factam non valere, & dictos hæredes ob molestiam prędictã priuatos esse Francisci hæreditate, quæ ideo debetur Catharinæ, & per ipsam eius hæredi Ludouico fratri.

SVMMARIVM.

1 *Testator si legat vxori vsumfructum, & si hæres eam molestauerint, an hæres eam molestans hæreditatem perdat.*
2 *Pactum inter fratres, quod altero moriente sine filijs bona vadant ad superstitem, nunquid valeat.*
3 *Fideicommissum an sit remissum per diuisionem.*
4 *Alumnus quis dicatur*
5 *Fideicommissum impositum simpliciter non grauat filium in legitima, neque Trebellianica.*

DOmina Catharina de Rangonibus vxor quõdã magnifici Eqtis do. Frãcisci Molciæ in suo testamento instituit hæredem suũ vniuersalẽ dominũ fratrẽ Ludouicũ Molciã, q vigore dicti testamenti apprehendit bona, de quibus agitur. Vnde videndum est de iuribus, & bonis competẽtibus d. do. Catharinæ testatrici. Et inter alia principaliter dubitari ꝯtingit, quia d. do. Catharina relicta fuit vsufructuaria omniũ bonorũ in testamento dicti do. Frãcisci cũ stricta prohibitione, ꝙ hæredes non possint, nec valeant, nec debeant molestare, inquietare, nec turbare ipsam do. Catharinã, quoquo modo de iure, vel de facto directe, vel indirecte in dicto vsufructu, vt latius in testamẽto ꝯtinetur, & casu, quo ipsa esset molestata a dictis hæredibus, vel ab aliquo ipsorum, tũc eo casu ipsam do. Catharinã instituit hæredem in omnibus, & quibuscunque suis bonis pleno iure, & in dictorũ bonorũ ꝓprietate. Et talis institutio uidetur facta in pœnã hęredũ, qui molestarent d. do. Catharinam in dicto usufructu ꝯ prohibitionem testatoris: & cum postea prędicti hæredes molestauerint d. do. Catharinam allegantes ipsum do. Francisc. testatorẽ non potuisse testari de qbusdã bonis subiectis abbatiæ Nonantulanę. & ꝙ talia bona ꝓ septẽ partibus ad ipsos hæredes spectarent vigore inuestiturarum, & ꝓ p hoc accesserunt, ad ipsa bona, & eorum possessionẽ accepetũt, & ita molestauerunt dictã do. Catharinam, vt dicitur ꝯstare in actis factis tam in vrbe, quàm in ciuitate Mutinæ: vnde quæritur, an dicta do. Catharina possit vendicare sibi bona dñi Francisci testatoris virtute institutionis factæ sibi ab ipso testatore casu, quo ipsa do. Catharina esset molestata in vsufructu, ut
1 s. dictũ est. † Primo clarũ est, ꝙ dicta pœna apponi potest a testatore. l. 1. C. de his, quæ pęnæ not. relin. in §. fin. instit. de lega. & in vxore, ꝙ sub pœna priuationis hæreditatis non deberet molestari ab hęredibus, not. Bart. in l. vxorem. §. hæres. de leg. 3. cũ si. ut in terminis tradit Alex. in consi. 52. Viso testamento Bartholomei. in prin. lib. 2. & licet dubium sit, an talis prohibitio intelligatur de molestatione de facto, & non de iure, ista dubitatio cessat in isto casu, in quo expresse dicitur, ꝙ nõ possit molestari quoquo modo de iure, vel de facto: illa verba, quoquo mõ. vniuersalia sunt. l. 1. ff. de testamento militis. in c. ad nostrã. de ꝓbat. in c. quorundã. de elect. in 6. quo casu qñ verba prohibitionis generalia sunt, ẽt de iure prohibitio facta vr̃, ut tradit Abb. in consi. 43. Videtur primo dicto secũdo viro. in ver. secũdo principaliter. li. 1. & hoc in casu isto videtur indubitãter ꝓcedere, in quo expresse dr̃, de facto, vel de iure. vnde cũ verba clara sint alia interpretatione nõ indigent. l. ille, aut ille. §. cũ in verbis. ff. de leg. 3. nã etiã agendo de iure, & petendo in iudicio molestia inferri dr̃, in Auth. de fideiussso. in prin. in l. 1. C. de nũdinis. vbi Bal. post Nico. de Matthæsi. & Abb. in c. 2. in fi. de testi. ꝯpol. & tradit Ale. in ꝯs. 52. li. 2. & idẽ Ale. in ꝯs. 151. Viso themate s. scripto. in fi. li. 2. & in cõs. 11. Circa primũ. li. 1. & And. Sicu. in ꝯs. 12. li. j. & in cõs. 56. li. 3. vbi loqtur in terminis in hæredibus prohibitis molestare vxorẽ vsufructuariã omniũ bonorũ: & in tali casu ꝯcludẽdũ est, ꝙ propter dictam molestiam illa tam ẽt de iure prædicti hæredes incidissent in pœnã priuationis hæreditatis, vt Alex. concludit in d. consi. 52. lib. 2. in uer. ex prædictis infertur. & And. Sicu. in consi. præalle. 56. lib. 3. & in casu nostro dicta dom. Catharina, quæ fuit instituta in omnibus bonis testatoris casu, quo fuisset molestata ab hæredibus in vsufructu, debet consequi hæreditatem, quia purificata fuit conditio, sub qua fuit instituta, vnde purificata conditione perinde hr̃, ac si pure fuisset instituta, vt not. Ang. per illum tex. in l. fi. §. j. in versi. not. diligenter istam gl. de vulg. & pup. vbi ex hoc infert, ꝙ stante statuto, ꝙ instrumenta pura, & liquida habeant executionem paratam, pariter idem erit de instrumẽtis cõditionalibus post purificatã cõditionẽ. & idem no. Bal. in l. cũ testõ. in 4. not. C. de manumis. testa. vbi inquit, ꝙ idem operatur liquidatio, qđ operatur purũ ab initio: & ad hoc vr̃ tex. in l. si pupillus. in fi. ff. de condi. insti. ad idẽ tex. in l. fi. in versi. contra vero. de verb. obl. & Are. ibi in §. cum mihi. in 3. no. in d. l. fi. ponderauit illum tex. pro opi. Ang. in d. l. fin. §. 1. de vulga. & pup. ad idem text. in l. sed & si de sua. §. fi. de acquiren. hære. Videtur tamen, ꝙ in tali casu requiratur sententia declaratoria, ꝙ prædicti hæredes in pœnam inciderint, iuxta cap. cum secundum. de hæret. in 6. & not. Bartol. in

l.eius, qui delatorem.ff.de iur.fis.& not. Abb.in c.uerum.de foro compe.cum si.ut congerit Fel.in c. Rodulphus. de rescr.sed talis declaratoria etiam pendente lite fieri potest, ut Alex.in terminis dicit in dicto consi. 52.li.2 ubi concludit, quod in eodem libello ipsa do.Catharina potest petere hæreditatem uirtute institutionis cōditionalis purificatæ,& quod prius declaretur hæredes in pœnam incidisse. Si etiam reperitur, quod pendente lite principali excussio fieri potest, ut not. Ange.in l.sed neque.uer.sed tunc quæritur.in Auth.de fideius.& idem not. C.de manumis.test.& Pau.de Cast. in l.decem.in fi.ff.de uer.obl.& Alex.in l.exitus.ff.de acquir.pos. & Ro.in cons.338.In casu propositi thematis.in fi. Et ita breuiter primum dubium principale absolutum sit. Secūdò principaliter dubitari cōtingit, quia bona, de quibus agitur, videtur, quòd essent subiecta fideicom.& de illis do. Franciscus Molcia non uidetur, quod potuerit disponere propter conuentionem factam inter patrē do.Francisci, & suos fratres. Nam cum essent tres fratres, Girardinus, Philippus, & Nicolaus de Molcia, cōmunicauerunt ad inuicem omnia bona quocunque modo ab eis acquisita, & ita quod si uenirent ad diuisionem, deberēt fieri tres partes, & vnusquisque ex dictis tribus fratribus haberet tertiam partem.& ulterius conuenerunt, quod si aliquis dictorum trium fratrum, uel eorum filii,& descendentes ab eis, uel à quolibet eorum per masculinum genus de gradu in gradum in futurum decesserit sine filijs masculis legitimis & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis, quod tunc dicto casu adueniente alij sui fratres prædicti superstites, si uixerint,& si nō uixerint, ipsorum filij masculi legitimi, & naturales, & ex legitimo matrimonio procreati, & descendentes ab eis, & à quolibet eorum per masculinum genus tantum, & modo, quo s dictum est, habeant, & habere debeant dimidiam partem omnium,& singulorum bonorum dicti sic decedentis, ut latius in instrumento dicti fideicommissi conditionalis continetur rogato

2 per ser. Antonium de Bosellis. Vnde uidendum est, † an talis conuentio de iure subsistat. Et prima facie uidetur dicendum, quod sic, quia non tollitur facultas testandi, quia de alia parte dimidia retinet liberam facultatem testandi, per ea, quæ no.Bar.in l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de uer. obl.in uer.idem puto, si donauit.& tradit Ro.in consi 26.Pro decisione. & dixi in consi. 30.& in terminis de parte hæreditatis no.Bal.post Pet.in l.fin.uers.sed quid si quis donat dimidiam partem hereditatis.C.de pact.& sequitur Alex.in consi.29 Perspectis, consideratisque his.lib. 5.Sed his non obstantibus contrarium de iure uidetur, quod tale pactum non ualeat, quia in effectu est pactum de futura successione, quod non ualet.l.pactum, quod dotali. C.de pact.& in l.ex eo.C.de inut. stipu.ubi non ualet pactum, nec stipulatio de futura successione, quia est contra bonos mores: ad idē tex.in l. hæreditas.C.de pac.conuen.ubi hæreditas testamento datur, & pactum uice testamenti interpositum, ut bona post mortem alicuius ad te pertinerent, nullo modo debentur: & ad hoc etiā est in terminis decisio Bar. in consi 208.aliàs 211.incip.Promitto tibi, & tu mihi.ubi concludit, quòd inter nos si facta sit conuentio, quod præmorienti sine liberis bona præmorientis debeant esse superstitis, talis conuentio nullius est momenti: quia sunt certi modi succedendi uel iure sanguinis, uel secundum legem 12.tabu.uel iure solennis uoluntatis, qui non sunt in isto casu, in quo est pactum de succedendo, quod non valet siue in uniuerso, siue in parte, quia contra bonos mores est.d.l.ex eo.& in d.l.pactum, quod dotali.& in l.stipulatio hoc modo concepta.de uer.obl.& est dictum Bar.in d.consi. quòd non ualet pactum etiam in parte hæreditatis, quia contra bonos mores. Ista ratio uidetur etiam militare in parte hereditatis, & quia pacto hæreditas dari non potest.d. l. hæreditas.C.de pact.conuen.quia ratio ita militat in parte hæreditatis, sicut in tota hæreditate, quia hæreditas nec in totum, nec in parte per pactū dari potest, sed testamento solenni danda est & ista conclusio uidetur optime procedere in quota hæreditatis, uidelicet in tertia, uel quarta parte, uel in dimidia hæreditatis, ut in isto casu contin

a git, secus [a] uidetur esse in quibusdam rebus particularibus: ita uidentur habere locum,& saluari possunt alleg, supra in contrariū, ut dixi latius in consi.225. In causa, quæ quondam iamdiu agitata fuit.& secundum istam conclusionem, quòd tale pactum non ualet, latè consuluit Alexan.in consi.28 Ponderatis uerbis instrumenti.lib.3. Non obst. quod suprà dictum est in contrarium de parte hæreditatis, in qua uidetur ualere pactum secundum Bald. post Pet.in d.l.fin.C.de pact.quia hoc non uidetur uerum, ut expresse Barto dicit in consi.suprà alleg.& facit tex.in d.l.pactum, quod dotali.C.de pact.& dixi in uers. secundo limitatur.& idem in parte hæreditatis tenet Pet.de Ancha.in rub.de testamen.in fi. ubi ad literam dicit, ego credo, quòd sicut non ualet promissio in tota hæreditate, ita nec in quota, ut in l. stipulatio hoc modo.de uerbo.oblig.& idem sequitur Imo.in rubr. in fin.per l.hæreditas.C.de pact. conuent. Et retenta hac conclusione, quæ uerior uidetur, quòd dictum pactum non ualeat, infertur, quòd fratres, uel filii dictorum fratrum, qui superstites sunt, non possunt prætendere aliquod ius eis competere ratione fideicommissi, & sic bona remanent libera apud dominam Catharinam,& eius hæredem, & ita in secundo dubio breuiter concludendum uide-

3 tur. Prætere a dato, † quòd inter eos fuisset aliquod fideicommissum, quod omnino negatur per suprà dicta, illud remissum videtur per diuisionem, quam fecit Philippus unus ex dictis fratribus cum nepotibus suis, in qua diuisione vnusquisque remittit omne ius, quod quomodocunque poterat habere tunc, vel in futurum in bonis, vel in partem bonorum alicuius. volentes illam remissionem, & liberationem etiam trahi ad incogitata, etiam si de illis debuisset expressa mentio fieri: in tali enim remissione, in qua remittitur ius omne, quod quomodocunque poterat quis habere tunc, vel in futurum, videtur remissum fideicommissum, de quo verisimiliter partes habebant notitiam;& talis notitia sufficit, quod habeatur ex coniecturis, vt not.Bart.in l.qui Romæ. §.duo fratres.in 5.q.de verb.ob.in l.eius, qui.ff si certum petatur.& stātibus verbis suprà dictis non potest capi alia cōiectura, nisi quod voluerint remittere fideicommissum, quod secūdum formam, & tenorem conuentionis illis ad inuicem iniunctum fuerat. & in simili casu dixi in c nsi 99. & in consi. 267. Non excidit e memoria.& in hoc ulterius non insisto, quia non expedit, quia in ueritate nullum erat fideicommissum: quia illa conuentio nōn fuit valida, vt suprà dixi, & quod nullum est, non præstat impedimentum, vt in regul.non præstat.de reg.iur.in 6.facit tex.in l.4.§.condemnatum.ff de re iudic.in l.2.in fi ff.de pœnis in l.a nullo. C.de

4 ferijs. Vltimo † quæritur de alumno, cui dom. Franciscus quædā bona reliquit, & disposuit, quòd eo moriente sine liberis illa bona perueniant ad eius hæredes. primo dicitur alumnus ille, quem ipse do.Franciscus aluit.l.si quis alumnam. C. de nup. vbi glo.& illi alumno nomine Girardino do.Franciscus reliquit certa bona cum ista conditione, quòd si dictus Girardinus sine liberis de legitimo matrimonio procreatis decesserit, quòd dicta bona peruenire debeant ad hæredes dicti dom. Francis. & in isto casu primo dubitari potest de talibus bonis relictis dicto alumno, quia uidebantur subiecta fideicommisso, propter conuentionem factam inter patrem dom.Francisci,& eius fratres: sed ista dubitatio tollitur ex eo, quod suprà dixi, quòd illud pactum non va-

5 let,& sic dicta † bona non erant subiecta fideicommisso, & de illis potuit dom Frāciscus libere disponere,& dato, quòd fuissent subiecta fideicommisso, potuit do. Franciscus disponere de legitima, in qua grauari non potuit, & si grauatus sit, onus reijcitur. l.quoniam in prioribus.C.de inofficioso testamen. facit text. in l.cum patronus.de leg.2 not.in l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vul. & pup.& secundum istam conclusionem consuluit Rom.in cōs. 185. Pro decisione quæsitorum. & in consi. 229. In hac re breuis ero Fulg.in consi.19.Tertio principaliter.in prin.in cōsi.87. Proponitur, quòd honorabilis vir. in secundo dubio. cum si. vt dixi in cons.81.In casu proposito.& non solum legitimam, sed etiam Trebellianicam in casu isto dom.Franciscus detrahere potuisset, quia cū esset grauatus restituere sub conditione, si decesserit sine filijs. tali casu filius grauatus detrahit legitimam, & Trebellianicam:& ita obseruatur, ut Bar.dicit in l.Papinianus. §.meminisse. ff.de inoffic. testa & dicit Ange. in l.cohæredi.§.cum filiæ ff de

* vulg.& pup. ista opinio * est approbata in iudicijs, & in scholis. & secundum istam conclusionem consuluit Ange. in consil. 154. Visis prædictis.in versiculo, ad secundum dico. & idem Ange.in consi.157 Quidam Nico.& in consi.287. Pro clariori decisione. in consi.307. Testator de Verona in fi. & idem sequitur Alex. in consi. 43. Attenta, & considerata.in fi.lib.2.& idem tradit Aret. in consi.160. Longa est. vbi dicit istam opin. esse approbatam de consuetudine,& dixi in consi.320. Dum legerem Paduæ. & cum prædictis etiam concordat Alex. in consi. 250 Quò ad primum. in secundo dubio. in 6. li.& dixi in consi. 238 Proponitur, quòd nobilis domina.& prædicta conclusio, quod filius grauatus sub conditione possit legitimam,& Trebellianicam detrahere, seruatur per totum mundum, ut dicit Fran.de Cur.in consi.75. Dominus Ludouicus. & de dictis duabus quartis potuit dom. Fran. disponere, ut tradit in l.filium, quem.vers.vlterius quæritur.C.famil. hercis.& Pet.de Anch.in cōs.152. Plura sunt dubia.ver.uidendū est. Et ideo potuit dictus dom. Franciscus relinquere Girardino Alumno ea bona, quæ ei reliquit, quia non excedunt legitimam, & Trebellianicam: nam legitima, & Trebellianica comprehendunt

b dimidiam [b] partē totius hæreditatis, quia vt docet Bal. in l.si vero composita.in ver. quid ergo.ff.de testa.mil. legitima detrahitur de toto patrimonio, & est tertia pars hæreditatis secundū numerum

ADDITIONES.

a ¶ Secus.) Suprà consi.514.nu.3 consi.234.consi.263.ubi dixi.

b ¶ Dimidiam.) si sunt 4.uel infrà.sed si supra comprehendunt bessem.

merum liberorum, & sic sunt quatuor unciæ, & de aliis unciis octo, quæ remanent, quarta pars pro Trebellianica detrahitur, & sic duæ unciæ de illis octo, & in totum semis detrahitur pro utraque quarta, ut no. in c. Raynutius. & in c. Raynaldus. de test. & idem tradit Petr. de Ancha in consil. 152. Plura sunt dubia. in versi. uidendum est. & nouissime scribit Fran. de Cur. in consi. 30. In regno Hispaniæ. & de tali parte dimidia potuit do. Franc. grauatus disponere, ut docto. concludunt in locis præallge. ex quo infertur, ꝙ legatum relictum dict. Girardino Alumno per dom. Franciscum potuit fieri, quia non excedit dimidiam hæreditatis: & dixi latius in consil. 202. Vt presens consultatio. & cum dictus alumnus esset grauatus bona sibi relicta restituere hæredibus dicti do. Francisci, si decesserit sine filiis de legitimo matrimonio natis. Et cum talis conditio purificata sit, prædicta bona debentur hæredibus dom. Francisci, & sic do. Catharinæ, & per ipsam eius hæredi do. fratri Ludo.

EPITOME Consi. CCCCCCXIIII.

M. Sardiniæ Rex cõcessit in feudum uillam Mara G. de Dum, eum inuestiendo pro se, & suis. G eius nepos, & uniuersalis successor eandem uillam deinde uendidit Iacobo de Aragal. redimendi facultate reseruata. Postea Iacobus de Aragal. ipsam uillam uendidit Franc. de Aligol, pretio conuento, & solito de pecuniis dotalibus Antoniæ suæ uxoris, Quæ deinde uendidit dictam uillam P. Amerit. hic ut eam expeditam, & liberam haberet, postquam emit ius redimẽdi a P. de Dum filio, & hærede G. Iunioris, decessit relicto Saluatore nepote, & hærede uniuersali, à quo consultus D. c. respondit uenditionem præfati feudi ualidam, & iuridicam esse, ideo Saluatorem, seu eius uerum dominum, & legitimũ possessorem potiora iura fouere.

SVMMARIA.

1 *Bona feudalia alienari non possunt.*
2 *Vasallus non potest feudum alienare nisi de consensu domini, licèt in inuestitura dicatur, ad dandum, vendendum, vel aliàs alienandum.*
3 *Tenor inuestituræ attendi debet.*
4 *Pactum, consuetudo, & statutum, quòd bona feudalia alienari possunt, valet. 8.*
5 *Quodlibet verbum etiam minimum in contractibus aliquid operari debet.*
6 *Voluntas libera quæ dicatur.*
7 *Valet pactum, consuetudo, vel statutum, quòd bona feudalia alienari possin.*
8 *Feudorum constitutiones dicuntur consuetudines, licèt in scriptis sint redactæ.*
9 *In Gallia viget consuetudo, quòd bona feudalia possint alienari, & in extraneos transferri.*
10 *Venditio cum pacto de retrouendendo valet.*
11 *Pactum de retrouendendo an transmittatur ad hæredes. 12. 13.*
14 *Facultas redimendi rem venditam cedi potest.*
15 *Actore non probante reus absoluitur.*
16 *Pactum locum non habet, si conditio conuentionis non est impleta.*
17 *Factum ex certa scientia Principis in dubium reuocari non potest.*
18 *Feudum an possit diuidi sine licentia domini.*
19 *Clausula, ex certa scientia. dispensationem inducit.*
20 *Princeps eligendo scienter indignum videtur cum eo dispensare.*



IN causa feudali, quæ ad me fuit trãsmissa de inclyta insula Sardiniæ [a] per clarissimũ V. I. doct. do. Andream Natalem uti fratrem maiorem honorandum, qui, ut puto, motus fuit, quia ipso existente aduocato in illa causa superioribus annis mihi significauit Cæsaream maiestatem iudicasse secundum consilium meum, quod feci pro mag. Lud. de Aragal, qđ consilium impressum reperitur in cons. 388. Qm̃ ex facto ius oritur. ubi latè consului. & nunc in casu proposito procedam breuiter secundum ordinem dubiorum, quæ in proposito casu occurrunt. Et primò, quia (ut narratur) Gira. de Dum, nepos alterius Girardi de Dum, primi acquisitoris vendidit villam de Mara cuidam Iac. de Aragal, in primis uidendum est, an talis uenditio potuerit fieri attento tenore inuestituræ, in qua dicta uilla cum aliis bonis fuit concessa in feudum primo acquisitori Girardo de Dũ, auo dicti Girardi, qui alienauit. Et prima facie uidebatur dicendũ, ꝙ non,
1 † quia sunt bona feudalia, quæ alienari non possunt, ut hr̃ in ti. de prohi. feu. ali. per Lotha. & per Fed. & ꝑ alienationem uasallus priuatur feudo c. 1. in prin. de uasal. qui contra const. Loth. regis. & hoc qñ scienter facit. cap. 1. in fin. de contro. inter do. & empt.
2 Non ob. quod † videt̃ data potestas vendendi, & alienandi vasallo per illa uerba, dum dr̃ in inuestitura, ad dandum, uendendum, uel alias alienandum, & c. quia rñderi potest, ꝙ talis licentia alienandi intelligit̃ tamen de consensu dñi, ut in terminis tradit Spec. in titul. de locato. § nunc aliqua. in versi. 94. & sequitur Ale. in consi. 104. Viso themate, & instro concessionis. in si. lib. 4. quia est de natura contractus, quòd consensus domini requiratur: ideo licentia alienandi data tempore concessionis videt̃ data secundum dispositionem legis. arg. l. si qñ. C. de inoffi. testament. & istam opi. latè sequitur Lauren. Calca. in consi. 50. Non est dubitandum. Sed tamen his non obstantibus, & similibus contrariũ
3 de iure arbitror in isto casu; quia ad † tenorem inuestituræ semper recurrendum est, quia vim contractus ostendit, ut Bald. dicit in prælud. feu. in 4. diuisio. in versicul. porrò. & idem Bald. in capitul. j. § denique. in tit. quæ fuit prima causa benefic. amitt. & idem Bald. in l. 1. § sed & si quis. C. de lati. libe. tol. & tradit Ioan. de Ana. in consi. 7. Visis, & ponderatis. in versicul. secundo præmitto. Et hoc quod tenor inuestituræ attendatur, etiam procedit, si tenor inuestiturę sit contra naturam feudi, ut nota. Bal. per illum text. in c. j. §. fin. qui incip. preterea. ibi dum dicit, festiuis diebus. in tit. quid sit inuesti. & no. idem Ro. in consil. 33. Viso inuestituræ tenore. circa fin. & ideo potius tenor inuestituræ, quam natura feudi attendi debet, ut no. Bal. per illum tex. in c. 1.
4 in ver. nota egregium tex. de duobus fra. à capita. inuestit. † & nõ potest in inuestitura dari certa forma propter diuersas consuetudines locorum, & propter diuersa pacta, & cõuentiones; & ideo statur regulæ, quæ dicit, ꝙ ex conuentione contractus legem accipiunt. l. contractus. ff. de reg. iur. & eo. tit. in 6. in regul. contractus. & ita Cal. dicit in consi. 11. Episcopus rem ecclesiæ. in tit. de feud. vbi allegat Spe. in tit. de feu. §. quoniam. in versi. 25. Videamus ergo tenorem inuestituræ in feudo, de quo agitur. Nam prima inuestitura in casu isto concessa fuit a serenissimo rege Martino, qui tit donationis concessit bona, de quibus agitur, Girardo de Dum, & suis successoribus propter eius grata seruitia, & in compensationem expensarum, quas fecerat, & sustinuerat pro regio seruitio in feudum, & ad propriam naturam feudi iuxta morem Italiæ: & ut melius dici potest, & intelligi, ad dicti Girardi, & suorum saluamentum, & intellectum, ad dandum, vendendum, pignorandum, ac tribuendum, uel aliàs alienandum in perpetuum, vel ad tempus, & ad omnes alias dicti Girardi, & suorũ voluntates perpetuo faciẽdum. subijcitur etiam limitatio, quòd idem Girardus, & sui, & habentes causam ab eis dictum feudum nulli alij, præter quàm Cathalano, vel Aragonensi de paratico, uel de genere militare dimittent, vendent, transferent, vel alienabunt; nec diuidere poterunt in duas, vel plures personas sine nostra licentia, & permissu, ut in puncto ad literam dicitur. † unde
5 verba dictæ inuestituræ debent diligenter perscrutari, ex qua primo habetur, ꝙ talis cõcessio fuit propter remunerationem in recompensationem expensarum, quas dictus Girardus fecit, & sustinuit pro regio seruitio, quo casu cum facta sit propter remunerationem, videtur facta motu proprio, & concessio uidetur fauorabilis, ut not. Alex. post Gul. de Cu. in l. 3. in prin. ff. quod quisque iur. & ideo debet latè interpretari. l. cum quidam. ff. de lib. & posthu. & in c. si motu proprio & in c. si plurib. de præben.
6 in 6. & hoc expresse dicitur in ipsa cõcessione, † ꝙ concessio ista debet intelligi ad dicti Girardi saluamentum, & intellectum. videtur, ꝙ illa uerba, ad dandum & c. intelligantur cum consensu domini, ut uoluit Spe. in §. nunc aliqua. in versi. 94 dic, ꝙ contrarium videtur, ut per Alex. in cons. 173. Viso tenore, & scripturis.
b lib. 2. Mod [b] in l. fin. C. de iure emphy. Calca. consi. 50 Secundo principaliter in dicta inuestitura dicitur, quòd dicta bona data in feudum data sunt ad dandum, vendendum, & alienandum in perpetuum, vel ad tempus ad uoluntatem dicti Girardi. & in hoc dicta inuestitura videtur contra naturam feudi, quæ est, ꝙ alienari non possit, ut habetur in titu. de prohi. feud. alien. per Lotha. & per Fede. valet tamen inuestitura contra naturam feudi, ut su-
7 pra dictum est. † Nam valet pactum, consuetudo, & statutum, quòd

ADDITIONES.

a ¶ Sardiniæ.] Dom. And. Tiraq. tract. retrac. conuen. §. 1. gl. 7. nu. 7. dubitat, an hoc consilium sit Philip. Dec. & in trac. de retrac. proximitatis. §. 26. gl. 1. nu. 45. dicit istud consilium ferè ijsdem uerbis repeti infra consi. 678. & illud consi. 678. est omnino in eodem casu, & breuius isto, quia incipit in uerbis, quia ad tenorẽ inuestiturę. infra lin. 3. post. lin. 3. & finitur post. nu. 10. huius consilij. paulo post. lin. 4. dicti nu. tamen habet circiter 43. lineas, quę non erant in hoc cons. quod est uerum consilium Decij unicum fortè aliquibus transpositis, & detractis bis datum. Quare quę in d. breuiori cõsilio. erant ultra contenta hic restitui in istud consilium suo loco post nu. 6. d. consi. 678. tanquam superfluo cancellato.

b ¶ Mod.] Scilicet Hieronymus Cagnol. in repe. d. l. 2. q. 1.

quòd bona feudalia possint alienari. Ideo in inuestitura hoc deduci potuit, quia ex conuentione inuestitura legem accipit, ut not. Cald. in consil. 11. supra allegat. in titul. de feud & ad hoc facit tex. in l. fi. C. de iur. emphyt. in fin. & idem est in consuetudine: quia ut Bald. dicit in consilio. 185. Quidam habentes feudum. libro primo inueterata consuetudo habetur pro pacto expresso, per quam permitti potest alienatio bonorum feudalium, quia consuetudo est quoddam pactum ut not. in l. 1. C. quæ sit longa
8 consuet. † constitutiones enim feudorum dicuntur consuetudi-
a nes, licèt [a] in scriptis redactæ sint, ut no. Bar. in l. de quib. in repe. in versi. item quæritur. ff. de legi. & in l. 2. in prin. ff. de vul. & pup. ideo vr̄. ꝙ facilius contraria consuetudo admittatur, vt not. in d. l. 2. de vul. & pup in princ. & ad hoc facit text. in §. nos Romanorum. in tit. de pace constan. quem ad hoc Bald. adducit in d. con-
9 silio. 185. lib. 1. † & in Gallia [b] viget ista consuetudo, ꝙ bona feu-
b dalia possint alienari, & in extraneos transferri, vt no. Ioan. Fab. in l. item Seruiana. & in §. fuerat. institut. de act. & dixi in consil. 208. Ad clariorem. & in consil. 269. Consultus ab illustr. libr. 4. & attenta tali cõsuetudine, & tenore inuestituræ supradictæ, dicta bona debent tanquam patrimonialia, seu allodialia iudicari, vt in simili casu no. Pet. de Anch. in consil. 125. Visis, & diligenter ruminatis. ubi dicit, ꝙ de bonis emphyteuticis quæ possunt alienari vigore pacti, vel ex tenore inuestituræ, idem iudicatur quod
10 de bonis patrimonialibus. Ex his † iustificatur venditio facta per Girardum de Dum, nepotem dicti Girardi primi acquisitoris, qui vendidit villam de Mara Iacobo de Aragal, militi cum pacto de retrouendendo: nam talis venditio cum dicto pacto valet. l. 2. C. de pact. inter emptio. & vendit ubi Bald. in fin. dicit quòd ex tali pacto contractus non præsumitur simulatus, vt no. Abb in d. capitulo ad nostram. in versiculo. primus casus est. de empt. vend & Bald. in consil. 237. Proponitur, quod celebratus fuit. libr. j. in fi. & in consil. 312. Secundum ea, quæ proponuntur in princip. j. & tradit Alexand. in consi. 232. ponderatis verbis in princip. lib. 6. sed quia Petrus de dum, filius dicti Girardi, qui villam prædictam vendiderat dicto Iacob. Aragal, illud ius redimendi reseruatum per d. Girardum sibi, & suis vendidit Petro Amerit pretio mille trecent: librarum, unde in tali venditione iuris redimendi dubitari potest de duobus. Primò an tale pactum de retrouendendo transmittatur in hæredem Secundo an tale ius cedi, & in alium transferri possit. Circa primum
11 de transmissione habemus gl. † quæ * *communiter* approbatur, ꝙ quòd tale pactum in hæredem transmittatur, vt l. secunda. C. de pact. inter emp. & ven facit text. in l. necessarias. §. de vendendo. ff. de pig. ac. & in l. si pactum. ff. de probat. & hoc maxime videtur habere locum in isto casu, in quo pactum fuit factum pro se, & suis successoribus prout in prima inuestitura dicitur, vt nota. Bar. in l. commissa. ff de publi. Pau. de Cast. in consi. 249. Statu-
12 tum Paduæ. in secunda parte. in nouis. † Circa secũdum, an istud pactum cedi possit, vr̄ primò dicendum, quòd nõ, vt voluit Angel. in l. ad officium. C. commu diuid. ibi in versi. vltim. ista lex inducitur, vbi post Pet. concludit, ꝙ facultas redimendi rem venditam cedi non potest ex eo, quod in simili reperitur de fideicõ. qui ante factam sibi restitutionem non potest ius fideicommiss.
c quod sibi competit, alteri cedere. [c] l. si mulier. §. ex asse. ff. de iur.
d do. Contrarium in terminis voluit Pau. [d] de Cast. in consilio. 45. Videtur dicendum, quòd d. Christophorus. argum. eius, quod not. Bartol. per illum text. in l. ex pluribus ff de administr. tutor.
13 vbi regula habetur, quod † ea, quę non sunt ad hęredem trãsmissibilia, illa pariter cedi non possunt: & à contrario sensu vr̄, ꝙ ea, quæ in hæredem trasmittũtur, pariter cedi possint: & ideo cum istud pactum de retrouendendo transmittatur in hæredem, vt s̄. dictum est, pariter videtur, quod cedi possit. Sed hoc argumentum non videtur procedere affirmatiuè, prout arguit Paul. de
e Cast. nam negatiue [e] valet argumentũ, prout loquitur tex. in d. l. ex pluribus. & declarat Alex. in l. si stipulatus fuerim illud. de verbo. oblig. & Moder. in l. j. fi. ff. de oper. noui nuntiat. opinionem tamen Paul. de Castr. sequuntur, & comprobant nouissimi in d. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. in 6. q. † & retenta ista opinione Pau. de Cast. quæ verior videtur, & ex supra dictis iustificatur illa venditio iuris redimendi facta per Petrum de Dum, filium dicti Girardi, qui uillam uendidit, quia illud ius redimendi transiuit in filium Petrum, & hęredem, & ipse Petrus potuit illud ius uendere dicto Petro Amerit, vt supra dictum est. Et ex persona dicti Petri illud ius translatum fuit in eius nepotem Saluatorem, qui nunc reperitur possidere dicta bona, & cum ipse Saluator haberet actionem, si alius posideret virtute supra dicti pacti de retrouendendo, vt no. in l. si cum venderet ff. de pign. act. vbi
f Pau. de Castr. dicit actionem personalem, & realem [f] competere virtute dicti pacti de retrouendendo, à fortiori ipso posidente videtur exceptionem habere, quia cui damus actionem, à fortiori exceptio videtur illi competere. l. cui damus. ff de regul. iur. & in regul. qui ad agendum. de reg. iur. in 6. & in l. j. §. is autem. ff. de superficie. & ideo videtur, quòd optimo iure dictus Saluatr possessionem dictorum bonorum retinere possit iuxta regulam actore non probante reus absoluitur. l. qui accusare. C. de eden. capitulo inter dilectos. in fin de fide instrumen & in capitul. vni
15 co. ut eccle. benefi cum simil † & cum isto casu videatur constare de iure ipsius rei, non solum debet reus absolui, quia actor nõ probauit, sed etiam debet ferri sententia declaratoria in fauorem rei declarando illum esse dominum rerum, & bonorum, de quibus agitur, ut tradit Angel. Aretin. institu. & actio. §. primo not. in l. circa. ff de probatio & cum Saluator prædictus reperiatur possidere dicta bona absque alia traditione, videtur in eum translatum dominium. §. interdum. institu. de rerum diuision. & in l. qua ratione. §. interdum. ff. de acquiren. rerum domi. & hoc esset clarum in uenditione, prout iura præallegata loquuntur, idem tamen uidetur esse in pacto de uendendo, uel retrouendendo, ut tradit, probat dicto Bartholo. Socin. in consil. centesimoseptuagesimo. In præsenti consultatione. ubi ex pluribus mediis concludit, quòd etiam in pacto de uendendo sequuta traditione transfertur dominium., sicut in contractu uenditionis, in quo traditione facta transit dominium in emptorem. & in casu isto etiam absque alia traditione translatum fuit dominium, ex quo res reperiuntur esse apud dictum Saluatorem. d. §. interdum. institu. de rerum diuisio. & in d. l. qua ratione. §. interdum. ff. de acquiren. rerum domi. & ex prædictis satis constare videtur dictum Saluatorem habere potiora iura in dictis bonis. Non ob. prædictæ conclusioni, si dicatur, ꝙ pactum de retrouendendo, in quo fit fundamentum, fuit resolutum, quia conuentum fuit, ꝙ si pater dom. Pet. de Dum, qui fuit Girardus de Dum, qui uendidit uillam Iac. de Aragal, non habebat potestatẽ uendendi, conuenerunt dom. Pet. Amerit, & dictus do. Petrus de Dum, quòd dicta uenditio iuris redimendi non habeat locum, & ꝙ illa uenditio retractetur. quia respondetur, quòd talis conuentio fuit facta sub conditione, si pater do. Petri de Dum, non habebat potestatem uendendi, & ista conditio non fuit uerificata, quia imò habebat potestatem uendendi, ut supra dictum fuit,
16 inspecto tenore primæ inuestituræ; † & sic conditio dictę conuentionis non est impleta, & consequenter illud pactum non uidetur habere locum. l. cedere diem ff. de verbo. significa. l. hęc uenditio. in princ. ff. de contrahen. emp l. necessariò. §. 1. ff. de peri. & commod. rei uendi. & facit text. in l. 1. ff. de dona. ibi, totũ hoc sub conditione est. nam conditio pro causa habetur, ut not. Bar. per illum tex in l. a Titio. de verb. obli. & cessante causa cessat effectus, in c. cum cessante. de appel. cum sim. ut dixi ibi. Postremò ad maiorem corroborationem supradictorum accedit confirmatio facta a Serenissimo rege Ioan cui Franc. de Alego, præsentauit emptionem ab eo factam a Iaco. de Aragal, & in instrumento dictæ emptionis erant expressæ conditiones requisitę per regem Martinum in prima eius concessione, & specialiter, quòd dictum fudũ diuidi non possit, & rex prædictus dictam uenditionem factam per Iaco. de Aragal, do. Franc. de Alego ex certa scientia, deliberatè, & consultè approbauit, & ratificauit, ut in puncto dicitur: vnde ex tali confirmatione facta ex certa scientia uidetur purgari quilibet defectus, qui
17 interuenisset: quia † quod factum est certa scientia Principis, in dubium reuocari non potest, ut no Bartolus in l. conficiuntur. §. codicilli. ff. de iure codi in prin. & idem Bart. in consi. 165. Ciuitati Camerini. in versic. super secundo. ubi inquit, ꝙ quando Princeps aliquid facit ex certa scientia. videtur omne obstaculum remouere: alleg. l. idem Vlpianus ff. de excus. tut. & l. quidam

ADDITIONES.

a ¶ Licet.) Dixi in consuet. Paris. tit. j. in rub. nu. 46. cum seq.

b ¶ Gallia.) Dixi in consuetu. Parisien. §. 13. glo. 5. & in rub. nu. 49.

c ¶ Cedere.) Imo potest cedi, quamuis restitutio formalis, seu solennis non possit fieri cessionario, sed cedenti ad commodum cessionarij, ut dixi in nouis intellectibus super d. § ex asse. & in l. prima. in lectura mea. C. de pac. quod est notandum, quia in hoc omnes gloss. & doct. ad vsque errauerunt. & a 30. an. aduocati doct. & collegia bonam causam illustriss. omnis Germaniæ principum fere perdiderunt, & in vltimum discrimen occasione huius erroris adduxerunt, donec consultus e regestis meis ostendi ius clarum, & expeditum esse.

d ¶ Pau.) Quod est consi. 1. lib. 2. in nouis. idem, quòd retractus conuentionalis cedi possit, tenet Barb. consilio. 51. libro. 11. cuius dicta transcribit Ias. in l. prima. §. vsufructuarius. de oper. nou. nuntia. Hier. Grat. consilio. 157. in fin. libro. 2. dixi in consue. Parif. § 13. glo. j. nu. 20. idem do. And. Tiraq. in trac. retract. conuent.

e ¶ Negatiue.) Idem Roma. consi. 484. Phil. Dec. l. si maritus. in fi. C. de collatio. ubi dixi.

f ¶ Realem.) Et bene, vt dixi contra Alex. consi. 10. lib. j. Et vltra ea, quæ ibi dixi, Idem tenet Ang. Aret. §. vlt. Insti. quibus mod. tol. obli. Io. Ana. in c. conquestus. de vsur.

dam consulebant.de re iud.& in d.con∫.etiam dicit, ꝙ clausula, ex certa ∫cientia confirmat illud, quod est inualidum : allegat. c. 2.de confir. vti.vel inut.& no.in c.1.& ibi gl.fi.de trãſ.& no .Bar. in l.priuilegia. in prin.C.de ſacroſ.ec Pau.de Caſ.in ꝯſil.231.Dubitatur primò. in fi.& Alex.in conſi.338.Viſo ſtatuto.libr.4.cũ ſi.ut dixi in c.1.de confir. vti.uel inuti. & quod in caſu iſto factũ ſit ex certa ſcientia principis, probatur, quia ita exprimitur, ut no.per gl.fin.in clem.& ſi principalis de reſcript.& in capit. ſtatu.in verbo,literarum.de reſcrip.in 6.Ro.in conſi.327. Iſtæ ſunt rationes.verſic.quarta ratio.& dixi in c.porrecta. de confir.vtil. vel inutil. & ideo cum in caſu iſto confirmatio facta ſit ex certa ſcientia,ut in ipſa confirmatione expreſſe dicitur,uenditio, dato quòd nulla fuiſſet, conualidata videtur. Et vlterius etiam cõſiderandum eſt, quòd dicta villa cum authoritate regis Io. fuit data, & aſſignata do. Antoniæ pro ſua dote, quia maritus ſuus Frãn.de Alego emerat dictam villam a Iaco. Aragal, cum pecuniis dotis dictæ dom. Antoniæ:& merito illi data,& conſignata fuit pro ſua dote, ita quòd illam retinere poſſet pro ſua dote, & illam dimittere ſuis, vel extraneis, prout uoluerit. & ipſa domi. Antonia tenens, & poſſidens dictam uillam uendidit Petro Amerit, qui Petrus, ut haberet dictam villam liberam, & expeditam, redemit ius retrouendendi à Petro de Dum, filio dicti Girardi, qui uillam vendiderat Iac.de Aragal, cum illo pacto de retrouendendo:& ſic ex perſona do.Anto.quę conſecuta fuit plenum dominium mediante regia maieſtate, quæ illi dedit, & aſſignauit illi dictam uillam, ut ſupra dictum eſt, in dictum Petrũ Amerit, dominium, & plenum ius dictæ villæ tranſlatum fuit mediante venditione illi facta per do. Antoniam, & hoc plenũ ius ſucceſſiuè tranſlatum fuit in ſaluatorem Amerit dicti Petri emptoris nepotem:& ſic etiam ex iſto capite dominium, & poſſeſſio dictæ villę meritò apud ipſum Saluatorem eſſe vr̃. Non ob
18 ſtat, quòd † feudum de quo agitur, ſecundum formam inueſti-
a turæ non poterat diuidi,[a] in duas, vel plures perſonas ſine domini licentia, & permiſſu, ut in conceſſione regis Martini dicitur: quia etiam ad hoc reſpondetur, quòd talis diuiſio videtur facta de licentia, & permiſſu regis ex eo, quòd narrata tali prohibitione diuiſionis regi Ioan. ipſe talem diuiſionem, & venditionem factam de dicta villa affirmauit, & comprobauit cum, clauſula, ex
19 certa ſcientia.ut ſuprà dictum fuit talis enim † clauſula, ex certa ſcientia.diſpenſationem inducit, ut nota.Bald. in ca. cum ſuper
20 in principio.de cauſ.poſſeſſio.& proprie.& ad hoc facit, † quia princeps eligendo ſcienter indignum videtur cum eo diſpenſa-
b re,[b] ut not.Barto.in l.quidam conſulebant.ff.de re iudica. in ſecunda not.& idem not.Barto. in l.ſecunda C.ſi ſer.vel liber.lib. 10.& facit tex.in l.idem Vlpianus.ff.de excuſ.tut.§.j.& quod ibi Bar.& in l.Imperialis.§.j.ubi Bar.C.de nuptijs.& tradit Rom. in conſil.216.Electio dicti domini capitanei.& Abb.in conſil.101. Videtur primò.lib.2.& not.Abb.in cap.præterea.in verſic. nota bene hoc dictum Inno.de teſta.cog.& idem Abb. in c. frater.de ſchiſma.& in ſimili not.Barto.in l.cum pater.in §.liber.de leg.2. quòd pater, qui agit ſimul cum filio, videtur conſentire filio, qui non poterat agere ſine conſenſu patris.& idem not. Bald. in l.fi. in verſicul.quæro, dicit ſtatutum.C.ad Macedonia.cum ſim. vt tradit Alexand.in l.ſi conſtante.§.ſi vxor.in princip.ff.ſolut.matrim.& in l.is, qui heres.§.neque filius.ff.de acquiren.hæredi. Et ſic ex omnibus ſupra dictis apparet dictum Saluatorem iuridicè tenere, & poſſidere bona, de quibus agitur, & in illis habere potiora iura.

ADDITIONES.

a ¶Diuidi.]Dixi in conſue.Pariſ.§.35.q.j.

b ¶ Diſpenſare.]And.Iſer.de prohi.feu.alie.per Frid.Fran.Cur.tract.feu. 2.Ro.conſil.216.conſi.37.Io.Imo.conſi.132.nume.6. Io.Fab.l.pen.C.de neceſſar.ſer.hære.inſt.Quod ampliat Io.Imo.in d.l.quidam conſulebant. etiam ſi non ſit clauſula,non obſtante.Io.Ana.c. vni. de ſchiſmaticis.quę ampliatio non eſt vera, ubi lex habet clauſulam derogatoriam. vide late Oldr.q.345.cum tribus ſeq.pro affirmatiua.& q.329.cum tribus ſeq.pro negatiua.

EPIT. Conſil. CCCCCCXV.

In crimine falſi requiruntur probationes concludentes: vnde priuata ſcriptura non legitime probata, aut inquiſitio, omiſſo iuris ordine facta ad condemnandum non ſufficerent, quamuis cum eis concurrerent ſuſpitiones, & præſumptiones.

SVMMARIVM.

1 *Suſpitio falſitatis in falſitatis, crimine pro falſitate habetur.*
2 *Probatio in crimine falſitatis debet neceſſario concludere.*
3 *Præſumptiones, quæ in ciuilibus admitterentur, in criminalibus non ſufficiunt ad condemnandum.*
4 *Præſumptio magis eſt pro cõſilio alicuius collegij, quàm pro conſilio particulari.*
5 *Veritas per plures melius inuenitur.*
6 *Inquiſitio quæ ſit permiſſa.*
7 *Actore non probante, reus abſoluitur.*
8 *Probationes criminalibus clariores requiruntur.*
9 *Iuramentum in defectum probationis non defertur in criminalib us.*
10 *In criminalibus imperfectę probationes non coniunguntur ad faciendam plenam probationem.*
11 *Ille, cuius inſtigatione iudex inquirit, tenetur ad expenſas, quando deducta in inquiſitione non ſunt probata.*
12 *Iuſta cauſa non excuſat in pœna conuentionali.*



Iſa Inquiſitione formata ꝯ Io.Franc.do.Iac.Caſtagnolæ de Spedia, & diligenter cõſideratis omnibus, quæ proponuntur, in effectu quærit, an de falſitate, quæ dicto Ioan.Fran.obijcitur, ſufficienter ſit
1 probatum, ita ut debeat condemnari. † Et prima facie videbatur dicendum, ꝙ ſic, quia in tali crimine falſitatis ſpeciale eſt, quòd ſuſpicio falſitatis pro falſitate habeatur, ut dicit Arch.19. diſtin. c.in memoriam.alleg.tex.in l.iubemus.C.de proba.ibi, quaſi falſarios eſſe detinendos. & dictum Archid.ſequitur Io.de Ana.in rub.de crimin.falſi.& Alex.in conſi.87.In cauſa accuſationis.li.1. & non vr̃ poſſe negari, quin in caſu iſto ſit ſuſpitio falſitatis, ergo videt̃ condemnandus.& propoſito caſu videntur concurrere tria, quæ requirũtur in falſitate ad hoc, ut puniatur, dolus, mutatio veritatis, & ꝙ falſitas alteri noceat, vt tradit Petr.de Anch. in conſi.24. Viſa inquiſitione formata. His tamen non obſtantib. vlterius cogitan. contrarium de iure eſſe arbitror, videlicet ꝙ dictus Io.Fran. omninò abſoluendus ſit. & pro fundamento ve-
2 ro, & irrefragabili præmittendum eſt, ꝙ † in crimine falſitatis probatio debet de neceſſitate concludere, ut no.Bal.in l.iuriſgẽtium.§.quod ferè.ff.de pactis. & cum regulariter probatio dẽat eſſe concludens, c.in præſentia.de probatio. l. non hoc. C. vnde legiti. ſ̃m Bal. qui videtur ponere ſpecialitatem in falſitate, vr̃ dicendum, ꝙ magis concludens, ſtrictior probatio requiratur. & hoc vr̃ procedere ſ̃m regulam, quæ eſt; quod in criminalib. cla-
3 riores probationes requiruntur.l.fi.C.de probat. † & ideò præſumptiones, quæ in ciuilibus admitterentur, in criminalibus non ſufficiunt ad condemnandum, vt not.Ant.de Butr.in c. quanto. de præſump. Abb.in c.2.de præſump. Alex.in conſi.15.Viſo proceſſu.lib.1.& hoc in crimine falſi tradit Alexan.in conſi.70. Viſo proceſſu.eo.lib.1.& conſi.179.In cauſa Anglorum.libr.2.& idẽ in cauſa falſitatis ſcribit Petr.de Anch.in conſi.24.ſ.alleg. Fulgo. in conſi.173.In cauſa inquiſitionis. Ex quibus omnibus indubitãter patet, ꝙ in caſu iſto probationes neceſſario concludentes requiruntur. eſt ergo videndum, an probationes factæ contra Ioã. Franc.inquiſitum concludentes ſint.& abſque dubio concludendum eſt, ꝙ non, quia probatio ſolum fuit facta per comparationem literarum, q̃ non ſufficit, & quia non eſt legitimè facta circa primum, ꝙ non ſufficiat, tenet Bar. in l.admonendi.ubi loquit̃ de apocha.ff.de iureiuran.in auth.& ſi contractus.C. de fid. inſtr. & in l.nuda rõ.ff.de dona.& idem Bald. in auth. ſed nouo iure.in uerſi. vlterius quæritur.C.ſi cert.pet.ubi inquit, ꝙ ſi fiat comparatio ad priuatam ſcripturam ſimplicem abſque teſtibus, non habet uim perfectæ probationis, & ẽt not. Barto.in l. ſcripturas.in fi.C.qui potior:& tradit Alex.in conſ.76.Ponderatis his.li.3.ubi inquit, ꝙ ad hoc, ut probetur, ꝙ ſcriptura ſit ſcripta de manu alicuius, oportet, ꝙ teſtes deponant ſe præſentes fuiſſe, quando ille ſcripſit dictam ſcripturam, & ſi non fuiſſent preſentes, non ſufficeret, ſi dicerent ſe vidiſſe alias ſcripturas ſcribere, & literas ſuas recognoſcere, adeo quòd exinde iudicant ſcripturam, de qua quæritur, fuiſſe eius manu ſcriptam. allegat. text. in §. ſi quis igitur.in Auth.de inſtr. cau.& fide.& Bart. in locis ſupra alleg. nam licet teſtis viderit pluries vnum ſcribere, & habeat notitiam qualitatis eius ſcripturæ, poteſt de facili decipi, ſi per alium ſcribatur litera eiuſdem formæ, ut latè concludit Cornel.in conſilio. 58.In hac conſultatione.lib.3. & cum prædictis concordat Are. in conſilio.54.Diligenter, & maturè diſcuſſis omnibus. vbi pariter concludit, quòd ad probandum ſcripturam eſſe de manu alicuius non ſufficit quòd teſtis dicat, quòd iudicio ſuo illa ſcriptura ſit de manu illius, de quo quæritur, & ideo videtur, ꝙ per comparationem factam in iſto caſu non ſit probata falſitas. Similiter circa ſ̃m non videtur legitimè facta comparatio, ut probatur ex his, quæ not. Ang. in authen. ſi quis vult cautè.C. qui poti. in pig. ubi dicit, quòd ſi ſit priuata ſcriptura, prout in caſu iſto agitur, non poteſt peti, vt propter illam fiat comparatio literarum, niſi habeat ſubſcriptionem trium teſtium, uel probetur per teſtes, qui illam ſcribi viderunt. unde ibi admonet mercatores, vt cauti ſint, ut non confidant in ſimplicibus apodiſſis

occulte

occultè factis,& a nullo subscriptis: quia si eas producunt in iudicio,& debitores negant, nõ poterit peti per talem simplicem apodissam, ꝙ fiat comparatio:& s'm istam conclusionem nouissime fuit iudicatũ in senatu Cæsareo in ciuitate Neap. residenti,
a ut patet in deci.[a] 181. In quodam processu fuit producta. vbi in fine recitatur, ꝙ totum consilium fuit in hoc voto, ꝙ priuata scriptura sine subscriptione testium,& sine depositione testium, qui viderint illam scribere, non facit fidem, licet sint testes, qui dicũt se hr̃e notam manũ illius, & ꝙ eis videtur, ꝙ sit manus illius, tamen ipsi non viderunt eum scribere, quòd talis apodissã nullam facit fidem,& ita fuit iudicatum. & pro ista decisione præsumen
4 dum est, quia † magis pręsumitur pro consilio alicuius collegij,[b]
b q̃ pro consilio particulari, vt no. Abb. in c. prudẽtiam. in prin. de off. dele. per illum tex. vbi dicitur, ꝙ firmius reputatur iudicium plurium, quam vnius. & quia facilius inuenitur, quod a pluribus
5 quæritur. 20. dist. in c. fi. † & per plures veritas melius inuenitur, vt no. Dom. de sancto Gemi. per illum text. in c. per hoc. §. verũ.
6 de hære. in 6. † Et vlterius considerandum est, ꝙ ista inquisitio falsitatis non fuit formata secundum ordinem iuris, quia fama non præcessit, prout requiritur, nam non est procedendũ ad inquisitionem, nisi fama præcedente a personis fide dignis, non a maleuolis, non tm̃ semel, sed sępius, vt dr̃ in c. qualiter, & qñ. el 2. §. j. & in §. fi. de accusa. in c. licet Heli. de simonia. & in c. j. de accusa. in in gl. & no. Gand. in tract. mal. in tit. quomo. cogno. de male. per inquisi. in versi. super inquisitione facienda. Bar. in l. congruit. ff. de offi. præsi. Ang. de Perus. in l. si vacantia. in ver. de quinto vero articulo. C. de bo. vac. lib. 10. Ang. Are. in trac. mal. in ver. 4. principaliter quæro. Fulgos. in consi. 107. Super eo. & in consi. 139. In causa criminationis. Io. de Ana. in consi. 59. Visa inquisitione.& ista inquisitio fuit formata ad requisitionem maleuoli,& aduersarij in ista causa,& quia iste, qui voluit mouere quæstionem falsitatis, debuit se inscribere ad pœnam talionis, vt est text. in l. fin. C. de fide instru. vbi dicitur, ꝙ si quis velit instrumentum semel approbatum arguere de falso, debet se prius inscribere ad pœnã talionis.& ita videtur in isto casu, quia scriptura, de qua agit̃, fuit approbata coram arbitris. & cũ dicta scriptura producta fuerit coram arbitris, & secundum illam latum laudum fuerit, a quo reclamatum non fuit, imo approbatũ fuit, quia in executionem sententiæ arbitralis habuit residuum pecuniarum repositarum: vnde videtur, ꝙ dictus Ant. aduersarius approbasset dictam sententiam arbitralem, argu. l. ad solutionem. C. de re iu.& in c. quo ad consultationem. de re iudic. & cum sit laudum approbatum, reductio peti non potest, vt no. Ang. in consi. 315. Ius petendi reductionem. & refert Soc. in consi. 220 Visis compromisso. pari ratione videtur, ꝙ contra laudum ratificatum reclamari nõ possit prætextu falsitatis. Non obstat l. si ex falsis instrumentis. C. de transa quia procedit contra eum, qui commisit falsitatem, vt no. Alex. post Iac. Butr. in d. l. si ex falsis. versi. subdit etiam. & Io. Frã. ipse nõ commisit falsitatem.& licet dicatur, ꝙ vsus sit tali instrumento, hoc non est probatum, & in hoc non videt̃ laborandũ, ex quo falsitas non est probata, vt suprà dictum est. vnde succe
7 dit regula, ꝙ actore † non probante reus absoluitur. l. qui accusare. C. de eden. c. inter dilectos. in fi. de fid. instru. in c. j. vt eccl. benefi. & hoc maxime habet locum in criminalibus, vt no. per gl.
8 in d. l. qui accusare. † quia in criminalibus clariores probationes
9 requiruntur. l. fi. C. de proba. † & ideo in criminalibus non defertur iuramentum in defectum probationis, gl. in l. 3. in verbo, agatur. de iureiu. & Bar.& doct. ibi sequuntur. & Bar. in l. fin. ff. de in lit. iur. ad idem gl. in c. cum sint partium iura. de reg. iur. in 6. cum si. vt tradit Alex. in d. l. 3. & in consil. 66. Viso processu. lib. j.& in
10 † criminalibus imperfectæ probationes non coniungũtur ad faciendum plenam probationem, vt no. Bar. in l. si quis ex argentarijs. §. 1. ff. de ęden. Alex. in cõsi. 143 Quoniam abunde. li. 2. Barth. Vero. in consi. 32. Quidam rustici. dixi in c. cum causam. de prob. & in consi. 429. Licet in causis.& ex omnibus suprà dictis remanet firmata conclusio, ꝙ dictus Io. Franc. a prædicta inquisitione omnino absoluendus sit. Non ob. dictum Arch. in d. c. in memoriam. quia illud dictum non videtur verum, ut patet ex supra dictis; & late declaraui in c. porrecta. de confir. vti. vel inut. & in consil. 189. Lætatus sum. nam in d. c. in memoriam. Archi. uidetur ponere specialitatem in crimine falsitatis quo ad capturam, prout loquitur text. in d. l. iubemus. quem adducit, sed non habet locum quo ad condemnationem, de qua agitur, quia in con demnatione etiam præsumptiones non sufficiunt in criminalibus, vt supra dictum fuit. Præterea Arch. in d. c. in memoriam. non dicit, quod suspicio falsitatis pro falsitate habeatur quoad condemnationem, sed dicit, quod iudex mediante suspicione procedit ad pœnam, ista uerba videntur importare, quod in causa procedatur propter suspicionem falsitatis, non autem inferunt, quod immediate pro suspicione falsitatis puniatur. Secundo illud dictum Arch. potest saluari in præsumptione iuris, pro qua quis potest condemnari. l. j. C. de sicariis. secus in pręsumptione hominis, vt Abb. distinguit. in c. accedens. de accusa. Tertio potest illud dictum Arch. tolerari in ciuilibus, secus est in criminalibus, in quibus illud dictum nullo modo videtur procedere, vt latius dixi in locis supra alleg.:& gratia breuitatis non
11 refero,& quia de facili videri possunt, † & cum non sint probata ea, quæ in inquisitione deducta sunt, vt patet ex s̃. dictis, ille, qui inuestigauit ad inquirendum, debet condemnari in expensis, vt no. Bar. in l. in senatus. §. an ad eos. in uer. secũdo quero. ff. ad Turpil.& in l. j. §. incidit. eo. tit. ff. ad Turpil. Barth. Vero. in consi. 56. Decreuit magnificentia vestra. in fi. Vlterius etiã videtur, quod dictus Antonius aduersarius inciderit in pœnam insertã in compromisso, quia dicendo de falsitate dictæ apodissæ videt̃ voluisse impugnare laudum, ideo videtur incidere in pœnam cõpro-
12 missi, nec videtur, ꝙ aliqua ex causa excusari possit, † quia agitur de pœna conuentionali, in qua etiam iusta causa non excusat, vt tradit Alex. in consi. 119. Quæritur, an dominus arbiter. lib. 2.

ADDITIONES.

a ¶ Decisio.) Apud Mat. de Affli. in deci. Nea. deci. 181. & quod huiusmodi comparationes periculosæ sint, Alex. consi. 112. lib. 2. consi. 126. nu. 8.& 10. li. 3. vbi in annotatio. dixi. Caro. Rui. consi. 69. & 70. li. j.& Phil. Dec. c. translato. lectu. j. nu. 8. de constit. c. 2. nu. 25. de fid. instr. acquirit omnimodam similitudinem, Sed quòd sola probet, malè dicit ibi. nu. 16.

b ¶ Collegij.) Verum est cæteris paribus, Secus quando vnus est excellentior multis, ut Valer. Maxim. refert.

EPITOME Consil. CCCCCCXVI.

Renuntiatio plurium hæreditatum cum iuramento a filia, vel nepte facta mediante dote congrua ei data, adeo ualida est, quod ei contrauenire non potest, etiam per in integrum restitutionem, nisi de enormi læsione appareret.

SVMMARIA.

1 *Filia enormiter læsa, etiam quòd iurauerit, contrauenire potest.*
2 *Iuramentum monialium non adstringit monasterium.*
3 *Fœminæ sicut masculi æqualiter de iure communi succedere debent.*
4 *Expensæ factæ per patrem in infirmitate filiorum habentium bona materna præsumuntur factę animo repetendi.*
5 *Legitima potest de consensu partium assignari.*
6 *Legitima debetur secundum æstimationem bonorum, quæ mortis tempore reperiuntur.*

VISO contractu celebrato inter Andream Petri de Guarinonibus pro vna parte,& eius nepotem vna cum monialibus sancti Bernardi pro alia parte, reuocatur in dubium, & quæritur, an dicta nepris cũ dictis monialibus contrauenire possint dicto contractui, & reclamare pretextu enormis læsionis, uel saltem monasterio videatur restitutio in integrum competere. & primo motu videbatur dicendum quòd dicta neptis contrauenire possit: nam renuntiando tot hæreditatibus pro una dote uidetur læsa enormiter saltem re ipsa, quo casu renuntiatio etiam cum iuramento non videtur illi præiudicare. & in tali casu non habet locum tex. in c. 2. de pact. in 6. ita concludit Pet. de Anch. in consilio 38. pro clariori decisione. ubi ponderat, ꝙ renuntiatio erat facta pro quinque hæreditatibus pro una dote, prout etiam in casu isto uidet̃,
* & est **communis* opinio, quod data enormi læsione non † obstan
1 te renuntiatione cum iuramento filia, uel neptis, quæ renuntiauerint, reclamare possit, vt tradit Cald. in consilio 8. Duæ puellę. in tit. de iureiur. Ant. de But. in consilio 45. Iuris rigor. Fed. in consilio 99. Quæritur, an do. Margareta. Ant. de But. in ca. pcum contingat. in uersic. quartus casus principalis. de iureiur. & idẽ Abb. ibi concludit in uersic. nonus casus est. & idem Abb. in consilio 107. Quatuor sunt. in 2. dub. li. 4. Raph. Cum. in consilio 280 Videtur prima fronte. cum aliis sim, ut late dixi in consi. 80 Visa renuntiatione.& in consi. seq. 180. Satis nota est quæstio. & mona-
sterio videtur saltem competere restitutio in integrum, cui non
2 uidetur obstare iuramentum, quia † iuramentum monialium nõ adstringit monasterium, ut not. per glo. in cap. j. in uerbo, contractu. de in integ. resti. in 6. & tradit Cal. in d. consi. 8. tit. de iureiur. nouissime Card. scribit in consi. 45. In hac consultatione. li 2. His tamen,& similibus, quæ adduci possunt, non obstantibus contrarium de iure esse arbitror, uidelicet ꝙ neptis prædicta, nec moniales prædicto contractui aliquo modo contrauenire possint, nec etiam per restitutionem in integrum, quia dicta neptis secundum ea, quæ proponuntur more Scæuolæ Iurisconsulti, non reperitur læsa saltem enormiter: & hoc demonstrari pos-

test

test perscrutando omnia iura, quæ dictæ nepti competebant. Primò.n.ex persona sua in dote materna, quæ fuit ducentorum scutorum, cũ haberet duos fratres, tertia pars dictæ nepti debebatur, quia † filij de iure communi tam fœminæ, q̃ masculi æqualiter succedunt. §. 1. in Auth. de hær. ab intest. ue. & in auth. in successione. C. de suis, & leg. & mortuis dictis eius fratribus ipsa cũ Andrea dictorum filiorum patre ad portionẽ dictorum fratrũ de dote materna vocabatur æqualiter. auth. defuncto. C. ad Tertyl. & sic in effectu dicta neptis debuit hr̃e duas partes dotis maternæ ex persona sua, & suorum fratrum, quæ ascendunt ad summam scutorum 134. vel circa. Secundò dictæ nepti ex persona Iacobi eius patris ius competebat ad dotem auiæ pro parte dimidia, quæ ascendit ad summam 25. scutorũ, quia dos data fuit 50. scutorum, quæ delata fuit dicto Iacobo, & fratri suo: & sic † pro dictis dotibus in effectu debebãtur 158. scuta in totum, de quibus debent detrahi 150. scuta, quæ Andreas prædictus pater dictorum filiorum exposuit pro curandis dictis suis filijs, qui mo. bo pestifero mortui sunt: & cũ prædicti filij haberent bona materna, dictus Andre. pater fecit dictas expensas animo repetendi, ut ipse asserit, & attestatur in libro rationũ suarum, ut est tex. in l. Nesennius. vbi Bar. ff. de neg. gest. & idem Bart. in l. si patrono. C. de nego. gest. & ista ꝯclusio clara vr̃ in isto casu, in quo bona materna erant apud patrẽ, quo casu vr̃ pr̃ in dubio de bonis filiorum exposuisse, vt est tex. in l. 2. ff. de peti. hære. & ibi Bar. & idem Bar. in d. l. Nesennius. in versi. item licèt pater. & facta tali computatione parũ consequi potuisset dicta neptis de hæreditate fratrum suorũ. Tertiò † dictæ nepti non vr̃ ius cõpetere in bonis, & in hæreditate Andreę aui paterni adhuc viuentis: nam illo viuente nullum ius vr̃ competere. l. 1. §. si impuberi. ff. de col. bo. sed post mortẽ dicti Andreæ dictæ nepti legitima debetur, quia sublato Iac. eius patre de medio ipsa in locum sui hæredis subrogata est. §. sui autẽ. insti. de hære. & qualit. & diffe. §. ita demũ. inst. de hære. q̃ ab inte. & in l. posthumorũ. in prin. ff. de iniu. rup. & ista legitima, quæ debetur dictæ nepti post mortẽ dicti Andr. ẽt põt dari, & assignari in vita de consensu partium, uidelicet dicti Andr. & dictæ neptis, & monialium, & facta tali assignatione, neptis non põt impugnare testm̃ dicti Andr. dato, ꝙ in eo esset pręterita, quia illi non est facta iniuria, vt no. Bar. in l. Gallus. §. & qd sit tm̃. ff. de libe. & posth. & tradit Alex. in consi. 180. Visis duobus. lib. 5. † & cum legitima debeatur secundum ęstimationem bonorũ, quę reperiuntur tempore mortis, l. cum quæritur. C. de de inof. testa. tñ in uita assignari põt, ut dixi, & talis assignatio facta fuit in fauorẽ ipsius neptis, & monasterij, quia fuit soluta an tetp̃s, & quia ipsa neptis potuisset mori uiuente d. And. & quia fortè dictus And. potuisset minus hr̃e in bonis tempore mortis, q̃ habeat de præsenti, & ꝑ ꝑ dubium euentum in prædictis iustificatur talis conuentio. ar. l. de fideic. C. de transſ. & no. hoc Iacob. But. in l. pactũ, qd̃ dotali. C. de col. Bal. in l. si successione. in fi. C. de reuo. his, quæ in frau. cred. & in l. fi. §. 1. versi. quid ergo. C. de vsu. rei iudi. cum sim. vt tradit Alex. in d. consi. 180. & certè rõ præalle. ꝙ neptis posset mori viuente And. s̃. dicto, dẽt ponderari, quia illã considerat Bart. in auth. si qua mulier. in fin. C. de sacros. eccle. alleg. tex. in l. Statius Florus. §. fin. ff. de iure fisci. Et ex prædictis patet manifestè, ꝙ non põt dici, ꝙ dicta neptis sit enormiter læsa, & cum in dotẽ habuerit prædiũ cum domo ęstimationis sexcentum aureorum, attentis facultatibus dicti Andr. quæ paucæ, & tenues sunt, vr̃ habuisse vltra quantitatem legitimæ. & cum ita conuentum fuerit ꝑ ꝑ incertum euentum futuri t pis; nõ est à ꝯuentione recedendũ. & ex his etiam patet nullã restitutionẽ in integ. monasterio ꝯpetere, quia deficit læsio, in qua fundamentum restitutionis consistit. l. nã postea. §. si minor. ff. de iureiu. l. uerum. §. sciendũ. ff. de mino. vbi Barto. & idem Bart. in l. fi. C. de in integ. rest. & tradit Abb. In consi. 77. In quæstione. li. 2. Io. de Ana. in consi. 48. Circa præsentem causam. & ex his responsio colligitur ad alleg. suprà in contrariũ, quia hr̃ent locum probata enormi lęsione, prout doct. loquuntur in locis s̃. alleg. in ꝯrium. similiter rest. in integ. hr̃et locum data non parua læsione. l. scio. ff. de in integr. restit. quæ quidem non fuit in isto casu, ut supra demonstratum fuit: meritò concludo, ꝙ prædictus contractus debeat inuiolabiliter obseruari.

EPITOME Consi. CCCCCCXVII.

Statum disponens sub vniuersalibus uerbis, quòd extante patruo prędefuncti eius mater à successione excludatur, ad amitam quoque porrigitur, quæ tunc matrem excludit.

SVMMARIVM.

1 *Statum excludens matrem à successione filij ab intestato, an habeat locũ in successione filii pupilli, qui testari non potest.*
2 *Mater, quæ excluditur à statuto extante patruo, an etiam excludatur extante amita.*
3 *Regula negatiua quando cum affirmatiua concurrit, negatiua attenditur*
4 *Negatiua intensius negat, quàm affirmatiua affirmet.*
5 *Statutum contra ius commune restringi debet.*
6 *Dispositio generaliter loquens generaliter debet intelligi.*
7 *In statuto contra ius commune potest fieri extensio non solum a ratione expressa, sed etiam a ratione coniecturata.*
8 *Argumentum a maioritate rationis, valet in statutis.*
9 *Verba in statutis debent intelligi, vt aliquid operentur.*


Deo plenè, & subtiliter in casu proposito omnia deducta sunt à supradictis excellentiss. doct. vt nullus dicendi locus superesse videatur. Negari tamen non potest, quin casus sit dubitabilis, & præsentis consultationis difficultas in duobus consistit. Primò † an
1 statutũ, quod excludit matrem à successione filij ab intestato, habeat locũ in successione filij pupilli, qui non potest testari. & in hoc vario modo loquuntur doctores, ut latè Alexã. scribit in l. generaliter. in prin. C. de instit. & substit. & supra conclusum fuit secundum opin. Bar. in l. 1. in prin. ff. de suis, & legi. ꝙ statutũ ẽt habeat locum in pupillo, & istam sequutus fuit in d. l. generaliter. Sed postea consulendo cum magna diligentia superiori an-
a no in ciuitate Rauennensi [a] tenui, ꝙ in pupillo statutum non haberet locum, & istam opin. negatiuam comprobaui efficaci, & noua ratione, quia mater, quæ excluditur ab intestato, potest sperare, ꝙ ex testamento filij adulti admittatur. & ista ratio cessat in pupillo, qui non potest matrem instituere: vnde mater in pupillo excluditur ab intestato, & ex testamento, ideo non videtur habere locum statutum, quod limitatè loquitur ab intestato, ut latius dixi in d. cõsi. & cum authoritates essent pares in tali dubio, visum fuit mihi, ꝙ ratio prædicta præponderaret, & ita dixi, nec ab ista opi. recederem: sed quia ista difficultas cessat propter statutum, quod viget in ciuitate Aretij, quo cauetur, ꝙ intestatus, & ab intestato dicatur decedere, qui nullum fecit testamentũ, ẽt si talis foret, qui de iure testamentum facere non posset, in hoc non uidetur laborandum, cum hoc primum dubium a statuto
2 sopitum sit. Vnde remanet secundùm dubium, an † mater, quæ excluditur a statuto extante patruo, pariter excludatur extante amita, & in hoc res satis dubia videtur: nam pro parte negatiua est decisio Bald. supra alleg. in l. illam. in prin. C. de colla. vbi inquit per illum tex. ꝙ ubi uerba statuti cessant, cessat statutum, iõ licèt statutum excludat matrem extante patruo, nõ tamen videtur excludere amitam, de qua statutum non loquitur. & decisio
* Bald. * *communiter* approbatur uerum supra responsum est, ꝙ dictum Bald. non videtur habere locum stante statuto in casu isto, ꝙ quodlibet capitulum pręsentis statuti, quod loqueretur in masculino genere, extendatur etiam ad fœmininum: ad hoc videt, ꝙ replicari possit, quòd dictum Bald. loquitur negatiuè, dum inquit statutum non habere locum in amita, & statutum loquitur affirmatiuè, ꝙ statutum in genere masculino extendatur ad fœ-
3 mininum: † & sic concurrit regula negatiua cum regula affirmatiua, quo casu præualet negatiua. l. 3. §. liberti. vbi Bart. ff. de suspe. tuto. & idem est in priuilegio negatiuo, ut no. Bald. in l. si Ruffi-
4 nus. per illum tex. C. de testa. mili. & ratio illa videtur, † quia negatiua intensius negat, quàm affirmatiua affirmet, ut not. per gl. in c. cùm dilectus. & de consuet. & ideo licet dispositio affirmatiua in primo actu uerificetur, l. boues. §. hoc sermone. ff. de ver. sign. secus est in negatiua, quæ porrigitur in infinitum, ut not. ꝑ glo. fin. in l. hoc genus. vbi Pau. de Cast. ff. de cond. & demon. & in not. casu tradit Oldr. in consi. 16. Thema tale est, Titius. Ad ista tamen responsio aperta videtur, ꝙ dispositio statuti, quòd masculinum extendatur ad fœmininum, est magis specialis, ideo illa attenditur in isto casu, quia generi per speciẽ non derogat, in regu. generi. de regu. iur. in 6. in l. vxorem. §. fœlicissimo. de lega. 3. & in q. nostra not. Bal. in l. 1. in :. q. ff. de offi. consu. Bart. in tracta. ad reprimendum. in verb. non obstantibus. & inter species illa derogat alteri, quæ sit specialior, ut not. Bald. in l. hac consultissima. C. qui testam. face. poss. meritò conclusio superius firmata a præclariss. do. uidetur procedere. Secundò ad statutum
5 responderi potest, † quòd non uideatur habere locum in isto casu, in quo non solum est differentia in genere, sed etiam in nomine: quia cum hoc statutum sit contra ius commune, debet restringi. argu. l. si uero. §. de uiro. ff. soluto matrim. & not. Bart. in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. & in terminis tradit Capra in consilio 62. in fin. Cum uiso. ad hoc per dominum primum consultorem fuit replicatum, quòd in terminis huius

ADDITIO.

a ¶ Rauennensi.] Supra consi. 414. vbi dixi.

ius statuti Aretini consuluit Bal. in consi. 312. Factum tale est, statuti communis Aretii. lib. 4. vbi consuluit, ꝙ statutum, quod excludit matrem ab intestato, stantibus etiam fratribus patruelibus extenditur ad sorores patrueles propter statutum, qđ facit extensionem de genere masculino ad fœmininum, & sic videtur fieri extensio, vbi fit differentia non solum in genere, sed etiam in no
6 mine. & hoc comprobari potest, quia † dispositio, quæ loquitur generaliter, generaliter debet intelligi. l. 1. §. & generaliter. ff. de lega. præstan. l. de pretio. ff. de publi. & hoc procedit dato, quòd maior sit ratio in vno casu, quam in alio, tamen omnes sub generalitate comprehendũtur. l. 1. §. qđ autem. ff. de alea. l. cum lege. ff. de testa. & à fortiori hoc est dicendum in casu isto, in quo statutum loquitur vniuersaliter, ut colligitur ibi, vbicunque. facit tex. in l. vbicunque. ff. de interrog. actio. in c. vbicunque. de pœnis in 6. & ibi, item quodlibet capitulum. text. in ca. quia plerique §. nos huic. de offic. ordi. & qui omne dicit, nihil excludit. l. Iulianus. ff. de lega. 3. l. a procuratore. C. manda. & longè maioris virtutis est vniuersalis dispositio, quàm generalis, vt no. Bar. in l. generali. §. vxori. ff. de vsufruct. lega. & in not. casu tradit Roma. in consi. 44. Ex suprà narrato themate. in tertio dubio. dixi in l. omnia. ff si certum petatur. & ideo consonat, quòd verba statuti, quæ uniuersalia sunt, habeant locum dato, quòd differentia sit in nomine. & hoc confirmatur ex mente statuti, quia loquitur primo de genere masculino, in quo non fit differentia in nomine de creditore, & creditrice, debitore, & debitrice, postea ponit capitulum generale, imò vniuersale in quolibet capitulo ampliando, quòd dictum est de debitore, & debitrice, creditore, & creditrice, ut habeat locum in quolibet capitulo, quod loquitur in genere masculino indistinctè, & sic etiam dato, quòd esset differentia etiam in nomine, quia satis est, quòd concurrit qualitas requisita à statuto, quòd capitulum loquatur in genere masculino Non obstat, quòd statutum hoc sit contra ius commune, & non debet extendi ad correctionem iuris, vt no. Bar. in auth. quas actiones, quia respondetur, quòd nõ est nouum, ꝙ statuta etiam contra ius commune extendantur ab identitate rationis, vt tradit Pet. de Ancha. in consi. 94. Ista do. Ioan. in versi non obstat, quòd istud argumentum. & not. Paul. de Cast. in l. si uero. §. de uiro. ff.
7 solut. matrimo. vbi inquit, † ꝙ in statuto contra ius commune potest fieri extensio non solum à ratione expressa, sed etiam ex ratione coniecturata: alleg. Bald. in l. maximum vitium. vbi hoc dicit. C. de l be. præt. vbi alleg. Bald. in l. milites agrum. in princ. ff. de re mil. & hoc idem tradit Bar. Veron. in consi. 73. Viso statuto Taruisii uersi. nec obstat, si dicatur. & est glo. in l. quamuis. C. de fideicom. quam not. Bal. ibi in prin. cum sim. ut dixi in cap. suggestum. de appel. & ista cõclusio omnino uidetur procedere in isto casu propter statutum, quod facit extensionem de genere masculino ad fœmininum: merito statutum in patruo uidetur habere locum in amita, & præsertim, quia statutum loquitur vniuersaliter, vt supra dixi, & tradit in tali statuto Cor. in consi. 306. Quo ad primum. lib. 1. & dixi in l. 2. ff. de reg. iur. & ista conclusio etiam confirmatur illa ratione s alle. quia cum mater expresse excludatur à fratribus patruelibus, qui sunt in quarto gradu: ut patet in statuto: a fortiori debet excludi ab amita, quæ in tertio gradu
8 proximiori reperitur: † quia etiam in statutis ualet argumentũ a maioritate rationis, vt no. Bald. in l. quod vero. in uer. sed pone. ff. de legibus. in l. si vero. § de uiro. ff. solu. mat. ubi allegat l. si uiua matre. C. de bonis maternis. & eodẽ modo in statuto arguit Bal. in l. 2. C. de in ius uocan. in fi. in l. affinitatis. in uer. pone statutum. supradictum, quòd masculinum extendatur ad fœmininum, intelligatur secundum ius commune, & parum operetur, ut Cor. dicit in consil. 11. Stantibus dictis statutis. lib. 1. quia regula uide-
9 tur in contrarium, † ꝙ uerba in statutis debent intelligi, ut aliquid operentur, ut no. Bar in l. 4. §. prætor ait. in uer. quæro, quid si statutum. ff. de dam. infec. cum simil. ut tradit Alex. in consi. 36. Consideratis his. in fin. lib. 4. & ista conclusio uidetur saltem habere locum in isto casu propter uerba uniuersalia statuti, ut suprà dixi: & ita in terminis ipse Cor. concludit in consil. 316. Quo ad primum. lib. 1. & dixi in l. ff. de reg. iur.

EPIT. Consil. CCCCCCXVIII.

Laudum approbari tacitè dicitur, si pars non reclamet intra tempus a lege, uel statuto, præfixum: aut si partem condemnationis soluerit, quia eo casu ad residui solutionem compelli potest.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo priuatæ scripturæ, authoritatem tribuere potest.*
2 *Agnoscens partem, videtur totum agnoscere.*
3 *Certus certiorari non debet.*
4 *Præsentia supplet defectum citationis, quæ aliàs requiritur.*
5 *Statutum tribuens executionem laudo intelligitur, quando aliquod liquidum fuerit.*
6 *Qui laudum reprobauerunt, illud amplius acceptare, nec ratificare possunt.*



N casu proposito agam paucis, quia res nõ uidetur habere difficultatem secundum ea, quæ proponuntur more Scæuolæ Iurisconsulti, nam clarum, & irrefragabile videtur esse illud fundamentum, quia cum Carolus soluerit partem portionis debitæ filijs Ioannis, ut constat ex libris rationum filiorũ dicti Ioannis, quibus de cõsuetudine ciuitatis da-
1 tur fides: & non est dubium, † quòd consuetudo potest tribue-
a re authoritatem priuatæ scripturæ. capitu. cum dilectus. de fide instru. & not. Fede. in consi. 119. Nulli dubium. circa fin. Alber. post Odof. in l. 2. in fin. C. de constit. pecu. cum simi. ut dixi in cap. 2. de probat. & per solutionem partis portionis uidetur dictus
2 Carolus agnouisse totam illam portionem, quia † qui agnoscit partem, uidetur totum agnoscere. l. si cui res. ubi Bar. de leg. 2. & sic ille, qui petit dilationem ad soluendum condemnationem, uidetur acquiescere sententiæ, & contrauenire non potest. l. ad cõsultationem. C. de re iudic. facit tex. in cap. quò ad consultationẽ. C. de re indic. a fortiori idem dicendum est per solutionem. arg. l. fin. C. ad legem Falcid. & plus est aliquid facto, & re ipsa facere, quàm uerbis. capi. dilecti. de appell. §. si tamen. §. ei. ff. de ædil. edic. facit text. in l. Paulus respondit. ff. rem ratam haberi. Et hoc confirmatur per solutionem factam per ipsum Carolum dicto Octauiano, quæ solutio videtur facta uigore dicti laudi præcedentis: & in simili de solutione facta post laudum tradit Socin. in consi. 220. Visis compromisso. in uer. quartum, & ultimum fundamentum. & hoc clarum uidetur ex pluribus coniecturis, & præsumptionibus, quæ in puncto narrantur: unde ex tali solutione facta dicto Octauiano dictum laudum approbatum uidetur per supradicta: quia qui partem debiti agnoscit, uidetur totam approbare. d. l. si cui res. de legat. 1. & præsertim quia sententia, de qua agitur, uidetur indiuidua. l. in hoc iudicio. ff. famil. hrcis. in l. dicere. ff. de arbit. & dictum laudum etiam approbatum fuit ex eo, ꝙ intra decem dies appellatum non fuit, prout à statuto disponitur: quia non appellando uidetur approbare. l. ab eo. C. quomo. & quando iud. & l. cum antea. C. de arbi. & ideo cum in isto casu non fuerit appellatum a dicto laudo, debet habere executionem secundum formam statuti, & ex his breuiter uidetur fundata intentio contra dictum Carolum, ut ad executionem procedatur. Non obstant quædam leuia, quæ in contrarium dicuntur: quia omnia uidentur cessare sequuta approbatione laudi, ut suprà dictum est, respondendo simpliciter. Primo non obstat, ꝙ istud laudum non fuit notificatum prout à statuto requiritur, & sic uidetur nullum, ut in fine statuti dicitur: quia tale statutum debet intelligi, quando latum sit partibus absentibus: quia tunc notificatio requiritur: secus in isto casu, in quo est latum præsentibus partibus audiẽtibus, & intelligentibus, ut expresse notarius attestatur, & cum dictus Carolus esset præsens, ut de eo specialiter in laudo dicitur, & haberet notitiam, non debuit illi aliter notifica-
3 tio fieri, † quia certus certiorari non debet. l. 1. in fin. ff. de actio. & in regu. eum, qui certus est. de reg. iur. in 6. & ad hoc facit, quia
4 † præsentia supplet defectum citationis, quæ aliàs requiritur, ut no. Bar. in l. 1. ff. de in ius uocan. & in l. prolatam. uer. & ideo. C. de senten. facit text. in l. etiam §. fin. ibi, præsente, & ad agendum à præside euocato. ff. de minor. in l. de unoquoque. in princ. ff. de re iudi. cum si. ut tradit Alex. in rub. C. de in ius uocan. & in statuto, quod loquitur de citatione, ut quia dicat, ꝙ a die citationis iudex debebat aliquid facere, idem operatur præsentia, quod citatio, & habet locum statutum, ut not. Bal. post Ia. co. But. in auth. si omnes. uer. & hoc facit ad quæstionem. C. si ut se, ab hæredi. abstĩ. & hoc confirmatur, quia pars laudum (ut dixi) approbauit. Se-
5 cundo non obstat, † ꝙ statutum tribuens executionem laudo intelligitur, quãdo liquidum sit, ut no. Bar. in l. proinde §. notandũ. ff ad legem Aquil. cum si. ut tradit Alex. in l. item quia. ff. de pac. in l. 1. ff. de leg. 2. in gl in uerb. neque mora. & laudum, de quo agitur, non uidetur liquidum, quia post condemnationem dicitur in laudo, saluo iure inter dictas partes, quòd fiat uerum, & certũ calculum. ergo ante calculationẽ non uidetur instrumentum laudi liquidum esse, quia ad hoc respondetur, ꝙ imò uidetur, ꝙ dictum laudum sit certum, & liquidum ex eo, quòd in eo expressa fuit certa quantitas in condemnatione, & licèt illa quantitas possit al te-

ADDITIO.

a ꝙ Priuatæ.) Non tamen nudæ, nec indiscretę, quia non ualeret. Claudius de Seyssello. l. 1. §. eadem. nu. 7. de verb. obli. Panor. in c. bonæ. 2. de postula. præla. Bal. in l. vnica. C. de confes. Alex. consi. 113. lib. 4.

sit alterari, tamen in inspecto præsenti statu res dicitur certa, & liquida, ut not. per glo. in l. 2. ff. de in diem a die. facit text. in l. hæc uenditio. §. fi. ff. de contrah. empt. ubi uenditio dicitur certa, si facta sit pro centum, & quanti pluris reperiatur. & in simili Bart. in l. iudex postquam. circa fi. de re iud. & in l. Publia. §. fi. ff. deposi. & quod notat etiam Bar. in l. Iulianus uerum debitorem. in fin. ff. de cond. indeb. Bal. in rub. C. deposi. in 6. q. & in terminis in executione laudi scribit Soc. in l. quibus diebus. §. quidam Titio. in fi. ff. de
6 cond. & dem. Tertiò non obst. † ꝙ partes uidentur reprobasse laudum ex eo, ꝙ illud non ratificauerunt, neque acceptauerunt, & ideo vr̃, ꝙ ulterius illud approbari nõ potuerit, ut no. in l. dispensatorem. ff. de solu. ubi Bar. dicit, ꝙ approbare non possum illud, qđ semel reprobaui, quia ad hoc breuiter respõdetur negando, quia non est uerum, ꝙ laudum reprobatum fuerit: quia licèt eo tempore, quo latum fuit, non fuit ratificatum, nec acceptatum, non tñ sequitur, ꝙ reprobatum fuerit, quia datur mediũ, ut uelit ulterius cogitare, & deliberare: esset. n. quædam renuntiatio ex parte eorum, in quorum fauorem latum fuit laudum, & renuntiatio non præsumitur. c. super hoc de renun. & no. Bald. in l. 1. in ult. no. C. de edic. diui Adr. tol. & renuntiatio est stricti iuris, & in ea non ueniunt nisi ea, quæ expressa sunt. ut no. Cald. in consi. 5. in tit. de præb. Card. in consi. 120. Titius obligauit se. in fi. & illa uerba posita in laudo, non ratificantibus, nec acceptantibus. non inferunt renuntiationem, nec reprobationē: & quia datur medium inter non ratificare, nec acceptare, & reprobare, sicut inter uelle, & nolle datur medium, qđ est non uelle, ut no. Bar. in l. iam dubitari. ff. de hæredibus instituen. cum si. ut dixi in l. eius est nolle. ff. de regu. iur. & in l. qui se patris. C. unde liberi. & in casu isto medium uidetur, quia partes non approbauerunt, nec reprobauerunt, sed uoluerunt deliberare. & facit quod no. per glo. in l. 1. §. scientiam. de tribu. & posteà d. Carolus approbauit tacitè dictum laudum non reclamando intra tempus datum à statuto, & soluendo condemnationem pro parte, vt dictum est, vnde compelli debet ad solutionem residui, & ita de iure dicendum videtur.

EPITOME Consi. CCCCCCXX.

Statutum disponens, ꝙ alienatio bonorum non fiat nisi in consortes, intelligitur gradatim, ita ꝙ cõsors proximior remotiori præferatur, ac etiã consors sanguinis cõsorti extraneo præponatur.

SVMMARIVM.

1 *Stante statuto, quòd bona non possint alienari ad extraneos, nisi in quemlibet de suis, quis in emptione consortium præferatur.*
2 *Dictio, in quemlibet est vniuersalis, & omnes includit.*
3 *Prohibitus alienare extra familiam non prohibetur alienare in alios de familia.*
4 *Conuentioni primæ nunquam derogatum videtur, nisi expressum sit.*
5 *Verba instrumentorum ita debent interpretari, ne contradicant.*
6 *Nomen consortium est nomen collectiuum.*
7 *Funiculus duplex, vel triplex potentius ligat, vel restringit.*



Icèt in casu proposito accuratè, & subtiliter scriptum sit a præclarissimo V. I. doct. do. Nic. de Nobilibus consulente, & ab eminentissimo Iurecõsulto do. Hormanotio Deto subscribente, negari tamen nõ potest, quin difficultatem nõ paruam facere uideantur † uerba illa posita in posteriori statuto, quib. dicitur, quòd licitè, & impunè cuilibet, & quemlibet duntaxat de suis, vt vulgo dicitur, consortibus. cũ enim hic vtrunque verbum apponatur licitè, & impunè, cessat differentia, quam inter ista verba facit Bal. in l. decuriones. in fin. C. ex quib. cau. infa. irro. & cum alienatio in quemlibet ex cõsor-
1 tibus per lineam masculinam permittatur, † videtur, ꝙ etiam in cõsortem remotiorem fieri possit, quia dictio illa, in quemlibet. est vniuersalis, & omnes includit, vt no. Bal. in rubr. C. qui accusare. facit tex. in c. solitæ. de maio. & obed. & istud statutum videtur præualere, quia posterius, vt no. Cy. in l. 2. C. de testa. tut. Bart. in l. omnes populi. in tertia principali q. ff. de iust. & iu. & in l. si certarum. §. fi. ff. de testa. mil. & quia hoc statutum fauorabilius videtur, quia pro parte ad ius commune rem reducit, vt quis vendere possit, cui uoluerit ex consortibus, iuxta glo. in ca. statutum. in uerbo, numerandum. de præben. in 6. & quia in casu isto nõ agitur de derogatione prioris statuti, quia primum statutum loquitur simpliciter, ꝙ alienatio fieri possit prius in consortem, quàm in extraneum, & ibi non exprimitur de proximiori consorte, vnde in hoc nõ agitur de derogatione prioris statuti: & quia mens statuti videtur fuisse prouidere, ꝙ bona conseruentur inter consortes de domo, & non videtur curandum inspecta mente statuti, an bona transeant in proximiorem, vel remotiorem coniunctum, uel consortem, dummodo non transeant in extraneos. fa-
2 cit tex. in l. uoluntas. C. de fideicom. ubi † prohibitus alienare extra familiam non uidetur prohibitus alienare absolutè in alios de familia: & meritò videtur facta declaratio ab isto posteriori statuto, ꝙ in quemlibet ex consortibus alienatio fieri possit. Prædictis tamen non obst. conclusio superius firmata iuridica videtur, & magnam æquitatem habere videtur; & quia tota difficultas videtur consistere in posteriori statuto, quod concludit facultatem alienandi in quemlibet de consortibus, considerandum est, ꝙ tale statutum limitatè loquitur ad exclusionem eius, qui esset ibi consors mediante mero communi, vt colligitur ibi, etiã nulla requisita persona proxima muro communi mediante. & ſ in eodem statuto dicitur, ꝙ libentius quis vellet uendere alicui ex consortibus suis, quam alii etiam proximo muro cõmuni mediante, iudicante admodum iustum esse, vt tres consortium in consortes potius, quam in extraneos transferatur. ex quibus verbis euidenter constare videtur, ꝙ intentio statuti fuit conseruare bona potius in consortes sanguinis, quàm in cõsortes mediante muro cõi, quia isti dicuntur extranei ratione sanguinis, & quantum ad exclusionem istorum ēt in remotiorem consortem sanguinis alienatio potest fieri: quia in tali statuto solum consideratur, ꝙ bona in extraneos, qui non sunt de sanguine, non transferantur. Hac declaratione pmissa primum statutũ quantum ad casum nostrum prohibet alienationē fieri, nisi seruata certa for-
a ma. & de validitate [a] statuti non uidetur dubitandum. ca. constitutus. de in integ. resti. no. in l. dudum. de contrah. emp. ubi Bal. & idem Bald. in l. 1. C. cõi diuid. & tradit Alex. in consi. 52. Viso themate. in prin. ubi loquitur in isto statuto Florentino. & huic statuto non vr̃ esse derogatum, nisi expressum sit, & in not. q. hoc tradit Pau. de Cast. post Bald. in l. 1. quæ incipit, ex præcepto. in 3. no. C. de Iustinia. codi. confir. vbi refert hoc Senis consuluisse. & idem est in l. sanè. C. de test. l. præcipimus. in fi. C. de appell. & idē
4 est in contractibus, & conuentionibus, quia primæ † conuentioni nunquã derogatum videtur, nisi expressum sit: ita arguit Bar. in consi. 72. Ex facto. facit tex. in l. fi. C. de noua. in l. 4. §. si ex conuentione. ff. de re iudi. & no. in l. pen. C. per quas personas. & no.
5 per gloss. in §. fin. in uerbo, nisi. in Authen. de non alie. †. & verba instrumentorum debent ita interpretari, ne ᵭdicant. c. inter dilectos. §. cæterum. de fide instr. & in no. q. tradit Bart. in l. 1. §. idem quæsitũ. ff. de cond. indeb. & in positionibus no. Bal. in l. cum falsa. in fin. C. de iur. & facti igno. cum si. ut Alex. scribit in l. 1. ff. ne quis eum. & hoc in statutis no. Abb. in c. gratũ. in prin. de off. deleg. in c. super quæstionum. in prin. eo. tit. & in omnibus dispositionibus hoc habet locum, ut per distinctionem contrarietas remoueatur, ut Alex. scribit in consi. 112. Viso testamento. lib. 2. & ideo in casu isto statutum posterius cum priori bene concordari potest: nam in primo statuto prohibetur alienatio rei immobilis in fauorem consortis ratione sanguinis. Secundo prohibetur in fauorem eius, qui murum habet cõem, & sic primum statutum uidetur æquiparare istos duos casus. deinde in secundo posteriori statuto cõsiderauit statutum, ꝙ in dictis duobus casibus æquiparatio facta primo statuto non bene procederet, quia maior fauor debuit præstari consortibus sanguinis, q̃ extraneis, qui haberent rem cõem: & ideo tali casu, quando tractatur de exclusione extraneorum, voluit statutum, ꝙ à consortibus ratione sanguinis quibuscunq; proximioribus, vel remotis extraneis excludantur: & tali casu statutum tribuit potestatem venditori alienandi in quemlibet cõsortem, vbi tractatur de exclusione extraneorũ, licèt haberent murum cõem: & extra iustum casum primum statutum remanet illæsum, vt valeat in omnibus alijs suis partibus, vt expresse statutum dicit. & ideo dictum primũ statutum in casu isto debet simpliciter attendi, in quo nõ agitur de exclusione extraneorum, sed de ipsis consortibus sanguinis, quis eorum in tali emptione potior sit, & præferatur. & in hoc breuiter cõside-
6 randum est, qđ nomen. † consortiũ, est nomen collectiuum, sicut nomen familię liberorũ, vt cognatorum, vt no. Bal. in l. fi. in prin. C. de impu. & in istis nominibus appellatiuis gradatim vocati videntur. l. fi. C. de verb. sig. ita ꝙ proximior in gradu prius admittatur: ad idem text. in l. cum ita. §. in fideic. de leg. 2. in l. peto. §. fratre. in versi. quid ergo. eodem tit. facit text. in §. si plures. de legiti. agna. succes. in l. 2. §. legitima hæredi. ff. de suis, & legit. & no. Bar. in l. si cognati. in versi. quæro quo ordine. ff. de reb. dub. cum sim. vt tradit Alexan. in consil. 24. In causa uertente inter Antonium. lib. 4. Cum ergo Baptista cũ fratribus sint proximiores in gradu inter istos consortes sanguinis, illis prærogatiua emendi videtur compe-

ADDITIO.

a ¶ Validitate.] Idem And. Tiraq. tract. de retract. proxi. in prin. nu. 16. vbi dubitat, an istud consilium sit ipsius Dec. forte quod senescens vtebatur vicaria opera iuuenis, qui Amanuensis putabatur. adde infra consi. 645.

competere per s. dicta. & ista conclusio indubitater videtur procedere, cum iste Baptista cum fratribus sint consortes sanguinis, & murum habeant communem: quo casu eorum intentio fundata ex duplici capite fortior redditur, & ideo præferri debent,
7 arg. eius, quod dr in c. 1. de treuga, & pace.† ꝙ funiculus duplex, uel triplex potentius ligat, & stringit. facit tex. in auth. itaque. C. communia, de successionibus. in l. 1. ff. de priuilegiis creditorum. in §. sed hodie. insti. de adop. l. cum in adoptiuis. §. si uero. C. de adop. & no. Bal. in l. sed & milites in prin. ff. de excus. tut. & facit tex. in Auth. de consan. & uter. fratr. § fi. & in terminis nostræ q. tradit do. Matthæus de Afflictis in suo commento super extrauaganti Fed. Imperatoris, quæ incipit, Sancimus amodo. in ver. itē quæro ad hoc. in fi. vbi concludit, ꝙ cōsanguineus, qui habet domum vicinam iuxta domum venditam, præfertur in emptione illi, qui habet tm̄ ius cōsanguinitatis. Et ex omnibus suprà dictis remanet confirmata conclusio, superius firmata a dominis consultoribus in fauorem Baptistæ. & fratrum suorum. Non obstant alleg. suprà in contrarium, quia responsio ex supra dictis colligitur: & ad maiorem declarationem respondetur particulariter. Primò ergo non obst. quod dr in posteriori statuto de uerbo illo, quemlibet de suis consortibus. quia illud statutum intelligit, prout loquitur, videlicet quando agitur de exclusione eorum, qui non sunt consortes sanguinis, illi enim excluduntur ab omnibus consortibus sanguinis etiam remotis: quia vt statutum dicit, iustū est, ut res potius in consortes, quàm in extraneos transferantur, secus videtur in casu nostro, in quo agitur inter consortes sanguinis ab utraque parte: & cessat ratio allegata in statuto, quia in omnem euentum res non transit in extraneos, sed remanet in consortes sanguinis: & in hoc debet attendi primum statutum, quod loquitur de consortibus simpliciter, quo casu intelligitur de proximioribus, per ea, quæ supra dicta sunt. Non ob. ꝙ f m statutum vr̄ præualere, quia posterius: quia respondetur, ꝙ hoc haberet locum, si in eodem casu loqueretur, sed in diuerso casu loquitur, & utrūque statutum in casu suo debet obseruari. Non ob. ꝙ f m statutum vr̄ fauorabile, quia reducit rem ad ius commune: nam hoc haberet locum in casu suo, quando ageret, ne res perueniret ad extraneos, de quo nō agitur in casu nostro. Vltimò non obstat, ꝙ non sit curandum, an bona transferantur in consortem proximiorem quia satis est, ꝙ non transeant in extraneos inspecta mente statuti: quia respondetur hoc esse verum inspecto posteriori statuto, quia permittit alienationē in quemlibet ex consortibus ad exclusionem extraneorum, secus uidet in casu nostro, in quo nō agitur de exclusione extraneorum: sed agitur inter ipsos consortes sanguinis ab utraque parte, quo inspecto primo statuto debent admitti proximiores, vt suprà dictum est. & ex his concurro in sententiam dominorum consultorum.

Consi. 618. casus, de quo quæritur, lege supra 483.

EPITOME Consi. CCCCCCXXI.

Legatum alimentorum factum a marito uxori, donec cum filijs steterit, morte filij, & filia nupta adeò extinguitur, quòd ex noua habitatione filiæ, & uiri cum matre non reintegratur, nec reconualescit.

SVMMARIVM.

1 *Legatum annuum pro primo anno est purum, pro sequentibus conditionale.*
2 *Hæ dictiones, quòad, quandiù, donec, important uirtutem repetitiuam, ut dispositio suum reassumat effectum impedimento cessante.*
3 *Qui iure suo utitur, non uidetur fraudem, uel dolum committere.*
4 *In conditionibus, uoluntas testatoris inprimis attenditur.*
5 *Filia nupta, est sub potestate mariti.*
6 *Maritus potest uxorem corrigere, & castigare.*
7 *Dictio donec, est aduerbium limitatiuum.*

a ALias consului, ꝙ legatum vsusfructus alimētorū factum à marito vxori in fauorem filiorum, donec in domo mariti steterit [a] cum filijs, extinctū sit filio mortuo, & filia ꝯhente matrimonium: quia cessaret causa legati, quia non habitaret cum filiis: & ita fuit extinctum legatum per plures annos, quia non habitauit cum filia nupta Nunc vero proponitur, ꝙ dicta filia cum marito reducta est in domo patris, & habitat simul cum matre, quæ nunc videt habitare cum filia: vnde quæritur, an legatum vsusfructus, & alimentorum debeat reintegrari: & prima facie vr̄ dicēdum, quòd sic, intelligendo illa verba, donec in domo testatoris steterit cum filiis, quatenus steterit. arg. legis Stichū, qui meus erit. ff. de lega. primo. & stare intelligitur, quòd ibi comedat, & bibat, & moretur, vt Bal. dicit in l. 1. in versiculo 2. dubitatur. C. de leg. & videtur tex. in l. si quis ita legauerit. ff. de condi. & demon. vbi fuit factum legatum uxori, dum erit cum filio, dicitur ibi in glo. quòd est legatum annuum, & debetur quolibet anno, quo vxor fuit cū filio. & ad idem text. in l qui concubinam. § vxori. de lega. 3. vbi legatum relictum vxori, dum erit Capuę cum filio, dicitur ibi, ꝙ pro tempore, quo habitauit, debetur legatum. & hoc ratione cōfirmari videtur, quia illa verba, donec steterit. faciūt, vt annuum legatum dicatur, ut not. per glo. in dicta l. si quis ita. & probatur in lege legatum. ff. de ann. leg. not. Bartol. in l. qui concubinam. §.
1 vxori. & in l. Titia. §. fi. circa fin. de leg. 2 † & legatū annuum pro primo anno est purum, pro sequentibus est conditionale. l. in singulos. ff. de ann. lega. & in legato annuo plura sunt legata, & in principio cuiuslibet anni debet conditio legatarij considerari. lege cum in annos. ff. de annu. leg. & ideo licet uxor pro tempore, quo non habitauit, priuata fuerit legato, postea pro tempore, quo habitauit, deberet habere legatum: & ad hoc uidetur tex. in l. pater Seuerinam. §. fin. de condit. & demonstra. ubi fideicommissum annuum relictum liberto, quamdiū res filiæ patroni administrauerit, si primò non administrauit filia prohibente, deinde filia mutauit uoluntatem, & administrauit, debetur legatum quia plura sunt legata. & ita videtur in proposito, si legatum cessauit pro tempore, quo mater non habitauit cum filia: nunc uero habitatione reassumpta videtur, quòd legatum debeatur: & quia cum legatum sit factum vxori pro toto tempore suæ uitæ, videtur repetitum illa habitante. lege sicut in annos. in princi. ff. quib. modis vsusfru. amit. & not. Bartol. in l. prima. ff. de condi.
2 & demonstra. vbi dicit, quòd illæ dictiones, † quoad, quandiū, & donec. habent quandam uirtutem repetitiuam, vt dispositio suū reassumat effectum impedimento cessante. alleg. lege Titius. infrà allegatam. & l. 3. §. quòd si quis. ff. de suspec. tuto. sed illa iura loquuntur in legato facto in fauorem legatarii, & legatum repetitum erat uniforme, secus in isto casu. Nec obstare videtur huic conclusioni, quòd huiusmodi noua habitatio videatur facta in fraudem, & fraus prodesse non debet. argumen. l. filiæ meæ. ff. solut. matrimo. & in simili de matrimonio contracto in fraudem not. Ang. in l. sed & quæsitum. ff. de libe. & posthu. in l. nuper. C. de natural. liberis. & in simili de eo, qui ingreditur religionem in fraudem fideicommissi, notat Abb post alios in ca. in præsentia. de probatio. quia, ut dixi ibi in uersic. quid autem si quis. nulla ratione suadetur, ꝙ in fraudem fideicommissi videatur ingressus: non enim consonat rationi, quòd quis velit in uita spoliari omnibus bonis, & se subiicere maximis oneribus religionis, ad hoc vt excludatur fideicommissarius. & pariter in casu isto non videtur, quòd habitatio ista facta sit in fraudem, ex quo mutatio voluntaris permittitur. d. l. pater Seuerinam. § fin. † & non videtur fraudem, vel dolum committere, qui iure suo vtitur. l. 3. §. is tamen. ff. de libe. ho. exhi. l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniur. & in l. nullus videtur ff. de reg. iur. Prędictis tamen non obstantibus contrariū de iure esse arbitror, videlicet quod dictum legatum, quod fuit extinctum more filij, & filia nupta, vt alias consului, nunc non debeat reintegrari ex noua habitatione filiæ, & mariti cum matre: quia pro tali habitatione, de qua testator non cogitauit, non fuit factum legatum, † & in conditionibus voluntas testatoris in primis attenditur. l. in conditionibus primum locum. in prin. l. pater Seuerinam. § conditionum verba. ff. de condit. & demon. & testator hoc legatum reliquit in fauorem filiorum, quia in matre in dubio præsumitur, ꝙ illa conditio commorandi cum filijs sit apposita fauore filiorum, ut in terminis Bald. tradit in consilio 434. Casus talis est. circa fin. lib. 2. alleg. bonum text. in l. sed si hoc. §. fina. ff. de condit. & demonst. & ideo infert, quòd mortuis filijs legatum extinguitur. & ad hoc est text. in l. illis libertis §. fin. de condit. & demonstra. & hoc idem concludit Signo. noster de Medio. in consi. 179. In themate præsupposito. versi. sed an per alium modum. & idem in simili casu scribit Pet. de Anchara. in consi. 137. Quia in primo quæsito. cum simi. vt dixi in alio consi. in quo firmata fuit conclusio, quæ clarissima est, quòd per mortem filiorum, cum quibus mater debuit morari, extinctum sit legatum. & quod dictum est de morte, idem vr̄, si filia, cū qua mater debuit morari, ꝯxit matrimoniū, & accesserit in domū mariti, prout fuit in isto casu, quia sicut per mortē cessat cā legati, qa
5 filius mortuus non potest esse sub custodia matris; † & pariter idem videtur in filia nupta, quæ non est sui iuris, sed dicitur esse in potestate mariti. 33. q. 5. in c. mulierem. vbi dicitur mulierem constat esse subiectam dominio uiri, & nullam authoritatem habere, &

ADDITIO.

a ¶ Steterit.) ad hoc suprà consi. 483. ubi dixi.

bere, & ordo naturalis est, vt viris seruiant fœminæ. 33.q. 5.c. est ordo. & maritus vendicare uxorem potest. l. j. §. per hanc. vbi gl.
6 ff. de rei ven. † & maritus corrigere, & castigare vxorem potest, vt no. in l. consensu. C. de repud. & authen. ibi posita. & per gl. fi. in c. quemadmodum. de iureiu. vnde nō indiget custodia matris post contractum matrimonium, & ideo iste casus assimilatur morti respectu curę, & custodiæ filiorum, vt dixi in alio consi. & quia conditio morandi cum filia non potuit impleri facto iusto mariti, qui filiam accepit in uxorem, & duxit illam ad domum eius, iuxta l. mulierem. ff. de rit. nup. & hoc facto iusto non ordinato ad impediendum conditionem deficit legatum, ut no. Bar. in l. in testamento. de condit. & demonst. & de hoc non videtur dubitandum, quòd legatum sit extinctum per mortem filij Augustini, & per matrimonium contractum a filia; quia cessat causa legati relicti in fauorem filiorum, vt late in primo consi. dictū fuit. Sed excitatur noua dubitatio, an habitatio, quæ fuit intermissa per matrimonium filiæ, quæ habitauit cum marito, reintegretur ex noua habitatione matris cum filia, & marito, ita quòd legatum, quod extinctum fuit, ex defectu habitationis ex noua habitatione reconualescat? & suprà responsum fuit, quòd non, quia testator de tali habitatione non cogitauit, in qua mater nō habet curam filiæ sed maritus, per supradicta: & sic videtur cessare causa legati, quæ fuit pro custodia filiorum, qui nunc non indigent custodia, cum masculus mortuus sit, & filia nupta: vnde cessante causa cessat effectus. capit. cum cessante. de appella. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure pa. & in legato no. Bartol. in l. filio. §. matri. in fin. de adim. lega. & quia legatum est factum in fauorē filiorum, vt suprà dictum est, & ideo cessante fauore filiorum cessat legatum. d. l. illis libertis. §. fina. ff. de conditio. & demonst. & cum iste effectus legati perempti consummatus sit propter defectum habitationis matris cum filijs, non videtur, quòd ex noua habitatione legatum reintegretur, quia vt not. Barto. in l. 2. §. fina. ff. de dona. circa fin. quando effectus est consummatus, cessante causa non cessat effectus. alleg. text. in l. fina. in prin. ff. vn de libe. & facit text. in l. sancimus. C. de administra. tut. in l. qui res. §. aream. ff. de solu. & idem not. Barto. in l. Titia. §. Imperator. in versicul. pone, quòd filij. de lega. 2. & quia dispositio testatoris
7 fuit limitata, donec in domo testatoris steterit cum filijs: † illa dictio, donec. est aduerbium limitatiuum. l. fœminæ. ff. de sena. in l. 1. in princip. ff. si ex noxa. causa aga. l. in delictis §. si detracta. ff. de noxa. l. 7. in princip. ff. de vulg. & pupil. in l. ambiguitatē. & quod ibi Barto. C. de vsufru. in l. fina. §. donec. C. de iure delibe. in capit. Ioseph. de verbo. significa. & ideo quamprimùm cessauit mater habitare cum filijs, extinctum fuit legatum, quia limitata causa limitatum producit effectum. l. in agris. de acquiren. rerum domi. l. age. C. de transact. & quia verba prolata ab homine de primo actu intelliguntur, vt hæres minus grauetur, vt not. Barto. in l. fideicommissa. §. si quis decem. de lega. 3. licèt aliud sit in dispositione legis, ut tradit Bald. in l. j. in 4. quæstio. C. de his, quæ pœnæ no. & in l. ueluti. §. hæc uox. post Cy. ibi. ff. de ęden. & tradit Alex. in consi. 70. Viso consi. lib. 2. & ideo consonat, quòd illa verba, nec in domo testatoris steterit. in prima habitatione intelligantur. & hoc indubitanter videtur procedere in isto casu, quia secūda habitatio non est eiusdem qualitatis, cuius erat prima, quia prima erat in fauorem filiorum, secūda esset in fauorem matris, cui testator noluit prouidere, sed filijs, per suprà dicta. & in secunda habitatione non videtur repetitum legatum, quia in illa non potest adaptari qualitas primæ habitationis, ut in simili casu no. Pau. de Cast. in consi. 39. In causa capturæ. Non obstant allegata suprà in contrarium, & primo dum dicitur, quòd uerba illa, donec in domo testatoris steterit. intelligantur, quatenus steterit: quia hoc est verum in fauorem filiorum, pro quibus factum fuit legatum, ut essent sub custodia matris, sed in casu isto non esset in fauorem filiorum, quia cessat custodia matris considerata a testatore. Nō obst. quòd legatum videtur repetitum ex noua habitatione, vt suprà dicitur: quia hoc esset verum, si noua habitatio esset eiusdem qualitatis, cuius erat prima, ita quòd respiceret custodiam, & vtilitatem filiorum sicut prima. sed hoc non est uerum, quia noua habitatio esset in fauorem matris, non filiorum, quorum alter filius masculus est mortuus, & altera scilicet filia est nupta, & sic in illis custodia matris desiderari non potest. & qa cum esset finitum legatum, quia cessaret fauor filiorum, non potuit legatum reintegrari, ex quo non agitur de fauore filiorum. Non obstant alia iura, in quibus propter nouam habitationem legatum reintegratur, quia noua habitatio in dictis iuribus erat eiusdem qualitatis, cuius erat prima, quia utraque erat in fauorē filiorum, secus est in casu nostro, ut suprà dictum est. & quia ista noua habitatio videtur facta in fraudem, ut mater consequatur legatum præter intentionem testatoris, arg. d. l. filiæ meæ. ff. solu. matri. Non obst. quòd noua habitatio non videtur facta in fraudem, ex quo mutatio voluntatis permittitur, d. l. pater Seuerinā. §. si. quia hoc esset verum, si noua habitatio esset in fauorem filiorum, prout erat prima, sed hic fraus committitur subrogando habitationem diuersæ qualitatis a prima, & ideo videtur procedere fundamentum, quòd hoc factum sit in fraudem.

EPIT. Consil. CCCCCCXXII.

Quòd ille, qui mandauit famulo, vt percuteret, vel vulneraret Titium; si vulneratus mortuus sit, non tenetur ille, qui mandauit, de homicidio.

SVMMARIVM.

1 *Pœna corporalis pro homicidio locum non habet, nisi homicidium sit dolo commissum.*

2 *Lata culpa non æquiparatur dolo in pœna corporali, quæ pro homicidio imponitur.*

3 *Statutum, quòd pro homicidio quis debeat decapitari, intelligitur, quando ex dolo, & proposito homicidium committitur.*

4 *Maritus occidens uxorem deprehensam in adulterio non punitur de homicidio.*

5 *Dictum doctoris, intelligitur secundum iura, quæ adducit.*

Visa inquisitione formata ꝯ magnifici do. Anto. Mariam do. Aeneæ de Piccolominibus. de Senis mandatorem homicidij commissi per eius famulum Petrum Paulum, qui de mādato dicti do. Antonij Mariæ vulnerauit Petrum Paulum ciuem vrbis veteris, & ex dictis vulneribus mortuus est: vnde queritur, an dictus magnificus do. Anto. Maria ex tali mandato homicidij pœna puniendus sit, & prima facie videbatur dicendum, quòd sic, quia licet do. Ant. Maria non mandauerit, quòd committeretur homicidium, sed quòd ipsum vulneraret, & vt vulgo dicitur, ꝙ ipsum sfregiasset: tamen quia vulnera moderari, & limitari non possunt, videtur de isto homicidio sequuto, ꝙ d. Ant. Maria teneatur, vt est text. in c. fi. de homicidi. in 6. vbi ad literam dicitur, is, qui mandauit aliquem verberari, licèt expresse inhibeat, ne occidatur nullatenus, uel aliquo membro mutiletur, irregularis efficitur, si mandatarius finem mandati excedens
a mutilet, uel occidat, cum mandando, in culpa fuerit,[a] & hoc euenire posse debuerit cogitare. & hoc videt tenere Bar. in l. diuus. in fi. ff. ad leg. Cor. de sica. ubi concludit, quod si quis in plus delinquit incidendo in aliam speciem delicti præter intentionem delinquentis, si illud, quod committitur, tendit ad illum finem, qui sequutus est, tunc inspicimus euentum alleg. tex. in d. c. fin. ff. de crimi. ex pi. hær. facit tex. in l. quoniam multa. C. ad le. Iul. de vi pub. & ideo cum in casu isto mandatum de vulnerādo tenderet ad homicidium videtur, quod do. Ant. Maria, qui mandauit, ꝙ dictus Paulus Petrus deberet vulnerari, ꝙ de homicidio sequuto teneatur: & hoc idem tradit Bald. in l. si cum mandati. C. mand. vbi dicit, ꝙ si dominus mandauit procuratori, quod vulneraret, & non occideret, & procurator intulit vulnus mortale, ex quo sequutum fuit homicidium, dominus, qui mandauit, tenetur de homicidio: quia cogitare potuit hoc posse euenire, vt dicit text. in d. c. fi. & per illum text. idem no. Bal. in l. non eo minus in versi. item quæro. C. de accu. & sequitur Ang. Aret. in tract. malefi. in versi. Sempronium mandatorem in 18. q. & secundum istorum opin. latè consuluit Bartholus. Vero. in consi. 34. Si vnquam magnifice domine. Prædictis tamen, & similibus non obstantibus
b contrarium[b] de iure esse arbitror, videlicèt quòd dictus magnificus do. Anto. Maria nullo modo pœna homicidij saltem corporali puniendus sit. Et pro fundamento huius conclusionis præ
1 mittendum est, † ꝙ pœna corporalis pro homicidio non habet locum, nisi homicidium dolo commissum sit l. 1. §. diuus. ff. de sicarijs. l. 1. eo. tit. de sic. & in c. significasti. el 2. de homici. & † in pœ
2 na corporali, quæ imponitur pro homicidio, lata culpa nō æquiparatur dolo. l. in lege Cornelia. ff. de sicarijs. † & hoc etiam pro
3 cedit in statuto, quia si statutum dicat, quòd pro homicidio quis debeat decapitari, intelligitur, quando ex dolo, & proposito homicidium committitur, ut not. Bald. in l. data opera. in versi. item si statutum præcisè. C. qui accusa. & sequitur Pau. de Cast. in l. & si seuerior. C. ex quib. cau. infa. irroga. ubi dicit de facto ita respō disse, & obtinuisse, & quòd non obtinuisset, nisi authoritatem Bal. habuisset. & idem Pau. de Cast. in l. nemo. C. de epis. audi. ubi illud dictum Bal. dicit esse singulare, & quòd non inuenit alium hoc dicentem, sed tamen ad hoc est decisio Bar. in l. j. §. j. in ver. iuxta hoc quæro. ff. si quis test. libe. & hoc idem expressè dicit Car. in

ADDITIONES.

a ¶ Fuerit.] Ant. Rubeus repe. §. morte. nu. 500. in l. nō solum. de operis no. nun. Cæpol. causarum cri. consi. 34.

b ¶ Contrarium.] Idem in casu simili suprà consi. 480. ubi dixi. adde Tho. Gramma. consi. 20.

Car. in consil. 44. Pro do. Christophoro. ubi allegat. Io. And. qui hoc dicit in regula, pro possessore. de regul. iur. in 6. in mercu. & idē no. Ang. in l. is, qui cum telo. C. de sica. & Angel. refert, & sequitur Fulg. in consi. 134. Visis denuntia. in fin. & cum prædictis concordat etiam Pau. de Cast. in l. 3. in prin. C. ubi senat. uel clarissimi. & in cons. 123. In causa carceratorum. & idem tradit Alex. in consi. 140. Videtur in casu proposito. & præmissa hac conclusione, quæ verissima est, in casu, de quo agitur, considerandum est, ꝙ licet ex vulneribus illatis sequutum fuerit homicidium, tale homicidium non videtur de dolo mandantis processisse, sed ex culpa, ut est casus. in d. c. fi. de homici. in 6. dum ibi expressè dicitur, ꝙ mandans fuit in culpa, quia debuit cogitare hoc euenire posse, si fuit in culpa, ut in d. c. fin. dicitur, et si esset lata culpa, non æquiparatur dolo quantum ad pœnam corporalem, in d. l. in lege Cor. ubi Bar. & idem Bal. in d. l. quod Nerua. in ver. item quæro. ff. depositi. & ibi Bar. alle. gl. in l. in actionibus. ff. de in litē iuran. Cū ergo magnificus Anto. Maria, ut in inquisitione dicit, mandauerit suo famulo, quòd Paulum Petrum vulneraret, & (vt dicitur) sfregiaret, ista uerba ostendunt, ꝙ non fuit mandatum, qđ committeretur homicidium, sed limitatum fuit mādatum, ut illum sfregiaret, & sic non habuit animum, ꝙ occideretur: ideo de homicidio non tenetur. in d. l. 1. §. diuus. ff. de sica. solum enim culpa illi imputari potest, quia debuit cogitare, quod ex vulnere posset sequi homicidium, ut dicitur in d. cap. fina. de homicid. in 6. & pro tali culpa non debet puniri pœna corporali, ut not. Barto. in l. pe. ff. de adulte. facit text. in l. lege Corn. §. cum quidam. de sicar. ubi pro homicidio culpa commisso quis fuit relegatus in quinquennium. & in l. 1. §. sed ex senatusconsulto. ff. de sicar. ubi mulier fuit relegata, quæ medicamentum dedit, ex quo mors fuit sequuta. & ad idem facit text. in dicta l. in lege Corn. §. 1. ff. de sica. & quod no. Ang. in l. non contrahit. ff. ad legem Iul. maiestatis. ubi inquit, quòd ille, qui proijcit lapidem in locum prohibitum, & casu fortuito percutit trāseuntem, debet puniri de culpa, & non de dolo. & ad idem facit, quia in isto casu mandatarius excessit modum occidendo. præter intentionem, & uoluntatem mandantis; & ideo mandans non debet puniri de homicidio contra eius voluntatem commisso, sed de excessu, in quo mandantis culpa concurrit, ut in simili probatur in

4 l. si adulterium cum incœstu. §. Imperatores. ff. de adul. ubi † maritus, qui occidit vxorē deprehensam in adulterio, nō punit de homicidio, licet ꝓhibitus esset illā occidere. l. nec in ea. §. fi. ff. de adul. sed tn̄ punitur de excessu, quia poterat se uindicare, sed excessit modum, & in illo excessu vr̄ esse in culpa, propter quam uenit puniendus. & Ang. ibi not. illum tex. quem etiam ad hoc allegat Bal. in l. ut uim. ff. de iustitia, & iure. & idē Bal. in c. 1. §. si quis ultro. in fi. de pace iuramento firmanda. & in c. 1. de pace tenenda. in ver. item qui excessit modum. & hoc dictum pro nota. Roponit in tertio no. An si quis excesserit modum. & idem no. Pau. de Cast. in consil. 193. In causa carceratorum. ubi refert se uidisse Bald. consuluisse Papiæ per dictum §. Imperatores. & idem tradit Alex. in consi. 76. Visa inquisitione. lib. 1. ubi cōcordat cum prædictis, & dicit, ꝙ si se defendēdo qs excessit modū, & occidit aduersariū, non debet pro illo excessu puniri pœna legis Cornl. de sica. quia non fuit in dolo, sed debet puniri pro culpa, quæ fuit in illo excessu. & idem Ioan. Andr. in addit. Specul. in rubrica. de homicid. cum similibus vt tradit Alexand. in consilio. 109. Visis. lib. 1. in consi. 24. Animaduersis his lib. secundò in consil. 140. Videtur in casu proposito. eod. lib. secundò & in consil. 14. Ponderatis. lib. 3. Aretin. in consil. 34. Visis diligenter. Bartho. Vero. in consil. primo. Scio magnifice. & in consilio 29. Viso processu. & ex omnibus prædictis concludendum est, quòd dictus magnificus Anto. Mario, qui fecit mandatum limitatum suo famulo, quòd vulneraret, & sfragiaret Paulum Petrum, ista uerba nō conueniunt homicidio, & famulus excessit modum, quia illum ita vulnerauit, quòd mortuus est: & pro isto excessu, & pro dicto homicidio sequuto vltra intentionem mandantis non debet mādans puniri pœna corporali; sed solum pro culpa, per ea, quæ supràdicta sunt. Et sta conclusio clarius apparebit respondendo ad allegata supra in contrarium. Primò ergo non obstat text. in in d. c. fi. de homici. in 6. quia ille text. retorquetur in contrarium intelligendo, prout loquitur in homididio ratione culpæ commisso respectu mandantis, pro qua culpa pœna corporalis imponi non potest, ut supra dixi. & per illum tex. in d. cap. fi. tollunt rationes omnes, quas tradit Bartho. Veron. in consil. 33. allegato supra in contrarium, dum inquit, quòd videtur mandans habuisse animum occidendi, ex quo mandauit illud, ex quo uerisimiliter mori potuisset, & tali casu euentus, non uoluntas inspicitur & quia videtur in dolo, quia actus vulnerandi tendit ad mortem secundum Barth. Vero. in d. consi. 34. nam ista dicta omnia sunt cōtra text. in d. c. fi. de homi. in 6. qui expresse dicit mandantem fuisse in culpa. & ratio illa videtur, quia voluntas mandantis limitata fuit in vulneribus, prout verba expressè sonant: & quia debuit cogitare, ꝙ ex vulneribus mors, & homicidium possit sequi, & in hoc non cogitando non videtur dolus, sed culpa, ut ibi tex. dicit. Non obstat dictum Bart. in d. l. diuus. in fin. quia eius dictū

5 intelligitur secūdum dictum c. fi. quod ipse allegat, † quia dictum doctoris intelligitur secundum iura, quæ adducit. ut notat Bar. in l. nō, solùm. §. si liberationis. ff. de libera. l. in lege, cum quidam. ff. de his, quib. ut indig. & Bald. in d. l. diuus. alleg. d. cap. fin. de homicid. in 6. quod loquitur in homicidio culpa commisso quo ad mandatum, pro quo pęna corporalis imponi non potest, & ita dictum Bar. intelligitur. & eodem modo intelligitur Bal. in locis supra alleg. in contrarium, in quibus etiam ipse alleg. d. c. fin. & ideo intelligitur, ꝙ mandans puniatur pro homicidio culposo, & sic absq; pœna corporali. Non obst. quod contrarium consuluit Barth. Vero. in cons. 34. quia ipse fuit solus in ipsa opinione. & cōtra illum, in illo casu quamplures consuluerūt, videlicet do. Ant. Rosellus de Aret. in consil. 35. inter consil. Barthol. Veronen. in consi. incipien. In hac quæstione, in qua de hominis uita. & idem Ant. Rosel. in consil. 38. inter consilia Barthol. Veronen. in consilio incipien. Magnifice, & generose vir. & idem consuluit famosus doctor dominus Franc. de Capitibus Listæ in consil. 36. inter consilia Bar. Vero. in consi. incip. In casu isto. & in cons. sequenti. 27. consuluit Ange. filius Paul. de Cast. in consi. incip. Visa inquisitione, & confessione. & quia istorum opinio videtur * *communis* & fundata melioribus rationibus, & iuribus, merito præualere debet, ut not. per Io. And. & doc. in c. 1. de const. ubi Abb. in fin. allec. tex. in l. 1. §. sed neque. C. de uete. iure enucl. ad idem text. in c. capella. de fer. ubi Abb. in pe. no. & tradit Ang. in cons. 110. Sanctissima, & Domi. in cap. 1. de summ. Tri. in 6. cum si. ut dixi. in d. ca. 1. de consti. & præmissæ conclusioni non obst. si dicatur, ꝙ illud, quod suprà dictum est de excessu facto, in defensione, pro quo excessu non imponitur pęna mortis, quia hoc videtur bene procedere, quia principium pro defensione erat licitum, secus videtur in casu nostro, in quo principiū fuit illicitū: & ita dicit Barth. Veronen. in dicto consi. 34. Sed replicari potest, quòd ista diuersitas non tollit argumentum, & fundamentum suprà dictum: quia in tali excessu videtur esse in culpa, & non in dolo: & pro culpa non imponitur pœna corporalis, ut dictum est. & ista ratio militat, licet principium fuerit illicitum: quia satis est, quòd excessus fuerit sine dolo, & cum sola culpa: & in d. cap. fin. fuit principium illicitum; & hoc non facit, quòd qui est in excessu, sit in dolo. & ex omnibus supradictis liquidò constare uidetur, ꝙ magnificus do. Antonius inquisitus pro homicidio, de quo agitur, nullo modo pęna corporali puniri possit, & ita apertissimi iuris esse arbitror. & si causa esset mihi commissa, constanti animo iudicarem, & maximè hoc est dicendum in ipso do. Anton. Maria, qui est minor 25 annis. & ita fuit iudicatum, & pœna fuit pecuniaria secundum arbitrium iudicis. 1530.

EPITOME Consi. CCCCCCXXIII.

Mater præfertur auo in successione filij, & de filio nato exciso ventre si in octauo mense natus sit, viuus rumpit testamentum contra Paul. de Castr. in l. p... C. de posthu. hær. & auus præfertur auunculis.

SVMMARIVM.

1 *Filius extractus viuus exciso uētre matris præmortuo habetur pro nato.*
2 *Auus paternus in quo sit gradu.*
3 *Paria sunt, quod quis nascatur mortuus, uel quòd uiuere non possit.*
4 *Intellectus ad legem quæret aliquis.*

IN casu occurrenti in ciuitate Lucana ui so puncto s. scripto, & circunspectis omnibus in eo narratis considerādum est, quòd si mater filij, qui statim post natiuitatem decessit, extaret, non esset dubitandum, ꝙ ipsa in successione filij auo paterno deberet præferri, quia ipsa prior in gradu, ut not. per glos. in authen. defuncto. in verbo, gradus. C. ad Tertyl. & tradit Bened. Capr. in consi. 149. Cum de pluribus quæratur. in ver. circa tertium. & de isto casu non agitur hic, qa

1 mr̄ est præmortua: † & filius exciso uentre matris ꝓmortuæ extractus fuit uiuus, quo casu habetur pro nato. l. quod dicitur. ff. de lib. & posth. in l. posthumus. §. 1. ff. de inof. testa. in l. 1. §. sed & si matris. ff. ad Tertyl. in l. 1. §. si prægnans. ff. unde cogna. & dicit Bald. in consi. 110. Ad intelligentiam horum dubiorum. in fi. lib. 3. ꝙ extractus de vtero nihil differt a nato. nec obst. ꝙ uocem non emisit, & decesserit, ut est text. in l. quod certatum est. C. de posthu. hære. & sufficit, ꝙ momento vixerit. l. vxoris abortu. C. de posth. hęr. inst. sic etiam si statutū excludat filiam extantibus masculis, satis est, ꝙ masculus uixerit, & filia excludit, ut no. Bal. in l. si quis posth. §. si filiū. ff. de lib. & posth. ibi, nā tunc sufficit, ꝙ momento eam exclusferit. & idem Bal. in l. qu in etiam. in versic. quid si masculus. in tit. Epis. uel Abb. in vsibus feud. & si ex forma statuti

statuti maritus debet lucrari dotem vxore prædecedente in matrimonio, satis est, quòd momento constiterit in matrimonio, ut not. Bald. per illum text. in l.non tantum. C.de legib. & facit tex.in l.cum sponsus.§.fina. ff.de publi.ibi,etiam,is qui momento possedit,recte hac actione experietur. est ergo videndum de hæreditate huius infantis,qui viuus extractus fuit de uentre matris,& breui temporis spatio decessit, ad quem spectare uidetur hæreditas dicti impuberis. Et primo considerandum est, quòd hæreditas dicti infantis non adita transmissa fuit in eius hæredes ex testamēto,vel ab intestato uenientes, ut in statuto Lucensi disponitur,& etiam de iure communi transmissio videtur habere locum,quia secundum * *communem* opi. ex potentia suitatis hæreditas patris de lata infanti ad quoscunque hæredes transmittitur,ut Barto.concludit in l.si infanti. C.de iure delib.ubi dicit, ꝙ omissis truffis (ut eius verbis utar) hæreditas patris filio delata, & non adita transmittitur per filium in potestate.& dicit se consuluisse, & quod ita fuit collegialiter determinatum. & ad hoc alleg.l.fratris.C.de iure delibe.ubi etiam Bart. idem tenet, & in l. apud hostes.C.de suis,& legi.ubi etiam Bar. & in l. ex militari §. si filius. ff. de testam.mili.ubi etiam Bart & secundum istam cōmunem opi.consuluit Rom.in consi. 58. Visis narratis.in 2.dub. Ang.in consi.241.Ad hæreditatem do.Bernardini.in princ.& ibi propter hoc circa fi.in ver.ex prædictis infertur per eū,ꝙ hæreditas Galeoti.infantis ab intestato deferatur ad auiam, & sororē infanti utroque latere coniunctam,quia prædicta auia, & soror utraque est in secundo gradu,ideo pariter uocatæ sunt: alle. authen. defuncto. C. ad Tertyl.& idem de transmissione hæreditatis non aditæ no. Ange.in consi.287.Factū,super quo.in prin. & Pet.de Ancha.in consil.278. Præmittam casus indubitatos. in prin.Benedictus Capra in consi.12.& si uiso,& considerato præfato puncto.|& in consi.14. Punctus quidam Ioan.& in consil.2. Fuit quidam ciuis Senensis. in 5.dubio.in fine. & cum prædictis concordat Corn.in consi.146.Videtur prima facie.lib. 1.in consi.150.Circa præsentem.in prin.l b.2.& in consi.208.Ad decisionem.eo.lib.2.ex quibus patet istam communem esse opinionē, a qua in iudicando non est recedendum:Est ergo videndū, quis proximior sit dicto infanti,qui hæreditatem patris non aditā ad hæredes suos ab intestato transmisit. & in tali successione concurrunt fratres matris,qui sunt auunculi, & auus paternus, quo

2 casu res clara videtur,quod auus paternus [a] proximior in gradu

a sit.quia est secundo gradu.insti.de gradi. in §. secundo gradu.ibi, secundo gradu supra auus auia.& in l.Iurisconsultus.in §. secundo gradu. in l. 1. §.secundo sunt gradu. ff. de gradi. auunculi vero sunt in tertio gradu. l. auunculo. C. commu. de succes.& in d.l.1.§. tertio gradu.institut. de gradi.in d. §. tertio gradu. & ista ratione auus præfertur patruo in tutela, ut dixi in consil. 178. In casu proposito.& sic cum auus paternus,de quo agitur, sit proximior in gradu,auunculos, id est fratres matris excludit, quia in gradu remotiores sunt: & quando essent pares in gradu illi, ad quos hæreditas ab infante transmittitur,pariter admitterentur, ut no.Ang.in consil.241. suprà allegato. & hoc procedit secundum regulam,quæ est,quod pares in eodem gradu omnes simul admittuntur.§.si plures.in ver.tamen dubium non est.inst. de legiti.agnato.tutel.& in §.reliquum.in vers. si verò neque fratres. in Auth.de hæred.ab intest.uenien.& in §.fi.inst.de cap. diminu. & cum auus paternus sit de ascendentibus, debet præferri auunculis,qui sunt de transuersalibus.argumen.tex.nota. in lege 3.§.liber.ff.de legatis præstan facit text.in §.inter eas,institu. de nupt. & ex prædictis omnibus conclusio clarissima de iure videtur, ꝙ auus paternus ad successionem dicti infantis solus, admittatur, & ita auunculis præferatur.& conclusio supra de plano procederet,nisi probaretur,quòd partus viuus,qui extractus fuit de ventre exciso,fuisset in tali mēse,ꝙ viuere nō potuisset puta in octauo,vel sexto mense,quo casu non vr̄ s̄m medicos, ꝙ viuere possit:& tali casu non vr̄ rumpere testm̄, & hr̄, ac si abortiuū fecisset,s̄m Pau.de Cast in l.pe.C.de posthu.hær. inst. ubi dicit istam

3 quæstionem de facto fuisse,quia secundum eū paria sunt,† quòd nascatur mortuus,& ꝙ uiuere non possit.& inducit tex. in l.septimo mense.ff.de statu homi.à contrario sensu, dum ibi dicitur, quòd perfectus est partus in 7.mense,ergo in sexto non vr̄ perfe

b ctus.& istam opin Pau. [b] de Cast.videtur approbare Alex. in d.l. quod dicitur.& do.Bartho.Soc.idem sequitur in l.cum auus.de condi.& demon.ubi dicit bis secundum istam opi.consuluisse.& inducit tex.in d.l.7. mense. ubi non nascitur perfectus ante dictū tempus,ergo non videtur, ꝙ rumpat testamentū, quia requirit, ꝙ uiuus perfectè nascatur.d.l.pe.secūdò inducit tex.in l.q̄ret aliquis.ff.de ver.sig.ubi tex.æquiparat,ꝙ mulier ędiderit partū portentosum monstruosum, uel debilē:nam vr̄ tex. verificari in partu,qui debito tempore non nascatur. Contrarium tamen tenet Cor.in d.l.pe. per generalitatem d.l. pe. & d.l.vxoris abortu.ubi rumpitur testamentū natiuitate posthumi,licet illico decesserit, & sic cōsideratur, ꝙ nascatur uiuus, & aliud non quæritur.& in d.l.pe.in fi.expresse dicitur hoc tantummodo requirendo, si viuus,vel prodigium.& sic ibi non cōsideratur, an esset victurus, uel nō:& reperio,quod Bald.in terminis tenet ꝯtra Pau.de Cast. in cōsi.110 Ad intelligentiā horum dubiorū.in fi.li.3.ubi inquit, ꝙ licet posthumus natus sit in octauo mense, qui s̄m physicos viuere non potest,tamen sufficit, ꝙ momēto vixerit. d.l.uxoris abortu.& sic in terminis uidetur decidere contra Pau.de Cast.& idem Bal.in consi.407.Proponitur,quidam ser Simon.lib.3.in fi. & ista opi.contra Pau.de Cast.verior uidetur,quia solum requiritur ꝙ uiuus nascatur,ut in iuribus s̄.alle. Non obstant iura, quæ Soc.inducit in contrarium,& primo tex. in d.l.7. mense. iuncta d.l.pen quia in d.l.pe.loquitur de partu perfecto respectu natiuitatis ibi, si viuus perfectè natus sit. & quantū ad natiuitatem videtur præfectus,quando uiuus nascitur,quia hoc sufficit d.l.pe. in ver.hoc tantūmodo.Non ob.l.7.mense.quia respondet Alex. in d.l. pe.ꝙ ille tex.loquitur quò ad cognoscendum, an filius natus sit ex legitimo matrimonio,vt si mulier hodie ꝯxit matrimonium,& in spatium sex mensium pariat filium,qui uiuat,non videretur natus ex iustis nuptijs, sed uideretur conceptus ante illud matrimonium, sed quantum ad propositum perfectus dicitur partus,quando nascitur viuus,dato,ꝙ statim moriatur,ut

4 probatur in iuribus s̄.allegat. Non obstat † tex.in d.l.quæret aliquis.dum loquitur de partu debili,ut intelligatur,quando viuere non potest: quia ille tex.uidet̄ loqui, quando hoc ex aspectu illa debilitas appareat, prout ibi dicitur de portentoso, & monstruoso, & hoc non verificat̄ in proposito, & in casu isto, ut dictum est,consideratur,ꝙ partus uiuus nascatur,& hoc tantū sufficit,ut supra dictum est.hoc tamen dictum est ex abundanti,qa non fuit probatū,ꝙ partus natus sit tali t pe,ꝙ uiuere non possit hoc enim debet pr bari a parte aduersa,quæ fundatur in tempore,ut no.in l.eum actum.ff.de neg.gest.in l.matrem.C.de probatio.& per Bart.in l.non solum. §. sed ut probari. ff.de ope. noui nun & dato, quòd probetur,in isto casu nihil facit, quia solum consideratur, quòd partus viuus nascatur,& aliud non requiritur,ut supra dictum est.

ADDITIONES.

a ¶ Patronus.) Ita hodie mane consului in auia materna , ut sola filio suo excluso nepti e filia præmortua succedat, nec postea idem filius futurus sit potior in bonis dictæ neptis utrinque cōiunctæ,quia iuncta est hæreditas, & confusa cum bonis matris,quæ æqualiter inter omnes filios etiam prioris matrimonij diuidantur.l.sed si plures.§.filio.de uulg.& pupi.ea causa pendet Spiræ. 1554.

b ¶ Pau.] Idem Phili.Dec.in l.posth.mo.nu.4.C.de bono. pos.contra tab. Lancellotus Dec.in l.quod dicitur.ff.de lib. & posth. & in fortioribus terminis Math.Afflic.decis.Neapoli.236.ubi loquitur in nato 8 mense,quando certum est cum de proximo moriturum.Sed uerior est Philip.Cornei opin.in d.l.Pau.per illum tex.ibi,hoc tantummodo recusando.& sic Phil. Dec. hic melius dixit,quàm legendo.

EPIT. Consi. CCCCCCXXIIII.

Emphyteusis ecclesiastica fuit concessa Euangelistæ, & suis vsq; ad tertiam generationem, hic reliquit Hieronymum Orothum, qui ab Imperatore legitimatus successit patri. deinde decessit relicto Bartholomæo filio, qui succedere debet in huiusmodi bonis emphyteuticis,ut hic a Dec.concluditur.

SVMMARIVM.

1 *In generatione,non comprehenditur persona generans.*
2 *Verba, pro se,& suis filijs,& nepotib.de quibus intelligi debent.*
3 *Syllaba, de causam immediatam significat.*
4 *Filius legitimatus an admittatur in emphyteusi ecclesiastica.*
5 *In claris non est opus coniecturis.*
6 *Argumentum de feudo ad emphyteusim tenet.*
7 *Dictio,de,causam remotam significat.*
8 *Ius quærendum facilius tollitur, quam ius quæsitum.*
9 *Prælatus potest præiudicare ecclesiæ in quærendis,non in quæsitis.*
10 *Statutum quod mulier non possit alienare in bonis quæsitis, non in quærendis intelligitur.*
11 *Clausula,ex certa scientia,in legitimatione posita quid operetur.*
12 *In legitimatione an requiratur citatio agnatorum.*
13 *Priuilegium quando conceditur qui citari non debet.*



Copiosè, & eleganter in casu proposito scripsit clarissimus dominus Ioannes Paulus de Pilio, requisitus de subscriptione: agam paucis pro solito more meo, & clara videtur illa conclusio de iure

de iure communi, quod concessio facta Euãgelistæ de bonis em-
phyteuticis ab episcopo pro se, & suis filiis, & nepotibus usque
in eius tertiam generationem comprehendat Ioannem Bartho-
lomæum pronepotem dicti Euangelistæ. quia, vt magistraliter
declarat Ang. in Aut. de rest. fideicommissi. §. si in prima genera
tione est alius dicti Euangelistę, in secunda est nepos, in tertia ꝓ
1 nepos.† nam in generatione non debet computari Euangelista,
qui primo recepit emphyteusim, vt ibi Ange. dicit. & tradit eti-
am Marianus Soc. in consil. 25 Do. Fraciscus. ubi rationem addu
cit, quia nemo generat seipsum. c. fi. de inst. in c per vestras. de iu-
repa. & in l. 2 ff. de stip. seruo. & not. idem Bald. in auth. defuncto
C. ad Tertty. l. sed in ista conclusione nõ paruam difficultatem fa
cit, quia iste Ioannes Bartholomeus natus est ex Hieronymo
filio spurio Bartholomæi filij legitimi dicti Euangelistæ: vnde cũ
trahat originem ex radice infecta, non uidetur comprehensus
in inuestitura facta dicto Euangelistæ pro se, & suis filiis, & nepo
2 tibus.† nam ista verba intelligi debent de filiis legitimis, & natura-
libus, & nõ de spuriis, vel bastardis, ut no. Bald. in auth. si quas rui
nas versic. sed quæro. C. de sacrosanct. eccle. vbi alleg. Spe. & ipse
Bald. approbat hoc, & sequitur In emphyteusi ecclesiastica, de
qua agitur. & vlterius in isto casu requiritur, quod filij, & descẽ-
dentes dicti Euãgelistæ nati sint de legitimo matrimonio, vt ex-
3 presse in inuestitura dicitur.† illa syllaba, de. causam immediatã
significat. l. 1. §. nunc videamus. in ver. nec quod nepotibus. ff.
de coniun. cum emanci. lib. ibi, non de bonis, sed propter bona,
& not. Bar. in l. 1. §. si plures. in prima quæstio. in prin. ff. de exerci.
& in notabili quæstione tradit Bald. in l. de pecoribus. C. ad leg.
Aquil. vbi inquit, quòd statuto prohibẽte, quòd non possit pax
fieri de percussionibus sanguinolentis, si quis impulit aliquem ad
terram, cui colliso capite ad lapidem exiuit sanguinis, non habe-
bit lucrum statutum, quia non exiuit sanguinis ex impulsu ad ter
a ram immediate, sed ex collisione lapidis,[a] & illa verba, de percus
sionibus. intelliguntur immediate, quia illa syllaba, de causam im
mediatam significat: & ideo ista verba intelligi debent de filijs, &
nepotibus, qui ex dicto Euangelista immediate nascerẽtur, & ver
ba prædicta non videntur verificari in filiis spuriis etiam legiti-
matis, quia non sunt nati de legitimo matrimonio, & hoc in tan-
b tũ vř, ꝓcedere, ꝙ etiam legitimatus ex subsequenti[b] matrimo-
nio stantibus verbis prędictis, de legitimo matrimonio, nõ de-
bent admitti: qa nõ uerificatur, ꝙ natus sit de legitimo matrimo
nio, ut tradit Bald. in consi. 492. Secundnm vnam formam incip.
4 Quidam tres hæredes. lib. 4. ad hæc† tamen responderi sic potest,
vt dicamus, quod licet de iure cõi dictus Ioãnes. Bartholomæus
non debuisset admitti ad dicta bona empyteutica; quia originẽ
ducit a radice infecta, ut est text. fin. C. de natu. lib. cum si. ut dixi
in consi. 85 in fin. potuit tamen a summo pontifice, & ab Impe-
ratore habilitari, quibus nõ est adempta potestas dispensandi, ut
dicit text. in cap. innotuit. de elect. & in c. proposuit. de concess.
præben. est ergo videndum an habilitatus sit virtute dispensatio-
nis, ita quòd in dictis bonis succedere possit. & breuiter conclu-
c dendum[c] est quòd sit habilitatus, quia in legitimatione speciali-
ter dicitur, quod Hieronymus pater dicti Ioannis Bartholomęi
possit succedere, tanquam si esset de legitima matrimonio pro-
creatus, & etiam si essent bona emphyteutica, seu feuda ecclesia-
stica. in priuilegio idẽ dicit, qđ possit legitimare spurios, ac si de
vero, & legitimo matrimonio nati essent: cum enim appareat de
voluntate expressa imperatoris, & summi Pontificis, de potesta-
te non videtur dubitandum. & concurrente potestate, & volun
tate, prout requiritur, capitul. cum super. de offi. deleg. cum simi
li. vt dixi ibi in quarto notabili, res clara videtur, quod habilita-
tus sit ad succedendum in dictis bonis emphyteuticis, acsi de legi
timo matrimonio natus esset, ut in priuilegio, & in dispensatio-
5 ne expresse dicitur:† nam cum verba clara sint, non est opus con
iecturis. in l. continuus. in §. cum ita. de uerbo. obliga. & ad hoc
bene facit gl. no. in capitulo primo. § naturales. in verbo legitimi.
de feud. defun. conten. sit inter domi. & agnat. quæ not. voluit,
quod licet filij essent legitimati, quod tamẽ succedant in feudo.
idem videtur dicendum in emphyteusi ecclesiastica, de qua agi-
tur, quia eadem ratio videtur in tali casu, quia cõcurrit potestas,
6 & voluntas Imperatoris, & summi pontificis: † & quia valet ar-
gumentum de feudo ad emphyteusim, ut not. per Bar. in l. si mi-
hi, & Titio, de verbo. obliga. cum simi. vt tradit Alexand. in l. di-
uortio. §. si fundum ff. solu. mat. & ad idem facit, quod in simili
casu Alexan. tradit in consi. secundo Visis codicillis. libro primo
vbi concludit, quod licet dubium sit, an legitimatus excludat
substitutum, tamen quando in legitimatione expresse hoc dici-
tur, quod legitimatus debeat excludere substitutum, tunc est si-
ne dubio, quod substitutus excludatur. & dixi in consil. 269. su-
prà allegato per domi. Consultorem. & hoc idem not. Socin. in
consil. tertio. In causa dom Guidi. lib. tertio. Non obstat, quod
illa verba, de legitimo matrimonio. non videntur verificari in
isto casu, quia illa verba, de legitimo matrimo. immediate intel-
liguntur, & non verificantur etiam in legitimatione facta ex sub-
sequenti matrimonio, ut suprà in contrarium dictum fuit. quia
respondetur, quod dicta verba habentur pro verificatis propter
supremam authoritatem Papæ, & Imperatoris, qui voluerunt
legitimatum haberi, ac si natus esset de vero, & legitimo matri-
monio. vnde licet prædicta uerba de se non videantur verificari,
cum adminiculo legitimationis factæ a summo Pontifice, & Im-
peratore verificata reputantur, quia quod fit per rescriptum in-
dulgentiæ specialis, idem operatur, quod factum de iure commu
ni. vt not. Bald. per illum tex. in l. liberos. C. de colla. & ibi ex hoc.
infert, quod ille, qui habet beneficium ex dispensatione. debet se
7 tueri in possessione, ac si de iure communi possideret. Non† ob-
stat, quod supra dictum est de illa dictione, de; significat cau-
sam proximam, & immediatam: quia hoc non est verum simpli-
citer quia etiam causam remotam ista syllaba, de. significat, ut
not. Bartol. in l. si finita. §. deinde per illum text. ff. de dam. infec.
Alexand. ibi dicit hoc esse uerum, quando hoc colligitur ex mẽ
te disponentis, quod velit importare causam remotam, sed hoc
non haberet dubium, quando constaret de mente disponentis,
vnde hoc aliter declarari debet, vt nouissime dixi in rubri. ff. si
cer. pet. quod non est uis in illa syllaba, de. quia secundum subie
ctam materiam causam remotam, & proximã significat, sed de-
ben considerari, quod quando causa proximam significat, sed
debet considerari, quod quando causa proxima habet connexi-
tatem cum remota, ut quia vna ad aliam sit ordinata, vtraq; com
prehenditur. d. l. si finita. in §. deinde. aliàs secus, & in quæstione
Bald. non est vis illa syllaba, de. sed ibi causa proxima non erat or
dinata ad remotam, quia impulsus ad terram non erat ad hoc or
dinatus, quod exiret sanguinis, sed illud accidentaliter contingit
ex collisione lapidis. facit ad prædicta text. in l. non omne. ff. de
statu liber. & quod ibi per illum text. not. Barto. in l. si vt certo.
§. sed interdum. ff. commo. Non obst. quod illa verba, de legiti-
mo matrimonio. non videntur verificata per legitimationem ex
sequenti matrimonio, secundum Bald. in consilio 155. in versi. re
uocatur in dubium. & in casu isto concurrit, quod in legitimatio
ne dicitur, quod habeatur legitimatus, ac, si natus fuisset de legiti
mo matrimonio, per ea, quæ supra dicta sunt, & hoc non potest
dici in casu, in quo Bald. loquitur, & sic conclusioni suprà factæ,
quod iure accrescendi illa bona emphyteutica videantur specta
re ad dictum Pierpolum nepotem dicti Euangelistę: quia hoc nõ
potest habere locum in portione, quam Bartholomæus filius le-
gitimus dicti Euangelistæ fuit consequutus in diuisione dictorũ
bonorum facta inter ipsos filios, & nepotes dicti Euãgelistæ, illa
enim portio transmissa fuit in do. Hieronymum filium spurium
dicti Bartolomæi habilitatum virtute legitimationis, ut suprà di-
ctum est: & constat, quod ius transmissionis excludit ius accres-
cendi. l. 1. ubi Bal. in princip. C. de his qui ante aper. tabu. & tradit
Socin. in consi. 67. In præsenti consultatione. in princip. lib. 4. Nõ
obstat, ꝙ dicto Petro Paulo esset ius quęsitum tẽpore legitima-
tionis, quod ab eo non citato sublatum esse non uidetur: quia re-
8 spondetur, quod in tali casu agitur de iure quærendo † casu, quo
ius accrescendi haberet locum, & hoc facilius tollitur, quàm si
esset ius quæsitum. l. fi. C. de acqui. possess. no. in l. seruus C. de pac.
vbi glo. facit text. in l. si sponsus. §. si maritus. el. 2. ff. de dona. inter
virum, & vxo. in l. 1. §. confertur. de colla bono. in l. qui autem. in
9 princip. ff. de his, quæ in frau. credi.† & ideo prælatus potest præ-
iudicare ecclesiæ in quærendis, non in quæsitis, ut not. Fede. in
consi. 9. Casus est cum simil. vt tradit Alex. in l. legatum. de leg. j.
10 Roma. in consi. 1. Roma. in consil. 184. Visis quæ narrantur.† &
statutum, ꝙ mulier non possit alienare, intelligitur in bonis quæ-
sitis, & non in quærendis, ut tradit Ioan. de Imo. in consi. 74. In ca-
su præmisso. cum simil. vt dixi in consi. 267. allegato supra per d.
Consultorem. & cum in casu isto agatur de bonis in futurum
acquirendis vigore iuris accrescendi, non videtur dubitandũ, ꝙ
Papa & Imperator in tali ipse acquirendi potuit agnatis præiu-
dicare. & ad hoc est dictum Bald. in l. cum filius. C. de testa. mili.
vbi in versiculo item est argumentum dicit, ꝙ Comes, qui habet
potestatem legitimandi, non potest in præiudicium agnatorum
post aditã hæreditatẽ, qñ non aliter constat de voluntate princi-
pis, ut not. Bald. in c. domino guerram. in versicul. & nos dicimus
in legitimato. in titul. hic finitur lex Federic. & idem concludit
Pau.

ADDITIONES.

a ¶ Lapidis.) Sed hoc est ridiculum & latè confutaui in annotation. ad Alex. consi. 15. lib. 1.

b ¶ Subsequenti.) Adde quæ dixi in consuetu. Parisi. §. 8. gloss. prima, quæstione 7.

c ¶ Concludendum.) Falsum est, ut plenè dixi in consuet. Paris. §. 8. gloss. j. nu. 39. & suprà consi. 363. nu. 1. Nicol. Boer. decisio. Burdega. 123. Alexan. consi. 128. li. j. Pet. Anc. consi. 241. & sic Dec. hic malè consuluit.

Pau. de Cast. in consi. 225. alias 228. Super primo dubio. quando hoc non apparet esse de uoluntate principis. & idem tenet Pau. de Cast. in l. cum hæredes. in princip. ff. de acquirēda possess. Alex. in consi. 2. Visis codicillis. lib. primo.
11 † & de voluntate principis constare, uidetur, quando in concessione clausula, ex certa scientia apponitur: quia tūc apparet, quod voluit præiudicare illi, cui erat ius quæsitum, ut dicit Paul. de Cast. in consilio 107. Donatio prædicta. in versicu. circa primum. alleg. l. idem Vlpianus. §. 1. ff. de excusatio. tuto. & glo. in ca. ad hæc. de rescript. & idem Io. de Ana. in consi. 81. Viso instrumento. ubi inquit, quod princeps potest rem alterius concedere, si clausula, ex certa scientia apponatur. & tradit Alex. in consi. 225. Nec arguendi sumus. ver. 6. confirmatur. lib. 2. cum ergo dictus dominus Hieronymus pater dicti Ioannis Bartholomæi legitimatus sit cum clausula, ex certa scientia. & de plenitudine potestatis. & specialiter, & expresse, vt etiam in præiudicium venientium ab intestato succedere possit, vt in legitimatione dicitur, videtur indubitanter cōcludendum,
12 quod ad successionem dictorum bonorum admittatur. Nec † in isto casu obstat, quod non fuerint citati in ista legitimatione illi, de quorum præiudicio agebatur, quia in priuilegio expresse dicitur, quod talis legitimatio fieri possit citatis, uel non citatis, præsentibus, vel absentibus illis, ad quos hæreditas spectare possit, & non videtur dubitandum, quod Imperator hoc facere po-
13 tuerit in isto iure quærēdo per ea, quæ suprà dicta sunt, & † quia in isto casu agitur in effectu de priuilegio principis, in quo citatio de iure, nec de more requiritur, quia est donum superioris, vt Bald. dicit in lege nam ita diuus. ff. de adoptionibus. & idem Bal. in l. fin. C. quib. res iudica. non noc. & in l. fin. circa finem. C. de fruct. & lit exp en. Abb. post Calde. & Bald. in c. cum olim. de re iudic. cum similibus. vt dixi consi. 192. Viso tenore. & quia ex supra dictis patet, quod princeps potuerit facere legitimationem supra dictam inuitis venientibus ab intestato, pariter illis ignorātibus, ut in l. qui potest. ff. de regu. iur. cum simi vt dixi ibi, & in casu isto tradit Alex. in d. consi. 2. Visis codicillis. lib. j. & dixi in consi. 267. supra allega to per domi. Consultorem.

EPIT. Consi. CCCCCCXXV.

Statum exclusiuum fœminarum dotatarum intelligitur de bonis dotantis, & de personis tantum in eo nominatis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, quòd dotata non succedat, qualiter intelligatur.*
2 *Filius licet excludat sororem, non tamen nepos excludit amitam.*
3 *Statutum excludens amitam non videtur excludere materteram.*
4 *Statuta, cum sint stricti iuris, strictè interpretari debent.*
5 *Statutum loquens de auia paterna, non habet locum in auia materna.*
6 *Renuntiatio beneficii ex aliquo actu non inducitur, nisi expressè agatur.*
7 *Limitata causa, limitatum effectum producit.*
8 *Pactum super una re ad aliam rem non porrigitur.*
9 *Renuntiatio de hæreditate patris, non nocet in hæreditate fratris.*

Viso Eleganti cōsilio præclarissimi I. V. docto. do. Petri Gratiani de Ancona vti fratris maioris honorandi iuridicam esse arbitror conclusionem ab eius excellentia firmatā, videlicet, quòd in hæreditate do. Medæ auiæ maternæ eius nepotes, uidelicet Angelus, & Ludouica æqualiter admittantur. & ista conclusio de iure communi indubitanter procedit. §. j in Aut. de hæred. ab intesta. venien. nam isti sunt in pari gradu, ideo pariter admittuntur nulla habita differentia sexus. l. maximū uitium C. de libe præte. l. lege duodecim tabularum. C. de legit. hære. solum difficultas vr̄ in statuto, ī quo
1 † disponitur, ꝙ filia dotata non succedat, ut hr̄ in rub. 55. incip. Quòd mulier dotata sit contenta dote. licet enim tale statutum, quando simpliciter loquitur, restringatur in hæreditate dotantis, ut not. Bal. in l. 1. per gl ibi in ver. modo accidit. C. de legiti. hære. & sequitur ibi Pau. de Cast. qui dicit, ꝙ si pater filiam dotauit, illa non excluditur ab hæreditate matris. & idē Pau. de Cast. in consil. 238. Præsens casus in ver. nam statutum. & in consilio 340. Præsupposito. idem Alexan. in consi. 29. Quoniam abundè. li. j. in cons. 151. Viso themate. li. 2. Maria. Soc. in cons. 30. Quāuis. tamen in casu isto ista interpretatio non habet locum, quia statutum vlterius procedit declarando seipsum, dum disponit, quod dotata ab vno ex nominatis in statuto excludatur ab hæreditate aliorum omnium nominatorum in dicto statuto: vnde cū appareat de mente statuti, à verbis statuti non est recedendum, vt in tali statuto Bald. dicit in d. l. 1. C. de legi. hære. & idem Pau. de Cast. in consi. 340. & aliis in locis supra alleg. idem Roma. in consil. 485. In casu propositæ consultationis. cum sim. vt dixi in consil. meo 346. Omissis his, & secundum istam conclusionē esset dicēdum, quod Ludouica dotata excludatur ab hæreditate omnium, qui nominati sunt in statuto. Vlterius tamen cogitan. cōtrarium de iure esse arbitror, videlicet quod dicta do. Ludouica non excludatur, sed simul cum Angelo eius fratre admittatur ad hæreditatem do. Medeæ eius auiæ maternæ, & ꝓ fundamēto huius conclusionis præsupponendum est, quod statutū, de quo agitur, in quo tota vis consistit, non habet locum in personis, de quibus non loquitur, quia vt dicit Bald. in l. sed & milites. ff. de excu. tu. a iure communi sibi competenti nunquam quis excludi
a tur a statuto, nisi a personis specificatis.[a] † & ideo infert, quod li
2 cet filius excludat sororem, non tū nepos excludit amitam, ut Bal. ibi dicit, & licèt statutū excludat matrē, nō tū excludit auiā
3 & statutū excludēs † amitā nō vr̄ excludere materterā, ut not. Bal. ī l. ꝗ vero. in ver. itē pone. ff. de legi. & si statutū velit, ꝙ fratres patrueles excludant matrem, nō tamen excludunt amitam, de qua statutum non loquitur, ut no Bal. in l. si quis. C. ad Tertyl. & si statutum existente patruo excludat auū maternum, non habet locum, si cum auo materno concurrat auia materna, quia tali casu patruus non succedit, sed auus cum auia admittitur, ut tradit Bal. in d. l. si quis. C. ad Tertyl. & in simili casu scribit Petr. de Anch. in c. 1. in verb. capio nunc quartum membrum. de const. ubi refert collegium Perusinum consuluisse in tali casu stante statuto, ꝙ mater non succedat extante patruo, si extant mater, patruus, & soror, de qua sorore non loquitur statutum, iste casus tā quam omissus remanet in dispositione iuris cōmunis. l. si extraneus. ff. de condi. causa data. & dixi in cons. 71. In casu ad me trāsmisso. & ideo cum statutū in casu isto nō loquat̄ de auia materna. non vr̄ habere locum l. si verò. §. de uiro. ff. sol. mat. l. si seruū. § non dixit prætor. ff. de acq. hær. l. at si quis. §. diuus. ff. de religio & sump. fun. & hoc præsertim vr̄ ꝓcedere in isto statuto contra
4 ius cōe, quod debet strictè interpretari, quia † statuta sunt stricti iuris, ut no. Bart. in l. constitutionibus. ff. ad municip. & in l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. in ver. 4. quæro. unde cum statutū loquatur de auo paterno, extendi non debet ad auiam maternam
5 † Nā si statutū loquitur de auia paterna, nō hābet locū ī auia materna. & ita ꝯcludit Io. de Ana. in cōs. 69 Pro breui expeditione. quia cū statutum de auia paterna tantū dicat, datur intelligi. ꝙ sit secus in auia materna, arg. l. cum prætor. ff. de iudi. in c. nonne de præsum. & quia dicit Io. de Ana. si statutum uoluisset idem esse in auia materna, expressisset, arg. l. 1. §. sin autem ad deficientis. C. de cad. tol. & a fortiori in casu isto dicendū vr̄, ꝙ statutum, qd̄ loquitur de auo paterno, nō habeat locum in auia materna: quia ratio, quæ potest considerari in auo paterno ratione agnationis conseruandæ, non videtur habere locum in auia materna. & sic ex omnibus supradictis patet, quod statutum non videtur obstare dictæ do. Ludouicæ; cui etiam obstare non videtur renūtiatio quæ fuit facta a prædicta do. Ludouica, in qua renuntiatione cōsiderandum est, ꝙ licet periculosa sit renuntiatio, quia postea nō datur regressus, c. quam periculosum. 7. q. 1. in l. quæritur. § si venditor. ff. de ædil. edict. l. 1. §. qui semel. ff. de succes. edict. tamen renuntiatio est stricti iuris, & in ea non veniunt nisi ea, quæ expressa sunt, ut no. Calde. in cons. 5. in tit. de præben. & idem no. Car. in cons. 120. Titius obligauit se. in fi. ubi inquit, ꝙ renuntiatio debet stricte interpretari, quia tales renuntiationes plerunque fiūt cum parua causæ cognitione, & ꝙ ex quadam consuetudine no-
6 tarii apponunt clausulas pleniores; † & ideo renuntiatio beneficii ex aliquo actu nō inducitur, nisi expressè agatur. c. sanè. cum gl. pe. in fi. de renun. & no. Card. in cōs. 30. In hac dubia. hoc præmisso verba dictæ renuntiationis diligenter debent perscrutari, ex quibus apparet, quod dicta quietatio, & renuntiatio fuit limitata in bonis paternis, & maternis, & non extēditur ad hæreditatem. do. Medeæ auiæ maternæ, de qua in renuntiatione nihil di-
7 citur. † unde limitata causa effectū limitatū producit. l. in agris.
8 ff. de acquir. rerum do. l. age. C. de trāsact. † Et pactum super una re ad aliam rem non porrigitur. in l. si unus. §. ante omnia. ff. de pact. & quia quando plura iura competunt, renuntiatio facta in vno in alio non nocet. l. si domus. ff. de serui. vrb. prædio. & pro-
9 pter hoc infert Roma. in consi. 168. Circa primum. in prin. † ꝙ renūtiatio facta in hæreditate patris non nocet in hæreditate fratris. & idem Ang. concludit in consi. 52. Do. Gilius. ubi inquit, ꝙ filia, quæ renuntiauit hæreditati patris, non prohibetur succedere fratri, qui adiuit hæreditatem patris. & idem no. Bar. in l. fi. in prin in fi. j. q. ff. ad Tertyl. cum sim. ut tradit Ale. in l. j. §. veteres. ff. de acq. pos. & cum prædictis concordat Bened. Capra in con. silio duodecimo. Et uiso, & consideratò. in fin. Are. in consilio 161. In præsenti consultatione. in prin. cum si. vt dixi in cōsil. 266. Ad exclusionē Mariæ. Ex oībus s̄ dictis remanet cōfirmata, & cōprobata ꝯclusio superius. facta per dō. Cōsultorē, ꝙ do. Ludouica

ADDITIO.

a ¶ Specificatis.) Sed licet loquatur de auo paterno, tamen non loquitur de matre, nec de auia materna. idem supra consil. 23. cons. 285. ubi dixi ad de supra consi. 561. in fin. consi. 567. Sed in terminis casus istius consilii est consilium ex diametro contrariū infrà cons. 63. quod non puto esse Decij.

douica simul, & pariter admittatur cum eius fratre Angelo ad successionem, & hæreditatem do. Medeæ eorum auiæ maternæ de cuius successione agitur. & conclusio supradicta clara est de iure, & si causa esset mihi commissa, ita iudicarem.

EPIT. Consi. CCCCCCXXVI.

Statutum excludens fœminam extantibus filiis legitimis non habet locum in legitimatis, qui filias non excludunt. Cæterùm argumẽtum a contrario sensu ita demum in statutis locum habet, quando verba statuti in sensu directo nihil operarentur, aliter nõ: sed dispositioni iuris communis id relinquendum est.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum a contrario sensu an habeat locum in statuto. nume. 6.*
2 *Statutum loquens de natis ex legitimo matrimonio non habet locum in legitimatis.*
3 *Dictio, ex, causam proximam, & immediatam significat.*
4 *Qualitas a statuto requisita probari debet ad hoc, ut statutum locum habeat.*
5 *Limitata causa limitatum effectum producit.*
7 *Verbum nullum, etiam minimum debet esse superfluum.*
8 *Inducta ad prohibitionem non debent operari contrarium.*
9 *Testamentum non probatur ex præparatione testamenti.*



D dubium quod mouetur ab excellentissimis Rotæ Florẽtiæ Auditoribus, † de argumento a contrario sensu bene responsum videt̃ ex his, quæ inducit celebratissimus doc. do Hermanotius vti frater maior honorandus, adeo ꝙ non esset opus vlterius insistere, tamen ut petenti aliqua ex parte satisfaciam firmabo duas conclusiones. Prima erit secundum communem intelligentiam, ꝙ in statuto, de quo agitur, habeat locum argumentum a contrario sensu. Secunda erit, dato ꝙ non haberet locum argumentũ a contrario sensu, omninò tamen, & plenius habemus intentum secundum intelligentiam, quam nouissimè dixi in l. 1. ff. de offi. eius. Circa primam conclusionem primò præsupponendum est, ꝙ illa uerba statuti, † sint ex legitimo matrimonio nati.[a] non habẽt locũ in legitimatis, quia legitimati maximè per rescriptum nõ dicũtur nati ex legitimo matrimonio, † quia illa dictio, ex, causam proximam, & immediatã significat, ut not. Barto. in l. non dubium. in ver. nota quod dictio, ex. C. de leg. in l. eo tempore. in fi. ff. de pecul. cum si. ut tradit Alex. in consilio. 21. Videretur prima consideratione. lib. 6. & in consi. 144. Viso themate. e. li. 6. & ibi dicit hoc maximè ꝓcedere in statutis, in quibus verba propriè accipiuntur. & istud presuppositũ, ꝙ dicta verba non verificentur in legitimatis, apertius colligitur in verbis statuti in fi. ubi ad literam dicitur, & quod dictum est s̃. de filiis, vel filiabus, de nepotibus, uel pronepotibus, uel de descendentibus, intelligatur de legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio natis. ista enim regula, quæ ponitur in fine statuti, manifestè ostẽdit, ꝙ hoc statutum nullo modo habeat locum in legitimatis, q̃a verba sunt geminata, de legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio natis. quę exuberantem intentionem statuti demonstrant, ꝙ statutum non habeat locum in legitimatis, ex eo quod no. Bar. de verbis geminatis in l. cum scimus. C. de agri. & censi. li. xi. & no in l. balista. ff. ad Trebel. & specialiter facit, quod no. Bal. in consi. 491. Quidam tres hæredes instituit. li. 4. ubi inquit, ꝙ legitimatus non est de legitimo matrimonio natus, de quo dicto ꝑ fauorem matrimonii dubitari potest, ut dixi in consi. 155. in ver. reuocatur in dubium. sed in legitimato per rescriptũ, de quo agitur, indubitanter concludendum est, ꝙ verba suprà dicta verificari non possunt. & stante dicto prosupposito, quod negari non potest per s̃. dicta, di co, ꝙ argumentum a contrario sensu in isto statuto v̄r optimè procedere: quia in statuto mulier excluditur extãtibus nominatis in statuto qui sunt ex legitimo matrimonio nati, ergo a ɔ̃rio sensu, si non sint nati ex legitimo matrimonio, nõ habent talẽ prærogatiuã exclusionis: quia qualitas requisita a
4 statuto de natis ex legitimo matrimonio nõ est verificata, & † ad hoc, ut statutum habeat locum, requiritur, ꝙ qualitas requisita a statuto probetur, ut no. Bar. in l. j. §. ait prætor. ff. ne quid in flumi. publi. facit quod no. Io. And. in c. 1. de homic. in 6. & quia dispositio statuti fuit limitata in natis ex legitimo matrimonio, † ideo limitata causa limitatum effectum producit. l. in agris. ff. de acq. rerum dom. l. cancellauerat. ff. de his, quę in testam. delen. l. age. C. de transa. & quia in casu isto omninò videtur habere locũ argumentum a contrario sensu, quia necessariò colligitur ad limites verborum, quę sunt in directo sensu, ut no. Ant. de But. in c. cum apostolica. in vltimo no. de his, quæ fiunt a præla. vnde cum statutum ad exclusionem mulierum vocet natos ex legitimo matrimonio, ergo a contrario non sunt vocati illi, qui nõ sunt nati ex legitimo matrimonio, & per consequens legitimati non admittuntur ad exclusionem fœminarum per dicta supra in præsupposito. & hoc idem comprobatur autoritate Bal. in l. obseruare. in §. proficisci. in 3. q. in fi. in versi. item si esset ar. a contrario. ff. de offi. proconsul. & leg. ubi inquit, ꝙ ar. a contrario sensu ex natura verborum limitatorum est necessarium & hẽt locum in statutis, & in statuto a contrario sensu, ꝙ ar. habeat locum, no. Bald. in consi. 91. Primo statuto cauetur. in ver. credo, ꝙ ex isto statuto sumatur argumentum a contrario sensu. lib. 2. & in consil. 143. Punctus q. in prin. eo. li. & idem Bal. in consi. 173. In prouincia Anconitana lib. 3. dicit, quòd arg. a cõtrario sensu habet locum in statutis. vnde si statutum prohibet vsque ad 18. annum, videtur permittere post annum 18. & eodẽ modo in statuto a contrario sensu arguit Ang. in consi 210. Statutum s̃. dictum. & ista conclusio indubitãter v̄r procedere in isto casu, in quo argumentum a cõtrario sensu sumitur ad limites verborũ, quæ sunt in directo sensu, ut s̃. dictum est. Secundo ista conclusio principaliter ex illo fundamento probatur, quod communiter adducitur, ꝙ ar. a contrario sensu habet locum in statutis, quando verba statuti in sensu directo nihil operarentur, ut tradit Bal. in l. conuenticula. C. de episc. &
6 cle. & hoc cõprobari potest ex eo, quod dicitur † quòd arg. a ɔ̃rio sensu habet locum etiam ad correctionem iuris antiqui, quãdo uerba in sensu directo nihil operarentur, ut not. Ro. in auth. ex testã. in prin. C. de coll. in versi. ex quo no. & ad idem facit, q̃a ẽt in materia odiosa verba debent intelligi, ut aliquid operẽtur, ut no. Abb. in c. pastoralis. in princ. de ap. cum si. ut dixi ibi. Non ob. illa vana responsio, quam Soc. scribit in consilio 207. In causa do. Annæ ver. non obst. tertia ratio, ꝙ statutum operatur in alijs partibus. & hoc sufficit, ut non dicatur statutũ superfluum, quia a præstantissimo dom. Consultore s̃. respõsum fuit. quia satis est, ꝙ statutum nihil operetur in ver. de quo agitur. & dato, ꝙ in aliis partibus statutũ operetur, quo nihil facit ad rumbum, q̃a ex quo in ver. in quo statutũ loquitur de exclusione mulierũ, in sensu directo nihil operatur, hoc sufficit, quia ratio Bal. post Cyn. in d. l.
7 conuenticula. militare v̄r: & † quia nullum verbum ẽt minimum debet esse superfluum, ut no. Bal. in rub. C. de contrah. empt. in 9. q. & etiam syllaba non debet esse posita, nisi necessaria sit, ut not. per gl. in l. 1. in prin. ubi Bal. de eo, quod metus cau. & f̃m istã cõclusionem, consului in ciuitate Mutinę superioribus annis reprobando r̃nsionem Socini. & ex omnibus s̃dictis remanet firmata prima conclusio suprà dicta. Venio ad secundam conclusionem, in qua dixi, dato, ꝙ in isto casu non haberet locum arg. a contrario: omninò t̃n habemus intentum ẽt plenius f̃m intelligentiam de qua dixi in d. l. 1. de offi eius. & intelligentia mea in d. l. 1. in vltimo no. ꝙ ar. a contrario sensu nũquã habet locum in legibus, uel statutis, ita ꝙ ex tali arg. dispositio inducatur, gratia exempli in l. 1. §. huius rei de offi eius qui principaliter allegatur, ꝙ valet ar. a contrario sensu: ibi enim dicitur, ꝙ magistratus potest causas meri imperii delegare, si proficiscatur, ergo si non proficiscatur, nõ potest delegare causas meri imperii. & hoc modo ar. a contrario bene procedit, quia strictè sumitur ad limites verborũ, quę sunt in directo sensu, prout sumi debet, ut nõt. Ant. de But. in d. c. cum apostolica. sed a dicto contrario sensu non sequitur, ꝙ tex. in d. l. 1. §. prohibeat causas meri imperij. quia aliud est prohibere, aliud est non permittere, nàm q̃ñ prohibet, disponit prohibendo, sed q̃ñ non permittit, res remanet in dispositione iuris communis, & nihil noui inducit. & eodem modo inducitur tex. in l. ex eo. ff. de test. & in l. qui testamento. §. mulier. ff. de testam. ubi d̄r, ꝙ mulier damnata de adulterio nõ potest dicere testimonium. ex hac speciali prohibitione colligitur, ꝙ regulariter mulier potest testificari, aliàs nõ fuisset opus illam specialiter prohiberi pro adulterio. illa tamen regula, ꝙ mulier admittatur, regulariter non inducitur a contrario sensu, sed præsupponitur probari per alia iura, quia edictum de testibus est prohibitorium certarum personarum, & omnes admittuntur, qui non sunt prohibiti, ut no. in l. prima. ff. de test. & dum specialiter damnata prohibetur, ergo a ɔ̃rio sensu non damnata non prohibetur, bene hoc sequitur, sed non sequit̃, ꝙ contrario sensu hoc disponatur in illa prohibitione speciali de
8 damnato de adulterio, † quia inducta ad prohibitionem non debent operari ɔ̃rium. lege legata inutiliter. de legat. primo & latius declaraui in dicta lege prima. & gratia breuitatis vlterius non insisto. & applicando ista ad casum nostrum dico ꝙ non est tractandum de

ADDITIO.

a ¶ Nati.] Dixi late in consue. Paris. § 8. gl. 1. nu 36. nu. 45. Car. Rui. consi 95. li. 3. Steph. Bertr. consi. 195. li. 2. Hiero. Grat. consi. 29. nu. 45. li. 2.

dum de ar. in contrario sensu, ita ꝙ noua dispositio in contrario sensu inducatur, quia in contrario sensu nihil noui inducitur, vt s. dixi: & ideo cum statutum, de quo agitur, in exclusione mulierum loquatur de natis ex legitimo matrimonio, ergo si non sunt nati ex legitimo matrimonio, statutum non videtur habere locum à contrario sensu limitato, & restricto præcisè ad uerba, quæ habentur in directo sensu, per supra dicta, ex quibus indubitanter mihi vr̃ sublatum esse dubium quod supra positum fuit. & si cã esset mihi commissa, & aliud non obstaret, constanti animo ita iudicarem. Postremò † non ob. quædam scriptura, in qua
9 designatur testamentum Ioannis Bardis, quia illa scriptura nihil probat, quia in illa dr̃, *del testamento ch'io voglio fare*, & sic non disponit, sed uidetur quædã præparatio futuri testamenti, ex qua præparatione non probatur testamentum, ut tradit Oldr. in ꝯsi. 119. Titius condidit testamentum. & ad hoc plura induxi in simili casu in testamento ad pias causas in consi. 159. Casus qui ꝓponitur. & si erit opus, hoc plenius poterit demonstrari.

EPIT. Consi. CCCCCCXXVII.

Perotius minor se obligauit ex causa depositi Io. Foliano in florenis quingentis, qui numerati non fuerunt. Deinde habens filium nomine Marchetum, & tres filias, condidit testamentũ corã duobus testibus, in quo voluit bona sua peruenire ad filios suos. post eius obitum M. adit hæreditatem paternam, dotat sorores, & eas nuptui dat: tandẽ decedit relicta Gabriela vnica filia, quæ ad patris successionẽ aspirat. Sed impeditur ab amitis. Resp. ꝙ exclusis filiabus P. ad paternam hæreditatẽ G. admitti debet, & consequenter ad P. sui aui.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum cum trium testium præsentia, nunquid fieri possit.*
2 *Testamentum sine præsentia quinque testium non ualet.*
3 *Testes per eundem sermonem præmeditatum deponentes dicuntur suspecti, & eis minus creditur.*
4 *Valet statutum, quòd stantibus masculis fœminæ non succedant.*
5 *Statutum quòd stantibus filijs masculis filiæ non succedant, an existente vnico filio, filia excludatur.*
6 *Casus omissus à statuto remanet in dispositione iuris communis.*
7 *Dictum in pluribus locum habet in vno, quando est eadem ratio.*
8 *Filia exclusa a statuto perpetuò exclusa uidetur.*
9 *Filia, quæ excluditur ab hæreditate patris existente masculo, non prohibetur succedere fratri suo, qui hæreditatem adiuit.*
10 *Successio ab intestato extante testamento cessat.*
11 *In testamento inter liberos duo testes sufficiunt.*
12 *Dispositio specialis non tollitur a lege generali, quæ postea simpliciter facta est.*
13 *Inducta ad vnum finem non debent contrarium operari.*
14 *Filiæ vbi extantibus masculis excluduntur, si testator facit simpliciter mentionem de filijs, intelligitur de masculis, & filiæ non comprehenduntur.*
15 *Pactum de commodando, deponendo, vel mutando, non est commodatum depositum, uel mutuum.*



N casu, in quo dubitari contingit in ciuitate Firmi, Primò quæritur, an probetur sufficienter testm̃ ex dictis trium testiũ, qui inducũtur. Scđ ò, an in tali testõ comprehendatur non solũ filius masculus Marchetus, sed ẽt tres filiæ sorores dicti Mar-
1 cheti. † Circa primũ, prima facie vr̃ dicendũ testm̃ nõ valere, quia testes quinque masculi ex forma statuti in testamentis requiruntur, & non est dubitandũ de validitate statuti, qa
* magis * *cõis* opi. est, ꝙ valeat testm̃, vt dicit Alex. in l. si non spe-
2 ciali. C. de testam. † cum ergo quinque testes s̃m statutũ necessarij sint, si vnus deficit, non valet testm̃. l. si vnus. C. de testa. &
3 tres testes, qui deponunt pro testõ redduntur suspecti, † quia ꝑ eundem sermonem præmeditatum videntur deponere, quo casu dñr suspecti timore subornationis, & eis minus creditur. l. 3. §. 1. de test. ibi, vnum eundẽ, præmeditatũq; sermonẽ attulerunt. & not. Spe. in tit. de testi. §. 1. in ver. itẽ ꝙ testes. & not. Alexan. in consi. 120. Ponderatis narratis in themate. lib. 5. Prædictis tamẽ non obstantibus in ꝯrium de iure esse arbitror, videlicet ꝙ bona oĩa, de quibus agitur, spectent, & pertineant ad Gabrielã vnicã filiam dicti Marcheti, siue ab intestato, siue ex testõ: nam primo casu ab intestato hoc clarũ vr̃, quia cũ Perotius pater dicti Marcheti, & filiarũ decesserit superstite dicto Marcheto solo masculo, & tribus filiabus, ipse Marchetus fuit heres solus exclusis filia-
4 bus virtute statuti, † a quo filiæ excluduntur extantibus masculis, de cuius statuti validitate nõ est dubitandũ, quia iusta rõne factũ vr̃, ut bona in agnatione ꝯseruentur, vt no. ꝑ Cy. in l. 1. C. de adul. & ibi Alb. de Rosa. in vers. vlt. inducitur. vt tradit Io. And. in addit. Spe. in rubr. de succes. ab intest. in vers. est sciendũ. Ang. in consi. 68. Martinus Io. de Florentia. cũ sim. quę no. sunt, & dixi in l. 2. C. de in ius voc. Non obst, ꝙ statutum loquatur in numero plurari, ibi, non succedat ab intestato existentibus masculis. & non videt verificari in vnico masculo. l. vbi numerus. ff. de testi. & ideo dixit in proposito Maria. Soc. in c. super eod. de
5 condi. appo. vt refert Fel. in c. oẽs leges. 1. dist. in fin. † ꝙ dictante statuto, ꝑut in casu nostro, ꝙ extantibus filijs masculis filia non succedat, vnus filius masculus non excludit fœminã, quia statutum loquitur in plurali, & cum sit correctoriũ, & odiosum, non
6 dẽt extendi. l. maximum uitium. C. de libe. præteri. † & quia casus omissus à statuto remanet in dispositione iuris cõis, l. si cum
a dotem. in prin. ff. solut. matr. & dicit Maria. [a] in d. c. super eo, se ita uidisse cõsultum. non tñ dicit se ꝯsuluisse. & talis decisio mihi nõ vr̃ vera, quia rõ conseruandæ agnationis, quæ in tali statuto consideratur, ut s. dictũ, ita vr̃ habere locum in vno sicut in
7 pluribus, † & qñ est eadem ratio in vno, quæ in pluribus, quod dr̃ de pluribus, hẽt locum in vno, ut no. Pau. de Cast. in l. 1. per illum tex. C. de condi. inser. & in simili casu tradit Abb. in cõs. 65. Casus quidam Ray. de Tholo. in vers. venio ad s̃m dubium lib.
8 2. cum sim. vt late dixi in consi. 50. Quia verba testamenti. † & retenta ista conclusione, quæ videtur uerissima, ꝙ stante statuto exclusiuo fœminarũ, ꝙ vnicus filius masculus excludat fęminas, infertur, ꝙ in isto casu Marchetus exclusit tres suas sorores, & talis exclusio perpetua esse intelligitur, quia vt not. Bald. per illum text. in uers. no. ẽt de fil. na. ex matri. ad morg. contrac. semel ab alio exclusus ẽt illo mortuo exclusus vr̃, vt in terminis de filia exclusa per masculum not. idem Bal. in c. 2. §. 1. in titu. Episcop. vel Abb. & in l. quibus, & in Auth. sed si quis. C. de secund. nupt. & no. Maria. in consi. 5. Præsens consultatio. Alex. in consi. 87. Accuratè. lib. 6. & dixi in consi. 87. Pro resolutione. in princ. & ita in casu isto, vt narratur obseruatum fuit, quia Marchetus filius masculus Perotij post mortẽ dicti sui patris adiuit, seu se immiscuit hæreditati patris, & pro vniuersali hærede se gessit pacificè, & quietè toto t̃pe vitæ suæ per annos viginti, & ultra, dictis suis sororibus scientibus, & non contradicentibus, quia nuptæ, & dotatæ fuerunt per ipsum Marchetum earum fratrem, & tacitæ, & contentæ fuerunt dotibus earum, & nõ molestauerũt Marchetum fratrẽ super hæreditate paterna viuente Marcheto, & cum dictus Marchetus decesserit relicta vnica filia Gabriela, ad ipsam hæredem ab intestato omnia iura, & bona sui patris Marcheti spectare, & pertinere videntur: quia prima cã est liberorũ. auth. in successione. C. de suis, & legi. §. 1. in Auth. de hære. ab intest. uenien. nam non est tractandum de hæreditate Perotij, ad quam suæ filiæ sorores Marcheti aspirare uidentur: qa ex eo, ꝙ Marchetus filius se immiscuit hæreditati patris Perotij, desinit esse hæreditas Perotij, & incipit esse patrimonium dicti Marcheti, qui adiuit, seu se immiscuit ut no. Bar. in l. fi. in prin. & in fin. 1. q. ff. ad Tertyl. vbi inquit, ꝙ adita hæreditate per filium mortuo
9 patre non est amplius tractandum de hæreditate patris. † vnde filia, quæ excluditur ab hæreditate patris existente masculo, non prohibetur succedere fratri suo, qui hæreditatẽ adiuit, quia nõ agitur de hæreditate patris. & hoc tradit Ange. in consi. 52. Dominus Gilius. in vers. nec obst. ꝙ refutauit. cum simil. vt tradit Alex. in l. j. §. ueteres. ff. de acq. poss. & idem Ro. in consi. 168. Circa primum, quo quæritur. in prin. & idem Rom. in consi. 40. Viso & considerato. in 2. dubio. cum simi. vt dixi consi. 264. Ad exclusionem Mariæ. in princ. & sic patet, ꝙ ab intestato filiæ dicti Perotij exclusæ fuerunt ꝑ ꝑ super existentiam Marcheti, sed dubium fecit, quia non vr̃ tractandum de successione ab intestato in bonis, seu in hæreditate dicti Perotij: quia dr̃, ꝙ fecit testm̃ co-
10 ram tribus testibus, † unde stante testõ cessat ab intestato successio. l. quandiu. ff. de acq. hęr. in l. quandiu. ff. de regu. iur. Non ob. ꝙ tres testes de iure communi non sufficiunt, quia septẽ requiruntur. l. hac ꝯsultissima. C. de testa. & in §. fi. instit. de testam. & ex forma statuti in loco quinque testes sunt necessarij, quia ad hoc respondetur Primo quantum ad ius cõe, ꝙ hic de iure cõi
11 duo testes sufficiunt, † quia agitur de testamento facto inter liberos, quo casu etiam duo testes sufficiunt, ut no. Bar. & doctores communiter in lege hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. & hoc etiamsi essent duæ fœminæ, ut no. per gl. in auth. ꝙ sine. C. de testam. & inter liberos non debent testes esse rogati secundum gl. in l. fi. in uers. excepto testamento. C. de codicil. Ex hoc ẽt respondetur ad statutum, quia statutum non uidetur habere locum in testamentis; quia illud statutum non uidetur habere locum in testamen-
12 to facto inter liberos. & ad hoc facit, † quia dispositio specialis

ADDITIO.

a ¶ Maria. ʒ vt & s. consi. 482. nu. 3. adde supra consi. 50.

a cialis[a] non tollitur à generali lege, quæ poſtea ſimpliciter facta ſit in contrarium.l.3.C.de ſilen.lib.12.& not.Bal.in c.1.in uer pone princeps.de reſcrip.in l.dotalem.in fin.ff.de teſta.mili.& facit quod not. Bald.in l. ſi quæramus.ff. de teſta. vbi inquit, ſi ſtatutum dicit, quòd ualeat teſtamentum corã quinque teſtibus, tale ſtatutum non intelligitur in teſtõ cæci, in quo data eſt ſpecialis forma. pariter idem videtur in teſtõ inter liberos, in quo eſt remiſſa ſolennitas iuris ciuilis. & hoc oĩno videtur habere locum in tali ſtatuto, ꝙ voluit reſtringere ſolennitatem iuris.& ſi tale ſtatutum haberet locum in teſtamento inter liberos, augeretur ſolennitas iuris communis, ſi in teſtõ inter liberos quinque te-
13 ſtes deberent interuenire (quod non eſt dicendum) † quia inducta ad vnum finem non debet operari contrarium.l. ꝙ fauore. C.de legi.& in lege legata inutiliter.de lega.2.& ex his videt concludendum, quòd ualeat teſtamentum inter liberos, de quo agitur, quia tres teſtes qui inducuntur ad probandum teſtamẽtum, videntur concordare, & bene deponere, dum dicunt ad interrogationem notarij teſtatorem dixiſſe, *io uoglio che la robba mia ſia di miei figliuoli*, & ſæpius hoc replicauit. & in hoc videntur dicti teſtes in effectu concordare, & ſufficit ꝙ teſtes conueniant in ſubſtantia, ut no.per gl.in c. dudum in verbo, ſubſtantia. de conuer. coniug.in c.cum eccleſia in verbo, uacillaſſe.in fi.de cau.poſſ.& propr.& bene facit tex. in l.qui ſententiam. C.de pœn. ubi Bald. cum ſim.ut Alex.tradit in conſi.103.Viſo, ac diligenter conſiderato.li.4.& Io.de Ana.in conſi.76.Viſis, & conſideratis.in prin.& ita videtur abſolutum primum dubium, ꝙ ſufficienter probatum ſit teſtamentum inter liberos, per ſupradicta. Venio ad ſecũdum dubium, an in tali teſtamento comprehendantur filiæ fœminæ ſimul cum Marcheto filio maſculo. Et prima facie videbatur dicendum, quòd etiam filiæ videantur uocatæ ex eo, ꝙ in plurali numero dixit, & replicauit, *alli miei figliuoli delli miei figliuoli*.ad hoc enim, vt iſta verba, quæ ſunt pluralis numeri, verificari poſſint, neceſſarium videtur, ꝙ filiæ includantur, ut in ſimili caſu no. Bar.in l.fi.ff. ad Treb. Sed in contrarium facit, quia cum filiæ ab inteſtato excludantur exiſtente maſculo Marchero, ut ſupra di-
b ctum eſt, ſuccedit no. deciſio Petr. de Anch.[b] in l.tres fratres.ff.
14 de pact. ubi inquit, † quod ubi filiæ extantibus maſculis excludũtur, in tali loco, ſi teſtator facit ſimpliciter mentionem de filijs, intelligitur de maſculis, & filiæ non comprehenduntur, quia earum conditio eſt diuerſa à maſculis in ſuccedendo propter ſtatutum. & hoc dictum ſequitur Alexan. in l.Gallus.§.1.in fi.ff.de libe.& poſth.& in l.hæredes mei.§.cum ita.ff. ad Trebel.& idem Alexan.in conſi.127.Viſo teſtamẽto.li.1.& idem Petr. de Anch. in conſi.125.Viſis, & diligenter ruminatis.in uerſic.2.principaliter.& Alex.in conſi.119.Viſo proceſſu.li.5.& ideo dum teſtator vocauit filios ſuos ſimpliciter, ſolùm filij maſculi uocati uidentur, prout a ſtatuto præferuntur, ut Doct. tradunt in locis ſuprà allegatis.& cum reperiatur ſolus Marchetus, ipſe ſolus debet admitti excluſis filiabus, ut ſuprà dictum eſt. Non obſt. quod ſuprà dictum eſt de numero plurali: quia cum eadem ratio ſit in vno. quæ eſt in pluribus, idem iudicatur de uno, quod de pluribus, ut ſuprà dixi:& cum toto tempore vitæ Marcheti tacitæ fuerint, & contentæ ſola dote, nulla ratio ſuadet, quòd nunc debeant moueri, cum per exiſtentiam dicti Marcheti filij maſculi perpetuò excluſæ fuerint, vt ſuprà dixi: & ita breuiter etiam ſm dubium expeditum ſit. Poſtremò de alio dubio extrinſecus dubitari contingit ex eo ꝙ Perotius pater dicti Marcheti iam ſunt anni triginta, ut narratur, dum eſſet minor uiginti annis, ſe obligauit ex cauſa depoſiti cuidam domino Ioanni Foliano in florenis quingentis, & præſupponitur nullam interueniſſe actualem numerationem dictorum quingentorum florenorum, & ita in puncto narratur, & hoc ſtante, ꝙ numeratio facta nõ fuerit, ex hoc non poteſt dici, ꝙ dictus Perotius obligatus fuerit & cauſa depoſiti, quia ut not. Bart.in l.iuriſgentium. in princip. ff. de pact. ſunt quidam contractus, qui re contrahuntur, ut depoſitum, commodatum, & mutuum, & tales contractus non habent nomen niſi a re
15 ipſa facta executione, † & ideo pactum de commodando deponendo, vel mutuando, non eſt commodatum, depoſitum, nec mutuum, vt Bar. dicit in d.l. iuriſgentium.in princip. ad idem facit text.in l.ſi tibi decem. ff.de pact. vbi dicitur, ꝙ ſi dedi decem millia cum pacto, ꝙ uiginti millia debeatur, obligatio non naſcitur ultra decem millia, quia obligatio re cõtrahi non poteſt, niſi quatenus datum ſit, unde ſi decem dedero, ut undecim habeam, Proculus putat amplius, quàm decem condici non poſſe, ut eſt text.in l.rogaſti. §.ſi tibi ff.ſi cert. pe. & idem eſt in diſtributionibus quotidianis, ut dixi in conſi.278. In caſu propoſito. & ideo cum in inſtrumento depoſiti, de quo agit, realis numeratio, ut in puncto dicitur, non interuenit, tale inſtrumentum, in quo in effectu confeſſio ſola depoſiti continetur, non debet habere locum, & hoc ſecũdo principaliter probatur, quia contractus factus a minore 25. annis per ſtatutum annullatur non ſeruata forma ſtatuti, quæ in caſu iſto non interuenit, & ideo in tali contractu nullo modo fundamentum fieri poteſt, nec in iſto caſu dicendũ
c eſt, ꝙ propter longitudinem tpis[c] præſumatur ſolennitatem ſtatuti interueniſſe, iux.no.in l.ſi filius. C. de peti. hære. & in l.qui aliena.in prin.ff.de acq.hære.in c.illud.de præſump.quia illa præſumptio antiquitatis tollitur in productione inſtrĩ, in quo cõſtat non interueniſſe ſolennitatem requiſitam a ſtatuto, vt in ſimili caſu tradit Paul. de Caſt.in conſi.48.In cauſa, quæ uertitur.

ADDITIONES.

a ¶ Specialis.) Idem Dec.l. hac conſultiſſima. nu.41.C. qui teſt.fa.poſ.Alber.par.1.ſtatut.q.20.Iaſ.l.ſciendum. qui ſatiſ.cog.l.1.§.ſi ſtipulanti.de verb.obl Fran.Cur.l.3.C. de iureiur.propter calum.dan.ubi limitat.& etiam Dec.limitat in l.1.C.de bon poſſ.contra tabu.

b ¶ Anchar.) Suprà conſi. 297.in fi.conſi.543. Alciat, tractat.de præſump. regu.3.præſump.32.Ang.Aret tract.teſtamen. uerſi. nolens decedere in teſta.in fin. Sed non eſt uerum, niſi ſtatutum loqueretur in omni diſpoſitione, ita ut communis modus loquendi introductus eſſet: uide ſupra conſilio cccxciiij.in fine.

c ¶ Temporis.) Nec etiam locus erit.l.vlt.C.ſi maior factus.

EPITOME Conſi. CCCCCCXXVIII.

Acquiſita per vnum ex fratribus paternam hæreditatem retinentibus indiuiſam ei præcipua remanent, nec ea communicari debent, niſi eſſet inter eos contracta ſocietas uniuerſalis expreſſa, uel tacita, tunc omnia communicari debent.

SVMMARIVM.

1 *Bona quæ ex proprijs laboribus acquiruntur, fratribus communicari non debent.*
2 *Emptor in dubio de proprijs pecuniis emiſſe uidetur.*
3 *Societas inter fratres quando tacite contracta eſſe dicatur.*
4 *Voluntas ex facto declaratur.*
5 *In legitima quid computari debeat.*
6 *Frater an, & quando expenſas factas in domo repetere poſſit.*
7 *In dubio expenſa, quæ fit pro fratre, uidetur animo repetendi fieri.* 8.
9 *Prima cauſa ſucceſſionis eſt liberorum.*



IN caſu, de quo quæritur, agam paucis, quia non vr̃ habere difficultatem ſm ea, quæ proponuntur more Scæuolæ Iuriſconſulti. Primò enim, & principaliter quæritur, an Gabriel de Bellano, ſi viueret, poſſet aliquid petere de bonis, quæ frater eius Petrus Antonius de Bellano acquiſiuit in territorio Ianuæ.& cõ-
1 cludendum eſt, ꝙ non, † quia illa bona, quæ ex proprijs laboribus acquiruntur, fratribus cõicari nõ debent.l.cũ oportet. in princ. C.de bo.quæ libe.& concluſio iſta de plano procedit: quia acquiſitio non fuit facta noĩe dicti Gabrielis, ſed ſolùm noĩe proprio dicti Petri Antonij:& ſic non obſtat quod no. Bar.in l. ſi patronus.C.cõia utriuſque iudi.vbi concludit, ꝙ ſi quis emit cõi noĩe, res erit cõis illo ratificante.l. ſi ego.ff. de neg. geſt. & de iſto caſu non agitur in propoſito, quia emptio fuit facta proprio noĩe d. Petri Antoni, & in dubio etiã præſumitur facta noĩe proprio, ut dicit Bart.in d.l.ſi patruus.p l.& magis.ff.de ſolu.& idem Bart in l.Titiũ § altero.ff.de admi.tu.immo, quod plus eſt, & ſi emptio facta fuiſſet cõi nomine cum d.Gabriele, ipſe Petrus Antonius,
2 qui emit, poſſet repetere partem pretij, † quia in dubio videtur
a ille, qui emit, de proprijs[a] pecunijs emiſſe, vt no.Bar. per illũ tex. in l.cum proponas.C. pro ſoc.& tradit Ro.in cõſ.3.Viſo themate.Abb.in conſi 461.Tria mihi in tertio dubio.li.1.Alex.in conſi. 78.Diſcuſſis.li.2.& concluſioni ſuprà dictæ non obſtat, ꝙ prædicti fratres Petrus Antonius, & Gabriel prius in patria ſimul vixerunt, & paternam hereditatem indiuiſam retinuerunt: quia hoc nõ facit, ꝙ dictus Petrus Antonius debeat cõicare ea, quæ ipſe aliunde acquiſiuit, ut eſt text.in l.cum duobus.§. ſi fratres.ff.pro ſoc. vbi dicitur, ſi fratres parentum hæreditates indiuiſas iõ retinuerunt, vt damnũ, & emolumentum in his cõe ſentirent, quod aliunde quæſierunt, in cõe redigetur.& facit tex. in l.ex parte.§.ſi liũs.ff famil.herciſc.& no. Abb.in ꝯſ.65. Attingam breuiſſimè.in prin.li.j.ubi alleg.tex.in d.§.ſi fratres. & idem Ro.in conſ.43. Ad primum queſitum. in prin.& in conſi.43.Ad primum quæſitũ.in prin.& in conſ.213.In caſu propoſitæ conſultationis. Io. de Ana.
3 in conſ.65 Viſo puncto.† & hoc, quod dictum eſt, intelligitur, & procedit, niſi eſſet inter fratres contracta ſocietas tacita omniũ bonorum: quo caſu omnia inter eos deberent communicari iux. not.per Bart.in d.l.Titium.§.altero.& in d.l. ſi patruus.cum ſim. ſed hoc in caſu iſto non eſt dicendum, quia talis ſocietas nullo modo contracta uidetur: nam in tali ſocietate multa requirunt, quæ non interuenerũt.tria enim præcipuè ſunt requiſita in dicta ſocietate ſm Bar.poſt Oldr.in d.§.altero.Primò, ꝙ poſt mortem patris

ADDITIO.

a ¶ Proprijs.) Supra conſi.21.conſi.346.[redacted]

patris simul vixerint cum hæreditate patris indiuisa. Secundò, quod omnia lucra adinuicem communicauerint. Tertiò, ꝙ ad inuicē inter eos rationes non reddiderint. & tradit Pet. de Anch. in conſ.149. Plura dubia. in prin. & in conſ. 302. Materia, de qua quæritur. in prin. Bal. in l. 1. C. qui testam. facere poſſ. ver. extra quærit hic Oldr. & Ang. in consi. 112. Bona acquisita vbi magistraliter dicit, quod societas dupliciter contrahitur, vno modo expreſſè, & tunc contracta videtur super eo, quod verborū rigor designat. l. 5. ff. pro soc. alio modo tacitè per consensum verbis simplicibus, vel factis declaratū. l. 4. ff. ꝓ soc. vnde infert, ꝙ quando fratres in cōmuni posuerunt, & quæstus, & lucra simul participauerunt, & onera comuniter sustinuerunt, & rebus emptis cōmuniter vsi sunt, contracta societas tacite videtur. & idem latè probat Roman. in consil. 291. Cum isti fratres. in prin. Anton. de Butr. in consil. 72. Primò videtur. sed ista in casu proposito non interuenerunt, ideo non potest dici, quod inter eos contracta fuerit societas, quia diu simul non habitauerunt, & lucra adinuicem cōmunicauerunt, & quia d. Petrus Antonius se absentauit, & in aliam prouinciam se contulit, vnde cum essent in diuersis prouincijs, & inter eos nulla facta sit lucrorum communicatio, licèt cōmunē hæreditatem indiuisam retinerent, ēt non videtur contracta societas. & ita concludit Pet. de Anch. in cōſ. 31. Quia quæstio modic: vbi loquitur inter eos, qui erant in diuersis prouincijs, & inter eos nulla lucrorum fuit facta communicatio, concludit non esse contractā societatem, & ꝙ casus modicā, aut nullam habet dubitationem. Præterea etiam dato, ꝙ in aliquo esset facta communicatio, & contracta societas īter eos, ꝙ omninò negatur, talis societas esset limitata in eo duntaxat, in quo cōmunicatio facta fuiſſet, vt no. Bartol. in l. 1. §. si quis hoc interdicto, in fi. ff. de itinere, actuque priuato. vnde si fratres communicant fructus hæreditatis communis, in illis tantum uidetur contracta societas, & non in emptionibus factis ab ipsis fratribus eorum nomine proprio, quia actus voluntarij non extenduntur vlterius, quàm ex ipsis actibus inferatur. l. final. C. ne vxor pro marito est notat Bartol. in dicta. l. Titium. §. altero. in fin. & in dicta lege si patruus. Angelus in consilio lxxxv. Et themate prædicto. in fine. & hoc probat Roman. qui plura iura inducit in dicto consilio 291. in versiculo, sed succeſſiuè. & inter alia allegat textum in lege cum duobus. § cum duo ff. pro socio. & bene facit quod notat. Salycet. in dicta lege si patruus, vbi inquit, quod si duo fratres habent bona communia, & alter duxit vxorem, & in dotem habuit fundum, & in communi ponit fructus, alter verò est aduocatus, & quod lucratur ex aduocatione, ponit in communi, concludit, quod communicatio fructuum, & lucrorum non inducit communionem in proprietate, nec in capitali. allegat tex. in dicta. l. cum duobus. §. si fratres & cap. 2. de fra. de no. benefi. inuesti. & hoc dictum sequitur Alexand. in consi. 48. Diligenter perspectis. lib. 2. ubi illud comprobat: quia
4 in tali societate tacita ex facto voluntas contemplatur, † quia etiam ex facto voluntas declaratur. l. Paulus respōdit. ff. rem. ra. habe. sed ex communicatione fructuum non infertur ad communicationem fundi, ex quo fructus percipiuntur, quia nō probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. l. non hoc. C. vnde legi. c. in præsentia de proba. ista tamen dicta sunt ex abūdanti, quia non fuit in casu isto facta communicatio, nisi fortè in fructibus communis hæreditatis indiuisæ, ex quibus non infertur societas tacita omnium bonorum, vt suprà dictum est. & sic ex omnibus suprà dictis indubitanter concludendum est nullo modo in casu proposito societatem omnium bonorum contractam fuisse; & consequenter quod bona acquisita per dictum Petrum Antonium sibi. tantùm acquisita sint, & nullo modo essent communicanda Gabrieli eius fratri, si viueret, & consequenter nec eius
5 hæredibus, & ita proculdubio concludendum est. † Secūdò quæritur de iuribus competentibus Santinæ filiæ dicti Gabrielis, qui dictum Petrum Antonium suum fratrem hæredem instituit, & stante testamento legitimo, vt narratur, quia non vidi, saltem in legitima videtur sibi ius competere, & in tali legitima debet computari dos, quæ sibi data fuit a patre. l. quoniam nouella. C. de inoffic. testam. & facit text. in l. omnimodo. §. imputari. eod. tit. C. de inoffic. testam. com similibus, vt tradit Alex. in conſ. 31. Viso testamento. lib. 3. & in conſ. 28. Videretur prima consideratione. lib. 5. & in conſ. 117. Viso titu. q. lib. 6. & ibi concludit, ꝙ vestes, cophini, & apparatus dati filiæ, quando nupsit, debent illi in legitimam imputari. & idem Alexand. in conſ. 27. lib. 5. vbi idē dicit de bonis paraphernalibus, & de iocalibus, quæ omnia in legitimam imputantur. & idem Alexand. in conſ. 154. lib. 7. & videtur idem consil. repetitum. & facit quod not. Bart. in l. in quartam. in uer. uenio ad quartam. ff. ad l. Falcid. & cum supra dictis tam in dote, quam in iocalibus, seu ornamentis, quod debeant in legitimam filiæ imputari, concordat Paul. de Cast. in consil. 121. Si dicta Cornelia. & legitima dictæ Santinæ, cum sit sola, est tertia pars bonorum patris. authent. nouissima. C. de inoffic. testam. vbi dicitur, quod si quatuor sint filijs vel pauciores, triens est eorum legitima: si plures, semis illis debetur, ut not. Angel. in cōsi. 150. Viso themate. in fin. in consi. 282. pro clariori. Fulgoſ. in cō. 26. Stante statuto. Aretin. in consi. 19. Ex facto proponitur. †
6 Tertiò quæritur, an Petrus Antonius posset repetere expensas, & pecunias, quas exposuit pro fratre, in domo communi. & in hoc considerandum est, quod si expensæ factæ sint in alimentis
b [a] familiæ, repeti non poſſunt, quia videntur factæ intuitu pietatis, vt notat Baldus in lege certū versiculo vlterius quæri potest. C. famili. hercis. vbi concludit, quod quando frater de suis lucris alimentauit totam familiam uidetur intuitu pietatis, & naturalis obsequii illas fecisse, et repeti non poſſunt. arg. l. Nesennius. ff. de nego. gest. & est bonus text. in l. ex duobus. §. fin. ff. de nego. gest. ubi. dicitur, quod si Titius pietatis respectu aluit filiam soris, contra eam non habet actionem. ad idem text. in l. 1. in fi. in l. si paterno. C. de neg. gest. facit tex. in lege is, qui amicitia. ff. de negotijs gestis cum similib. vt tradit Alexan. in consi. 110. Videretur prima consideratione. li. 7. si vero expensæ factæ sint ab ipso Petro Antonio extra causam alimentorum, repeti poſſunt,
7 quia in dubio † expensa, quæ fit pro fratre. videtur fieri animo repetendi: gl. in d. l. si paterno. & bonus tex. in l. si negotiū. C. de neg. gest. ubi frater repetit expensas factas pro sorore in soluendis tributis pro ea: & Paul. de Cast. ibi hoc dicit, quòd in fratre
8 non præsumitur animus donandi, † & ideo si frater redimit fratrem suum ab hostibus captum exponendo pecunias, videtur animo repetendi hoc fecisse, ut not. Bal. in l. liber captus. in uersi. quod de fratre. C. de capti. & postli. & idem Bald. dicit, nisi agatur de præstatione alimentorum, ut not. Bald. in authen. si captiui. versi. extra quæro. C. de episcopis, & clericis. & licèt aliud esset in parentibus d. l. liber captus. quia dispositio facta de liberis & parentibus non habet locum in fratribus. l. 3. §. liberis. ff. de legat. præstand. facit text. in §. inter eas. instit. de nupt. Quartò, & vltimò quæritur de bonis maternis spectantibus ad dictam Santinam, & in hoc non est dubitandum, quia mater deceſſit relicta Santina, & filio masculo, quibus duobus filijs delata fuit hæredi-
9 tas materna, † quia prima causa succeſſionis est filiorum. ī Authētica in succeſſione. C. de suis, & legiti. in §. j. in Authētica de hære. ab intesta. uenien. l. inter filios. C. famil. erciscun. in l. si auus. C. unde libe. & cum postea filius masculus mortuus sit, ad eius succeſſionem vocati sunt pater pro parte dimidia, & dicta Santina soror pro alia dimidia, cum esset soror ex vtroque latere, vt est text. in Authentica defuncto. C. ad Tertyl. secus si ex vno latere tantum fuiſſet dicta authen. defuncto. & tradit Benedict. Capr. in consi. 119. Cum præsupponitur. & in hoc non est laborādum, quia res clara videtur.

ADDITIO.


a ¶. Alimentis.] Petru. de duob fratri. seu in tract. societa. par. 3. q. 2. Philip. Dec. l. vlt. C. de colla.

EPIT. Consi. CCCCCCXXIX.

Donatio facta sub conditione, non impleta conditione non habet locum, & conditio diuisionis videtur impleta ab eo, per quem non stat, quominus diuisio fiat.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio conditionalis, cessat non impleta conditione.*
2 *Conditionale si in iudicio deducitur, conditio debet liquidari, quod impleta sit.*
3 *Negatiua probari debet, quando est fundamentum intentionis.*
4 *Puri, & purificati idem est iudicium.*
5 *Mens, & intentio contrahentium, in contractibus attenditur.*
6 *Diuiso fit de re communi.*
7 *Verba secundum subiectam materiam etiam impropriè accipiuntur.*

N occurrenti casu exordiri licet more Iureconsulti in l. tres fratres. ff. de pac. tres fratres, Franciscus Petrus, & Elisabeth de Auedutis Seuenses inter se cōmunem hæreditatē habuerūt; & cū esset differētia inter dictū Frāciscū, & Petrum, & dicta Elisabeth desideraret, ꝙ talis controuersia terminaretur, & in hac re opportunū esset remediū, si diuisio inter dictos Franciscum, & Petrum facta fuiſſet: & quia fortè dictus Petrus nolebat diuidere, vt ad talem diuisionē induceretur, dicta Elisabeth donauit oīa, & singula bona, quæ obueniunt sibi in partē dicto Francisco suo fratri, casu, quo dictus Petrus alter eius frater non diuidat dicta bona communia intra octo dies a die notificationis eidē factæ a dicto Francisco: & sic ex verbis contractus apparet donationē factam esse sub con

sub conditione, si Petrus non diuidat intra octo dies, nisi ergo
1 conditio impleta sit, donatio nō debet habere locum : † quia dispositio conditionalis cessat nō impleta conditione.l.cedere diē. ff.de ver.sig.in l.hæc venditio.in prin.ff.de cōtrah.emp.l.necessa
2 rio.in princ.ff.de peri.& cōmo. rei ven. † nam qn̄ aliquid conditionale deducitur in iudicio, debet conditio liquidari, ꝙ impleta sit, vt no.Bal.in l.si quidem, per illum tex.in ver.extitisse C.de excep.alle.tex.in l.hoc iure.ff.de verb.ob.ad idē tex.In l.ita stipulatus §.ꝙ si ab initio.ff.de ver.obl.& cū ista conditio sit negatiua, si Petrus non diuidat, videndū est, cui incumbat onus probādi dictam conditionē impletam fuisse? & videtur, ꝙ ad ipsum Franciscum donatarium pertineat probare, cū ipse fundetur in ipso
a instrumento donationis : [a] quia qn̄ negatiua † est fundamentum
3 intentionis, debet probari, secundum regulam, quam ponit Bar. in l.hoc iure.uer.do.regulam.de uerb. ob.& no.Bart.per illū tex. in l.pe.§.docere.ff. ne quis eum. Dom.de sancto Gemi.per illum tex.in c.1.in 2 no.de confes.in 6.cum si.ut tradit Alex.in d.l.hoc iure.quam legit simul cum l.in illa.de uer.ob. & in no.casu tradit Per.de Anch.in consi.254.Super primo quæsito.in prin.& Card. in cōsi.140 Respondemus ad præmissa dubia.in versi.ad aliud de negatiua est ergo videndum, an pro parte dicti Francisci agentis probata sit dicta negatiua.& videbatur prima facie dicendum, ꝙ sic, quia dictus Franciscus notificauit dicto Petro tenorē dictæ donationis, prout in dicta donatione requiritur, & post dictam notificationem elapsi sunt octo dies, & quamplures alii, ergo vr̄ constare, ꝙ diuisio à dicto Petro facta non fuit, & sic conditio negatiua impleta vr̄: quia non fecit diuisionem intra octo dies, & hoc ēt constare videtur ex eo, qđ dictus Petrus obtulit se facturum diuisionem, vnde vr̄ fateri nō esse factam diuisionem, & sic dicta negatiua vr̄ probata per confessionem aduersarii, vt est tex. in c.1.de confes.in 6.& cū conditio donationis purificata sit, do-
4 natio remanet pura, † quia puri, & purificati idē est iudicium.l.fi. §.1.ff.de vulg.& pup.l.si pupillus.ff.de conditionib.institutio.His tamen non obstantibus ɔ̄trium de iure esse arbitror, videlicet, ꝙ conditio dictæ donationis nō fuerit impleta, & per consequens, dicta donatio nō debeat habere locum in præiudiciū dicti Petri.
5 Et pro fundamento præmittendum est † primo, ꝙ etiam in ɔ̄tibus mens, & intentio partium attenditur.l. in conuentionibus.ff. de ver.sig.l.promittendo.in prin.ff.de iure dot.l.fi.C.quę res pig. & no.per gl.pe.in l.si in venditione.ff.de cōmu. prædio.in l.blanditus.C.de fideius.& Pau.de Cast.in consi.42.Tria sunt.Secūdò præmittendum est pro intelligentia conditionis appositæ in do-
6 natione, si Petrus non diuidat : † nam diuisio fit de re cōi.l.magis puto.§.fi.cū l.seq.ff.de reb.eo.& talis diuisio debet fieri de consensu vtriusq; eorum, qui rem habent cōem, & in re cōi non potest vnus altero inuito aliquid facere.l. Sabinus.ff. cōi diui. in re cōi de reg.iu.in 6.& ideo nō poterat Petrus solus diuisionem facere.His præmissis considerandū est, ꝙ Elisabeth, quæ fecit donationem, habuit bonam mentē, vt eius fratres uiuerēt pacifice, ut ipsa in donatione attestat, & huius rei vt dixi est opportunum remedium, ꝙ res cōis diuidatur, quia cōio solet inducere discordias, in l.cū pater.§.dulcissimis.in fi de leg.2.l.sancimus.§.fin aūt in auro C.de don.in l.re cōi ff.de serui.urb. præd not.in l.2.C.qn̄, & quibus quarta pars debe li. 10.ubi dicitur, ꝙ illud qđ est cōe, negligitur, & ideo expedit à cōione discedere, ut ibi dicit Ioānes de Pla.& quia fortè Petrus nolebat diuidere, ut ad diuisionē induceretur, fuit facta illa donatio cōminatoria, casu quo Petrus non diuidat intra octo dies, dicta Elisabeth donauit dicto Francisco, ex quo constare vr̄, ꝙ dicta Elisabeth non habuit animum donandi, quia ex tali donatione alter frater Petrus merito indignatus fuisset.l.cum oportet.§.1.C.de bo.quæ libe.& hoc fuisset contra intentionem d.Elisabeth, quę vtrunq; fratrem æquali beneuolētia prosequebatur : sed prædicta donatio fuit facta solum ad istum finem, vt Petrus induceretur ad diuisionē, cum donatio facta sit d.Francisco casu, quo Petrus non diuidat intra octo dies. & in ista conditione aduertendum est, quia a solo Petr.non poterat diuisio fieri, ut suprà dixi : unde implere illam cōditionem, ut uerba sonat, non erat in potestate Petri, sed etiam uoluntas Francisci requirebatur : uerum quia constabat Franciscum uelle diuidere, & solus Petrus recusabat, facta fuit donatio casu, quo Petrus non diuidat, & illa uerba, non diuidat resoluuntur in effectu, si per ipsum Petrum steterit, quominus fiat diuisio : quia à solo
7 Petro, vt dixi, diuisio fieri non potuisset : † quia uerba ēt impropriè secundum subiectam materiam accipiuntur.l.si uno.in prin. ubi Bar.ff. loca.l.insulam.ff. de præscrip.verb.l.si olei. C.loca.ubi Bart.in fi.dicta uerba nō diuidat, intelliguntur casu, quo ipse impediat diuisionem, & stet per eum, quominus fiat diuisio, nec aliter intelligi potest.Solum ergo superest uidere, an in casu isto steterit per ipsum Petrum, ꝙ non fecerit diuisionē. & breuiter & indubitanter concludendum est, ꝙ non, quia ut constat in processu dictus Petrus die 23. Iunii habita notitia dictæ donationis obtulit se paratum facere talem diuisionem, & non intendit incurrere aliquod præiudicium, & propter hoc præsentauit duas scriptas diuisiones, & illas apud curiam dimisit, & concessit dicto Francisco ut alteram acciperet, & ipse Petrus alteram retineret, & petiit prædicta denūtiari, & notificari dicto domino Francisco : uidetur ex tali oblatione manifestè constare non stetisse per ipsum Petrum, quominus facta sit diuisio, ergo uidetur, ꝙ illa conditio casu, quo Petrus non diuidat, non habeatur pro impleta : & sic diuisio facta reputatur, per regulam, quæ habetur in l.in iure ciuili. ff.de reg.iur.in iure ciuili ff.de cond.& demon. & in regula, cum stat per eum.ff.de reg.iur.in 6.facit tex.in l.Labeo scribit, si mihi bibliothecam.in fi.ff.de contrahen.emptio.in l.sed addes.§.fin.in l.qui operas.ff.loca.l.in executio.§.fin.de verb.obli.in l.j.C.de in
b sti.& substi. & ista regula [b] locum habet in vltimis uoluntatibus, & in contractibus d.l.in iure ciuili.& idem in statuto, si enim statutum tribuit salarium iudici proferenti sententiam, si non stat per iudicem, & ita protestetur, salarium sibi debetur, ut Ro.concludit in consi.85 Euidenter ostenditur.& idem Ro.in consi 434. In eo, in quo quæritur.ver. quoad tertium. Pariter in casu isto dicendum est, ꝙ cùm per Petrum non steterit, quominus diuisio facta fuerit, quia obtulit se paratum facere diuisionem, & dederit scripturas duas, in quibus erat diuisio facta, & dedit electionem dicto Francisco, vt eligeret partem, quam vellet, quantum ad ipsum Petrum diuisio facta videtur, vel pro facta habetur, ex quo per ipsum non stetit, per suprà dicta.& ex hac conclusione infertur, ꝙ conditio negatiua donationis non sit verificata, ex quo fuit facta diuisio mediātibus illis scriptis, vel saltem habetur pro impleta, quia per ipsum Petrum non stetit, per suprà dicta. Et certe conclusio ista clara videtur s̄m intentionem ipsius donatricis, quæ verisimiliter voluit, prout debuit, seruare æqualitatem inter suos fratres, & illa donatio (vt dixi) comminatoria fuit facta vt induceret Petrum ad diuisionem & cum ipse paratus sit facere diuisionem, satisfactum fuit intentioni donatricis : & cum dictus petrus mandauerit hoc notificari dicto Francisco, cessat illud, quod no.Bald in l.eos.§.apostolos.versi.quæro nunquid. C. de appel.Alex.in consi.34.Viso themate.lib.1.cum sim. vt dixi in consi.39.Iuridicā esse arbitror.in prin. quia hic videtur facta notificatio, & quia illud dictum Bal. fundatur in fraude, quæ in illo casu præsumitur, quę suspicio fraudis in casu isto non cadit.Et ex omnibus suprà dictis concludo donationem, de qua agitur, non habere locum per suprà dicta.

ADDITIONES.

a ¶ Negatiua.)Supra consi.532. nu.9. [redacted]
b ¶ Regula.]Albe.1.par.statu.q.73.Ant.Rub.rep.§.morte.nu. 801.in l.non solum.de ope.no.nunc.

EPIT. Consil. CCCCCCXXX.

Laudum ratificatum debet obseruari non obstante testamento, in quo pars fuit præsens, & præsentia arguit scientiam.

SVMMARIVM.

1 *Compromissum est quædam transactio.*
2 *Partes contra laudum approbatum, contrauenire non possunt.*
3 *Transactio non potest prætextu instrumenti de nouo reperti, retractari.*
4 *Iura laborant, vt litibus finis imponatur.*
5 *Præsentia arguit, & probat scientiam, & intelligentiam eorum, quæ in præsentia gesta sunt.*
6 *Pro verbis Notarij præsumitur.*
7 *Sufficit testem reddere causam per actum proximum scientiæ, licèt non reddat per actum immediatum.*
8 *Præsens quis non diceretur, nisi sciret, & intelligeret.*
9 *Opinio communis non attenditur, quando contraria melioribus rationibus est fundata.*



N causa, quæ reuocatur in dubiū inter Lazarum Antonium Petricioli de Tendula pro una parte, & Petrum magistri Venturini de Tendula, & fratrem eius pro altera parte licet controuersia esset terminata mediāte compromisso, & Laudo mediante compromisso, & Laudo approbato à partibus, tamē noua excitatur dubitatio, quia dictus Lazarus Antonius nouum producit testamētum, de quo dicit nō habuisse notitiam tempore dicti Laudi, & uellet, quod hoc ultimum testamentum haberet locum, non
1 obstāte dicto Laudo lato uigore compromissi, † quia compromissum est quædam transactio, ut no.in auth.si vero contigerit. C.de iudi.& ibi Bar.& idem Bar.in l.furti §. iussu. in versicul.quæro quid in arbitro.ff.de his, qui notan. infam.in l. quod si Ephesi. ff.de eo, quod cert.loco.cum simi. & non ualet transactio non

visis, & cog nitis verbis testamenti.l.de his.ff. de transact.l.1.§.1. ff.quemadmodo. test.a per.vnde cautela est, vt in contractu, vel compromisso expresse dicatur, inspectis, & cognitis verbis testamenti, vt docet Bar.in d.l.de his & in l.qui Romæ.§.duo fratres. in q.ff.de uerbo. obligat. & Angel.idem dicit in lege tres fratres. ff.de pac.dum inquit, semper adijcias hæc verba, visis, inspectis, & cognitis verbis testamenti. & secundum prædictam conclusionem consuluit Ange.in consi.94.Cum lis, & quæstio.& Rom.in consi.403 Pro decisione propositæ consultationis.versic.quarto quia cum si. His tamen non obstantibus vlterius cogitanti contrarium de iure esse arbitror, & concludo, ꝙ imo Laudum latum inter dictas partes vigore compromissi debeat omnino obseruari, ex quo ab vtraq; parte præsente, audiẽte, & intelligente omnia, & singula supra dicta arbitrata, ratificata, homologata, & confirmata fuerunt in omnibus, & per omnia, vt supra continetur, ita
2 in Laudo dicitur,† cum ergo Laudũ approbatum fuerit, partes contrauenire non possunt.l.ne in arbitris.§.fin. C.de arbi.& not. Bar.post Dyn.in l.1.ff.de re iudi.& Ro.in consi.9. Quòd pars cõdemna.in fin.& Laudo à partibus approbata resultat, vt verè, &
a propriè dicatur transactio, [a] vt no.tradit Pet.de Anch.in disputatione sua inci.Cum C.Laicus.refert, & sequitur do.Ioan.Bapt. de Sãto Seueri.in trac.de transf.in 3.q.circa fi. & de tali Laudo homologato à partibus idem iudicari debet, quod de vera transa-
3 ctione, vt ipse ibi cõcludit, & dixi in consi.60.Viso themate. † & transactio non debet, nec potest retractari prætextu instrumenti de nouo reperti.l.sub prætextu. C.de transac.quia transactio fuit
4 inuenta, vt sit litium finis.l.fratris. C. de transac. † nam iura ualde laborant, vt litibus finis imponatur.l. quidam æstimauerunt.ff.si cert.pet.l.properandum.in prin. C.de iudi.l.litibus. C. de agri.& censi.lib.11.in c.finem litibus.de do. & contu.c.1.de appel.in 6.& maximè cum lis sit terminata de consensu partium, a tali determinatione nullo modo videtur recedendum.arg.l. si cõuenerit. ff.de re iud.in l.fi.§.fi.C.de temp.app.& ideo iura committunt, ꝙ causa prius terminetur concordia, quàm iudicio.cap.1.de mutu. peti.cap.querela.de simo. & in l.1 in §.post operis.ff.de ope.no. nun.ubi Alex.in 2.not. dicit, ꝙ iudex nihil aliud quærere debet, quàm reducere partes ad cõcordiam.& ad hoc facit tex.in c.studendum est Episcopis 90.dist. merito ex prædictis concludendũ est, ꝙ Laudum de communi consensu ab utraque parte approbatum debeat omnino obseruari. Solũ superest respõdere ad allegata supra in contrarium. & pro fundamento præsupponendum est illud, quod de nouo instrumento apparet, ꝙ tale assertum nouum testamẽtum factum fuit in præsentia dicti Lazari Antonij, ut colligitur ibi, spectent dicto Lazaro eius fratri præsenti, & hæredibus suis. cũ ergo dictus Lazarus Antonius fuerit præsens in tali testamento, præsumitur, ꝙ habuerit notitiam, & scientiam
5 eorum, quæ in dicto testamento cõtinentur, † quia præsentia arguit, & probat scientiam, & intelligentiam eorum, quæ in præsentia gesta sunt, vt not.Bart.in l.1.§.fi.ff.de aut ho.tuto.ubi all.l.test. C.de testa.idem no.Ang.in §.si quis igitur.per illum tex.ibi, præsentibus.in Auth.de inst.cau.& fide.Bal.in d.l.testium.in uer.quæro igitur.idem Sal.& ibi.& idem Bald.in c.1.in tit.si de inue.inter do.& uasal.lis oriatur.in l.1.in uersi.& adde unum uerbum. C.de
* secun.tabu.in l.si non speciali.in princ. C.de testa.& ista est * cõis opin.ut Alex.concludit in l.2.§. uoluntatem.ff.solu.matr.& adde Ang.in consi.183.Ex themate prædicto.ubi maritus præsens præsumitur sciens, & consentiens, ut Ange.ibi dicit, & tradit etiam And.Sicul.in consi.209.lib.1.Non ob.si dicatur, ꝙ superius allegata loquuntur in eo, qui attestatur de præsentia alterius, quia tunc in altero non præsumitur scientia, ut Bar.concludit in d l.§. fi.ff.de auth.tut.& Bald.in d.l.1. C.secun. tabu.sed in casu nostro Notarius ipse asserit de præsentia dicti Lazari, ergo nõ uidetur probare eius sciẽtiam: & de Notario no. Bar.in l.diem proferri. §.coram.ff.de arbi.in l coram. ff.de uer.sig. Quia responderi potest, ꝙ ad tollendam hanc obiectionem interrogari poterit ipse Lazarus, qui non negabit, nec negare poterit se non fuisse præsentem, ex quo instrumẽtum testamenti hoc dicit, & hoc modo tractabit de propria presentia ipsius Laxari: quo casu ex præsentia propria scientia præsumitur per supra dicta: & sic difficultas ista remoueri potest. Vlterius etiam attentari potest, ꝙ quãdo Notarius de præsentia alterius attestatur in scriptura, ut hic. ꝙ etiam
6 ex præsentia alterius scientia præsumatur, † quia pro uerbis Notarii præsumitur.l.1.C.de usur.& quod ibi Bart. & facit text.in l. sciendum.ff.de uerb.obl.& quia ratio, quam adducit Bart.in eo, qui de præsentia sua attestatur, ut præsumatur, arg.l.coram.ff.de uerb.sign.& in l.diem proferri.§ coram.ff.de arbitr.pariter uidetur militare in præsentia alterius, quia non diceretur præsens, nisi sciret & intelligeret.& ad hoc induco, quood no.Ant.de But.
7 per illum tex.in c.super eo.in secundo nota.de test. cog.† ubi dicit sufficere testem reddere causam per actum proximum scientiæ, licet non reddat per actum immediatum: unde sufficit, ꝙ dicat, scio, quia interfui.& idem concludit Antonius de Butrio in cap.peruenit.el secundo.de testi.cogen.in princ.& Imol.ibi, & Abb.sequuntur. Et sic ex prædictis patet, quòd ille, qui est præsens, regulariter præsumitur scire, & intelligere, nisi probetur, ꝙ sit furiosus, vel pupillus, vel aliter inhabilis ad sciendum, & intelligendum. Et ad iura, quæ dicunt, præsentibus, & scientibus, vel intelligentibus exprimunt illud ad maiorem declarationem, non quòd esset necessarium, quia eo ipso, quòd dicitur, præsentibus.
8 intelligitur, & intelligentibus: † quia nisi sciret, & intelligeret, non diceretur præsens. d.l. coram.de verbo. sign.ita Barto.dicit. in l 1.C.de erro.aduoca.in fi. & sic remanet firmata ista conclusio, quòd Lazarus, qui fuit presens, videtur habuisse notitiam testamenti, & eorum, quæ in testamento continentur. Non obstat, quòd opi.Barto.& aliorum uidetur esse in contrarium, quia ra-
9 tiones, quas suprà induxi, uidentur efficaces, & veriores: † quo casu non attenditur communis opin. quando contraria fundata sit melioribus rationibus, ut dicit Ioan.And.in capitu.1.in fin.de consti.ubi Abb.post alios ibi sequitur per tex.in l.1.§.sed neque. C.de vete.iur.enucle.& idem Abb. per illum tex.in ca.Capellanus.in pen.no.de fer. & domi.de Santo Geminiano idem tenet in cap.1.de summa Trini.cum similib.ut Felyn.tradit in d.cap.1. de const.& dixi ibi, & tradit And.Sicul.in consi.2.lib.1. consi.15. lib.3.& in consi.63.eod.lib.3.& dicit Ange.in consi.110.Sanctissima, quòd iustius, & æquius est illi sententiæ adhærere, quæ melioribus rationibus fundatur, etiam si Imperator sit in opinione contraria.alleg.l. Aemelius.ff.de mino. & indubitanter prædicta conclusio procederet facta interrogatione suprà dicta dicto Lazaro, ut supra dixi.Non obst. quòd transactio non ualet, non uisis, & non cognitis uerbis testamenti.d.l. de his. & cautela est, ut dicatur in compromisso, uel contractu transactionis, uisis, & cognitis uerbis testamenti: quia respondetur, quòd illa cautela nõ
b est necessaria, quia satis est, quòd transigens habuerit notitiam [b] testamenti, licèt propter causam transactionis, illud non inspexerit, ut concludit Barto.in d.l.de his.in uersic.quæro extra glo. & idem Angel.ibi in uersicu. adde tamen. & idem Bartol per illum text.in l.4.ff.opt lega. Angel. in consi.59. Quidam paterfamilias. Alex.in consil 11. Viso, ac vt oportet considerato.lib.2. in versicul unde non obstat primo, quòd transactio.|ubi inquit, quòd ad hoc, ut ualeat transactio super dependentibus ex testamento, satis est, quòd transigens quomodcunque habuerit notitiam testamenti, & eorum, quæ in eo contenta sunt, allegat Bartolum, & Ang.in d.l.de his. & in eadem conclusione residet Alexander in consi.76.Ponderatis his.in uersicul.circa tertium.lib.3. & in consi 74.In causa, & lite.lib.6.& in consi.29. Clarissimè doctor. lib.7. Ex quibus patet istam esse communem opinio. Et ex omnibus supra dictis duæ conclusiones colliguntur.Prima, est ꝙ Laudum ratificatum, & approbatum a partibus debeat omninò obseruari. Secunda, quòd à dicto Laudo approbato a partibus nullo modo recedatur prætextu testamenti nouiter reperti, de quo notitiam habebat Lazarus, qui nunc conatur impugnare dictum Laudum ab eo ratificatum, & approbatũ.& dictum testamentum non caret suspicione falsitatis, cum non sit multum de tempore antiquo, & Notarius, qui rogauit, & omnes testes in inscripti mortui sint, vnde ne detur occasio inuestigandi falsitatem, & cum causa agatur inter patruũ, & nepotes ex fratre carnali, suaderem, quòd bona concordia terminaretur, & si hoc fieri non potest, de iure concludo, ut dixi suprà.

ADDITIONES.

a ¶ Transactio.] supra consi.196.nu.4.ubi dixi.

b ¶ Notitiam.) Barto.Alexand.& omnes.in l.qui Romæ.§. duo fratres.de verbo.oblig.

EPIT. Consi. CCCCCCXXXI.

Donatio facta filiosa.non ualet, firmatur tamen iuramento, & morte donatoris, sicut etiam testamentum, in quo filius non fuit portionatus titulo institutionis, est nullum, & ab intestato filij in successione æqualiter admittentur.

SVMMARIVM.

1 *Lex hortatur patrem, quantùm potest, ad seruandum æqualitatem inter filios.*

2 *Priuilegia, quæ conceduntur parentibus testantibus inter filios, intelliguntur, quando pater filios æqualiter instituit, vel alio modo eis æqualiter prouidet.*

3 *Princeps debet iudicare sola facti veritate inspecta, omisso ordine iudiciario, & debet iudicare, vt Deus.*

Testa-

4 *Testamentum primùm inter liberos licèt non tollatur per secundum, nisi solenniter cum numero septem, testium factum sit hoc intelligitur, quando in secundo sunt instituti extranei.*
5 *Donatio facta filijs in potestate non valet, nec iuramento firmatur.*
6 *Testamentum, in quo filius est præteritus, nullum est, licèt filio sit aliquid per viam legati relictum.*
7 *Iudices possunt iudicare secundum eorum conscientiam, quando de voluntate testatoris informati sunt, & tali casu potest adhiberi fides probationi præsumptiuæ.*


Casus, De quo queritur, maximam habet æquitatem, ut filii in successione patris æqualiter admittatur. l. inter filios. C. famil. erciscun. authen. in successione. C. de suis, & legi. † & lex hortatur patrē. quantum potest, ad seruandum æqualitatem inter filios. in §. illud quoque in Authent. de nup. vbi Angelus dicit probari illud vulgare, ꝙ pater non debet facere vnum filium legitimū, & a-
2 lium bastardum, †ideo priuilegia, quæ conceduntur parentibus testantibus inter filios, l. fi. C. fam. herciscun. l. hac cōsultissima. §. ex imperfecto. C. de testamentis. intelliguntur, quando pater fi-
a lios æqualiter [a] instituit, uel alio modo æqualiter eis prouidet, vt no. tradit Ro. in cons. 179. Amplissimè doct. versi. secundo, ꝙ & posito. alleg. Spec. in tit. de instru. edi. in § compendiosè. vers. quid si pater habens tres filios idem Rom. consi. 385. In casu prę misso. Secundò uerba commissionis magnificorum dominorū debent perscrutari, quibus dicitur, quòd excellentissimi Rotæ Florentinæ auditores referant, quæ sint partes excelsorum dominorum in terminādo inter dictas partes dictas lites attenta veritate, & æquitate, prout est boni principis officium. ista enim
3 verba exprimunt, quòd est de iure, † quia debet princeps iudicare vt Deus, ut no. Bal. in c. 1. § iniuria. circa fi. de no. forma fide. & in l. fi. in prin. circa fi. C. de iure delibe. & Anto. de Butr. in c. 2. in princip. de iura, calum. dicit, quòd per ista uerba procedas secundum veritatem, & æquitatem. excluduntur omnes solennitates iuris ciuilis. & sequitur Alex. consi. consi. 6. Circa processum. lib. Aret. consi. 83. Diligenter ponderatis. & dixi in c. dilecti. de iudi. Tertio considerandum est, ꝙ omnes probationes sunt arbitrariæ, ut not. Bal. in l. fi. in princ. C. comm. vel episto. Ant. de But. in c. ex literis. in 6. no. de proba. Pau. de Cast. in l. admonendi. de iureiuran. facit quod not. Bar. in l. Lucius. in fi. ff. de his, qui notan. infa. & quod not. in c. afferte. de præsumpt. adde text. in l. 3. ibi, tu
4 magis. ff. de testi. † Quartò præmitto, quia licet primum testamētum factum inter liberos non tollatur per secundum, nisi sit factum solenniter cum septem testibus, in auth. hoc inter liberos C. de testa. hoc intelligitur, quando in secundo sunt instituti extranei, secus si liberi sint instituti, quia tunc secundum tollit primum, licèt non sit solenne, ut no. per gl. in Auth. de testa. imper. in prin. not. Bald. in d. auth. hoc inter liberos. in fi. quando secundum est fauorabilius filiis. & Ro. in d. consi. 385 in princip. Alex. consi. 103. Viso, ac diligenter considerato. lib. 4. cum si ut tradūt Mod. in d. auth. hoc inter liberos. His præmissis amplector conclu. supra firmatam a præclariss. Iureconsul. D. Ioā. Banchier vti fratre maiore hoñ. declarando, vt inferius dicam: nam intentio filiorum fundata videtur, vt omnes æqualiter ad successionem patris admittantur. d. authen. in successione. & in d. l. inter filios. & l. 1. C. unde lib. & ista æqualitas etiam inter filios primi, & secundi matrimonii debet seruari, quia quò ad patrem æquales sunt, ut not. Bart. in l. Lucius. ff. de vulg. & pup. Ang. in l. in testamento. C. de test. milit. & Ioā de Ana. consi. 23. licèt prima facie. in fi. Solum opus est respondere ad duo, principaliter obijciuntur. Primò ad donationem factam aliis filiis excluso Vincentio.
5 Secundo ad testamentum, in quo alii instituti fuerunt. † Primò quantum ad donationem supra responsum fuit, quòd fuit, facta filiis in potestate, quæ non valet, ut not. in l. donationes. C. de do. inter virum, & vxo. Non obstat, ꝙ talis donatio confirmetur iuramento, vt no Bald. in l. 1. C. de vsucap. pro dona. cum sim. ut tradit Alex. in si donatione. C. de collatio. & dixi in consi. 239. Quia in casu isto in ipsa donatione non fuit interpositum iuramentum, & licèt in insinuatione interuenerit, non videtur trahi ad donationem prius factam propter naturam iuramenti, quæ est, quòd non trahatur de vno actu ad alium. c. pen. de iureiurā. Præterea etiam multi, & quamplures tenent, quòd talis donatio
b non confirmetur iuramento. [b] Pau. de Cast. in consil. 105. Circa bona. Fulg. in consi. 199. Visis. & late Corn. in auth. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. vers. 6. inferri potest. & idem Cor. in consi. 238. quanquam lib. 1. & consi. 90. In hac consultatione.
* lib. 2. & in consi. 289. Circa primum. libr. 4. & licèt * *communis* opinio videatur in cōtrarium (secundum quam consului) potest limitari, ut non habeat locum in isto casu, in quo impediretur iste fauorabilis effectus, quòd filii ad æqualitatem reducantur, secundum quod infra dicam. Non obstat, quòd etiam remoto iuramento, dicta donatio confirmata videtur per mortē, quia cū de dictis bonis donatis stante donatione nulla, donator postea fecerit testamentum, videtur donationem reuocasse, ex eo, quod notat Bar. in l. si maritus. la 2. C. de donat. inter virum, & vxor. & in l. rem legatam. ff. de adimen. legat. ut supra dictum est: & tradit Cor. in consil. 108. Ad euidentiam. lib. 4. & remota donatione bona omnibus filiis æqualiter debentur ab intestato, ut supra
6 dictum est. Secundò † non obstat quod dicitur de testamento, quia cum in tali testamento prӕteritus sit filius, testamentum vē nullum. § j. insti. de exhære. libe. l. inter cætera. ff. de libe. & posth. & licet filio aliquid sit relictum per uiam legati, tamen testū est nullum. §. aliud quoque capitulum. in auth. ut cum de appellat. cogno. no. Ang. in consi. 136 In quæstione uertente. cum si. ut dixi in consi. 105. & consi. 228. Non obstat, quod legatum fuerit relictum pro sua portione, quia propter hoc non intelligitur iure institutus, ut supra dictum est, & tradit Alexā. in l. humanitatis. C. de impuber. & in l. nam quod. §. non omnis. ff. ad Treb. versi. primò limita. & consil. 70. Viso consi. li. 2. & licet in hoc sint opiniones, & ego in d. l. humanitatis scribendo sum sequutus alterā opinionem, quòd dicta verba intelliguntur iure institutionis, tamen in isto casu particulari, & fauorabili, ut æqualitas seruetur in filiis, inclinarem in istam partem: & accedit, ꝙ dicta institutio reuocata fuit in codicillis, vt supra dictum fuit per Consultorē, ad cuius dicta me remitto, quia in maxima temporis angustia, ꝙ̄ me premit, & vrget, singula perscrutari non possum. Postremò
7 † in casu isto concurrit extrema illa voluntas testatoris declarata ab eo in extremis pro exoneratione suæ conscientię confessoribus suis, ꝙ voluit omnes filios tam primi, quàm secundi matrimonii ęqualiter succedere. & licèt talis probatio iure stricto nō valeret, tñ si conscientia magnificorum dominorum informata sit istam fuisse voluntatem testatoris, in hoc casu secundū eorum conscientiam possunt iudicare, cum ipsi sint supra ius ad similitudinē Papæ, & Imperatoris, ut not Bar. in l. j. in fi. C. ut quæ desunt aduoca. & tali casu possunt adhibere fidem probationi non plenę, sed persuasiuę ex eorum conscientia, vt no. Bal. in l. solam. circa fi. C. de test. & Aret. cons. 83. suprà allegato & secundum istam conclusionem putarem esse partes excelsorum dominorum in pronuntiando secundum eorum conscientiam, dato, quòd probationes, ex quibus conscientia eorum informatur, non sint legitimę, & sic si eorum conscientię videbitur, possunt pronūtiare, ꝙ inter dictos filios ęqualiter hęreditas patris diuidatur per suprādicta, & ea quæ suprà in princ. dicta sunt, & de celeri subscriptione requisitus concurro in sententiam prӕclarissimi domini Consultoris.

ADDITIONES.

a ¶ Aequaliter.) Supra consil. 247. num. 9. consi. 105. in fin. vbi dixi.
b ¶ Iuramento.) Supra consi. 337. in prin. vbi tetigi. & illud consi. Pau. in nouis est consi. 345. lib. 1.

consi. 630. lege suprà consi. 428. quia hic malè duplabatur.

EPIT. Consil. CCCCCCXXXIII.

Legatarij contribuunt pro rata ad Legitimę supplementum, quando hæreditas ita exhausta esset, Quòd quarta nō remaneret hęredi facto Inuentario, in quo octo hic ordine eleganti descripta interuenire debent.

SVMMARIVM.

1 *Pro legitima datur condictio ex lege, quæ est perpetua, & in rem scripta contra hæredes, & legatarios.*
2 *Inuentarium intra quantum tempus per hæredem fieri debebat, & quando tempus currere incipiat. 6. 7. 8. & seq.*
3 *Hæres conueniri non potest, durante dilatione data ad conficiendum inuentarium. 4.*
5 *Testator si mandat, quòd legata soluantur, intelligitur a die aditæ hæreditatis.*
11 *Hæres, qui res aliquas omisit ponere in inuentario, bona fide excusatur, & pœnam non meretur.*
16 *Hæres an teneatur præstare legatum vxori defuncti, si facultates hæreditatis non sufficiunt.*
17 *Testator non potest disponere de bonis suis, vltra dodrantem.*


Consuluit superioribus diebus sup quatuor dubijs, nūc alia tria dubia ꝓponūtur, & primò q̄ritur, an in supplemēto legitimę, qđ Sātina filia petere potest, vt in cōsilio dictū fuit, legatarij debeāt cōtribuere, vel solus hęres institutus Petrus Ant teneāt. Et ꝓcedēdo breuiter, cōcludēdū est, ꝙ supplemētū debeat fieri ēt a legatarijs, & ab hærede ꝓ rata, vt no. Bar. in l. in quartā. in ver. quero quid si est relictū. ff. ad legē fal. per l. si ex patronis. & in l. si libertus sub cōditio. §. libertus. ff. de bon. lib. & idem videtur tenere Bal. in auth. presbyteros. circa fin. C. de episc. & cler. dum in-

1 quit,† ꝙ pro legitima datur condictio ex lege, quæ perpetua est, & in rē scripta ꝯ heredes, & legatarios.d.l. si libertus.§.libertus. idē Bal.in l.omnimodo.in prin.ad fi.C.de inoffi.testa.& in l.suus quoque.in prin.circa fi.in ver.ultimò extra quæro.ff.de hæredi-
* bus.inst.& ista est mea * *communis* opin.ut Alex.dicit in ꝯſ.223. Attentis narratis.lib.4.& ista conclusio vr̄ indubitanter ꝓcedere,qñ hæreditas est exhausta legatis,ita ꝙ hæredi quarta pars nō remaneret,& hæres fecisset inuentariū,tunc legatarij debent cōtribuere,ut Ang.concludit in l.Papinianus.§.si ꝯditioni.in versi. & si integrum supplementum.ff.de inoff.testa.& idē Ang. dicit in l.si pater.in ver.restat videre. C.de insti.& substit.& sic in effectu Ang.vr̄ limitare conclusionem Bar.s̄.relatam non habere locum,qñ hæres facit inuentarium,& quarta sibi debita non remaneret,& istam limitat,& sequitur Imo.in d.l.suus quoque.in fin. principij.in ver.limitat tñ Angelus. & in hoc ēt concordat Saly. in l.omnimodò.in prin.in ver.tertio quæro.C.de inoff.testa.ubi in fi.concludit,ꝙ primò detrahi dēt æs alienum, l. Papinianus.§. quarta autē.ff.de inoff.testa. Secundo detrahitur legitima, & ex residuo soluūtur legata detracta falcidia iure institutionis hæredi debita,& per hunc modū qñ heres non haberet quartam sibi debitam in supplemento legitimæ,cum hærede legatarij pro rata concurrunt.& idem vr̄ tenere Pau.de Cast.in consi.257.super primo dub.ubi inquit,ꝙ pro supplemento legitimæ agitur contra solum hæredem,quando hæreditas sit sufficiens pro omnib. & hæredi remaneret integra eius quarta,aliàs ergo secus videtur. & idem apertius tradit Pau.de Castr.in consil.præcedenti.256. Visis omnib.s̄.scriptis.dicens, ꝙ legatarij debent præferri in rebus legatis illi,qui prætendit habere supplemētum legitimæ,qñ hæreditas est soluendo pro utroq; ,ut præsupponit in casu suo, secus ergo si hæreditas non esset soluēdo,quia legatarij cū herede concurrunt. & in eadem sententia videtur esse Ang.in consi. 131. Ad decisionem huius dubij.ubi tenet ꝯ Bar.in d.l.in quartā. casū,quo hæreditas est soluendo,ergo si non sit soluendo,vt s̄.dictum est, vr̄, ꝙ legatarij debeant concurrere cum hærede.& in ista conclusione omnes conueniunt,& nullus discrepare videt. & applicando ista ad casum nostrum,si legatum octo cētum aureorum relictum filiæ; & legatum factum vxori, & alia legata absorbent hæreditatem, ita ꝙ hæredi instituto non remaneret quarta debita ipsi hæredi in supplementū dictæ legitimæ,debent legatarij concurrere cum hærede,qui conficiat inuentarium,&
2 ita primum dubium absolutum sit.Secundò quæritur † de inuentario intra quantum tempus debeat fieri inuentariū, & de hoc est casus in l.fi.§.sin autem dubius.C.de iure deli.ubi dicit,ꝙ debet fieri intra triginta dies post delatam sibi hæreditatē.Sed dubium est,qñ incipiāt currere dicti 30 dies, & in hoc vario modo
* Doctores loquuntur. Verè tamen,& * magis *communis* opi. est, ꝙ à die aditæ hæreditatis computari debent,ut tenet glo.& Bar. in d.l.fin.in ver.delata.& not.Ang.in l.j §.hæc stipulatio. ff.si cui plusquam per legem falc.in ver.tu dicas.& idē Bar.in l.si in diem ff.de condi.& demon.in l.3.§.si quis hære. ff. de statuli. cum si.ut tradit Alex.in d.l.fi in prin. vbi attestatur istam esse magis communem opinionem.& secundum istam communem opin.consuluit Raph.Cu.in consi.73 sine disputatione.& idem Ro.in cōsi.84.Circa id,quod quærit̄.vbi aliorum refert opiniones,& concludit secundum opi.Bar. ꝙ currat tempus conficiendi inuentarium a die aditæ hæreditatis. & dicit æquissimam esse istam opinionem,& quòd communiter obseruat̄.Et † ista conclusione ef-
3 ficaci ratione probatur,quia dilatio datur hæredi, ut non possit conueniri durante dilatione data ad conficiendum inuentarium. d.l.fin.§.donec.ergo videtur, ꝙ talis dilatio data intelligat̄ post aditam hæreditatem,quia non adita hr̄ditate hr̄s conueniri non pōt,& dilatio limitata esset superflua,ut not.Bal.in d.l.fi. in prin. in 3.notab.& Cu.in d.consi.73.& quia ea,quæ dicuntur de here-
a de, [a] intelliguntur adita hæreditate,ut no.Imol.per illum tex.in d.l.3.§.si quis ita. ff. de hæred. instit.facit tex.in d.l.3.§. si quis hæ
4 redi.& d.l.si in diem. ubi Bar. & † hæres intelligitur cum effectu adita hæreditate,ut no.Bar.in l Lucius.la j.ff.de fideic.lib.Bal.in
5 l.fi.in prin.C.si penden.appellatione mors interue.† si testōr mādat,ꝙ legata soluantur,intelligit̄ à die aditæ hæreditatis,no.Bal. in consi.12.Si testator.li.2.& in simili no.Bal.in c.1.in princi.d. c. Corra.in fi.quòd inuestitura,quæ debet peti intra annum,intelligitur à die aditæ hereditatis:quia uerbum,hæres.quantū ad onera hæreditaria,significat immixtionem:alleg.l.1.C.si ut se ab hære.abstine.& cum in casu nostro sit communis opinio,non est ab ea recedēdum,& supradicta communis opinio procedit,nisi hæres malitiosè distulerit hæreditatem adire, ut Bart.concludit in d.l.fin §.1.& Rapha.Cuma.in d.consil.73.& Romanus in dicto consi.84.ubi latius hoc probat.& in casu isto de malitia, & fraude hæredis nō apparet propter absentiam, & difficultatem viarum his temporibus,& ideo tempus aditæ hæreditatis expectari
6 debet; & ita conclusiuè dicendum uidetur. Tertio † quæritur de modo, & forma conficiendi inuentarium, in quo primo hæres debet protestationem facere, quòd intendit uelle facere inuentarium, & eius beneficio gaudere,aliàs si simpliciter adiret,videretur certus de viribus hæreditatis, & postea inuentarium hæredi,qui simpliciter adiuit,non prodesset.d.l.fi.§.cum igitur.& ita Ang.instruit hæredē in l.j.§. hæc stipulatio.in prin.in ver.caueāt autem omnes hæredes.ff.si cui plusquam per legem Falci.& præmissa hac protestatione discurrenda sunt illa, quæ præcipuè in
7 inuentario conficiendo ab hærede requiruntur.† Primò in inuētario debet poni signum Crucis manu hæredis. dict. l. final. ibi, uenerabili signo Crucis antea manu hæredis præposito. Ista tamen videtur leuis solennitas,quæ non uitiaret Inuentarium, vt
* Bar.concludit in d.l.fi §.1.ubi dicit; quod * *omnes* ita tenent per l.1.in fi.ff.de uentre inspi.& hoc etiam tenet Bald. in consil.333. Quæritur,an signum Crucis.lib.2.cum si.ut tradit Alex.in d.l.fi. uer.extra glo.& ibi defendit istam opinionem ab his, quę in contrarium adducuntur. Et ad euitandum opiniones, cum res integra sit,suadeo,quòd ab ipso hærede signum Crucis eius propria
8 manu ponatur.Secundò,† antequam deueniatur ad inuentariū, dicit Ang.in d.l.j.§.hæc stipulatio.in versi.ante autem. ꝙ debent Conuocari omnes creditores, & legatarij ad instātiam hæredis, vt ueniant in tali loco,die, & hora ad uidendum confectionem inuentarij, quod hæres intendit facere de bonis, rebus, iuribus, & actionibus debitorum, & creditorum talis hæreditatis per se, uel per procuratorem eorum; cum comminatione, quòd ipsis non uenientibus hæres procedit ad confectionem inuentarij, ut latius prosequitur Ange.in loco præallegato,vbi
9 etiam ponit formam citationis. Tertiò † debet inchoari Inuentarium intra triginta dies a die aditæ hæreditatis, vt s̄. dixi: & requiritur,quòd postea perficiatur intra alios sexaginta dies, vt expresè dicit tex.in d.l.fina.in versicu.omni tamen modo.& citatio,de qua suprà,debet nominatim fieri,si creditores, & legatarij certi sint, si verò incerti sint, sufficit citatio generalis per edictum,ut no.Inn.in c.final.qui matri accusa.possunt.Angel.in consi.193. Pro decisione quæsitorum.Barto.in l.si eo tempore. C.de remis.pigno.Old.in consil.43. Quæritur, utrum citatio.in versi.ad quintam quæstionem.tex.in c.fin.de elect.in 6.ubi Dominicus post Pet.de Ancha.circa fin.Card.in consil.74.In discussione præmissi articuli.Fulg.in consil. 190. Visis. & in proposito specialiter not.Barto.in d.l.si eo tempore.& in consil.154. Maritus.& in d.l.final.C.de iure.deli. Ang.Are.in §.extraneus autem.
10 insti.de hæredum qualita.& diff. † Quartò in Inuentario scribi, & annotari debent omnes res mobiles, & iura defuncti, etiam res alienæ, depositæ, vel commodatæ, quę erant penes defunctum, inseri debent, quia pro talibus rebus agitur petitione hæreditatis. l. & non tantum. in princip.ff.de pet.hæredit. & not.Bald.in d.l.fin.§.cum igitur.versi.sed nunquid in inuentario. & Pau.de Cast.ibi in versic.sed pone.dicit,ꝙ doct.ita tenent, &
11 † si hæres aliquas res omisit ponere in inuentario bona fide, qa ignorabat, excusatur, quia bona fides pœnam non meretur l.quamuis.ff.de conditio.& demonstrat.facit text. in l.si seruum. §.ait prætor.ff.de acquiren.hære.& not.Bal.& Pau.de Cast.in loco præallegato. in §.cum igitur. & ideo cautela est, ut ibi dicit Pau.de Cast. quòd in consummatione inuentarii hæres protestetur,quòd plures res,& plura iura non inuenit, & si contingat alias res, uel iura reperiri,addet,& ita dicit Pau.de Cast.quòd de facto obseruatur, & Bald.in authentic.sed cum testator. C.ad le-
12 gem Falcid.versicul. & not. Quintò † requiritur,quòd Inuentarium conficiatur manu publici Notarij, vt dicitur in d.l.fina.ibi, sub præsentia tabulariorum,& numerus pluralis ibi ponitur pro singulari; quia unus Notarius sufficit, ut gloss Bartol.& docto. ibi dicunt.& adeo præsentia,& authoritas tabellionis necessaria est,ꝙ priuata scriptura etiam defuncti cum testibus non sufficeret secundum Paul.de Castr. ibi post Bald. in d. §. cum igitur.in
13 versicul.tertium,quòd requirit.† Sextò requiritur subscriptio hæredis,ꝙ ipse confecerit Inuentarium bona fide, & absque malignitate,& si nesciat scribere,adhiberi debet secōdus Notarius,qui se pro eo subscribat,ut probatur in d.l.fi.§. cum igitur. versicul.subscriptionem autem. & no.Bar.in d.l.fi.§.cum igitur.
14 ubi ponit formam Inuentarij.† Septimò requiritur,quòd testes interueniant in confectione Inuentarii, qui hæredem cognoscant,& in eorum præsentia res videantur, ut Bartol. concludit
15 in d.l.fin.§.cum igitur.† Octauò loco creditorum, & legatariorum absentium adhiberi debent tres eiusdem ciuitatis,uel loci locupletes,

ADDITIO.

a ¶ Hærede.] Et probat text. in l. Celsus. §. quod alicuius.de lega.3.& in l.statu liberos.§.si quis hæredi. de stat liber. idem Alexand. consil. 36.numer. 11. libro 4. Philipp Dec. in l.eius, qui in prouincia. §. ultim.nu.8. si certum petatur. in l. 1. num.20. C. de pact. [redacted].

cupletes,& bonæ opinionis,& in eorũ præsentia inuentariũ cõscribatur,ut Bar.docet in d l.fi §.cũ igitur.& in d.consi.154.in fi. & supradicta ex dictis Bar.in d l.fi. colliguntur, dum ponit formã inuentarij,& prius Spe.in t it.de instr.edit.in §. fi.in ver.nunc dicamus de inuentario hæredis. Ang.in d.l 1.§.hæc stipulatio.in ver.secundo principaliter uideamus de forma ipsius inuentarii & Ang.Aret.in d.§.extraneus autem.si tñ in loco esset alia consuetudo in confectione inuentarij, illa deberet obseruari.& dicit Rolan.in summa artis notariæ, ꝙ tot solennitates de consuetudine non seruant.& refert,& sequitur Bal.in d.l.fi in prin.in finalibus uerbis.& Pau.de Cast.in d.l.fi §.cum igitur.& iõ sufficit, ꝙ consuetudo loci seruetur.& no.Spe.in d.§.fi.in ver.quid si de
16 consuetudine.& hæc de secundo dubio satis sint. Tertiò † quæritur,an hæres teneatur præstare legatum vxori,si facultates hæreditatis non sufficiunt.& in hoc non videtur dubitãdum facto inuentario,quia beneficio inuentarij hæres non obligatur vltra vires hæreditatias creditoribus,nec legatarijs,ut est text.in d.l.fi. in §.& si præfatam C.de iure delib.ubi dicitur, ꝙ facto inuentario hæreditatem sine periculo hæredes habeant,& legis falcidiæ aduersus legatarios vtantur beneficio,& in tantum hæreditarijs creditoribus teneantur,inquantum res, & substantiæ ad eos deuolutæ valeant,& eis satisfaciant, qui primi ueniant creditores si nihil reliquum est posteriores uenientes repellantur, & nihil ex sua substantia penitus hæredes amittant, ne dum lucrum facere sperãt, in damnum incidant.& ut dixi ista conclusio clarissima videtur,quia non potest testator disponere de bonis suis vltra dodrantem,id est de nouem uncijs, quę sunt tres partes hæreditatis.l.1.in prin.& in ver.secundo capite. ad legem Falcid.& Ale.in prin ibi declarat post Pau.de Cast.in d.l.1.in prin. in ver. vltimò recollige.& legata minuuntur pro rata secundum facultates hæreditatis.l.si quis testamento.§ 1.ff.de leg. 1.l. in quantitate.§.fi.ff.ad legem Falcid. ubi ultra dodrantem ipso iure legata minuunt:& hoc etiam habet locum in legatis ad pias causas, ut tradit Old. in consil. 111. Quidam condidit testamentũ.& idẽ Bar.in l.si ea.C.ad legem Falcidiam.idem de legatis pijs no.Paul. de Cast.in consi.212 Supra dicta omnia.in prima parte,in nouis. in prin.idem in testamento militis.l.si certarum § fin.iuncta l.sequenti.in prin.in l. si post missionem.ff.ad legem Falcidiam.

EPIT. Consi. CCCCCCXXXIIII.

Statutum simpliciter excludens filiam dotatam intelligitẽ de hæreditate dotantis.Et si vltra procedat, ad personas enumeratas exclusio extenditur,& non ad alias.

SVMMARIVM.

1 *Mulier dotata an,& quando ab hæreditate dotantis excludatur.* 2.
3 *Filia dotata a patre non excluditur ab hæreditate matris.*
4 *Exclusa matre a statuto etiam auia materna exclusa videtur.*
5 *Statutum,quòd filiam excludit,etiam neptem excludere videtur.*
6 *Argumentum a maioritate rationis in statutis procedit.*

VIsis his,quæ accuratè, & eleganter in casu proposito scripta sunt ab eminẽtissimis doctoribus Perusinis vti fratribus maioribus honorandis,requisitus de subscriptione agam paucis: [a] & conclusionem ab
1 illis firmatam iuridicam esse arbitror, † ꝙ Angelus nepos exclusa Ludonica nepte ad hæreditatem auiæ maternæ solus admittatur: nã in hæreditate matris statutum hoc exprese dicit, dũ inquit,ꝙ si pater,mater frater carnalis,uel auus paternus dotauerit aliquam mulierem, & moriatur superstitibus filijs masculis. uel nepotib.ex masculis natis,illa mulier,nec eius filij, uel hæredes possint aliquid petere in bonis alicuius prædictorum ab intestato defunctorum:sed sit,& esse debeat contenta dote sua ipsa & sui filij & hæredes,nec possint admitti ad hæreditatem omnium prædictorum non obstante,ꝙ fuerit ab uno prædictorum dotata. Ex his verbis statuti patet,ꝙ mulier dotata a patre excluditur etiam ab hæreditate matris, quia statutum vlterius proce-
2 dit seipsum declarando:† nam quando statutum loquitur simpliciter,ut quia dicat,ꝙ filia dotata nõ succedat,intelligitur, ꝙ nõ succedat,intelligitur,ꝙ non succedat in hæreditate eius,qui illã dotauit,ut no.Bald.in l.1.per gl.ibi.C.de legi.hære.in ver.modo accidit ubi inquit,ꝙ si statutum velit, ꝙ frater excludat sororẽ datam,& vlterius non procedat, intelligitur ab hæreditate eius, qui dotauit,& non alterius.& sequitur Pau.de Cast.in d.l.1.in fi.
3 † qui ex hoc infert,ꝙ si pater illam dotauit,non excluditur hæreditate matris & idem Pau.de Castr.in cõsi.237.Presens casus modicam dubitationem & in consi.340.Præsuppofito,ꝙ dictum statutum.Alex.in consi.29.Quoniam abunde circa si lib.1.& in cõsi.151.Viso themate [redacted] dit Cor.in consi.126.Principale dubium li.2 Maria.in consil.30.Quamuis ex his.cum si.ut dixi in cõsi.346.Omissis his.& ista conclusio bene procedit,ut dixi,quãdo statutum loquitur simpliciter.Secus est quando statutum seipsum declarat nominando personas,á quarta hæreditatis uelit mulierem excludere: quia tunc licet ab uno dotata sit,tamen excluditur ab hæreditatibus aliorũ,qui nominati sunt quia constat,& apparet de mente statuti:ita sentit Bald in d. l.1. C.de legitimis hæredibus dum inquit, ꝙ statutum excludẽ dotatã intelligitur ab hæreditate dotantis,tantũ nisi statutum ulterius procedat.& hoc expressè tradit Pau.de Cast.in cõsi.394.In puncto quæritur.& idem Pau.de Cast.in d.consi.340.Præsuppo sito.in ver.si vero statutum.& idem Ro.concludit in consi.485. In casu propositæ consultationis.& Alexan.in d.consil.29.lib.1. Cor.in consi.123.Vt præsens consultatio.lib.2.& idem Corn.in consi.123.dicet breue sit thema.lib.3.& ita apertè videtur in isto casu,quia statutum manifestè excludit filiam dotatam a patre a patre non solum ab hereditate patris,qui dotauit,sed etiam ab hereditate matris, quæ non dotauit, ut expressè statutum dicit. ibi,non obstante,ꝙ fuerit ab vno prædictorum dotata. Et ex his habetur prima conclusio,quæ indubitanter ꝓcedit, ꝙ si ageret de hæreditate matris Ricabellæ, Angelus filius masculus exclu-
4 deret dicit Ludouicam.& ex hac ꝯclusione pariter infert,† ꝙ ex-
b clusa matre,etiam auia [b] materna exclusa videtur,quia mediatè ꝯiuncta vr̃.ut no Bar.in l.2 § videndum ff.ad Tertyl in ver.qro, cauet statuto.& ibi,ex hoc infert.ubi dicit,ꝙ matre exclusa pariter oẽs cognati,qui ex persona matris veniunt,excludunt,& cõsequenter auia materna exclusa vr̃.& idem no.Bald. in l.illam.in princ.C.de collatio.vbi inquit,ꝙ exclusa matre á statuto non vr̃ soror exclusa, secus in auia materna, quia venit repræsentando ipsam matrem,& talis repræsentatio non vr̃ esse in sorore, ideo in auia materna fortior vr̃ exclusio, quia si mater excluditur, q̃ est proximior,a fortiori vr̃,ꝙ auia materna excludatur,quia remotior est:& ad hoc facit quod no.Bald.in l. maximum viriũ.in
5 ver.præterea cum ratio statuti C.de lib.præte.† vbi inquit, ꝙ si a statuto filia excludit,á fortiori neptis ex filia exclusa vr̃, & quia neptis non debet esse melioris conditionis,quã filia,arg.l si uiua matre.C de bonis maternis.& idẽ no Bal.in l.2.in fin. C de in ius voc.& istam regulam tradit Ang.per illum tex in §.reliquum in fi.in ver.ultimo no.tex in Auth de hære.ab intest.venien.ubi inquit,ꝙ vbicunque quis excluditur á successione alicuius,ita ẽt filius,& descendentes ab illo.& in isto casu verificatur quod no. Bar.in l.Nesennius.ff de neg.gest.in ver. no. etiã ex ista lege ubi dicit,ꝙ illud,qđ est cõstitutũ in matre,habet locũ in auia,& hoc saltem vr̃ habere locum in isto casu á maioritate rationis, ut su-
6 pra dictum.† Nam etiam in statutis videtur á maiori argumentũ procedere,ut no.Bal.in d l.fi C.de in ius vocan.& in l.ꝙ verò.in ver.sed pone,ꝙ statutum.ff.de legi.ubi inquit, ꝙ si statutum excludit materteram, etiam videtur excludere materterã magnã: quia maior est ratio excludendi illam remotiorem:allegat tex in in l.cui pacto.ff.de ser.expot.& idem Bald.in l si verò.§.de viro. ff.solu.matrim.ubi repetit,ꝙ non debet esse melioris cõditionis neptis,quàm filia,& idem Bald.in l.affinitatis.C.commu. de successio.in ver.pone statutum.& in tali casu á maioritate rationis extensio potest fieri etiam in correctorijs vt tradit Imo. in l.si verò.§ de viro.ff so.ma.& in tali casu satis expressum videt, quòd dicta Ludouica excludatur etiam ab hæreditate auiæ,ut doct. dicunt in locis supra alleg.Et ex omnibus supra dictis concurro in sententiam præclarissimorum doctorum supra consulentium.

ADDITIONES.

a ¶ Paucis.] Istud non est consilium Philippi Decij, quia est directo in eodem casu contrarium consi.623 supra eo cui stat dum est, [redacted].
b ¶ Etiam auia.) Non sequitur odium debere extendi, ad hoc sophisticum est argumentum,quia non est mater,quæ excluditur, sed filia, quæ fauore masculorum excluditur,qui fauor fortior est in matre proximiore, quàm in auia materna remotiore.

EPITOME Consi. CCCCCCXXXIIII.

Testator duas habens filias Magdalenam,& Marchesiam,instituit hæredem filium Magdalenæ, & casu: quo ipsa non haberet filiũ masculum,vocauit filios Marchesiæ prohibendo hæredibus suis alienationem bonorum suorum.Mag.suscepit Ioan.Antonium, qui adiuit hæreditatem auitã,eamq; toto tempore vitæ suæ possedit.Tandem ipse decessit sine filijs relicto quodam extraneo, ut pote Sempronio hærede vniuersali.á quo Marchesiæ filij hæreditatem petunt vi fideicom.in eorum fauorem inducti ex alienationis auitæ prohibitione.Respon.Deci.Bona controuersa remisisse libera Antonio,ideo ad eorum successionem admittendum Sempr.exclusis Mar.filijs.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitus alienare extra familiam non potest hæredem extraneum instituere.* 10.
2 *Res restitutioni subiecta alienari non potest.*
3 *Alienationis prohibitio extra familiam saltem in casu contra factionis fideicommissum inducit inter illos de familia.* 5.
4 *Qui vult consequens, uidetur uelle omne necessarium antecedens.*
6 *Verba enuntiatiua per modum causæ prolata dispositionem inducunt.*
7 *Verba, quomodocunque, uel qualitercunque, & perpetuo remaneant, in prohibitione alienationis posita quid importent.*
8 *Prohibitio alienationis extenditur vltra quartum gradum, quando per verba vniuersalia, & præcisa facta est.*
9 *Voluntas testatoris in primis attenditur, & totum facit.*
11 *Prohibitio alienandi facta filiis non habet locum in nepotibus.*
12 *Prohibitio alienationis sine causa non valet.*
13 *Verba, hæredibus meis. de quibus intelligantur.* 14. 15.
16 *Substitutio facta alicui decedenti sine liberis, extantibus liberis, tempore mortis extinguitur.*
17 *Qualitas adiuncta uerbo, secundum tempus verbi, intelligitur.*
18 *Prohibita alienatione ex familiam vnus tantum de familia qui superest aliena re non prohibetur.*
19 *Testator em ita uoluisse non sufficit, nisi disponat.*



ISO copioso, & eleganti ꝯsilio præclarissimi I. V. D. domini Michaelis Moneri militis Albanensis vti fratris magis honorandi, iuridicā esse arbitror ꝯclusionē longo apparatu supra ab eo firmatam: negari tñ non pōt, quin prima facie ꝯclusio s. dicta videat dubitabilis ꝑ prohibitionē alienationis, quæ in casu isto multū precisè facta vr̄, dum testator prohibet, ꝙ res, de qua agitur, nullo vnquam tēpore vendatur, alienetur, vel separetur per hæredes meos, quicūque sint. vnde stante ista prohibitione alienationis non vr̄, ꝙ Io. Antonius qui fuit hęres, potuerit hæredem extraneū instituere, per textū in l. peto. §. fra-
1 tre. de leg. 2. vbi † prohibitus alienare extra familiam non pōt extraneum hæredē instituere. Secundò ad hoc facit, quod not. Bar.
2 in l. qui Romę. §. cohęredes. de verb. obligat. vbi inquit, ꝙ † prohibitus alienare extra familiam, vt familię relinqueret tunc nullo modo res alienari pōt, qa res subiacet restitutioni. Auth. res, quæ C. commu. de leg. & sic vr̄, ꝙ fideicōmissum inducatur: & ita vr̄ in isto casu, quia prohibitio fuit facta, quia voluit, ꝙ res ꝓhibita alienari perpetuò remaneret hæredibus, & descendenti-
* bus testatoris. Tertiò quia ſm * *communem* opinionē, vt Alex. concludit in l. qui Romę. §. cohæredes, versi. puto concludendū.
3 ff. de verb. obliga. † prohibitio alienationis extra familiam saltem in casu contra factionis fideicōmissum inducit inter illos de familia, constat ꝙ Ioannes Antonius contrafecit instituendo hæredem extraneū, dicto §. fratre. & tradit Ioan. de Ana. in consil. 47. Illud præsupponitur. ergo vr̄, quòd hęredes & successiuè descendentes testatoris admittantur ad dicta bona prohibita aliena ri virtute fideicommissi supradicti. Quartò hoc idē probatur, quia voluit testator, ꝙ dicta bona perpetuò remaneant suis hæredibus, & descendentibus, & hoc non vr̄ posse fieri, nisi median
4 te fideicommisso, quia aliter possent in extraneos trāsire, † ergo qui vult consequens, vr̄ uelle omne necessarium antecedens. l. ad rem mobilem. l. ad legatum. ff. de procu. l. deni que. §. interdū. ff. de pecu. leg. & per illum textum in simili casu in probando fideicommissum arguit Bart. in l. Centurio. in versi. quæro vlte-
5 rius. de vulga. & pupil. Quintò † qñ prohibitio alienationis est facta cum ista rōne, quia volo, ꝙ bona remaneāt in familia, fideicommissum inducitur inter illos de familia, vt Areti. concludit
6 in d. l. qui Romę. §. cohæredes. de verb. obliga. † quia etiam verba enuntiatiua prolata per modum causæ dispositionē inducunt vt nót. Bar. in l. si socer. §. Lucius. ff. solut. matri. & in l. qui volebat. ff. de hære. instituen. & ad hoc vr̄ dictum Bar. in l. pater filiū.
7 §. fundum. ff. de lega. 3. Sextò † ista conclusio corroborari vr̄ ex illis verbis, quomodocunque, uel qualitercunque, & ibi perpetuò remaneant. nam talia verba uniuersalia, & præcisa efficacio rem prohibitionem reddunt, vt tradit Aret. in l. uentre. in versi. dicamus ergo & melius. ff. de acquirend. hæred. & ad hoc facit quod not. Iac. de Bel. in § nos autē. in Auth. de restitu. fideicō-
8 missi. ubi inquit, ꝙ licèt † prohibitio alienationis non extendatur ultra quartum gradum, ut ibi dicitur, hoc ſm eum non hēt lo-
a cū, si facta sit per verba uniuersalia, [a] & præcisa, ut quia dicat testator, ꝙ velit bona, quæ prohibuit alienari, perpetuò remanere apud suos descendentes, quia tunc excedit quartum gradum, & in infinitum porrigitur. sequitur Alexan. consil. 56. Consideratis uerbis. libr. j. & in consil. 23. Consideratis uerbis. libr. 2. in consi. 59. Attentis. lib. 3. cum simil. Ex quibus omnibus ap
9 paret istam fuisse exploratam voluntatem testatoris, † quæ in primis attenditur. l. in conditionibus primum locum. i n princ. de conditio. & demonstratio. & uoluntas testatoris debet seruari quæ totum, facit l. ex facto. ff. de hæredib. instituen. & in l. cū quæstio. C. de lega. in l. cum uirum. C. de fideicommis. in l. fideicommis. §. item si quis. in fin. de lega. 3. cum simil. quæ nota sunt.
10 Nec obstant allegata copiosè suprà in consilio, ꝙ † prohibitio alienationis non vr̄ prohibere institutionem hæredis, si facta sit simpliciter, vt no. Bart. in l. peto. § fratre. de lega. 2. in l. si ita. §. ea lege. de verb. obligat. Ange. in ꝯsi. 7. Ex dicto themate. Alex. in consi. 56. Consideratis uerbis. libr. 1. in consil. 55. Ponderatis his. lib. 3. & latè Francis. de Curte, in cons. 45. Sępe reuoluta. qa ad omnia suprà allegata responderi potest, ꝙ in casu isto nō fuit facta prohibitio alienationis simpliciter, sed respectu certarum personarum, uidelicet contemplatione hæredum, & descenden tium testatoris, quo casu uidetur etiam prohibita institutio hæ-
* redis, vt * *omnes* docto. dicunt in locis supra allegatis, & iō non videtur, ꝙ Ioan. Anto. filius Magdalenæ potuerit hæredem extraneum instituere, qui non sit de descendentibus dicti testatoris, & ista primo motu occurrebant. Quibus tamen nonobstan tibus vlterius cogitanti contrarium de iure esse arbitror, quòd imò dictus Ioan. Antonius potuerit instituere hæredem, quem
11 uoluerit. & ista conclusio hoc modo apertè sic deducitur: † nā talis prohibitio alienandi uidetur odiosa, quia si facta sit filijs, nō habet locum in nepotibus, vt no. Angel. per illum text. in Authenti. de restitutio. fideicom in versi. ibi, vnde subtilius. & no. Barto. post Dynum. in l. filiusfamiliās. §. diui. de lega. 1. Bald. in l. voluntas. circa fin. in uers. quæro utrum. C. de fideicom. iniquū est enim ingenuis hominibus non esse liberam rerum suarum administrationem, ut inquit tex. in l. 2. in fi ff. si quis à par. fuerit
12 manumis. † & ideo prohibitio alienationis sine causa nō valet, d. l. filiusfamilias. § diui. & talis prohibitio est facta ad hoc, ut bona prohibita alienari perpetuò remaneant, dicit testator hæredi
13 bus meis, & descendentibus ab eis: † ista enim verba hæredibus meis. intelliguntur de hæredibus meis cum effectu, uidelicet de illis, qui adiuerunt hæreditatem. l. 3. §. si quis ita. ff. de hære. instituen. ubi dicit Imo. per illum text. quòd hæc verba, si talis erit hæres. intelliguntur, si talis hæreditatem adiuerit, non autem si talis institutus, uel scriptus fuerit. & ad hoc facit text. in l. 3. §. si quis heredi. ff. de statu liber. & not. Bar. in l. si in diem. in prin.
14 ff. de conditio. & demonstratio. † ideo substitutio facta de hæredibus intelligitur, si hæreditatem adiuerint. l. si plures. ubi glo.
15 & Barto. ff. de vulga. & pupillar. † & hæres quis non dicitur, antequam testamentum additione confirmatum sit, ut no. Bald. in l. fina. in princip. C. si pendenti appellat. mors interuenerit. & cum his concordat Roma. in consi. 409. Quò ad primum. & ex hoc infertur, quòd uerba illa, hæredibus meis, & descendentibus ab eis. restricta uidentur in ipso Ioannes Anton. qui adiuit hæreditatem testatoris, & illam toto tempore uitæ suæ tenuit, & possedit, & per talem aditionem omnes alij sequentes gradus substitutionum extincti fuerunt. l. si mater. §. 1. ff. de uulgar. & pupilla. l. cum in testamento. ff. de hæred. instituend. & not. Barto. in l. prima in uersiculo sed circa hoc insurgunt dubia. de uulgar. & pupil. & hoc confirmatur: quia substitutio facta post dictum Ioann. Antonium institutum fuit uulgaris, quæ per aditionem factam ab ipso Ioann. Anto. expirauit. l. post aditam. C. de impu. & alijs substitutionibus. & sic bona libera apud ipsum Ioannem Antonium hæredem remanserunt, ut in simili casu tradit Oldrad. in consi. 21. Thema tale est, testator habebat fra-
16 trem. † ubi concludit, quòd substitutio facta alicui decedenti sine liberis, extantibus liberis tempore mortis extinguitur; quia deficit conditio substitutionis, allegat tex. in l. cum uxori. C. qñ dies leg. cedit. & idem tenet Ioann. Andr. in additio. Specul. in titul. de testam. §. in primis. in additione incip. quæstio talis est, & sequitur Pau. de Cast. in l. ex facto. §. pen. ff. ad Treb. ubi pariter repetit, quòd substitutio facta decedenti sine liberis, ces-
17 sat extantibus liberis tempore mortis; † quia qualitas adiuncta uerbo secundum tempus uerbi intelligitur. l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxa. in l. si Titius. ubi Bart. ff. de testa. mili. & licèt liberi, qui faciunt deficere conditionem substitutionis, ipsi postea moriantur sine liberis, non tamen postea admittitur substitutus, quia extincta fuit semel substitutio per existentiam liberorum. & idem Oldra. in consilio præallegato, dum inquit, ꝙ per existentiam liberorum extinguitur substitutio, quicquid postea de liberis contingat. & cum his etiam concordat Pau. de Cast. in consilio 170. aliàs 173. Ne improprijs utamur uocabulis. Abb. in consilio 40. Venio ad primum. in uers. ad idem facit. lib. 1. & Alex. in consil. 31. Ponderatis his. in uersi. & quamuis. li. 3. cū. n. prohibitio alienationis in effectu esse t restricta ad personam

ADDITIO.

a Vniuersale. ‡ Imo adhuc idem, [redacted]

sonam dicti Ioan. Anto. & ab eo descendentium, quia ipse adiuit hereditatem, & alios successiuè vulgariter substitutos exclusit, vt suprà dictum est: vnde solùm persona dicti Ioan. Ant. debet contemplari. & si ipse filios, vel descendentes reliquisset, prohibitio alienationis locum habuisset, per ea, quæ s. in contrarium allegata sunt. sed cum ipse Ioan. Ant non habuerit filios, nec ab eo descendentes, ipse alienare potuit, & quem voluerit, etiam extraneum hæredem instituere: quia bona apud illum libera remanserunt, vt s. dixi. cũ. n. prohibitio alienationis esset restricta ad personam dicti Io. Antonii, & ipse esset vltimus de prohibitis alienare, ipse potuit alienare, vt tradit Pau. de Cast. in consi. 45. Videtur
18 dicendum. circa finem † vbi concludit, ꝙ si res prohibita sit alienari extra familiam. & vnus tantum supersit de familia, ille poterit alienare, quia est vltimus de familia, & non superest alius, qui alienationem possit reuocare. & dixi in consi. 182. In occurrenti casu. in prin. ubi induxi quod no. Ang. in cõsi. 169. Super puncto suprascripto. Non obst. ꝙ hic supersunt alii de familia testatoris, quia adsunt nepotes testatoris ex alia filia testatoris, videlicèt ex Marchesia, quibus non videtur testator minorem habuisse affectionem, quàm dicto Ioan. Antonio nepoti ex alia filia Magdalena: quia omnes erant nepotes ex filiabus & in pari gradu, quia in casu isto dispositio testatoris fuit resoluta, & restricta in ipso Ioan. Antonio, qui fuit hæres, & adiuit hæreditatem, & ideo solùm persona dicti Io. Antonii attenditur. & hoc patet, quia testator instituit vnam filiam post aliam & vnum nepotem in defectum alterius, & cum institutio habuerit effectum in persona Io. Antonii, qui adiuit hæreditatem, aliæ substitutionis factæ ad dictum Ioã. Antonium non possunt habere locum, vt s. dixi. Non obstant allegata s. in contrarium, quia omnia tolluntur ex eo, ꝙ substitutio fuit restricta tantum in dicto Ioan. Antonio, & in eo cessat prohibitio alienationis, ex quo non habet filios, nec descendentes: & sic cessant uerba prohibitionis, & vnico verbo tolluntur allegata in ɔ̃rium. Non ob. qđ in contrarium s. allegatur de uoluntate testatoris, quæ videtur verisimiliter fuisse, ꝙ deficien. Ioan. Anto. alii nepotes ex Marchesia admitterentur. quia de ista
19 uoluntate non apparet, † & non sufficit testatorem ita uoluisse, nisi disponat. l. quidam cum filium ubi Bal. & Imol. ff. de hære. instituen. & hoc patet in decisione Old. s. alleg. in consi. 21. & Pau. de Cast. in d. l. ex facto. §. pen. cũ si. s. allegatis, ubi * *omnes* tenent, ꝙ substitutio facta alicui decedenti sine liberis, extantibus liberis cessat: & tñ uerisimiliter intentio testatoris fuisset, ut postea morientibus liberis, qui fecerunt deficere conditionem, & ẽt ipse sine liberis, ut substitutus admitteretur, quia eadẽ ratio uidetur: & tñ non admittitur, quia testator ulterius nõ processit, nec disposuit. ita in proposito videtur, dato, ꝙ verisimiliter testator voluisset, ꝙ post mortem dicti Ioan. Anto. decedentis sine liberis, ꝙ filij Marchesiæ admitterentur, ex verbis testamenti constare videtur, ꝙ de isto casu non cogitauit, quia solum vocauit filios Marchesiæ casu, quo Magdalena non habuisset filium masculum. & ista conditio defecit, quia habuit Ioan. Anto. & maximè quia testator illum instituit, & vlterius testator stante d. Ioan. Anto. hærede, & qui adiuit hereditatem nihil disposuit, ideo bona remanserunt libera dicto Ioan. Anto. per illam decisionem Ioan. An. Old. Pau. de Cast. & aliorum in locis suprà allega. & ista videtur clara, & aperta decisio huius casus.

EPIT. Consi. CCCCCCXXXV.

Titius filiis hæredibus institutis eos inuicem substituit decedent. sine filijs, prohibendo eis, ne bona sua alienarent. Bernardvs vnus ex ipsis decessit relicto Symone filio, & hærede, ex cuius parte Dec. fuit consultus, an auita prohibitio fideicom. importaret, ita ꝙ de hæreditate sibi obuenta liberè disponere non posset. Respon. ꝙ Bernardo decedenti Simone relicto nullum fuit iniunctum fideicom. ideo Symonem liberè de ea disponere posse.

SVMMARIVM.

1 *Verba prolata per modum rationis in prohibitione alienationis, inducunt dispositionem, & fideicommissum.*
2 *Verbum descendentes, est nomen collectiuum.*
3 *In nominibus collectiuis vocati videntur successiuè proximiores.*
4 *Conditio in numero plurali de filijs, verificatur etiam in vno.*
5 *Substitutio facta alicui decedenti sine liberis extantibus liberis tempore mortis substitutio euanescit.*
6 *Qualitas adiuncta verbo secundum tempus verbi intelligitur.*
7 *Prohibitio alienationis facta filiis non porrigitur ad nepotes.*
8 *Actus vnus quando post alium incontinenti, videntur correspectiui, & vnus propter alium, factus videtur.*
9 *Res subiectæ restitutioni, alienari prohibentur.*
10 *Prohibitio alienationis, quæ de iure communi in quibusdam casibus fieri potest accedente prohibitione testatoris expressa, etiam in illis casibus aliàs permissis fieri non potest.*
11 *Quicquid obiici potest exemplari, & originali, potest opponi exemplo.*
12 *Testator, qui directè noluit, non videtur voluisse per indirectum.*
13 *Non sufficit testatorem voluisse, nisi disponat.*



Rima facie videbatur dicendũ, ꝙ in casu proposito locum haberet fideicommissum p.p verba prohibitæ alienationis, quibus dr̃, & prohibuit expressè alienationem suorũ bonorum, quia semper voluit stare in sua hæreditate penes suos hæredes, & descendentes. ista. n. verba, quæ cõtinent prohibitionem alienationis cum illa ratione, quia voluit semper stare in sua hæreditate, efficaciorem reddunt prohibitionẽ ex eo, ꝙ no. Bar. in l. pater fi-
1 lium. §. fundum. ff. de leg. 3. † vbi inquit, ꝙ uerba prolata per modum rationis in prohibitione alienationis inducunt dispositionem, & fideicõmissum: & talis ratio facit prohibitionem realẽ, ut no. Pau. de Cast. in consi. 235. Visis & consideratis. & clarũ est, ꝙ in casu contrauentionis oriatur fideicõmissum, ut concludit Alex. in l. qui Romæ. §. cohæredes. de uer. ob. & no. Bar. in l. pater filium. §. filiam per illum text. de leg. 3. & ad idem tex. in l. peto. §. fratre. de lega. 2. & in casu isto non solum in casu ɔ̃factionis, sed etiam absolutè vr̃, ꝙ inducatur fideicõmissum propter illa uerba, semper uoluit stare penes suos hæredes, & descendentes. uer-
2 bum † n. descendentes. est nomen collectiuum, ut de uerbo, liberorum. no. Alex. in l. Gallus. § quidam rectè. in uer. item ex uerbis Bar. de lib. & posth. & tradit Ang. in consi. 38. Quidã Io. cum duo-
3 bus consilijs sequentibus. & † in nominibus collectiuis uocati uidentur successiuè proximiores. l. cùm ita. §. in fideicõmisso. de le. 3. in l. cum pater. §. à te peto. eo. tit & in l. fi. C. de uerb. ob. & ideo descẽdentes omnes successiuè uocati absolutè uidentur ad fideicõmissum. & tradit Soc. in cons. 43. Visis. lib. 3. His tñ, & similibus quæ adduci possunt, remotis, ut intrà apparebit, ɔ̃rium de iure esse arbitror, uidelicèt ꝙ Symon Bernardi non esset in portione dicti Bernardi grauatus aliquo onere fideicõmissi, nam licèt dicto Bernardo simul cum omnibus aliis filiis iniunctum fuisset expressè fideicom. si decederent sine filiis legitimis, & naturalibus: ista conditio non habuit locum in dicto Bernardo, qui decessit
4 relicto Symone suo filio. licèt enim † conditio dicat in numero plurali de filiis, tamen uerificatur in uno. l. non est sine liberis. ff. de uerb. sig. & in fideicom. est casus in l. pater Seuerinam. §. ita in fideicom. est casus in l. pater Seuerinam. §. ita in fideicõmisso. de cond. & dem. ad idem tex. in l. iubemus. § sin autem. C. ad Trebellianum. & in l. 1. de con. insert. & quemadmodum dictus Bernar. liberatus fuit à fideicõmisso. quia decessit relicto Symone, eodẽ modo Symon liberatus est à fideicom. ꝙ euanuit ex eo, ꝙ cõditio filiorum semel defecit. ita in terminis tradit Old. in consi. 21. Thema tale est, testator. ubi cõcludit. ꝙ si alicui fuit facta substitutio, si decesserit sine filiis, extantibus filiis t pe mortis illa euanescit, quicquid postea de filijs cõtingat. l. cum uxori. C. qñ dies. lega. ce. & ideo licèt filii, qui faciunt deficere conditionẽ, ipsi moriantur sine filijs, non tñ habet locum substitutio, quia cõditio semel expirauit, & extincta fuit. & decisionem Old. reassumit, & sequitur Io. And. in addi. Spe. in tit. de testa. §. in primis. in ultim. q inc. Primo quæstio tal s est. ubi ponit quæstionem sub ista forma Testator instituit tres fratres suos hæredes A. B. & C. & illos sic substituit, si aliquem dictorũ hæredum sine filiis mori cõtigerit, eius portio deuoluatur ad cohæredes. moriatur A. unus fratrum hæredum relictis filiis, & dicti filij postea moriuntur sine prole: descendentes cohæredũ B. & C. petunt admitti ad bona illius A. uirtute substitutionis prędictæ. Certũ est, dicit Io. And. illam substitutionem fideicõmissariam fuisse, & illã expirasse quò ad portionem illius A. qui cũ filijs decessit: nec curandum est, quicquid postea de illis filiis euenerit: allegat d. l. cum uulg. & l. si quis hæredem. C. de inst. & subst. l. hæredibus. in prin. ff. ad Treb. & sequi-
5 tur Pau. de Cast. in l. ex facto § pe. ff. ad Treb. † ubi idem concludit, ꝙ substitutio facta alicui decedenti sine liberis, extantibus li-
6 beris tempore mortis substitutio euanescit, † quia qualitas adiuncta uerbo ſm tempus uerbi intelligit̃. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. in l. si Titius. ff. de testamento milita. & idẽ Pau. de Cas. in consil. 170. Ne impropriis utamur uocabulis. & in simili casu Abb. idem scribit in consil. 40. Venio ad primum. in 1. dubio. & Alexan. in consi. 31. Ponderatis his. in princ. lib. 3. & ista conclusio uidetur optimè procedere in isto casu, in quo fuit facta substitutio decedenti sine filiis legitimis, & naturalibus: nam tali casu militat ratio suprà allegata per Paul. de Castr. quia qualitas adiuncta uerbo secundum tempus uerbi intelligitur. & hoc modo procedit, & intelligitur decisio Oldrad. suprà allegata in d. consilio 21. cum aliis suprà allega. secus si uerba non sint relata ad tempus mortis, sed defectus liberorum consideratur simpliciter, tunc enim quandocunque liberi deficiant, habet locum substitutio, ut in l. in substitutio. ff. de uulgar. & pupilla. & ideo pro uera resolutione habemus considerare duos casus. Primus est, quando fuit facta substitutio deficientibus liberis, uel in de-

a fectum [a] liberorum simpliciter: & de isto casu non agitur hic. Secundus casus est, qñ fuit facta substitutio alicui decedenti sine liberis, ita ꝙ verba relata sint ad tempus mortis, & tunc existentibus liberis tempore mortis substitutio expirat, & substitutus perpetuò excluditur. ita declarat, & distinguit Soc. in l. solemus. in fi. ff. de cond. & demonst. & dicit se ita consuluisse: & refert, ꝙ idem consuluit Alex. & sic reperitur, vt ipse Alex. scribit in consil. 44. Consideratis his. in versic. præterea posito. lib. 3. vbi facit prædictam distinctionem, an verba sint relata ad tempus mortis, vel prolata simpliciter. & idem latius tradit Alex. in cõsi. 101. Super 1. dubio. versi. quòad tertium dubium. lib. 7. cùm ergo in casu isto verba sint relata ad tempus mortis, quia substitutio fuit facta cuicunq; ex filiis decedenti sine filiis legitimis & naturalibus, vt in puncto dicitur, & cum tempore mortis Bernardi extaret eius filius Symon, substitutio facta dicto Bernar. expirauit per existẽtiam filii Symonis: & ipse filius non est grauatus aliquo onere fideicommissi, quia substitutio ex toto fuit extincta, & substitutus perpetuò exclusus remanet, vt dicunt Old. Io. And. & alii doct. in locis s̃. allega. Ex quibus omnibus euidenter patet, ꝙ substitutio, quæ expressè fuit facta filiis institutis, in portione obuenta dicto Bernardo non habuit locum; & de hoc non videtur dubitandũ per suprà dicta; remanet sola dubitatio, an ex prohibitione alienationis ortum fuerit fideicommissum: & s̃ ex pluribus allegatis in contrarium videbatur suaderi, ꝙ inductum fuerit fideicommissum. Quibus tamen non obstantibus ꝯrium de iure esse arbitror in isto casu, in quo dicta prohibitio alienationis non videtur habere locum. & pro fundamẽto præmittendum est, ꝙ talis pro-
7 hibitio alienationis debet strictè interpretari: † vnde si facta sit filiis, quia odiosa est, non porrigitur ad nepotes, vt no. per glo. in §. nos igitur. in Auth. de restitutio. fideicom. & no. Bart. in l. filiusfamilias. §. diui. de leg. 1. cum si. vt tradit Alex. in cons. 56. Idroandus testamentum condidit. lib. 5. hoc præsupposito considerandum est, ꝙ testator primo instituit filios heredes, & illos inuicem substituit vulgariter, & pupillariter, & per fideicommissum vnicuique ex eis decedenti sine filiis legitimis, & naturalibus, deinde expresse prohibuit alienationem bonorum suorum; vnde talis prohibitio facta incontinenti post substitutionem fideicommissariam immediatè præcedentem videtur facta respectu fideicõ-
8 missariæ substitutionis præcedentis: † quia quãdo vnus actus fit
b post alium incontinenti, videntur correspectiui, [b] & vnus propter alium factus videtur, ut no. in l. petens. in lectura Perusina. C. de pact. & ad hoc plura similia Soci. tradit in consi. 273. In præsenti consultatione. facit text. in l. si ventri. §. in bonis. ff. de priuile. cred. in fi. in c. officii. & de elect. & in l. lecta uer. dicebam. ff. si cer. peta. & hoc modo arguit Cor. in consi. 36. In hac consultatione. lib. 2. in consi. 57. In causa uertente. lib. 3. cum si. Et ꝙ ista prohibitio alienationis facta sit respectu fideicommissariæ substitutionis præcedentis, ulterius probatur, quia in substitutione fideicõmis-
9 saria tacita prohibitio alienationis continetur, † quia res subiectę restitutioni prohibentur alienari. authen. res, quæ. C. communia de lega. & huic tacitę prohibitioni uidetur habere relationem ista expressa prohibitio facta à testatore, dum inquit, & prohibuit expressè alienationem suorũ bonorum. Expressa enim prohibitio dicitur respectu tacitæ. c. si quem. de procu. in 6. uidetur ego expresse prohibuisse in casu, in quo tacita prohibitio habuisset locum: & expressa prohibitio testatoris, quę concurrit cum tacita
10 prohibitione legis non parum operatur: † quia facit, ꝙ prohibitio, quæ de iure commui in quibusdam casibus fieri potuisset accedente prohibitione testatoris expressa, etiã in illis casibus alias permissis fieri non potest, ut est tex. in c. sanctissimas. in Authen. de aliena. & emphy. & no. per glo. in cap. uerum. de cond. appo. in glo. fin. in fin. Bal. in l. quoties ab omnibus. C. de fideicom. cum si. ut tradit Alex. in l. filiusfam. §. diui. de leg. 1. Operatur tamen solum in casu, quo tacita prohibitio haberet locum, per suprà dicta. & quia expressa prohibitio alienationis uidet̃ facta ad exemplum tacitæ, ad quam in effectu relatio habetur, per supra dicta, ideo quicquid opponi potest contra tacitam prohibitionem,
11 etiam opponi potest contra expressam, † quia quicquid obiici potest exemplari, & originali, potest opponi exemplo, ut not. Bal. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. Cum ergo expressa substitutio fideicommissaria facta à testatore haberet tacitam prohibitionem alienationis secundum materiam fideicõmissariæ substitutionis, & dicta substitutio facta sit decedenti sine filijs, & extantibus filijs cesset substitutio, & pariter cesset tacita prohibitio alienationis, quæ insurgit ex substitutione fideicommissaria, ex quo Bernardus relicto Symone decessit, vt s̃. dictum est in primo gradu expressæ substitutionis: pariter ita videtur dicendum in ista prohibitione alienationis expressa à testatore, cum sit facta ad exemplum tacitæ prohibitionis: vnde quicquid opponi potest cõtra tacitam, à qua expressa fuit exemplata opponi potest contra expressam exemplatam per supradicta. Et conclusio est, ꝙ prohibitio alienationis, quæ fuit facta expressè à testatore videtur facta casu, quo substitutio fideicõmissaria locum habuisset: quia tunc & tacita, & expressa prohibitio bene processisset: sed cum dicta substitutio fideicommissaria pro portione d. Bernardini euanuerit propter existentiam. Simonis, pariter prohibitio alienationis tam expressa, quàm tacita cessare videtur per suprà dicta. & ista interpretatio suadetur, quia, ut s̃. dixi, prohibitio alienationis est odiosa: & qua ratione noluit testator substituere filiis habentibus filios, eadem videtur, ꝙ noluerit prohibere alienationem, & inducere fideicommissum filijs habentibus filios, quibus constat, ꝙ noluit substituere. & ratio ista aperta videtur, quia sicut constat, ꝙ testator noluit substituere habenti filios, &
12 illi noluit aliquod fideicõmissum iniungere. † unde qđ directò noluit, non videtur voluisse per indirectum: arg. text. in §. est autem casus. vbi glo. insti. de hære. insti. in l. fin. C. si man. ita fue. alie. cum si. & ideo bene consonat, quod prohibitio alienationis facta intelligatur casu, quo locum habuisset fideicommissum expresse factum in prima substitutione, & cum illud cessauit, etiã expressa prohibitio alienationis cessare videtur per ea, quæ s̃. dicta sunt: ex quibus omnibus conclusio ista clara videtur. Nec suprà dictis obstare videtur, si dicatur, ꝙ fideicõmissum videtur iniunctum generaliter ex eo, quòd voluit testator bona sua stare semper in hæreditate sua penes suos hæredes, & descendentes, quia ista verba restringuntur secundum præcedentia, videlicet casu, quo substitutio fideicõmissaria superius facta habuisset locum, alias esset dicendum, ꝙ ista verba generalia prohibitionis etiam inducerent fideicommissum in filijs decedentibus cum liberis, quod non est dicendum, quia corrigeretur quod s̃. proximè dictum fuit, contra l. non ad ea. ff. de condi. & demonst. & ideo ista verba prohibitionis restringi debent secundum præcedentia. arg. l. seruus plurium. §. fi. de leg. 1. in l. hæredes palàm. §. si quid post. vers.
13 sed si notã. ff. de testa. & dato, ꝙ aliam intentionem † testator habuisset, non sufficit testatorem ita voluisse, nisi disponat. l. quidam cum filium. ubi Barto. & Imo. ff. de hære. instit. & ex omnibus suprà dictis firmata remanet conclusio, quòd Bernardo, qui decessit relicto Simone, nullum fuit iniunctum fideicõmissum, & illum pariter prohibitio alienationis non adstringebat, ideo Symon eius filius liberè testari potuit: & ita saluo saniore iudicio concludendum videtur.

ADDITIONES.

a ¶ In defectum.) Supra consi. 592. consi. 583. [redacted]

b ¶ Correspectiui.) Supra consi. 460. nu. 4. [redacted]

EPIT. Consi. CCCCCCXXXVII.

Paulus Trenta instituit hæredes Laurentium, & Hieronymum filios suos, subiungendo, ꝙ bona suã sint communia inter suos filios, & descendentes absq; alienatione, donec ipsi superstint. Hieronymus nullos habens filios in vltima voluntate transtulit bona extra familiam. Laurentius postea decessit relictis Francisco, & Paulo, qui etiam inde obiit superstite Francisco. Respondet Hie. fuisse fideicom. grauatum, ideo eius bona essent restituenda vi substitutionis Francisco, qui tamen cum sit vltimus de familia, potest liberè de dicta hæreditate disponere.

SVMMARIVM.

1 *Ex prohibitione alienationis an inducatur fideicommissum.*
2 *Ius ex facto oritur.*
Ius ex modica mutatione facti, mutatur.
3 *Fideicommissum quibuscunque verbis inducitur. 5.*
4 *In fideicommisso voluntas sola sufficit, quæ ex coniecturis colligitur.*
6 *Verbum communiter, ad res prohibitas alienari importat, quòd bona sint communia.*
7 *Verba geminata magis exploratam voluntatem testatoris ostendunt, nume. 4.*
8 *Qui vult consequens, videtur velle omne necessarium antecedens ad illud.*
9 *Verba enuntiatiua inducunt fideicommissum.*
10 *Bona subiecta fideicommisso non possunt alienari.*
11 *Appellatione alienationis venit omnis actus, per quem dominium transfertur.*
12 *Aduerbium, donec est limitatiuum.*
13 *Dictio, quousque. limitatiua est.*
15 *Limitata causa limitatum effectum producit.*
16 *Prohibita alienatione extra familiam vltimus de familia alienare non prohibetur.*

VIsa prohibitione alienationis facta à Paulo Trenta in codicillis perscrutatis verbis dictæ prohibionis dubitatur, & quæritur, an ex tali prohibitione inter filios, nepotes, & descendentes masculos ipsius Pauli testatoris oriatur fideicom-

deicommissum, ita quòd vnus post alium successiuè admitta-
tur. & considerando simpliciter illam quæstionem, an ex prohi-
1 bitione † alienationis fideicommissum inducatur, est quæstio,
quæ in alto pelago agitatur, in qua vario modo doctores loquū-
tur, & ego ipse vario modo consului secundum varietatem ca-
2 suum, quia ex facto † ius oritur. l. si ex plagis. §. in cliuo capitoli-
no. ff. ad l. Aqui. vbi Alb. dicit, ꝙ ex modica mutatione facti ius
mutatur: & dicit Bal. in consi. 12. Quidam nomine Ange. lib. 2. ꝙ
secundum diuersitatem punctorum diuersum reddit consilium.
in casu proposito multa dici possent, sed perstringendo rem so-
lito more meo concludo, ꝙ inter dictos filios, nepotes, & descen
dentes d. Pauli absolutè ortum esset fideicommissum, ita quòd
alteri successiuè deberet succedere. & pro fundamento huius cō
3 clusionis considerandum est, † quòd fideicommissum quibuscū
que verbis inducitur. l. etiam hoc modo. & l. & eo modo. de leg.
1. l. 2. C. commu. de leg. sola. n. voluntas seruatur in fideicommis-
4 so, vt dicit tex. in l. pe. ff. de leg. 1. † & in fideicommisso etiam ta-
a cita a voluntas sufficit, quæ ex coniecturis colligatur. l. cum pro-
poneretur. in fi. de leg. 2. l. qui insolidum. §. j. ff. eo. tit. l. cum auus.
5 ff. de condi. & demon. l. licèt Imperator. ff. de leg. 1. vbi Bart. † &
hoc est, quòd iura dicunt, quòd in fideicommissis voluntas po-
tius, quàm verba inspicitur. l. cum virum. C. de fideicom. in l. 3. §.
conditio. ff. de adimen. leg. Hoc præmisso ex pluribus modis de-
monstratur, quòd in isto casu testator voluerit, quòd fideicom-
missum inducatur. Primo, quia prohibitio alienationis fuit fa-
cta in fauorem dictorum filiorum, & descendentium, quia fuit li
mitata, & restricta prohibitio alienationis, donec, & quousque
ipsi filij, & descendentes masculi superstint: ergo videtur, quòd di
cti filij, & descendentes vocati sint iure fideicommissi: ad hoc in-
duco quod no Bar. in l. 2. §. videndū. ff. ad Tertyl. in prin. in versi.
quæro, cauetur statuto. vbi in fi. quæstionis concludit, ꝙ si à statu
to excludatur mater extantibus agnatis, ipsi agnati, in quorum fa
uorem est factum statutum, videntur vocati ad illam portionē,
à qua mater excluditur, quia dicit ibi Bar. q̄n vna dispositio est fa
cta contemplatione alicuius, ei ius acquiritur, licèt non sit nomi
natus; alleg. l. seruo legato. §. si testator. de leg. 1. & l. fideicommis
sa. §. interdum. de leg. 3. prætereà dicit Bart. q̄n quis remouetur à
lucro contemplatione alterius, lucrum applicari debet illi, cuius
contemplatione remouetur. alleg. l. pen. C. de le. & idem no. Bar.
in l. liberorum. in versi. pone exemplum in themate præallegatæ
quæstionis. ff. de verb. sig. vbi pariter concludit, quòd statutum,
quo cauetur, quòd extantibus masculis filijs filia fœmina non suc
cedat, tale statutum in fauorem masculorum continet dispositio
nem, & resoluitur, quòd masculi succedant, & non fœmina. & idē
etiam reperit Bar. in l. seruo legato. §. si testator. de leg. 1. & sequi
tur Bal. in l. maximum vitium. C. de lib. præte. Et ex his, vt dixi, cō
cludendum vr̄, ꝙ ex dicta prohibitione alienationis facta in fa-
uorem filiorum, & descendentium Pauli videantur dicti filij dē
scendentes vocati successiuè ad fideicommissum, quod quibus-
cunque verbis, & ex sola voluntate, & etiam ex coniecturis indu
citur, vt suprà dixi. Secundo principaliter ista conclusio proba-
tur ex eo, ꝙ testator dicit prohibitionem alienationis fecisse, q̄a
voluit dicta bona cōiter haberi, & cōia esse inter dictos filios, &
descendentes, in quorum fauorem fuit facta prohibitio, vt dixi:
ita in effectu dicta uerba resoluuntur: quibus stantibus vr̄, ꝙ ex-
presse iniunctum fuerit fideicommissum: nam illa uerba, filij, &
descendentes. intelliguntur ordine successiuo, ut primo filii, po-
stea ueniant descendentes ipsius testatoris, & etiam descenden-
tes ipsi ueniunt successiuo ordine: quia est nomē collectiuum, in
quo quàm plures in diuersis gradibus comprehenduntur, & or-
dine successiuo uocati intelligūtur, & proximiores primo admit
tuntur. l. peto. §. fratre. de le. 2. ubi hoc dr̄ de uerbo familiæ. & no.
Bar. in l. Gallus. §. quidam recte. in uerbo, non obst. l. peto. ff. de li.
& posth. ad idem tex. in l. cum ita §. in fideicommisso. de leg. 2 in
l. fi C. de uerb. sig. & de cognatis. no. Bar. in l. si cognatis. in versi.
quæro quo ordine. ff. de reb. dub. & de lib. not. Ange. in consi. 38.
Quidam Io. & tradit Alex. in d. l. Gallus. §. quidam rectè. item ex
uerbis Bar. in terminis de descendentibus consuluit Alex. in cōsi.
24 In causa uertente inter Antonium. lib. 4. cum ergo testator
uoluerit dicta bona prohibita alienari esse communia inter suos
descendentes, infertur, ꝙ erant communia, & cōiter haberi de-
buissent inter Franciscum, & Paulum nepotes ex Laurentio filio
6 testatoris, qui ultimi fuerunt ex descendentibus testatoris. † uer
bum. n. communiter. relatū ad res prohibitas alienari importat,
ꝙ bona sint communia, ut no. Bar. in l. Quintus. ff. de ann. leg. &
hoc vr̄ maxime procedere in isto casu, in quo sunt uerba gemi-
7 nata, dum dicitur, communiter & communia esse. † Nam uerba
geminata magis exploratam uoluntatem testatoris ostendunt, ut
no. in l. balista. ff. ad Treb. Et certè si bona debēt esse communia
successiuè inter descendentes testatoris, non uidetur dubitandū,
ꝙ iure fideicommissi successiuè admittantur. Tertio ad hoc fa-
cit, quia talis communio non vr̄, ꝙ aliter induci possit, nisi per
uiam fideicommissi: ergo vr̄, ꝙ fideicommissum inducatur suc-
cessiuè inter ipsos descendentes, quia † qui uult cōsequens, uide
tur ēt velle omne necessarium antecedens ad illud. l. 2. ff. de iurisd.
om. iu. l. ad rem. & l. ad legatum. ff. de procur. in l. denique. §. inter
dum. ff. de pecul. leg. & per illum text. in simili casu in probando
fideicommissum ita arguit Bar. in l. Centurio. in uersi. quæro ul-
9 terius. ff. de uulg. & pup. † Quarto, quia ēt uerba enuntiatiua in-
ducunt fideicommissum, ut no. Bar. in l. Pamphilo. in prin. ff. de
leg. 3. ad idem facit tex. in l fideicommissa. §. cum esset. & §. hæc
verba. eo. tit. à fortiori hoc vr̄ in casu isto, in quo sunt verba di-
spositiua, ꝙ inductum fuerit fideicōmissum per supradicta. Quin
tò hoc idem spāliter probatur, quia cū voluerit testator, ꝙ bona
prohibita alienari essent cōia inter suos descendentes, ista verba
vīr importare, ꝙ inter eos sit fideicommissum. ad hoc facit tex.
in l. fi. §. Lucius. ff. de leg. 2. & idē tex. hr̄. in l. Lucius. in prin. ff. ad
Treb. & ad idem in l. vbi purè. §. te rogo. ff. eo. tit. & ad hoc plura
alia inducit insignis doctor do. Bernardinus de Medicis olim acu
tissimus discipulus meus Pisis. Ex quibus omnibus indubitanter
ꝯcludendum est, ꝙ dicti filij, & descendētes successiuè essent gra
uati adinuicem onere fideicommissi. & stante ista ꝯclusione, de
qua non vr̄ dubitādum, infertur, ꝙ Hieronymus filius dicti Pau
li testatoris non potuit in suo testō disponere de dictis bonis pro
hibitis alienari, quæ erant subiecta fideicom. donec extarēt filij,
& descendentes masculi dicti testōris & est regula cōis, & notabi
10 lis, † ꝙ bona subiecta fideicommisso non possunt alienari. l. fi. §.
sed quia. C. commu. de leg. & in auth. res, quæ. eo. tit. no. in l. Mar
11 cellus. §. res, quæ. ff. ad Treb. † & appellatione alienationis venit
omnis actus, per quem dn̄ium transfertur. in l. j. in fi. C. de fundo
dotali. facit tex. in l. alienationis verbū. ff. de ver. sig. & prohibita
alienatione simpliciter, ēt in vltima voluntate res prohibita alie-
nari relinqui non potest. l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. ubi Bar. & fa-
cit tex. in l. fi C. de rebus alien. non alienā. & ideo non potuit Hie
ronymus in suo testō disponere de rebus prohibitis alienari in
testō Pauli sui patris, quia t̄pe mortis d. Hiero. extabant Lauren-
tius frater, & filij d. Laurentij, ad quos successiuè iure fideicom-
missi spectabant dicta bona prohibita alienari per supradicta, &
cum successiuè ex descendētibus masculis dicti Pauli testatoris
remanserit solus Franciscus filius dicti Laurentij ipse potuit libe
re disponere de dictis bonis prohibitis alienari, quia cessabat cā
prohibitionis, & q̄a fuit prohibitio alienationis limitata, donec,
& quousque ipsi filij, & descendētes masculi superstint vnus, vel
12 plures. † Aduerbiū enim donec. est limitatiuū. l. fœminæ. ff. de se
na. l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxalibus. in l. fi. §. donec. C de
iure delibe. & in l. si quod. §. quod aūt. ff. de acq. poss. in cle. 2. §. il
li verò. de ætate, & qualitate. cum si. & no. Bal. in consi. 209. dom.
Mangarda. lib. 2. vbi loquitur in statuto excludente filiā, donec
masculus superstiterit: & tradit Signorolus de Mediolano in ꝯs.
13 97. Quæstio disputanda. in prin. † & idem est dicendum in illa di-
ctione, quousque. vt no. Bar. in l. fi. ff. ad Terty. facit tex. in l. Im-
peratores. ff. de manumis. tex. in l sicut in annos. in prin. ff. quibus
modis vsusfructus amittatur. in l. 1. C. de communi ser. manu. in
§. ne autem. & hoc à fortiori dicendum est in casu isto, in quo di-
14 cta uerba sunt geminata, donec, & quousque. quia † geminatio
verborum efficaciorem reddit dispositionem, vt no. in l. balista.
ff. ad Trebe. & cum post mortem d. Francisci nō superstit aliquis
de descēdentibus masculis dicti Pauli testatoris, vr̄ cessare prohi-
15 bitio alienationis, quę fuit limitata, & † limitata causa limitatum
effectum producit. l. in agris. ff. de acqui. rer. dom. l. cācellauerat.
ff. de his, quæ in testa. delen. merito cessante causa prohibitionis
16 potuit d. Franc. suas sorores hæredes instituere. † Et ista conclu-
sio comprobatur authoritate Pauli de Cast. in consi. 45. Videtur
dicendum, ꝙ d. Christophorus. vbi concludit, ꝙ si res prohibita
sit alienari extra familiam, si non superest, nisi vnus de familia, il-
le potest alienare, quia non superest aliquis, qui possit alienatio-
nem reuocare. & decisionem Pauli de Cast. sequitur Ludoui. Bo
lo. in consi. 43. Viso igitur puncto. in versi. 9. præsuppono. & hoc
idem confirmatur, quia ex tali alienatione facta per dictum Fran
ciscum, qui suas sorores instituit, non offenditur uoluntas testa-
toris, & si prohibitio testatoris fuisset facta sub pœna in tali ca-
su, in quo non offenditur uoluntas testatoris, nō haberet locum
pœna, ut in simili casu Ang. scribit in consi. 169. Super puncto su-
prà scripto. & dixi in consi. 182. In casu occurrenti. in prin. ita ex
omnibus suprà dictis remanet firmata conclusio, ꝙ testm̄ dicti
Francisci, in quo suas sorores instituit, omnino debeat habere lo
cum, & ꝙ d. Hierony. non potuit aliquid disponere de bonis pro
hibitis alienari, quia post mortem d. Hierony. extabant descen-
dentes masculi dicti Pauli testatoris, quibus iure fideicommissi
erant bona restituenda, ut patet ex supradictis.

ADDITIO.

a ¶ Tacita.] Vide suprà consi. 369. nu. 6. [redacted]

EPITOME Consi. CCCCCCXXXVIII.

Insulani conuentione facta contribuerunt in collectis ordinariè a communitate Spediæ impositis centum annorum spatio,& vltra. Deinde obtinuerunt priuilegium immunitatis à Repub. Genuensi cum Imperatoris confirmatione,cuius prętextu renuerunt prædicta onera sustinere. Respon. Dec. Insulanos teneri ad contributionem munerum secundum conuentionem centenaria præstatione munitam non obstantibus priuilegio, & confirmatione prædictis.

SVMMARIVM.

1 *Nihil est,quod fidei humanæ magis conueniat, quàm ea, quæ placuerunt obseruare.*
2 *Nobilis,qui tanto tempore vsus est imperio in aliquo loco,ꝙ initij memoria non est in contrarium,fundatam habet intētionem, dato,quòd aliud priuilegium non ostendat.*
3 *Veneti ex longa consuetudine,habent in mari iurisdictionem.*
4 *Ciuitates Italiæ,merum imperium præscripserunt.*
5 *Erubescimus,quando sine lege loquimur.*
6 *Antiquissimis in instrumentis non expedit probare,quòd Notarius fuerit Notarius,vel in quasi possessione officij.*
7 *Fama sola sufficit in antiquis probando aliquem fuisse Notarium.*
8 *Testimonium de auditu in antiquis sufficit.*
9 *Dominium in antiquis per solam probatur famam.*
10 *Casus,in quo communitas non potest immunitatem concedere.*
11 *Lex & statutum,tollitur per non vsum.*
12 *Firmantur leges,quando moribus utentium approbatæ sunt.*
13 *Priuilegium non utendo facilius tollitur,quàm ius commune.*
14 *Priuilegium datum alicui ad aliquid faciendum spatio decem annorum non utendo perditur.*

COmmunitas Spediæ videtur habere fundatam intentionem, contra communitatem Insulæ, vt homines dictæ Insulæ teneantur contribuere in collectis,& oneribus,quæ occurrunt, & imponuntur per communitatem dictæ Spediæ: & hoc vigore conuentionis, & concordiæ, quæ fuit facta inter dictos homines Spediæ,& Insulæ,nam Prætor ait, pacta seruabo.l. iurisgentium.§.Prætor ait. ff.de pact. & graue est fidem fallere.l.
1 1.in prin.ff.de consti.pecu.† & nihil est,quod fidei humanæ magis conueniat,quàm ea,quæ placuerunt obseruare. l.1. in prin. ff. de pact.& præsertim hoc videtur dicendum in casu isto, in quo per centum annos,& vltra talis conuentio obseruata fuit,quo casu cursus tanti temporis habet vim priuilegij.l.hoc iure. in§. ductus aquæ.ff.de aqua quoti.& æstiua.& in cap.super quibusdam.
2 § præterea.de verb.sig.& in c.1.de præscri.in 6.in fi. & ideo† nobilis,qui tanto tempore vsus est imperio in aliquo loco, ꝙ initij memoria non sit in contrarium, habet fundatam intentionem, dato,ꝙ non ostendat aliud priuilegium,vt dicit Ang.in d. §.ductus aquæ.& facit quod no.Bar.in l.iniuriam. la 1.§.fi. ff. de iniu-
3 rijs.† vbi Bar.no.illum tex.pro Venetis,qui dicunt ex longa consuetudine se habere iurisdictionem in mari. allegat l. sanè. ff. de iniurijs.& not.Bar.in l.quominus.in 2.q.ff.de fluminibus.de ciui-
4 tatibus Italiæ, quæ† præscripserunt merum imperium. & tradit Ange.in consi. 290.Circunscripta pactorum serie.cum si. vt dixi in consi. 85. & in tali præscriptione non consideratur bona, vel mala fides,vt no.Sal.in l.2.C.de seruitu.Non ob. tex.in c. fin.de præscri. vbi dicitur, ꝙ nulla valet absque bona fide præscriptio, quia non intelligitur de ista præscriptione longissimi temporis centum annorum,vt no.Ang.per illum tex.in Auth.vt de cætero commuta.rerum ecclesiæ.& idem Ang.in l.non solum. in fin. principij.ff.de vsuca.& no.Abb.in c.fi.versi.quæro,quid si statuto.de præscr. ibi, & per prædicta ego puto. & Aret. in consi. 15.
a Reuerendissime pater.similiter in ista prescriptione 100 [a] anno. non requiritur scientia superioris,ut no.Bal.in c.1.in tit.quæ sint rega. Imo.in l.si publicanus.§.fi.ff.de publi. Rom.in l. vectigalia.
* ff.de publi. & istam opinionem magis *communem*, & veriorem dicit Alex.in consi.7. Viso themate, & dubijs.lib.1.& ibi Alexã. tradit similem quæstionem, quæ fuit in ciuitate Casalis, & idem Alex.in consi.78.Videretur prima consideratione. lib.6. & Petr. de Ancha.in consi.26.In quæstione,quæ vertitur.Non obst. si dicatur non constare de mandato illorum hominum, qui in dicta conuentione interuenerunt pro communitate Insulæ,& pro tali mandato nō præsumitur ex antiquitate temporis mille anno. vt not. Bald in l. 2 C.si ex fal. instrumentis.& tradit Alexan.in l. sciendum.de verbo.obligatio.in versi.vnum tamen scias.quia re-
b spondetur, quòd illud dictum non est [b] verum: & Bald. ipse tenet contrarium in consi. 289.in princip.Id videndum est.versic. quoad secundum punctum de magistris antiquis.in 4.lib.& latè hoc probat Fran.de Cur.in consi.77.Super motiuis redditis in fauorem communitatis montis Barucij. vbi inquit, quòd Bald.in
5 dicta.l.2. C.si ex fal.instru. est locutus sine lege: & †erubescimus, cum sine lege loquimur.l.illam.C.de colla.& dicit,quòd Bald.est
c locutus ex suo capite,[c] ut quandoque facit:& contra Bal. est regula,quòd ex antiquitate temporis 30.anno. solennitas extrinseca præsumitur etiam in præiudicium alterius,per text.in cap. per uenit.de emp & vend & not.per illum text.Alexan.in d.l. sciendum.& Alexan.in consi.79.Circa primum,de quo quæritur.lib. 1.a fortiori hoc est dicendum in tempore 100. anno. & vltra, vt in casu isto contingit:& in casu nostro idem scribit Alexan. in d. consi.6.Viso themate.lib.1.facit quod not. Bald. in l. emancipatione.in versi.ulterius quero.C.de fide instru.ubi inquit,quòd si instrumentum sit antiquum, in quo tantum sententia ꝑtinetur, est præsumptio propter antiquitatem,ꝙ acta interuenerint,licèt aliàs de actis non præsumatur.c.quoniam contra.de proba. & dicit Bal.in Auth.quas actiones.circa fi.in versi. ego dico. de sacro
6 san.eccl. † ꝙ in instrumentis antiquissimis non expedit probare,
d ꝙ Notarius fuerit Notarius, [d] vel in quasi possessione officij,ga ex actu ita antiquo oritur presumptio,vt per Inno.in c.veniens.
7 de verb.sig. † & in antiquis sola fama sufficit in probando aliquē
8 fuisse Notarium,ut no.Ant.de But.in c.1.de fide instru.† & etiam in antiquis sufficit testimonium de auditu, ut not. in l. si arbiter. ff.de proba. cum si.ut Are. tradit in consi. 37. Sequendo ordinē
9 quæsitorum.† & per solam famam etiam in antiquis probatur dominium,ut no.Ang.in l at qui natura.§ cum me absente. ff.de nego. gest. vbi inquit, si volo probare, ꝙ ista domus fuit Dantis poetæ,uel alterius, qui mortuus sit iam centum annis, probatur per famam,cum si.ut dixi in ca.1.de appellatio.in versi.septimus casus est. & ex omnibus supradictis concludendum est, ꝙ dictū Bal.in d.l.2.C.si ex fal.instr non sit uerum.Non ob. priuilegium, quòd prædicti homines Insulæ habuerunt à communitate Ianuę accedente confirmatione Imperatoris,quia illi priuilegio uidentur dicti homines renuntiasse, ex quo contrauenerunt dicto priuilegio sustinendo onera,per ea,quæ no.Ang.in l.1.§. si quis tutor.ff.quando appel.sit.ubi in prin.dicit,hic est casus in terminis, & cōiter ignoratur,ꝙ si quis habet immunitatem à datijs,collectis,& ab alijs oneribus,& deinde describatur in libro eorū, qui tenentur soluere,& non cōtradicat,sibi præiudicat, quia debuit appellare.& tradit Alex. in consi. 101. Visis instrumentis exemptionis.in uer.3. principaliter.lib. 1. à fortiori hoc v̄r dicendum in casu isto, in quo iste de Insula longissimo tēpore collectas, &
10 onera supportauerunt. Secundo† considerandum est, ꝙ illud priuilegium concessum fuit à communitate Ianuæ,quo casu cōmunitas non potest immunitatem concedere. l. immunitates.C. de agri.& censi.lib.11.& in l.enacuatis de rescrip. C.de decu.lib. 10. l.1. C. de immunitate nemini conceden. lib.10.& in l.1.C.de his,qui uaca.a prin.accepe.eo.li.10.& not. Alexan.in consi. præallegato.101.lib.1.& Abb.consi.61.Videtur primo.lib.2.Tertio
11 respondetur, quòd prædicti† homines hactenus nunquam usi fuerunt tali priuilegio, & per non usum accedente cōtrario usu, ut in casu isto contingit,quòd tollitur lex & statutum. argu.glo.
* in c.1.in uerbo, treugas. in fi.de treuga. & pac. quæ *communiter* approbatur,no.Bar.in l.fi.§ cū antiquitas.in fin.C.de cura.furio.
12 & idem Bar. in consi. 144. Iudex communis Assisij.† firmantur enim leges,quando moribus utentium approbatæ sunt, ut dicit tex.4.distinct.in c.in istis.& no.Pet.de Ancha.in consi.218.luxta ordinem quæsitorum.cum simi.ut Fel.tradit. in c.j.de treuga,&
13 pa.† unde si non utendo tollitur lex,& statutum, à fortiori tollitur priuilegium,quòd facilius tollitur,quam ius commune.l.eius militis.§.militia missus.ff.de testa.mili.& in priuilegio not.Pet.de Ancha.in consi.260.In quæstione,quæ uertitur.in fi. Ad supradi
14 cta † etiam facit,quia spatio 10.annorum,perditur priuilegium datum alicui ad aliquid faciendum,ut not.Barto. in l.j.per illum text.ff.de nundi.& idem Barto.in l.licitatio.§.eorum.ff.de publicanis.cum si.ut dixi in d.c.cum accessissent.uer.tertia conclusio. de const. nec supràdictæ conclusioni obstare uidetur cōfirmatio facta per Imperatorem,quia non apparet,ꝙ sit facta ex certa sciētia, & facta in forma communi non tribuit ius, ut not. Specu.in tit.de

ADDITIONES.

a ¶ Centum.)Suprà consi.85.ubi tetigi.Fran.Balb.tract.de præscri. 2. par. 3.partis prin.q.6.nu.22.
b ¶ Non est.)Cassador.decisio.3.de procu. [redacted]. adde consi.213 nu.2.
c ¶ Capite.)Carpit cum supra consi.608.in fi.Sed laudat consi. 282. [redacted].
d ¶ Notarius.) [redacted].

tit.de leg.§.nunc.ostendendum.in versi.11.Old.in consi.164.Viso priuilegio.in fi.Bar.in l.priuilegia.C.de sacrosf.eccl.& in l.si cõstat.ff.de appel.cum simi.ut dixi in ca.2. de confir.util.uel inuti.in versi.2.Abb.concludit.

EPITOME. Consi. CCCCCCXXXIX.

De donatione iurispatronatus,& quando teneat.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio auth.sacramenta puberũ an habeat locum in donatione iurispatronatus.*
2 *Anima cunctis rebus præferenda est.*
3 *Iuspatronatus reputatur spirituale.*
4 *Dictio postea: denotat interuallum.*
5 *Hæredes reputantur eadem persona cum defuncto.*
6 *Iuramentum defuncti ab hæredibus obseruari debet.*
7 *Prohibitio alienationis bonorum mobilium, & immobilium an impediat donationem iurispatronatus.*
8 *Alienationis prohibitio facta filijs non habet locum in nepotibus.*
9 *Notarius quicquid dicit factum contrahentium respiciens, videtur illud dixisse de partium aßertione.*
10 *Iuspatronatus est spirituale.*
11 *Forum sortiri,& statutis ligari a pari procedunt.*
12 *Statutum laicorum non potest disponere super iure patronatus.*
13 *Statutum reprobans iuramentum non valet.*



Isa consultatione,quæ longo apparatu absoluta fuit per clarissimum V.I. doctorem dominum Philippum Grisum uti fratrẽ maiorem honorandum, requisitus de subscriptione agã paucis conclusiuè reassumendo conclusiones,quas putabo iuridicas esse. Et pri-
1 ma † conclusio sit, ꝙ dispositio auth. sacramenta puberum. C. si aduer. ven. habeat locum in contractu donationis,de qua agitur.nam in auth.prædicta dicitur simpliciter, ꝙ sacramenta puberum sponte præstita super contractibus rerum suarum non retractandis inuiolabiliter custodiantur.& licèt tex.simpliciter dicat de contractibus,quo casu videtur,ꝙ intelligatur de contractibus vltro citroque obligatorijs,vt in l.Labeo.§.contractum.ff.de verb.sig.& ibi Bar.glo.tñ in d.auth.sacramenta puberum.in verbo,in contractibus.expressè tenet, ꝙ illa auth.etiam habeat locum in donatione.facit tex.in l.si donationis C.quod met.cau.vbi donatio appellatur contractus: & Bald. ibi no.illum tex.ad idem tex.in l.si quis emptionis.in prin.vbi Ange. hoc dicit per illum tex.C.de præscrip. 30.anno. & Bal.in d.auth. idem tenet. & idem Bart. in effectu concludit ibi in versi. quæro vtrũ.& idem no.Imo.in cons.123.in causa,quæ vertitur.& Alex. in consi.50.Videretur pro decisione.li.5.& idem Are.in c.in præsentia.per illum tex.de proba.ibi,cum intra 25.annum teneret donatio iuramento firmata.& dixi in vltimo notabili ibi. Ex quibus
* patet istam esse * *communem* opinionem, quæ ratione efficaci cõprobatur,quia dispositio dictæ auth.sacramenta puberum.videtẽ fauorabilis,ne quis in periurium incurrat,& sic fauore animę re-
2 putatur fauorabilis, quia † anima cunctis rebus præferenda est.l. sancimus.C.de sacrosf.eccl.& cum sit fauorabilis,latè debet interpretari.l.cum quidam.ff.de li.& posth.& ita arguit Bar.in d.auth. sacramenta puberum.& Alex.in cons.42.Super præmisso themate.in fi.lib.1.& in consi.85.Non puto.eo.li.1.& in consi.97.Videtur prima facie.li.4.idem Ro.in consi.285.Omnia ad decisionem. in fi.& Imo.in consi.123.suprà allegato.& And.Sic.in cons.11.& in cons.64.li.1. Ex quibus omnibus indubitanter concludendum videtur,ꝙ donatio ista confirmata cum iuramento valida efficaciter sit,& nullo modo retractari possit.& ista est prima conclusio,quæ non habet difficultatẽ,& sine dubio procedit,& de plano in rebus prophanis,prout docto.loquuntur in locis suprà alle-
3 gatis.Sed in casu isto agitur de re spirituali, † videlicèt de iure patronatus,quod reputatur spirituale c.quanto.de iud.& in c.de iurepatronatus.vbi Abb.no.in c.cura.eo.tit.& no.Abb.in c.præterea.el 2.in 1.notabili de iurepatronatus.Sed respondetur,ꝙ consensus ordinarij in casu isto interuenit,& præsupponit,licet post factã donationẽ accesserit,hoc sufficit.c.cura.de iurepatronatus
4 ibi,postea habuerit consensum.† illa dictio,postea denotat interuallum.l.non ait.§.fi.de iureiuran.vbi gl.& probatur.in l iurisgẽtium.§.quinimo.ff.de pac.& not.in l. quoties § si quis ita.ff. de hære.institu.& no.Abb.in d.cap.cura.in vltimo notab.de iure patronatus.& hoc disputatur per Rotam curiæ Romanæ in antiquis decisionib.in deci.883.inci.Quidã laicus donauit laico sine licentia.vbi primò arguit,ꝙ requirat consensus superioris in ipso contractu donationis, deinde contrarium concludit,& dicit, ꝙ maior pars dominorum de Rota tenuit,ꝙ sufficit,si consensus postea superueniat,per tex.in d.c cura.& in ca.suggestum.& idẽ tenet Card.in clem.1.in 5.q.de re.permu.post.Pau.ibi & dicit, ꝙ disputando ita determinatum fuit Bononiæ:& ex his pater istam
* esse * *communem* opinionem,à qua in iudicando non est recedendum.& ista sit secunda conclusio.† Tertia conclusio, ꝙ dicta donatio iurispatronatus debet inuiolabiliter obseruari nedum ab ipso donatore,sed etiam ab hæredibus dicti donatoris,quia hęredes reputantur eadem persona cum defuncto §.1.in auth. de iureiu.à moriente præstito.& in l.heredem.ff.de reg.iur.& no.Pet. de Anch.in consi.29.In quæstione supradicta.in fi.& in iuramen-
6 to defuncti, ꝙ debet obseruari ad hæredibus, est text. in l. quod obtinet.C.de proba.& no.†Bart.per illum tex.in l.cùm quis decedens.§.codicillis.ff.de leg.3.circa fi.in versi vlt not.ꝙ hæres. vbi colligit,ꝙ hæres debet seruare iuramentum defuncti, licèt enim iuramentum sit personale quòad vinculum animæ, tamẽ quòad robur contractus iuramentum habet realem effectum, ut dicit Bal.in l.fi.in versi.sed hic incidenter quæritur.C.de pact.& idem concludit Dominicus de sãn.Gemi.in c.quamuis.de pactis. in 6. ubi dicit, ꝙ quòad pœnam periurij iuramentum non adstringit hæredem,sed quòad vinculum pacti hæres adstringitur, per illũ tex.dum dicit,pactum per iuramentum esse firmatum si ergo dicit Dominicus,iuramentum firmat pactum,remanet validum,si validum est,debet transire in hæredes.& idem not. Bal.in d.auth. sacramenta puberum.in fi.in versi.& no.ꝙ licèt iuramentum. & idem Bal.in l.si quando.§.1.in versicu.quæro, nunquid si iste. C. de inoffi.testam.cum simili.[redacted]dit Alex.in consi.7.Viso instrumento donationis.lib.6.& in consi. 146. Viso themate suprascripto in fin.lib.7.& in consi.26.cum latissimè.in fi eo.lib.7. Quarta
7 † conclusio,ꝙ prohibitio alienationis facta per Dominicum auũ paternum dictorum fratrum non impedit dictam donationem iurispatronatus, quia cum talis prohibitio facta sit de bonis mobilibus,& immobilibus,non includuntur iura,& actiones,de quibus tanquam de tertia specie debet iudicari,ut no.Bar. per illum tex.in l. quam Tuberonis. ff. de peculio in §. in peculio. hoc amplius & nomina debitorum.ad idem facit tex.in l.à diuo Pio.in §. in venditione. ff. de re iud. cũ simili. vt ibi in princip.tradit Alex.
8 & dixi in consi,meo 227.In casu proposito.in princ. † & cum ista prohibitio alienationis sit odiosa,quia si facta sit filiis,non habet locum in nepotibus,ut no.per glo.in §.nos igitur.in Auth. de resti.fideicom.no.Bar.in l.filiusfa.§.diui.de leg.1 cum simili.ut no. Alex.in consi.66.Aldrouandus testamentum condidit.lib.5.pariter ergo dicendum in isto casu ꝙ cum materia odiosa sit,& contra ius commune,l.dudum.C.de contrahen.emp. l.2.ff. si quis à parente fue.manu. quod prohibitio alienandi facta in bonis mobilibus,& immobilibus non habeat locum in iuribus incorporalibus,quæ pro tertia specie considerantur,ut etiam Oldra. tradit in cõs.219.factum tale est,Dominus Rex Francię & de communi vsu loquendi etiam bona mobilia,& immobilia non videntur adaptari ad iura incorporalia secundum Oldra. in consi. præalle. Non ob.ꝙ in testõ sit facta prohibitio alienationis quoruncun-
a que [a] bonorum,quia ex ipsa donatione colligitur, ꝙ in prohibitione alienationis non includeretur iuspatronatus, vt dominus Consultor deducit ex verbis dictæ donationis, quæ ego non vidi.& non obstat,dum dicitur,ꝙ verba illa,quæ ponderantur, videntur verba Notarij,& nõ ipsius partis:quia respondetur,quòd imò talia verba debẽt iudicari prolata ab ipsa parte, quia pro Notario præsumitur.c.ad audientiam.de præscri.& non videtur scri-
9 psisse,nisi illud, quod sibi fuit iniunctum. † Nam quicquid dicit Notarius factum contrahentium respiciens, videtur illud dixisse de partium assertione, vt Bald.dicit in l. 1. C. de priuilegio dotis. alleg.no.in l.sciendum.de verb.obli.& idem Bal.in l.ab executione.in versi.pone statuto caueri.C.quorum appel.vbi inquit, ꝙ verba Notarij relatiua facti dicuntur esse verba partium.& idem Bal.in l.mater.in versi.præterea.C.de rei vend replicat. ꝙ verba, quæ profert Tabellio in persona contrahentis,ipse contrahens videtur proferre,& confiteri vera esse:allegat l.cum ostendimus.§. fi.ff.de fideiussori.tuto.& idem Bal.in l.2.in fi.C.de exce.rei iudi. & Roma.in consilio 179. Amplissime domine. in verbo, non refragatur obiectum.& Bartho.Soci.in consilio 20 In facto præsupponitur.libr.3. & Fran. de Curte.in consilio 49.Memoriæ recolendæ.in versic.dum autem vltimo loco.vbi latè insistit. Vlti-
10 mò † non obstat prædictæ donationi iurispatronatus statutum Sarezzanæ, quia tale statutum non valet, cum iuspatronatus, de quo agitur, sit spirituale. c. quanto.de iudiciis. c. de iure. de iurepatronatus.&

ADDITIO.

a ¶ Quoruncunque.] Imo verbum vniuersale, omnia, etiam nomina includit.Alciat.l.mouentium.de verb.sig.

iurepatronatus. & sic de foro ecclesiastico, vt not. in pluribus præallegatis, & consequenter statutis laicorum non subijcitur,
11 † quia à pari [a] procedunt forum sortiri, & statutis ligari, vt not.
a In no. in rub de consuetudi. & Ant. de But. ibi refert in versi. vnā regulam habetis. & idem dicit, ꝙ tradit Calde. in disputatione inci. Statuto. Archi. 8. dist. in c. quo iure. Spe. in ti. de consti. §. 1. versi. & no. & hoc modo arguit Raph. Cum. in consi. 139. P. Laicus. Pau. de Cast. in consi. 71. Visis, & ponderatis omnibus. Alex.
12 in cons. 209. Ponderatis his omnibus. lib. 2. † & cum statutum loquatur generaliter, non intelligitur in iurepatronatus, in quo statutum laicorum non potest disponere. c. à nobis. el. 1. de senten. excom. no. Bat. in l. si quis sub conditione. in fi. de cond. insti. Bal. in l. fi. §. in computatione. in fi. C. de iure delib. cum simil. vt tradit Alex. in consi. 33. Ponderatis his, quæ continentur in priuile-
13 gio. lib. 5. Secundo † respondetur, quod etiam ex alio capite illud statutum non valet, dum reprobat iuramentum directò, & immediate, vt not. Bar. in l. omnes populi. in versic. item si statutum diceret. ff. de iusti. & iure. cum similib. ut latè tradit Alexan. in consil. 59. Viso instrumento. lib. 1. cum similib. supra alleg. & & idem Are. in consil. 8. Abundè satis, & sufficienter. in princ.
* vbi dicit, quod ista est vera, * & communis. & idem tenet Imo. in cons. 74. In casu præmisso. in fi. & in statuto isto Sarezzanæ tradit Bartho. Soci. in consi. 279. Visa donatione. in prin. & ex his cōcurro in sententiam præstantissimi domini Consultoris.

ADDITIO.

a ¶ Pari.) supra consi. 281. num. 9. [redacted]

EPIT. Consil. CCCCCCXL.

Generale capitulum ordinis Camaldulensis ordinando deliberauit. quod eorum generalis non resideret in eremo Fontis boni: Definitores eiusdem ordinis contrarium statuerunt. Decius consultus fuit quæ ordinatio præualere debeat, qui respond. deliberationem capitularem præualere, Ideò Generalem ordinis non debere in loco Fontis boni residentiam facere.

SVMMARIVM.

1 *Definitores ordinis Camaldulensium an possint statuere, quod eorum pater Generalis possit morari, & residentiam facere in loco Fontis boni stantibus constutionibus, & priuilegiis, quæ in fauorem Eremitarum proponuntur.*
2 *Factum ab eo, qui præoccupauit, ab alio reuocari non potest.*
3 *Quando eiusdem domus pluribus insolidum administratio competit, maior in tali administratione præponitur.*
4 *In rebus ecclesiasticis Prælati non habent dominium, sed administrationē.*
5 *Papa in beneficialibus liberam, & omnimodam potestatem habet.*
6 *Princeps habet potestatem transferendi dominium ad libitum voluntatis. 7.*
8 *In generali administratione habitatio comprehenditur.*
9 *Habitatio ad viuendum est necessaria.*
10 *Iuri quæsito ex priori concessione facta in certis bonis non derogatur per secundam concessionem factam à summo Pontifice de eisdem bonis.*
11 *Concessio facta per Papam non derogat iuri prius quæsito alteri ex concessione Episcopi.*
12 *Illi, de quorum interesse agitur, citari debent etiam in extraiudicialibus.*
13 *Ex præmio causa finalis constitutionis colligitur.*
14 *Homines diuersæ professionis non debent in eodem officio sociari.*



Euocatur in dubium, & quæritur, an † definitores ordinis Camaldulensis, potuerint statuere, quod reuerendus pater Generalis ordinis eorum possit morari, & residentiam facere in loco Fontis boni, stantibus constitutionibus, & priuilegijs, quæ in fauorem Eremitarum proponuntur. & suprà à præclariss. docto. do. Matthæo de Nicolinis, & do. Siluestro Aldobrandino ciuibus Florentinis conclusum fuit, ꝙ Definitores hoc facere non potuerūt, & quod a prædictis doctoribus celeberrimis tanquam fratribus maioribus honorandis firmatum fuit de iure esse arbitror, secundum ea, quæ proponuntur more Scæuolæ Iureconsulti. & in tali dubio vltra superius dicta hoc modo considerandum est, ꝙ si dicti Definitores authoritatem, & administrationem in loco dicto Fontis boni haberent, sicut habent Eremitæ cum Priore, videretur dicendum ꝙ dicta ordinatio Definitorum præualeret, quia ipsi præuenerunt, & res non est integra, & vr̄ locus præoccupationi, vt in pluribus procuratoribus
2 datis in solidum dr̄ in l. pluribus. ff. de procur. & † quod factum est ab eo, qui præoccupauit, ab alio reuocari non potest. d. l. pluribus. & in c. si duo. de procu. in 6. & ad hoc facit, quia Definitores ordinis videntur maiores in administratione, ideo quod ab
3 illis factum fuit, debet attendi † quia qn̄ eiusdem domus pluribus insolidum administratio competit, maior in tali administratione præponitur, vt no. Inn. & doct. in c. cum deputati. de iudi. & ibi Abb. facit tex. in l. ꝯ pupillum. §. is, qui ad maius. ff. de re iudi. no. Bar. in l. 2. §. qui exhibendi. in prin. ff. de custo. reo. Bal. in l. senat. C. de his, qui accusa. non pos. Old. in consi. 234. Factum tale est. cum si. vt dixi in c. cum parati. de appel. Sed tn̄ prædictis, & sim. quæ adduci possunt obstantib. ꝯrium de iure verius videtur stantibus his, quæ in facto proponūtur. & aduertēdum est, quia allegata s. in contrarium videntur habere locum, quando eodē tpe administratio insolidum pluribus concessa fuit: facit tex. in l. 1. ff. de of. consul. secus vr̄ in casu isto, quia administratio fuit prius concessa in loco Fontis boni Priori, & Eremitis, quibus vr̄ ius quæsitum, & tali iuri eis quæsito non vr̄, ꝙ Definitores ordinis potuerint derogare. Duo ergo videnda sunt, primò, ꝙ Eremitis fuerit prius ius quæsitū. Secundo, quod iuri eis quęsito Definitores ordinis derogare non potuerint. Circa primum cum à principio sacra Eremus constituta fuerit domina, & rectrix de dicto loco fontis boni, & confirmata fuit, vt dicta Eremus sit firma, stabilis, & libera dominatrix de prædicto suo hospicio, vt supra relatum fuit, ista verba euidenter ostendunt Eremitis fuisse
4 ius quæsitum. † nam licet in rebus ecclesiasticis prælati non habeant dominiū, sed administrationē. c. 2. de don. 12. q. 1. c. fi. in c. sine exceptione. 12. q. 2. illa verba, dominatrix, & rectrix, accipiūtur pro libera administratione, vt in confirmatione dr̄ ibi, libera dominatrix, rectrix. ad quod bene facit tex. 21. q. 1. in c. relatio. in fi. ibi dum dr̄, quicquid verò de rebus ecclesiæ, &c. solerter, atque canonicè ordinare facereque prouideris, liberam habebis, quippe vt sacerdos proprius, modis oīb. facultatem. ad idem tex. in c. & temporis qualitas. 16. q. 1. vbi vnus prælatus in duabus ecclesijs vnitis à summo Pontifice vt proprius sacerdos habet liberam potestatem ordinandi, & disponendi de rebus Ecclesiæ. & in fine dicitur, quod potest habitare in altera Ecclesia, prout commodius, & vtilius videbitur. & sic ibi colligitur, ꝙ habitatio cōprehenditur sub generali administratione Ecclesiæ. Secundò potest etiam dici, ꝙ Eremitæ habeant in tali loco plenum dominiū propter authoritatem summi Pontificis, qui illud trāstulit in eos
5 in confirmatione, quia Papa habet in beneficialibus liberam, & omnimodam potestatem c. 2. de præbē. in 6. & Cle. j in fi. vt lite pend. facit tex. in c. proposuit. de concess. præben. & quia † Papa, si dicit, assignamus tibi tale castrum, transfertur dominiū absq; traditione pp supremam eius potestatem, vt no. Bal. in c. 1. ī versi. & adde. ꝙ si Papa. in tit. quid sit inuest. & idem de Principe dicit
6 Ang. in l. officium. circa fi. ff. de rei vend. vbi inquit, ꝙ Princeps habet potestatem transferendi dominium ad libitum voluntatis. & tradit Alex. in consi 187. In hac causa, & lite. li. 2. Et ex prædictis vr̄ constare, ꝙ capitulo & cōgregationi Eremitarum fuit ius quæsitum in administratione, & superioritate dicti loci Fontis boni. Et ista conclusio confirmatur ex eo, ꝙ in priuilegijs dr̄ in nu. 186. quod quicquid per Eremi capitulum in Eremo, & in locis prædictis circa modū viuēdi, induendi, fabricandi, diuinum officium ordinandi, & circa morum, & cæremoniarum obseruationes terminatum fuerit, maius etiam robur habeat, quam si fuisset per Definitores cuiuscunque capituli ordinatum. Ex his enim verbis colligitur, ꝙ in pertinentibus ad administrationem Eremi, & locorum illi connexorum maiorem habet capitulum Eremi authoritatem, quam Dfienitores cuiuscūque capituli, ergo non vr̄, ꝙ Definitores potuerint contrafacere: & in tali potestate, quæ reseruateur crpitulo eremi pro eremo, & locis sibi
7 connexis, facultas habitandi includitur: quia † in generali administratione habitatio cōprehenditur, vt probat in d. ca. & tēporis qualitas. 16. q. 1. & ad hoc facit, quia habitatio vr̄ respicere
8 modum viuēdi, † quia habitatio ad viuēdū est necessaria. l. fi. & l. legatis ff. de ali. & ciba. lega. & in l. verbo uictus. ff. de ver. sig. ergo talis habitatio vr̄ comprehensa in modo viuendi, quæ capitulo Eremi cōmittitur. ad prædicta ēt facit, quia vt hr̄ in num. 226. quicquid per capitulum eremi circa ea, quæ ad Eremum, & loca illi annexa, atque subiecta pertinere videntur, in futurum determinatū, ac deffinitū fuerit, nullo modo possit immutari a generali ordinis sine capituli Eremi cōsensu. ista prohibitio vr̄ præcisa ꝑpter illa verba, nullo modo. quæ tollūt dispositionē in ꝯrium, vt no. per gl. in cl. 2. de æta. & quali. in verbo nullo modo. ex quo datur intelligi, ꝙ Capitulū Eremi maiorē vr̄ hr̄e potestatē, quā habeāt definitores ordinis, vbi tractat̄ de præiudicio Eremitarū & ex oībus s. dictis satisfactum videt̄ primo dubio, ꝙ Eremitis fuerit ius prius quæsitū in loco Fontis boni quātū ad dn̄ium, vel saltē quò ad administrationē; & ī administratiōe vr̄ cōprehēsa facultas habitādi in loco, vt probat̄ ī d. c. & tēporis qualitas. 16. q. 1. & s. dictū fuit. Venio ad f̄m, ꝙ Definitores ordinis nō potuerūt alterare, nec derogare iuri prius quæsito Eremitis. & ista conclusio

conclusio vr ēt satis probata ex supradictis.facit regula, id qđ no strum.ff.de reg.iur.& non videtur parui præiudicij, si habitatio, quæ in dicto loco cōpetit Eremitis,cōmunicata esset alijs,prout ex illa determinatione Definitorum sequeret, quia communio parit multa incommoda, vt dicit Bar.in l.stipulationes non diuiduntur.in versi.3.quæro.ff.de verb.obl.alleg.l. cùm pater.§.dulcissimis.ff.de leg.2.in l si non sortem §.si certum.ff.de cond.ind. facit text.in l.in re communi.ff. de seruit. rustico. p ędio.in l.qui neque.§.fi.ff de reb.eorum. & φ ius quæsitum Eremitis non tollatur à posteriori potestate data Definitoribus, probatur ex supradictis,quia maiorem videntur habere authoritatem Eremitæ cum capitulo, quàm Definitores in pertinentibus ad ipsos Eremitas:& ideò quod à capitulo Eremi constitutum fuit, non possunt Definitores mutare, vt suprà dictum est. & in simili facit quod no.Ro in consi.298. Circa præmissam dubii consultatio-
10 nem.vbi pluribus medijs probat, † φ iuri quæsito ex priori concessione facta in certis bonis non derogatur per secundam concessionem factam à summo Pontifice de eisdem bonis inducit c.Abbate sanè. de re iudic.& ca. capitulum sanctæ Crucis.de rescrip.& ibi in versi.item locum habent.concludit,φ si Papa diuersis successiuè temporibus concedit ius ad rem, vel in re vni,& postea alteri potior sit ille, cui primò sit facta concessio.& idem in simili casu tradit Pau. de Cast. in consi.159. aliàs 156. Viso, &
11 examinato puncto supradicto. ubi pariter concludit, φ † concessio facta per Papam non derogat iuri prius quæsito alteri ex concessione Episcopi.& idem Alex.scribit in consi 3.Ex his,quæ in themate narrantur.lib.5.& ista conclusio ampliatur procedere,etiam si Papa dicat, non obstante collatione alteri facta.quia per hoc non videtur voluisse derogare iuri prius alteri quæsito. & illa verba intelliguntur de collatione alteri facta, quæ fuisset nulla,& hoc procedit ex eo, φ multùm efficax videtur illa præsumptio, quia non videtur Papam voluisse iuri alterius pręiudicare secundum regulam,quæ habetur in c.super eo.de offic.delega.cum si.allegatis in gl.& ad idem text.in ca.ex tuarum.de auth. & vsu pallij.in c. quamuis.de rescip.in 6.& de eo, quod dictum est de collatione nulla, est dictum Composte. in c.causam, quæ. de rescrip.& doctores ibi * *communiter* sequuntur. & Alex.in d. consi.3.& in consi 24. Viso processu.li.5.& quod dictum est de summo Pontifice, à fortiori videtur in casu isto procedere in istis Definitoribus ordinis, qui non potuerunt derogare iuribus quæsitis Eremitanis per supradicta. & etiam non videntur uoluisse,si de iuribus illis competentibus notitiam habuissent ad similitudinem Papæ, ut suprà dictum est. & sic illa determinatio Definitorum de habitatione generalis non videtur valida. Primò ex defectu voluntatis,quia verisimiliter noluissent derogare iuri quæsito Eremitis,si sciuissent.Tertiò non videtur valuisse ex defectu solennitatis, quia in casu isto non fuerunt citati Eremi-
12 tæ,† qui debuerunt citari, cùm de ipsorum interesse ageretur.l. de unoquoque.in prin.ff.de re iudic.l. nā ita diuus.ff.de adoptio. in l.fi.C.de legi.2 q.1.c.nos in quenquam.& c.in primis.in prin.& 3.q 7.in c.caueant.in c.chartæ.cum si.& ista conclusio procedit etiam in extraiudicialib.in quibus debet citari ille, cuius interest. l.in concedēdo.ff.de aqua plu.arce.l.fi.C.de auth. præstan.& d.l. nam ita diuus.& in c fi.de maiori.& obed.& not.Bal.in c.2.§.sancimus.versi.sed hic incidenter queritur.in fi.vbi allegat Innocen. in ca ex ratione.de appella. Bal.vt dixi in tit. quo tempore mil.& idem Bal.in capit.1.de inuesti.in mari.fac facit quod not.Ange. de insinuatione donationis in consil. 179. Visis prædictis,instrumentis.in fi.Siue ergo dicti Definitores processerint iudicialiter, vel extraiudicialiter non facta citatione Eremitarum, nullius est momenti ex defectu potestatis, voluntatis,& solennitatis, vt patet ex supradictis. Postremò considerandum est ad corroborationem omnium suprà dictorum, φ Papa in capitulo de regimine Eremi in,pœmio,dicit, vt Eremiticæ vitæ rigor p Cœnobita
13 rum societatem non imminuatur &c. Extra tali † proœmio [a]
a causa finalis constitutionis colligitur.l.fi. vbi Bart.ff.de hæred.instituen.l.1.in prin.ff ad Macedonia.vbi Bart.& hoc modo arguit Roma. in consi 16. Viso themate in versicu.in contrarium tamen.& in consi 65. Viso themate.in fi. Fulg.in consi.121.Supposita bulla.in consi.124 Præsuppositis statutis. Imo. in consi.128. Visis,ac ponderatis.& in consi.138. Duo sunt videnda.in princi. & in consi.147.Videtur prædictam concessionem. in prin. Alex. in consi.19 Viso processu.in consil. 144. Viso titulo quæstionis, lib 6.& in consil.88.Visis.eo.lib 6 cum si.quæ nota sunt:& ex dicto procœmio multa ibi disponuntur in fauorem Eremitarum: vnde cùm ibi societas Cœnobitarum reprobata sit cum Eremitis, quia mediante tali societate rigor Eremiticæ vitæ alteratur, & relaxatur,& ex dispari obseruantia in eodem loco scandalum
14 generatur,capitu Deus,qui.de vita,& honesta.cleric.† & homines diuersæ professionis non debent in eodem officio sociari,in capitulo in noxa.16 quæstio.7.& ex tali societate Eremitis occasio præstaretur relaxandi rigorem solitæ uitæ,quod fieri non debet, in c.nolo. 12.q.1. meritò ex prædictis concludendum est,φ ordinatio,& deliberatio facta per capitulum Eremi.debeat prævalere,φ Generalis non possit facere residentiam in loco Fontis boni,ut suprà prius fuit determinatum per dictos dominos Consultores,& de subscriptione requisitus.

ADDITIO.

a ¶ Procemio.) Suprà consil. 521.in princip. consil. 331. numero secundo [redacted]

EPIT. Consi. CCCCCCXLII.

Generalis ordinis religiosorum non potest esse Prior unius monasterii eiusdem ordinis,quia eorum officia sunt adeò incompatibilia,quòd ab vno exerceri non possunt.

SVMMARIVM.

1 *In una,& eadem ecclesia quis potest esse abbas,& episcopus.*
2 *Episcopus,& canonicus in eadem ecclesia quis esse potest.*
3 *Verbum,commorari.quid significet.*
4 *Antiani ciuitatis aliquod officium extra ciuitatem habere non possunt.*
5 *Non potest quis habere duo beneficia curata, quæ requirunt residentiam.*
6 *Vnus non potest duo beneficia incompatibilia habere.*
7 *In dubio non præsumitur quis idoneus ad duo officia.*
8 *Diuersitas personarum requiritur inter visitantem, & uisitatum,sic inter baptizantem,& baptizatum.*
9 *Prælatus,qui non est canonicus, non habet ius dandi uocem in capitulo.*



N duobus dubijs, quæ proponuntur,supra solito more eleganter scriptum fuit à præclarissimo domino Cōsultore:& ad corroborationem eorum, quæ dicta sunt aliqua subijciam. Circa primum dubiū an officium Generalis, & Prioris Eremi in eadem persona concurrere possint, uidebatur prima facie dicendum, quòd sic:
1 quia videmus, quòd † in vna, & eadem Ecclesia quis potest esse abbas,& Episcopus, vt colligit in c causam,quæ.de iudi.ibi,Episcopus idem Abbatem monasterij se proponens. & pariter quis potest esse Episcopus.& canonicus in eadem ecclesia.† vt no.in c.a collatione.de appe.in 6.& no. Abb.in c.postulasti. de concess. præb.in 3.no.Sed tamen his,& similibus, quæ adduci possunt,nō obstantibus, contrarium in casu isto concludendum est ſm ea, quæ proponuntur more Sceuolæ Iurisconsulti, videlicet,φ Generalis non potest esse Prior æremi, & non possit esse Generalis ordinis:quia Prior Eremi debet morari in Eremo, vt patet in constitutionibus nume.134 ubi dicitur.Eremi Prior pro tempore officij in eremo commoretur, vitamq; ducere omninò Eremiticā teneatur.Generalis verò habet visitare totum ordinem, ut habetur in constitutionibus nume.132. in tali visitatione requiritur, φ Generalis accedat ad locum,qui debet visitari.c.conquerente, de offi.ordi.ibi ad eas uisitandas accesseris. & tenetur accedere, ut no.in c.1.de censi.in 6.ubi gl.in uerbo, accedere.si ergo tenetur accedere ad loca quæ debent uisitari, non potest in Eremo
3 morari,prout tenetur:† uerbum illud,commorari habet tractū successiuum.l.si Titius.ff.de ser.expor.in c.fi.de ele. non resid. & sic eodem tēpore non potest Prior Eremi morari in eremo, prout tenetur & uisitare alia loca prout Generalis tenetur, ideo ista officia incompatibilia uidentur. unde non sunt in eodem tempore in duabus ciuitatibus ab eodem gerenda (ut dicit tex.in l.li-
4 bertus § præscriptio.ff.ad municip.& ideo † Antiani ciuitatis aliquod officium extra ciuitatem habere non possunt,ut no.Bar.in l. duumuirum.C de decurio.li.10.& no.Bal in proœ. Cod.in §. ideoq; ubi inquit, φ qn̄ sunt dignitates, quæ habent in se repugnantiam,uel per actum unius impeditur administratio alterius, non pōt quis habere plures dignitates, p p incompatibilitatem
5 exercitij.& ista ratione dicit Bal.† non potest quis habere dua curata beneficia,quæ requirunt residentiam, quæ non potest eodē tempore fieri in diuersis locis:alleg.c.de multa.de præb.& in prę
* dicta conclusione * *omnes* conueniunt, † φ unus non possit duo
6 officia incompatibilla habere.Bal.& Bart.in l. consul. ff. de adoptio. Abb.post Anth. de But.in c.ex literis.de probatio.& in du-
7 bio † nō præsumitur quis idoneus ad duo [a] officia:ita dicit Are.
a in d.c.ex literis.allegat Bar.in l.hac parte.de proxi.sacro. scri. lib. 12.ubi

ADDITIO.

a ¶ Adduco.] dixi ad Decium d.c.ex literis.nu.19.

12. vbi Bart. ponit regulam negatiuam, ꝙ quis non potest fungi duplici officio. Et conclusio superius firmata cōprobatur, quia si in eadem persona concurret officium Generalis, & Prioris Eremi, sequeretur, quod Generalis idemq; Prior deberet seipsum
8 visitare, quod absurdum videretur: † quia diuersitas personarum requiritur inter visitantem, & visitatū, sicut inter baptizātem, & baptizatum. c. debitum. de bapti. & inter instituentem, & institutum. ca. fi. de inst. facit tex. in l. 2. ff. de stipu. ser. & hoc idem confirmatur ex verbis constitutionum, quibus dicitur in nu. 148. ꝙ in capitulo generali ipse Generalis ordinis præsidens [illegible]bet, aut loco eius Eremi Prior, ex quibus verbis colligitur, ꝙ diuersa sit persona Generalis a persona Prioris Eremi: & ideo non videt̄ quod in eadem persona Prioris Eremi: & ideo nō videtur, quod in eadem persona prædictæ qualitates possint cumulari, quia tunc Prior Eremi non posset supplere vices Generalis; vt ergo verba constitutionis habeant locum, debet illud, quod in dictis verbis proponitur, verificari, ex eo, quod not. Iac. But. Saly. & Fulgo. in l. mancipia. C. de ser. fugi. & tradit Rom. sing. 486. Statutum puniens. Non ob. alle. supra in contrarium, quia intelliguntur, quando esset illud factum per viam dispensationis, vel per modum vnionis, quæ in casu isto non interuenit. Venio ad secūdum, in quo do. Consultor concludit, quod Generalis non habeat vocem in capitulo Eremi, quia de iure communi † Prælatus
9 qui non sit canonicus, nen habet ius dandi vocem in capitulo, vt Abb. post alios concludit in capi. cum olim. in versi. sed quia. de re iud. quia Episcopus, & canonici faciunt vnum corpus, de alijs nihil dicitur. c. nouit. & c. quanto de his, quæ fiunt. prælatus ergo qui vult ius dandi vocem sibi vendicare, probare debet. c. cū ecclesia Sutrina. de cau. posses. & proprie. in c. scriptum. & c. Cuma. de elec. facit tex. & quod ibi no. in capi. cum dilectus. de consuetu. & idē not. Domi. in capi. fi. de præb. in 6. vbi dicit, quod Prælatus qui habet dignitatem tantum de iure communi, non videtur de capitulo & non potest dare vocem, quia ad solos canonicos spectat electio. & cū prædictis concordat Fede. in cōsi. 100. Factum tale est, abbas subiectus. in versicu. præterea. vbi dicit, ꝙ Prælatus non est de collegio, nec pars collegij, licèt enim Prælatus sit caput collegij, & præsit collegio, non tamen est de ipso collegio, imo vt distincta, & separata ponuntur in iure. & ista conclusio confirmatur in iure ex verbis, quæ habentur in constitutionib. in nu. 189. vbi dicitur, Capitulum autem Eremi in præsentiarum et in futuris temporibus esse, & intelligi volumus ipsum eremi Priorē, & omnes, qui post professionem suam in ordine nostro per sex continuos menses in ipsa Eremo vitam duxerint Eremiticam. cum ergo limitatæ sint personæ, quæ faciunt Capitulum, aliæ omnes personæ excluduntur. l. cum pretor ff. de iudicijs. l. maritus. C. de procu. & in c. nonne. de præsumptio.

EPITOME Consi. CCCCCCXXVIII.

Substitutio compendiosa multa complectitur tempora sub conditione mortis, quæ non continet pupillaris, si verba non cōueniant, imò tantum fideicommissariam.

SUMMARIA.

1 *Substitutio quando dicitur compendiosa.*
2 *Dictio, mihi, quid significet.*
3 *In claris non est opus coniecturis.*



Icut arbor ad fructū perducta agricolā delectat, sic ergo lector plurimum ex scriptis præstātissimi V.I.D. domin. Nicolai Viciardini olim acutissimi discipuli mei, qui adeò in præsenti casu accuratè, & eleganter scripsit, vt præceptor: verè æmuletur, & requisitus de subscriptione agam paucis. Nam reuocatur in dubium, an substitutio, de qua agitur, si tantum compendiosa, vel etiam pupillaris. & breuiter constat illam compēdiosam esse quæ comprehendit fideicommissariam, & non pupillarem in isto casu, quia verba conueniūt compendiosæ, & non pupillari,
1 cum. n. sit facta † substitutio post mortem Geneuræ institutæ, substitutio dicitur compendiosa, quando fit sub conditione mortis, vt no. Bart. in l. Centurio. versicu. ad primum. ff. de vul. & pup. & ad hoc est gl. in l. in testamento. in glo. magna. C. de testa. mil. ibi, si Lucius decesserit, Sempronius hæres esto. & illam ad hoc no. Fulg. Pau. de Cast. & Alex. nam cum semper quis mori possit, l. 1. ff. de cond. & idem. conditio mortis videtur habere tractum successiuum, & multa tēpora cōplectitur. & tradit Ang. in cōsi
125 Substitutiones dictorum testamentorum. in prin. & Ang. Are. in tracta. de testa. in verbo, in pupillari ætate. & istam esse substitutionem conpendiosam non videtur dubitandum. & talis compendiosa in casu isto non compreh ēdit pupillarem: quia verba, Pupillari substitutioni. non conueniunt, dum testator substituit in sua hæreditate: nam ista verba non conueniunt, dum testator substituit in sua hæreditate: nam ista verba non conueniūt substitutioni pupillari, in qua succeditur pupillo, & est diuersa hæreditas ab hæreditate patris. l. 2. §. prius. vers. cæterum. ff. de vulg. & pup. vbi licèt sint duæ hæreditates, & eodē modo, quādo testator loquitur de bonis suis, apparet, quod non sit substitutio pupillaris, ut notat. Sali. in l. precib. C. de impub. & secundum istam conclusionem latè consuluit Cor. Peru. in consi. 152. In hac consultatione. in versic. 6. principaliter. lib. 3. & idem Cor. in consi 322. Ardua plurimùm. lib. 3. cum si. suprà alle. sed in ista conclusione superius firmata dubitationem facit, quia non videtur prima facie, quòd illa verba, in hæreditare sua. vel illa verba, in bonis suis. excludant substitutionem pupillarem, ex eo, quod habetur in l. 1. ff. de uug. & pup. vbi licèt testator dicat, Hæ-
2 res mihi esto. illa † dictio, mihi. non excludit pupillarem sub stitutionem, vt not. per gl. in d. l. 1. in versi. mihi. quæ dicit, quod il-
a la dictio, mihi.[a] non excludit pupillarem substitutionem. ad idē tex. in l. cum quidam. quæ est lex pen. C. de impub. vbi illa verba, illum hæredem sibi esse relata ad testatorem, non excludunt pupillarem. ad idem tex. in l. si ita scriptum. §. qui filio. ff. de bo. pos. secundum tabu. ubi substitutus pupillo hæredetitatem sibi vendicat, acsi verbum, mihi. adiectum non esset. & per illum tex. infert ibi Bar. ad quæstionem, in qua dicit se consuluisse, uerba testamenti dicebant, quod si pupilli instituti decesserint in pupillari ætate, bona ipsius testatoris deuenirent in talem. Illa verba, bona testatoris. non alterant, quominus dicatur substitutio pupillaris. & hoc dictum pro notabili tradit Matthesila. in no. 152. Nota vtile dictum. His tamen non obstantibus non est receden dum a conclusione superius firmata, & pro vera resolutione habemus considerare duos casus. Primus, quando constat, & apparet factam fuisse pupillarem substitutionem, & tunc per iura su-
3 prà dicta non tollitur pupillaris substitutio, de qua constat, † & in claris non est opus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. ob.. & ita loquitur tex. in d. l. si ita scriptum. §. qui filio. cū si. suprà allega. in contrarium. Et de isto casu non agitur in casu isto. Secundus casus est in compendiosa substitutione facta simpliciter nulla facta speciali mentione de pupillari substitutione, pront fuit in isto casu, in quo, quia non apparet de voluntate testatoris, ex coniecturis, & præsumptionibus voluntas debet perscrutari & non leuis videtur præsumptio, quod fuerit substitutio fidei commissaria per illa uerba, in sua hæreditate, vt suprà dictum est & distinctio suprà dicta colligitur ex his, quæ dixi in l. pen. in princip. C. de impu. vbi ad hoc allegaui Corr. in di. consi. 152. in versi. nec ob. dictæ vltimæ voluntari, & ex prædictis breuiter concurro in sententiam præstantissimi domi. Consultoris, vt supra dictum est.

ADDITIO.

a ¶ Mihi. ʒ Guil. Benedicti Raynu. uers. absque liber. morere. 2. num. 18. detest. Alexand. l. Centurio. de uulg. & pup. Quod est uerum in re clara, sed in dubio restringunt, & excludunt pupillarem, & similem, vt sequitur, & idem Decius supra consi. 369. in fi. vbi dixi. idem Lancelo. Polit tractat. de subst. compendiosa. questione. 3. Aymo consilio. 94. numero. 10. & sic. Philip. Cor. in consi. 138. lib. 3. male consuluit.

EPIT. Consi. CCCCCCXXXVII.

Compendiosa substitutio facta per verba communia intra tempora pupillaris ætatis est directa, postea obligatur, nisi mater sit in medio: quoniam tunc eius fauore semper diiudicatur esse fideicommiss.

SUMMARIUM.

1 *Substitutio quando dicitur compendiosa, si test ator dicat, si filius meus decesserit sine filijs.*
2 *Semper quis mori potest.*
Verbum substituit, est verbum commune.
4 *Substitutio compendiosa facta per verbum commune, an sit semper, & omni tempore fideicommiaria. 5.*
6 *Legato vsufructu omnium bonorum, an comprehendantur alimenta.*
7 *Verba cum liberis, etiam in vno verificant ur.*

Viso



Viso eleganti consilio excellē. tis. & clarissi. V. I. D. do. Bernard. Beneuolen. Senen. uti fratris honorandi, qui solito more suo accuratè præsentem consultationem ab soluit, De subscriptione requisitus agā paucis. Et in 1. du. verba substitutionis debent diligēter perscrutari, quę ad literam ita se habent: & casu, quo do. Bartolomæus decenderet sine filij legitimis & naturalibus, substituit, & esse voluit suos hæredes Lucretiam, & alias suas sorores, ut in testō habetur. & ex istis uerbis colligitur, ꝙ substitutio fuerit cōpendiosa, vt no. Bar. in l. Centurio. in versi. tertia fuit opi. Iaco. de
1 Aren. ff. de vulg. & pup. subst. vbi dicit † compēdiosam esse substitutionem, si dicatur, si filius meus decesserit sine filijs. & hoc comprobatur, quia conditio mortis dr̄ habere tractum successi-
2 uum, cū semper † quis mori possit. l. 1. ff. de cond. & dem. & ideo substitutio facta post mortem alicuius dr̄ compendiosa, vt dicūt Ful. Pau. de Cast. & Alex in l. in test. per gl. ibi. C. de test. mil. & in dicta compendiosa substitutio pupillaris continetur, quæ expressa dr̄ verbis generalibus, & matrem excludit, ut no. Bar. in d. l. Centurio. in l. Luc. de vul. & pup. & no. in l. precib. C. de impu. & alijs subst. in c. si pater. de test. in 6 Sed in casu isto cōsiderandum est, ꝙ
3 substitutio fuit facta per uerbū, † substituit. quod est verbum cōe, vt no. in l. iam hoc iure. ff. de vul. & pu. in l. generaliter. §. cū aūt, ubi gl. in verbo, substituit. C. de instit. & subs. & per gl. in § extra-
4 neo. in verbo, per fideicommissum Inst. de pup. subst. † hoc stante succedit qō, an cōpēdiosa facta per verbum cōe sit semper, &
a omni tpe fideicommissaria: & procedēdo conclusiuè duę [a] principales opiniones reperiuntur. Prima est, ꝙ omni tpe sit fideicōmissaria, quam tenet glo. in l. precib. in gl magna. C. de impub. & alijs subst: & in l Centurio. in glo. fi. de vulg. & pup. cum si. vt latè ibi Alex. scribit in versi. in eadē glo. ibi haberet locum fideicommissaria. & dicit Bal. in d. l. iam hoc iure: in vers. hoc itaque. ꝙ ista opi. cōiter obseruatur, qñ facta sit substitutio per verbum cōe. & idem tenet Old. in consi. 99. Factum tale est, quidam testator. & idem concludit Bar. in cons. 29. Homo Accursuli. vbi dicit, ꝙ do
* ctores * *communiter* ita tenent. & idem Bar. in consi. 54. Ang. Matthiæ. in consi. 240. Pater filio impuberi. in prin. & cū prædicta conclusione concordat Bal. in consi. 373 Quidam A. Ianuensis. in versi. 3. est præmittendum. li. 1. & in consi. 278. Quidā nomine Angelutius. li. 2. & idem Ang. in consi. 97. Viuianus. Altera est principalis opi. quam tenet glo. in §. qua ratione. inst. de pup. subst. ꝙ si
5 pupillus moriatur in ætate pupillari, † ꝙ sit directa pupillaris. & istam tenet Cy. in d. l. precib. & Alex. illam late cōprobat in d. l. Centurio. gratia breuitatis eius rōnes nō refero: & idem sequitur Ale. in consi. 71. Ponderatis verbis. e. li. 3. & idem Cu. in consi. 20. Proponitur, ꝙ ser Blancus. & idem Benedi. Capra in consi 7. Pro prædictorum declaratione. Pau. de Cast. in consi. 111. Super primo quæsito. & in consi. 247. Quod dicta substitutio. in prin. & in consi. 363. Visis omnibus. vers. quantùm verò. Aret. in consi. 155. Periculosum est, vt Hieronymus ait. Coro. in consi. 187. Trita, & vulgata est quæstio. li. 1. in consi. 316. Vr̄ prima facie dicendum. li. 3. & in consi. 20. Circa præsentem consultationem. lib. 4. Reperitur tertia opi. Bart. qui distinguit in d. l. precib. ꝙ si mater sit in medio, debet fieri interpretatio in fauorem matris, ꝙ substitutio semper sit fideicommissaria, & procedit prima opinio superius relata. Si verò non sit mater in medio, habet locum altero opinio s. relta: & ita concludit Bar. in d. l. Centurio. & istam opinio Bar, tenet Ang. in consi. 97. Viuianus de Monte Politiano. & Ioan. de Ana. in consi. 79. Sic se habet. ubi dicit, ꝙ cōis est opinio, ꝙ fauore matris sit omni tpe fideicommissaria: & istam cōiorē opinionem attestatur esse Arc. in d. consil. 155. in fi. in isto tñ conflictu opinionum suadente æquitate vr̄ cōcludendum, ꝙ matri saltem legitima debeatur, vt suprà conclusum fuit: & dixi in d. l. precibus. & in consi. 228. In casu proposito. & ita primum dubium ab
6 solutum sit. In 2. du. placet † conclusio suprà facta, ꝙ do. Margareta debeat habere vsumfructum omnium bonorū absolute, ut verba sonant: & ꝙ in isto casu non restringatur legatum in alimētis per supradicta. & vlterius ista conclusio comprobatur, quia illa conclusio, ꝙ legatum vsusfructus restringatur in alimentis, procedit in dubio fauore filiorum, ut no. Sali. in auth. hoc locū. in fi. C. si secun. mul. nupse. secus si aliter colligatur etiam ex tacita, & coniecturata voluntate testatoris, ut notabiliter tradit Pau. de Cast. in consil. 388. Quod vxor quondam. & sequitur Alex. in consi. 57. Perlectis verbis. lib. 3. & idem sequitur Maria. Soci. in consi. incip. Franciscus Donati de Are. quod consilium reperitur in consi. 1. in vlti. li. consiliorum do Bartholomæi Socini sui filij: & in casu isto euidēs cōiectura illa vr̄, quia testator casu, quo non haberet locum legatum vsusfructus omnium bonorū, quia si ipsa do. Margareta non vellet obseruare viduitatem, reliquit sibi vltra eius dotes vsumfructum unius possessionis, & tale legatum clarum est, ꝙ de pleno vsufructu intelligit: ergo pariter vr̄, ꝙ legatum vsusfructus omnium bonorū de pleno vsufructu intelligatur: aliàs si legatum vsusfructus omniū bonorum restringeret in alimentis, esset dicendū, quòd plus consequeret domina Margareta non seruando viduitatem, quam si seruaret, quod vr̄ contra manifestam voluntatem testatoris. Nec vr̄ obstare huic conclu-
b sioni illud, quod aliàs consului [b] contra vxorē usufructuariam, quæ debuit morari cum filijs: quia in illo casu non fuit impleta conditio legati vsusfructus omnium bonorū; secus est in isto casu, in quo duæ conditiones appositæ in legato fuerint impletæ. De prima de viduitate constat, quia semper do. Margareta fuit vidua. De secunda, ꝙ deberet morari cum liberis, etiam impleta
6 vr̄, quia morata fuit cum filia, quæ sola superuixit: quia † verba illa, cum liberis. ēt in vno dicuntur verificari. l. pater Seuerinam. §. ita fideicommisso. ff. de condit. & dem cum similib. vt dixi in cō si. 50. s. alleg. Circa quartum dubium res clara vr̄, ꝙ legatū factū Contessæ pro eius dotibus, & pro omni eius legitima mandās, ꝙ de bonis ipsius testatoris plus petere non possit, ꝙ statim tale legatum peti possit, quia in legitima omnis dilatio remouet. l. quoniam in prioribns C de inof. test. & in terminis no. Bar. in consi. 200. Quæritur de legatis filiarum. in prin. Petr. de Ancha. in consi. 232. Subtilissimè, & ad plenum. Cor. in consi. 40. Circa præsentem consultationē. li. 3. cum simi. suprà alleg. & idē Per. de Anch. in alio consi. 323. Ista omnia puto bene, & subtiliter. & cum prædictis concordat Ro. in consi. 64. Hęc quantitas pro dote. 1529.

ADDITIONES.

a ¶ Duæ.) quæ sequuntur vsque ad num. 6. ferè ad uerbum supra consi. 57 * nu. 3. cum seq. dicendum, ut ibi annotaui.

b ¶ Consului.) Supra consi 483. consi. 524. ubi dixi.

EPITOME. Consi. CCCCCCXLIIII.

Augmentum dotis nōn debetur dote non soluta, Sicut dos sine matrimonio esse non potest.

SUMMARIUM.

1 *Promissio facta de augmento dotis uidetur præsupponere, ꝙ dos soluatur, aliter nō potest dici augmentum dotis, & non obligatur quis ad augmentum dotis, si dos non fuit soluta.*
2 *Ex uerbis in principio appositis causa finalis dispositionis deprehenditur.*
3 *Vir non potest se obligare ad dotandum mulierem de suo proprio, licèt possit dotem recipere.*
4 *Simulatio probatur ex præsumptionibus, & coniecturis.*
5 *Donatio in dubio non præsumitur.*
6 *Quod non est verisimile, est quædam falsitatis imago.*
7 *Confessio non verisimilis non attenditur.*
8 *Actus, qui sequitur, ostendit, & declarat intentionem præcedentem.*
9 *Attenditur quod in ueritate agitur, & non quod simulatè concipitur.*
10 *Instrumentum simulatum non habet nomen instrumenti, quia carens effectu etiam nomine caret, nec firmatur iuramento. 11.*
12 *Instrumentum ex contrarietate vitiatur.*
13 *Excusatio non cadit, ubi est contrarietas, adeo ꝙ nec rusticus excusatur.*
14 *Remota nullitate, uel exceptione non uidetur remota illa nullitas, uel exceptio, quæ habet in se contrarietatem.*
15 *Dispositum cum aliquo præsupposito, si præsuppositum non uerificatur, non habet locum dispositio. 16.*

Viso, & perlecto eleganti consil præclaris. V. I. D. do. Pauli de Corrigia uti fratris maioris honorandi, qui adeò plenè scripsit, & eleganter, ut nullus dicendi locus superesse videatur. & oībus diligenter consideratis, & circunspectis iuridicam esse arbitror conclusionem ab eius excellētia suprà firmatam, uidelicèt quòd promissio augmenti dotis, de quo agitur, ualida non fuerit. Nam pri
1 mò † illa conclusio satis clara uidetur, ꝙ cum dom. Blasius Maria fecerit promissionem augmenti dotis ipsi do. Leonore de Susia sponsę suę futurę, ut dr̄ in principio instrumenti, talis promissio vr̄ facta principaliter ad istum finem, & effectum, ut dictus do. Blasius Maria matrimonium contraheret cum dicta do. Leono
2 ra, ut ex uerbis instrumenti apparet in principio: ex quibus † causa finalis dispositionis deprehenditur. l. fi. ubi Bar. ff. de hæred. instit. l. 1. in princ. ff. ad Maced. ubi Bart. no Bal. in l. 1. in princ. ff. de ori. iu. & hoc modo arguit Card. in consi. 132. Duo sunt. in princ. in consil. 147. Videtur. in princ. Imo. in consil. 128. Visis. Rom. in consi. 16. Viso themate. & in consi. 65. Viso themate proposito circa fi. Alex. in consi 7. Visis. lib. 2. cum si. quæ nota sunt, & talis promissio

promissio facta per do. Blasium Mariam prædictæ do. Leonoræ, vt illam haberet in vxorem, est reprobata à iure, quia ab altero ipsorum coniugum non potest quis inuitari ad matrimonium spe lucri, quia esset præsumptio, ꝙ fieret, hoc causa libidinis, qđ est contra bonos mores, vt not. Barto. per illum text. in l. si ita stipulatus fuero. §. si tibi nupsero. ff. de verbo obli. & sequuntur ibi
* Ange. Imo. Pau. de Cast. & docto. * *communiter*. licèt enim † vir
3 possit dotem recipere, non potest se obligare ad dotandum mulierem de suo proprio, ut dicit Bald. in c. accedens. in versi. quæro nunquid. de procu. alleg. text. in d. l. si ita. §. si tibi nupsero. & ista conclusio videtur de plano procedere per ea, quæ suprà dicta sunt per dom. Consultorem. sed in isto casu difficultatem nõ paruam fecit, quia non videtur do. Leonora in casu proposito inuitata ad matrimonium spe lucri, quia, vt patet in instrumento, illa haberet talem donationem in omnem euentum, etiam dato, quòd dicta conditio contrahendi matrimonium inter prædictos non sequatur; & dictum dotis augmentum promisit dictus do. Blasius Maria date, donare, & tradere sequuto, uel non sequuto matrimonio, vt in instrumento expressè dicitur. quibus verbis stantibus non videtur, quòd talis promissio dici possit, quòd facta fuerit, ut dicta do. Leonora spe lucri incitaretur ad contrahendum matrimonium cum dicto dom. Blasio Maria, ex quo ipsa in omnem euentum sequuto, vel non sequuto matrimonio esset dictum lucrum habitura. Ad hoc, in quo uis tota consultationis huius vr̃ consistere, potest responderi duobus modis principaliter. Primò, quòd in hac parte reprobatur instrumentum propter simulationem. Secundò propter contrarietatem. Circa
4 primum de simulatione considerandum est, † quòd simulatio probatur ex præsumptione, & coniecturis, vt not. Bald. in l. & qui. C. de distr. pig. circa fin. & idem Bald. in consi. 18. Pũctus quęstionis. lib. 2. in l. emptione. C. plus va. quod agi. Pau. de Cast. in consi. 82. Visis his. in ver. nam cum simulatio. & in consi. 329. In causa mota. & not. in c. ad nostram. de emp. & ven. in c. illo vos. de pig. & in casu isto efficaces sunt coniecturæ, ꝙ illa verba, sequuto, vel non sequuto matrimonio. cum si s̃. allega. sint non uerè, sed simulatè apposita: Prima vr̃, quia constat ex verbis instrumenti in princi. ꝙ augmentum hoc dotis fuit factum intuitu futuri matrimonij cum dicta do. Leonora: & ista fuit causa finalis dicti augmenti dotis, vt s̃. dictum est: & ab ista vera, & expressa causa non videntur partes, nec præsumuntur voluisse incontinẽti recedere in eodem instrumento. l. non ad ea. §. 1. ff. de condi. & dem. Bar. in l. quod traditum. in fi. Secunda præsumptio videtur,
5 quia si esset donatio sine matrimonio, esset donatio † facta simpliciter, quæ in dubio non præsumitur, vt not. in l. cum de indebito. ff. de prob. & in l. Campanus. ff. de oper. lib. adeo ꝙ potius er
a ror [a] præsumitur, quàm donatio, vt not. per glo. in l. generaliter. in versic. causam. C. de non nu. pec. ubi Bal. in 3. oppo. & Ang. ibi dicit se ita consuluisse. Imo. in l. à Titio. de verb. obl. cum si. ut tradit Alex. in consi. 13. Ex his, quæ in themate. lib. 1. & in nostro casu tradit Pet. de Anch. in consi. 32. Subtiliter, & copiose. Tertia
6 præsumptio fundatur in eo, quod est verisimile, † quia quod nõ est verisimile, est quædam falsitatis imago, vt dicit Bal. in l. 1. C de ser. fug. facit tex. in c. quia verisimile. de præsump. in l. quia uerisimile. quæ est lex fi. ff. de eo, quod met. cau. & in l. obligatione generali. ff. de pigno. & in simili casu simulationis à uerisimili arguit
7 Petr. de Anchara. in consilio 257. Si prædicta sententia. & † confessio, quæ non est uerisimilis, non attenditur, ut not. Bald. in l si quis in hoc genus. in prin. C. de episco. & cleric. & Pet. de Ancha. in consilio 24. Visa inquisitione. in uer. item ratio naturalis hoc dictat. & certe multũ consonat, & rationi congruit, ꝙ dictus do. Blasius Maria noluisset dictum augmentum dotis constituere dictæ do. Leonoræ, si cùm illa matrimonium non cõtraxisset propter verba apposita in principio instrumenti, in quibus attestatur se iamdiu desiderasse contrahere affinitatem cum nobili prosapia illorum de Susia mediante do. Leonora, & ista videtur causa finalis dictæ conuentionis, ut suprà dictum est: & ab ista finali causa, & uoluntate non videtur do. Blasius Maria recessisse: quia mutatio uoluntatis non præsumitur. l. eum qui. ff. de proba. Non obst. ꝙ videtur constare de uoluntate mutationis, dum dr̃, sequuto, uel non sequuto matrimonio. & prius dicitur etiam dato, ꝙ dicta conditio contrahendi matrimonium inter prædictos non sequatur. & ratio in dicto instrumento allegatur, quoniam matrimonia libera esse debent, nec fieri sub spe aliquid dati, uel recepti, ut ambæ partes ita dicunt, & protestantur, & sic esse contẽtantur. & sic ex prædictis verbis a prima uoluntate videntur recessisse. Nam respondetur, ꝙ licet apparenter uideãtur uoluisse à prima uoluntate recedere; tamen in rei ueritate in prima conuentione perstiterunt, & dicta uerba, in quibus vñr a prima ꝯuentione recessisse prolata fuerũt ad palliandum ꝯuentionẽ primã, de cuius ualiditate dubitari poterat, qa tale mr̃imoniũ non uidebat habere libertatem requisitam, quia spe lucri omnino ꝯ̃ctum fuit secundum primam conuentionem: hoc patet, in ueritate
8 sequutum fuit inter eos matrimonium, † & actus, qui sequitur, ostendit, & declarat intentionem præcedentem, in §. pauonum. insti. de rer. diui. l. 1. sed & si Iulianus. §. proinde. ff. ad Mace. not. Bar. in l. cętera. §. fi. ff. de leg. 1. & tradit Pau. de Cast. in consi. 377. Viso puncto. in versi. constat enim ex sequentibus. & ista cõclusio cnnfirmatur ex præsumptionibus suprà dictis, ex quibus omnibus satis constare vr̃; ꝙ partes in veritate præcisè cogitabant, ꝙ haberet omnimodò locum mr̃imoniũ: & illa verba, uel non contracto. simulatè apposita fuerunt ad palliandum, ꝙ spe lucri
9 non videretur contractum matrimonium: vnde: † attenditur qđ in ueritate agitur, & non quod simulatè concipitur. l. 1. & per totum. C. plus va. quod agi. & substantia veritatis falsa demonstratione mutari non potest. l. cum falsa. C. de iur. & fac. ign. & instru
10 mentum † simulatum non habet nomen instrumenti, quia illud quod caret effectu, caret nomine, ut no Bald. in l. cum precib. in
11 prin. C. de proba. † & instrumentum simulatum est tanquã cor-
b pus sine spiritu, [b] vt not. Bal. in l. 1. C. plus va. quod agi. & ideo non firmatur iuramento, ut not. per gl. in l. emptione ubi Bal. C. plus va. quod agi. Ex his habetur prima respon. princip. ꝙ instrumentum fuit simulatum in illa parte, dum dicit, vel non contracto. quia in ueritate cogitabant partes, ꝙ omninò locum haberet matrimonium, per ea, quæ supra dicta sunt. Secundò principaliter, vt dixi, dictum instr̃m videtur reprobari propter contrarietatem, quia primo in principio instrumenti dicitur, ꝙ promissio augmenti dictæ dotis facta fuit propter effectionem, quam dictus do. Blasius habebat contrahendi affinitatem cum nobili prosapia illorum de Susia, mediante do. Leonora futura sponsa ipsius do. Blasij. Mariæ, vt in instrumento latius dr̃, ex quibus verbis, vt suprà dictum est, colligitur, ꝙ causa finalis dictæ promissionis fuit p̱p matrimoniũ futurum cum dicta do. Leonora: ꝯ̃rium incontinenti in eodem instrumento dicitur, ꝙ talis promissio debeat habere locum, ēt si non sequatur marrimonium, & sequuto, vel nõ sequuto matrimonio: & contrarietas augetur, quia postea in eodẽ instrumẽto pactum aliud apponitur, in quo præsupponitur, quòd haberet locum matrimoniũ, qa præsupponitur, ꝙ ipsa do. Leonora remaneret vidua dicto Blasio Maria p̄moriente: vnde quod esset matrimonium, & non esset matrimo
12 nium, ista sunt contraria, † & contrarietas vr̃ vitiare instrumentum. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. no. in l. si Titius. de condi. insti. in l. scripturæ. C de fi instr. in l. 1. C. de fur. & in c. solicitudinẽ.
13 de app. † & vbi est contrarietas, non cadit excusatio, adeo ꝙ nec rusticus excusatur, ut no. Bal. in d. l. scripturæ. in versi. q̃runt doctores. & dicit Ang. in consi. 187. Hic punctus prima fronte. circa fi. ꝙ legislator, nec Deus ipse potest actum pugnantem in esse
14 producere: † & ideo remota nullitate, vel exceptione nõ vr̃ remota illa nullitas, vel exceptio, q̃ hẽt in se ꝯrietatẽ, vt no. Angel. in l. tale. pactũ. §. qui prouocauit. in versi. vlterius iuxta prædicta q̃ro. ff. de pac. cũ si vt dixi in d. l. vbi repugnantia. & in l. edita. C. de eden. Postremò considerandũ est, ꝙ ista promissio augmenti dotis præsupponit, ꝙ dos prius cõstituatur, vt suprà dictũ est: &
15 hoc † probatur, quia quando aliquid disponitur cum aliquo
c præsupposito, [c] si præsuppositum non verificetur, non habet locum dispositio, vt est not. dictum Iac. But. quod Saly. & Fulg. ibi
16 sequuntur in l. mancipia C. de ser. fugit. ubi dicunt, † ꝙ dictante statuto, ꝙ turbans aliquẽ in possessione puniatur in decem, & restituat possessionem; non habebit locum statutum, nisi eo casu, quo possessio ablata fuerit, ut statutum præsupponit. & hoc dictum pro singulari tradit Roma. in sing. 486. Statutũ puniens. & vr̃ dicendum in proposito, quia promissio facta de augmento dotis vr̃ præsupponere, ꝙ dos saluatur, aliter nõ põt dici augmẽtum dotis, vñ non vr̃ obligari ad augmentũ dotis ex eo, qđ dos non fuit soluta. Ex prædictis cõcurro in sñiam do. Consultoris.

ADDITIONES.

a ¶ Error.] Alex. consi. 22. nu. 4. lib. 5. Aymo. consil. 142. nume. 26. fac. no. suprà consi. 42. nu. 6.]

b ¶ Spiritu.) Suprà consil. 575. nu. 2. vbi tetigi.

c ¶ Præsupposito.] Suprà consilio 199. nu. 2. vbi dixi adde Soci. consi. 119. libr. 4.

EPITOME Consi. CCCCCCXLV.

Promissio de vendẽdo non impedit, quin bona alienari possint. Et statutum prohibens eum, qui vendere promisit, ea alienare, pendente termino intelligitur de bonis proprijs eius, qui possit dominium transferre.

SVMMARIVM.

1 *Per assignationem dotis transfertur dominium in bonis assignatis.*
2 *Creditor in actione personali ex causa depositi alijs præfertur.*
3 *Actio realis hypothecaria etiam contra tertium possessorem dirigitur.*

Donans

4 *Donans rem ante traditionem illam alteri obligare potest.*
5 *Prohibita alienatione videtur prohibita etiam hypotheca.*
6 *In statutis nomine alienationis non continetur pignus.*
7 *Prohibito fine, videntur prohibita media, quæ tendunt ad finem.*
8 *In statuto contra ius commune non fit extensio de similibus ad similia.*
9 *Bona prohibita alienari non veniunt in generali obligatione.*
10 *Qui tenetur vendere ex dispositione testatoris, vendendo simpliciter liberatus intelligitur à præcepto testatoris.*
11 *Promittens vendere ad factum est obligatus.*
12 *Solutione debiti principalis tollitur hypothecaria.*
13 *Maritus durante matrimonio in rebus pro dote assignatis dominium habet.*
14 *Statutum prohibens alienationem prohibet translationem.*

PRæsupposita validitate contractus, quia hoc non reuocatur in dubium, solùm quæritur de executione sententiæ, quæ in rem transiuit iudicatam.
1 † Et in hoc primo præsupponendũ est, ꝙ per assignationem dotis, quæ fuit facta domi. Iuliæ, in illam fuit translatum dominium in bonis assignatis, per ea, quę not. Bar. in l. si constante. in 4. parte prin. in 2. q. ff. solut. matri. ubi concludit, ꝙ in dubio videtur esse translatum dominium, per l. dotis fructus. §. fin. ff. de iu. do. & l. 1. ff. pro dote. & sequitur Bal. in l. vbi adhuc. in fi. C. de iure do. cum si. vt tradit Alex. in dicta l. si constante. in prin. & in consilio 39. Super primo dubio. lib. 4. Et hoc stante vr̃ fundata intentio Peregrini depositarij, cui omnia bona dictæ domi
2 næ Iuliæ obligata fuerunt, † & primò in actione personali creditor ex causa depositi aliis præfertur. l. si hominem. §. quoties. ff. deposi. notat. Bal. in consilio 144. Super facto. libr. 1. & cum in tali deposito pecunia numerata. fuerit, recipiens depositum obligatur in genere, nec propter incendium, vel alium casum esset liberatus, quia assumit naturam mutui, & egreditur terminos depositi. l. Lucius. ff. deposit. l. die sponsaliorum. eodem titulo. notat. Bal. in consilio. 345. Præmittendum est lib. 2. & in cons. 362. Viso instrumento. eo. lib. 2. & Ro. in consi. 50. Summarius quæstionis. & in consi. 519. Circa propositam. in prin. & in tali deposito non admittitur compensatio, & paratam habet executionem. l. pen.
3 vbi Bar. C. depo. Similiter & secundo dicto Peregrino † propter obligationem bonorum actio realis hypothecaria cõpetit, quæ etiam contra tertium possessorem dirigitur. l. fundus. §. in vendicatione. ff. de pig. facit tex. in l. pignoris. ff. eo. tit. & in l. pignoris. C. eo. tit. & de hoc agitur in isto casu, in quo opponitur, ꝙ do. Iulia ante obſoñe depositi prius fecerat pactũ de vendẽdo terras sibi assignatas filijs suis post mortem mariti intra octo annos, ut dicitur. Ad hoc responsum fuit, ꝙ talis promissio de vendendo non impedit, quominus dicta bona alienari possint per ea, quæ habentur. in l. 1. ff. de act. empt. ad hoc allego tex. no. in l. fi. §. Lu-
4 cius. ff. de don. † ubi in fortiori casu dicitur, ꝙ ille, qui rem donauit, ante traditionem illam alteri obligare potest: & no. Bart. in l. 1. C. de iu. fisc. lib. 10. post gl. ibi in uerbo, perfectam. & rationem ibi adducit, quia donator ante traditionem remanet dominus, & ideo potest illam obligare: alleg. dictam. l. fi. § Lucius. & ad idẽ facit tex. in l. quoties. C. de rei ven. ubi res vendita primò vni, si ante traditionem alteri secundò vendatur, in secundum emptorem dominium transfertur: unde si donatio, & venditio ante traditionem rei non impedit obligationem, multominus pactum de uendendo impedire non debet. & ita responsio data aliis confirmatur. Vlterius tamẽ contra prędictam oppositionem replicatur efficaciter duobus moddis. Primò, quòd in illo pacto de vẽdendo, quod depositum precessit, bona fuerunt obligata pro obseruatione illius pacti, vt patet in instrumento: unde ille, cui postea venditio facta fuit, videtur potior ratione prioris hypothecę. l. si fundum. l. licet. C. qui pot. in pign. hab. Secũdo responsio dicta impugnatur virtute statuti Parmensis, quo cauetur, ꝙ qui promisit aliqui vendere aliquam rem ad terminum, nõ possit illam vendere, uel alienare alteri illo termino durante: unde
5 † prohibita alienatione etiam videtur prohibita hypotheca. l. fi. C. de reb. alie. non alien. & in istis duabus replicationib. consistit difficultas huius consultationis. Quantum ad statutum, de quo vltimo loco dictum fuit, sufficienter responsum videtur, quòd in statuto, quòd strictè intelligitur, prohibita alienatione nõ videtur hypotheca prohiberi, ut no. Ang. in l. benignius. ff. de legi. & idem Bal. in d. l. fin. in princ. vbi inquit. quòd propriè loquendo non est vera alienatio, & propriã, nisi vbi transfertur domi-
6 nium, & ideo infert, quòd in statutis, quæ restringi debent, nomine alienationis non continetur pignus. & reperio, quòd hoc tenet, & probat efficaciter Aretin. in consil. 125. Eximie domine collateralis. & Socin. in consilio. 75. Circa præsentem. & dicit Bald. in capitulo primo. §. aut si liuellario. in fi. q̃uib. mod. feud. amitt. quòd obligatio bonorum improprijssimè dicitur alienatio: & merito non videtur habere locum in statuto, vt dictum est. & tex. in d. l. fin. procedit, prout loquitur, inspecto iure communi: & ita illum textum declarat Are. in consi. 14. Viso, & diligenter considerato. Nec obstat, quòd mediante obligatione de-
7 uenitur ad alienationem, vnde prohibito † fine videntur prohibita media, quæ tendunt ad finem. l. oratio. ff. de sponsa. quia illa
a regula non habet locum in statutis, [a] vt in no. q̃o. tradit Bal. in l. pen. §. dotem. in fin. ff. ne quis eum. & in l. 1. in ver. & per hoc determinatur. C. si rec. prouin. & Alex. in consili. 103. Consideratis
8 verbis instrumenti. lib. 2. & † in statuto contra ius commune nõ fit extensio de similibus. ad simil a, ut tradit Alexand. in consi. 76. Visis dilationibus. lib. 5. Nec obstat, si dicatur, quòd dicta bona, quæ domi. Iulia promiserat vendere, erant prohibita alienari ꝑ statutum, ergo non uidentur comprehensa in generali obligatio
9 ne facta pro deposito: quia † bona prohibita alienari non ueniũt in generali obligatione, ut not. Bar. in l. codicillis. §. institutus. de leg. 3. in l. 1. vbi Bal. C. quæ res pign. obli. poss. cum simil. vt tradit Alex. in consi. 16. Viso dicto themate. lib. 2. nam responderi potest, ꝙ dictum Bar. in d. §. instituto. videtur procedere inspecto iure communi, a quo sicut prohibetur alienatio, pariter etiam obligatio prohibita videtur. d. l. fin C. de reb. alie. sed in casu nostro in statuto non est prohibita obligatio, vt supra dictum est, meritò talia bona etiã in generali obligatione comprehenduntur, q̃a in tali obligatione nulla est prohibitio. Sed maior difficultas videtur in respondendo ad primum de priori obligatione, q̃ reperitur in dicto pacto de uendendo. & pro responsione vltra ea, quæ ab aliis dicta sunt, considerandum est, quòd facta venditione per do. Iuliam, vt præsupponitur, ipsa vendendo simplici-
10 ter, prout promisit, videtur obligationi suæ satisfecisse: † quia ille, qui tenetur vendere ex dispositione testatoris, vendendo simpliciter liberatus intelligitur à præcepto testatoris. l. in numera-
11 tionibus. in fi. ff de sol. nam † qui promittit vendere, ad factũ est obligatus. l. consilio circa fin. ff. de cura. fur. & solo illo implemẽto facti liberatus videtur, vt in simili no. Bar. in l. pen. §. fi. in fi. ff. de acquir. poss. ibi, dum inquit, sola facti traditione liberatur. & in simili idem concludit Bald. in l. 1. versi. 4. quæro. C. de his, quæ pœ. no. De præcepto facto hæredi, ꝙ debeat compromittere: nam statim, ꝙ fecit hæres cõpromissum, liberatus est, licet illud compromissum effectum non habuerit, & dicit hoc procedere
b in verbis prolatis ab homine: [b] allegat d. l. in numerationibus. in fin. quam etiam in simili quæsti . alleg. Bald. in l. fi. circa fi. C. de pact. inter emp. & no. Bar. in l. si fideiussor. §. meminisse. de legat. 1. cum sim. vt ibi tradit Alex. cum ergo do. Iulia impleuerit, q̃d promisit, sublata est illa obligatio, quæ ab ea facta fuit pro ob-
12 seruatione pacti, quia † solutione debiti principalis tollitur hypothecaria. l. Paulus. §. qui pignoris. ff. qui potiores. Vltimò aduertendum est ad illud statutum, quo cauetur, quòd qui promisit alicui vendere aliquam rem non possit illam vendere, vel alienare alteri: nam illud statutum intelligendum videtur in illo, qui rem suam propriam vendere promisit. quo casu tollitur rigor. l. quoties. C. de rei vend. & non agitur de præiudicio alterius, cum sit absolutè res promittentis: secus videtur in casu isto, in quo
13 do. Iulia promisit vendere res † assignatas sibi pro dote, in quib. maritus durante matrimonio habet dominium. l. in rebus. C. de iu. dot. no. in l. doce ancillam. C. de rei vend. vbi Bart. & pro isto intellectu facit illud statutum, dum inquit, ꝙ ille, qui promisit
14 rem vendere, non possit illam alienare: vnde dum † prohibet alienationem, prohibet translationem dominij. l. 1. C. de fun. dota. ca. nulli. de rebus eccl. non alien. & talis prohibitio alienationis præsupponere videtur illum, qui prohibetur habere dominium, quia alienatio est priuatio dñij, quæ præsupponit habitũ. l. decem.

ADDITIONES.

a ¶ Statutis.] Idem franc. Rip. in suo confusaneo trac. de peste.
b ¶ Homine.] Differenter ad testamenta, & malè dicendum non esse in hoc statuendam differentiam inter contractus, & vltimas voluntates, Sed inspicienda ratio materiæ subiectæ, & quid expressè, vel tacitè actum sit. aut ergo implementum, de quo quæritur, est promptum, seu mera exequutio actus promissi, uel in obligationem deducti, & tunc non liberatur solo contractu, nisi impleat, quia illa verba cum effectu debent intelligi, & q̃d mens disponentis hunc immediatum effectum includat, sensus ipse communis ostendit. aut vero quæritur de implemento, vel effectu remotiori, qui non potest immediatè ex mera exequutione actus deduci in dispositione, sed requiritur alia noua dispositio, tunc vera sit opinio Bart. vt si quis promittat, vel testamẽto grauetur compromittere. Quam primum enim valide compromisit, liberatus est ea priori obligatione. nec proprie tenetˀ parere sententiæ ex testamento, vel priori promissioni, sed ex compromisso. sententia. enim arbitrorum non est nuda exequutio compromissi, quia compromissum non continet tenorem futuræ sententiæ, sed est principalis dispositio per se, semper tamen remanent quædam reliquiæ dispositionis prioris, & sic in effectu vera est opinio negatiua, nisi in implemento remoto quod nõ venit nisi per aliam nouam dispositionem, vt latius dixi in tracta. diuidui & indiuidui.

l.decem.§.decem de ver.o b.l.ma numissiones.ff.de iust.& iure. & ratio videtur manifesta, quia in eo, qui sit dominus, & habet facultatem implendi quod promisit, videtur quædam perfidia, si non implet quod promisit. & ideo videmus, ꝙ venditor, qui habet facultatem rei tradendæ, tenetur præcisè tradere, ut no. per gl. in §. *pretium. insti. de contrah. emp. & * *communiter* approbatur, ut tradit Alexan. in l. certi condictio. in prin. ff. si cert. pe. & in l. stipulationes non diuiduntur. de verb. obl. & ratio ista cessat in re, quæ absolutè non sit propria, & in qua agatur de interesse alterius. voluissem tamen videre verba statuti, quę non vidi, nisi prout relata fuerũt: & si diceremus illã obligationem de vendẽdo factam per domi. Iuliam nullam a principio fuisse, nõ potuisset ratificari per maritum ita ꝙ actus confirmetur a tempore, quo nulliter factus fuit sed actus nullus bene potest ratificari, ita ꝙ ex nunc valeat tẽpore ratificationis, ut no. tradit Bar in l. obseruare. de off. procõs. & sequitur Alex. in consilio. 88. Viso. lib. 5. & no. Pet. de Ancha. in silio. 123. Vnus ex procuratoribus. Aret. in consi. 127. Eximie domine. & tali casu obligatio bonorum facta ex causa depositi ante ratificationem præualeret, & ista in casu proposito breuiter occurrunt.

EPITOME Consi. CCCCCCXLVI.

Titius filios, filias, & matrẽ suam hæredes instituit, eisque sine filiis, & ab intestato decedentibus substituit C. & B. Sanè conditio sine filiis respicit filios & filias institutos: Conditio autem ab intestato matri adaptatur. Vnde illis conditionibus sic purificatis substitutio in persona C. & S. locum habet.

SVMMARIVM.

1 *Manifestus sensus testatoris aliam verborum interpretationem non requirit.*
2 *Verbum, similiter, denotat similitudinem ad præcedentia. 3.*
4 *Ex secundo matrimonio infertur iniuria filiis primi matrimonii.*

IN casu proposito, licèt accuratè, & subtiliter scriptum sit a præclarissimis doctoribus, & aduocatis primariis inclitę ciuitatis Brixię, res tamen non paruam difficultatẽ habere vr̃, considerando hoc modo in fauorem substitutorum: nam si verba substitutionis de se simpliciter considerentur, vtraq; conditio substitutionis verificata est: quia testator a decessit sine filiis masculis, vel filiabus, & domina Margareta mater instituta decessit ab intestato, ergo vr̃ habere locum substitutio, ut verba apertè sonant, à quibus in dubio non est recedendum. l. non aliter. de leg. 3. & cum in casu isto
1 † videatur manifestus sensus testatoris, alia verborum interpretatio non requiritur. l. 3. C. de libe. præt. Non obstant fundamenta facta a dominis Consultoribus, quia videntur extorquere verba testatoris, & de facili euitari possunt, unde primò non obstat, dũ
2 † ponderatur verbum, similiter. quod denotat similitudinem ad præcedentia. l. Clemens patronus. in prin. ff. de hære. instituen. in cap. cum tu. de testib. cum simi. ut Soci. tradit. in consi. 281. In causa Bern. & idem no Bal. in Gallus § nunc de l. Velleia per illũ tex. in verbo, similiter. & ex hoc infertur, ꝙ sicut facta fuit substitutio, si testator decesserit sine filiis, pariter idem videtur dicẽdum in domina Margareta, cui fuit facta substitutio similiter. Sed certè istud primum fundamẽtum, quod prima facie videtur applaudere, rectè cogitanti parum facit, & considerandum est, ꝙ verbũ illud, similiter. habet relationem ad substitutos, qui vocati sunt sub duplici conditione. Prima si testator decesserit sine filiis & similiter si ipsa do. Margareta decesserit ab intestato: ista † dictio, similiter. post copulam exponi debet, acsi dicat, sicut in superiori casu vt not. per gloss. per illum text. in l. 1. §. sed & si quis. el. 1. in verbo, similiter. de lati. li. tol. & ut dixi, ista similitudo respicit substitutos, qui excluduntur, si altera ex dictis conditionibus deficiat, non autem consonat, ut similitudo consideretur respectu conditionis liberorum, ut illa in persona dom. Margaretæ repetita videatur, quia apparet euidenter istam nõ fuisse mentẽ testatoris, qui in persona eius conditionem liberorum apposuit, & in persona matris institutæ conditionem inseruit, si ab intestato decederet: vnde cum in matre sit specialiter apposita specialis conditio, si ab intestato decesserit, non vr̃, ꝙ conditio liberorum in matre repetita intelligatur. ar. eius, quod no. Bar. in l. talis scriptura. ff. de leg. 1. & Bald. in l. 1. C. de legi. her no. in c. cum dilecti. de don. Confirmatur ista intelligentia, quia filius testator, qui matre hæredem instituit, verisimiliter non cogitauit, ꝙ mater deberet transire ad secunda vota, & ideò in matre solam illam conditionem apposuit, si ab intestato decederet. & de liberis nihil dixit, quia non cogitauit, quod mater ab eo instituta transiret
4 ad secunda vota in eius iniuriam: † quia ex secũdo matrimonio infertur iniuria filiis primi matrimonij. §. qñ omnibus. in Auth. de non elig. secun. nub. & in §. soluto. in Auth. de nup. not. Ro. in consi. 219. Ex themate. & ex his patet primum fundamentũ non procedere. Secundò principaliter aliud fundamentum adducit a do. Consultorib. ponderando verba pluralis numeri, dum dr̃, ꝙ substituti succedant ipsi testatori, & prædictę do. Margaretæ sic decedentibus sine filiis, & ab intestato, cum. n. ponat expresse illas conditiones copulatiuè ẽt in persona do. Margaretæ, non vr̃ dubitandum, quin illa conditio liberorum ẽt in ipsa do. Margareta apposita videatur: quia illa verba, sic decedentibus. pluralis numeri posita sunt, vt verificentur in pluribus, iuxta l. ubi numerus. in fi. ff. de test. & de necessitate dicendum est, ꝙ conditio liberorũ ẽt ad do. Marg. referatur. & idem ẽt inferius dr̃, ipsius do. testatoris, & do. Marg. sic decedentium sine filiis masculis, uel filiabus. & sic illa verba pluralis numeri, decedentibus, & decedentiũ. videntur pluralitatem personarum requirere, quibus dicta conditio liberorum apposita sit; ergo necessarium vr̃ ꝙ etiã in d. do. Margareta conditio prædicta liberorum intelligatur. facit quod not. Bar. in l. fi. per illum. tex. ff. ad Treb. & hoc ꝓ secundo clarissimo fundamento do. Consultores latius deducunt: sed si bene consideretur, hoc fundamentum de verbis pluralis numeri in casu isto nihil facit. Hoc. n. fundamentum bene procederet, si fuisset dictũ simpliciter, cis sic decedentibus sine filiis, & si conditio filiorum tantum expressa fuisset, tunc haberet locum ratio superius allegata, ut numerus pluralis possit verificari etiam in do. Margareta, conditio filiorum deberet intelligi, & tali casu rationes, & iura allegata a do. Consultoribus bene procederẽt. Sed in casu isto duæ conditiones exprimũtur, dum dr̃, sic decedentibus sine filiis, & ab intestato. ut s̃. quo casu numerus pluralis verificatur in dictis testatore, & domina Mar. vt supra, referẽdo singula singulis ut no. per glo. in l. fin. vbi Ang. C. de fideic. in l. 1. §. si autẽ quis sub conditione. in verbo, fortuna. C. de cad. tol. in l. generaliter. in prin. in verbo, non expectata. C. de reb. cre. cum si hoc modo declarando, sic decedentibus sine filiis, quò ad testatorem, & ab intestato quo ad matrem, ut s̃. dictum fuit, & hoc modo numerus pluralis verificatur. & vr̃ ista vera declaratio, nec vr̃, quòd aliter cũ sano intellectu dici possit, & ideo intentio substitutorum fundata mihi videtur.

ADDITIO.

a ¶ Testator.) qui filios, filias, & matrem suam hæredes instituit, eisque sine filiis, & ab intestato decedentibus substituit.

EPITO. Consi. CCCCCCXLVII.

Valet statutum, quòd in uenditione agnati, uel consortes præferantur.

SVMMARIVM.

1 *Ius recuperandi quando acquiratur absenti agnato, vel consorti.*
2 *Relatum est in referente.*
3 *Relatio videtur facta cum omnibus qualitatibus suis.*
4 *Diuisio præsupponit communionem.*
5 *Testis de auditu non probat.*
6 *Testis de credulitate non probat, nec ei adhibetur fides.*
7 *Probationes omnes sunt arbitrariæ.*

REquisitus à spectabili uiro benedicto de Syluestris honorãdo potestate Peciolis, in causa, quæ coram eo agitatur inter Aloisium Nannis Cerbonis agentem, ut in libello continetur, & Franciscum Petri Signorini se defendentẽ, ut dicam, quæ sint eius partes in pronuntiando, agam paucis, quia res satis clara uidetur, secundum ea, quæ proponuntur more Scæuolæ Iureconsulti. & uisis omnibus, & consideratis, quæ in processu agitato cõtinentur, arbitror, & cõcludo partes domini Potestatis esse in ꝓnuntiando in fauorem Aloisij agentis condẽnando dictum Franciscum reum in petitis. & ista conclusio fundatur in statuto Florentino, quod intentatum fuit, & hoc uigore statuti dictæ terræ Peciolis in libro statutorum char. xxx. quo cautum est, ꝙ ubi desiciunt statuta dictæ terræ, recurratur ad statuta Florẽtina, & in statuto Florẽtino disponit in ru. de ꝓhibita alienatione rei cõis irregsito ꝯsorte, ꝙ res cõis alienari nõ possit, nisi certa forma adhibita, quæ in casu isto seruata nõ fuit: & ideo alienatio ipso iure fuit nulla, ut expresè statutũ dicit, & meritò uigore dicti statuti dictus Aloisius recuperare põt rem cõem uenditam ab Oliuerio suo consorte dicto Francisco Petri Signorini, ut in statuto habetur, nã de ualiditate dicti statuti Florentini non est dubitandũ, ut no. Bal. in l. dudũ. C. de contrah. emp. per illũ tex. & in c. constitutus. de in integ. rest. vbi Abb. in 7. not. & idem no. Bald. in l. j. in j.
1 no. C. commu. diuid. Et † tali casu ius recuperandi acquiritur ẽt absen-

a absenti [a] agnato, vel consorti, ut no. Bald. in rub. res inter alios acta. in uersic. nota, quòd ex consuetudine. & dixi in consi. 88. in princi. & quod disponitur in statuto Florentino, reputatur dispositum in statuto dictæ terræ Peciolis referente se ad statuta
2 Florentina:† quia relatum est in referente. l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iud. l. asse toto. ff. de hære. insti. l. institutio talis. ff. de condi. instit. l. si ita scripsero. ff. de condi. & dem.† & relatio videtur
3 facta cum omnibus qualitatibus suis, vt no. Bar. in l. j. ff. de recep. in l. 1. §. fi. ff. si fam. fur. fecisse dicatur. in l. si quis seruum. §. fin. in versic. sed quæro, testator. ff. de lega. 2. & tradit Ro. in consi. 301. In proposita consultatione. facit quod not. Barto. in l. nihil. ff. de de coniungen. cum eman. lib. in fin. & dicit magistraliter Bald. in consi. 338. Ea, quæ veniunt per modum declarationis. lib. 2. vulgaris est doctrina, quod quicquid continetur in termino, ad quem facta est relatio, continetur in termino referente saltem implicite: & qui explicat, nihil noui facit. l. adeò. §. cum quis. ff. de acqui. re. dom. & dicit ibi Bal. quod illud, quod intelligitur per relationem ad aliud verè, & propriè intelligitur, quia ex continuatione duarum scripturarum resultat verè certum, & dicit, quod natura relationis est natura veritatis patentis ex cõiunctione scripturarum. & ideo ex coniunctione statuti Peciolis referentis se ad statuta Florentina habetur clara decisio huius quæstionis, quia res communis uendita non seruata forma statuti recuperari potest a cõsorte, ut in statuto Florentino disponitur. Nec ob. quòd pro parte dicti Francisci emptoris allegatur, quod res, de qua agitur, esset diuisa, & non communis, prout statutum loquitur: sed in hoc intentio dicti Francisci probata non fuit, sed bene constare vr, quod res esset communis, prout statutum loquitur. nam cum dictus Franciscus in capitulis ab eo productis dicat factam fuisse diui-
4 sionem, vr fateri rem fuisse communem, quia † diuisio præsupponit communionem. l. magis puto. §. fi. cum l. seq. ff. de reb. eor. & diuisio probata non fuit a testibus, qui inducũtur. Primus enim testis dicit se audiuisse a dictis Oliuerio, & Aloisio repertis in itinere, quòd ibant ad diuidendum, ista uerba nihil probant de di-
5 uisione duplici ratione.† Prima, quia testis de auditu non probat, ut not. in l. testium. C. de testi. Secunda, quia licèt irent ad diuidendum, non sequitur, quòd diuisio facta fuerit: quia non sufficit præparationem probare, & tractatum absque conclusione, ut not. Bald. in l. cum allegas. C. de usur. in l. multùm interest. C. si quis alte. uel sibi. in cap. fin. de iur. cal. Nam tota uis in conclusio-
6 ne consistit. l. si uoluntate. ubi Bald. C. de rescin. vend.† Secundus testis etiam non probat, quia dicit de credulitate, ibi, quòd credit, quòd ibi essent pro diuidendo. quo casu testis de credulitate non probat, ut not. in d. l. testium. Inno. & doct. in c. quoties. de testib. & tertius testis etiam ipse deponit de auditu: ibi, audiuit dicere. & idem quartus testis ibi, quòd pluries audiuit dicere. & idem quintus, ibi, audiuit dicere. & licèt aliqui dicant uidisse terminos, non probant, quia non dicunt se uidisse constituere terminos respectu diuisionis factæ inter dictas partes. & dicendo simpliciter uidisse terminos, uidentur ita iudicare, unde non probant, ut not. Bartol. in l. qui testamento. §. fina. ff. de testamen. & quia dicunt de credulitate, vnde non probant, ut supra dictum est. Et sic patet, quòd prædicti testes non probant diuisionem. & de communione apparet ex diuisione allegata ab ipso Frãcisco, quæ præsupponit communionem. d. l. magis puto. §. fin. & quia ipse Franciscus reus conuentus conduxit dicta bona a prædictis pro indiuiso, ut ponit in tertio capitulo, & pars aduersa credit, prout in locatione continetur, & confessio de credulitate æqualiter præiudicat, sicut de veritate, vt per gl. fi. in c. ex literis. de iureiur. & quia dicta bona relicta fuerunt simul dictis Oliuerio, & Aloisio in testamento ser Bartholomæi eorum fratris, ut patet in testamento producto, & testes inducti pro dicto Aloisio hoc bene probant. Ex quibus omnibus iudex induci potest, & debet
7 ad credẽdum dictam rem esse communem: quia † probationes omnes sunt arbitrariæ, ut no. Pau. de Cast. in l. admonendi. de iureiuran. per l. 3. §. 1. ff. de testibus. & idem dicit Anto. de But. in c. ex literis. de probationib. in 6. no. Et ex omnibus supra dictis conclusio supra facta iustificatur.

ADDITIO.

a ¶ Absenti.) Etiam infanti, qui etiam sine spe restitutionis excluditur, quia beneficium statuti datur sub conditione, uel limitatione ueniendi infra tẽpus, quasi actio popularis familię, ut dixi in consue. Paris. §. 172.

EPITOME Consi. CCCCCCXLVIII.

Victorius vendit prædium Syluestri precio æstimando per duos eligendos, remanet tamen uenditor in possessione dicti prædij, sed respondet emptori de fructibus, pro quibus soluit pensionem. Deinde S. uendit ipsum prædium Andreæ pretio 60. Florenorum cũ pacto de retrouendendo. Certè non ob stantibus oppositionibus, quæ fiunt, fundatis in simulatione contractus Victorius tenetur facere venditionem dicti prædii A. subrogati in locum S. prout ei promissum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Venditio facta pro pretio æstimãdo per duos homines eligendos est approbata de iure.*
2 *Commissum arbitrio boni viri est certum, purum, & non conditionale.*
3 *Pactum de retrouendendo de se non inducit præsumptionem simulationis.*
4 *Venditor quando respondet emptori de fructibus facit cessare præsumptionem fraudis.*
5 *Vbi constat de veritate actuum, præsumptio simulationis excluditur.*
6 *Qui dicit contractum simulatum, debet exprimere, & probare speciem simulationis.*


PRo resolutione eorum, quæ contra Andream opponuntur, primo cõsiderandum est, quod in primo contractu venditionis rei, de qua agitur, celebrato inter Victorium Laurentii venditorem, & Ioannẽ Gasparis de Syluestris primum emptorem,
1 † fuit facta venditio pro pretio ęstimando per duos homines eligendos. & iste modus contrahendi videtur approbatus de iure, ut tradit Io. de Ana. in consi. 19. Visis instrumentis, & cõpromisso. ubi inquit, quod pretium est certum eo ipso, quod declaratio pretii est cõmissa arbitrio alicuius, & intelligitur arbitrio boni uiri. l. hæc uenditio. in fi. ff. de contrah. emp. l. fi. C. eo. ti. in §. pretium. institu. de contrahen.
2 emp. & dicit,† quod illud, quod est cõmissum arbitrio boni uiri, est certum, purum, & nõ conditionale. Secundo dictus Ioannes de Syluestris primus emptor uendidit dictum prædium Andreæ Simonis pro pretio florenorũ 60. unde opponitur de modicitate pretii, & de pacto de retrouendendo, ex quibus arguitur contractus simulatus. Sed respondetur, quod iste Ioannes uenditor, qui uendidit dicto Andreæ, noluit teneri nisi pro suo dato, & facto, ut patet in dicto instrumento: quo casu res uendita uidetur esse longe minoris pretii: arg. l. fundi partem. ff. de contrah. emp. no. in c. cum Io. de fi. instr. ubi Abb. in 5. not. & idem no. Abb. in c. cũ. aliquibus. de dec. in 2. no. & quia res dr minoris pretii propter illud onus retrouendendi, ut no. Abb. in c. ad nostram. de emp. & uend. & propter istas quali-
3 tates non vr esse hic modicitas pretii,† & pactum de retrouendendo de se non inducit præsumptionem simulationis. l. 2. C. de pac. inter emp. & uen. not. Abb. in d. c. ad nostram. in uersi. primus casus est. Bal. in consi. 312. Secundũ ea, quæ proponuntur. in prin. lib. 1. Alex. in consi. 132. Ponderatis his. lib. 6. Et ulterius considerandum est, quod iste Andreas secundus emptor vr subrogatus in loco primi emptoris Victorii, qui habebat potestatẽ recuperandi dictum prædiũ a primo emptore: & cum consensu dicti Victorii secunda uenditio facta sit, vr ipse Victorius redemisse per aliũ, ut in regula, potest quis. de reg. iur. in 6. facit tex. in l. cum quis. ff. de reg. iur. & in l. sicut. §. si uoluntate. ff. quib. mod. pig. uel hyp. & finaliter dictus And. promisit illud, quod s. in primo contractu dictum fuit, quod pretium deberet taxari per duos homines eligendos, ut in primo contractu dictum fuit: & in tali contractu nulla suspicio simulationis considerari põt, ex quo pretium arbitrio boni viri debet taxari: & quia etiã pactum de retrouendendo cum modicitate pretii non probat contractum simulatum secundum magis * cõem
* opin. quam late comprobat Barth. Vero. in trac. simulationum contractuum. & idem Alex. in cons. 109. Viso processu. lib. 4. ubi attestatur istam esse magis cõmunem opi. & idem Alex. in consi. 120. Sine disputatione. eo. lib. 4. & secundum istam partẽ latè cõsuluit Soci. in consi. 248. Nunquid ex duabus præsumptionibus. cum si. ut dixi in cons. 308. In casu ad nos transmisso. ista tñ disputatio non cadit hic, quia secundum ea, quæ hic concurrunt, non uidetur hic esse modicitas pretii, ut colligitur ex s. dictis: & quia non fuit facta uenditio, secundum quod designati sunt fines, sed solum pro vna parte, in qua non vr modicitas pretii attentis qualitatibus s. dictis. Non ob. quod uenditor primus Victorius remansit in possessione, quo casu insurgit pręsumptio simulationis, ut no. in l. sicut. in §. superuacuum. ff. quib. mo. pig. uel hypo. sol. quia in isto casu venditor soluit pensionem emptori, quo casu purgatur illa præsumptio simulationis, ut no. per Bar. in d. §. superuacuum. circa fi.
4 ubi dicit,† quod quando uenditor respõdet emptori de fructib. hoc facit cessare præsumptionem fraudis, arg. l. litib. C. de agr. & cen. lib. 11. & no. Abb. in consi. 49. Videtur primo ex prædictis. in fi. lib. 1. ubi hoc dicit in pensione soluta per uenditorẽ, prout fuit in isto casu. Secundo Abb. in d. consi. in fi rñdet, quod in d. §. superuacuum. non constabat uenditionem factam fuisse, ideo ille, qui dicit se uendidisse, ex quo reperitur in possessione, non præsumitur uendidisse,

ADDITIO.

a ¶ Minoris.) De hoc, & quantum dicendum, vt scripsi in tract. vsura. nu. 127. 120. 267. & 397.

disse, secus vr̄ in isto casu, in quo apparet de vēditione per instru-
5 † mentum publicum. Postremo in casu isto considerandum est,
quod vbi cōstat de veritate actuū, præsumptio simulationis ex-
cluditur, vt Bal. dicit per illum tex. in l. et qui. in fi. C. de distra. pig.
6 † nā ille, qui dicit ꝯtractum simulatū, debet exprimere, & probare
speciem simulationis, vt dicit Bar. in cōsi. 65. Pet. Nicolæ. Bal. in l.
ab Anastasio. in fi. C. mā. Pet. de An. in cō. 228. aliàs 226. Ad cor-
roborationem. cum si. vt tradit Alex. in consi. 111. Viso superio-
ri themate. & in cons. 28. In cā. & lite. lib. v. sed hic non vr̄ cōstare
de veritate actuū quantū ad Andream actorē, qui pp vicinitatē
fundi appetebat illud prædium terræ ēt vltra iustā æstimationē
acquirere, ut dicit tex. in l. si cui fundus. ff. de leg. 2. in fi. ibi, sæpe.
enim cofines fundos, esset vltra iustam æstimationē interest no-
stra acquirere. & in hoc nulla fraus, nec simulatio considerari
pōt, quia ipse Andreas ex tali ꝯtractū nullum commodum habuit,
sed potius damnū, quia exposuit 40 florenos, vt induceret illos
ad vendendum sibi pro pretio æstimādo, & sic iusto ptio, in quo
dicti 40 floreni deberent computari: & ideo videtur, quod di-
ctus Victorius teneatur facere venditionem dicto Andreæ,
prout promisit.

EPITOME Consil. CCCCCCXLIX.

Respub. Ianuensis concessit communitati Vesani ius percipien-
di pedagium in eius territorio; quod & fecit longissimo tem-
pore, tamen ab eis denegatur vectigal, per quæ intrant Spe-
diam. Respon. intentionem Vesanensium bene fundatam es-
se in dicto pedagio, quod solui debet pro mercibus, quæ Spe-
diam vehuntur.

SVMMARIVM.

1 *Pedagia acquiruntur ex priuilegio, vel consuetudine, seu præscriptione, licèt sint principi reseruata.*
2 *Quod potest concedi per priuilegium, potest etiam consuetudine introduci.*
3 *Ciuitas Ianuæ superiorem non recognoscit, & de illa debet, sicut de principe iudicari.*
4 *Vectigalia noua decreto ciuitatis constitui non possunt.*
5 *Verba generalia generaliter intelliguntur. 9.*
6 *In materia etiam odiosa lata debet fieri interpretatio, quatenus proprietas verborum videtur requirere.*
7 *Consuetudo in omnibus vectigalibus attenditur.*
8 *Statutum non receptum in vsum attendi non debet.*
10 *Testes non interrogati in probando negatiuam rationem reddere debent.*
11 *Testes singulares non probant, sed se debilitant. 12.*
13 *Testibus duobus affirmantibus magis creditur, quam decem negantibus.*
14 *Negatiua simplex probari non potest.*
15 *Testis, qui meram negatiuam attestatur, redditur suspectus de falsitate.*
6 *Territorium à terrendo dicitur, & districtus a distringendo.*
17 *Quis vbicunque habet potestatem terrendi, seu distringendi totum illud dicitur de territorio, seu districtu.*
18 *Confirmans actum nullum videtur dare.*
19 *Confirmatio geminata, & pluries facta habet vim clausulæ, ex certa scientia.*

PRocedendo breuiter, prout Consultorē de-
cet, videndum est de duobus.
Primò, an intentio communitatis Vezani fundata sit
in pedagijs, de quibus agitur, & dato, quod sic, an impu
gnari videatur ex his, quæ in contrarium adducuntur. Circa pri-
mum intentio fundata videtur ex capit. in quo dicitur, possit
colligere, & habere collector pedagij communis Vezani tam ci
tra Macram, quam vltra a quacunque persona intrante territo
rium cōmunis Ianuæ, vel exeunte dictū districtū inde per terri-
1 toriū Vezani deferente, seu deferri faciente. † licèt. n. pedagia re-
seruata sint principi in cap. 1. quæ sint reg. in vsi. feud. not. Rom.
in consi. 271. Vis tota. in princ. facit tex. in l. vectigalia. ff. de pub.
inferioribus tamen acquiruntur ex priuilegio, vel consuetudi-
ne, seu præscriptione. c. super quibusdam. §. præterea. de verb.
sign. & no. Bal. in consi. 110. Antiqua quæst. lib. 1. & ibi conclu-
dit, ꝙ sufficit priuilegiū tantū, vel sola consuetudo, vt tenet Cy.
in l. 2. C. no. vect. & idem tradit Old. in cōsi. 172. Oēs ferè. in prīc.
2 vbi inquit, ꝙ illud, ꝙ potest concedi per priuilegium, † potest ēt
consuetudine introduci: facit tex. in c. duo simul. de off. vic. in c.
cū contingat. de fo. comp. & tradit Alex. in consi. 125. Viso ti. q.
in prin. lib. 2. & cum ciuitas Ianuæ vtatur in suo territorio iurib.
summi principis, vt de ciuitate Senarum no. Abb. in consi. 20. Vi
3 detur primò. in prin. † Idem videtur in ciuitate Ianuæ, quæ vt di-
citur, non recognoscit superiorem: vnde de illa debet sicut de
principe iudicari, vt no. Bart. in l. 1. §. de qua re. ff. de postu. in l. in-
famen. in fi. ff. de publ. iud. in l. acta. § de amplianda. ff. de re iud.
idem Abb. in consil. 107. Placet mihi. in prin. lib. 1. Rom. in con.
456. In proposito casu. in prin. cū si. quæ nota sunt: ideo potuit
ciuitas Ianuæ concedere communitati Vezani ius percipiendi
4 pedagia in eius territorio, quamuis † vectigalia noua decreto ci-
uitatis constitui non possint. l. vectigalia. C. noua vec. ille tex. in-
telligitur de ciuitatib. quæ recognoscunt superiorem, vt notat.
Bald. ibi, secus videtur in ciuitate, quæ habet iura pricipis, de qua
in casu isto agitur, & no. Bal. in l. fi. C. de vect. vbi hoc dicit in ma-
gnis ciuitatibus. & talis concessio nō videtur facta communitati
Vezani absque onere, quia propter dicta pedagia communitas
Vezani obligatur tenere territorium suum securum, alias tene-
tur emendare damna illata transeuntibus, vt no. Hosti. in sum. de
censi. in §. ex quibus. in ver. breuiter puto. & Arch. in c. 1. si quis
peregrinos. 33. q. 6. refert Bal. & dicit esse no. in c. 1. §. conuenticu
las. de pac iura. fir. in vlti. no. cū si. vt tradit Cor. in cōsi. 181. Visa
copia consi. in 3. lib. verba ergo concessionis, & priuilegij debent
diligenter perscrutari. c. accepimus. & in c. porrò. de priuileg. Et
quidē verba generalia sunt. ꝙ pedagia exigi possint à collectore
cōmunis tā citra Macrā, quā vltra à quacūq; persona intrāte ter
5 ritoriū Ianuæ &c. † verba. n. generalia generaliter intelliguntur.
l. 1. §. & generaliter. de lega. præstan. etiā ꝙ maior ratio sit in vno
casu, quā in alio. l. 1. §. ꝙ aūt. ff. de alea. in l. in fraudem. in fin. ff. de
6 test. mili. † & in materia etiā odiosa lata debet fieri interpretatio
quatenus ꝓprietas verborū videtur requirere, vt no. Calde. in
consi. 1. in titu. de consang. & affini. vbi hoc dicit in dispensatio-
ne; quæ odiosa est, & in c. 1. & 2 de fil. presby. in 6. & idem in ma-
terias pœnali est text. in l. lege ff. de testa. & ibi ad hoc illum tex.
not. Aret. & ideo in casu isto illa verba, tam citra Macrā, quā vl-
tra à quacūque persona. intelligi debent generaliter, vt verba so
nant: & ex tali concessione, seu priuilegio intentio cōmunitatis
Vezani fundata videt̄, vt etiā inferius dicā. Accedit etiā consue-
tudo, seu præscriptio, quia (vt narratur) isti Vezanenses percepe-
7 runt dicta pedagia longissimo tēpore, † quo casu in omnibus ve
ctigalibus consuetudo attenditur. l. si publicanus. §. fi ff. de publi.
l. licitatio. §. earū. eo. ti. cum si. vt tradit Signoro. in consi. 108. In
quæstio. in 4. dub. vbi hoc modo arguit in pedagijs. & ex tali cō-
suetudine etiā videt̄ fundata intētio cōmunitatis, vt in simili ca-
su tradit Alex. in cōsi. 125. Viso ti. quæstionis. in princ. lib. 2. Idem
Alex. in cōsi. 6. Viso themate. in princip. lib. 1. & in consi. 70. Viso
puncto. li. 4 & idē no. Bal. in consi 65. Ad euidētiā præmittendū
est. & in consi. 110. Antiqua questio est. eodē lib. 1. & in cōsi. 125.
Quæstio vertens inter cōmune. eo. lib 1. vnde ex prædictis videt̄
fundata intentio cōmunitatis Vezani tā ex ꝯsuetudine, quam ex
priuilegio: & ita breuiter primū dubiū absolutū sit Videndū est er
go, an intētio fundata ex s. eictis impugnari videatur ex his, quæ
8 in contrariū opponuntur. Primò. n. obijcitur, † ꝙ statutū s. alle-
gatū nunquā fuit receptum in vsum pro rebus, quæ intrant Spe-
diam, ergo tale statutum attendi non debet, iuxta glo. in ca. 1. de
treu. & pace. not. Bar. in l. fin. §. sed cū antiquitas. in fi. C. de cura.
furio. & in cō. 144. Iudex cōmunis Assisij. Pet. de Ancha. in con.
283. Iure stricto. in prin. Alex. in cons. 132. Visa facti narratione.
lib. 1. cum si. vt congerit Feli. in d. c. 1. Sed respondetur, quod sta
tutum, seu capitulum loquitur generaliter de qualibet persona
intrante terri torium cōmunis Ianuæ, vel exeunte dictum distri-
ctū inde per territoriū Vezani deferente, &c. vt supra relatū fuit.
ex dictis verbis generalibus videt̄ fundata intentio cōmunis Ve-
zani ꝯtra quamlibet personam intrantem, vel exeuntē territo-
riū Ianuæ inde per territoriū Vezani deferentem: vnde cū Spe-
dia sit de territorio Ianuæ, in dicto capitulo locus, & homines
9 Spediæ comprehenduntur, † quia dispositio Generalis generali-
ter intelligitur per ea, quæ superius allegata sunt. Non ob. ꝙ di-
ctum capitulū nō sit ab vsu comprobatum, quia hoc debet ab
aduersa parte probari cum in tali negatiua consistat fundamen-
tum intentionis eius, iuxta not. per Bar. in l. in illa. de verb. obli.
in l. pe. § docere. per illum tex. ff. ne quis eum. Petr. de Ancha. in
consi 254. Super primo quæsito. Domi. in c. 1. in 2. no. per illum
tex. de confes. in 6. cum sim. quæ nota sunt. Est ergo videndum,
an ista negatiua pro parte Spediæ probata sit, discurrendo testes,
qui ab vtraque parte inducti sunt. & certè negatiua non videtur
bene probata a testibus, qui pro communitate Spediæ inducun-
10 tur quia † in probando negatiuam testes etiam non interrogati
rationem reddere debent. ut not. Bal. in l. solam. in fi. C. de testi.
in l. cum hi. §. nihil. ff. de transac. Bart. in cōsi. 102. Charissime dn̄e
& ratio congrua esse dicitur, ꝙ actus fieri nō potuisset, quin ipse
uidisset, ut not. Barto. in l. 1. § hoc interdicto. ff. de itine. actuque
priua. Bal. in d. l. cū hi. §. nihil. Angel. in l. 1. ff. de his, qui sunt sui,
uel alie. iur. & in Auth. de hære. & fal. in §. hinc nobis. Bal. in l. 1.
C. de secū. tab. cū si. ut tradit Alex. testes aūt Spediæ modo præ-
dicto non deponūt, ideo nō probant, solum enim attestant de
seipsis, ꝙ non soluerunt gabellam, & quod gabella nō fuit petita
unde non

vnde non sequitur, ꝙ non deberet solui. & ꝙ peti non potuisset. Et prædicti testes omnes sunt singulares in eorum dictis, quia
11 † quilibet deponit se non soluisse: vnde etiam ex isto capite non probant, quia singulares. in c. bonæ. in c. dilecti. de ele. & in c. licet, causam. de proba. quia de diuersis actibus deponũt, & in eodem actu non sunt contestes: & sic ibi nõ est numerus, ideo tantũ probat unus quantum mille, ut Bal. dicit in l. ut iurisiurandi. in uersic. deinde not. rationem. C. de iureiuran. & ibi dicit, ꝙ plures sansingulares testes minus probant, quàm unus: & idem Bal. in l. de
12 quibus. in uersi. sed nunquid testis. ff. de leg. ubi inquit, † ꝙ in te-
a stibus singularibus unus debilitat [a] dictũ alterius: ideo in tali casu non defertur iuramẽtum in defectum probationis. Testes autem inducti pro cõitate Vezani uidentur bene probare, quia deponunt super affirmatiua, & dicunt, quòd agentes pro uniuersitate Vezani exigunt pedagium ab euntibus, & redeuntibus ab annis uno, duobus, tribus, quatuor, & decẽ in dictis locis, de quibus agitur: & quòd ita est uerum, publicum, & notorium, & publica vox, & fama. ita primus testis dicit, & interrogatus de causa, & ratione dicit se scire per supra dicta: & quia ipse testis dictum pedagium per dicta tempora transeundo per dicta loca eundo Lugdunum versus, & semel etiam eundo Spediam soluisset collectoribus pro dicto communi Vezani, &c. idem secundus testis, idem tertius, quartus, quintus, omnes prædicti concordant cum primo. Et istis testibus de ponẽtibus super affirmatiua magis crẽ-
13 dendum est, † quia plus creditur duobus affirmantibus, quàm decem negantibus, vt not. per glo. in l. diem proferre. §. si plures. in verbo, inde quæritur. ff. de arbi. Et illa glo. in casu isto omnino videtur bene procedere, quia negatiua, de qua agitur, nõ est coar-
14 ctata loco, & tempore: † quo casu simplex negatiua probari nõ potest. cap. quoniam contra. de proba. l. actor. C. de proba. in cap.
15 bonæ. de electio. in c. super hoc de renun. † vnde caueat testis tanquam ab igne, vt non attestetur meram negatiuam, quia redditur suspectus de falsitate: ita dicit Ange. in l. penul. §. docere. ff. ne quis eum. idem not. Bal. in d. l. actor. in l. de die. §. pe. ff. qui satisda. cogan. cum si. & Alex. tradit in consi. 41. Habita super contentis. lib. 2. & in cõsi. 136. In causa & lite. eodem lib. 2. Et ista conclusio in fauorem communitatis Vezani videtur optimè fundata in dicto capitulo, in quo aduertendum est quia videtur solum concedere exactionem pedagii à quacunque persona intrante territorium communis Ianuæ, vel exeunte dictum districtum inde per territorium Vezani deferente. Clarum est autem, ꝙ locus Spe-
16 diæ est de territorio, & de districtu Ianuæ: † nam territorium dicitur a terrendo. l. pupillus. §. territorium. ff. de uerbo. signi. & di-
17 strictus à distrigendo: ideo ubicunque † quis habet potestatem terrendi, seu distringendi, totum illud dicitur de territorio, seu districtu, vt not. Abb. in consil. 20. Videtur primo. lib. 1. & dicit Bald. in rub. quæ sint regalia. ꝙ territorium non est aliud, quàm terrespicium munitum, & armatum iurisdictione cum simili. vt Feli. scribit in ca. Rodulphus. in verbo, territorium. de rescrip. & districtus dicitur territorium adiacens ciuitati in subiectionem vltra fines simul cum ciuitate statutos, ut tradit Are. in consi. 77. Et ratio scribendi. allegat Cy. & Bald. in l. etiam. C. de iure dot. & sic non videtur dubitandum, quòd locus Spediæ dicitur de territorio, & districtu Ianuæ: ergo cõprehenditur in dicto capitulo, seu statuto communitatis Vezani, dum loquitur de intrantibus, vel exeuntibus territorium, seu districtum Ianuæ. & vlterius requiritur, quòd inde per territorium Vezani deferatur. Et his duobus requisitis concurrentibus uerba dicti capituli generalia sunt, & debent generaliter intelligi, ut suprà dixi: & in dicto capitulo principalis consideratio habetur, quòd tangat, & intret territorium Vezanẽsium, & nulla ratio habetur, ꝙ postea uadat, vbicunq; velit post pedagium solutum, & ratio nulla subesse videtur, quòd tale capitulum restringatur, vt non habeat locum in exeuntibus versus Spediam: nam à maioritate rationis esset, dicendum, ꝙ ciuitas Ianuæ exciperetur: & tamen hoc non dicitur, minus ergo videtur de loco Spediæ dicendum. Non obstat, si dicatur dictum capitulum factum fuisse ab hominibus Vezani, qui non habebant potestatem imponendi tali onera, l. uectigalia. l. non solent. C. noua vectigal. quia dictum capitulum sæpius confirmatum fuit a cõmunitate Ianuæ, quo casu dato quòd nullum
18 fuisset, ex tali confirmatione conualidatur, & qui † confirmat actum nullum, uidetur dare, ut no. Bar. in l. & quia. ff. de iurisdict. omnium iudic. in l. priuilegia. C. de sacrosanct. eccle. ubi secundum eum requiritur, quòd confirmatio facta sit ex certa scientia:
b & in dubio [b] præsumitur, quòd facta sit ex certa scientia, ut not. Abb. in cap. examinata. de confirma. utili uel inutili. cum similib.
19 ut dixi in rubr. de confirma. vtili. vel inutili. & cum talis † confirmatio sit geminata, & pluries facta, habet uim clausulæ, ex certa scientia. ut not. per gloss. in cap. t. 1. de constitu. in 6. in capitu. rescripta. 25. quæst. 2. cum similib. ut Feli tradit in capi. si quando. de rescriptis. & hoc etiam confirmatur ex sententia illa arbitrali lata inter dictas partes die prima Martij M. 472. & de hoc non videtur dubitandum. quia pars aduersa in suis capitulis fatetur, quòd Vezanenses sunt soliti exigere pedagia in dictis locis de exitu tantùm, non autem de introitu.

ADDITIONES.

a ¶ Debilitat.] Quando dicta diuersificant, & variant, unde Bal. in rubri. de contro. inuestit. in vsib. feud. & in repetit. l. de quibus. de legib. duplicem tradit singularitatem testium adminiculatiuam, quæ iuuat, & obstatiuam, quę debilitat. Alex. consi. 108. lib. 3. consi. 21. lib. 4. idem Deci. c. licet causam. ubi in annot. dixi, de probat. late Cępol. cautarum ciuil. consi. 3. nu. 5. ubi ponit triplicem.

b ¶ Dubio.) Imò in dubio præsumitur in forma communi per ea, quę dixi in consuetu. Parisi. §. 5. ad fin.

EPITOME Consi. CCCCCCLVIII.

Charitas Nouariæ petit quosdam suos emphyteutas declarari in commissum cecidisse ob canonem nõ solutum. Probant ipsi per tres testes soluisse canonẽ debitum tribus annis proximè elapsis. Replicatur testes esse singulares, & concludenter non deponere, præsertim hac in causa, quæ pia est. Respon. Dec. cum probationes sint arbitrariæ, & agatur de pœna extorquenda, iuramentum in supplementum deferendum esse reis, qui ideo absoluendi sunt ab imperitis, & in eos conclusis.

SUMMARIUM.

1 *Aliquid an sit plenè probatum ex mero iudicis arbitrio, pendet.*
2 *Testes licèt plenè probent, potest tamen iudex, si sibi videtur, non eis adhibere fidem, vel contra 3.*
4 *Iudex ad vnam probationis speciem animum applicare non debet.*
5 *Pœna vt tollatur, & euitetur, leuiores probationes sufficiunt.*
6 *Scriptura propria probat contra proprium scribentem.*
7 *Exemplum probat contra illum, qui exemplum dedit.*
8 *In dubio interpretatio fieri debet, quòd testes sint concordes.*
9 *Testis vnus solus plenam facit probationem, quando deponit de facto proprio ad vtilitatem alterius.*
10 *Testes singulares de diuersis actibus attestantibus non probant.*
11 *Testes singulares recipiuntur in probando aliquid in genere.*
12 *Quis si sciente, & patiente superiore exercet officium, ad quod deputatus non fuit, valent gesta per eum.*
13 *Causa qualibet etiam iniusta excusat à pœna.*
14 *Contrariorum eadem est disciplina, quando eadem est ratio in vtroque.*
15 *Probata solutione pensionis facta tribus annis continuis fundata est intentio eius, qui dicit præteritorum annorum factam solutionem fuisse.*
16 *Solutio census, vel canonis facta per alium tertium etiam proprio eius nomine prodest vero emphyteutæ.*


IN causa vt uulgo dicit, Charitatis Nouariæ, cuius nomine agitur ad pœnam caducitatis prætextu pensionis non solutæ, considerandũ est, ꝙ tota materia probationis arbitrio iudicis com-
1 missa est: unde † an aliquid sit plenè probatum, ex mero iudicis arbitrio pendet, ut no. Pau. de Cast. in l. admonendi. ff. de iureiur. per l. 3. §. 1. ff. de testib. & idem dicit Anto. de But. in c. ex literis. in 6. no. de proba. Bald. in l. fin. in princ. C. com. uel epis. & ideo dicit
2 Bart. in l. Lucius. ff. de his, qui not. infa. † ꝙ licèt testes plenè probent, potest tamen iudex, si sibi uidebitur, non adhibere fidem: alleg. d. l. 3. §. 1. in d. uer. tu magis. & no. Imo. in l. qui testamento.
3 §. 1. ff. de testa. † & pari ratione econtrà si testes non clarè probarent, uidetur, ꝙ iudex ex coniecturis, & præsumptionibus fidem adhibere possit, ex quo hoc totum arbitrio iudicis committatur.
4 † qui quidem iudex ad unã probationis speciem animum applicare non debet. d. l. 3. §. eiusdem quoq;. l. ob carnem. §. si. ff. de testibus. ca. in præsentia. de renun. ca. causam, quæ. de re iudi. & quia agitur hic de pœna, in qua, ut cõmittatur, liquida, & clarior probatio requiritur, ut no. Bald. in c. 1. quali. do. proprie. feu. pri. alle. l. in testamento. 1. ff. de condi. & demon. & idem Bald. in l. 1. in 3. opposi. C. de his, quæ pœnæ nomi. Alex. in consi. 33. Viso thema-
5 te. lib. 2. † ergo econtrà, ut pœna tollatur, & euitetur uidetur, ꝙ leuiores probationes sufficiant, & præsertim in loco pio charitatis. cui, sicut in ecclesia, non cõuenit pœnam extorquere. c. suam. de pœnis. & res ista deberet arbitrio boni uiri tractari: quo casu probationes etiam non cõcludentes, sed persuasiuæ recipiuntur, ut no. Bal. in l. solam. in fi. C. de testi. Are. in consi. 127. In causa dominæ Antoniæ. est ergo in casu isto uidendum, an saltem persuasiuè probatum sit de solutione pensionis, ut pœna caducitatis euitetur: & certè uidetur dicendum, ꝙ sic, nam primus testis Antonius de Portijs deponit, quòd ipse scripsit de mandato domini Andreæ, & scripsit de uerbo ad uerbum, prout do. And. legebat in libro, quem habebat in manibus: nam ex qualitatibus, & demonstrationib. quas ponit, apparet, ꝙ ipse testis scripsit quinter-

netum, de quo agitur, iuxta not. in l. demonstratio falsa. in prin. in 7. q. prin. ff. de condi. & demon. Alex. in consi. 90. In causa. lib. 2. & iste testis in effectu probat, quod scripsit quinternetum ad requisitionem domini Andreæ: ideo uidetur perinde, ac si fuisset scriptum ab ipso domino Andrea, qui uidetur per alium scripsisse: argu. l. 1. §. deiecisse. ff. de ui, & ui ar. c. mulieres. de sen. excom. & ideo faceret fidem contra ipsum dominũ Andream, † sicut pro-
6 pria scriptura probat contra proprium scribentem. authen. contra qui propriam. C. de non nume. pecu. l. publica. ff. deposi. † &
7 facit quod dicitur de exemplo, quod probat contra illum, qui exemplum dedit, [a] ut notat Bart. in l. 2. in § si dubitetur. in fin. ff.
a quemad. test. ape. in aut. si quis in aliquo. C. de eden. & cum isto primo teste concordare videtur Bernard. & Bonfiglius alius testis, qui deponit se soluisse quantitates, de quibus in quinterneto, & quòd illas fecit accopiari per Anto. de Portijs à libris domini And. hoc enim intelligitur eo modo, quo deposuit. d. Ant. videlicet quia ipse scribebat, & domi. And. legebat librum, quẽ habebat in manibus, † quia in dubio interpretatio fieri debet, quod
8 testes sint concordes, ut no. Bal. in l. de quibus. ver. & no. quòd si testes. ff. de legi. & Pau. de Cast. post Bald. in l. 2. C. de bono. pos. secundum tab. cum simi. ut tradit ibi Alex. in fi. & idem Alexan. in consi. 147. Ponderatis his. lib. 2. & in consi. 171. Visis. eo. li. 2. quod consilium repetitum est in consil. 41. libr. 4. & quod dictum est, coadiuuatur ex eo, quod Gaudentius alius testis deponit, quòd rectores hospitalis ipsi tanquam hæredi domini Andreæ computauerunt omnia credita annotata in quinterneto, & ipsum absoluerunt per instrumentum, de quo constat: ex hoc enim videtur, quod solutio pẽsionis facta fuerit, prout in quinterneto dicitur: arg. l. mater. C. de rei uend. & quod no. Ang. per illum tex. in l. Iulianus. ff. qui satisd. cog. cum sim. ut tradit ibi Alex. † & probatio
9 prædictorum testium efficacior redditur in eo, quòd prædicti testes de suo facto proprio testificantur: quo casu etiam vnus testis solus plenam facit probationẽ, quando deponit de facto pro-
b prio [b] ad utilitatem alterius, ut not. Pau. de Cast. in l. quicunque. C. de ser. fug. & idem Pau. de Cast. in consi. 368. Visis actis, & actitatis. & hoc idem uoluit Sal. in l. si quis decurio. in 4. opp. C. de fal. & licèt contrariũ uelit Alex. in l. 2 §. 1 ff. si ex noxa. cau. agatur. tamen negari non potest, quin talis probatio potentior sit ad indu-
10 cendum iudicem ad credendum ita esse. Non obst. si dicatur, † quod prædicti testes videntur singulares quia de diuersis actibus attestari videntur: quo casu testes singulares non probant. cap licèt causam. de proba. c. bonæ. c. cùm dilecti. de elect. quia ad hoc primo responderi potest, quòd saltem duo primi testes supradicti videntur de eodem actu testificari, ut suprà dictum est. Secundo respondetur, quod etiam testes singulares bene probant, quando singularitas non est separata, sed dictum vnius correspondet alteri, & ex dicto alterius coadiuuatur. gratia exempli, vnus deponit de vera numeratione, alter deponit de confessione, tali enim casu vnus alteri adminiculatur, & probant, vt no. Bal. in c licèt causam de proba. in auth. rogati. circa fin. de testi. & tradit Pau. de Cast. in consi. 300. Iudex. in fi. uel saltem in tali casu iuramentum deferri debet, ut not. Bal. in rub. de controuer. inue. in prin. & ita uidetur in proposito, quia dicta istorum adinuicem correspondent, & adminiculantur, quia vnus dicit, quod scripsit quinternetum de cõmissione domini And. alter, quod soluit pecunias, prout in quinterneto dicitur, & quod fecit illas copiari per illũ testem, qui attestatur se scripsisse. & alius deponit, quod omnia credita annotata in quinterneto fuerunt computata ipsi tanquam hæredi, vt suprà dictũ est. ista enim dicta coadiuuantur adinuicem, adeo ut mens iudicis induci debeat, & imprimatur ad ita credendum. Non obstat, quod non probetur dominum Andream habuisse administrationem, & gessisse negotia charitatis Nouariæ, quia testes videntur deponere de actibus particularibus. nam responderi potest, quod in tali casu etiam testes singulares probare videntur, quia agitur de pro
11 bando administrationem in genere, † quo casu etiam in proban-
c do aliquid in genere [c] testes singulares recipiuntur, vt no. Specu. in titu. de inquisi. §. 1. uersi. quòd si vnus. Bal. in l. actor. C. de proba. in l. 1. C. qui nu. tut. cum si. & tradit Alex. in consi. 72. Inspecto diligenter. li. 1. & in consi. 92. Viso li. 5. cum sim. & hoc in casu isto comprobatur ex liberatione facta hæredi domini Andreæ occasione cuiuscunque administrationis factæ per ipsum d. And. de bonis, & rebus Charitatis, ut in publico instrumento habetur. & cum d. Ang. gereret negotia Charitatis rectoribus scientibus, & patientibus ex gestis cum eo ipsi rectores obligantur, argu. l. 1. §. magistrum. ff. de exerci. vbi Pau. de Cast. post Guil. de Cun. dicit,
12 quòd † si aliquis sciente, & patiẽte superiore exerceat officium, ad quod deputatus non fuit, valent gesta per eum, per illũ tex. & facit tex. in l. fi. ff. quod cum eo. & tradit in simili casu Ale. in cõsi. 44. Viso, & discusso. lib. 2. & in consi. 156. Viso instrumento. eo. lib. 2. & in simili casu no. Bar. in consi. 79. Quidam uendidit vni institori. & hoc maximè uidetur habere locum in casu nostro ad
13 istum effectum caducitatis euitãdæ, † quia quælibet causa etiam iniusta excusat à pœna. l. igitur. ff. de li. cau. per gl. in l. plagii. in gl. fi. ubi Ang. C. ad l. Fla. de plag. & no. Bar. in l. 1. in fi. ff. de abig. Bal. in l. 1. C. ubi cau. sta. Non ob. quòd ex ipso quinterneto nõ apparet, quod solutiones, de quibus in eo dicit, factæ fuerint ipsi d. And. quia respõdetur, quod videntur factæ Charitati, vel agentibus pro ea, ex eo, quod primo dicitur, quod fictabiles debent dare Charitati. & per contrarium dicti debent habere, intelligitur ab ipsa Cha-
14 ritate, vt unum contrariũ secundum alterum intelligatur, † quia contrariorum eadem est disciplina, quando eadem est ratio in vtroque, vt per Bart. in l. inter stipulantem. §. sacram. de verbo. oblig. facit quod no. Per de Anch in consi. 351. In quæstione. & Bald. in l. fin. C. de fideicom. Alex. in consi. 280. Statutis accuratè perspectis. lib. 2. quædam etiam alia opponũtur, quibus sufficienter fuit responsum per dominum aduocatum pro parte fictabilium dominum Baptistam Caciam doctorem præstantissimum, & olim discipulum meum acutissimum. Postremo considero vnum, quod videtur tollere difficultatem, quia quando proba-
15 tur, quod solutio † pensionis facta fuit pro tribus [d] annis conti-
d nuis, fundata est intentio eius, qui dicit præteritorum annorum factam solutionem fuisse, vt molestari non possit, vt no. per gl. in l. 2. C. de iure emphy. in glo. magna. in vers. quis probabit. per tex. in l. pe. quæ incipit, quicunque. C. de apo. publ. li. 10. & not. Spe. in titu. de loca § nunc aliqua. versi. 37. dicens, quòd si emphytheuta probat se pro tribus annis soluisse, præsumitur semper in præteritum soluisse, alleg. dictam l. quicunque. & l. Procula. ff. de proba. sequitur Io. And. ibi, & in c. literæ. vbi Bal. in fi. refert & idem tenet C. de dila. cum si. ut tradit. Fran. de Cre. in no. 78. Tu scis. & Moderni in d. l. 2. & quod dictum est de solutione facta tribus annis continuis, idem videtur de oblatione facta tribus annis cõtinuis, quia oblatio habet vim solutionis quantum ad hoc, vt pœna caducitatis euitetur, ut not. Spec. in titu. de loca. §. nunc aliqua. in uersic. 34. Cy. in d. l. 2. in secunda opp. C. de iure emphy. & sequuntur Bald. Ange. & Sali. in d. l. 2. & idem Bald in l. si à te. C. de pac. inter empto. & vendi. cum sim. & cum in casu isto, vt narratur, pro tribus ultimis annis oblatio facta fuerit, uidentur isti fictabiles habere fundatam intentionem, vt pro tempore præterito molestari non possint. & hoc idem alio modo probatur,
16 præsupponendo vnum, quod clarum est de iure, videlicet, † quod solutio census, vel canonis facta per alium tertiũ etiam proprio
e eius nomine prodest [e] uero emphyteutæ, ut no. Specu. in dicto §. nunc aliqua. versic. 82. Bald. in l. arboribus. §. quid tamen. in fin. ff. de vsufru. & in l. solennib. C. de rei vend. circa fin. bonus text. in l. forma. §. si cum ego. ff. de censi. & tradit Roma. in consi. 103. Viso. in princ. & in consi. 491. In casu propositæ consultationis. in fi. modo sic in casu nostro apparet de solutione facta per capitaneum pro tribus annis continuis, ergo perinde est, ac si solutio facta fuisset ab ipsis fictalibus quantum ad hoc, ne cadant à iure suo, ergo pariter videtur prodesse, ut pro præterito tempore videantur etiam soluisse per supradicta. & de solutione facta per capitaneum constat ex quadã scripta manu Iuliani de Cauagliono thesaurarii Charitatis, ut dominus aduocatus ad illud propositum deducit. ex quibus omnibus videtur sufficienter probatum de solutione: & ad maiorem cautelam poterit deferri iuramentum, & in dubio etiam iudicandum est pro reo. c. ex literis. de probatio. c. inter dilectos. in fi. de fide instr. Nec obstat, quod hoc non uidetur habere locum in causa fauorabili, prout uidetur causa pia charitatis, de qua agitur, c. fi. de re iudica. l. inter pares. ff. de re iudi. quia hoc haberet locum, nisi ageretur ad pœnam, quam perere, & extorquere non conuenit ecclesiasticis, & pijs locis. ca. suum. de pœnis. facit glo. 12. q. 2. c. fraternitas. & quia in casu isto non sumus in dubio, quia satis constare uidetur de solutionibus factis per supradicta, & fauorabilibus, & pijs locis non intantum debetur, ut aliis iniustitia fiat, ut dicitur in capit. ex tenore. de foro cõpe. in c. nuper de donatio. inter uir. & caueant domini agentes pro Charitate, ne quosdam ecclesiasticos etiam religiosos imitentur, qui sub colore, ne ecclesia lædatur, aliorum iura usurpare nõ uerentur. hoc enim à charitate alienum est: & si isti fictabiles iure suo priuarentur, non charitatis, sed canitatis, & crudelitatis locus uidetur.

ADDITIONES.

a ¶ Dedit.) Dixi in consue. Parisi. §. 5. nu. 36.

b ¶ Proprio.) Idem Dec. supra consi. 56. vbi istud dictum reprobaui. & ad Alex. consi. 192. lib. 6.

c ¶ Genere.) Phil. Cor. consi. 185. consi. 286. lib. 3. dixi ad Phil. Decium c. licet causam nu. 7. de proba.

d ¶ Tribus.) Alex. consi. 105. lib. 3. Fran. Crem. sing. 78. Ias. l. 2. q. 137. C. de iure emphy. Hiero. Gra. consi. 121. libr. 2. & alii malè extendunt ad colonum. latè dixi in consue. Parisi. §. 62. q. 7.

e ¶ Prodest.) Plene dixi in consue. Parisi. §. 22. nu. 152. Et vltra ibi no. Alex. consi. 71. in fi. lib. 1. Decius supra consi. 58.

EPITO-

EPIT. Consi. CCCCCCLI.

Mauritius,& Simon post mortem patris simul, & communiter vixerunt:quo tẽpore M. acquisiuit certa bona nomine proprio,quæ S.communicari petit.Præterea quidam,puta T.timore pestis domum vicini incendio consumpsit, cuius æstimationem petit vicinus sibi restitui. Respondetur quò ad primum du dubium,cum non appareat societatem inter dictos fratres coitã fuisse;ideo bona acquisita esse M.propria & nullo modo cõmunicanda.Et quò ad alterum quæsitum, cum tale incendium licitum non fuerit, ideo T.teneri ad domus combustæ, & eorum, quæ in ea erant æstimationem vicino eius proprietario.

SVMMARIVM.

1 *Societas non videtur contracta inter fratres, qui simul vixerunt cum hæreditate communi.*
2 *Actus voluntarij non extenduntur,vltra quàm geruntur.*
3 *In dubio quis nomine proprio acquirere præsumitur.*
4 *Vicinus,qui propter timorem pestis domum, & existentia in domo comburit,an teneatur ad æstimationem damni.*
5 *Quis propter suspicionem pestis potest expelli de ciuitate.*
6 *Priuatus potest dominio rei suæ priuari pro publica vtilitate.*
7 *Officialis,siue magistratus non potest alicui ius suum etiam ex causa publica tollere, nisi hoc expressum sit.*
8 *In generali potestate data alicui non venit, vt ius alterius lædere possit.*
9 *Potestas habens liberum arbitrium non potest ius alterius lædere.*
10 *Vigore arbitrij non potest qui ius iniquum statuere.*
11 *Solius enim principis est iura alterius auferre.*



PRIMO Quæritur, an bona acquisita per Mauritium eius proprio
1 † nomine debeant cõicari Simoni eius fratri, cum quo vixit in cõi post mortẽ Ioã. Antonij eorũ patris.& paucis vr̃ cõcludendum, ꝙ non, quia dicti fratres licèt haberent hæreditatem patris indiuisam,per hoc inter eos non vr̃ contracta societas.l.ex parte.§.fi.ff.famil.erciscun. in l.cum duob.§.si fratres.ff.pro soc.ad ꝯhendum.n. tacitam societatem omnium bonorum plura requiruntur,vt not. Bar. in l. Titium.& Meuium.§.altero.ff.de admi.tut.in l.si patruus.C. cõmu.vtriusque iudi.& Ang.tradit in consili.112.Bona acquisita. Pet de Anc.in cõsi.303.Materia,de qua quærit.Ro.in consi.291. Cùm isti fratres.cum sim.vt dixi in consi.21.Viso puncto.& illa quæ essent necessaria in tali societate,non interuenerunt,ſm q̃d relatum fuit,ideo societas omnium bonorum contracta non vr̃ & ita in simili casu consuluit Abb.in consi.65.Attingam breuissimè.lib.1.Ro.in consi.44.Ad primum quæsitum.in prin.in consil.313.In casu propositæ consultationis. Ioan. de Ana. in consil. 65 Viso puncto.cum sim. quæ nota sunt.& si fratres adinuicem cõicant fructus cõis hæreditatis, in illis videtur facta cõmunica-
2 tio,non in aliis, quia † actus voluntarij non extenduntur, vltra quam gerantur.l.fina.C.ne vxor pro mari.& ita in quęstione nostra dicit Bar.in l 1.§.si quis hoc interdicto.ff.de itinere,actuque priua in d.l.Titium.§ altero.& in d.l.si pa ruus. in versi. pone.n. duo fratres.vbi ponit casum in duobus fratribus, qui haberent bona communia,& vnus habuit in dotem,& fructus,& prouentus dotis ponit in communi, alter etiam quod lucratur cõicat, concludit, quòd communicatio fructuum & lucrorum non inducit communionẽ in proprietate,nec in capitali,& sequit Ale. in consil. 48.Diligenter perspectis his.libr. 2. & cum in casu isto non sit inducta societas tacita omnium bonorum secundum ea, quę narrantur, acquisita per ipsum Mauritium non debent communicari:quia quod ex propriis laboribus acquisiuit,non debet ad alios transferri.l.cum oportet.in prin.C.de bo.quæ liber.& in §.quod autem.instit.per quas perso.nobis acqui. Et hoc clarum
3 est,ex quo proprio nomine ipsius Mauritij acquisiuit, † & etiã in dubio præsumitur,ꝙ quis nomine proprio acquirat.l.& magis.ff.de sol.ut no.Bar.in d.l.si patruus.& in d.l.Titium.§.altero & Bal.in additio.ad Bar.in tracta.de duobus fratribus.cum sim. vt tradit Pet.de Vbal.in tracta.societatis.in 5.parte principali.in 1.q.& quia in prædictis non videtur dubitandum, vlterius non insisto.Sed venio ad secundum dubium,in quo maior vr̃ dubita
4 tio,dum quæritur,an † vicinus,qui propter timorem pestis domum,& ea,quæ in domo vicini erant,incendio consumpsit, teneatur ad æstimationem domus,& earum rerum,quæ in domo erant & vr̃ noua quæstio,in qua prima facie videbatur dicendũ,
5 quòd non,quia † ꝑꝑ suspicionem pestis quis expelli [a] potest de
a ciuitate,ut no.Bal.in l.2.in uersi.vlt.no.post Guili.de Cu.ibi.C. de sum.Tri.Ale.in l.casus.C.de testa. pari ratione vr̃ ꝙ domus, & bona ꝑꝑ suspicionem pestis comburi possint. in hoc enim a-
6 gitur de publica vtilitate, † pro qua potest priuatus dominio rei suæ priuari.l.item si verberatum.§.1.ff.de rei ven.in l.Lucius.ff. de euic.& no.Bar.in l.fi.C.si contra ius uel vtili.publ.& in proc. ff.cum si.quæ nota sunt.& dixi in c.quę in ecclesiarum.de const. & spãliter facit tex.in l.si quis fumo.§.fi.ff.ad leg.Aqui.vbi si qs destruit domum vicini causa arcendi incendij, non tenetur leg. Aquil.ad item text.in l.2.§.ꝙ ait prætor.ff.de incen rui.nau.His tamen non obstantibus vlterius cogitanti in casu isto contrariũ arbitror esse de iure,& considerandum est ꝙ quando hoc factũ fuisset authoritate publica, haberent locum allegata supra in contrarium: sed priuatus, prout iste erat, authoritate eius pro-
7 pria hoc facere non potuit, quia etiam † officiales, quibus cura pestis commissa fuit à ciuitate,vel republica, non habent autoritatem auferendi, & priuandi aliquem iure suo etiam ex causa publicæ vtilitatis,nisi hoc illis spãliter cõmittatur,vt no.dicit Bart.
8 in l.toties.§.si cui.ff.de pollici.quia † in generali potestate data alicui non venit,vt ius alterius lædere possit,alleg.l.2.§.meritò & §.si quis à principe.ff.ne quid in loco publi.cũ si.& idem no. Bartol.in l.ambitiosa.in in versic.item ex virtute dicti arbitrij.ff.de decre ab ordi.facien.& idem Bar.in l.filius familias,in versi.extra
9 gl.ff.de dona.† concludit, ꝙ licèt potestati datum sit liberum arbitrium,non tamen potest ius alterius lædere. & idem Bald. in
10 l.milites.in fi.C.de testamen.mili & dicit, ꝙ vigore arbitrij non potest quis ius iniquum statuere:alleg.l.si pater. ff. de his, quæ in
11 fra.cred. † solius enim principis est iura alterius auferre,ut dicit Bald.in l.2.C.de serui.& aqua.in versi.idem nota ꝙ si Papa.cum sim.ut dixi in c.quæ in ecclesiarum.de constitu.vnde si magistratus non potest alicui ius suum etiam ex causa publica tollere,nisi specialiter illi committatur,vt supra dictum est: à fortiori unus priuatus non videtur habere talem potestatem:debuit enim iste priuatus habere permissionem,uel iussionem superioris, ut in simili casu dicitur in l.ossa.in princ. ff de religio.& sump.Non obstat iura, in quibus domus destruitur propter incendium, quia de incendio non bene infertur ad pestem, quia mediante incendio domus destruitur,non sic videtur in peste, quia propter pestem domus destrui non debet saltem immediatè:quia alia prius remedia adhiberi possunt,vt not.in simili de lepra per gl.de poe. dis.1.in ca.voluissent iniqui in verbo,lepra.& etiã quod de igne dicunt iura allegata in contrarium, intelligitur quando domus media omnino fuisset consumpta incendio.l.si alius.§. est & alia ibi,æquè perituris ædibus. ff. ꝙ vi, aut clam.aliàs secus,quia destruens tenetur,vt no.Ang.Are.in suo tracta.de malefi.in versi. incendia.

ADDITIO.

a ¶ Expelli.) Idem Cæpol.in tracta.de seruitu.rustico.prædio.in rubric.de pascuis.quæstio.6.Francis.Ripa tracta.de peste.Ludoui.Roma.d.l.casus. Sed iure non probatur,nec est uerum,domoque claudi potest,quem arceri posse,licet posit arceri vijs,& ingressu.Sed habentes domos,in quibus curari possunt,non debent cogi ad huiusmodi nosochomia mitigare. dixi in l.2.in lectu.Tubingensi.C.de summa Trini.

EPITOME Consi. CCCCCCLII.

Barontus condidit testamentum,in quo si decederet sine liberis,substituit quendam, puta T. legando vsumfructum quorundam bonorum S.cum clausula codicillari.deinde abijt in longinquiores partes. Substitutus probat per famam eum ibi decessisse petens bona vi substitutionis sibi adiudicari;fructuarius quoq; petit vsumfructum sibi relictum. Respon. Dec. hac probatione attẽta locum esse iuramento suppletiuo,ideo substituti intentionem bene esse fundatam, dictumque vsumfructum non deberi fructuario,cum hæreditas adita non fuerit,& clausula codicillaris concepta reperiatur per verba præsentis temporis absque relatione ad futurum.

SVMMARIVM.

1 *Mors de longinquo per famam probatur.*
2 *Fama plenam probationem facit, vbi à communiter accidentibus difficilis est probatio.*
3 *Mortuus præsumitur ille, qui non reperitur.*
4 *Probationes arbitrariæ sunt, & pendent ab arbitrio iudicis.*
5 *Iudex in defectum probationis potest deferre iuramentum ad confirmationem famæ.*
6 *Intentio substituti fundata videtur, quòd mortuus sit sine liberis.*
7 *Onus probandi incumbit illi, qui dicit filios superuixisse, & fideicommissi conditionem defecisse.*
8 *Legatum vsusfructus non debetur, nisi adita hæreditate.*
9 *Aditio hæreditatis in animo consistit.* 10.
11 *Quod consistit in facto, debet probari, qui 2 non præsumitur.*
12 *Hæreditas licèt non sint adita legata debentur propter clausulam codicillarem.*

Viso consilio Clarissimi V.I.D. do. Pauli Florauantis, qui accuratè, & subtiliter præsentem consultationem absoluit, requisitus de breui subscriptione agam paucis. & primò illa cō-
* clusio clara videt, & * *communiter* est approbata, ꝙ mors Baron-
1 ti, † qui in partib. longinquis decessit, probetur per famam, ut nota. Bar. post glo. in l. si quidem. C. sol. matri cum sim. suprà allega. & adde Alex. in consi. 4. Videretur inspectis his. lib. 2. & in consi. 172. In causa, & lite. lib. 6. & in consi. 26. Consideratis his. lib. 7. & Bald. idem dicit in ca. fi. §. si vero. ut lite non contest. & Corn. in
2 consi. 10. Visa fuit. lib. 1. & hoc comprobatur, quia † vbi à communiter accidentibus difficilis est probatio, solet fama plenam facere probationem, ut Alex. concludit in consil. 26. Viso testamento Simonis. in versi. quinimo. lib. 3. vbi ad hoc adducit, qđ no. Ant. de But. in c. veniens. el 1. de testa. & in c. transmissa. qui filij sint legi. & idem Alex. in consi. 3. Viso processu inquisitionis in versi. attenti. lib. 6. vnde cum sit mortuus in longinquis partibus, & difficile sit probare mortem, videtur, ꝙ fama faciat plenā probationem per supradicta. & ad idem facit, quia cū d. Baron-
3 tus † nō reperiatur, præsumit mortuus, ut no. Bar. in l. & si certus. §. si vnus. ff. ad Syllania. Sed difficultas videtur in isto casu, an talis fama sit legitimè probata. quia cum fama isto casu plenè probet, ut supradictum est, tali casu debet probari, ꝙ fama originē habuerit ex probabilibus causis, quæ inducunt populum ad ita credendum, ut not. Barto. in l. de minore. §. tormenta. circa fi. ff. de quæstionibus. Bal. in l. proprietatis. C. de proba. Pet. de Anch. in consil. 253. In quæstione præsbyter. cum si. ut dixi in consil. 37. In causa rigorosæ accusationis. & in casu isto non videtur, ꝙ testes hoc bene probent. Pro resolutione huius obiectionis vltra
4 ea, quæ supradicta sunt, considerandum est, ꝙ omnes † probationes arbitrariæ sunt, & pendent ab arbitrio iudicis, ut no. Ant. de But. in c. ex literis. in sexto not. de proba. & idem dicit Pau. de Castr. in l. admonendi. ff. de iureiuran. per tex. in l. 3. §. 1. ibi, tu magis scire potes. ff. de testi. facit quod not. Barto. in l. Lucius. ff. de his, qui not. infa. vnde ex supra dictis potuit iudex induci ad credendum dato, quòd fama non haberet originem à personis fide dignis, per ea, quæ no. Bar. in d. l. de minore. §. plurium. in 3. & 4. q.
5 & † in defectum probationis potest deferre iuramentum ad confirmationem famæ, vt tradit Fulgos. in consilio. 145. Quoniam plurimæ. & iudex, qui nouit veritatem, in hoc inclinare debet, vt tradit Pau. de Castr. in consilio. 302. Ego Paulus. in nouis. in se-
6 cunda parte. Secunda cōclusio, quæ habet, † quòd intentio substituti fundata sit, quòd Barōtus decesserit sine liberis, est appro-
* bata * *communiter*, quia ei, qui dicit † filios superuixisse, & sic cō-
7 ditionem fideicommissi defecisse, incumbit onus probandi, [a] ut
a notat Bar. in l. ex facto. §. si quis autem. per illum text. ff. ad Treb. cum si. supra alleg. & secundum istam conclusionem latè ultra superius dicta consuluit Alex. in consi. 39. Viso themate. lib. 1. & in consi. 91. Repetitus in causa lib. 7. & dicit Alex. in d. consi. 39. lib. 1. hoc esse speciale in casu, dicti §. si quis autē. fauore fideicōmissi. & allegat Ang. hoc dixisse in d. §. si quis autem. & in casu fideicommissi. & prædictam opinionem, quòd sit speciale fauore fideicommissi, declarat, & cōprobat do. Barth. Soc. in l. qui duos, §. cum in bello. ff. de reb. dub. In secundo principali dubio etiam
8 bene responsum fuit secundum regulam, quod † legatum vsusfructus non debeatur non adita hæreditate. l. nemo. ff. de testam. tut. l. eam, quam. C. de fideicomm. facit text. in l. ex testamento.
9 eo. tit. & † aditio hæreditatis in animo consistit. §. fi. inst. de hær. qualita. & diff. in l. pro herede. in prin. ff. de acq. hær. l. si auia. C.
10 de iure del. & quòd † pendent ab animo, in facto consistit. l. bo-
11 næ fidei. ff. de acq. rer. dom. & illud, † quod in facto consistit, debet probari, quia non præsumitur. l. in bello. §. factæ. ff. de captiuis. c. cum in iure. de officio. delegati. l. 1. C. de probationibus. & hoc modo arguit Bal. in rub. C. de fide instrumentorū. Abb. in cō sil. 36. Circa primum. in 2. lib. cum si. ut dixi in l. quatenus. ff. de regul. iur. Non ob. ꝙ filius sit ipso iure suus hæres, §. 1. inst. de hæredū qualitat. & different quia p p beneficium abstinendi reputat extraneus. l. nam nec emancipatus. ff. de leg. 1. & latè not. Bart. in l. necessariis. ff. de acqui. hære. vbi Ale. vr̄ residere cum opinione
* Bart. cum qua dicit * *omnes* transire in l. 1. C. si vt se ab hæreditate abstine. & idem Alex. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. in gl.
12 in verbo, extiterit. ff. solu. mat. Non ob. † ꝙ licet hæreditas adita non fuerit, tn̄ legata debentur virtute clausulæ codicillaris, ut no Bar. in l. j. q. 12. ff. de iure codicill. & tradit Ale. in consi. 9. Visis uerbis testamenti. in fi libr. j. quia respondetur. ꝙ illud dictum Bart. procedit, prout Bar. ibi seipsum declarat, qñ verba clausulæ codicillaris sint concepta in futurum, vt quia dicat, si non ualet, uel valebit. secus si ad præsens referantur, quia tunc ualuit testm̄. & licèt posteà per non aditionem destituatur testamentum, non debentur legata ex causa intestati, quia semel statuit. & ita videtur in casu isto, quia clausula codicillaris est concepta per uerba presentis temporis, & non est relata ad futurum, ideo etiam secundum Bar. legata non debentur. & ex supradictis breuiter concurro in sententiam domini consultoris.

ADDITIO.

a ¶ Probandi.) Pau. cons. 383. li. 1. in nou is. suprà consi. 86. ubi dixi.

EPIT. Consil. CCCCCCLIII.

Appellatione mobilium animalia cōprehenduntur, nisi aliud appareat de mente testatoris.

SUMMARIUM.

1 *Mobilium appellatione animalia se mouentia comprehenduntur.*
2 *Receditur à proprietate uerborum, quando manifestum est testatorem aliud sensisse.*
3 *Actus, qui sequitur, declarat intentionem disponentis in actu præcedenti.*
4 *Testator semper videt legare de his, quæ in suo patrimonio reperiūtur.*
5 *Verba clara cauillari non possunt.*
6 *Verba notarii relatiua facti dicuntur uerba contrahentium.*
7 *Vltima scriptura testamenti inspicitur.*
8 *Testator instituendo hæredes simpliciter facit illos dominos post aditam hæreditatem. hæres idem est, quod dominus.*

Casus, de quo quæritur, non paruam dubitationē habere videtur propter cōtrarietatem verborum testamenti, quæ non facilè extricari potest: nā
1 si verba legati attendantur, clarum est, † ꝙ appellatione mobilium animalia se mouentia comprehenduntur. l. mouētium. ff. de verbo. sig. vbi mouentium, & mobilium appellatione idem significamus. & videtur text. in l. 1. in prin. ff. de rei ven. ibi, in omnibus rebus mobilibus tam animalibus, quàm in his, quæ anima carent. & in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. vbi de animalibus idem, quod de bonis mobilibus iudicatur. ad idem text. in l. 2. ibi, mobiles autem, uel se mouentes. C. quando, & quibus quarta pars. lib. 10. & hoc maximè videtur in casu isto habere locum propter verba uniuersalia, & prægnantia legati, ibi, omnia, & quæcunque mobilia. & ibi, & generaliter omnia, quæ appellatione bonorum mobilium veniunt, & comprehenduntur, sub quouis nomine, vel uocabulo nuncupētur. & sic attentis verbis legati ista conclusio de plano procederet, sed difficultatem non mediocrem facit, quia prædicta conclusio procedit, nisi aliter appareat de voluntate testatoris, ut dicitur in d. l. mouētium.
2 & gl. ibi, † nam à proprietate uerborum receditur, quando manifestum est testatorem aliud sensisse. l. non aliter. in prin. de leg. 3. in l. pediculis. §. Labeo. in fin. de auro, & argen. lega. in l. liberorū. in prin. de lega. 3. est ergo videndum, an in casu isto uideatur repugnare uoluntas testatoris, vt animalia in dicto legato mobilium non includantur: & primò cōsiderandum est, ꝙ licet verba legati generalia, & prægnantia sint, tamen in dicto legato dicit testator, ꝙ noluit omnia bona mobilia venire, saluis infrascriptis, vnde uidendum est, an ex infrascriptis derogatum sit dicto uniuer-
3 sali legato de bonis mobilibus: † quia actus, qui sequitur, declarat intentionem disponentis in actu præcedenti. l. sed & Iulia §. proinde. ff. ad macedo. §. pauonum insti. de rer. diui. no. Bart. in l. cætera. §. sed si parauerit. de leg. 1. & ex pluribus infrascriptis videtur comprehendi, ꝙ intentio testatoris fuerit, quòd in dicto legato omnium mobilium non comprehendantur animalia. Primo, quia grauauit hęredes, ꝙ dent, & consignent tot bestiamina, & sic animalia plebano sancti Marcellini, quæ ascendant ad ualorem 25 florenorum largorum auri, & in auro. ex tali enim legato euidens coniectura habetur, ꝙ testator non cogitauit, quòd in uniuersali legato omnium bonorum mobilium prius facto animalia includerentur, sed verisimiliter uoluit, ꝙ non comprehenderent, sed ꝙ remanerent penes hæredes, quos grauauit, & non est dubitandū, ꝙ testator vr̄ legasse dicto plebano de anima
4 libus, quæ erant in bonis ipsius testatoris: quia † semper vr̄ legare de his, quæ in eius patrimonio reperiuntur. l. si domus. in prin. de lega. 1. in l. qui uxori. §. fi. ff. de auro, & argen. leg. & no. Bar. in l. 3. in prin. ff. de oleo, vino, triticoque leg. facit quod no. Bal. in l. si quis argentum. in prin. per illum tex. C. de dona. & videtur testator grauasse hæredes soluere animalia usque ad ualorem 25. aureorum, cogitans, ꝙ hoc esset minus onerosum hæredibus, quā soluere pecuniam numeratam, ex quo erāt animalia in patrimonio. & ex hoc etiam uidetur testator pro cōstanti habuisse ꝙ animalia remanerent apud hæredes grauatos. & ad hoc facit, quia grauando hæredes ad soluendum de animalibus relictis in patrimonio videtur uoluisse, ꝙ animalia remanerent apud ipsos heredes, argum. l. denique. §. interdum. de pecul. lega. Nec responsio, quæ datur, satisfacit, quia non tollit uim argumenti. Secundo efficaciter hoc probatur, quia post factum legatum testator dicit, in alijs aūt bonis mobilibus, & immobilibus, & se mouentibus hęredes instituit, &c. Primo uerbū illud, in alijs. vr̄ separare bona expressa in institutione a bonis in legato præcedenti ꝯprehensis,

quia

quia si instituit in alijs: ergo in bonis prius legatis non videtur fa
5 cta institutio, ut verba manifestè ostendunt, † & cum clara sint, cauillari non possunt. l. 3. C. de lib. præt. & facit specialiter quod no. gl. in l. necesse. ff. de in diem adiec. Bar. in l. pater filiu. in §. 15. de le. 3. in prin. & ideo non consonat, quod in simili casu de verbo, & clausula ista, in alijs autē oīb. bonis suis, & c. cōcludit Pau. de Cast. ꝙ talia verba non attenduntur, quia vr̄ verbum illud, in alijs appositum per errorē, & imperitiam Notarij, & nō impor-
a tat[a] iuris ministeriū, vt ipse tradit in ꝯs. 365. mihi 368. Viso s̄. scripto puncto. quia talis interpretatio vr̄ destruere proprietatem verborum, & manifestam uoluntatem testatoris. quia considera tis uerbis præcedentibus talia verba bene conueniunt, & correspondent, & absurdum vr̄ dicere, ꝙ verba illa, in alijs autem bonis. non sit de intentione testatoris: quia præsumit̄ pro tabellione, ꝙ nihil aliud scripserit, quàm sibi iniunctum fuerit, & quicquid scriptum sit, vr̄ scriptum de voluntate, & mandato eius, q rogauit tabellionem: ita Bal. dicit in l. errore. C. de testa. & idē no. Bal. in l. 1. C. de priuil. dot. & in l. ab executione. in versi. pone, sta
6 tuto cauetur. C. quorū appe. vbi inquit, ꝙ † verba Notarij relati-
b ua facti dicuntur verba[b] ꝯhentiū. idē Bal. in l. mater. in ver. præterea. C. de rei vend. & in l. 2. in fi. C. de execu. rei iud. & idem Bal. no. in consil. 235. Verba instrumenti lib. 3. & tradit Soc. in consi. 20. In facto præsupponitur. lib. 3. stantib. ergo verbis supradictis, à quibus in dubio non est recedendum, l. non aliter. in prin. de le. 3. est considerandum, ꝙ verba testamenti debent ita intelligi, ne ꝯdicant: & in qualibet materia per distinctionem, si fieri potest, ꝯrietas remoueri debet, ut tradit Alex. in consi. 141. Viso alio testamento. li. 2. cū si. ut dixi in consi. 195 modo sic, in legato licèt verba de se cōprehēdant animalia sub generalitate verborum, ibi tamen specialiter expressum non fuit de animalibus sicut in institutione: vnde ex illa speciali expressione facta in institutione datur intelligi s̄m intētionem testatoris, ꝙ ipse cogitabat, ꝙ in legato præcedenti bonorum mobilium non comprehenderētur animalia: qa vt s̄. dixi, actus, qui sequitur, declarat intētionē in actu præcedenti, & quia in legato qualitas rerum mobiliū exprimit massaritias, pannos lineos, laneos, aurū, argentū, &c. & de mobilibus se mouentibus nihil exprimitur, quo casu licèt exempla non restringant regulam, §. hactenus, instit. de gradi. l. damni infecti. la 2. in prin. ff. de damn. infect. l. 1. §. qđ vulgò. de vi, & vi arma. tn̄ videntur declarare mētem disponentis s̄m qualitatem exemplorum, quę exprimuntur, videlicet in mobilibus, quæ à se non mouentur. & hoc consonat in isto casu ex eo, qđ posteà in institutione specialiter dr̄ de mobilibus se mouentibus. & hoc modo vr̄, ꝙ contrarietas, quæ prima facie in dicto testamento continetur, adaptari, & concordari possit: & si contrarietas non posset concordari, vltima dispositio institutionis attenderetur.
7 arg. l. pacta nouissima. C. de pact. † & vltima scriptura testamenti inspicitur. l. si quis eum. ff. de vulg. & pupil. l. si mihi, & tibi. §. in legatis de lega. 1. & tradit Alex. in consi. 19. Admodum præclarè. circa fi. lib. 2. Ro. in consi. 14. Idem de iure. Card. in cōsi. 29. Iudex. versi. item ꝙ potius cum si. vt dixi in d. l. pacta nouissima. & non placet consideratio Pau. de Cast. in consi. præalleg. dum inquit, ꝙ institutio facta de omnibus bonis mobilibus, & immobilibus ēt complectatur bona, quæ supra prius sunt legata, ex eo, ꝙ ab hæredibus legata præstari debent: quia verba illa, in alijs autem bonis. repugnant, & clara videntur, & cauillari nō possunt:
8 & esset exponere album pro nigro. & hoc confirmatur, quia † testator instituendo hæredes simpliciter facit illos dominos post aditam hæreditatem, quia hæres idem est, ꝙ dominus. l. item Mela. §. legis. ff. ad l. Aquil. & adita hæreditate hæres efficitur dominus. l. cum hæredes. in prin. ff. de acq. pos. & hoc non potest verificari in rebus legatis, quæ debent præstari legatarijs, & in illis absolutè non habent hæredes dominium.

ADDITIONES.

a ¶ Non importat.) Hęc veritas, quicquid dicat Decius, ideò hæres non definit esse vniuersalis, tamen atq; si initio esset simpliciter, vel absolutè institutus, vt esse debet de iure.

b ¶ Verba.) Suprà consi. 637. consil. 478. consil. 448. consil. 421. & consil. 183. nu. 8. vbi dixi.

EPIT. Consi. CCCCCCLIIII.

Notarius, qui erat Notarius Baliæ anno M. 514. an debeat habere salarium pro his, de quibus rogatus fuit in illo ann. M. 514. quod quidem salarium exactum fuit ab alio notario Baliæ creato anno sequenti. M. 515.

SVMMARIVM.

1 *Notarius rogatus de aliquo actu debet habere duplicem mercedem, primò pro rogitu, & imbreuiatura, siue protocollo, secundò pro extensione, quando redigit in publicam formam protocollum.*

2 *Salarium à iudice taxari debet, quando de quantitate salarii discordia est inter notarium, & partem.*

3 *Notario pro labore debetur salarium, & qui non laborat, non manducet.*

VIso casu, & diligenter cōsideratis his, quæ narrata sunt, casus modicam videtur habere dubitationē secūdum ea, quæ ꝓponuntur more Scæuolæ Iurisconsulti: nam primò de iure communi
1 † notarius rogatus de aliquo actu debet habere duplicem mercedem. Primo pro rogitu, & imbreuiatura, siue protocollo. Secundò pro extentione, quādo redigit in publicam formam protocollum, ut not. Bar. in l. argentarius. in prin. ff. de eden. ubi alle-
2 ga. tex. in l. fi. C. de prin. agen. in reb. li. 12. † & si sit de quantitate salarij discordia inter Notarium, & partem, debet taxari salariū à iudice, ut tradit Spec. in titu. de sala. procur. & Tabel. in versic. sed quid erit in tabel. & sequitur Bal. in d. l. argentarius in princ. sed ista dubitatio cessat in isto casu, in quo taxatum fuit salarium à mag. dominis Baliæ. Sed dubium est, an Notarius, qui erat Notarius Baliæ anno 1514. debeat habere salarium pro his, de quibus rogatus fuit in illo anno 1514. quod quidem salarium posteà exactum fuit ab alio notario Baliæ creato anno seq. 1515. & res clara videtur de iure, ꝙ salarium debetur primo notario, qui rogatus fuit in dicto anno 1514. quia ipse laborauit, & pro labo-
3 re † Notario debetur salarium. c. statutum. §. Notarium. de resc. in 6. & no. 1. q. 2. in c. sicut episcopum. in c. 1. de simo. & Notario deputato pro anno 1515 non debetur aliquod salarium pro his, quæ facta sunt in anno 1515. de quibus ipse rogatus fuit, & non laborauit: & qui non laborat non manducet, vt not. per glo. in l. quāuis. ff. de dam. infec. & hoc indubitanter vr̄ procedere in isto casu, in quo magnifici viri Baliæ expresſè ordinauerunt, ꝙ solutio deberet fieri præsenti Notario Baliæ, qui rogatus fuerat, & successiuè: tn̄ illa ordinatio facta deberet intelligi pro alijs Notarijs Baliæ, qui successiuè rogati fuissent. Sed nullo modo consonat, ꝙ Notarius, qui nō fuit rogatus, nec aliquid fecit, debeat habere salariū, imò qđ plus est, si Notarius Baliæ deputatus in anno 1515. aliquid fecisset in executionem eorum, quæ facta fuissent in anno præcedenti, salariū deberet notario rogato de principali dispositione, & non Notario rogato de executione actus principaliter præcedentis casu, quo alteri tantum salarium esset soluendum: ad hoc facit not. decisio Ang. in l. si possessor. §. redactæ ff. de petitio. hære. vbi inquit, ꝙ si statutum uelit, quòd Potestas debeat habere quartam partem condemnationum, & vnus Potestas cōdemnauit, alter exegit functo officio primi, illa quarta pars debetur primo Potestati, qui condemnauit: à fortiori hoc est dicendum in casu isto, in quo secundus notarius nihil fecit circa ea, de quibus primus rogatus fuit.

EPIT. Consi. CCCCCCLV.

G. decessit relictis E. sorore, & G patruele superstitibus. Hic apprehendit possessionem Principatus Hessiæ, & aliorum Comitatuum, & Castrorum inde dependentium. Qua de re E. iudicialiter petit G. patruelem condemnari ab hac hæreditate abstinere, & se hæredem fratris declarari. In eam excipitur de pacto inter Duces Saxoniæ, & Marchiones de Brandemburg. eorum predecessores cum iuramento inito. Per quod inter alia ipsis sine hæredibus feudalibus decedentibus ad superstitem bona deuolui debebant, ac quòd in domo Hessica masculis extantibus fœminæ non succederent. Decius respondit tam vi pactorum, quàm consuetudinis authoritate à successione feudorum petitorum E. exclusam esse, Ideo G. eius patruelem à conclusis, & petitis absoluendum fore.

SVMMARIVM.

1 *Commitatus transmitttitur de fratre in sororem.*

2 *Verbum, restituere. quid respiciat.*

3 *Hæres dicitur dominus.*

4 *Pactum, per quod impeditur libera testandi facultas, non valet. numer. 14.*

5 *Pactum, quod certæ res non deueniant in certum genus personarum, est validum de iure, & potest iuramento confirmari. nu. 12.*

6 *Pactum de futura successione non tenet etiam iuratum. numero 8. & 9.*

7 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum non valet.*

10 *Pactum est validum, quando aliquid reseruatur, de quo partes testari possunt.*

11 *Donatio collata post mortem ualet.*

13 *Iuramentum, quod seruari potest sine peccato, seruandum est.*

15 *Aliquid esse contra bonos mores aliter consideratur de iure canonico, & aliter de iure ciuili. nu. 16.*

17 *Facultas*

17 *Facultas testandi est de iure ciuili.*
18 *Substantia testamenti quòd sit de iure naturali, uel gentium.*
19 *Factum ex certa scientia principis in dubium reuocari non potest. nume. 20. & 21.*
22 *Princeps quod facit ea certa scientia, videtur facere de plenitudine potestatis. nu. 23.*
24 *Principi non potest dici, cur ita facis, quando vtitur potestatis plenitudine.*
25 *Consuetudo, quòd fœminæ non succedant extantibus masculis, in comitatibus, & dignitatibus habentibus administrationem habet vim priuilegij.*
26 *Consuetudo notoria non indiget probatione.*
27 *Iudex supplere potest in notoria consuetudine.*
28 *Iudex parte absente, & non citata potest se informare de consuetudine, & si reperit ita esse per solam famam sufficit.*
29 *Fœminæ regulariter in feudo non succedunt.*
30 *Verbum hæredibus intelligitur de masculis in materia feudali.*
31 *Limita, vt in gl. l. Lucius. ff. de hære. insti. nu. 32.*
33 *Verba conditionalia dispositionem quandoque inducunt.*
34 *Hæreditas dicitur patrimonium eius, qui adiuit.*
35 *Pascua deputata ad vsum fundi in legato fundi continetur.*

VIso eleganti consilio excellentissimi do. Caroli Ruyni viri fratris maioris honorandi iuridicam esse arbitror conclusionẽ ab eo firmatam, vt inferius apparebit. Et in primis tamen considerandum est, ꝙ si pro parte illustris d. Elisabeth intentatum fuisset possessorium solũ, illa facilius obtinere potuisset, vt ipsa consequeretur possessionem omnium bonorum, quæ frater eius tempore mortis possidebat, per ea, quæ not. in c. 1. §. defuncto. in titu. si de feudo fuerit controuer. inter dom. & agna. & per gl. in ca. 1. in glo. 1. in fi. in titul. de controuer. inter masçu. & fœmi. de benefi. & Ioan. And. in addi. Specu. in titul. de testam. §. penul. Alexand. in l. fin. in versicul. aliud not. dictum. C. de edic. diui Adri. tollen. & dixi in consilio 424. Proponitur. & facit tex. notabilis ad propositum in cap. significauit. de rescript. vbi mortuo fratre, qui erat comes, soror ipsa successit in comitatu, & p
1 illum textum dicit Baldus ibi, † quòd comitatus transmittitur de fratre in sororem. Et supradicta (vt dixi) haberent locum, ubi ageretur tantum de possessorio. Sed in casu isto agitur de petitorio, vt ex tenore libelli colligitur, dum concludit, & petit se de-
a clarari hæredem, [a] & ꝙ omnes, & singulæ terræ, dominia, vrbes, & castra, & alia bona per dictum fratrem suum relicta dictæ dominæ Elisabeth pertineant; & petit reum condemnari, & compelli ab huiusmodi hæreditate se abstinere, eamque cum fructi-
2 bus pceptis dictæ dominæ Elisabeth reddere, & restituere † verbum hoc restituere respicit petitorium, ut not. Federic. in consil. 283. Consilium latum. cum similibus. ut tradit Alexan. in consil. 42. Visis, & ponderatis. in principio libro quarto. & quia dicitur, quòd vlterius dicta domi. Elisabeth non debeat impediri in pos. dictorum bonorum: ex hoc etiam videtur petitorium intentari, vt in simili casu scribit Alex. in cons. 96. Consideratis his in prin. lib. 5. & hoc clarum videtur, quia petit se hæredem decla-
3 rari. † hæres enim dicitur dominus l. item Mela. §. legis. ff. ad leg. Aquiliam. est ergo videndum, an probata sint ea, quæ agenti in petitorio incumbunt. & suprà est conclusum, ꝙ non, quia ex cõuentione, & concordia facta inter dictos principes fœminæ exclusæ videntur, & non vr̃ dubitandum de validitate dictæ conuentionis, ut in terminis not Bart. in consi. 72. Ex facto proponitur. & latius per dom. consultorem supra dictum est, quia Bar. in dicto consi loquitur de conuentione facta de certis rebus, vt ibi expressè Bart. dicit, dum inquit versicul. in contrarium videtur.
4 quòd licèt non valeat pactum, per quod impeditur libera facul-
5 tas testandi, l. pactũ, quod dotali. C. de pact. tamen † valet pactũ, quòd certæ res non deueniant in certum genus personarum, & est validum de iure. l. si ita quis. §. ea l. de verbo. obliga. l. codicillis. in §. matrem. de leg. 2. & ex hoc infertur valere pactum, ꝙ bona paterna, & materna non transeant in fœminas, quia per hoc non tollitur facultas testandi, quia erunt hæredes filiæ in alijs bonis aliunde quęsitis per testatorem. sed in isto casu conuẽtio inter dictos principes facta vr̃ de omnibus bonis præsentibus, & futuris, vt colligit, præsertim in confirmatione Caroli Imperatoris, dum loquit de bonis, quæ vtraque pars habet, & in futurum acquisiuerit quouis modo. talis enim conuentio facta de bonis
6 præsentibus, & futuris vr̃ in effectu † pactum de futura successione, ꝙ non valet, dicta l. pactũ, qđ dotali. & in l. ex eo. C. de inuti.
* stip. & in l. hęreditas. C. de pactis ꝯuen. & ista rõne f̃m * *communem*
7 opinionem † non valet donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, vt notat Bartol. & doctores in l. stipulatio hoc modo. de verbo. oblig. in l. fi. C. de pactis. cum similibus, vt dixi ibi, & in consi. 30. & in terminis nostræ quæstio. not. Bartol. in consi. 208. alias 112. Promitto tibi, & tu mihi. vbi concludit non valere conuentionem factam inter aliquos quòd præ-
8 morienti sine liberis res debeant esse superstitis: † quia videtur pactum de futura successione, quod non valet, nec confirmatur iuramento secundum Bartol. ibi, & tradit Alexand. in consilio 28. Ponderatis verbis instrumenti. lib. 3. & ad idem facit, quia illi, qui faciunt se fratres iuratos, vt altero præmorien-
9 te alter sibi succedat, talis † fraternitas non tribuit successionẽ, quia non est fraternitas naturalis, nec ciuilis, vt Fulgo. in l. nec apud. C. de hæredi. institu. in versicu. & sumitur argumentum. & Alexander ibi sequitur, & legit illam l. simul cum l. si pater tuus. C. eod. titul. & idem de fratribus iuratis dicit Imol. in l. ille autem. in versicu. item aduerte. ff. de hæred. institu. & ista primo motu videbantur in casu isto dubitationem facere. Sed tamen sustinendo conclusionem domini Consultoris responderi potest, & primo, quòd in casu isto videtur sublata omnis difficultas ex eo, quòd in conuentione facta inter duces Saxoniæ, & Marchiones de Brandemburg, reseruata fuit facultas testandi vsque ad summam 12. milium florenorum Renensium, vt
10 patet: † quo casu quando aliquid reseruatur, de quo partes testari possint, pactum est validum, vt not. Barto. in d. l. stipulatio ista. in versicu. idem puto. de verbo. oblig. & tradit Rom. in consi. 26. Pro decisione. in princip. Angel. in consi. 5. Visa. & tali casu cessant alleg. suprà in contrarium. Secundò respondetur, quod conuentio, & concordia, de qua agitur, videtur facta per viam contractus, & donationis, vt colligitur ex verbis confirmationis Car. Impe. dum dicitur, sibi inuicem contulerunt, donaue-
11 runt, & tradiderunt. † & videtur donatio collata post mortem, quæ valet, vt not. per gloss. in l. fin. C. de pac. & declarat Alex. in d. l. stipulatio. versi. item inquantum. & dictam glo. sequitur Roman. in d. consil. 26. Pro decisione. in princ. & tradit Old. in consil. 139. Ad habendam aliquam notitiam. in princip. vbi inquit, quod bona sua quis potest donare alicui post mortem, vt not. in l. fin. C. de pact. nec dicitur pactum de futura successione, quia non promittitur, vt futura successio, quæ non potest deberi nisi ex testamento, aut ab intestato: sed in casu isto debentur bona ex obligatione statim effectum habente quantùm ad obligationem, licèt differatur quantum ad exactionem. alleg. in argum. l. mulier. §. fi. ff. ad Treb. & secundum istam decision. Old. consuluit Alex. in consi. 83. Visa facti narratione. in versic. & in proposito nostro ponit Old. lib. 2. & dixi in l. pactum, quod dotali. C.
12 colla. † Tertiò respondetur, quòd tale pactum confirmatur iuramento, quod interpositum fuit, quia per statutum, vel consuetudinem hoc pactum conualidari potest, ut nota. Bald. in l. cũ Archimedoram. in versic. sed nunquid. C. ut in pos. lega. & idem Bald. in l. de quibus, de legi. & Imo. in l. ille autem. in fin. ff. de hære. instit. unde si valet consuetudo, uel statutum, pariter, vr̃ ꝙ valeat pactum cum iuramento. istã cõsequentiã facit Bar. in l. fi. in ver. & quod in casu. C. de pac. & quòd tale pactum confirmetur iuramento, tenet Bald. in c. 1. §. moribus. in titul. si de feud. fuerit
13 controuer. inter dom. & agna. & ad hoc facit, † quia iuramentũ, quod seruari potest sine peccato, seruandum est. ca. cum contingat. de iu. iur. c. 2. de pact. in 6. c. licèt mulieres. de iureiu. in 6. Non obst. quod Alex in d. l. pactum, quod dotali. C. de pact. tenet ꝯ-
14 rium, quia cum tale pactum, † per quod tollitur libera facultas testandi, sit ꝯ bonos mores, l. ex eo. C. de inutil. stipula. l. stipulatio hoc modo. de verbor. oblig. ideo secundum eum non firmatur iuramento, vt in regula non est obligatorium contra bonos mores prestitum iuramentum. & ista ratione pariter infertur nõ valere statutum, nec consuetudinem in contrarium, quia quando reprobatur pactum, ex eo, quòd sit contra bonos mores, sicut non valet pactum, pariter non valet statutum, ut no. Bal. in l. omnes populi. in 3. prin. q. ff. de iusti. & iur. & in l. non impossibile. in fi. ff. de pactis, nam ratio ista, quam Ale. adducit, non valet,
15 ut dixi in d. l. pactum, quod dotali. C. de pactis. † quia aliquid esse contra bonos mores aliter consideratur de iure canonico, & aliter de iure ciuili, vt not. Bald. in l. pacta, quæ contra. de pactis. in princi. in l. si quis inquilinos. §. fi. de leg. 1. in l. non dubium. C. de legib. in 17. oppositione. in l. pactum, quod dotali. C. de colla.
16 iuncto c. 2. de pactis. in sexto. † de iure enim canonico solum illa pacta dicuntur esse contra bonos mores, quæ inducunt homines ad peccandum, ut Bald. dicit in d. l. pacta, quæ contra. & regula pacta quæ contra. intelligitur, quando sunt contra bonos mores de iure canonico, vt not. Paul. de Cast. in d. l. pacta, quæ contra. & in casu isto, cum non agatur de peccato, videtur pactum iuramento confirmari. & regula, non est obligatorium.

ADDITIO.

a ¶ Hæredem.) Scilicet Vuilhelmi III. seu Iunioris fratris sui. quod illustriss. Lantgrauus Hessiæ non impediebat, nisi in feudis, & terris masculis Hessicæ domus adfectis, vt supra consi. 504. consi. 515. quæ sunt de eadem re clara, & indubita, nisi ob friuolas cauillationes aliquorum.

tium.intelligitur contra bonos mores, qui continent turpitudinem, secus videtur si sit contra bonos mores de iure ciuili absque turpitudine: quia pactum iuramento firmatur. & ita videtur in
17 isto casu,† quia facultas testandi est de iure ciuili, vt not.per Dy. in regula indultum.de reg.iur.in 6.& idem no. Ang.in auth.vt factæ nouæ constit. §.1.vbi propter hoc concludit, ꝙ statutum in contrarium valet.facit tex.in §.fin.insti.de iu.nat.& pariter vide-
18 tur valere pactum cum iuramento,ut dictum est. Nō ob.† quòd substantia testamenti sit de iure naturali,uel gentium, ut no.Bar. in l.interdum.ff.de condi.inde.quia in casu isto non agitur de substantia,sed de qualitate,ꝙ libera sit facultas testandi, & ista qualitas vr̄, ꝙ per statutum tolli possit. & ex his etiam tollitur, quod no. Bar.in d.l.omnes populi.nam quod Bar.ibi dicit,intelligitur, quando sit pactum contra bonos mores cum turpitudine. & ita loquitur Bar. ibi, dum dicit de pacto contra honestatem. Quartò respondetur, ꝙ hic concurrit confirmatio Caroli Imperatoris,qui tales conuentiones ex certa scientia, & de plenitudine potestatis approbauit,& confirmauit:quo casu pactum, quod fuis-
19 set nullum, conualidatur.† nam quod factum est ex certa scientia principis,in dubium reuocari non potest,ut no.Bar.in l. conficiuntur.§.codicilli.ff.de iure codi.& idem Bar.in consi.196.Ciui-
20 tati Camerini.† & clausula, ex certa scientia. facit valere illud, quod patiebatur defectum,ut no.Old. in consi.257. Factum tale
21 est facit text.in c. 1.de trans.† & non debet quis audiri contra illud,quod princeps facit ex certa scientia,imò repelli debet,& illi perpetuum silentium imponi,ut Bal.dicit in c. 1.§.si quis autē.
22 per illum tex.in tit.de pace Const.& quod facit †,princeps ex certa scientia uidetur facere de plenitudine potestatis, vt no.Bald.in
23 l. eos. in prin. C. de app.† & ubi princeps scribit de plenitudine potestatis, nihil opponi potest, quod annullet gratiam, ut not.
24 Bald.in proœ.decre.† & non potest dici principi,cur ita facis,qn̄ utitur plenitudine potestatis, ut idem Bald. dicit in præl. feud. in
25 uersi.sed pauca de principe dicamus. Quinto accedit † consuetudo tanti temporis,cuius initii memoria non est in cōtrarium, per quam semper obseruatum fuit,ꝙ fœminæ non succedant extantibus masculis in comitatibus,& dignitatibus habentibus administrationem. & talis consuetudo habet uim priuilegij. l. hoc iure. §.ductus aquæ.de aqua quot.& æsti.& not.Old.in cōsi.254.Quia tota pars decani.in ver.circa quod est notandum. vbi regula ponitur,ꝙ quicquid potest priuilegio concedi, pariter & consuetudine induci potest. & not.in c.super quibusdam. §.prætereà.vbi
26 gl.de verb.sig.† & talis consuetudo, quæ videtur notoria in lo-
27 co,non indiget probatione,vt not. Bal.in l.3.C.de ser. fugit.† & in tali consuetudine notoria iudex supplere potest,ut no.Bald.in
28 in l. filius familiàs.§. ueterani. ff.de proc. † iudex etiam parte absente,& non citata potest se informare de consuetudine, & si repetit ita esse per solam famam,sufficit,ut no.Cy.in l.2. in versi. 2. quæritur.C.quæ sit long.consue.& idem tradit Bart. in l.Iulia.ff. de testi.Bal.in l.1.in fin.C.vt quæ desunt aduoca.Ale.in consi.14. Viso processu.in prin.li.5.Et retenta conclusione,de qua non videtur dubitandum per supradicta, ꝙ supradictæ conuentiones factæ inter dictos principes valeant, & obseruari debeāt, clarum est,ꝙ per verba dictarum conuentionum fœminæ excluduntur dum dr̄, ꝙ si decesserint absque legitimis de corpore nostro natis feudalibus hæredibus, ad dominos superstites dicta bona deuoluantur.verba.n.illa, feudalibus hæredibus. tantum de mascu-
29 lis intelliguntur, † quia fœminæ non succedunt regulariter in feudis.c.1.§.hoc autem notandum.in tit.qui feudum dare pos.c.
30 1.§.ad filios.de succes.fratr.in c.1.de alie.feu. pat.cum sim.† & in materia feudali verbum, hæredibus.intelligitur de masculis. c.1. §.& si clientulus.in tit.de alie.feu not.Bar.in l.Gallus.§ etiam. de libe.& posthu.in l.pro hærede.§ si quid tamen. de acq.hær.Cald.
* in consi.15.Hæredis appellatione.vbi dicit,ꝙ ita * *communiter tenetur.* & idem Card. in consi. 64 Quod domina Nera.Angel.in consi.110.Sanctissima,& illustrissima.in vers.2.ostenditur. Fulg. in consi. 118. Petrus quondam. & ideo concludendum est, ꝙ in
31 talib.bonis d.Elisabeth excludatur.Nec obst.† ꝙ hæredes feudales, & sic masculi non videntur vocati, sed solùm positi sunt in conditione,ubi & sub hac conditione & c. quorum casu filij ma-
32 sculi positi in conditione non dicuntur vocati.iuxta † gl.in l.Lucius.ff.de hæredibus instituendis.quia ad hoc s̄. fuit responsum, ꝙ glo.in d.l. Lucius.non habet locum ex tacita voluntate disponentis,vt Soc.tradit in l.cùm auus.in fi.de cōdi.& demonstratio. Et vlterius, & clarius ad hoc responderi potest, quòd glo.in d.l. Lucius.procedit,vt filij positi in conditione non sint uocati, sed ab intestato succedunt, & ab intestato pariter succedunt masculi,& fœminæ.l.maximum vitium.C.de liberis præte.l.lege 12.tabularum.C.de leg. hæredi. si ergo masculi tantum vocati sint exclusis fœminis,prout in casu isto contingit, necessarium est dicere,quòd masculi vocati sint;& in isto casu non habet locum glo. in d.l.Lucius.& ita in terminis voluit Guido Papę in q.184.incip.
33 In illa quæstione.vbi concludit,† quòd quādo filij masculi sunt positi in conditione, vocati videntur ex tacita voluntate disponentis:inducit verba Bar.in l.liberorum.de verb.sig.in vers.pone exemplum.vbi dicit,ꝙ stante statuto, ꝙ filia non succedat extantibus masculis,in persona masculorum statutum continet dispositionem, quasi dicat,ꝙ masculi succedant,& non fœmina. & idē no.Bar.in l.2.§.videndum.ff.ad Terty.& idem tenet Bal.in l. maximum uitium.C.de liberis præter.vbi inquit,ꝙ illa verba, extantibus masculis.videntur habere tacitam dispositionem,ꝙ masculi succedant, in quorum fauorem factum fuit statutum: & quia quandoque verba conditionalia dispositionem inducūt, l.fideicommissa.§.cum esset.de leg.3.vbi Bar.& ita aliàs consului,ut patet in consi.270.Domi.Raynald.Successiue non obstat,ꝙ domina Elisabeth,qn̄ renuntiauit hæreditati paternæ,& maternæ, reseruauit sibi regressum ad bona paterna, & materna casu, quo frater suus decederet sine filijs masculis.quia nunc non agitur de bonis paternis,vel maternis,sed agitur de hæreditate fratris,qui
34 hæreditatem patris,& matris adiuit,& ex tali aditione, † vel immixtione desinit esse hæreditas patris,vel matris,& incipit,ut dicatur patrimonium eius,qui adiuit,& sic fratris.l.sed & si plures. §.si filio. ff.de vulg. & pup. not.in l.1.in §.ueteres.ff.de acq.poss. no.Ang.in consi.52.dom.Gilius.& tradit Bar.in l.fi. in prin.in fi. 1.q.ff.ad Terty.& in consi. 58.Ex themate prædicto. in fi. Bal.in l.1.in q. 50.ff.de rerum diuisio.& Ro.in consi.40. Visis.in princi. Benedictus Capra in consi.62.Cùm uiso.in 2.dubio. & Rom.in alio consi.168.Circa primum.in prin. Ex quibus omnibus patet, ꝙ reseruatio,quæ fuit limitata in bonis patris,& matris,non habet locum in bonis, & hæreditate fratris. hoc tamen uidetur dictum ex abundanti,quia in bonis, de quibus agitur, domina Elisabeth omnino erat exclusa ex conuentione facta inter principes,ut s̄.dictum est,& quod s̄.dictum est de bonis mobilibus pertinentib.ad tuitionem castrorum,ꝙ comprehendantur,quia videntur esse de pertinentijs,iuxta no.in c.cum ad sedem, de restit. spolia.bene facit quod no.Bar.in l.Seiæ. §.tyranno. ff.de fun.inst.
35 ubi dicit,ꝙ † pascua deputata ad usum fundi in legato fundi continētur,& facit text.in l.prędij.§.balnea.de leg.3.& tradit Maria. Soc.in consi.47.in 1.li.& ex prædictis breuiter concurro in sententiam do. consultoris, & maxima temporis angustia non patitur me in scribendo longiorem esse.

ADDITIO.

a ¶ Hæredem.) Scilicèt Vuilhelmi III.seu Iunioris fratris sui. quod illustriss. Lantgrauus Hessiæ non impediebat,nisi in feudis, & terris masculis Hessicæ domus adfectis,ut suprà consi.504. consi. 515. quæ sunt de eadem re,clara, & indubita,nisi ob friuolas cauillationes aliquorum.

EPITOME Consi. CCCCCCLVI.

Vrbis veteris statuto cauetur, ꝙ mater succedat in tertia parte bonorum filii prædefuncti. Certè matre non extante auia ad illam successionem admittetur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens in matre an locum habeat in auia,nu.4.*
2 *Statutum excludens matrem uidetur excludere auiam maternam.*
3 *Exclusa matre exclusi uidentur omnes cognati, qui ueniunt ex persona matris.*
5 *Eiusdem rei sequuntur commoda,quam sequuntur incommoda.*
6 *Dictio,saluo,quam significationem habeat.*
7 *Exceptio est de regula.*
8 *Statutum contra ius commune debet strictè interpretari.*
9 *Argumentum à maiori habet locum etiam in statuto.*



VERIDICAM esse arbitror conclusionem à pręclarissimo doctore firmatam in fauorem auiæ, ꝙ ipsa admittatur ad tertiam partem secundum formam statuti
1 † Vrbis veteris. ꝙ licet loquatur in matre,tamen videtur etiam habere locum in auia,[a] qa
a contrariorum eadem est disciplina:& quod operatur propositū in proposito,idem operat̄ oppositum in opposito:& quod contraria operentur contrarium effectum.l. fi. ubi Barto.ff.de lega. 3.l.& si contra tabulas.ff.de vulga.& pup.l.si ex toto.in princ.de leg.1.& no.Bart.in l.inter stipulantem.in §. sacram de verb.obli. & hoc modo arguit Bal.in l. 1.C.quando liceat ab emp.disce.vbi
2 alleg.ad hoc Arist.sed ita est in casu proposito,† ꝙ statutū, quod excludit matrem,videtur excludere auiam maternam,ut no.Bal. in l.illam.in princip. C.de colla.ubi inquit, quòd exclusa matre à statuto, & Soror materna, quæ venit repræsentando matrem, excluditur: & fortior est ratio excludendi auiam, quàm matrem: & alleg. Cynum. in l. 1. C. quæ sit lon. consuetu. & idem concludit Barto. in l. 2. §. videndum. ff. ad Tertyll. dum in-
3 quit, † quod exclusa matre exclusi videntur omnes cognati, qui veniunt à persona matris. & idem tradit Bald. in l. maximum ui-

ADDITIO.

a ¶ Auia.) Dixi in consue.Paris.§. 128.

mum uitium.C.de lib.præt.ubi Pau.de Cast. refert Bal. ibi, & dicit, ꝙ * communiter omnes ita tenent: cum simi. ut Alex.refert in consi. 134.inci. Animaduersis diligenter his.lib.6.& in consi.144. Viso themate. eod. lib. 6. & secundum istam conclu. consuluit Cor. in consi. 188. In præsenti consultatione est præmittendum. 2.lib.ubi concludit, ꝙ exclusa matre à statuto intelligitur exclusa auia. & idem Cor. in consi. 162. Constat, ꝙ de iure communi. lib.3.quando aliter dicit, ꝙ exclusa matre a statuto omnes coniūcti ex persona matris excluduntur. & est regula, quā ponit Ang. in §.reliquum.in Auth.de hæt.ab inte.in ver.ex diuerso. ꝙ qñ aliqua persona excluditur non ꝑ ꝑ suum delictum, ita omnes veniētes ex eius persona excluduntur, quia veniunt a radice infecta. ar gu.l.si.de na.lib.& bene facit tex.in l.si uiua matre.C. de bo. mat. & ex prædictis remanet firmata opin.quæ communiter approba
a tur, ꝙ exclusa matre a statuto pariter auia materna exclusa [a] vr̄. & ex ista conclusione pari modo dicendum vr̄, ꝙ quatenus mater admittitur, eatenus ēt auia admitti debet, quia contrariorum eadē est disciplina, ut ꝯriorum ꝯrij sint effectus. unde sicut auia in exclusione matris, etiam ipsa auia excluditur, pari ratione vr̄, ꝙ in casu, in quo mater admittitur, etiam auia admitti debet. & sic infertur, ꝙ auia uocata sit ad illam tertiam partem, in qua mater expresse vocatur: & ista cōclu. comprobatur manifesta ratione, quia aut dicimus, ꝙ in statuto auia non comprehendatur, & tunc vr̄, ꝙ ipsa in totum de iure communi ad successionem pu-
4 pilli admittatur, quia est proximior, † cum sit in secundo gradu. §.in 2.gradu.instit. de gradi.& in l.1.§. 2.gradu.ff.de gra.aut dicimus, ꝙ in regula statuti, in qua mater primo simpliciter excluditur, etiam auia excludatur, ita ꝙ in regula statuti negatiua sicut mater, sic etiam auia excludatur, quod vr̄ de iure per ea, quæ s̄.di xi, & tunc etiam auia in exceptione, quam facit statutum, com-
5 prehendi debet, † quia eiusdem rei sequuntur commoda, quam sequuntur incommoda.l.secundum naturam.ff.de reg.iur. in regula, qui sentit.de regu. iu. in 6.l.1.§.pro secundo.C.de ca.tol.&
6 hoc cōprobatur per illā dictionem, saluo ꝙ in tertia. † ista enim dictio, saluo, est modificatiua, & restringit, quod dictum est de exclusione matris, ut not.per gl.in l.si debitor.§.1. ff.quib. mod. pign.uel hypo.in l.item Labeo § purè.ff.fam. ercil.not. Ange.in consi.27.Pro decis.in consi.42. Prout patet.& in cons.290. Circūscripta pactorū serie. & ista modificatio facta per dictam dictionem, saluo. in effectu est exceptio facta a præcedenti regula ex-
7 clusionis, † quæ quidem exceptio est de regula, vt no.Bart. in l.in his.ff.de legi.in l.1.ff.de reg.iu.in fi.& ideo consonat, ꝙ exceptio intelligatur in eo casu, in quo regula loquitur, & ꝙ secundum regulam intelligatur, vnde regula exclusiua matris etiam de auia intelligatur, pariter videtur, ꝙ etiam exceptio facta de matre intelligatur de auia: & per consequens videtur, ꝙ auia sicut mater ad dictam tertiam partem admittatur, prout statutum loquitur. & per istam rationem res clara videtur.& ex his nō obstat, quòd statutum, de quo agitur, sit stricti iuris, vt not.Bar. in l.constitu-
8 tionibus.ff.ad muni.† & cum sit contra ius commune, debet strictè interpretari.l.si verò.§.de viro.ff.sol ma.vbi Bar.quia respondetur, vt supradictum est, quia si statutum non haberet locum in auia, ipsa plenius intētum consequeretur, quia esset proximior, & in totum admitteretur ad successionē, de qua agitur: & ideò vera, & communis intelligentia vr̄, ꝙ exclusa matre a statuto a
9 fortiori vr̄ exclusa auia, quæ est remotior.† hoc arg. a maiori habet locum etiam in statuto, prout arguit Bald.in d.l. quod vero. ver.sed pone.ff.de legib.in d.l.si vero.§.de uiro.in l.2.C.de in ius voc.& in l.affinitatis.commu de succes.& plenius domini consulentes respondent.& vera solutio videtur, vt dixi, ꝙ si non comprehendatur auia, ipsa de iure communi in totum succederet, si comprehenditur in regula negatiua, pariter in exceptione comprehendi debet per supradicta; & si velit in totum, vel saltem in tertia parte, auia admitti debet.

ADDITIO.

a ¶ Exclusa.) Suprà consi.15.consi.360.consi.512.consi.513.consi.543.cōs. 632.dixi ad Alex.consi.56.lib.5.

EPIT. Consi. CCCCCCLVII.

Natus in domo mariti eius filius præsumitur, etiam si mater esset adultera, donec contrarium probetur.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus ad §.defuncto.in l.miles.ff.de adulterijs.*
2 *Natus in domo mariti ex muliere, quæ probatur commisisse adulterium, præsumitur filius legitimus mariti.*
3 *Vxor licet probetur adultera, filius præsumitur iustus.*

Plenè, & eleganter absoluta fuit præsens consultatio ab excellētissimo, & clarissimo Iuriscōsulto do. Raynaldo Petrucen.de Senis: & quia potissimū
1 fundamentum † propositæ consultationis consistit in l. miles.in §.defuncto.ff. de adul.Circa intellectum illius §. aliquid dicam vltra ea quæ dixi in cap. per tuas. de prob. nam primo ille tex.est sing.vt no.Bal.in l.si matre C.de suis, & legi. Ang. in l.7.ff. de sta.ho.cum si.vt tradit Alex.in consi.157.Circa primum. in 2.
2 dub. lib. 5.& in illo text. conclusio habetur, † quòd natus in do-
a mo [a] mariti ex muliere, quæ probatur commisisse adulterium; præsumitur tamen filius legitimus mariti: & hoc fauore matrimonij, & filiationis, quod not. Abb.in d.capit. per tuas in 1. not. in capit.ex transmissa.qui filij sint legi.in cap.pe de adul.& secūdam istam conclusionem latè consuluit And. Sicul. in consi. 27. Illustres, & magnanimi.lib.1.vbi plura dicit, quæ in proposito bene conferunt.& ostendit præsumptionem d.§.defuncto. fauore matrimonij, & filiationis esse efficacem, & præualere pluribus præsumptionibus, quæ erant in contrarium. ibi.n. primo comprobat istam conclusionem allegando Baldum in pluribus locis, deinde arguit in contrarium, & dicit, ꝙ in illo casu erant plures præsumptiones in contrarium videlicèt ꝙ mulier, quæ erat mater, asserebat non esse filium mariti, & ille, cuius mater dicebat esse filium, instituit talem filium, & nominabat, & retractabat illum pro filio: & tamen concludit potiorem esse istam præsumptionem, quòd esset filius mariti, quia natus in domo mariti.& idem And. Sicul. in consil. 58 Sapienter dixit Psalmista. in 2.lib. ibi, in fortiori casu consuluit.ampliādo dictum §.defuncto.quòd etiam si vxor non habitaret cum marito. sed cum eo, qui illam carnaliter cognoscebat, si tamen maritus ad illam habebat facultatem accedendi pro arbitrio suo, & libera voluntate, licèt non habitaret cum marito, tamen haberet locum dispositio dicti §. defuncto. vt præsumatur filius mariti fauore matrimonij, & filiationis. & cum supradictis concordat Bald. in consi. 309. Pun-
3 ctus talis est. in fin. lib. 5.† vbi inquit, quòd licèt vxor probetur adultera, tamen in dubio filius præsumitur iustus, per text. in d. l.miles.§ defuncto.& dicit, quòd ista præsumptio attenditur, nisi probatio negatiua concludat necessariò in oppositum. clarum est autem, quòd probationes, quæ in contrarium objciuntur, non sunt concludentes, & sic Bald. videtur casum nostrum determinare. & idem concludit Bened Cap. in consi. 2. Cum viso, & considerato. vbi alleg. dictam l.miles. §.defuncto.ibi, tamen postea contrarium tenet in illo casu, quia non erat natus in domo mariti, sed in domo eius, qui illam illicitè cognoscebat: & in casu isto hoc non cadit, quia iste fuit natus in domo mariti, quo casu concordat cum supradictis: vide tamen Pet.de Ancha. in consil. 225.Barba.consi.68. lib.4. Alex.in consi.88.lib. 7.Cor. in consi.1. lib. 1. qui videntur dissentire a supradictis. vnde cogitādum erit, quando casus occurreret.

ADDITIO.

a ¶ Domo.] Idem Ang.in consi.83.Spurius.consi.183.In quæstio.Io.de Lopis latè in repe.l.si pater.C.de here.insti.nu.8.cum seq.Guil.Bened.repe. c.Raynu.uersic.quæ filium ex eo suscipiens. nu.2.ubi nu.11.ampliat.idem Alex.in consi. 83.nu.8.cum seq. ubi dixi. Ias.consi. 125.lib.4.idem Dec.ca. per tuas.de proba.& supra consi.278.in prin.consi.576.nume.10. Hieron. Grat.consi.158.lib.2.

EPITOME Consil. CCCCCCLVIII.

Filia locum matris defunctæ ingreditur, Ideo una cum matertera ad successionem consanguinei admittitur, sicut nepos cum patruo succedit.

SVMMARIA.

1 *Amita soror patris quòd sit in tertio gradu.*
2 *Filia an admittatur simul cum sorore matris ad successionem bonorum suæ matris præmorientis ab intestato.*
3 *Verbum, propinquiores, positum in statuto tam masculos, quam fœminas comprehendit.*
4 *In successione ab intestato masculi pariter cum fœminis succedunt.*


Lias, dum essem Pisis, consului pro domina Iulia, quòd ipsa simul cum do. Maria sua matertera ad hæreditatem Cæciliæ admittatur: & post redditum consilium ad quædam dubia responsum fuit. Nunc iterum nonnulla dubia excitantur, quibus responsio clara videtur ex his, quæ dixi in consil. & non fuisset opus ulterius insistere, tamen vt petenti aliqua ex parte satisfaciam, &
a pro clara resolutione considerandum [a] est, quòd si do. Antonia mater

ADDITIO.

a ¶ Considerandum.] Ista est causificatio rusticorum, qua ius repræsentādi in linea collaterali in infinitum protenderetur contra omnia iura.

mater d.Iuliæ uiueret,non est dubium,ꝙ ipsa simul cum do.Ma
ria sua sorore ad hæreditatem do. Cæciliæ admitteretur. quia
1 vtraque soror in eodem grado reperitur, † nam vtraque est so-
ror patris,& sic amita in tertio gradu,vt habetur instit.de gradi.
& in l.1.§.3.gradu.in l.iurisconsultus.§.3.gradu.ff.de gradibus,&
2 de hoc non fuisset dubitandum.† Solum ergo videndum est, an
dum Iulia succedat in locum do. Antoniæ suæ matris, ita quod
ipsa simul cum do.Maria sua matertera ad hæreditatem do.Cæ-
ciliæ admitteretur.Et breuiter concludēdum est,quod sic.& ista
a conclusio clara videtur vigore statuti,[a] quo cauetur vniuersali-
ter,quod in hereditate cuiuslibet decedentis ab intestato, & sic
vniuersaliter loquitur,& excipit neminem, ut dr̄.in c. solitæ. de
ma.& obe.& faci.rubr.ff.quid cuiusque vniuer.& postea in pro-
pinquioribus ex parte matris idē disponit.vt supra,& subijcit,&
ita in gradib.venientibus ex transuerso hic ordo seruet.& in istis
verbis casus noster deciditur,quia d.do.sunt de transuersalib. vt
habetur in § inter eas quoq; personas.insti de nupt.in §.3. gradu
insti.de gradi.cum si supra,alle.& quid dictum est de filio,vel ne
pote,qui admittuntur simul cum patruo,prout statutum dicit,
idem vr̄ in filia,quæ ingreditur locum matris, & cum matertera
simul admittitur,vt no.Bald.in cons.171.Casus talis est,quidam
Titius.li.5.in ordine meo.& est tex.in §.reliquū.in Auth. de hær.
ab intest.venien.vbi loquitur de filiis,& filiabus, quę,vt ibi dici-
citur,in suorum iure parentum succedunt.& hoc secundum sta-
tutum habet locum in hæreditate cuiuslibet,vt inquit statutum,
& supradictum est.& discurrendo hoc modo de quęstione no-
stra est casus in dicto statuto,& vbi est casus legis,ibi nulla vr̄ du-
bitatio.l. ancillæ. vbi Bald.in 3.not.C. de fur.& in statuto tradit
Cor.in cons.109.Viso infrascripto themate.in fi.lib.1.& ad quæ-
dam,quæ in ɔ̄rium adducuntur, responsum fuit in consilio.Nā
primò non ob.quod statutum,in quo facimus fundamētum, nō
videtur habere locum in fœmina,quia videtur loqui in masculo
3 quia hoc non est verum,ubi loquitur de† propinquioribus: &
tale verbum comprehendit masculos,& fœminas, ut no. Bal.in
consi.324.In q.lib.3.& in consi.8.Super primo puncto. in prin.
l.4.& idem est in verbo,proximiorum: vt tradit Ang. in consi.
4 289.Viso facto.in prin.cum si.vt dixi.in l.2.ff.de reg.iu.in fi.† Se-
cundo respondetur quod in successione,de qua agitur, pariter
succedunt masculi cum fœminis.l. maximum uitium. C. de lib.
præt.& per illum tex no.Pet.de Anch.in consi.120. Pro clariori
decisione.in uer.vlterius aduertendum, & sic sumus in materia
indifferenti,quæ ita conuenit fœminis,sicut masculis:& tali casu
si masculinum profertur à lege,uel statuto, masculinum conci-
pit fœmininum,quia eadem ratio videtur,ut no. Bar. in l.1.in fi.
ff.de pecu.in l.iura in fi.ff.de legi. cum si. vt dixi in consi. & quia
ad omnia,quæ in contrarium adducūtur,fuit responsum in cōsi.
uidetur superfluum ulterius insistere,& ideo in fauorem do. Iu-
liæ iterum concludo,ꝙ ipsa simul cum do. Maria ad hæreditatē
do.Cæciliæ admittatur uirtute statuti,in quo fundamentum ir-
refragabile uidetur.

ADDITIO.

a Statuti.] Quod nil facit,sed impertinens est,vt patet supra consi.525.nu.
10.vbi per totum consilium fundatur in argutiis quasi in iure communi,
& ibi pessime,et sophistice consuluit, et adhuc hic manifestum errorem
nititur defendere.

EPIT. Consil. CCCCCC LIX.

Donatio simulata præsumitur tribus concurrentibus,si coniun-
cto fiat de maiori parte bonorum possessione apud donato-
rem remanente. Cæterum donatio a patre facta filiæ ipsa ante
donatorem decedente resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Simulatio ex coniecturis,& probationibus probatur.*
2 *Quæ præsumptiones sufficiant ad reuocandum donationem.*
3 *Fraus præsumitur ex alienatione omnium bonorum.*
4 *Donatio facta vxori a marito habet tacitam conditionem,si vxor super-
uiuat post mortem mariti.*

CONclusionem in casu proposito supe-
rius firmatam a præcla-
1 riss.doct.iuridicam esse arbitror per ea:quæ supradicta
sunt.† Et primo(circa simulationem,quæ probatur ex
coniecturis,& præsumptionibus) vt no.Bal.in l.empt.C.plus va.
quod agi.in l.& qui.circa fi.C.de distr.pig.& Pau.de Cas.in cōsi
82.Visis his.& in consi.327.In causa mota.vbi inquit,quod simu-
lationes occultè fiunt,& non adhibentur testes,& al ter de alte.
ro confidit:& ideo ex coniecturis simulatio probatur. c. ad no-
stram.de emp.& uen.& idem tradit Pet.de Anch.in consi.257.Si
prædicta sententia.& Alex.in consi.197.Visis dubitationibus. li.
7.& in casu isto secundum ea,quæ supradicta sunt, manifestæ ui-
dētur esse præsumptiones simulationis,quæ simul iunctæ probāt
2 simulationem.† prima præsumptio insurgit ratione coniunctio-
nis,quia donatio fuit facta filiæ.ut no.Bar.in l.non solum §. 1. ff.
de ritu nup.Bal.in l.si quis post hac.C.de bon.proscrip.in ver.ter
tio si sit facta in coniunctam personam.no.in l.data. C. de dona.
in l.pe.in prin.ff.de bon.libe.& tradit Cu.in consi.155.Antogno
lus.Bart.in l.post ɔ̄ctū.de dō.Secūda præsumptio est,quia in tali
3 natione maior pars bonorū cōprehēditur,quo casu sicut† præ-
a sumptio fraudis insurgit in eo,qui oīa [a] bona alienauit.l. oēs. §.
Lucius.ff.de his,quæ in frau.cred. idem est in alienatione maio-
ris partis bonorū,ut no.Bal.in l.1.in 3.q.C.si quid in frau.pa.alle.
glo.in l.nomen.§.filio.de lega.3.facit tex.in l. propter litem.ff.de
excu.tuto.ex una enim magna alienatione fraus præsumitur, vt
Bald.dicit in l.fraus.ff.de legib.& in eo,qui alienat eius meliora-
menta,idem dicit Ang.in l.2.in prin.C.de don.inter vir. & vxor.
& in d.l.si quis post hac. Tertia præsumptio insurgit ex eo, quod
P.Paulus donator semper remansit in possessione dictorum bo-
norum:quo casu etiam colligitur suspicio fraudis,& simulatio-
nis;vt no.Bar.in d.l.post contractum.in ver.3.præsumitur.per l.
sicut.§ superuacuum.ff.quib.mod.pign.vel hypo.sol. & ibi Bar.
idem dicit cum si.ut dixi in consili.233.alleg.supra per primum
dominum Consultorem.Nec huic vltimæ præsumptioni obsta-
re videtur, ꝙ donator ipse non vr̄, ꝙ possit allegare fraudem,
uel simulationē,in qua ipse interuenit,arg.l.cū profitearis C.de
reuoc.don.in l.si creditorib.C.de ser.pign.da.ma. in l. filio. C. de
his,quę in fraud.cred.quia respondet Bart. in d.l.post ɔ̄ctum.in
versi.sed an venditor ipse ubi dicit iura alleg.ꝓcedere,quādo agi
tur,quòd contractus factus est in fraudem fisci, vel alicuius pri-
uati,secus dicit esse,quando venditor vult dicere venditionem
fictitiam esse,non in fraudem alterius,sed ut se defenderet à ty-
ranno,uel alia iusta causa, quia tunc potest allegare simulationē
factam ad suam defensionem.l.quamuis. l. cum proponas. C. si
quis alte.uel sibi.& ita videtur in isto casu,quia facta fuit simula-
tio pro conseruatione bonorū,& iuriū ipsius donatoris,& ɔcur-
rentibus tribus s̄.dictis præsumptionibus vr̄ sufficienter proba-
ta simulatio.Et supra dictis conferunt plura,quæ dixi in consilio
4 233.suprà allegato per do. Consultorem.† Secundo principali-
ter alio clarissimo,& irrefragabili fundamento donatio, de qua
agitur,non potest habere locum,quia filia,cui donatio fuit facta
a patre,(ut narratur) est mortua patre uiuente, quo casu in do-
natione inter uirum,& uxorem donatio facta uxori a marito ha
bet tacitam conditionem, si vxor superuiuat post mortem ma-
riti,ut est tex.in l.a marito.C. de don.inter uir. & uxo. & in l. in-
ter uirum.ff.de reb.dub.& ideo uxore præmortua donatio illi fa-
cta a marito resoluitur,ut dixi in consi.238.alleg. supra a domi-
nis consultoribus.& quod dixi in donatione inter vir.& uxo.pa.
riter idem dicendum est de donatione inter patrem,& filiā,quia
donationes prædictæ æquiparantur.l.donationes. C.de don.in
ter vir. & uxor. & hoc fundamentum omnem tollit dubita-
tionem.

ADDITIO.

a ¶ Omnia.) Alex.consi.55.nu.5.lib.1.vbi dixi adde sup.consilio.233.nu. 2
Matth.Afflic.decis.Neap.370.nu.13.

EPITOME Consi. CCCCCCLX.

Prohibitus alienare non poterit per vltimæ uoluntatis viam re-
linquere: Vnde decretum Bailiæ Senen. inhibens immobiliū
alienationem ad testamentum extenditur.

SVMMARIVM.

1 *Decretum,seu statum prohibens venditionem,donationem, & alienatio-
nem bonorum immobilium, an habeat locum in vltima voluntate,
num.4.*
2 *Species restringit genus.*
3 *Vltima voluntas debet esse libera.*
5 *Ex proœmio,vel principio constitutionis causa finalis demonstratur.*
6 *Respicientia vtilitatem publicam latè intelligi debent.*
7 *Statutum tribuens præmium accusanti extenditur ad denuntiantem.*
8 *Verbum,alienare,est generale;& in eo comprehenditur omnis actus, per
quem dominium transfertur.*
9 *Iura fraudem romouentia latè interpretari debent.*
10 *Testamentum largo modo contractus dicitur.*

Reuocatur

1 REuocatur in dubium,& † quæritur,an statutum,seu decretum Bailiæ supremi magistratus Senarum,dum prohibet venditionem donationem, & alienationem bonorũ immobilium, habeat locum in vltima uoluntate. Et prima facie uidebatur dicendum, ꝙ non ex eo,quod specialiter Bal.scribit in cõsil.451. Casus talis est,quidam de ciuitate Lucana.lib.1.in ver. & ad euidentiam est considerandum.& ibi dicit,quod uerba dicti statuti videntur determinare hãc quæstionem, ꝙ distum statutum non habeat locum,nisi in ꝯtibus,quia verba statuti dicũt, post prohibitionem,ꝙ contractus sit ipso iure nullus, ista enim clausula declarat totum statutum,ut not.in l.si idẽ cum eodem.§. fi.ff.de iur.om.iu.in c.2.requiris. de app. & statutum licèt in principio loquatur generaliter,tñ post genus sequit species restrictiua, dũ
2 dicit,ꝙ ꝯtus sit nullus; vnde † species restringit genus.l.si cũ fundum.ff.de uer.sig.in l.legatorum.§.qui plures.ff. de leg. 2. & ab-
3 surdum vr̃,ꝙ statutũ intelligatur in ultima voluntate, † quę debet esse libera.l.1.C.de sac.san.eccl.& quia verba gesserunt, ꝯxerunt.non pertinent ad ius testandi,l.verba ꝯxerunt.ff.de ver.sig. & latius pdicta tradit Bal.in consi.prælle.quæ omnia applicari videntur in isto casu,in quo dr̃,ꝙ conuentio sit nulla; & cum in effectu istud decretum loquatur in contractibus, non habet locũ in testõ,nec ecõtrà,vt no. Bart.in l. testm̃. post gl. ibi,de test.
4 & facit tex.in l.pater filium §. fundũ.ff.de leg. 3.† vbi prohibita alienatione non vr̃ prohibita hæredis institutio. & facit tex. in l. ex hoc edicto.§.alienare.ff.de alie. iud. mut. cau. fact. ibi, sed & hæredem instituendo,vel legando,si aliquid alienet,huic edicto
a locus non erit. Quibus [a] tñ, & similibus non obstantibus ꝯrium de iure in casu proposito esse arbitror inspectamente, & ratione statuti,siue decreti.& pro fundamẽto prẽmittendũ est, ꝙ dictum decretum fuit factum propter utilitatem publicam, vt ex principio decreti colligitur,ibi,*per preseruare la quiete,pace, & libertà della Republica.*†
5 Nam ex proœmio, vel principio constitutionis cã finalis demõstratur.d.l.1.in prin.vbi Bar.per illũ tex.ff.de hær.insti.no.Bal.in l.1.in prin.ff.de ori.iu.& hoc mõ arguit Bar. in l. ambitiosa.in ver.visis.& examinatis.ff.de decr.ab or.fac.Car. in consi.132.Duo sunt.in prin.in cõsi.147.Videtur in prin.Imo. in consi.128.Visis.in uer.item uidetur.Ro.in cõsi. 16. Viso themate. Ale.in cons.7.Visis.lib.1.& in consi. 55. Quoniam. in prin. li.5.cum si.quæ no. sunt. & ideo verba dicti decreti debent latè
6 interpretari,quia illa,† quæ vtilitatem publicam respiciunt,latè intelligi debent,ut not.Bar.in l.2.§.exercitum.ff.de his, qui not. infa.in l.quẽadmodum.C.de agr.& cen.lib.11. & tradit Pau.de Cas.in consi.23.Viso puncto.vbi aile.l.1.§.fi.C.de cad.toll. & ad hoc facit tex in l.si quis in graui.§.hi quoque.ff ad Syl.ubi Bar.&
7 facit ꝙ no.Io.And.in add.Spe.in tit.de denũ.§.1.de statuto,† qđ tribuit præmium accusanti delinquentem, nam secundum eum extenditur ad denuntiantem fauore reipublicæ, ne delicta sint impunita,& sequitur Ang.in l.diuus.ff. de custo.reo. cum si. vt dixi in cons.65.Hoc premisso,manifesta vr̃ intentio decreti, dũ inquit,*non ardisca,ne pressuma vendere, donare, ò sotto alcuno quæsito*
8 *colore alienare beni immobili, &c.*† Nam verbum, alienare. generale est,& in eo comprehenditur oĩs actus,per quem dominium trãsfertur.l.j.C.de fun.dot.& hoc verificatur etiam in ultima uoluntate.l.1.& 2.C.communia de legat.& sic videtur decretum habere locum in vltima voluntate:& hoc modo arguit Bal.in d. cõs. 451.li.1.Et ad hoc adduco tex.in.§.aliena.in Auth.de non alien. ubi dicitur,alienationis autem nomen generale ideò posuimus, ut prohibeamus venditionem,& donationem,& commutationem,& in perpetuum extẽsam emphyteusim.& ad idem tex. in l.fin.C.de reb.alien.non alien.ubi dicitur; sancimus, siue lex alienationem inhibuerit,siue testator hoc fecerit,siue pactio ꝯhentium hoc admiserit,non solum dominij alienationẽ,sed & usufructus dationem,vel hypothecam,uel pignoris nexum penitus prohiberi.ad idem tex.c.nulli de reb.ecc.nõ alie. vbi dicitur,alienationis autem verbum continet donationem,uẽditionem, per mutationem,& emphyteuticum perpetuum ꝯtum.& specialiter facit tex.in l.si quis prioris.§.cæterum.C. de sec.nup. vbi dicitur,ꝙ illa etiam uidetur alienatio, quę in testamento genitoris, uel genitricis,vel specialiter relinquendo per uiam legati, uel generaliter instituendo facta sit.& ista conclusio in casu isto comprobatur,quia hic prohibetur,ne sub quæsito colore fiat alienatio: & sic est prohibere fraudem.facit tex.in l. hoc colore. ff. de inof.testa.in l.sed Iuliam.in princ.ibi,color quæsitus.ff.ad Mac.in l.dudum.C.de contrah.emp.ibi,quæ inani honestatis colore uelatur.& in c.auaritiæ §.cum itaq; ibi,aut alio de nouo quæsito colore.de elec.in 6.& in c.cupientes.§.cæterum.ibi,uel alio quæsi-
9 to colore se ingesserint.eo.tit.& lib.† Ista enim iura,que uidẽtur fraudem remouere,latè interpretari debẽt,ut tradit Io.de Ana. in rub.de aposta.in uer.& pro prædictis facit, & hoc cõfirmatur ex eo, ꝙ no. per.gl.fi. in ca.quanquã.de usur.in 6.quæ dicit illam ꝯstitutionẽ,quæ loquit de testamẽto,habere locum in codicillis, ne elusoria sit illa cõstitutio.ad idẽ gl.in cle.1.de sepul. facit text. in c.si ciuitas. de senten.excom.in 6.ibi,expedit interpretationem fieri laxiorem,ut fraus remoueatur.ut ibi dicitur.& in c.commissa.§.porrò,de elect.in cap.1.§.callidis.de prohibita feud. alie.per Fed.& facit tex.in l.1.§.fi.ff.de cal.& in l.sed Iulian.§.mutui datione. ff. ad Maced. cum ergo ex rationibus suprà allegatis debeat fieri larga interpretatio,consonat, quòd prohibitio decreti etiã in vltima voluntate intelligatur. Non obstant allegata suprà in contrarium, & primò dum ponderatur, quòd in effectu decretum loquatur de contractu, quia verum est, quòd loquitur de contractu,dum dicit de donatione, & uenditione, sed per hoc non excluditur, quinetiam habeat locum in vltima voluntate,ut colligitur ex verbo,alienare.quod est generale, ut suprà dictum
10 est.† Et quia testamentum largo modo dicitur cõtractus,ut no. per gloss.in cap. 1. §.item sacramenta puberum. de pace iuram. firman. quæ alleg. bonum tex.in l.eãdem.de duobus reis ubi inter contractus enumeratur testamentum: in gloss. ibi in verbo, super contractibus.circa medium, & in casu isto hoc sufficit, quia verba latè accipiuntur,vt supradictum est.Non ob.ꝙ species restringunt genus,& verbum generale alienationis restringitur ad contractus,ut per Bald.consi.suprà allegato in contrarium. quia hoc non videtur habere locum in casu isto,in quo late debet fieri interpretatio per supradicta; & ideo illa clausula generalis de alienatione intelligitur vltra casus specificatos,& videtur ampliare dispositionem l.stipulationes commodissimum.ff.de verb.obl. & ita videtur in proposito,quia prius dictum est de venditione, & donatione in specie,& subiicitur prohibitio generalis, *ò sotto alcuno quesito colore alienare*. ista generalis clausula inducta ad ampliandum non debet restringuere,argum.l.legata inutiliter.ff.de leg.1. & in terminis in isto casu tradit d. Bart Socy.in consil.251. Quoniam in præsenti consultatione.Non ob. tex.in l. pater filiũ. §.fundum.ff.de leg.3.vbi prohibita alienatione non videtur prota hæredis institutio:quia respondetur, ꝙ ibi alienatio fuit prohibita ad tempus, donec prohibitus viueret: ideo non prohibetur de illa re testari,quia alienatio confertur post mortem: secus videtur in casu isto,in quo prohibitio alienationis fuit facta generaliter,per ea,quæ supradicta sunt.Non obstat,tex.in d.l. edicto. §.alienare. quia respondetur ꝙ ibi fuit facta prohibitio alienationis dolosè, & in fraudem, qui dolus, & fraus videntur cessare in vltima voluntate,ut declarat Bar.in l.peto.§.fratre.ff.de leg.2.& ita remotis contrariis conclusio superius firmata videtur de plano procedere.

ADDITIO.

a ¶ Quibus [a].] *Quæ sequuntur causificationes sunt à remotis, ideo nisi sint alia verba in statuto expressa,uel modus vtendi loci,de quo nihil hic dicitur.Phil.Decius malè consuluit.*

EPITOME. Consi. CCCCCCLXI.

Forensis dicitur,qui venit ad locum,vbi forum non sortitur,etiam si suus pater cum descendentibus suis ciuilitate donatus fuerit, dummodò tunc præsens non fuisset, uel postea fidelitatis sacramentum præstiterit.

SVMMARIVM.

1 *Statutum,quod bona non possunt in forensem alienari, valet.*
2 *Causa finalis statuti ex proœmio colligitur.*
3 *In pœnalibus fit lata interpretatio, quando agitur de vtilitate publica.*
4 *Qualitas à statuto requisita probari debet, ut statutum locum habeat.*
5 *Forensis quis dicatur.*
6 *Subditus quis propriè dicatur.*
7 *Quæ in facto consistunt,non præsumuntur.*
8 *Ciuilitas patri acquisita transit in filium.*
9 *Priuilegium ciuilitatis non acquiritur absenti.*
10 *Per rescriptum principis non potest filius ignorans, vel inuitus redigi in patriam potestatem conferendo in ipsum donum legitimationis.*
11 *Notarius obsenti acquirere,& stipulari potest.nu. 12.*
13 *Qualitas adiuncta verbo secundum tempus verbi intelligitur.*
14 *Institutio cùm à principio fuerit nulla,postea non conualescit.*
15 *Actus quando propter inhabilitatem personæ est nullus, licèt sit remota inhabilitas,non propter hoc actus reconualescit, sed opus est nouo cõsensu,& quod in effectu actus reiteretur.*


N casu, de quo dubitari contingit in inclyta ciuitate Rhegij circa statutum, quo disponitur quòd bona immobilia non possint alienari alicui forensi, vel habitatori extra ciuitatem.

vel districtum Rhegij non subiecto statutis, & ordinamētis ciui-
tatis Rhegij,& non sustinenti onera realia, & personalia in com-
muni Rhegij. & talis prohibitio est facta etiam in vltima volun-
tate etiam per hæredis institutionem, vt in statuto latius conti-
netur:& casu,quo contrà factum fuerit,res alienata esse intelliga
tur ipso iure,& facto confiscata,applicata, & incorporata com-
muni Rhegij,& ipsius rei dominium,& possessio sit,& esse intel-
ligatur translatum dominium, & translata possessio in dictum
commune authoritate præsentis statuti. Est ergo videndum da-
ta validitate statuti,an verba dicti statuti verificata sint in isto ca-
1 su.† Primò non videtur esse dubitādum de validitate statuti,quia
a valet statutum, quòd bona non possint in forensem [a] alienari,
vt no.Bar.in l.dudum.C.de contrahen. empt in l.si in emptione.
§.omnium rerum.ff.de cōtrahen emp per illum textum.ibi mo-
res ciuitatis. & idem Bar.in l.de his. C de præd. & omnib.reb.na-
ui.li.11.cum si.vt tradit Ale.in consi.103. Visis scripturis lib.2.&
Corneus in consi.78.Quanquàm videatur.li.1. & Pau.de Cast.in
consi.196. Posset quis dicere. & tale statutum videtur factū pro
pter vtilitatem publicam, ut statutum in princip.expressè dicit:
2 † nam ex procemio statuti causa finalis statuti colligitur,vt not.
in l.1.in prin.vbi Bar.in fi ad Macedonianum.in l.fi.vbi Bar.ff.de
hæredi.instituen.& no.Cardi.in consi.132.Duo sunt.in prin.cum
si.vt dixi in l.1.ff.si certum pet.in secunda lectu. & cum tale statu-
3 tum respiciat vtilitatem publicam,debet latè interpretari:†quia
etiam in pœnalibus,quando agitur de vtilitate publica,fit lata in-
terpretatio,vt no.Bar.in l.2.§ exercitum ff.de his, qui notan.in-
fa.& in lege,quemadmodum. C.de agric.& censi.li.11. & tradit
Pau.de Cast.in consi.23. Viso puncto. vbi allegat tex.in l.1.§.fin.
C.de caducis toll. & facit text. in l.si quis in graui.§ hi quoque.ff.
ad Syllania.& quod ibi Bart. & dixi in consi.65 Statuto cauetur.
est ergo videndum,an qualitates requisitæ à statuto concurrant:
4 quia † ad hoc, vt statutum habeat locum, qualitates statuti de-
bent probari,vt not.Bart.in l.1.§. ait prætor.ff.ne quid in flumin.
publi.& facit quod no.Io.And in c.1.de homi.in sexto.& Bal.re
fert & sequitur in l. si quis non dicam rapere. C. de episc.& cle-
ri.cum si.quæ nota sunt. & in isto statuto tres qualitates ponun-
tur, ex quibus quis inhabilis redditur, vt acquirere non possit.
Prima est, si forensis sit. Secunda si sit non subditus statutis Rhe-
gij.Tertia si non sustineat onera realia,& personalia in communi
Rhegij. & istæ qualitates videntur copulari per se principali-
ter,ita q̄ quælibet ex dictis tribus qualitatibus producat iustum ef-
fectum incapacitatis,prout in simili casu reperitur in l.1.in prin.
ff.de his qui not.infa.vbi Bar. & idem Bar.in l.1.in prin.de iusti.&
iur.videndum est ergo, an prædictæ qualitates probatæ sint.Et in
effectu tria dubia occurrunt.Primum est, an Federicus hæres in-
stitutus à do.Catharina dicatur forensis in dicta ciuitate Rhegij,
ita quòd dicatur incapax dictæ institutionis secundum formam
statuti. Secundò dubitatur, an dictus Federicus dicatur non su-
biectus statutis, & ordinamentis ciuitatis Rhegij. Tertiò quæri-
tur, an dicatur sustinere onere realia, & personalia in communi
5 Rhegij Circa primum clarum † videtur de iure, quòd iste Fede-
ricus dicatur forensis in ciuitate Rhegij: ex quo ibi non habet
originem,nec domicilium,nec incolatum: ideo dicitur forensis,
quia foris venit ad locum, ubi non sortitur forum aliqua ratio-
ne.§.si verò aliqui.in Authen. de quæsto. & istum text. allegat
Bald.in l.de quibus.in versicul. quartò quæritur.in fin.ff.de legi.
& in l.3.§.hæc verba.in fin.de neg.gest.& forensis ille dicitur,qui
non est de isto corpore ciuitatis, vel castri: quia non est ibi ciuis,
nec incola,vt not.Bartol.in trac. repræs.in 4.q 5.q.princi. & tra-
dit Alexan.in consi.34.Visis,& ponderatis.li.5. cùm ergo dictus
Federicus sit forensis in dicta ciuitate Rhegij, & institutus fuerit
hæres à do. Catharina contra expressam prohibitionem statuti,
pœna imposita à statuto videtur habere locum. Et idem videtur
breuiter dicendum in 2 dubio, quia do. Federicus non est subie-
6 ctus statutis ciuitatis Rhegij.† nam subditus propriè dicitur ra-
b tione domicilij,[b] vt not.per gloss.in clemen.1. in verbo, subdi-
tos.in fin.de fo.compe. quæ dicit, quòd licèt quis forum sortia-
tur ratione contractus,uel delicti,non propriè dicitur subditus.
& facit gloss.in capitul.statutum.§.cum verò in verbo,vnam die
tam. de rescrip.in 6 Cum ergo d.Federicus non sortiatur forum
aliqua ratione in dicta ciuitate Rhegij,clarum videtur, quòd di-
catur non subditus: & quia cum sit forensis in tali loco, vt suprà
dictum est, & à fortiori dicitur esse non subditus ex eo, quod
not. Pau. de Cast. in consil.suprà alleg.196. Posset quis dicere.in
versicul. ad notata verò per Bartol. vbi inquit de muliere nupta
extra territorium,quæ in loco originis non dicitur forensis pro-
priè,ex quo ibi originem habet: & tamen propriè dicitur ibi non
subdita. & ideo in casu nostro d. Federicus dicitur indubitanter
non subditus, & sic inhabilis: ita q̄ institutio facta de eo non ua-
let:& sic etiam ex isto secundo capite redditur inhabilis. Et idem
concludendum est in tertia qualitate, quia dictus Federicus non
sustinet onera realia, nec personalia in ciuitate Rhegij, quo casu
etiam ex isto capite inhabilis redditur à statuto. & quòd non su
7 stineat onera,hoc est facti,ideo probari dēt ab aduersario.† quia-
ea,quæ in facto consistunt, non præsumuntur.l.in bello.§. factæ.
ff de capti.cap.cùm in iure de officio deleg. facit text.in l.1 C.de
probatio. & in l.asseueratio. C.de non nu.pecu.& hoc modo ar-
guit Barto.in rubrica.de fid.instru.Aob.in consilio 37. Circa pri-
mum.lib.2.Non ob.supradictæ conclusioni, quòd in ō dominus
Federicus videtur, quòd esset capax tempore institutionis: quia
suus pater Petrus creatus fuit ciuis Rhegij simul cum filijs, &
suis descendentibus, vt habetur in primo processu. & est etiam
8 de iure, † quòd ciuilitas patri acquisita transit in filium, vt not.
Bartol.in l.assumptio.§.filius in fin.ff. ad municip. & eod titu.in
l.libertus.§.patris. & ideo videtur, quòd d. Federicus esset ciuis
Rhegiensis ex priuilegio à Petro suo patre obtento. Sed ad hoc
9 respondetur dupliciter.Primò,† quòd tale priuilegium ciuilita-
tis non fuit quæsitum dicto Federico filio, quia ipse erat absens
tempore, quo concessum fuit dictum priuilegium. & d Federi-
co absenti non fuit acquisitum priuilegium ciuilitatis, vt in ter-
minis tradit Pet.de Anch. in consi.169. Visis puncto, statuto.&
copia instrumenti. quia in tali ciuilitate notitia necessaria est;&
consensus ciuis creati requiritur. allegat legem absenti.ff.de do-
na.& legem qui absenti.ff.de acqui.posse.& arguit Pet.de Anch.
ibi: quia æquiparatur potestas patriæ in ciuem suum, & patris in
filium,ut notatur in leg. veluti.ff.de iustitia, & iure.& quandoque
que amor patriæ præferendus est.l.postliminiū.§.filius ff.de capt.
10 l.minimè.ff.de religiosis Sed per † rescriptum principis non po-
test filius ignorans,vel inuitus redigi in patriam potestatem con-
ferendo in ipsum donum legitimationis.§ generaliter.in Auth.
quibus mod.natura efficiun.sui. ergo pariter dicit Pet. de Anch.
conferendo donum ciuilitatis, requiritur consensus eius, qui in
ciuem recipitur; licèt enim in quibusdam casibus dispositio in
absentem collata sortiatur effectum, antequam ad ipsum perue
niat,illud videtur habere locum, vbi tractatur de solo commo-
do:tamen in casu isto, ubi agitur de onere ciuilitati annexo, vide-
tur consensus necessarius eius,qui creatus sit ciuis.arg l.sicut.C.
de actionibus, & obligatio.& ad hoc facit quod no. Bald.in l.1.
C.de his,qui filios distraxe. vbi in effectu concludit, quod ciuili-
tas acquisita à parte non adstringit filium, nisi filius ipse consen-
tiat: cum ergo non appareat de consensu dicti Federici filij,fa-
11 ctum à patre non videtur eius filio præiudicare.† Non ob.si di-
catur,quod absenti fuit ius quæsitum mediante notario, qui ab-
senti acquirere,& stipulari potest,ut no.Bar.in l.stipulatio § si sti
pulet.ff.de verbo.obli.in versic.3 fallit.in lege nec ei § eorum.ff.
de adopti.rex.in lege nō enim aliter.ff.de adoptioni.& in c.quan
quam.de vsur.in sexto.quia ad hoc respondetur,quod stipulatio
notarij non facit,quod absenti ius acquiratur,nisi sequuta ratifi-
catione,ut tradit Pau.de Cast.in consi.195. Visis his,quæ narran-
tur, & plenè allegata sunt in versi.2. uidendum est.in nouis.in se-
12 cunda parte.† vbi dicit,quod notarius potest stipulari absenti,&
ignoranti quantùm ad hoc, vt sequuta ratificatione vtilis quæra-
tur sine cessione illi, cui notarius stipulatus fuit. & quod non ob-
stante stipulatione notarij requiratur ratificatio eius, pro quo
stipulatus fuit notarius,etiam not. Bal.in l.nec ei §.satisdatio in 4.
& 6.q.ff.de adop.cū si.vt dixi in consi.224.Magister Io.de Alben
go. cum ergo non appareat de ratificatione dicti Federici, non
videtur illi fuisse ius quæsitum in dicta ciuilitate. Secundò
principaliter respondetur, quòd ciuilitas acquisita à patre Fe-
derici fuit cum ista qualitate, dummodo ipse veniat præstare sa-
cramentum fidelitatis in solenni, & valida forma de gerendo
do se fideliter tam domino dictæ ciuitatis, quàm præfatæ com-
munitatis Rhegij cum debitis clausulis superinde necessarijs,
& opportunis, vt patet in primo processu.Nam illa verba, dum-
modo sic faciant modium, siue conditionem,illud requisitum
debuit prius impleri, & ante implementum non videtur, q̄ ci-
uilitas acquisita fuerit, vt in terminis scribit Pet. de Ancha. in
dicto consi.169.Visis puncto. in versicul. & non solum de iure
communi. Et vlterius considerandum est, quòd institutio, de
qua agitur, à principio fuit nulla propter inhabilitatem perso-
13 næ, quia † qualitas adiuncta verbo secundum tempus verbi
intelligitur. l. in delictis. §. si extraneus.ff.de noxa.vbi Bartol. in
l.si Titius. ff.de testament.militar.& latè Bartol.in lege ex facto.
ff.de vulga.& pupil. & tempore, quo Federicus fuit institutus,
erat inhabilis,quia erat forensis,non subditus, & onera non su-
stinebat

ADDITIONES.

a ¶ Forensem.) Idem late do. And. Tiraquellus in tract. retract. prox.in prin.nu.14.& §.1.glo.14.nu.5. Curtius Senior consi.27.nu.8.Car.Ruinus consi.160.lib.4.

b ¶ Domicilij.) Supra consi.350.Phi.Dec.c.ad nostram.el.1. nu.3.de appel lati.ubi dixi.

stinebat, & consequenter incapax erat secundum formam sta-
14 tuti. † & cum a principio institutio fuerit nulla, postea non conualescit, per regulam l. quod ab initio. ff. de regu. iur. facit tex. in lege eius, qui in princip. & in l. si filius. ff. de testamen. & institu. de exhære libero. in prin. & non sufficit, quod causa inhabilitatis & incapacitatis cesset, nisi confirmatio superueniat, vt not. per Dyn. in regula, non firmatur. de regu. iur. in sexto. & Barto. & Dyn. sequitur in lege per fundum. ff. de serui. rusti. præd. & facit tex. in l. si minor. ff. de seruis exportan. & in c. 1. §. idem quoque de despon. impuberum. Et tradit Alex. in cõsi. 171. Viso processu causæ. in uersi. nec sufficit, ꝙ ex postfacto. lib. 2. & latè. Rom. in consi. 409. Circa propositam consultationem. in 5. dubio. vbi concludit, quod sola cessatio inhabilitatis non inducit actus reconualescentiam, sed nouus consensus requiritur ad actum conualidandum. & ibi ad hoc plura iura inducit, & præsertim tex. in l. eos. ff. de ritu nup. ibi, si in eadem voluntate perseuerat. & in l. 1. in fi. C. si rector prouin. & in d. c. 1. §. 1. in versi. nec matrimo-
15 nium. † Ex quibus iuribus secundum Ro. patet, quod quando propter inhabilitatem personæ actus est nullus, licèt remota sit inhabilitas, non propter hoc actus reconualescit, sed opus est nouo consensu, & quod in effectu actus reitetur. & ad idẽ facit tex. in l. 1. C. de contractibus iudicum. & in c. si eo tempore. de rescriptis in 6. & ideo cum in casu isto institutio Federici fuerit nulla, propter incapacitatem Federici attento statuto, concludendum est quod non reconualidata sit, dato, quod cessaret inhabilitas, nisi reiterata fuerit, per supradicta.

EPIT. Consil. CCCCCCLXII.

Inter coniunctos re, & verbis locum habet ius accrescendi tam in legatis, quàm in causa mortis donatione.

SVMMARIVM.

1 *Legatum si fuerit datum duobus in eadem oratione coniunctim, an uno moriente viuente testatore portio deueniat ad superstitem post mortem ipsius testatoris.*
2 *Donatio causa mortis vltima voluntas dicitur.*
3 *Emphyteusis concessa patri, & filijs ordine successiuo intelligitur.*
4 *Verba appellatiua ordine successiuo intelliguntur.*
5 *Proximiores in quibus casibus ordine successiuo admittantur.*
6 *Fideicommissum, quod defertur de persona in personam, aditionem hæreditatis requirit.*



Ccuratè, & eleganter absoluta fuit p̃sens ꝯsultatio à p̃claris. V. I. doc. do. Nicolao de Nobilibus, acutissimo olim discipulo meo; & de simplici subscriptione requisitus agã paucis maximè quia res modicã dubitationem habere v̓r s̓m ea, quæ proponitur moræ Sceuolæ Iurisconsulti.
1 †Nam cum legatũ factum fuerit ser Romano, & Antonio Mariæ fratribus in eadẽ oratione, coniuncti fuerunt dicti fratres legatarij re, & verbis vt est tex. in §. coniuncti aũt. insti. de lega. no. in l. re coniuncti. ff. de le. 3. & cũ portio dicti Antonij Mariæ defecerit, qa mortuus est viuente testõre, totũ legatũ ad collegatariũ pertinet, ut est casus in §. si autem res duobus. institu. de leg. & sic v̓r fundata intentio ser Romani, vt ipse iure accrescendi integrum legatum consequatur. Et quod dictum de legato, idem est in donatione causa
2 mortis. l. 1. §. hæc autem omnia. C. de cad. tollẽ. † Et quia donatio causa mortis dicit̃ vltima voluntas. l. fi. de donat. causa mortis. §. 1. instit. de donat. Nec ob. ꝙ stipulatio interposita sit, quia ꝑ hoc non alterat̃, ut est tex. in l. 1. §. si quis sub conditione. ff. v t leg. nomi. cau. in l. si legati. ff. de leg. 1. vt no. Bar. in l. cum quis decedens. §. 1. ff. de leg. 3. in l. fi. ff. de solu. Bal. in l. fi. C. de consti. pecul. Non ob. ꝙ legatum factum sit, vel donatio facta sit Ant. Mariæ, & filijs: quia successiuè hoc intelligitur, vt filij ueniant post patrem, vt dicitur de emphyteusi concessa patri, & filijs, vt not. Bar. in l. quod dicitur. in prin. ff. de verbo. obli. in verb. induco ad quæstionem. & idem Pet. de Anch. in consi. 143. Pro domina Paula. Roma. in consi. 22. Propositæ mihi, in prin. & consi. 35. Visa facti serie in princ. Et ita communis obseruantia interpretatur, ut dicit Cor. in consi. 47. In præsenti consultatione. & hoc comprobatur, quia legatum fuit factũ prædictis legatarijs, & suis. quæ verba appellatiua videntur, ꝙ ordine successiuo intelligantur, prout̓ de familia dic̃. l. cum ita. § fi. ff. de leg. 2. ubi proximiores successiuè admittuntur. & in l. peto § fratre. ff. de leg. 2. in l. fi. C. de ver. sig. & l. de cognatis. in ver. q̃ro, quo ordine. ff. de reb. dub. Et de liberis, & descendentibus tradit Alex. in ꝯ. 24. In casu verten te Inter Antoni. lib. 4. in prin. Et tale fideicommissum, quod defertur de persona in personam, requirit aditionem hæreditatis, quæ fieri non potuit à dicto Antonio Maria, qui mortuus est viuente testatore, ideò fideicommissum non potuit habere locũ. l. eam, quam. C. de fideic. l. ex testamento. eod. tit. l. si nemo. ff. de testa. tute. & in l. si nemo. ff. de regu. iur. Et quia, ut dixi in principio, res adeo plenè, doctè, & sufficienter discussa, & examinata fuit à præstantissimo iuris vtriusque doctore do. Nicolao olim discipulo meo, ut nihil ab eo prætermissum fuerit in materia necessarium: ideò his paucis contentus fui.

EPITOME Consi. CCCCCCLXIII.

Quòd possessorium sit intentatum, patet ex conclusione, & qa videtur modici præiudicij, sufficit probatio per vnum testem & possessio quomodo probetur, & quæ debent probari in interdicto turbatæ possessionis.

SVMMARIVM.

1 *Possessorium quod sit intentatum, patet ex conclusione.*
2 *Semiplenæ probationes in causa possessorij sufficiunt.*
3 *Ex collectione fructuum probatur possessio.*
4 *In interdicto turbatæ possessionis quæ probari debent.*
5 *In possessorio non est opus causam allegare.*



N causa mota per dominam Iacobinam de Gasparis contra reos conuentos ex
1 narratione, & medio concludendi libelli apparet† iudicium esse possessorium, & intentatum esse interdictum, uti possidetis: quod datur possidenti ꝯ turbantẽ, & inquietantem, ut no. Bart. in l. 1. §. huius autem interdicti. in prin. ff. vti
* pos. & hoc * *communiter* tenet̃, ut Abb. dicit in c. licèt causam. de prob. cũ si. ut dixi ibi. & in tali interdicto duo probari debet, pos-
2 sessio ex parte agentis, & turbatio ex parte ꝯuenti, † & cũ cã ista possessorij sit modici præiudicij, ex quo retractari põt in petito
a rio, semiplenæ [a] probationes sufficiũt, ut dicit Bar. in l. 1. C. quo. bo. in l. 2. §. fi. in prin. C. vbi in rem actio. & no. Matthæs. in 2. not. No. ꝙ in iudicijs possessorijs. & dixi in ꝯs. 56. In cã appellationis. vnde in casu isto sufficit ꝓbatio per vnũ testẽ, uel ꝑ famam, ut dixit Matthesi. in loco præalle. de possessione dñę Iacobinæ agẽtis probat̃, quia testes deponũt, ꝙ Michael Francisci maritus dictæ do. Iacobinæ tenuit, & possedit, & de cã scientiæ interrogati dicunt vidisse dictum Michaelẽ per dictum tẽpus secare fœnum, secari facere. ita primus testis deponit. & idẽ secundus, & tertius
3 ex quorũ dictis v̓r bene probata possessio, † quæ ex collectione fructuũ probat̃, ut no. Bar. in l. 2. in ver. noto illa verba. C. de acq. pos. in l. Titia. ff. de sol. Bal. post gl. in l. 3. C. finiũ regun. cũ si. & ipsa dña Iacobina fuit hæres instituta à dicto Michaele eius marito ut patet ex instrõ testamenti, qđ in actis insertũ est, & ipsa adiuit hæreditatem, & possessionẽ bonorum. hæreditatis accepit, ut dicitur. & de possessione dicti petij prati deponit Ioannes vltimus testis, & in ista cã possessorij ẽt unus testis sufficit, ut s̃. dictũ est.
4 & ex predictis ꝓbatum v̓r, qđ in isto iudicio agẽti incumbit. †Similiter de turbatione facta à reis ꝯuentis probat̃ per Peregrinũ quintum testem qui super sexto c. dicit scire, quia vidit reos conuentos in dicto prato secare fœnum, siue herbam virentem, ut ipse dicit. & cum eo cõcordat sextus testis Ioannes, & sic patet, ꝙ ꝓbata est turbatio possessionis ipsorũ reorum, maximè quia in isto iudicio semiplenæ probationes sufficiunt, ut s̃. dictum est
5 † & in isto possessorio nõ est opus causam allegare, vt not. Bal. & Abb. ibi post gl. in c. fi. de ele. Bal. in l. solent. §. fi. in vlt. quæstione. ff. de off. procõ. & leg. Ang. in l. j. in prin. ff. de eden. cum si. ut dixi in cons. 136. In causa reuerendi. Non obst. instrumenta, quę adducuntur: quia illa respiciunt potius petitorium, quàm possessoriũ de quo tantum in præsenti iudicio agitur, & ideo in illis non videtur insistendum. & quòd agatur de solo possessorio, patet ex conclusione libelli, in quo actrix petit reos conuentos compelli ad cessandum, & desistendum ab omni molestia, & turbatione: ex istis enim verbis uidetur intentatum interdictum retinendæ possessionis, ut no. Bart. in l. 1. §. interdictum. in versicul. vltimò quæro. ff. vti posside. ubi dicit, ꝙ in isto interdicto actor debet concludere tria. Primò, ꝙ reus à molestatione desistat. Secundò, ꝙ de cetero eum in futurum non molestet. Tertiò, ꝙ condemnetur ad interesse molestationis præteritæ. & idem Barto. in l. 1. C. uti possid. & tradit Alex. in consi. 88. Quoniam omne datũ. in prin.

ADDITIO.

a ¶ Semiplene.) Suprà consi. 250. sed falsum est, & contrarium, & bene practicatur, ut dixi ad Alex. consi. 139. in fin. libro 6. Ad Decium c. cum causam. col. 2. de prob. l. 2. nu. 2. C. ad Carboni.

in prin.li.5.& in consi.136.In causa,& lite vertente li.2.cum si.ut dixi in consi.300.& in dicto possessorio probata sunt ea, quæ requiruntur,ut supradictum est. ex quibus infertur pronuntiandũ esse in fauorẽ dominæ Iacobinę agentis condemnando reos cõuentos in petitis, & ita arbitror esse partes magnifici domini Capitanei.

EPITOME Consi. CCCCCCLXIIII.

Archipresbyter, & Archidiaconus habent à lege potestatem vices Episcopi absentis supplendi, quam altere non potest eius Vicarius generalis.

SVMMARIVM.

1 *Potestatem celebrandi missas per archipresbyterum loco episcopi non potest vicarius episcopi sine speciali mandato auferre.*
2 *Officium celebrandi absente episcopo competit archipresbytero.*
3 *Archidiaconus dicitur vicarius.*
4 *Episcopus non potest officium archidiaconi exercere.*
5 *Iura,quæ competunt archidiacono,non debent , nec possunt per episcopũ tolli,nec alterari.*
6 *Vicarius non dicitur habere dignitatem.*
7 *Ius tertij in generali concessione exceptum videtur.*
8 *Generi per speciem derogatur.*
9 *Mandatum speciale derogat generali.*

VIso eleganti consilio præclariss.V.I.D.d.Bartholomæi de prato Parmen. iuridicam esse arbitror conclusionem ab eo firmatam in fauorem
1 † archidiaconi in casu,de quo quærit, videlicèt in celebrandis solennibus missis absente reuerendo domino episcopo:nã
2 † tale officium celebrãdi absente episcopo competit archipresbytero.c.1.de offi.archpresb.& 25.dist.in c.prelectis.§.archipresbyter verò.& cum in dicta ecclesia Serezanæ non sit archipresbyter,ex constitutione dictæ ecclesiæ hoc demandatum fuit archidiacono.vt expresè dicitur in versi. itẽ statuerunt,ꝙ archidiaconus, ꝙ ipse vice episcopi celebret solennes missas.ergo de hoc non videtur dubitandum.& ad hoc bene facit tex.63.dist.in c.si in plebibus.ubi in defectum archipresbyte
3 ri archidiaconus suplet vices eius. † & licèt archidiaconus dicaẽ vicarius episcopi,c.1.de offic.archid.hoc habet à lege, ut in iuribus præallegatis,ideo ab episcopo remoueri non potest, ut dicit Ant.de But.in d.c.1.circa fi.ver.quæro,quæ spectant ad officium
4 vicarij. & ibi dicit etiam Anto.de But.† ꝙ episcopus non potest officium archidiaconi exercere.& idem Card.in d.c.1.circa fi.ex
5 quo datur intelligi,† ꝙ iura,quæ cõpetunt archidiacono debẽt, nec possunt per episcopum tolli,nec alterari,quia habet ius in re ut no.per gl.in c.ad hæc.de offic.vica.& si non potest per episco-
6 pum remoueri,multominus per vicarium,† qui non dicitur habere dignitatem,ut no:Car.in cle.& si principalis.in 22.quæstione, post Paulum ibi,de rescrip.& ista conclusio confirmatur quia vicarius episcopi recipit potestatem ex commissione episcopi.ca. fi.de offic.vica.in 6.& dato,ꝙ generaliter haberet potestatem in spiritualibus,& temporalibus,ista potestas generalis non videtur
7 derogare iuri competenti dicto archidiacono,† quia in dicta generali concessione ius tertij exceptũ videtur,ut no.Bal.in l.cùm filius per illum tex.ff.de testa.mil.facit tex.in c. super eo.de offic. dele.in c.ex tuatũ,de autho.& vsu palli.in c.quamuis.de rescrip. in 6.in l.2.§ si quis a principe.ff.ne quid in loco publ.fiat.& vlterius non videtur,ꝙ vicarius possit derogare constitutioni ecclesiæ, quæ specialiter tribuit potestatem celebrandi archidiacono In defectum archipresbyteri.arg.c.quod super his. de maiori. & obedien.facit tex.in c.cùm inferior,eod tit. ad idem facit,quia si ista facultas celebrandi missas solennes fuisset data Vicario,non fuisset opus,quòd per constitutionem dictæ ecclesiæ concederetur archidiacono,qui in hoc suppleret vices archipresbyteri, ex quo vicarius facultatem habuisset.Et ex supradictis videtur ꝙ dicta facultas celebrandi,quæ specialiter est data archidiacono, videẽ illi data priuatiuè ad vicarium,qui generalem habet potesta
8 tem † quia generi per speciem derogatur,vt in regula generi. de reg.iur.in sexto.& in l.iu toto.ff.de reg.iur.in l.vxorem §.fœlicissimo.ff.de leg.3.& specialiter facit text.in c.studuisti. de offi.leg. vbi generalis legatus prouinciæ de causa specialiter alteri com-
9 missa se non intromittit.† quia mandatum speciale derogat generali.& istam regulam tradit Angel.in l.cùm prætor in prin.ff de iudi.& ibi ponit exemplum in Potestate Paduæ.qui vniuersalem habet iurisdictionem.si creatus sit nouus officialis contra robatores stratæ,Potestas,contra illos nõ habet iurisdictionem,nec poterit aliquid statuere.& ibi Ang.respondet ad tex. qui in contrarium allegatur in l.1.C.de offi.prefec.vrbis.& in ista opinio. post longam recitationem resideẽ And.Sicu.in d.c.studuisti.vbi cõcludit, ꝙ specialiter deputatus ad certum actum videatur constitutus priuatiuè ad officialem generalem, nisi ille specialiter deputatus esset negligens.inducit tex.in c.irrefragabilis.§.excessus. de offi.ordina. & idem videtur tenere Alex.in l.titiæ textores.de legat.1.vbi refert,& concludit,quòd specialis prouisio attendatur ad idem Alex.in l.testamenta.circa fi. C. de testamen. & in simili casu tradit Corne.in consi.30.Primus quidem.lib.2.& stante isto fundamento res non videtur habere difficultatem, & ꝑ alia quæ supradicta sunt,& de subscriptione requisitus.

EPITOME. Consi. CCCCCCLXV.

Conuentio renouata de facto sortiens effectum deinde ex iuris defectu impugnari non poterit.

SVMMARIVM.

1 *Semel approbatum reprobari non potest.*
2 *Contrahens cum aliquo tanquam tali , non potest postea negare illum esse talem.*
3 *Approbatus in vno officio non potest in eodem officio reprobari.*
4 *Fideiussor,qui coactus fuit soluere vsuras, quando illas repetere possit à principali.*

AD dubium,quod obiicitur contra Moysem , ꝙ non impleuit pro parte sua, quia non impetrauit confirmationem capitulorũ à summo Pontifice,prout tenebatur, † videtur proba-
1 biliter sic posse responderi, ꝙ ex quo dictæ partes sæpe,& sæpius approbauerũt, & cum effectu obseruauerunt dicta capitula absque alia confirmatione summi Pontificis, non videtur, quòd nunc communitas Asciani contradicere , & contrauenire possit,ut in regula quod semel placuit.de regu.iur.in 6. & quod est semel approbatum,reprobari non potest.l.si quis testibus.C.
2 de test.& no.Bar.in l.Pomponius.la 1.ff.de neg.gest.† & qui contraxit cum aliquo tanquam tali , non potest postea negare illum esse talem.l.si proponas.§.1.vbi Bal.ff.de petitio.hære.& ideo dicit Bal.in l.2.§.ꝙ obseruari. in versi.hic quæro de ista quæstione. C.de iurament.calum.ꝙ quis debet esse cautus , ut non litiget cũ curatore eius,quem putat maiorem esse: quia videtur fateri illũ minorem esse propter curatorem. & in proposito est dictum In.
3 in c.cùm venerabilis.de excep.& Abb.ibi in versi.si quæritur.†ꝙ approbatus in vno officio non potest in eodem officio reprobari,ut dicit Pet.de Ancha.in c.1.de conces. præben.cum si. ut dixi in d.c.venerabilis.cũ ergo dicti homines Asciani,& dicti Hebræi post finitam primam conductam dictorum Hebræorum renouauerint pluries dictã conductam absque alia confirmatione summi Pontificis,& ad inuicem obseruata fuerint capitula,in quibus agebatur de interesse partium , non videtur,ꝙ nunc Ascianẽses impugnare possint renouationem dictæ conductę,quæ ab eis pluries fuit approbata. Non ob.si dicatur, dato, ꝙ à cõitate Asciani illa renouatio esset approbata ꝑꝑ hoc non valet; quia erat necessaria autoritas summi Pontificis.nam ad hoc,in quo vr̃ vis consistere, respondetur, ꝙ ex quo talis renouatio de facto fuit obseruata, & habuit effectũ , reputatur perinde, ac si de iure valuisset, vt in terminis de statuto usurarum tradit Albe. de Rosa. magnus practicus in l.fi.in ver.ego hanc questionem de facto habui.C.de
4 sum.Tri.& fide catho.vbi dicit,ꝙ † fideiussor., qui de facto coactus fuit soluere vsuras uirtute statutorum laudi inualidi , potest illas repetere à principali, licèt de facto illas soluisset. quæ de iure non valebãt.l.1.C.de usur.ubi tex. de statuto communitatum circa usuras:tñ quia fuit coactus soluere de facto, determinatum fuit,ꝙ illas repetere possit, ac si de iure soluisset. & ad hoc alleg. tex.in c.promisit.de fideius.& ibi in c.1.versi.& aduerte. hoc sequitur, qñ in loco vsurarum priuilegiati possint vsuras exigere, & sic de facto ibi seruabatur. & secundum istam conclusionem Alex.consuluit in consi.107.Pro inuestigatione prædictorum. li. 2. vbi dicit , ꝙ tales circumuentiones de vsuris soluendis non valent,tamen ex quo de facto in loco debent seruari,habentur perinde,ac si valerent.l.qui habebat.ff.de manumi.test.vbi glo.fi.dicit mirum esse quod quandoque aliquid non valet de iure, & tñ omnino sortitur effectum , & debet de facto obseruari . & idem Alex.allegat Albe.in locis supra allegatis.& ibi in §. iamdudum. alleg.ꝙ ex quo Hebræi tolerant statutum in loco, cui plenam securitatem,& facultatem dant,ut latius ibi tradit Alex. ex quibus omnibus concludendum videtur, quòd dicto Moysi nihil imputari possit,& eius causa maximam æquitatem habere uidetur,

quæ iura ipsa communitas receperit ab ipsis Hebræis, & omnia, in quibus agebatur de interesse ipsius communitatis; pariter videtur, ꝙ debeat obseruare capitula, de quibus agitur de interesse ipsorum Hebręorum, vt in titulo, ꝙ quisque iuris. & cum de facto pluries, & pluries fuerit facta renouatio dictæ conductæ Hebræorum absque confirmatione Papæ, & de facto sit obseruatū, non videtur, ꝙ nunc talis conducta impugnari possit ex defectu iuris per supradicta. & cum de facto habuerit effectum in fauorem communitatis, & ita debet obseruari in fauorē Hebræorum.

EPITOME Consi. CCCCCCLXVI.

Vterque parens potest vni filiorum plus relinquere, quam alij, dummodo cui minus relinquitur ad legitimam ascendat, quod si ei non æquiualeat, ad supplementum agere poterit, non obstante eius dispositione, quod amplius petere non possit.

SVMMARIVM.

1 *Filius, cui relictum est in testamento minus legitima, agere potest ad supplementum.*
2 *Qui de omnibus dicit, omne includit.*
3 *Res dotales quæ propriè dicantur.*
4 *Geminatio uerborum voluntatem magis exuberantem ostendit.*
5 *Res nimia subtilitate subuerti non debet.*
6 *Particulariter institutus est loco legatarij.*

VIsa copia testamenti do. Sarrę, & considerato puncto, in quo dubitari contingit, conuenire videtur, quod dicit imperator. in l. 3. C. de lib. pręt. vbi inquit, cum. n. manifestissimus est sensus testatoris, verborum interpretatio nunquam tantum valeat, vt melior sensus existat. & in l. ille, aut, ille. §. cùm in verbis. ff. de leg. 3. apertè. n. constat do. Sarram testatricem voluisse duplicem facere institutionem, vnam particularem, & alteram vniuersalem:
1 † nam Thomas secundo genitus particulariter in quodam petio terræ fuit institutus, & voluit, ꝙ esset tacitus, & contentus. His tamen verbis non obstantib. potest d. Thomas agere ad supplementum legitimæ. l. si quando. §. fi. C. de inoffi. test. vbi Bal. in ver. quæro, pater reliquit filiæ decem in testamento, & iussit illam esse contentam, ita ꝙ in bonis suis plus petere non possit occasione legitimæ, vel alia quacunque ratione, licèt acceptauerit legatum, agere tamen potest ad supplemētum legitimæ: allegat tex. vbi hoc expressè probatur in §. cęterum. in Auth. vt cùm de appel. cogno. & no. Bar. in l. Papinianus. §. si conditio. in fi. ff. de inof. testa. cum si. vt tradit Alexan. in consi. 79. Super 1. dubio. ver. nec obstat. lib. 1. & dixi in consi. 79. Viso puncto. in consi. 228. In casu proposito. In altera vniuersali institutione fuit institutus alter filius maior natu, qui appellatur ser Fontana. nam pater potest relinquere plus vni filio, quam alteri, dummodo filius, cui minus relinquitur, consequatur legitimam. l. parentibus. vbi Bart. C. de inoffi. testa. & tradit Bald. in consi. 334. Punctus, pater diligens filium in princip. lib. 2. vbi allegat text. in §. illud quoque. in fin. in Auth. de nup. & hoc maxime videtur habere locum, quando pater hoc facit ex causa, prout in casu isto videtur. Et certè non videtur dubitandum, ꝙ solus ser Fontana sit hæres vniuersalis institutus, vt verba testamenti euidenter ostendunt. si enim domina Sarra testatrix voluisset ser Fontanam, & Thomam æqualiter instituere, facilè hoc fuisset illi exprimere, arg. l. 1. §. finautem ad deficientis. C. de cadu. tollen. & in c. ad audientiam. de deci. & in eadem clausula, & oratione verisimiliter hoc expressisset. ex quo ergo de vtroque separatim, & distinctè disposuit, à clara dispositione testatricis non est recedendum, dum inquit; in omnib. autem alijs suis bonis dotalib. mobilibus, & immobilib. iuribus, & actionibus vbicunque existentibus præsentibus, & futuris sibi hæredem vniuersalem instituit, & esse voluit ser Fontanā eius filiū legitimum & naturalē. ista. n. uerba clara sunt, & tergiuersari non possunt. Primo dum dr̃, in omnibus alijs bonis. nam
2 † qui de omnibus dicit, omnia includit. l. Iulianus. ff. de leg. 3. ibi, prædiū Seianum omne. l. procuratore. vbi Bal. C. manda. in c. solitæ. de maio. & obedien & 19. dist. c. si Romanorum. Est enim dictio vniuersalis, in qua plura includunt̃, quàm in dictione, seu in dispositione generali, ut not. Bart. in l. generali. §. uxori. ff. de usufruc. leg. & no. in q̃stione quā tradit Ro. in consi. 44. Ex suprà narrato themate. in 3. dubio. & dixi in l. omnia. in prin. ff. si cer. pet. & ad maiorē declarationem hic plures species bonorū exprimunt̃.
3 Primò† de dotalibus, quia propriè dicunt̃ dotales res, quæ inæstimatæ traditæ sunt marito, pro quibus maritus tenet̃, ut no. ꝑ gl. & Bal. in l. in rebus. C. de iure dotiū. & istę res dotales non reputantur esse in bonis mariti, ut no. Bar. in l. Lucius. §. idē respondit cō stāte. ff. ad municipa. Secundò dr̃ de bonis mobilibus. Tertiò de immobilibus. Quartò de iuribus, & actionibus, & sic iura, & actiones ponuntur hic pro tertia specie separata à bonis mobilibus; ad quod facit text. in l. a diuo Pio. §. in uenditione. ff. de re iudi. in l. quam Tuberonis. §. in peculio. ff. de peculio. & in l. 1. C. de pręto. pigno. & ideo cōsonat, & bene correspondet, ꝙ dictus ser Fontana fuerit hæres uniuersaliter institutus solus, ut expressè uerba sonant ibi, sibi hæredem uniuersalem instituit, & esse uoluit, cum enim uerba clara sint, & nulla est ambiguitas, non debet admitti uoluntatis quæstio, ut tex. dicit in l. ille. aut ille. §. cùm in uerbis. ff. de leg. 3. & uerba sunt geminata, hæredem uniuersalem insti-
4 tuit, & esse uoluit.† quæ geminatio uerborum uoluntatem magis exuberantem ostēdit, ut no. in l. balista. ff. ad Treb. facit quod no. Bar. in l. cum scimus. C. de agricolis, & consi. li. 11. ut congerit Rom. in l. si uero. §. de uiro. ff. solut. matrimo. in 31. fallen. & hoc confirmatur, quia cùm dictus Thomas sit prius institutus in testamento particulariter in certo petio terræ, non est uerisimile, quod incontinenti in eodem testamento à priori uoluntate uoluerit testatrix recedere, & illum uniuersalem hæredem facere, & se incontinenti corrigere, vt no. in l. non ad ea legata. in prin. ff. de conditio. & demonstratio. Non ob. præmissæ conclusioni, quod ab aduersa parte obijcitur, ꝙ immò dictus Thomas debet æqualiter succedere cum dicto ser Fontana eius fratre, quia dictus ser Fontana fuit in bonis dotalibus institutus, & sic etiam institutio eius vr̃ particularis: quo casu licèt maior sit institutio in re particulari, in qua ser Fontana fuit institutus, ista inequalitas non impedit quominus vterque debeat matri æqualiter succedere. l. si alterius. & in l. quoties. §. si duo. ff. de hęred. institu. Quia ad hoc respondetur, & occurrit, qđ dicit tex. in aut h. de tabel. in ver. & non fingant tabelliones, quod nihil inter homines sic est indubitatum, ut nō possit, (licet aliquid sit iustissimum) tamen suscipere quandam solicitam dubitationem. & hoc est, quod di-
5 citur, † ꝙ nimia subtilitate res subuerti non debet. l. si quis hæredem. in fine. C. de institu. & substitu. in l. penult. C. ad Trebel. in l. sicut. §. si debitori. ff. quibus. modis pigno. vel hypo. sol. In isto enim casu uerba adeo clara sunt, ut nullo modo in dubium reuocari debeant, nec possint, nam iura supra allegata in contrarium non faciunt in proposito, quia loquuntur in duobus particulariter institutis: quia tunc ipsi æqualiter in tota hæreditate admittuntur, secus videtur, quando unus est particulariter institutus,
6 & alter uniuersaliter, quia † particulariter institutus est loco legatarij. l. quoties. ubi tex. C. de hæredibus instituendis. & nota. Paul. de Cast. in consi. 1. uer. illud autem constat. Rom. consi. 81. Quod reliqua hæreditas. & ita uidetur in isto casu, quia Thomas est loco legatarij, quia in re particulari, uidelicèt in quodam petio terræ fuit institutus, ut patet in testamento. & hoc comprobatur dum etiam in testamento dicitur, quod dicto Thomæ dictam petiam terræ iure institutionis reliquit pro omni, & toto eo, quod de iure dictus Thomas in bonis maternis, dotalibus, paraphernalibus, & cuiuscunque conditionis, & hæreditatis habere deberet. & concludo, ꝙ dictus Thomas sit loco legatarij, & dictus ser Fontana sit hęres uniuersalis, ut uerba apertè, & expressè sonant. & habet locū qđ dr̃ in §. disponat. in Auth. de nup. dispo nat testator, qđ uelit in rebus suis, & pro lege seruabitur. & ita vr̃ breuiter concludendum, ne rem claram uidear, dubiā reputare.

EPITOME Consi. CCCCCCLXVII.

Ius pascendi communitati concessum non potest alienari, nec locari, ꝙ si contrafiat, etiam in parte, uel a particularibus communitatis, tenentur ad pœnam in contractu appositam.

SVMMARIVM.

1 *Pœna ut locum habeat liquida debet esse probatio.*
2 *Causa quælibet etiam iniusta excusat à pœna.*
3 *Argumentum à contrario sensu tenet in contractibus.*
4 *Vasallus non prohibetur locare feudum ad modicum tempus.*
5 *Per locationem ad modicum tempus non dicitur fieri alienatio, & non transfertur dominium, neque possessio.*
6 *Per alienationem partis non debet vasallus priuari in totum.*
7 *In contractibus uerbum quodlibet etiam minimum debet operari.*
8 *Limitatio ad l. ædem. C. loca.*
9 *Factum ad hoc, ut dicatur ab uniuersitate, seu communitate, requiritur, ꝙ factum sit de communi consilio.*


On consonat, ꝙ communitates in pœnā caducitatis inciderint, ex eo, ꝙ non præstiterint iuramentum fidelitatis: qa debuerunt illud præstare intra mensem à die introitus; vt pœna euitetur, ista uerba debent intelligi de introitu solenni: & licèt verba possint cauillari, vt introitus accipiatur pro collatione, non debent cauillationes fieri, vt pœna committatur;

1 tatur † quia liquida [a] debet esse probatio, vt pœna habeat lo-
a cum, vt not. Bal. in c. 1. in tit. qual domi. prop. feu. pri. cum si vt dixi in l. in pænalib. ff. de re. iu. & præsertim quando agitur nomine ecclesiæ, quæ in pænis mitius se habere debet, vt not. in c. suã.
2 de pænis & dici solet, ꝙ qualibet † causa etiam iniusta excusat à pœna. l. igitur. de lib. cau. & tradit plura Alexand. in consil. 119. Quæritur lib. 2. & præsertim in rusticis, de quibus agitur. l. si quis id, quod ff. de iuri. om. iud. Secundò contra communitates obijcitur, quod inciderint in pænam, quia in instrumento dicitur, ꝙ possint pasturare cum eorum bestijs: ergo a ɔ̃rio sensu videtur, quod non possent aliorum bestias intromittere, nec deberent.
3 † Valet. n. argumentum a ɔ̃rio sensu in ɔ̃ctibus. l. pecuniam, quã ff. si cer. pet. & in l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pac. dot. & isti contra fecerunt, quia pasturam aliis locauerunt, ergo videtur in pœnam incidisse. Sed ad hoc ultra ab alijs dicta respondetur, quod arg. a contrario sensu in casu isto non colligitur, quando quis incideret in pœnam, prout esset in isto casu ita uoluit glossa in clem. prim. in verbo facere. de vsu. vbi Card. & Imo. sequuntur. Bal. in auth. ad hæc. vers. sed dubitatur C. de vsu. cum si. ut tradit Alex. in l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. absque verò quod pœna incurratur, bene vř, quod prohiberi possint, ne aliorum bestias intromittant, ex eo, quod in instrumẽto dicitur. primo in laudo ratificato, quod dicta communia, & homines prædicti habeant tantum ius pascendi, & retinendi suas bestias ad pascendum. & in concessione postea facta dr, cum suis bestijs ipsorum communium, & hominum, & personarum. ergo vř. quod aliorum bestias admittere non possunt a contrario sensu, vt supra dictum est. Sed dubium facit, quia dicta bona cõcessa fuerunt in feudum. & iure recti feudi: & in instrumẽto dicitur dicta bona concessa fuisse in feudum à dicto archiepiscopatu ad habendum tenendum, gaudendum, & vsufructuandum: ergo uidetur, ꝙ dicta bona potuerint locari, † quia vasallus non prohi-
4 betur locare ad modicum tempus, ar. cle. 1. in fi. de reb. eccl. no. alien. c. j. §. donare. qualiter feu. alie. po. licet non possit concedere in emphyteusim, vt no. per gl. in c. imperialẽ. in princi. in verbo, alienare. in fi. qa empyteusis est alienatio. c. nulli. de reb. eccl.
5 non alien. §. alienationis autem. in Auth. de non alie. sed † per locationem ad modicum tempus non dicitur fieri alienatio, quia non transfertur dominium, neque possess. l. non solet. ff. loc. similiter cum sit translatus vsusfructus dictorum bonorum, usufructuarius potest locare. §. 1. inst. de vsu, & habitatione. sed videtur dicendum, quod argumentum a contrario sensu non colligatur contra illud, quod in eodem instrumento dicitur. Tertiò cõtra communitatem obijcitur, quia in istrumento dicitur, ꝙ ea bona uel aliquam partem eorum non possint vendere, vel alienare, uel in alium quouis tit. transferre. & idem videtur de iure communi. c. imperiales. §. 1. ibi, nulli liceat feudum, uel partem aliquam uendere, pignorare, vel alienare quocunque modo. & dicitur
6 constare tres particulas alienatas fuisse. Sed respõdetur, † quod
b per alienationem partis [b] non debet vasallus priuari in totum, ut est tex. in c. j. in prin. de uasal. qui contra cõ. Lothar. regis bene fi. alie. ibi, si totum, perdat totum, si partem, perdat partem. ad idem tex. in capitulo primo. §. illud partem. quæ fuit prima causa benefi. ami. & not. per gl. in capitulo primo. §. callidis. in verbo, amittant: de proh. feu. alie. per Fed. per Aret. in cõ si. 14. Viso. Cor. in consi. 68. Placet. in fi. lib. 2. replicari potest hoc habere locum in dispositione legali, prout iura præallegata loquuntur, non sic videtur in contractibus. Respondetur, ꝙ uerba contractus expressa uidentur, prout tacitè intelligebantur, & eorum expressio nihil operatur. l. 3. ff. de leg. 1. sed hoc non uidetur
7 uerum quia hoc modo verba contractus nihil operantur. † & in contractibus quolibet verbum ẽt minimum debet operari, ut no. Bald. in rub. C. de contrahen. empt. in 9. q. sequitur Alex in consi. 151. Viso themate. lib. 2. & in cõsi. 158. In causa, & lite. eo. lib. 2. Ioan. de Ana. in consi. 98. Visis. circa fi. & specialiter facit ꝙ no. Bald. in c. 1. §. præterea. in uersi. quæro quid si est appositũ pactum de capi. Corrã. ubi concludit, quod quando est appositũ pactum de non alienando, tunc non potest vasallus infeudare, ut pactũ aliquid operetur. & adde in terminis Cuma. in consil. 41. Ad primum quæsitum. ubi de hoc dicit in statuto. & bene facit
8 ꝙ no. Ang. in l. ædẽ. C. loca. † ubi inquit, ꝙ locator, qui in instrumento contractus promisit non expellere conductorẽ, ut ver-
c ba aliquid operentur, intelligitur etiam, [c] si locator pro usu suo uelit habere rem locatam. & ita limitatur textus. in dicta. lege ædem & per alienationem uasallus priuatur feudo. capitulo primo. §. callidis. de prohi feu. aliena per Fed. cum si. ergo ex isto capite dictæ communitates uidentur feudo priuatæ. Non ob. quod alienatio facta sit ab ignorante bona esse feudalia, quo casu ꝑpter ignorantiã excusatur à priuatione. capitulo primo. de cõtro. inter domi. & emp. & ibi Bal. & ad idem tex. in. c. 1. §. uasallus culpã. si de feudo fuerit cõtrouer. inter do. & agna. & ignorantia præsumitur. l. verius. ff. de prob. de quo vide, quæ dixi in c. 2. de excep. quia respondet, ꝙ cum agat de facto ꝑprio ipsarũ communitatum, scientia præsumitur. l. quanquam. ff. ad Velleia. in l. quisquis. C. de rescin. vend. in c. ab excõmunicato. de rescrip. cum si. & tali casu stante præsumptio scientiæ ignorantia non potest probari per iuramentum, ut no. per glos. in c. proposuisti. 82. dist. in verbo, non probatur. & no. Abb. in c. pastoralis. de excep. Rom in consi. 481. Præsentis dubitationis. in fi. Vltimò non ob. ꝙ alienatio facta sit à quibusdam particularibus, quorũ factum
9 non debet nocere communitatibus: † quia ad hoc, ut dicatur factum ab vniuersitate, seu communitate, requiritur, ꝙ sit factum de communi consilio vniuersitatis, ut no. Bar. in l. aut facta. §. fin. vers. vlterius qnæro. ff. de poen. vnde si aliqui particulares delinquunt, tale delictum non ascribitur vniuersitati, ut dixi in consi. 61. cũ si. ut tradit Felin. in capitulo dilectus. el 2. de simo. quia ad hoc respõdetur dupliciter. Primo, quòd ista alienatio habet tractum successiuum, quo casu in delicto momentaneo, ut esset homicidium, habent locum allega. in contrarium, & alia, quæ possunt allegari, sed in delicto successiuo, prout videtur in isto casu illi de vniuersitate obligantur, dato, quòd delictum factum sit absque communi consilio, ut not. tradit Petrus de Anch. in consilio 158. Ex narratis in facto. Felin. in dicto capitu. dilectus. Secũdò respondetur, quòd in casu isto à syndicis fuit facta promissio nomine singulorum, ut colligitur ibi, nomine dictorum communium, & cuiuslibet eorum, & omnium, & singulorum hominum, & personarum dictorum communium, & cuiusque eorũ.

ADDITIONES.

a ¶ Liquida.) Suprà consi. 640. & consi. 288. ubi dixi.
b ¶ Partis.] Latè dixi in consuetu. Paris. §. 42. gl. 5. nu. 7. adde in idem Ludo. Roma. l. quidam §. donationem. de don. Dec. c. de appellationibus. nu. 4. de appe. Lud. Rom. l. 4. §. Cato. nu. 30. vbi Soc. nu. 20. vbi dicit se ita consuluisse cum Ioan. de Riminaldo. & ibi Alcia. num. 95. Francis. Rip. nu. 45. de ver. ob. And. Tiraq. de retract. proxi. c. 23. gl. 1. nu. 25.
c ¶ Etiam.] Falsum est, quia verba secundum subiectam materiam intelligi debent, ne eam excedant, ut dixi in consue. Paris. §. 22. nu. 4. & §. 20. nu 109. & §. 13. gl. 1. nu. 5. & in anno. ad Dec. in rubr. de proba.

EPITO. Consi. CCCCCCLXVIII.

De essentia depositi est, ꝙ de pecunia numerata, & vsuali fiat sub nullitatis pœna.

SVMMARIVM.

1 *Depositum factum de pecunia reprobata est nullum.*
2 *Pecunia reprobata non liberat soluentem.*
3 *Falsus denarius non est denarius.*

SEcundum ea, quæ proponitur more Scæuolæ Iurisconsulti, res ista non videtur habere difficultatem, considerando hoc mo-
1 do. † nam si tempore depositi erat pecunia reprobata, clarum est, quòd tale depositum legitime factum non fuit, quia debuit fieri de pecunia currenti, & vsuali, vt not. Specul. in titul. de solu. §. nunc aliqua. in versi. pone. & Old. in consi. 31. Thema tale est. & tradit Alex. in consi. 104. Statutum loquens. li. 1. & Cor.
2 in consi. 321. De pluribus effectualiter quæritur. in 3. lib. † quia pecunia reprobata non liberat soluentem. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pigno. act. & quia † falsus denarius non est denarius, [a]
3 ut no. per glo. in l. 2. C. de hære. in verbo non habent si vero tempore depositi erat pecunia in vsu, depositum videtur factum legitimè, & Franciscus, qui debuit recipere depositum, videtur fuisse in mora: quia sine iusta causa depositum accipere recusauit. l. qui decem. in princip. ff. de solu. l. acceptam. C. de vsu. ex hoc sequitur, quod pecunia deposita sit periculo ipsius creditoris, qui debuit depositum recipere. d. l. qui decem. in princ. & in d. l. acceptam. & ideo si post moram creditoris reprobata fuerit pecunia, periculum est creditoris, ut no. Bart. in l. cum quid. ff. si cert. peta. in versicu. & faciunt ad quæst. ubi allegat l. vinum. ff. eo. titu. & remittit se ad l. Paulus. ff. de solu. vbi Bart. in versic. quæro, quid sit moneta. in fi. inquit, quod omne detrimentum spectat ad illum qui est in mora. d. l. vinum. & idem etiam tenent Pet. & Cyn. in l. minorum. C. in quib. causis in integ. restitu. non est neces. & ibi Alberi. de Rosa. post Odofre. concludit, quod effectus moræ est, quod, periculum interitus in aduersarium transferatur, ut not. in l. mora. ff. de vsur. & idem not. Abb. in capitu. quanto. de iureiuran. &c.

ADDITIO.

¶ Denarius.) Andreas Tiraq. tract. de retractu proximita. §. primò. gl. 10.

ran.& quod post moram periculum sit indistin ctè ipsius morosi tradit Ange.in d.l. Paulus. circa fi. & Martin. Lau. in suo tracta. de moneta.incipien.Cupiens strictam monetæ materiam amplecti.& cum ista conclusione concordant Cardi.& Imo.in clemẽti.si beneficiorum.de decimis.

EPIT. Consil. CCCCCCLXIX.

Statutum de furto disponens non habet locum in rapina: vnde decretum Senense puniens furtum, non comprehendit illos, qui ære alieno grauati fugam arripiunt.

SVMMARIVM.

1 *Decretum, seu constitutio, quæ loquitur de textoribus serici, qui aufugiunt cum serico & drapo serico, qui committunt furtum an habeat locum in textoribus grauatis, & oppressis ære alieno, qui aufugiunt nihil exportando.*

2 *In dispositione vniuersali omnes casus includuntur.*

3 *Lex, quæ generaliter loquitur, generaliter intelligitur.*

4 *Decretum factum propter vtilitatem publicam latè intelligi, & interpretari debet.*

5 *Lex propter vtilitatem publicam facta dicitur fauorabilis.*

6 *Statutum cessat, ubi eius cessant verba.* 11.

7 *Statuta tantum dispon unt, quantum loquuntur.*

8 *In claris non est opus coniecturis.*

9 *Statutum loquens de furto, non habet locum in rapina.*

10 *Rapina dicitur furtum improbissimum.*

12 *De iure communi non debet quis capi pro delicto, nisi prius facta discussione.*

13 *Pactum, quod debitor, qui non soluit, capi, & carcerari possit, non valet.*

VIso, & perlecto consi.celebratis. V.I.D.d.Lazarij Arnolphini Lucen. & Visa subscriptione clariss. Iurisconsulti, & insignis militis domini Cæsaris de Nobilibus, licet in casu proposito accuratè, & solito more eleganter scriptum sit, non omitto tamen, quod
1 prima facie videbatur dicendum, quod † decretum, seu constitutio, quæ loquitur de illis textoribus serici, qui aufugiunt cum serico, vel drapis sericis, qui committunt furtum, quod etiam tale decretum habeat locum in textoribus grauatis, & oppressis ære alieno, qui aufugiunt nihil exportando, hoc videtur probari in l.ait prætor.§.si debitorem, ff.de his, quæ in fraud.cre.vbi tex. loquitur in eo, qui aufugit cum pecunia alterius.& gl.ibi, & Barto. volunt illum tex. habere locum in quolibet debitore fugiente. qui nihil exportaret: quia tamen capi potest à creditore, vt no. per gl.inst.de act.in prin.in verbo, in iudicio.facit tex.in l.1.C.vbi quis decur.vel cohorta.vbi Bar.in l.generali.C. de decu.lib. 10. & ad hoc facit, quia decretum loquitur vniuersaliter, dum dicit, quemcunque fugientem vnde videtur, quod vniuersaliter intel-
2 ligatur: † quia in dispositione vniuersali omnes casus includuntur.l.à procuratore. C. mand.in l.Iulianus.ff.de leg.3. & dixi in
3 l.omnia.ff.si certum peta. & † lex, quæ generaliter loquitur, generaliter intelligit̃ l.1.§.& generaliter.ff.de lega.præstã.& hoc ꝓcedit dato, quod maior ratio sit in vno casu, quam in alio, om-
4 nes tamen comprehenduntur.l.1.§.quod autem.ff.de aleato.† & ad idem facit, quia cum decretum factum sit propter vtilitatem publicam.vt in decretò expressè dicitur, ibi, & cum multum intersit reipublicæ nostræ, vt obuietur, quantum fit possibile, talibus delictis, tale decretum debet late intelligi, & interpretari, vt not. Bart.in l.quemadmodum.C.de agric & cẽsi.lib.11.in l. 2.§.
5 exercitum .ff.de his, qui no. infam.† & omnis lex facta propter vtilitatem publicam dicitur fauorabilis, vt dicit Paul. de Cast. in consi.23.Viso puncto, & oppositionibus.allega.l.1.§.fina. C. de cadu.tollen.& facit quod not.Barto.in l.si quis in graui.§. vtrum in versicu.hi quoque.per illum tex.ff.ad Sylla. vnde ex his consonat, quod dispositio dicti decreti, seu statuti comprehendat etiam illos, qui grauati ære alieno fugam arripiunt. His tamen non obstantibus vlterius cogitanti conclusionem à præclariss. consultoribus supra firmatam amplector, & intentio nostra fundata est in negatiua, quia decretum, seu statutum non loquitur
6 de fugientibus propter æs alienum, † & vbi cessant verba statuti,
7 cessat statutum, vt dicit Bal. in l.illam.in prin. C.de colla.† & statuta tantum disponunt, quantum loquuntur, vt idem Bald.dicit in l.testamentum.in fi.C.de testa.facit tex. in l.si seruum. §. non dixit prætor.ff.de acquiren.hære.in l.si verò.§.de viro.ff.solu. matrim.& hoc comprobatur, quia decretum loquitur de aufugientibus cum rebus alienis, & furtum committentibus, vt colligitur in supplic. ibi in prin. quod cum singulis diebus committuntur furta plura, & ibi, qui aufugiunt cum telis, & setis illis datis.& cõcessio videtur facta secundum supplicationem.capitulo inter dilectos, §. cæterum.ibi, ex forma petitionis. de fide instrumẽ. vbi Bal.no.illum tex.ad idem tex.in l.1.C. de diuer. rescri. facit tex. in l.si defensor.§.qui interrogatus.ff.de interr.actio. vbi Bald. & no.Ant.de But.in cõsi.19.Quia hic agitur.in prin.Abb.in c.2.de treu.& pa.& hoc expressè dicit̃ in decreto, ꝙ refert se ad supplicationem in omnibus, & per omnia: vnde in claris non est opus
8 coniecturis.† in l.cõtinuus.§.cum ita.ff.de verb.ob.& in ipso etiã decreto dr̃, cupientes, quantum fieri potest furtis ipsis obuiare.
9 &c.† & tale decretũ, quod loquitur de furtis, non haberet locũ in rapina, quia statutum, quod loquitur, de furto, non habet locum in rapina, ut not.Bal.in l.si te.C.ex quib.causa.infa.irrog.facit ꝙ no.Ro.in cõsi.144.Inquisitio præsens.in consi.150. In pro-
10 posita quæstione.si ergo statutum in furto non habet locum.† in rapina, que dr̃ furtum esse improbissimum.vt no.per gl.in d. l. si te.a fortiori videtur.quod statutum de furto non habeat locum in debitore grauato ære alieno, in quo est minor ratio, quam in furto. & cum verba decreti, quæ de furto loquuntur, non conueniant in tali debitore, pariter dispositio decreti, non videtur habere locum. lege. quarta. §. toties.ubi Bartolus. ff. de dam. infe. in lege. ita autem. in prin. vbi Bartolus. ff. de administ.tuto.in l.hos accusare.§.omnib.ff.de accu.c. indemnitatibus.§.pen.de elec.in 6.& sicut in decreto casus iste deui, & proprietate verborum non comprehenditur, vt supra dictum est, ita etiam per viam extensionis ad istum casum trahi non debet:
11 † quia statuta sunt stricti iuris, vt no. Bart. in l. constitutionibus. ff.ad munici.in l.omnes populi.versic.4.quæro.ff.de iusti.& iure.
12 & quia statutum hoc est ꝯ ius commune, † quia de iure communi non debet quis capi pro debito, nisi facta prius discussione bonorum, ut not.Bar.post gl.in l.3. §.tutores.ff. de suspec. tut. facit tex.in l.ob æs alienum. C. de act.& ob. in l.qui filios. C. quæ res pig. Et captura personæ est pœna, vt no.in c.ut famæ.de sent.excom.Cum ergo ista dispositio decreti, seu statuti sit ꝯ ius cõmune, & pænalis, nõ debet extendi, quia ut tradit Alex.in l.si constãte.in princ.in uer.3.limita.ff.sol mat.quando est dispositio correctoria iuris communis, & pœnalis, non fit extensio etiam a ratione expressa: allegat glo.in cle.2.in verbò, eisdẽ.de æta, & quali.Et in casu isto indubitanter non videtur tractandum de extensione, quæ quandoque solet fieri ꝑ eandem, uel similem rationem; sed in casu isto vr̃ diuersa ratio inter illum, qui aufugit cum rebus alienis committendo furtum, & illum, qui recedit propter æs alienum: & ideo non est tractandum de extensione; & ratio diuersitatis in dictis casibus videtur, quia ille, qui aufugit cum rebus alienis, videtur consequi lucrum in actu fugæ, ideo ad fugã magis cõcitatur: quæ ratio cessat in eo, qui vacuus recedit. vnde statutum in vno casu non uidetur habere locum in alio: & ad hoc quia decretum loquitur de illis, qui furtum committunt, & res proprias auferunt dominis, & non videtur habere locum in illis, qui res debitas auferunt, quia statutum cum loquitur de re mea. non habet locum in re, quæ sit mihi debita, ut no.Bar.in l. Gallus in §.videndum in fin.ff.de lib.& posth.& cum ex supra dictis appareat, quod verba decreti non conueniant in casu, de quo agitur, nec ratio uideatur habere locum, vt supra dictum est, concludendum est, quod decretum in casu, de quo quæritur, non procedat. Non obstant allegata supra in contrarium, & primo quod habetur in d.l.ait prętor.§. si debitorem. ff. de his, quæ in fraud. cred. quia ibi illud nõ dr̃, ex eo quod ille textus, qui loquit̃ de eo qui aufugit cũ pecunia aliena, etiam habeat locũ in debitore, qui nihil exportauit: quia ibi de captura personæ nihil dicit̃, sed solũ dicit̃ de pecunia, quã exportabat, quæ auferri potest.& doctores, qui dicunt, quod debitor fugitiuus capi potest, dato, ꝙ nihil exportaret, non dicunt hoc per illum tex. quia hoc non probat, cum ibi de captura personæ nihil dicatur, sed mouentur per alia iura, videlicet per tex.in l.1.C. Vbi quis decu. vel cohorta. & in l.generali.C.de decu.lib.10.sed tamen dicta iura hoc non probãt, quia loquuntur illa iura de illis, qui sunt obnoxij curiæ, qui capi possunt, si aufugiũt, & in cohortalibus, qui sint de aliqua cohorte, isti possunt capi, quando aufugiunt, quia persona est obnoxia, ut de monachis Bar.dicit in d.l.1. C.ubi quis decur. sed in debitoribus grauatis ære alieno hoc dici non potest, quia ꝓpter æs alienũ persona non subijcit̃.l.ob æs alienum.C.de act. & obli-
13 ga.in l.qui liberos.C.quæ res pigno. † & nõ ualet pactũ, [a] ꝙ debitor capi & carcerari non possit, ut Ange.in Auth. ut non fiant pigno.in fi.cum sic ut tradit Alex.in l.alia.§.eleganter.ff.solu. matri.Non ob.quod decretũ videt̃ loqui in quolibet fugiente: ponderando illa uerba, quẽcunque fugientẽ: quia illa uerba restringũt̃ a uerbis prolatis supra in proemio, ubi patet, ꝙ loquit̃ de illis, qui furtum committunt, & sic illa uerba, quemcunque fugiẽtem.intelliguntur secundum præcedentia.arg.l.si seruus plurium §.si.ff de leg.1.in l.Titia.§.idem respondet.ff.de uerb.obliga.Nõ ob.ꝙ propter vtilitatem publicam dispositio decreti deberet extendi;

ADDITIO.

a ¶ Pactum.) Nisi de consuetudine: quã limito in tract.de vsur. quæst. 36.

tendi: qui hoc posset habere locum, quando esset eadem ratio, sed in casu isto non uidetur eadem ratio ut supra dictum est. & dato, ꝙ subesset eadem ratio, non haberet locum extensio, quia materia est correctoria & pœnalis, ut dixi. Et ex his satisfactum uidetur primo, & secundo dubio. In tertio dubio res clara uidetur, ꝙ qualitas requisita à statuto debet probari, ut no. Bar. in l. 1. §. ait prætor. ff. ne quid in flumi. publi cũ si. supra alleg. & ad hoc facit dictum Bar. in l. diuus. ff. de testa. mili. ibi in uerbo, itẽ sunt statuta. ubi inquit, ꝙ disponente statuto, ꝙ uilla teneatur emendare damnum, si quis fuerit derobatus: nam ille, qui petit æstimationẽ, tenetur probare, ꝙ fuerit derobatus, ut uerba statuti uerificẽtur.

EPIT. Consil. CCCCCCLXX.

Filius præsumitur ex industria acquisiuisse, quod tanquam aduentitium ei præcipuum est. Et clausula codicillaris operatur restitutionem instituto faciendam.

SVMMARIVM.

1 *Bona acquisita per filiumfamilias ex eius industria ipsi filio acquirũtur.*
2 *Emptio facta per filiumfamilias ex pecunia per ipsum eius industria acquisita ipsi filio acquiritur.*
3 *Societas nunquam inter filios contracta intelligitur, quando pater viuit.*
4 *Clausula codicillaris habet locum, quando testamentum deficit ex defectu solennitatis.*



CLarissimæ sunt duæ conclusiones de iure, in quibus fundatur presẽns cõsultatio, ideò requisitus de subscriptione agã paucis. Prima
1 conclusio est, ꝙ † bona acquisita per dictum Ioã. Paulum ex eius industria sint eius pcipua: quia in hoc iura clara sunt, in l. cum oportet. §. 1. C. de bo. quæ libe. in §. 1. inst. per quas perso. nobis acqui. Et tradit Abb. in consi. 36. Circa primũ dubium. lib. 2. & idem no. Soci. in cõsi. 192. Capio difficultatem. in prin. & ita s. dictum est. & prædictis addo Bal. in cõnsi. 378. Factum sic se habet. lib. 4. vbi distinguit, & cõsiderat quatuor casus, & in tertio casu ad propositum concludit, ꝙ qñ filiusfamilias acquirit solũ ex suis operibus, & sua industria, & iste casus ſm Bal. indubitabilis est per iura s. alle. quia tale lucrum aduentitium est, & ipsi filio acquiritur, & probatur in iurib. præall. & idẽ Ioan. de Ana. in consi. 65. Viso puncto. Ang. in consi. 112. Bona acquisita. & Raph. Cum. in consi. 88. Casus talis est. in prin. Ful. in cõsi. 197. Zongus. & ista cõclusio de plano procedit, qñ constat, ꝙ ex propria industria filiusfamilias illa bona acquisiuit, prout doc. loquũ-
2 tur in locis s. alleg. & idem vr̃ esse in dubio: † quia emptio facta per d. Ioan. Paulũ vr̃ facta nomine proprio ipsius Ioan. Pauli, vt no. Bar. in l. si patruus. C. cõmunia vtriusque iud. per l. & magis. ff. de sol. & idem Barto. in l. Titium. §. alterε. ff. de adm. tu. Nec tractandum est de aliqua societate tacita inter d. Io. Paulum, & eius
3 nepotes, quia Frãciscus pater viuebat, quo casu † qñ pater viuit, inter filios fratres nunquam societas ꝯcta intelligitur, ut not. Bal. in l. cum oportet. in prin. versi. quæro, quare fratres. C. de bo. quę lib. & Ro. in consi 471. Lucrum autem. Alex. in con. 138. Ponde
4 ratis his. in fi. lib. 5. † Secundum dubium de clausula codicillari, in qua dubitari potest, quia cum testamentum fuerit nullum ex præteritione nepotum, quia mortuo eorum patre in vita testatoris, iuxta l. posthumorum. in prin. ff. de iniust. rup. & in §. posthumorum autẽ. insti. de exhære. lib. in tali casu clausula codicillaris nihil operatur, quia solum vr̃ habere locum, quando testamentum deficeret ex defectu solennitatis, ut no. per glo. mag. in fi. in auth. ex causa. C. de lib. præte. & tradit Spe. in ti. de instru. edi. §. cõpendiose. ver. sed pone, quidam instituit filium. & Old. in consi. 141.
a Thema tale est. Sed breuiter [a] in contrarium cõis opi. est, vt Ale. concludit in d. auth. ex causa. & ita Bar. tenet in l. 1. in 5. q. ff. de iure cod. Ange. in consi. 99. Viso themate. Bal. consi. 431. incip. gl. in auth. ex causa. & idem Bald. in consi. 117. Quidam Nicolaus. lib. 5. & in cons. 36. Proponitur. lib. 3. Ang. in §. siue igitur. in Auth. ut cum de app. cog. in fin. cum si. ut latè tradit And. Sicu. in cõsi. 54. in vlti. du. in 3. lib. & ꝙ ista sit communis opi. etiam Alex. dicit in consi. 12. Viso tenore. uersi. & si dicatur. lib. 1. & in consi. 26. Circa primum. eo. lib. 1. & in consi. 142. Circa primam dubitationẽ. lib. 2. Et ideo recurrendum est ad fundamentũ suprà factum, ꝙ clausula codicillaris solum operatur, ꝙ restitutio debeat fieri illi, qui fuit institutus, secundum decisionem Barto. in l. 1. q. 11. ff. de iure cod. & sequitur Alexan. in consi. 161. Examinatis iurib. lib. 2. & in cons. 142. Circa primam dubitationem. versi. accedit antiqui. lib. 2. & dixi consi. 213. supra allegato per do. Consultorẽ. Et cum ista sit communis opinio, ab illa non est recedendum.

ADDITIO.

a ¶ Breuiter.] Dicendum, ut annotaui suprà consi. 488.

EPITOME Consi. CCCCCCLXXI.

Remedium redintegrãdæ requirit probationem possessionis, quam sequuta sit spoliatio. Et vxor soluto matrimonio bonorũ dotalium possessionem apprehendere debet licèt dominium ipso iure in eam transeat.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatio probari non potest, nisi prius possessio probata sit.*
2 *Ab obtinendum restitutionem quæ probanda sint.*
3 *Dolus probari debet, ut quis de spolio conuincatur.*
4 *Causa quælibet etiam iniusta excusat a dolo.*
5 *Mulier quando mortuo marito dicitur possidere bona mariti pro iurib. dotis suæ. nu. 7.*
6 *Dominium rerum dotalium post mortem mariti ad uxorem reuertitur, licet non reuertatur possessio.*



APplaudent rationes, & iura, quæ in fauorẽ Antonij de Fantonibus accuratẽ, & subtiliter induxit præstantissimus V. I. D. dom. Galeottus Iunius vt frater maior honorandus, & de subscriptione requisitus iuridicam esse arbitror conclusionem ab eius excellentia firmatam. & ad eius confirmationem verba commissionis factę a magnificis octo viris debent diligenter perscrutari, quibus excellentissimis iudicibus Rotæ Florẽtinæ committitur, ut referant, an d. Anto. dicto nomine iuridicè apprehẽderit dictam possessionem, vel per uim, aut clam dicatur spoliasse. Et pro resolutione dictæ commissionis videndum est de duobus. Primo de spoliatione, in qua actor insistit, an probata sit. Secundò, an dictus Ant. iuridicè nomine do. Iacobæ suæ uxoris acceperit possessionem bonorum, de quibus agitur. Circa primum ſm ea, quæ proponuntur more Scæuolæ Iurecõsulti, res non vr̃ habere difficultatem, ex quo agentes non probauerunt possessio-
1 nem, ut supra dictum est: † & impossibile est probare spoliationem, nisi possessio probetur, vt Abb. dicit per illũ text. in c. olim.
2 el 3. in vlti. no. de rest. spo. † & ad obtinendum restitutionem duo probari debent. Primò ꝙ ille, qui agit. possideret. Secũdo, ꝙ deiectus fuerit, ut probatur in l. 1. § interdictum aũt hoc. & ibi gl. ff. de vi, & vi arma. in c. consultationib. vbi Abb. in 2. no. de offi. dele. & no. Lapus in alleg. 52. Lætatus sum. Pau. de Cast. in cons. 50. In causa, quæ vertitur inter reuerendum. & Dom. de sanct. Gem.
3 in consi. 146. do. Burgensis. & hoc idem comprobatur, † quia ad hoc, vt quis de spolio conuincatur, debet dolus probari. l. 2. §. doli mali. ff. de vi bo. rap. ubi Bar. tradit, & Bal. in consi. 302. Ego præsuppono. lib. 2. & dixi in consi. 125. In causa spoliationis. & in casu isto non vr̃ probatus dolus, quia cum d. Antonius esset maritus dictæ Iuliæ, & nomine uxoris eius acceperit possessionem di-
4 ctorum bonorum, non vr̃ fuisse in dolo; quia quælibet † causa ẽt iniusta excusat à dolo. l. igitur. ff. de lib. ca. gl. fi in l. j. §. fi. ff. de abige. ubi Bar. & gl. & Bal. in l. 1. C. ubi cau. status. cum si. & ex prædictis manifeste patet, ꝙ Ant. supradictus ratione spoliationis condemnari nullo modo potest. Venio ad ſm dubium, an prædictus Anto. iuridicè in dictis bonis possessionem acceperit, & cum ipse nomine do. Iacobæ vxoris suę dictam possessionem adeptus fuerit, ipsa vr̃ talem possessionem accepisse, ar. l. j. in §. deiecisse. ff. de vi, & vi arma. in l. non ideo minus. C. de accu. in regula. qui per alium. de reg. iu. in 6. Est ergo uidendum, an ipsa Iacoba haberet
5 dominium, & possessionem in rebus suis dotalibus † post mortẽ primi mariti: De dominio clarum est, vt est text. in l. in reb. C. de iur. do. Sed difficultas est in possessione: quia si apud hæredes mariti primi fuisset ipsa non potuisset habere possessionem rerum dotalium, nisi de consensu hæredum, vel authoritate iudicis cõpetentis, ut est tex. in l. dotis actione. C. sol. ma. ubi dr̃, dotis actione successores mariti super eo, ꝙ ei dotis nomine fuerat datum, conuenire debes: ingrediẽdi n. in possessionem rerum dotalium hæred. mariti non consentientib. & sine autoritate competentis iudicis nullam habet facultatem. & per illum text. Ange. dicit,
6 † ꝙ licèt post mortem mariti ipso iure dominiũ rerum dotaliũ
a ad vxorẽ reuertatur, d. l. in reb. C. de iur. dot. Secus [a] tñ est in possessione. l. cum hæredes. in prin. ff. de acq. pos. Et ista conclusio haberet locũ, si constaret possessionem dictorũ bonorũ fuisse apud hæredes primi mariti, & nõ penes dic. do. Iacobam uxorem. Sed in casu isto non vr̃ bene probatum, ꝙ hæredes mariti haberent possessio-

ADDITIO.

a ¶ Secus.) suprà consi. 130. ubi dixi. & consi. 398. consi. 447. num. 27. Idem Dec. l. dotis. C. de colla. ubi etiam dixi.

possessionem bonorum dotalium, vt s. dictum est per do. Consultorem. † Nam mortuo marito habet vxor retentionem bono
7 norum mariti pro dote, vt not. Bart. in l. si filio. la 1. in prin. ff. sol. ma. & Bald. in l. pe. C. de pig. ac. & in l. pe. C. de non nu. pec. vbi inquit, ꝙ mulier potest possidere bona mariti pro dote sua, & hoc ex permissione iudicis, vel ex conuentione, vel quia sine vitio vacua possessio ad eam peruenit. & idē repetit Bart. in l. 1. C. de ser. pig. da. ma. dum dicit, ꝙ post mortem mariti potest vxor apprehendere possessionem bonorum mariti, si vacat, vt quia hæres illam nondum apprehendit, & ita videtur fuisse in casu isto, quia vr do. Iacoba habuisse possessionem dictorum bonorum ante hęredes. & cum prædictis concordat Bal. in l. cum tibi. C. qui pot. in pig. habe. cum si. vt dixi in consi. 230. Dura admodum videtur supra alleg. per do. Consultorem. De possessione vero, ꝙ apud do. Iacobam esset, supra probatum fuit per testes, qui per do. Consultorem inducuntur, & stantibus supradictis apparet pronuntiandum esse in fauorem d. Antonij absoluendo eum a petitis.

Consi. 672. Quæritur breuiter. lege supra consi. 637.

EPITOME Consi. CCCCCCLXXII.

Ad hoc, quòd pœna a testatore apposita incurratur, sententia declaratoria ferri debet. Et in testamento se referente ad donationem in ea contenta expressa habentur.

SVMMARIVM.

1 *Testator in testamento potest apponere pœnam hæredi non soluenti legatum.*
2 *Clausula in fine apposita ad omnia præcedentia relationem habet.*

Consultationem præclarissimi V. I. D. do. Baldi Altouitæ amplector, & illam iuridicā esse arbitror. † Et pro
1 confirmatione considerandum est, ꝙ de pœna apposita à testatore nō videtur dubitandum de eius ualiditate. l. 1. C. de his, quæ poe. nomi. & in §. fi. institutio. de legat. & notat Bar. in l. vxorem. §. hæres. ff. de leg. 3. cum si. vt tradit Ale. in consi. 52. Viso testamento Bartholomæi. lib. 2. vr tamen quod in tali casu requiratur sententia declaratoria ꝙ d. Lazarus inciderit in pœnā, quia non consignauit medietatem fructuum do. Petrę, prout sibi præceptum fuit à testatore. arg. c. cum secundo. de hær. lib. 6. not. Bar. in l. eius, qui delatorem. ff. de iur. fis. Abb. in ca verum de fo. comp. cum si. ut cōgerit Fel. in c. Rodulphus. de rescr. & talis declaratoria etiā pend. lite ferri potest, vt in terminis Ale. scribit in consi. præal. 52. vbi concludit, ꝙ in eo. libello quis petere pōt hæreditatē virtute institutionis conditionalis purificatæ, & ꝙ prius declaretur hæredes in pœnam incidisse, sic etiam pen lite principali excussio fieri potest, ut no. Ang. in §. sed neq;. in ver. sed tunc quæritur. in Auth. de fideius. Et idem no. Bal. in l. cū testamento. in versi. item no. C. de manu. test. Pau de Cast. in l decem. in fin. ff. de uerb. ob. Ro. in consi. 388. In casu propositi thematis. in fin. & Ale. in l. exitus. ff. de acqui. pos. Similiter alia conclusio de relatione facta ad testm̄ confirmatur: quia, vt no. Bald. in consi. 338. Ea, quæ ueniunt per modum declarationis. lib. 2. illud, qđ colligitur, per relationem ad aliud verè, & propriè intelligitur, quia ex cōtinuatione duarum scripturarum resultat verè certum; & natura relationis, est natura veritatis patentis ex cōiunctione scripturarum, vt Bal. dicit in consi. præal. cū ergo in casu isto relatio facta sit ad instrumentum donationis, omnia contenta in dicto instro verè, & propriè expressa dicuntur in ipso testamento, in quo relatio facta reperitur, vt Bal. dicit in consi. præal. Vlterius etiā non ob. præmissæ conclusioni, ꝙ notarius non fuit stipulatus pro venientib. ab intestato: quia imo vr notarius stipulatus pro omnib. quorum interest, vt no Bar. in l. nec ei. §. eorū. ff. de adop. in versi. quæro, nunquid tabel. & in l. stipulatio ista. §. si stipuler. ff. de verb.
* obl. cum si. ubi tradit Alex. vbi dicit, ꝙ ista est * cōis opin. vt dixi in consi. 405. Visis, & diligenter consideratis. Et in casu isto accedit illa clausula, ꝙ notarius rogatus fuit de omnibus & singulis, vt in fine notarius attestatur. ista enim clausula multū operatur, vt tradit Ange. Areti. in trac. maleficiorum. in versic. Super quib.
2 & † clausula in fine apposita ad omnia supradicta relationem habet. l. 1. C. de lib. præt. l. talis scriptura. §. fi. ff. de lega. 1. Et no. Ang. in consi. 27. Testator reliquit. Pet. de Anch. in cōsi. 98. Subtiliter, & ad plenum. Ro. in consi. 480. In casu propositæ consultationis. cum si. ut dixi in consi. 11. & quia in effectu agitur de donatione, quo casu uidetur quòd, alteri actio sit quæsita ut est tex. in l. quoties. C. de donatio. quæ sub modo. & supradictum est: & adde Soci. in consi. 236. Placet cōclusio firmata. in prin. & idem Arc. in consi. 74. Diligenter, & maturè pōderatis his. Ex quibus breuiter propter maximam temporis angustiam cōcurro in sententiam præstantissimi do. Consultoris, & de subscriptione requisitus.

EPITOME Consi. CCCCCCLXXIIII.

P. in testamento reliquit Ioan. filio victum, & vestitū, si religionem profiteretur, & si religiosus esse nollet, eum vniuersalem hæredem instituit. Sanè quamuis Ioan. professionem fecerit, debet tamen in hæreditate paterna succedere, Quia illa conditio à religione retrahens reiicitur. Cæterū tutela perfunctoriè, & sine requisitione data etiam ad matris requisitionem inualida censetur.

SVMMARIVM.

1 *A religionis vita contemplatiua nemo seducendus.*
2 *Conditio à matrimonio retrahens reijcienda.*
3 *Verbum, inualiditas, impotentiam disponendi denotat.*
4 *Iudicando à communi opinione non recedendum.*
5 *Monachus est capax successionis.*
6 *Consanguineus inimici suspectus reputatur.*
7 *Idoneus quisque præsumitur.*



In testamento Bernardini patris dicit, Item voluit, ꝙ casu, quo Ioan. Franciscus eius filius profiteretur in religione, in qua est, habeat tantummodo victum, & vestitum, & habitationem domus: & casu, quo nollet esse religiosus, instituit eum hæredē vniuersalem vnà cum infrascriptis suis hæredibus vniuersalib. & sic s̄m istam dispositionem testatoris deterio-
1 ris esset cōditionis, si religionem ingrediatur: & ita † à religione retraheretur, & hoc absurdū reputatur. ideo in tali casu docto-
* res * cōiter volunt, ꝙ etiam intrando religionem cōsequatur, & habeat illud, qđ non intrando religionem haberet, ne à vita contemplatiua religionis seducatur. & fuit quęstio disputata per do. Thomam de Thomaginis in quæstione incip. Paterfamilias centum. refert, & sequitur Ioan. And. in rub. de statu mona circa medium. ibi, disputata fuit hæc quęstio. Pater reliquit filiæ centum, si nupserit, & quinquaginta, si ingrediatur monasterium, tñ intrando monasteriū habebit centū, ne retrahatur à religione. & idem tenet Bar. in l. 3. in prin. ff. de his quæ pœnæ no. & idē tenet Albe. de Rosa. in l. Deo nobis. in versi. sed quæro aliam pulchram quæstionem. C. de episc. & cleri. vbi dicit Richar. Malum. disputasse quæstionem in studio Paduano, & ita tenuisse. & idē tradit Albe. in secunda parte statutorum. in q. 104. incip. Adhuc ex eodē themate quæro. & istam decisionē pro notabili posuit Mathæsil. in notab. 52. Nota, ꝙ si testator. Ant. de But. in c. in præsenti. in versi. ex hoc patet decisio. & ibi dicit hoc esse priuilegium monasterio indultum. & s̄m istam conclusionem consuluit nouissimè Laurentius Calcaneus in consi. 68. Magister Thominus. in uersicu. ad hoc facit, quia si reijcitur cōditio, propter quam quis retrahitur à carnali matrimonio. l. quoties. ff. de condi. & demon. à fortiori debet reijci, quando à uita contemplatiua religionis retrahitur. & ista ratione utitur Felin. in d. ca. in præsentia. in uersi. & ad hoc multum me inclinat. & idem sequitur Areti. in dicto c. in præsen
3 tia. in uersi. 1. † & primo pondero uerbum, inualiditas. quod proprie denotat impotentiam disponendi, ita ꝙ in cōtrarium non ualet dispositio testatoris. & cum prædictis concordat Roma. in l. stipulatio hoc modo concepta. in uersi. ultimo ad idem decisio. de uerb. obl. Alex. in consi. 35. Super contentis in dicto themate. in versic. 7. pro hac parte lib. 3. & in consi. 122 Viso themate su-
4 pra scripto. in uersi. ultimo pro hac parte. lib. 2. † Ex quibus patet
* istam esse * communem opinionem, à qua in iudicando non est recedendum, licet articulus esset disputabilis, per ea, quæ dixi in d. ca. in præsentia. & retenta dicta communi opinione concludendum est, quòd dictus Ioan. Franciscus sit hæres simul cum aliis, ne
5 retrahatur ab ingressus religionis. & ad idem facit, † quia monachus, seu religiosus succedit ab intestato, & ex testamento perinde, ac si non esset ingressus religionem, ut est text. in l. Deo nobis. §. hoc etiā. C. de episc. & cler. ubi Bart. ponit summarium hoc modo, ꝙ religiosi ex testamento, & ab intestato parentibus, agnatis, & cognatis ac si etiam essent seculares succedant. Secundo reuocatur in dubium de tutela, quæ ad requisitionē matris, quæ transiuit ad secunda uota, data fuit fratri ipsius matris domino Sebastiano canonico cathedralis ecclesiæ, qui habet apud se pupillam, & bona patris pupillæ, unde quæritur, an hoc legitimè fa-
a ctum fuerit. & breuiter [a] concludendum est, ꝙ non, secundum ea, quæ proponuntur more Scæuolæ Iurisconsulti: quia non fuit datus

ADDITIO.

a ¶ Breuiter.) In hoc a. du. Decius bene consuluit.

datus talis tutor cum causæ cognitione, prout requirebatur: fuit enim datus ex abrupto ad simplicem requisitionem matris, quæ cum ipsa esset inhabilis, & suspecta, l. lex, quæ tutores. vbi Barto. C. de admi. tut. pariter eius frater videtur suspectus. arg. cap. ac-
6 cedens. el. 2. vt lite non conte. † vbi consanguineus inimici propter consanguinitatem suspectus reputatur. & Abb. vbi no. illi text. a fortiori hoc in fratre uidetur dicendum, & facit text. tex. in l. 1. C. si rector prouin. & Bald. per illũ tex. ibi, propinquos participes consiliarios, domesticosq; locum habet. facit tex. in clemen. pastoralis. §. Pisana. de re iud. & quod no. Abb. post Vincen. in capitu. 1. de iudi. & quæstionem nostram in terminis decidit Bal. in l. omnem. in versicu. quæro, an datiuus. C. ad Tertyl. ubi quærit, an tutor datiuus petitus a matre præferatur legitimis ita quod in electione matris sit, quem petat tutorem, & arguit primò, quod sic, per tex. in §. si autem tutelam. in Authen. de nup. & cõcludit hoc esse verum, si datus sit ex inquisitione, secus si datus sit perfunctoriè. & datus ex inquisitione, intelligitur vocatis vocandis. & illa verba, quæ dicũt tabelliones, videns, & cognoscens eum idoneum &c. non probant, quod sit datus ex in-
7 quisitione, sed solum quod sit idoneus ex aspectu: † quia ex generali coniectura vnusquisque præsumitur idoneus. l. ab ea parte. ff. de proba. Cum ergo ad petitionem matris iudex dederit tutorem fratrem ipsius matris dominum Sebastianum sine debita inquisitione, & qui dari non debuit propter suspicionem, vt supra dixi: talis datio valida non fuit, & tanquam suspectus debet remoueri. & in simili casu hoc latè tradit Franciscus de Curte in consi. 46. Super controuersia vertente. vbi concludit dationem tutoris factam ad requisitionem matris de suo patre non valuisse, quia debita causæ cognitio non interuenit. & ita paucis concludendum videtur. Ista dilatari potuissent, sed satis sit nunc breuiter veritatem, ut puto retulisse.

EPIT. Consil. CCCCCCLXXV.

Donatio iurispatronatus non reuocatur per agnationem filiorũ Sicut etiam remuneratoria, & ob causam donatio.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio l. si vnquam. C. de reuo. don. an habeat locum de iure canonico in iurepatronatus.*
2 *Iudicatur idem de iurepatronatus, quod de causis spiritualibus. 7.*
3 *Iuspatronatus non potest nisi in iudicio ecclesiastico diffiniri.*
4 *Leges, & iura ciuilia fauorabilia videntur approbata de iure canonico.*
5 *Lex ciuilis, & generalis, & rationabilis, quæ non contradicit canonibus, etiam quo ad clericos, si est fauorabilis, seruanda est.*
6 *Leges sunt per ora principum diuinitus promulgatæ.*
8 *Statutum loquens de re æstimabili non habet locum in re inæstimabili.*
9 *Ex procemio instrumenti causa finalis donationis colligitur.*
10 *Lex si vnquam. C. de reuocan. donatio. non habet locum in donatione remuneratoria.*



Onsuluit eleganter clarissimus V.I. doc. do. Philip-
1 pus Griffus, quòd † dispositio l. si vnquam. C. de reuocan. don. non habet locum in donatione iurispa-
a tronatus. [a] & iuridicam esse arbitror conclusionem ab eius ex-
2 cellentia firmatam, † & quod de iure patronatus idem iudicatur, quòd de causis spiritualibus capitu. quanto. de iudi. capitu. de iu-
3 re. de iure pa. † & ideo non potest nisi in iudicio ecclesiastico diffiniri. d. capi. quanto. & pariter legibus, & constitutionibus laicorum non subijcitur, quia a pari procedunt forum sortiri, & legibus laicorum ligari, vt not. Anto. de Butr. post Inno. in rubri. de consue. in versic. vnam regulam habetis. cum simi. ut dixi in. 1. consilio facto in eadem causa. sed tamẽ non omitto, quod in præsenti cõsultatione dubitationem facit: quia dispositio d. l. si vnquã. C. de reuo. do. videtur etiam habere locum de iure canonico: quia videtur facta principaliter in fauorem filiorum, quo casu
* *communis* est conclusio, † quod leges, & iura ciuilia fauorabilia
4 uidentur approbata de iure canonico, ut Abb. post alios scribit
5 in cap. ecclesia. de const. in versi. tertius casus. vbi † inquit, quod quando lex ciuilis est generalis, & rationabilis, & non contradicit canonibus, si est fauorabilis, est seruanda, etiam quo ad clericos. & idem Abb. in cap. 1. de ope. no. nun. in 3. nota. vbi dicit, quod causa ecclesiæ debet decidi per ius ciuile in defectum canonum
6 per illum text. facit tex. in c. si in adiutorium. 10. dist. † & leges sunt per ora principum diuinitus promulgatæ. cap. si. 6. q. 3. & in c. super specula. de priui. dicitur, quod sancta ecclesia legum secularium non respuit famulatum quæ æquitatis, & iustitiæ vestigia imitantur. Ad hæc videtur posse responderi, quod supradicta haberent locum in rebus temporalibus, & prophanis, in quibus iura ciuilia haberent potestatem disponendi: secus videtur in iu-
7 repatronatus, † quod reputatur spirituale, & non potest æstimari. cap. de iure. de iure. patro. & no. Abb. in cã. quærimonia. co. ti. & propter hoc ibi Abb. refer. quod patronus, qui nihil habet in bonis præter iuspatronatus, nõ poterit cedere iuspatronatus creditoribus, quia non recipit æstimationem, ut dictum est: & sic verba legis non conueniunt, vt no. Bar. in l. 4. §. pretor ait. in fi. ff. de dam.
8 infec. vbi inquit, † quod statutum, quod loquitur de re æstimabili, non habet locum in re inæstimabili, & idem Bartolus in l. ita autem. in prin. ff. de administra. tuto. & ideo cum dicta. lege. si vnquam, loquatur de bonis, quæ æstimari possunt, non videtur habere locum in iurepatronatus, quod æstimari non põt & ista conclusio confirmatur, quia in iurepatronatus non agitur de commodo pecuniario, & non est verisimile, quod donans propter filios nascituros à tali donatione se retraxisset, ideo donatio non debet retractari. & Soci. tradit in consi. 147. visa facti cõtingentia. in versi. 2. principaliter moueor. ubi inquit d. l. si unquam. non habere locum, quando donans verisimiliter arbitrio boni viri non fecisset donationem, si de liberis cogitasset, secus videtur, si verisimiliter omnino facturus fuisset donationẽ non obstantibus liberis, prout in casu isto videtur: quia non agitur de commodo pecuniario, & de leui præiudicio tractatur: quia agitur de vna uoce ex tribus vocibus in tenui beneficio, ut supra dictum est. & in tali iurepatronatus interesse filiorum non videtur esse in consideratione, quia non agitur de commodo pecuniario, prout videtur considerare tex. in d. l. si vnquam. accedit etiã, quia ista fuit donatio ob causam, quia talis donatio fuit facta per dictum Antoniũ, ut exequeretur uoluntatem patris sui vt dicit
7 re cõi Romanorũ,† d.§.sed quoties. qui loquitur in casu fortiori quando simpliciter dr̃ de iure,à fortiori vr̃, qñ exprimitur de iure cõi,id est generali.c.1.de excep.in 6.vbi Arch. exponit cõmunẽ,id est generalem, quia tunc necessarium vr̃ de iure communi Romanorum intelligere,quia aliud ius commune nõ habemus. Non obstant allegata suprà in ꝯrium, & præsertim dictum Bal. in d.l.1.C.de confes.quia dictum Bal. ibi specialem habet rationem quia illa prohibitio non erat de iure communi, sed tantum ex forma statuti: vnde illa verba non poterant verificari de iure communi Romanorum,ideo necessariò propter subiectam materiam verba impropriè accipiũtur: & statutum ibi pro iure cõi accipitur,quia aliter ibi verba non poterant verificari.& ad hoc in simili casu facit quod no. Bar.in l.quibus diebus. §.dominus.ff. de cond.& dem. & in l.legaui.ff. de libe. lega.in fin. vbi debitum naturale tantum venit appellatione debiti, quando aliter verificari non potest. Et quia fundamentum suprà factum est in d.§. sed quoties.non vr̃ omittendum, ꝙ respõderi potest, ꝙ ille tex. intelligitur,quando nomẽ,iuris.in vna tantum specie iuris debet verificari,quia tunc de iure communi Romanorum in potiori significatu intelligitur:secus videtur esse,quando absolutè,& simpliciter dicitur,de iure,quia omnes iuris species comprehendun
8 tur, † quia indefinita equipollet vniuersali.l. si pluribus.de leg.2. & ita Abb.dicit in rub.de consue.in fi.ista responsio impugnatur per Card. Alex.in c.ius generale.1.dist.quia etiam in compromisso quando datur potestas iudicandi de iure, de vna specie iuris intelligitur:quia si generaliter de iure communi, & speciali statutorum intelligeret, possent sequi diuersæ, & ꝯrię sentẽtię,si in statuto aliter disponatur,quam de iure cõmuni: sed ut dixi in d.c.licet causam.prædicta ratio euitari potest, quia illa verba licet accipiantur in genere,& sic omnes species iuris comprehendãtur, debet,intelligi,ꝙ successiuè comprehendant̃ secundum iuris cõ munis formam, & statutorum casu, quo statuta iuri communi derogarent.illa enim verba prolata in genere de iure ad iura partium, quomodocunque ius illi competebat,referuntur, siue de iure communi,siue de iure statutorum, uel etiam ex aliquo priuilegio ius cõpeteret,ut in simili not. Bar.in l.rerum quidẽ amotarum.ff.re.amo.de clausula illa,secundum formam iuris,& statutorum.& dixi in d.c.licet causam.in versicu. sed pro defensio
9 ne Abb.& ad hoc facit, † quia verba debent interpretari, ne videantur contraria.cap.inter dilectos.§.cęterum.de fid.instrum. & in contractibus.no. Bar.ff.de condit.indeb.in l.fi.§ idem quęsit Bald.in l.cum falsa.in fi.C.de iu.& fact igno.cum simil.ut tradit Ale.in l.1.in prin.ff.ne quis eum.& dicit Ale.in consi.141.Viso testamento.lib.2.ꝙ in omnibus dispositionibus hoc habet locum,ut contrarietas remoueatur,si fieri potest & dixi in l.ubi repugnantia.ff.de reg.iu.& ideò consonat,ꝙ illa contrarietas, quæ ponderat̃ per Card. Alex. in d.c. ius generale.1. dist resoluatur, ut supradictum est:& sic fundamẽtum suprà factũ in d.§ sed quoties. uidetur bene procedere. Secundò Abb in d.rub. de consue. respondet ad d.§. sed quoties. ꝙ statutum in loco dicitur esse ius commune ex quo ibi præualet:quia iura dicunt, ꝙ statuta debẽt obseruari, in l.omnes populi.ff. de iusti.& iur. sed ista responsio etiã non satisfacit, ut dixi in d.c.licèt causam. quia uidetur cõtra tex.

ADDITIONES.

a ¶ Florentina.) Idem de consuet. Burgun.in fi.& consu.Aruernię ti.17.§.1. & consue. Niruernensi.& Monasteriensi,in Gallia.

b ¶ Ius commune.) Panor.in rub.de consue.c.1.vt lit.pen.Ias.l omnes populi.de iust.& iur.& bene,quamuis aliter idem Dec.cap.licèt causam de prob.vbi annotaui.

c ¶ Romanorum.] Id est iure scripto per Iustinianum magnum Constantinopoli edito, quod est commune omnium etiam non Romanorum.& bene hoc causa, vbi uerba,& materia subiecta indicant,sed non in exemplo sequenti de compromisso,quod non valet, vt dixi.

tex.in §.sed quoties.vbi tex.vult, ꝙ de iure Romanorum intelli-
gatur, sed ius statutorum est ius statutorum ciuitatis, quod à iu-
re Romanorum distinguitur.dict.§.sed quoties.ergo ius statuto
rum non potest dici ius in potiori significatu, cum ibi pro specie
apposita iuri communi ponatur. & ita irrefragabile videtur fun-
damentum suprà factum in d.§. sed quoties. & vlterius hoc pa-
tet ex mente statuti Cortonensis dum loquitur de iure commu-
ni,ibi,iuris communis. & ibi, vbi ius commune non loqueretur,
ius commune generale intelligitur, vt supradictum est: ergo de
iure communi Romanorum intelligitur.

EPIT. Consi. CCCCCCLXXXVI.

Duellum de omni iure est reprobatum, tamen aliquando maxi-
ma ex causa principis authoritate accedente permittitur: &
tunc prouocato armorum electio competit.

SVMMARIVM.

1 *Duellum de iure est reprobatum.*
2 *Consuetudo,quòd fiat duellum,non ualet,unde aboleri debet.*
3 *Non debet quis duellum offerre,nec oblatum suscipere.4.*
5 *Potest quis recusare duellum,etiam si prius acceptasset.*
6 *Qui de facto cogitur vsuras soluere,illas petere potest a principali perin-de,acsi de iure soluißet.*
7 *Duellum in quibus casibus tolerari poßit.*
8 *Crudelis est,qui suam famam negligit 9.*
10 *Honor vtilitati præponi debet.*
11 *Iniuria illata videtur,etiã si dicatur alicui,tu mentiris saluo honore tuo.*
12 *Donatio reuocatur propter uitium ingratitudinis.*
13 *Ingratitudo legum,& canonum autoritate reprobatur.*
14 *Diffamatus potest dicere diffamanti,quòd mentiatur.*
15 *Iniuria facta seruo domino facta videtur.16.17.*
18 *Duellum fuit inuentum ad probationem veritatis.*
19 *Dullum est experimentum innocentiæ,& solum habet locum in defectum probationis.20.*
21 *Electio armorum cui competat in duello.*
22 *Actor dicitur,qui primo litem inchoat.*
23 *Actor dicitur etiam ille,qui petit,quòd aduersario silentium imponatur.*



Agnificus Pirrhus scripsit magnifico Sfor-
tię Balioni literas huius tenoris.
*Non hauendo tu hauuto consideratione quanto à l'amicitia
si conueniua, ne tanpoco rispetto à l'honore mio, l'amazza-
sti della sorte,che tu,& gl'altri sanno:per il che constretto da l'honore mio
mi è parso scriuerti la presente,dicendoti, che tu mi hai vsata ingratitudi-
ne,& discortesia, & che non hai fatto verso di me quello officio in tale ca-
so,ch'à te, & alla amicitia nostra si conueniua. & perche ho inteso, che tu
vai giustificando il modo,con che hai in questo processo, m'è parso per ades
so scriuerti questo,a tale che sapendo per la tua risposta,come pretendi giu-
stificarti, & da poi possi procedere come conuenga a l'honor mio,dandoti
per la risposta termine conueniente al solito. Da Roma a dì 28.di Giugno.
1431. Alche il Signore sforza Balione risponde. A quanto dicete, che vi
habbia vsato ingratitudine, & discortesia, & non habbi fatto quello,ch'à
me si conueniua,dico, che voi mentite: & questo per risposta,acciochè,co-
me ui pare, procediate; & uolendo rispondere, mi trouarò in Acqua pen-
dente alla mia stanza solita. Data in Roma a dì 4.di Luglio. 1531.* His
stãtibus quæritur,an inter istos armorum capitaneos cadat duel-
a lum,& dato,ꝙ duellum [a] haberet locum, cuius sit electio armo-
1 rum.Circa primum considerandum est,† ꝙ licèt de iure commu
ni duellum reprobatum sit, vt in c.monomachiam. 2.q.4.in c.1.
2 de purg. vulga. adeò † ꝙ consuetudo in contrarium non valet:
& ideò debet aboleri consuetudo; quæ est in regno Franciæ de
duello,vt no.Spe.in tit.de accu.§ sequitur.ver.sed quid si A.fuit
a B.interfectus.& facit text.in l.vnica.C.de gladia. lib.11. & quia
in tali casu Deus tentatur, d.c.monomachiam. & hoc fieri non
debet,quia scriptum est, Non tentabis dominum Deum tuum.
3 † & ideo non debet quis duellum offerre, nec oblatum suscipe-
re,vt glo.dicit in cap.1.in verbo,oblatum.de clericis pugnantib.
4 in duello.† quia potius quis debet omnia pati mala, quàm huic
malo,vel alijs consentire.32.q.5.in cap.ita ne. & cum sit prohibi-
5 tum de iure diuino,& canonico: ideò videtur,† ꝙ quis possit re-
cusare duellum, etiam si prius acceptasset. & dicit Imo.in l.cum
filius.§.fin.in fi.ff. de leg. 2. consuluisse Ang. de Peru. & Fran.de
Ram. & quam plures alios doctores: & ita etiam tenet Ioan.de
Ligna.in trac.de duello.in fi. ꝙ prouocans potest desistere impu
nè de iure communi:tamen ex quo de facto obseruatur, quia ple
runque milites, & nobiles se adinuicem prouocant ad duellum,
& de facto re ipsa exequuntur,perinde haberi debet, acsi de iure
6 permitteretur: † quia fideiussor, qui de facto cogitur vsuras so-
luere,illas repetere potest a principali perinde,acsi de iure soluis-
set,vt not.Alb.in l.1.in ver.ego hanc quęstionem.C.de sum.Tri.
vbi dicit se ita obtinuisse Pergami. & idẽ Imo. post Car.in c. per-
ueniunt.de fideius.in versi.3.casu.cum sim vt tradit Alexan.in cõ
si.107.Pro inuestigatione prædictorum.in versi.bene facit.lib.2.
no,per gloss.fi.in l.qui habebat.de manu. testa. & talis consuetu-
do est de facto in Vngaria,de qua notabilem quæst.ponit Signo.
7 de Mediola.in consi 96. Quæstio disputanda.† Et etiam videtur,
ꝙ saltem in quibusdam casibus dictum duellum tolerari possit,
vt no. Bal.in l.ex hoc iure.ff.de iust. & iu.in 8.q.in sing. vbi dicit,
ꝙ maxima causa permissum videtur cum autoritate superioris,
& pro defensione sua,& suorum,& pro conseruatione honoris,
8 vt not.Bald.in ti. de pace tenen. quia vt ibi Bald. dicit, † crude-
9 lis est, qui eius famam negligit.12.q.1.in c.nolo. † & non minor
videtur timor honoris,& infamiæ, quàm mortis.l.isti quidem.ff.
quod metus causa. & in casu isto tota quæstio videtur propter
10 conseruationem honoris, † qui vtilitati præponi debet.l.Iulia-
nus.ff.si quis omiss.causa testa.& in hoc videtur fundata querela
Magnifici do.Pyrrhi,qui primò conqueritur, quòd Magnificus
Sfortiæ non habuerit respectum ad amicitiam, nec ad eius ho-
norem,& quòd vsus fuerit ingratitudine, & discortesia:& quòd
habito eius responso dicit se processurum, prout honori suo
conueniat. & responsio dom.Sfortiæ fuit, quòd dom. Pyrrhus
in hoc mentiatur;& hoc sit pro responso: & quòd procedat,pro
ut sibi videtur. ista verba, quod dominus Pyrrhus mentiatur,
11 non est dubium, quod iniuriosa sunt, quia etiam si dicatur † ali-
cui, tu mentiris saluo honore tuo; videtur illata iniuria, vt not.
Barto.in l.si quis extraneus ff.de acqui.hæred.in princip.in l.apud
Labeonem.§.ait prætor.in versicu.& ideo puto.ff.de iniu.& ista
conclusio de plano procedit, quando verum est, ꝙ mentiatur,
secus si uerum dicat; quia tunc non licet dicere, tu mentiris.ex
quo verum dicit, & non mentitur. & in casu isto consideran-
dum est, ꝙ do.Pyrrhus primo videtur iniuriam dixisse do.Sfor-
tię,dum illi significauit,ꝙ fuisset vsus ingratitudine, & discorte-
12 sia.† nam non leue est vitium ingratitudinis, propter quam do-
natio reuocatur,l.fin.C.de reuocatio. dona.in c.fin. de don.& in
13 l. vnica. C. de ingra. liber. † Et ingratitudo legum, & canonum
authoritate reprobatur,in c.octaua discussio.12.q.2.merito Sfor
tia concitatus potuit dicere domino Pyrrho, ꝙ mentiatur:quia
14 ipse ingratitudinem non commisit, † nam diffamatus potest di-
cere diffamanti, quod mentiatur, vt not. Angel.in l.quæ omnia.
in secundo nota. per illum text. ff.de proc. & idem prius ibi dixit
Bart.& not.Abb.in cap.cum te.de re iudi.in ver. exemplum si di
ceres,ꝙ ego commisi aliquod crimen, licèt mihi dicere,tu men-
tiris, ad defendendum innocentiam meam. alleg.Bart.in d.l.quæ
omnia.est ergo videndum de veritate eorum,quę domino Sfor-
tiæ obijciuntur.& prima facie videtur, ꝙ illata fuisset iniuria ipsi
domi.Pyrrho,quia dom.Sfortia interfecit illum,qui morabatur
cum dicto domino Pyrrho nulla habita consideratione domi.
15 Pyrrhi, cum quo morabatur; † quia iniuria facta seruo domino
facta videtur.§.patitur.ver.seruis autem.insti.de iniu.ibi,sed do-
mino per eos fieri videtur.in l.eum,qui.§.1. & in l.item apud La
16 beonem.§.prætor ait.ff.de iniur.† & si facta sit iniuria famulo in
contumeliam domini,videtur facta domino, vt no.Bart.in l.1.§.
fi.ff.de iniu.& not.Bald.in l.si quis homicidij.in fin.C.de accu.&
isto respectu videtur,ꝙ Pyrrhus potuerit dicere dominum Sfor
tiam commisisse ingratitudinem, quia cum d.Sfortia occiderit
illum,qui erat in seruitio, & familiaritate do.Pyrrhi, & nihil di-
ferit d.Pyrrho videtur contra d. Pyrrhũ ingratitudinẽ commisis
se, vt dixi.Sed ad hoc vr̃, ꝙ responderi possit, ꝙ cũ ille,qui à Sfor
tia interfectus fuisset,interuenisset in homicidio cõmisso in per
sonã domini Gentilis, qui erat cõiunctus dicto Sfortie,licitè po
17 tuit illũ interficere,† quia iniuria facta vni de domo vr̃ facta om
nibus.l.lex Corn.in prin.ff.de iniur.cum simi.vt tradit Ale.in cõ
si.23.Animaduersis his.li.2. & quia non videt̃ iniuria illata in con
tumeliam Pyrrhi,vt not.Bart.in d.l.1. in fi.de iniu. quia in ipso a
do.Sfortia interfecto erat causa specialis, propter quam dici nõ
potest,ꝙ hoc esset factũ in cõtumeliam Pyrrhi, & ideo secundũ
18 supradicta non videtur,ꝙ cadat † duellum, quia inuentum fuit
ad

ADDITIO.

a ¶ Duellum.] Adde Guidonem Pap.q. delphinali 616. Hieronymum Grat.consilio 4.lib.2.Petrum Iacobi in sua practi.de duello. Octauius prouocatus ab Antonio recusauit dicens multas ei petere vias ad interitum.Plutar.in vita Antonij.vt Marius prouocanti respondit,si cupidus mortis es, laqueo vitam finire potes, authore Frontino. Sed omnium optimum stratagema inuenit nobilis,& generosus Ioannes Languis regius Taurini prefectus, quia inuicem prouocantes, & peruicaces super ponte solos includebat vsque ad noctem nemine conspiciente,& sic adempta spe vilissimæ illius,& popularis gloriosę desierunt milites alioqui incorrigibiles sese ad tale inglorium duellum prouocare.

ad probationem veritatis, vt not. Hosti. in summa de clem. pug. in duello, Bal. in c. 1. de pace tenen. vers. porrò duellū. & ubi con
19 stat de veritate, debet cessare duellum, † quia duellum est experimentum innocentiæ, & solum habet locū in defectum aliarum probationum, vt no. Bal. in l. 1. C. de dedi. liber. tol. circa fi. in l. cū filius. §. fi. de leg. 2. vbi in secundo requisito ad duellum dicit; ꝙ
20 † ad illud deuenitur, quando non potest illud de quo contendit probari per ueram probationem. & idem Bald. in consi. 345. Casus est. lib. 4. Et tradit And. Sic. in consi. 42. lib. 1. Io. de Anan. in rubri. de cler. pugn. in duello. Laur. Calca in consi. 2. & dixi in consi. 487. & in casu isto licet Pyrrhus dicat dominum Sfortiam commisisse contra eum ingratitudinem, apparet hoc non esse verum quia dictū homicidium, quod Sfortia commisit, non fuit factū in contumeliam Pyrrhi, sed pro vindicta domini Gentilis occisi, qui erat patronus dicti Sfortiæ, & sic cum constet respectu do. Pyrrhi nullam commissam esse ingratitudinem, non videtur, ꝙ cadat duellum, per supradicta, quia non fuit aliquid factum in contumeliā Pyrrhi, prout requiritur secundū Bar. in d. l. 1. §. fi. ff.
21 de iniur. † Circa secundum dato, ꝙ duellū haberet locum, quæritur cuius sit electio armorum. & breuiter secundum communem consuetudinem, & obseruantiam reo, & prouocato videt competere electio armorum. & uidetur sentire Bal. de pa. tenen. in prin. in versi. & no. tex. qui sequitur defendentis. q uia ipse reus incautus deprehenditur, ideo eius debet esse electio, vt melius se defendat: arg. l. petendę. C. de temp. in integ. rest. peten. & in casu isto clarum est, ꝙ do. Sfortia dicatur reus, & Pyrrhus sit actor, qa
22 ipse Pyrrhus primò dedit quærelam, † & actor dicitur, q primo litem inchoauit. l. libertus a patrono. ubi Bar. ff. de in ius voc. l. in
23 tribus ff. de iudi. & in c. forus. in §. accusator. de verb. signi. † & et si quis, petat ꝙ aduersario silentiū imponatur, dicitur actor, vt no. Bart. in d. l. libertus. in fi. cum sim. vt tradit Alex. in consi. 103. Consideratis his. in prin. lib. 5. & habetur in decisio. Neapo. 268. In alia causa fuit dubitandum. & sic Sfortiæ videtur competere electio armorom, si duellum haberet locum: sed puto, quod inter eos nullo modo cadat duellum per supradicta.

EPIT. Consi. CCCCCCLXXXVII.

N. Legata cū onere fideicomm. reliquit Io. filio: & si eis non esset contentus, eum instituit in portione legitimæ ei debita, & non vltra. mortuo N legata acceptauit Ioā. qui deinde legitimam petit. Respon. eum non audiendum esse, quinimò legatis semel electis contentus esse debet.

SVMMARIVM.

1 *Testator quando specialiter in testamento reliquit legitimam filio, si non est contentus de legatis sibi in testamento factis; si filius acceptat legata, non potest vlterius legitimam petere.*
2 *Soror licet renuntiet fratribus hæreditatem paternam, & promittat aliquid amplius non petere, non excluditur a legitima, vel supplemento legitimæ, nisi expresse de legitima dicat.*
3 *Relatio cum omnibus qualitatibus facta videtur.*
4 *Causa grauaminis in appellatione ab interlocutoria nominatim exprimi debet.*

VIsis, Et diligenter consideratis his, quæ in casu proposito accuratè, & eleganter dicta sunt per Clariss. V. I. D. dom. Nicol. de Nobilib. vti fratrē maiorem honorandū, tota difficultas in hoc vr̄ consiste
1 re, † quia Ioan. Bapt. non vr̄ specialiter iuri legitimæ renuntiasse, put requirit in l si qn̄. § fi. C de inof. test. ibi, nisi hoc specialiter in apocha, vel in trāsactione inscripserit spāliter, i. expsse. l. fi. ubi gl. C. de neg. gest. in l. fi. vbi gl. in verbo, spāliter. ff. ꝙ cū eo. & facit tex. in l. si quis in prin. testī. in prin. ff. de leg. 3. ibi, si spāliter dixerit. cum ergo dic. Io. Bapt. de legitima sibi debita nihil dixerit, nō vr̄, ꝙ illa priuatus fuerit. & ideo Ang. Aret. in §. cum autem insti.
2 de inof. test. dicit, † quòd soror licèt renuntiet fratribus hæreditatem paternam, & promittat amplius aliquid non petere, non excluditur a legitima, vel supplemento legitimæ, nisi expresse dicat de legitima. & hoc prius dixit Ange. de Perusio in l. de his. in fi. ff. de transa. & tradit Alex. in consi. 6. visis subtilissimis. libr. 3. & ista conclusio procedit, etiam si sit iuramentum interpositum, vt tradit And. Sicu. in consi. 52. circa fi. lib. 2. Ad hoc breuiter respondetur, & considerandum est, ꝙ Nicolaus pater in testamento specialiter fecit mentionem de legitima, dum disposuit, ꝙ si domi. Ioannes Baptista nollet esse contentus dictis legatis, in quibus erat grauatus fideicommisso, tali casu priuauit eum dictis legatis, & dicto Ioanni Baptistæ solùm, & duntaxat reliquit iure institutionis illam portionem, seu quantitatem legitimæ de iure sibi debitam, & non vltra, vel aliquid vlterius. & do. Ioannes Baptista approbauit testamentum, & acceptauit legata, ut præsup-
a ponitur: ergo videtur, ꝙ talis acceptatio [a] facta sit cum suo onere, videlicèt ꝙ non debeat petere legitimam, de qua specialiter, & expresse dictum est à testatore in testamento; cum enim in effectu sit facta relatio ad testamentum, vbi dicitur expresse, & specialiter de legitima: videtur facta relatio cum dicta qualitate le-
3 gitimæ expresse in testamento à testatore: † quia cum omnibus qualitatibus suis uidetur facta relatio, ut no Bar. in l. 1. § fi. ff. si fami. fur. feci. dicatur. in l. 1. ff. de recepta. in l. si quis seruum. §. fi. in vers. sed quæro, testator. de lega. 2. & illud, quod ex relatione colligitur, dicitur verè esse, & propriè, vt no. Bal. in consi. 338. ea, q̄ veniunt. lib. 2. Et ad prædicta bene facit, quod no. Bal. in l. minori
4 bus. C. de his, quibus ut indig. vbi inquit, † ꝙ in appellatione ab interlocutoria debet exprimi nominatim causa grauaminis. cle. appellanti. de appel. & non sufficit, ꝙ talis causa exprimatur per relationem ad acta, ut not. Ang. in l. ubi autem. § illum. ff de ver. obl. cum sim. ut ibi tradit Alex. & idem Alex. in l. 1. ff. de liber. &
b posth. hoc singulariter tenet secundum Bal. in d. l. minorib. nisi [b] relatio sit facta ad acta exprimendo specialiter in qua parte hoc dicatur: quia illa relatio specialis habetur perinde, acsi nominatim fuisset expressā. & sequitur Phil. Peru. in c. consuluit. el 2. de appel. & illud dictum extollit Ange. Aret. in § si minus. in versi. aduertas tñ ad vnum. inst. de act. & vlterius hoc idem comprobatur, quia in casu isto intentio testatoris attendi debet, & vt dixi, testator specialiter reliquit legitimam d. Ioanni Baptistæ, si nō esse contentus de legatis sibi factis in testamento; cū ergo acceptauerit legata sibi relicta iure institutionis, non videtur, ꝙ vlterius possit legitimam petere: quia acceptando legata videtur in consequentiam renuntiare legitimæ secundum ordinem, & dispositionem testatoris, cuius voluntas circumueniri non debet, vt in proposito text. dicit in l. si cui. de condition. & demonstratio. vbi loquitur in onere iniuncto legatario, prout in casu isto agitur.

ADDITIONES.

a ¶ Acceptatio.) Imo non sufficit, nisi expresse, & specificè renuntiando legitimæ, vel pro communi legitima. d. l. si quando. §. vlti. & expressim Alexand. consil. 8. numero 21. lib. 3. consi. 89. nu. 13. nu. 14. lib 4. & sic Deci. hic male consuluit.


b ¶ Nisi.) Dec. hic causæ inseruit, quia non approbat hanc limitationem, sed contrarium tenet in l. certum. si cer. pet. & l. nu. C. de erro. calculi. & in c. consuluit. el 2. de appel.

EPIT. Consi. CCCCCCLXXXVII.

Soror succedit fratri excluso patruele. Statutum excludens à paterna hæreditate non extenditur ad fraternam hæreditatem. filius grauatus duas quartas diuersis temporibus detrahit. Donatio à patre filio facta valet, si morte confirmetur, vel iuramentum interuenerit.

SVMMARIVM.

1 *Statutum excludens filias extantibus masculis non excludit sorores, quā do sunt fratres patrueles.*
2 *In statuto exclusiuo fœminarum nunquam quis excluditur, nisi à personis specificatis ab ipso statuto. 4.*
3 *Statutum excludens amitam non videtur excludere materteram.*
5 *Dispositio, quę rupto testamento conseruat legata liberis, & parentibus, non habet locum in fratribus.*
6 *Statutum excludens filiam ab hæreditate patris, an habeat locum in hæreditate fratris, qui here ditatem patris adiuit.*
7 *Filius grauatus in restitutione fideicommissi, an possit duas quartas, videlicèt legitimam, & Trebellianicam detrahere.*
8 *Maior vigintiquinque annis potest de bonis, & iuribus suis disponere.*
9 *Iniquum est liberis hominibus non esse liberam rerum suarum administrationem.*
10 *Donatio facta nomine pupilli quando teneat.*
11 *Donatio facta a patre filio in potestate existenti an confirmet iuramento.*
12 *Donatio, quæ fit per Abbatem monacho, iuramento confirmatur.*
13 *Iuramentum est de iure diuino.*


D confirmationem eorum, quæ suprà accuratè, & eleganter dicta sunt in casu proposito per preclariss. V. I. D. domin. Nico. Vleiardinum vti fratrem maiorem honorandum bene facit quia
1 licèt † statutum excludat filias extantibus masculis, ut patet in princip. statuti, non tamen statutum videtur excludere sorores, de quibus statutum non loquitur, quando sunt fratres
2 patrueles: quia in tali statuto † exclusiuo fœminarum nunquam
a quis excluditur, nisi à personis specificatis [a] ab ipso statuto, vt Bald.

ADDITIO.

a ¶ Specificatis.] Supra consi. 223. vbi dixi.

vt Bal.dicit in l. sed & milites.ff.de excu.tu. vnde licèt filius excludat sororē,nō tñ nepos excludit amitā,ut Bal.ibi dicit.& si statutum velit,ꝙ patruus excludat matrem,non tamen excludit amitam:& licèt excludat matrem, non vr̄ excludere sororē ut not.
3 Bal.in l.illam.in prin.C.de col.† Et statutum excludens amitam, non vr̄ excludere materteram,ut no.Bal.in l.ꝙ verò.in ver.item
4 pone.ff.de legi.† Et si fratres patrueles excludūt matrē non tñ excludūt amitā,de qua statutū non loquit̄,ut not.Bar.in l.si quis.in versic.& facit ad quæstionē.C.ad Tertyl. Fratres.n carnales,vel patrueles sunt in linea transuersali,& in eis non est eadem ratio, quæ est in descendentib.§.inter eos.inst.de nup.ibi, sed nō tanta.
5 † & ideo dispositio,quæ rupto testamento cōseruat legata liberis,& parentibus,l.j.ff.de lega.præstan.non habet locum in fratribus,ut est tex.in l.3.§.liberis.ff.de leg.præst. & ex his prima ꝯclusio do.Consultoris comprobata vr̄, videlicet ꝙ do. Cherubina & Iulius eius filius succedant dicto Francisco eius fratri carnali,
6 exclusis Marioto,& Portagioia patruelibus.† Secundò successiuè dubitatur,an statutum,ꝙ excludit filiā ab hæreditate patris, habeat locum in hæreditate fratris,qui hæreditatem patris adiuit & breuiter concludendum est, ꝙ nō; quia per aditionē filij de-
a finit a esse hæreditas patris, & incipit esse hæreditas filij , ut not. Bart.in l.fi.in prin.in ver.præterea postquā hæreditas. ff.ad Terty.& no.Ro.in l.i.§ veteres.ff.de acqui.pos.per gl.ibi. & idē Ro. in cons.40. Visis,ac discussis.in prin.& in ꝯsi.168 Circa primum. in prin.& idē prius voluit Ang.in consil. 52. Dominus Gilius.in ver.non ob.ꝙ renuntiauit.cū si.vt tradit Alex.in d.l.1.§ ueteres & dixi in l.quoties duplici iure.ff.de reg.iu.& in l.hæreditas.in fi. ff.eo.tit.& licet doc.in locis præallegatis faciant fundamentum in aditione hæreditatis facta ꝑ filiū,quo casu desinit esse hæreditas patris.l.sed si plures.§.si filio.ff.de vulg.& pu. & not.per gl.in d.§.veteres.idē tñ vr̄ ēt hæreditate non adita:quia satis est,ꝙ filia veniat ex nouo iure,videlicet ex ꝑsona fratris,ut no.concludit Bene.Cap.in ꝯs.12.Et si viso,& cōsiderato.circa finem.& idē tradit Are.in consi. 161. In præsenti consultatione videndū est. in prin.Ex quibus breuiter clara redditur ista conclusio de iure,
7 & nullam difficultatem habere vr̄.† Tertiò quærit̄,an in restitutione fideicōmissi filius grauatus possit detrahere duas, quartas legitimam, & Trebellianicam.De legitima clarum est, quia in legitima filius grauari nō pōt:& si grauatus sit,onus rejicitur. l.qm̄ in priorib.C.de inof.test.facit tex.in l.cum patronus. de le. 2.no.in l.cohæredi.in §.cum filiæ.ff.de vulg. & pup. & s̄m istam conclusionem consuluit Ro.in consil.185. Pro decisione quæsitorum.in prin.& in consi.239.In hac re breuis ero.in prin.& idē Ang.in ꝯs.131.Ad decisionē huius dubij.Raph.Cuma.in consil. 25.Franciscus instituit.cum si.vt dixi in consi.81.In casu proposito.in prin.& ista conclusio habet locū dato,ꝙ pia causa sit substituta,ut no.Pau.de Cast.in consi.111.aliàs in consi.114.Substitutio prædicta.in ver.nunc ergo uidendum.& Bened.Cap.in cōsi.66.Punctus. Similiter dicta conclusio etiam procedit dato, ꝙ filius approbauerit testamentū,qa tali approbatione non obstāte filius potest lgitimam petere, vt not. scribit Pet.de Anch.in consilio 152.Plura sunt dubia.alle.tex.in l.si qn̄.§ si.C.de ino. testa.& ad idē tex.in §.cęterū.in auth.vt cū de appe.cogno. & no. Bal.in d.l.si qn̄.§.fi.& Alex.in consi.69.Super 1.dubio.in ver. nec obst.si dicat̄.lib.1.& quod dictum est de legitima, idem dicendū est de Trebellianica,quę casu isto debet detrahi post mortē gra-
* uati,& sic diuersis temporibus. & ista est * communis opi.quæ in iudicijs,& in scholis approbat̄,ut Ange.dicit in l. cohæredi.§.cū filiæ.ff.de vulg.& pup.& idem Ang in l.in ratione.§. ꝙ vulgò.ff. ad legem Falcidiam.cum si.ut tradit Alex.in cons.142.Circa primam dubitationem.in 2.dubio.lib.2.& dixi in consi.55 in consi. 267.Consultus ab illustri domino Marchione. & quia ista in iu-
8 re clara sunt, vlterius non insisto.† Quartò quæritur de donatione facta à Portagioia dñę Sandræ, cui nomine proprio donauit, & nomine Matthæi nepotis ex fratre:& quātum ad ipsum Portagioiam res clara vr̄, quia cum esset maior 25. annis potuit de bonis,& iuribus suis disponere.l.in re mandata. C. mand ēt abu-
9 tendo.l.sed & si lege.§.consuluit.ff.de petition.hæred.† iniquum est enim liberis hominib.non esse liberam rerum suarum admi-
10 nistrationem.l.2.ff.si quis à parente.fue.manu.† quantum autē ad Matthęum pupillum licet dictus Portagioia nō potuerit pupillum obligare in dicta donatione,l.pactū curatoris.C.de pact. l.contra iuris.§.final.ff.de pactis. l. filiusfamiliàs. in princi. ff. de dona.cū si.tamen quia nomine eius proprio promisit, quòd dictus Mathæus ratificaret, & obseruaret omnia per eum promissa in dicto contractu, aliàs ipse Portagioia promisit de suo proprio attendere,& obseruare,quo casu ipse efficaciter obligatur ut not. Aretin.in l.si ita.§.possum.de verbor. obligat.& latè domin.Barthol.Soc. in consil. 288. Circa primam quęstionem. In 5.quęst. in versicul. circa quintam quęstionem.& facit quod not.Abb.in consil.43.Quidam domin. Antonius.lib.1. Et vlterius in casu isto accedit,quia dom. Mattheus mortuus est, & illi,dictus Portagioia patruus successit,ideo tenetur obseruare ꝙ ꝓmisit.l.cum à matre.C.de rei vendi.l.si ab eo.C.de neg.gest.l.si vxoris.C.de bo.auth.iud.pos.& donatio facta noīe pupilli confirmatur.l.cum vir.ff.de vsuc.facit tex.in l.si à Titia. ff.de rei vē. & in l.si à Titio.ff.de except.rei venditæ.in l.apud Celsum.§.si à Titio.ff.de exce.doli.& ita paucis concludendum videtur.Quintò dubitari ꝯtingit de statuto,quo cauet̄, ꝙ si qs steterit in possessione alicuius rei immobilis per decē annos pacificè, & quietè, intelligat̄ eā iusto titulo possedisse: vnde licèt præsumatur possessio cum titulo;non tñ infert̄ ad præscriptionem,q̄ decursa nō
11 fuit, in qua in defectū statutorū ius cōe debet cōsiderari.†Sextò in donatione facta per Nicolaū filijs in potestate quærit̄,an valeat? & rñdetur, ꝙ sic duplici fundamento. Primò,quia fuit morte patris confirmata.l.donationes,quas.C.de don.inter vir.& vxo.
* Secundò,quia s̄m opinio.magis * communem talis donatio confirmat̄ iur̄o,ut no.Bal.in l.fi.in versi.quid si fuit.C.de vsu.pro dona.& in l.2.versic.& idem credo, quando pater donat filio.ff.de iureiu.cum si.ut tradit Alex.in l.si donatione.C.de colla.in ver. utrum autem ubi respondet rationibus Paul.de Castr.qui tenet in contrarium in consi.105.Circa bona.& licet articulus esset disputabilis per ea,quæ tradit Pau.de Cast.in d.consi.105. & Fulg. in consi.129.Visis.Corn.Perusi. in auth.sacramenta puberum.in versicu.6.inferri potest.C.si aduer.vend. & idem Corn.in consil. 238.Quamquam.lib.1.& in cons.9.In hac consultatione.lib.2.& in consi.289.Circa primum.libr.4. Finaliter tñ non est recedendum à prima opinione,quæ cōis est, ꝙ donatio facta filio in potestate iuramento confirmet̄.Nam in illa residet Ale.in d.l.si donatione.C.de col.idem Alex.in consi.8.Visis,& consideratis.lib. 2.& in ꝯs.20 Ponderatis his.lib.3.& idem Abb.in c.cū contigat. de iureiu.Bal.in consi.362.Præmittendum est lib.3. aliàs 430 lib. 1.& idem Aretin.in consi.17.Consideratis.in consi.72. Præsupponitur in facto.in fin.Socin.in consi.201. Visa.lib.1. & in simili
12 †donatio,quæ fit per Abbatem monacho,firmatur iuramento, ut in regula non est obligatorium, per Ioan.And.in fi.de reg.iu.
13 in 6. & fundatur ista conclusio, † quia iuramentum est de iure diuino.c.si Cristus.ubi no.de iureiu.& patria potestas non attenditur, quæ est de iure ciuili.c.fin.de iud.in 6.

ADDITIO.

a ¶ Desinit.) Suprà consi.264.[redacted]

EPITOME Consi. CCCCCCLXXXVIII.

Castri prima concessio à principe facta præualet secundæ,etiam si huic prius possessio tradita fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Prior in tempore potior est in iure. & prioritas etiam respectu horę, & puncti intelligitur.2.3.*
4 *Paria sunt remittere,vel dare in iure.*
5 *Concessio castri dicitur contractus,quando pecunia interuenit.*
6 *Deus etiam ex promissione obligatur.*
7 *Princeps non potest contrauenire contractui etiam de plenitudine potestatis.8.15.*
9 *Verba potius impropriari debent, quàm quòd præiudicium tertio inferatur.*
10 *Concessio etiam si facta est motu proprio, non intelligitur cum præiudicio alterius. 16.*
11 *Clausula,ex certa scientia,non videtur tertio præiudicare.*
12 *Contractus sunt facti.*
13 *Papa,nec Imperator non potest dominiū directum,nec vtile,nec ius quæsitum sine causa alicui auferre.*
14 *Per concessionem factam à summo pontifice non videtur derogatum posteriori concessioni,de qua non fuit facta mentio in secunda.*
17 *Voluntas constans debet esse in principe tanquàm in fonte iustitiæ. 18.*
19 *Princeps debet habere vnum calamum,& vnam linguam,& debet esse immobilis sicut lapis angularis,& sicut polus.*
20 *Ius quæritur ex priuilegio principis etiam sine possessione.*
21 *Apud Papam est plenitudo supremæ potestatis.*
22 *Contractus principis habet vim legis.*
23 *Princeps est lex animata in terris.*
24 *Dominus alicuius loci non potest alteri locum subijcere inuitis hominibus dicti loci.26.*
25 *Cōstātinus donauit vrbem beato Syluestro cum consensu populi Romani.*
27 *Dominus non potest feudum sine uoluntate vasalli in alium transferre.*

VISO puncto suprascripto, & diligenter consideratis omnibus, quæ in eo narrata sunt, videbatur prima facie dicendum, quòd secunda concessio dicti castri præualeret, & secundus, cui posteriori tempore dictum castrum concessum fuit haberet potiora iura ex eo,quod illi prius tradita fuit possessio dicti castri, ut in puncto

puncto dicitur, quo casu uidetur, quòd secundus priori præferatur. argumen. legis quoties. C. de rei vendi. vbi in duobus prætendentibus causam onerosam, vel lucratiuam ab eodem authore in eadem re ille, cui prius fuit tradita possessio, præfertur, & illi dominium prius acquiritur. ad idem facit tex. in l. siue autem. §. si duobus. ff. de publica. in l. qui tibi. C. de hæreditate, vel actio. uendita. cum similibus. Quibus tamen non obstantibus contrarium de iure esse arbitror, & breuiter concludo, quòd prima concessio facta quibusdam nobilibus attendatur, & præualeat secun-
1 dum regulam, quòd prior † in tempore, potior sit in iure: in regula, qui prior. de regul. iuris in 6. in lege quoties vtriusque. ff. eodem titul. in l. si fundum. C. qui potio. in pigno. habe. facit text.
2 in l. qui prior. ff. de iudi. in l. in operis. ff. locat. † & prioritas etiã
a respectu horæ [a] intelligitur, ut not. per gloss. in l. si ex pluribus. §. fina. ff. de solu. quam Bald. allega. pro nota. in l. Imperator. in uersicul. & nota, quòd ratione horæ. in prima lectur. ff. de statu homi. cum similibus. ut Felin. tradit in capitulo pastoralis. in princi-
3 pio. de rescript. † & nõ solum in hora, sed etiam in puncto prioritas consideratur, vt not. Bald. in l. de rebus. C. de donat. ante nup. & idem Ioan. de Platea. in l. 1. C de iure fisci. lib. 10. & dixi in dicto capitulo pastoralis. in princip. cùm ergo concessio dicti castri prius facta fuerit dictis nobilibus, uidetur, quòd illis prius fuerit ius quæsitum in dicto castro. Et maximè hoc uidetur in casu proposito procedere, in quo talis concessio fuit facta dictis nobilibus ex causa onerosa, quia ipsi remiserunt notabilem
4 pecuniarum quantitatem eis a camera apostolica debitam: † & paria sunt remittere, uel dare. lege quinetiam. ff. de calum. in capitulo ueniens. el 1. de testibus. l. si mulier. ff. de condi. cau. da. cum similibus. ut dixi in lege si quis obligatione. ff. de regul. iur.
5 & talis † concessio videtur contractus, quando pecunia interuenit, ut tradit Pau. de Castro. in consil. 284. Primum dubium procedit. in uersicul. quinetiam dicunt. & idem Bald. dicit in lege qui se patris. C. unde libe. in uersiculo, hoc scias. post Nico. de Mata. quo casu etiam princeps ex contractu obligatur, ut in capitulo primo. de probat. ubi Abbas post alios per illum textum. & probatur in capitulo primo. de natu. feudi. ubi Bal. dicit, quòd Deus
6 principi subiecit leges, sed non contractus. † & etiam Deus ipse ex promissione obligatur, ut Baldus dicit in lege j. in principio. ff. de pact. cum similibus. ut dixi in dicto capitulo 1. de probat. in primo notab. & tradit And. Sicu. in consilio primo. in 1. libro. &
7 in consilio 62. eod. libro primo. † Et in tantum hoc procedit, ꝙ princeps non potest contrauenire etiam de plenitudine potestatis, ut dicit Paulus de Castro in lege digna uox. C. de legibus. & Bald. in capitulo 1. §. ad hæc. in uersicu. item nota ex gloss. de pace iuram. firman. & ideo prima concessio facta dictis nobilibus debet omnino obseruari, & illi non uidetur derogatum à posteriori concessione, quia ut supra dixi, illa prima concessio transiuit
8 in contractum, & reuocari non potuit: quia † contractus reuocari non potest. l. sicut. C. de act. & obliga. l. non idcirco. in fin. C. de contrahen. emptio. in l. in commodato. §. sicut. ff. commo. & ideo non uidetur Papa uoluisse derogare contractui primæ concessionis, quia non potuit, argumen. capitu. à nobis fuit. de sent. excomm. & quia Papa non præsumitur, quòd voluerit iuri alterius derogare, capit. super eo. de offi. delega. capitu. ex tuarum. de autho. & usu pallij. capit. quamuis. de rescrip. in 6. l. 2. §. merito. &
9 §. si quis a principe. ff. ne quid in loco publi. & potius † uerba impropriari debent, quam quòd præiudicium tertio inferatur, ut no. Bal. in d. capit. super eo. cum similibus. ut ibi dixi. & idem Car.
10 ibi, † & etiam si motu proprio facta sit concessio, non intelligi-
b tur cum præiudicio [b] alterius, ut not. Abb. post Hosti. & alios in
11 capit. causam, quæ el 2. de testib. † Eodem modo clausula, ex certa scientia. non uidetur tertio præiudicare, ut not. Pau. de Castr. in consi. 160. Quæstio ista uertitur. in fin. & quia illa clausula, ex
c certa scientia. [c] non operatur, nisi in his, quæ consistunt in iure, de quibus princeps notitiam habere præsumitur: secus in consistentibus in facto, quæ ignorare præsumitur, ut not. Bal. in l. fin. uersicu. dicas etiam. C. sent. rescin. non posse. & ideo cum contra-
12 ctus, qui prius præcessit, in facto consistat, quia † cõtractus sunt facti. l. consilio. in fi. ff. de cura. furio. non est dicendum, ꝙ primæ concessioni fuerit derogatum. & ista conclusio confirmatur ex eo, quod in simili casu sæpius reperitur. nam primo hoc tradit Roma. in consil. 293. Circa præmissam dubii consultationem. in prin. ubi concludit potiorem illum esse, cui a principe res prius donata fuit: inducit tex. in capit. Abbate sanè. in uersic. pro parte autem altera. de re iudi. in 6. ad idem allegat text. in capitu. cum olim. de re iudic. ubi secundum cum secunda dispositio facta ab imperatore irritatur prima remanente ualida; quia censetur fecisse secundam tanquam circumuentus in ea, q̃ prius fecerat, vel ex obliuione, uel ex facto ipsius secundi donatarij. & ad idem inducit text. secundum unum intellectum in c. capitulum sanctæ Crucis de rescri. & idem in alio simili casu scribit Pau. de Cast. in
13 consi. 156 alias. 159. Viso & examinato puncto. ubi cõcludit, † ꝙ Papa, nec Imperator non potest dominium directum, nec vtile, nec ius quæsitum sine causa alicui auferre, alleg. Bart. in l. 2. C. de fundis patrimo. lib. 11. & cum supradictis concordat do. Abb. in consi. 93. In q̃one hæredum. in 3. dub. in 2. lib. vbi in versi. quòad
14 tertium. concludit, † ꝙ per cõcessionem alteri factam a summo pontifice non vr̃ derogatum priori concessioni, de qua non fuit facta mentio in secunda, prout etiã in casu isto contingit: & hoc
15 ibi comprobat Abb. duplici ratione. Prima, quia non pot̃ † Papa ex defectu potestatis, cum nõ possit, ꝯctum ab eo factum infringere. c. 1. de prob. cum si. suprà alleg. Secunda ratione ex defectu
16 voluntatis, quia omnis † concessio facta per principem non facta mentione de iure tertij non valet. l. 1. ff. de nata. resti. in l. 2. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco pub. cum si. suprà alleg. & in simili in casu etiam Alex. consuluit in consi. 3. Ex his, quæ in themate narrantur. lib. 5. ubi refert dictum Compostel. in c. causam,
* quæ de rescri. quod * *communiter* ipse dicit, alij sequuntur, ꝙ si Papa confert alicui beneficium cum clausula, non obstante collatione alteri facta. intelligitur de collatione inualida, & si gratia per Papam alicui concedatur cum clausula, ꝙ alijs præferatur, hoc intelligitur, nisi alijs sit ius quæsitum: quia intentio Papæ nõ videtur, ꝙ voluerit iuri alteri quæsito derogare, per iura supra allegata: & quia in istis concessionibus de iure etiam modico facienda est mentio, alias impetratio vr̃ subreptitia. c. si proponente. de rescri. c. si motu proprio. de præb. in 6. cum ergo in secũda concessione nihil dictum sit de prima, secunda vr̃ subreptitia, & non valet. & Alex. in d. consi. 3. alleg. Pau. de Cast. in d. consi. 156. Viso, & examinato. & in simili etiam casu consuluit idem Alex. in consi. 23. Viso processu causæ vertentis inter magnificum. lib. 5. ubi concludit, ꝙ priori concessioni de eadem re factæ per Papam pium non vr̃ derogatum a posteriori concessione facta per Sixtum summum pontificem: quia de illo iure prius quæsito alteri non fuit facta mentio, ut est tex. in c. si propter tua debita. de rescrip. in 6. Et in proposito ad supradicta optimè conferunt ea, quæ Bald. scribit in consi. 279. Pridie enim consului. lib. 3. ſm vltimam impressionem. vbi inquit, quòd q̃n princeps reuocat etiam motu proprio illud, quod obseruare tenetur, fingitur circumuentus, adeo ꝙ ꝯrium probari nõ potest, quasi sit præsumptio iuris, & de iure, quæ probationem in ꝯrium non admittit, & ꝙ secunda concessio ꝯria primæ non ualeat: alleg. tex. in l. prædia. C. de lo
17 ca. prædi. ciui. lib. 11. & dicit Bal. in d. consi. 279. ꝙ † debet esse in
18 principe constans uoluntas tanquam in fonte iustitiæ, † & ꝙ in principibus conuenit illud verbum, semel loquutus est Deus. &
19 quod scripsi scripsi. † & ꝙ princeps debet habere vnum calamũ, & unam linguam, quia scriptũ est: quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita. ideo debet princeps esse immobilis sicut lapis
d angularis, & sicut polus. [d] & in simili casu ꝯ summum pontificẽ arguit Pet. de Anch. in consi. 240. Per prædicta. Ex quibus omnibus concludendũ est, vt supra dixi, ꝙ prima cõcessio facta dictis nobilibus attendatur, & præualeat. Nõ ob. quod supra in ꝯrium dicebatur de traditione possessionis, quæ prius facta fuit posteriori: vnde illi prius dominium uidetur quæsitum fuisse, iuxta l. quoties. C. de rei uendi. cum si. supra alleg. quia respondetur, ꝙ imò in casu isto, in quo ꝯctus fuit factus cum principe, absq; alia traditione transfertur dominium ad libitum uoluntatis, ut not.
20 Ang. in l. officium. ff. de rei uend. † & ex priuilegio principis quæritur ius ẽt sine possessione, ut Bal. dicit in c. ad audientiã. de p̃es. in vers. in textu ibi ex priuilegio. & idem Bal. in c. 1. in tit. quid sit inuesti. in uer. & adde, ꝙ si Papa dicit, tibi assignamus tale castrũ,
21 non est necessaria possessio facti: † quia apud Papam est plenitudo supremæ potestatis. & cum prædictis concordat Alex. in ꝯsi. 187. In causa, & lite. lib. 2. & in consi. 3. Ex his, quæ in themate nar
22 rantur. libr. 5. & ad hoc facit, † quia contractus principis habet uim legis. l. Cæsar. ff. de publica. sed a lege transfertur dominium sine traditio. l. commissa. ff. de publica. ergo pariter idem uidetur
23 dicendum † in principe, qui est lex animata in terris. §. penul. in Authen. de consulibus. & consequenter non uidetur in isto casu habere locum illud, quod dicitur in dicta. l. quoties. C. de rei uendi. & ad superius dicta de priori concessione, quæ præualere debet, etiam bene facit, quod etiam in simili scribit Pet. de Anc. in consi. 240. Per prædicta subtiliter deducta. accedit, quòd in prima concessione interuenit consensus ciuitatis, qui in tali concessione

ADDITIONES.

a ¶ Horæ.] supra consi. 167. in fi. [redacted]

b ¶ Præiudicio.] Idem Decius suprà consi. 33. nu. 6. & c. ulti. nu. 12. de consuetud. [redacted]

c ¶ Scientia.) suprà consi. 196. nu. 6. [redacted] & consi. 405. in fi. consi. 604. in fi. quamuis Alcia. tracta. de præsum. regu. 3. præsum. 11. in fi. limitet quòad ea, quæ sunt iuris positiui.

d ¶ Polus.] Suprà consi. 578. in fi. consi. 290. in fi. consi. 284. nu. 8. consi. 195. in fi. [redacted]

24 cessione à summo pontifice requirebatur: † & etiam de iure cõi non potest dominus alicuius loci alteri locum subijcere inuitis hominibus dicti loci, vt est dictum Host. in d. c. dilecti. de maio.
25 & obe. † Et ideo Constantinus, qui donauit vrbem beato Syluestro, fecit cum consensu populi Romani, vt no. Bal. in c. 1. in §. generali. in versi. quæro, vtrum Rex. in ti. si de feu. fue. controuer. inter do. & agna. & dictũ Hosti. etiam Bal. refert. in c. 1. §. si quis. in versi. adde. dicit Host. in tit. quo tempore miles. vbi inquit, ꝙ si aliquis dominus uelit terram suam alteri subijcere, contradi-
26 ctio hominum suorum admittitur, † quia subditorum interest non mutare dominum, vt no. Inn. in c. auditis. de præscri. & Abb. in d. ca. dilecti. in 4. no. in fi. alleg. tex. in c. 1. §. præterea ducatus. de
27 prohi. feu. alie. per Feder. vbi dicitur, † ꝙ dominus non potest feudum sine volũtate vasalli in alium transferre: ergo secunda concessio facta sine consensu ciuitatis valida non fuit: & quia in secunda non fuit facta mentio de prima, ideo illi non derogatur, vt supra dictum fuit, secundum Abb. in d. consi. 93. in 3. du. lib. 2. & Ale. in d consi. 23. lib. 5. facit text. in c. ceterum. in princ. de rescrip. in c. si proponente. eod. tit. de rescrip. in c. si motu proprio. de præben. in 6. Ex quibus omnibus concludo, quòd prima concessio indubitanter præualere debeat.

EPITOME Consi. CCCCCCXC.

Dux Grauiniæ statu suo priuatus a Gallis bellum mouentibus sub Duce Lautrech in regno Neapolitano impetrauit a Principe Orangiæ Vicerege facultatem accedendi ad castra Gallica causa recuperationis sui status. Illuc applicitus coactus fuit mouere arma contra Cęsarem, quò fit, vt læsæ maiestatis accusetur. A quo consultus Deci. respondet Ducem Cæsari fidelissimum a crimine impetito esse liberandum, & absoluendum.

SVMMARIVM.

1 *Nihil est inter homines sic indubitatum, vt non possit controuerti.*
2 *Cauillationes à iudicibus admitti non debent.*
3 *Cauillationibus conuenit uti pro defensione ueritatis, & iustitiæ.*
4 *Potestas relaxandi iuramentum fidelitatis est de reseruatis principi.*
5 *Mandatum cum libera potestate æquipollet speciali mandato.*
6 *Iniuria non fit volenti.*
7 *Causa qualibet etiam iniusta excusat à dolo.*
8 *Præceptum Ducis iustum metum inducit.*
9 *Voluntariè facere non dicitur, qui compelli potest.*
10 *Paria sunt aliquid facere coactè, uel timore coactionis.*
11 *Metus præsumitur durare durante eadem causa metus.* 12.
13 *Communitas, quæ propter iustum metum rebellionem fecit contra eius dominum, & principem, est excusata, & non incidit in pœnam.*
14 *Vasallus propter iustum metum excusatur, si alteri præstitit iuramentum fidelitatis.*

a VIsis dubitationibus, quæ subtiliter nouissimè excitantur contra illustrem Ducem Grauinię, [a] primò occurrit illud, quod dicit tex. in Authen. de tabel-
1 lio. in ver. & non fingant tabelliones. vbi dicit, † quòd nihil est inter homines sic indubitatum, vt non possit suscipere quandam solicitam dubitationem, licèt illud sit iustissimum. &
2 hoc videtur fieri per † cauillationes, quæ a iudicibus admitti non debent. l. sicut in §. si debitori. ff. quibus modis pignus, vel hypotecha soluitur. ibi, hæ enim subtilitates a iudicibus non admittunt, & superuacua, & pernitiosa est talis subtilitas. l. actio. ff. de neg. ge. & in l. penult. C. ad Trebel. & de tali subtilitate risit Imperator, vt dicitur in l. fina. C. de legibus. ibi, uanam subtilitatem risimus. in fauorem autem inclyti Ducis, qui iustissimam fouet causam,
3 bene † conueniret vti cauillationibus pro defensione ueritatis, & iustitiæ, ut not. per gloss. in capitulo Dominus noster. in gloss. 1. 23. quæstio. 2. & in capitulo cupientes. in princip. in uerbo, malignantium. de elect. in 6. His præmissis uenio ad resolutionem eorum, quæ opponuntur, quæ omnia in cauillationibus consistunt, & clarissimam ueritatem, & apertam iustitiam Ducis oppugnare non uidentur. & primò non obst. dum dicitur, quòd
4 princeps, & don Vgo non habebant potestatem relaxandi † iuramentum fidelitatis, quia est de reseruatis principi. capitu. 1. de noua forma fideli. & in capitu. imperialem. in fin. de prohi. feu. alie. per Fede. & non ueniunt in generali commissione. capitu. quò ad translationem. de officio lega. quia ad hoc respondetur, quòd literæ patentes D. don Vgo. in quibus patet, quòd data fuit licentia domino Duci, ut accederet pro recuperatione sui status, & dicitur, quòd propter absentiam dicti Ducis eius terræ fuerunt necessitatæ reducere se sub fidelitate, & confœderatione inimicæ ligæ, & deuiare a fidelitate Cæsareæ maiestatis: & ad hoc, ne in futurum culpa dicto Duci imputari possit, recedere a dicto exercitu sine nota infamiæ, & citra crimen læsæ maiestatis fugæ, & hostilitatis, & pro cautela, & securitate dicti Ducis, ut meliori animo possit se absentare, factæ fuerunt præsentes literæ, per quas dicimus, declaramus, & notificamus, quòd discessus Ducis processit ex ordine, & mandato, & proprio motu, & spontanea voluntate dicti Viceregis, ex quibusdam causis nobis notis. *Dandoui per la presente libera facultà, licentia, & potestà de recuperare le possessioni di detti vostri stati, città, castelli, & fortelitij che possedeuate alla venuta di Lautrech in lo regno, & di poterui conuenire, & capitulare, & concordare con gli capitani de lo essercito de ditta inimica liga. & ditte littere furono concedute massime per hauer pagato, & soccorso à detta Maiestà Cesarea di ducati quindeci milia &c.* Et cum sit prædictis conueniunt, & concordant literæ principis Orangiæ. quibus stantibus videtur ex litteris prędictis datam fuisse domino Duci isto casu liberam potestatem, & stante libera potestate videtur habere potestatem in requirentibus speciale mandatũ:
5 † quia mandatum cum libera potestate æquipollet speciali mandato, vt no. Bar. in l. mandato generali. ff. de procur. Bal. in l. illud ff. de mino. Alex. in consi. 22. Viso instrumento. lib. 1. in consilio. 14. Viso, & discusso. lib. 2. in consi. 28. Viso. lib. 6. in consilio. 133. Circa executionem. eo. lib. 6. & quia prædicti Vicereges, & capitanei generales videntur habere officium publicum: ideo possunt facere ea, quę requirunt speciale mandatum, ut nota. Bald. post Iaco. de Aret. in l. 1. in versicul. Secundò quæritur. C. etiam per procur. cau. restit. Tertiò quia data fuit licentia specialiter dicto Duci, ne crimen læsæ maiestatis illi imputari possit, ergo videtur quòd specialiter crimen lęsę maiestatis remissum sit: vnde oĩa, quæ fecit, de uoluntate, & licentia Viceregis videtur fecisse, &
6 non videtur in aliquam pœnam incidisse: quia † uolenti non fit iniuria, in regula, scienti. de reg. iur. in 6. l. prima. §. vsque adeò. ff. de iniur. in l. cum donationis. C. de transact. & in l. quamuis. vbi Barto. in fi. ff. de in ius vocan. Quartò considerandum est, quòd omnibus his concurrentibus negari non potest, quin Dominus Dux iustam, & probabilem habuerit credulitatem: ideò videtur excusatus à pœna propter famam, & communem opinionem.
7 ut dixi in consilio † & quia quælibet iusta causa, & etiam iniusta excusat à pœna. l. igitur. §. potest. ff. de liber. caus. l. prima in fin. ff. de abige. & in l. plagij. la 2. C. de abig. cum similibus. & ad hoc facit, quia Dux amisit statum in aduentu domini de Lautrech. intuitu Cæsaris, Ideo Cæsarea maiestas tenebatur ad emendationem damni. l. si merces. §. culpæ. ff. loca. l. in his rebus in princ. ff. soluto matrimonio cum similib. vt dixi in consili. ideo data fuit licentia pro recuperatione status, prout Cæsarea maiestas tenebatur illi statum restituere. & vlterius quia soluit pecunias, prout literæ patentes attestantur, ideò excusatus videtur, & in nullam pœnam videtur incidisse. & vlterius quia si quid domino Duci imputari potest, apparet illum iusto metu fecisse, vt etiam pars aduersa fatetur; quo casu excusatus omninò videtur. fuit enim præceptum Duci sub grauissimis pœnis, vt deberet arma assumere contra terras imperij sub pœna priuationis sui status.
8 constat † enim, quòd tale præceptum iustum metum inducit, vt not. Barto. in l. si ob turpem. in uersicul. per hoc dico. ff. de condictio. ob. tur. cau. & idem Barto. in l. creditor. in fi. ff. de solu. facit tex. in l. Fulcinius. §. quid sit latitare. ff. ex quibus causis in possessionem eatur. ibi, veluti tyranni crudelitatem timet, aut vim hostium, aut domesticas seditiones. & no. Ange. in consi. 215. Thema tale propositum Pet. de Anch. in consi. 64. In causa, quæ vertitur. in fi. & in consil. 300 Visa supradicta facti narratione. & Bart. in tractatu de tyrannide. in 7. quæstione. in uersicul. circa quod dicendum. & dixi in consilio. Non obstat, quod in dubiis dicitur, quòd videtur excusatus in his, quæ fecit per metum, sed non videtur excusatus in illis, quæ voluntariè fecit: quia ad hoc respon
9 detur, † quod non uidetur uoluntariè fecisse, ex quo poterat cõpelli, ut not. Bald. per illum textum in l. nouissimè. ff. quod falso
10 tut. authen. † quia paria sunt aliquid facere coactè, vel timore coactionis. ibi, compulsus vel metu, ne compelleretur, vt nota. Petr. de Anchar. in consilio 159. Rationes, quę superius. vbi inquit, quòd postea quàm quis scit posse se compelli, dicitur coactus facere. licèt dicat, quòd sponte facit, per illum textum in d. l. nouissimè. & tradit idem Andr. Sicu. in consil. 42. libr. primo. in
11 consilio. 60. eodem libro. 1. † Et quia metus durare præsumitur,
b quia durabat eadem causa metus, [b] ut per Bald. in l. 2. circa fi. C. de his, qui per metum iudi. non appel. & tradit Alexan. in consil. 144. Post redditum consilium. lib. 2. & ad idem facit quod notat
12 Bald. in l. 2. C. quod metus cau. versiculo. sed quæro. † vbi concludit, quòd post metum illatum in aliquo actu ille metus non purgatur etiam ex actu sequenti ex interuallo eadem causa metus subsistente, & latè dixi in consil. meo 217. Viso puncto. in 4. dubio.

ADDITIONES.

a ¶ Grauinię.) Suprà consi. 602. [redacted].
b ¶ Metus.) Supra consi. 217. [redacted]. Hiero. Grat. consi. 38. consilio 48. libro 2.

dubio. in versic. uenio ad secundum. Non obstat dictum Bald. allegatum in l.nec si uolens.C.de libe.cau.vbi dicit, quòd si Rex Franciæ fecit aliquam ciuitatem confiteri suam esse,& sibi iuramentum præstare, cum re vera non esset sua, tale iuramentum non ualet.quia illud dictum videtur facere in fauorem Ducis ex eo,ꝙ iuramentum extortum videtur à Rege propter metum, & hoc facit pro Duce,qui metu videtur compulsus: ideo propter metum excusatur in omnibus, quæ fecit contra Cæsarem propter iustum metum.per supradicta. & specialiter tradit Ioan.de
13 Imo.in consi.34.Visis,& ponderatis.in fi.vbi tenet, † ꝙ communitas,quæ propter iustum metum rebellionem fecit contra eius dominum,& principem,est excusata, & non incidit in pœnam propter iustum metum.& idem Abb.concludit in consi.3.Nita. in præsenti causa.in 6.q.in uersic.venio ad sextam quæstionem.
14 ubi pariter dicit,† ꝙ vasallus propter iustum metum excusatur, si alteri præstit iuramentum fidelitatis.Et in isto casu non agitur de ualiditate actus, sed solum de excusatione Ducis à pœna,à qua ex iusta,& etiam ex iniusta causa excusatur,ut supra dictum est.Et ex omnibus supradictis apparet responsum esse omnibus dubiis,quæ obiiciuntur. Et optarem summopere magnificis, & grauissimis Ducibus suadere,ne uelint præstãtissimum Ducem, & Cæsareæ maiestati fidelissimum vlterius litibus,& expensis vexare, & cum in hoc casu sint loco supremi principis, debent uti humanitate,& clementia, quæ iure peculiari principi ascribitur l.imperialis.C.de nuptiis. l.1.C. de summa Trinitate. & præsertim quia maiestas Cæsarea consecuta fuit victoriam mediante subsidio Ducis.& quia in ipsis iudicibus officium eorum magis exuberat in absoluendo,quam in condemnando,ut no.in capitulo veniens.de accusa.vbi Ant.de But.quem refert, & sequitur Bartho.Veronen.in cons.40.Licèt inuitus.& contra iudices,qui anhelant ad condemnationem,Pet.de Anch.inuehit in consilio 24.Visa inquisitione. Ex quibus omnibus indubitanter concludendum est pro liberatione.& absolutione Ducis, & si causa esset mihi commissa,ita iudicarem.

EPIT. Consi. CCCCCCXCI.

Princeps de Libreta captiuus promisit militibus se detinentibus viginti milia ducatorum, quæ Marchio de Pescara soluit, & eum liberauit. Sanè ipse de Libreta tenetur soluere dictam quantitatem hæredibus Marchionis iampridem defuncti.

SVMMARIVM.

1 *Captis in bello iusto talea imponi potest.*
2 *Captus tenetur redire ad carceres, prout promisit, si bellum iustum sit*
3 *Bellum,quod ex edicto geritur,dicitur iustum.*
4 *Bellum indictum ab Imperatore in dubio iustum præsumitur.*
5 *Contractus factus cum carcerato non tenet.*
6 *Soluens pro carcerato quod repetere possit.*
7 *Si amicus meus erat in periculo perdendi vitam, nisi pro ipso soluerem, & solui illo prohibente,quod possum solutum repetere.*
8 *Intuitu pietatis repeti potest expensa sepulturæ facta contra prohibitionem hæredis.*
9 *Non minus interest reipublicæ homines viuentes conseruari, quàm mortuos sepeliri.*
10 *Si quis fuerit condemnatus in mille,& si non solueret, pes sibi amputaretur.& amicus soluit pro eo,ipso prohibente, ꝙ possit repeti solutum.*
11 *Medicus repetit expensas ab infirmo,quem inuitum curauit.*
12 *Doctori asserenti de consuetudine an sit credendum.*
13 *Testibus absque iuramento non creditur.*

IN facto proponitur, quod illustris Marchio de Pescara liberauit principem de Libreta captiuum quorundam militum, quibus dictus princeps promiserat viginti milia ducatorum pro conseruatione vitæ, & pro dicto principe promisit, & soluit dictus Marchio de Pescara, qui decessit; hæredes eius repetunt ab ipso dño de Libreta dictam quantitatem solutam pro eius liberatione, vnde quæritur,quid iuris. Primò est decisio Bal.in l nam & seruius.ff.
1 de neg.gest.vbi in prin.dicit, † ꝙ captis in bello talea imponi potest si bellum sit iustum:si omninò iniustum sit,non potest. & idē repetit Bald.in capitulo.sicut.el secundo de iureiurand. versicul. sed nunquid capto.dicens,quòd talea imponi non potest capto
2 iniustè:† allegat dictam l.nam & Seruius. & si bellum sit iustum,
a captus tenetur redire [a] ad carceres, prout promisit,ut nota.per gloss.prima distinct.in capitul.ius gentium.& in clemen. pastoralis.in verbo,per violentiam.de re iudicat. & Petr.de Anchar.
3 ibi in 14.nota.& not.Bald.in consil.210.Illustris.libr.1.† Et in casu isto iustum videtur bellum,quod ex edicto gerit,vt dicit text. in c.1.23.q.2.Ex edicto,id est ex authoritate principis:nam aliter non esset iustum bellū,vt dicit Innocen. in c.olim ca usam.de re-
4 stitu. spoliat.† & in dubio bellum indictum ab Imperatore iustū
5 præsumitur, vt Abb. dicit in c.sicut. de iureiurando. † Non ob-
b stat,quòd ꝯtus factus cum carcerato [b] non ualet,l.qui in carcerem.ff.quod metus causa.quia hoc fallit,si factus sit ad vtilitatē capti,vel carcerati, vt liberetur:ita dicit not.Barto.in rubri.C de rescinden.uendi.ibi,in versi.& hoc uerum,nisi ꝯctus vtilis sit carcerato pro eius liberatione.alleg.l. metum.§. sed licèt.ff. quod metus cau.vbi bonus tex.ad idem tex.in l.si pater.§.si quis aliquē ff.de don.vbi ait tex.si quis aliquem captum à latrunculis, vel hostibus eripuit,vel aliquid pro eo ab ipso accipiat,hæc donatio irreuocabilis est. merces enim laboris eximij appellanda est.quod contemplatione salutis certo modo æstimari non placuit.& per illum tex.dicit Bal.in rubri.manda.in fin. quòd salarium aduocati in causa criminali potest excedere centum aureos: & ita limitatur text.in l.1.in §.honorariis.ff.de uariis, & extraordi. cogni Et prædicta conclusio de plano procedit, quia dominus Marchio de Pescara, qui soluit pro liberatione dicti principis de Libreta, non habebat illum captiuum, prout loquitur d.l.qui in carcerē. & not.Fulgo.in consil.186.Iacobus gestor. Sed tanquam amicus
6 † illum redemit,& liberauit:& ideo quod soluit pro eo, repetere potest.l.liber captus.C.de captiuis.& not. Bal.ibi in versic.quid si duo amici & idem si dicto domino de Libreta prohibente solutio facta fuisset,quia repetere potest, & non habet locum regula
c l.fi.C.de nego.gest.vt not.Bal.[c] ibi in dicta l.fi.C. de nego.gest.in
7 versi.sed pone.vbi inquit,† quòd si amicus meus erat in periculo perdendi vitam,nisi pro ipso soluerem; & solui illo prohibente, dicit,ꝙ possum solutum repetere,per tex.in l.at si quis §.item La
8 beo.ff.de relig.† vbi intuitu pietatis repeti potest expensa sepulturæ facta contra prohibitionem hæredis: quia dicit Bal.in dicta l.
9 fin.† non minus interest reipublicæ homines viuentes conseruari quàm mortuos sepeliri. & sequuntur Sali. & Pau. de Cast. ibi in dicta l.fi.& in simili casu no.Bar.in l.Stichus.ff. de pecu. lega.ver.
10 per hanc legem dico.vbi † ponit quæstionem de eo qui fuit condemnatus in mille,& si nō solueret, quòd sibi pes, vel manus amputaretur:amicus soluit pro eo ipso prohibente dicit Bar. quòd
11 potest repetere, quod soluit non obstante prohibitione.† & de medico legitur 83.distinct.qui repetit expēsas ab infirmo,quem inuitum curauit.& ad prædicta facit tex.in l.non tantum.ff.de appella.ibi, creat autem humanitatis ratio omnem prouocationē audiri debere.& etiam si damnatus resistat. vnde in casu isto non videtur dubitandum, in quo solutio fuit facta ad requisitionem ipsius principis de Libreta,& ille qui soluit pro captiuo,& carcerato, videtur soluere animo repetendi, vt supradixi, & etiam no.Bal.in l.sed & si ideo. ff. soluto matrimo. per illum tex.ibi,vt à latronibus redimeret.& ibi, ex vinculis vendicet. & supradicta omnia sunt comprobata à consuetudine antiquitùs obseruata quantum ad res,& iura,cui consuetudini est standum, ut Bar.dicit in l.hostes.in fin.ff.de capti.Ioan. de Ana.in consi. 11.Ioan.de Imol.in consi 51.& Andr.Sicu.in consi.38.lib.1.Bartolo.Veron.
12 in consil.17.† & doctori asserenti de consuetudine est credendum, vt Bar.dicit in l.de quibus.in versic.4.principaliter quærit.
d ff.de legib. est uerum, quòd illud dictum Bart.reprobatur [d] per Alex.in l.post dotem.ff. soluto matri. vbi concludit,quòd etiam pluribus doctoribus asserentibus de consuetudine non est credēdum, quia iure cautum non reperitur, ꝙ eorum voce mortua probetur consuetudo, quæ est facti.& idem tradit Aret.in consi.
13 132.In causa, quæ vertitur, † quia non creditur testibus absque iuramento.l.iurisiurandi. C.de testibus. & quia esset duplex specialitas,prima quia sine iuramento, secunda,quia per scripturam deponerent, quod non licet, vt not.in d.c.tuis.& Ias.sequitur in d.l de quibus & cum istis cōcordat Corne. in consi.87.Circa primum.li.4 & Franciscus de Curte idem tenet in consi 88.Domina Franceschina. Sed tamen non videtur recedendum ab opinione Bart.quam tenet Rapha.Cu.in consi.57.Monasterium iure locationis.in fi & in consi.69.Viso testamento. Pau.de Cast.in consil 161.In præsenti causa. in prin. ubi dicit esse credendum Bal. attestanti de quadam consuetudine.in l.cū antiquioribus. C.de iure delibe.& idē sequit Bar.Vero.in consi 39.Lucius ciuis. & in consi. 58.Lucius Faber.& Lanfran.de Brix. in repetitione ca.quoniā
* ꝯ de probat.Ex quibus patet, ꝙ opi.Barto.videtur * *communis*.& pro

ADDITIONES.

de ꝯstit [redacted].
a ¶ Redire.)Dec.l.quod à quoquā.nu.4.de reg.iu.c.1.lec.1.
b ¶ Carcerato.)dixi ad Ale.consi.240.in fi.li.6.Adde Caro.Rui.consi.177.n. 13.lib.3.
c. ¶ Bal.) Et Pau.ibi,Ange.Aret.tract. malefic. verb.si quis non soluerit.2. Fel.in c.contingit.de sent. ex com.c.significauit. de iud. Alciat. c. cum nō ab homine.nu.128. de iud. Anto.Rub.reper.§.morte. nu.651. in l. non solum.de oper.no.nun,Deci.l.inuito.nu.2.& 3.de reg.iur.
d ¶ Reprobatur.] & bene, [redacted] quicquid dicant Decius hic,& Hierony. Grat.consi.12.num.55.cum seq.lib.1.

pro vera resolutione cōsiderandum est, ꝙ Bart. in d. l. de quibus. non loquitur de vera, & concludenti probatione, sed de præsumptione, dum formaliter dicit, credo, ꝙ authoritas excellentis doctoris sufficit, nisi probetur contrarium. & hoc dictum Bart. de præsumptione verificatur propter qualitatem personæ in doctore excellenti, pro quo præsumitur, ar. ca. nisi essent. de præben. sic etiam pro iudice præsumitur. ca. in nostram. de procur. c. in præsentia. de renun. & pro notario præsumitur. c. ad audientiam. de præscript. & quia dictum unius facit præsumptionem, vt per gloss. in capit. nuper. de testib. & facit quod not. per gloss. in l. Titio fundus ff. de condi. & demon. non ergo mirum videtur, si dictum doctoris excellentis facit præsumptionem, donec probetur ɔ̃rium, prout dicit Bar. in d. l. de quibus. & alleg. suprà in ɔ̃riū habent locum quò ad plenam probationem, sed nō quò ad præsumptionem, quæ quidem præsumptio transfert onus probandi in contrarium. l. generaliter. §. si petitum. in ver. sed cùm ex præsumptione. ff. de fideicom. liber.

EPITO. Consi. CCCCCCXCII.

Simulatio contractus colligitur ex modicitate pretij pacto de retrouendendo, & venditore in possessione rei emptæ remanente.

SVMMARIVM.

1 *Contractus præsumitur simulatus ex præsumptionibus, & coniecturis.*
2 *Pactum de retrouendendo cum modicitate pretij probat simulationem cōtractus.*
3 *Contractus præsumitur vsurarius, si continet pactum de retrouendendo cum modicitate pretij.*
4 *Contractus simulatus præsumitur, si post alienationē fundi ille, qui alienauit remansit in possessione.*

VIso consilio prestantissimi docto. do. Henrici Harmam Volaterrani, quod solùm absque alijs scripturis transmissum fuit, secundum ea, quæ in dicto consilio narrata sunt iuridicam esse arbitror conclusionem in dicto consilio firmatā, videlicèt ꝙ sufficienter probata sit simulatio non obstāte iuro inserto in cō-
1 tractu.† Nam talis simulatio probatur ex præsumptionibus, & cōiecturis, ut Bal. dicit in l. & qui. circa fi. C. de distra. pig. & in cōsi. 18. Punctus qōnis. li. 2. & no. Pau. de Cast. in consi. 82. Visis his. & in ɔ̃si. 327. In causa mota. & hoc modo arguit Alex. in cōsi. 107. Visis dubitationibus. li. 7. Soci. in cons. 83. Pro certo. li. 3. & dixi in
2 consi. 14. & in consil. 123. Perlectis.† & in tali casu ſm vnam opi. pactum de retrouendendo cum modicitate pretij probat simulationem, vt no. per gl. fi in c. conquestus. de vsur. in ver. item si uendo. Et hoc tenet Alb. de Rosa. in l. actione. C. plus valere qđ agi. & ibi dicit ita de facto obtinuisse coram magnificis peritis. & idē
3 Abb. in cons. 72. In præsenti consultatione. li. 1. ubi † dicit, ꝙ ** communiter* concluditur contractum præsumendum esse vsurarium, quando simpliciter sit factum pactum de retrouendendo cum
a modicitate pretij.[a] & ibi ad hoc allegat gl. in d. c. conquestus. Archid. 14. q. 4. in c. quia plerique. & do. Ant. in c. illo vos. de pigno. & ibi dicit se tenuisse & legendo, & consulēdo. & idem sequitur Io. de Imo. in c. ad nostram. in vers. sed do. Ant. de empti. & ven. & in cōsi. 55. In casu præmisso. in vers. nec obstat etiam prædictis. & idem Io. de Imol. in consil. 99. In quæstione, quæ vertitur. in 5. dubio. in fin. & ista opin. vr̄ magis communis, & tenēda est in dubio pro salute animæ, vt dicit Ale. in consi. 46. Circa præsentis cōsili materiam. li. 3. & secundum istam opi. secundum gl. in d. c. cōquestus. consuluit And. Sicu. in consi. 51. Scribit sapiētiæ fons Salamon. libr. 1. & idem habetur in decisi. 65. In causa Melchionis, Concilij Neapolitani. vbi do. Ant. de Alex. & do. And. Mariconda retulerunt sacrum concilium iudicasse, ꝙ dicta duo, videlicet pactum de retrouendēdo cum modicitate pretij sufficiant ad iudicandum contractum simulatum. & ista conclusio videtur indubitanter procedere in isto casu, in quo vlterius concurrunt aliæ præsumptiones, de quibus supradictum est per do. consultorē.
4 præsertim illa præsumptio,† quia ser Hieronymus vēditor semper retinuit possessionē dicti prædij, & pariter eius hæredes, quo casu insurgit præsumptio simulationis. l. sicut in §. superuacuum. ff. quib. mod. pign. vel hypothe. solui. vbi Bart. & idem Barto. in l. post contractum. in versi. 3. præsumitur. ff. de dona. cum si. ut tradit Bartol. Vero. in suo tract. simulationis. in 24. præsumptione. Ioan. de Imol. in consi. 55. In casu præmisso. cum si. ut dixi in consi. 233. In causa magnifici domini generalis. versic. tertia præsumptio. Barto. in consi. 65. Pet. Nicolæ. Ang. in cōsi. 48. Ex dicto themate in princ. Pau. de Cast. in cons. [illegible] m. in fi. Alex. in consi. 67. Visa breui. lib. [illegible] Bart. Soc. in consil. 264. Visis in versi. 7.

ADDITIO.

a Pretij.) dixi plenè in tract. usura. q. 56.

EPITOME Consil. CCCCCCXCIII.

Statutum excludens matrem à successione filij extātibus agnatis, videtur factum ratione agnationis conseruādæ, Ideo locum habet in agnato vltra quartum gradum, dummodo ipsa non sit in totum exclusa.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, ꝙ mater excludatur ab agnatis, quando valeat. 2.*
3 *Agnatus, qui ex forma statuti excludit matrem, ad eius vtilitatem excludere videtur, & videtur subrogari in locum matris exclusæ.*



N statuto Cortonensi, de quo agitur, aliàs consului in fauorē agnatorū contra matrem, ut patet in consi. 331. Licèt propositi mei. nunc etiā licèt casus dubitabilis sit, & contraria consilia exhibētur, pro Francisc. agnato contra matrem concludendum videtur in casu proposito per tex. in statuto in ver. si verò quis decessit. vbi disponitur ꝙ si quis decesserit ab intestato sine liberis, & sine fratribus, vel sororibus dicti defuncti superstite matre, tūc dicto casu dicta mater talis defuncti succedat in tertia parte totius hereditatis dicti defuncti & aliæ duę partes hereditatis dicti defuncti pertineant, & deueniant ad proximiores agnatos talis defuncti secundum gradus prerogatiuam, &c. vnde cum in casu isto in hæreditate Susanæ infantis mortuæ concurrant Gabriela mater, & Franciscus agnatus, videtur, quòd in tertia parte mater succedat, & Franciscus in residuo admittatur, videlicet in duabus tertijs, prout statutum expressè dicit, & ubi est casus legis, nulla videtur dubitatio. l. illam. C. de collat. l. ancillæ. vbi Bal. C. de fur. & hoc etiam procedit in casu statuti municipalis, vt not. Cor. in consi. 109. Viso. in fin. Non ob. plura, ex quibus statutum non uidetur habere locum in isto casu, quia verba statuti non videntur
1 verificari.† Et primò non videtur dubitandum de ualiditate statuti, in quo mater ab agnatis excluditur, quia legitima, quæ debetur matri, est de iure positiuo, ideo valet statutū, ut no. Bal. in l. 1. §. ius natu. in fi. ff. de iusti. & iur. & idem tradit Ange. in cōsi. 104. Hic vidēda sunt duo. Primò, an valeat dictum statutum matrem excludens, & in consi. seq. 105. Statuto cauet. & dixi in cons. 464. & maximè hoc videtur in casu isto procedere, in quo statutum non excludit matrem in totum, quia illam admittit in tertia par-
2 te.† statutū tn̄ videtur odiosum, quia excludit matrē à luctuosa hæreditate filij l. fi. C. de inst. & subst. & qđ no Old. in consi. 142. Factum tale est. stante ualiditate statuti. Non obstant plura, quæ obijciuntur: & primò dum dicitur, ꝙ statutum nō videtur habere locū in fœmina, de qua agitur, quia loqui videtur in masculo, dum dicit, si quis. ad hoc fuit responsum in alio priori cōsilio, & gratia breuitatis non repeto, & conclusio fuit, ꝙ illud verbum, si quis. non precisè designat masculum, sed est terminus cōmunis, vt plenè dixi in d. consi. quod extat, & superfluum est repetere, & quæ dixi, reassumpta fuerunt ab alijs posterioribus ex abundanti. Secundò dicitur, ꝙ statutum loquitur ab intestato: & hoc nō videtur habere locum in pupillo, uel pupilla, quæ non potest testari: sed ut dixi id d. consil. hoc dubium tollitur à statuto in rub. ꝙ mulier dotata, & c. in fi. in quo expressè dicitur ꝙ intelligatur intestatus, & ab intestato decessisse, qui nullum fecit testamētum, quamuis fuerit persona, quæ testamentum facere nō possit: ideo de hoc non uidetur dubitandum, vt dixi in d. consi. Tertiò obijcitur, quia statutū de agnatis videtur, ꝙ intelligatur de agnatis in tertio gradu, & Franciscus est in quarto gradu: sed vt dixi in consil. preallegat. in casu isto statutū loquitur de agnatis simpliciter, & generaliter intelligitur, ut in predicto consi. probatum fuit. & gratia breuitatis non repeto. Vltimò nunc obijcitur, quòd casus iste sit omissus à statuto, & remaneat in dispositione iuris communis, ut in simili habetur de statuto excludente matrem extante patruo, nam si sit mater, patruus, & soror defuncti, tali casu nō habet locum statutum, quia mater non excluditur, sed cum sorore excluso patruo admittitur: ita cōsuluit collegium Perusinum, vt refert Alexand. in l. illam. C. de colla. cum si. Sed tamen in con-
3 trarium videtur,† quia agnatus, qui ex forma statuti excludit matrem, videtur ad eius utilitatem excludere, & uidetur subrogari in loco matris exclusę, ut tradit Petr. de Anchar. in consil. 334. Si ab agnato. & quia dum statutum vocat agnatos, videtur uelle conseruare agnationem, & excludere matrem, & sororem, vt tradit And. Sic. in consil. 47. Illud in medium afferam. in 3. lib. & not. Pau. de Castr. in l. si defunctus. C. de suis, & leg. ubi inquit, quòd tale statutum, quod excludit matrem propter agnatos, uidetur applicare hereditatem agnatis: ideo etiam videtur excludere amitam, de qua statutum non loquitur, quia si applicatur agnatis, ergo omnes alij, uel aliæ excluduntur, ut ibi dicit Paul. de

Cast.& ad idem facit quod no. Ang. in consi. 252. Statuto Bono. cauetur. ubi dicit, ꝙ statutum excludens matrem propter agnatos est factum propter fauorem agnationis, & ideo licèt mater excludat sororem, non tamen excludit agnatum propter rationem diuersitatis, quæ est ratio agnationis conseruandæ, quæ cessat in fœminis: & ideo secundum Ang. ibi in tali casu non habet locum illa regula, si uinco vincentem te, ergo vinco te, iuxta l. Claudius. ff. qui pot. in ping. ha. & in l. de accessionibus. ff. de diuer.& temp. præscri. Ex quibus omnibus concurro in sententiā eorum, qui in fauorem agnati consuluerunt. & ita breuiter nunc quia habeo libros clausos petiturus Bononiam.

EPITOME Consi. CCCCCCXCIIII.

Collecta imponitur forensibus pro bonis, quæ in alieno territorio ipsi habent. Ibique coram iudice ordinario conueniuntur, si dominum loci, vel subditum offenderunt.

SUMMARIUM.

1 *Forensis an possit collectari de ratione bonorum, quæ possidet in loco, vbi non habet originem, neque domicilium. 10.*
2 *Clericis, neque forensibus collectæ imponuntur.*
3 *Doctori excellenti asserenti de consuetudine credendum est.*
4 *Consuetudo sola vnius glosæ probatur authoritate.*
5 *Testis unus non iuratus facit præsumptionem.*
6 *Dictum honesti viri iustam credulitatem inducit.*
7 *Consuetudo non differt à statuto, nisi tanquam tacitum ab expresso.*
8 *Consuetudo maioris est authoritatis, quam statutum.*
9 *Non subditi habentes possessiones in loco tenentur sustinere onera patrimonialia.*
11 *Forensis an ratione bonorum, quæ possidet in loco in iurisdictione alterius, si in tali loco offendat dominum, vel aliquem subditum dicti loci, vbi sint bona, possit sibi conueniri, & puniri, & coram quo iudice erit agendum. & nu. 14.*
12 *Dominus castri perpetuus administrando iustitiam in loco, & puniendo delinquentes est in quasi possessione iurisdictionis.*
12 *Forum sortitur ratione rei.*



Ro resolutione eorum, quæ ꝓponūtur, uidendū est de duobus.
1 Primò, an forensis possit collectari † ratione bonorum, quæ possidet in loco, vbi non habet originem, neque domicilium. Secundo, an ratione bonorum, quæ possidet in loco in iurisdictione alterius, si in tali loco offendat dominū, uel aliquem subditum dicti loci, vbi sunt bona, possit ibi conueniri, & puniri. Circa primum videtur prima facie dicendum, ꝙ non, quia collectæ dicuntur onera, quæ imponuntur personæ ꝓ
2 rebus: & † ideo nec clericis, nec forensibus ª imponuntur. ut not.
a Bar. in l. rescripto. §. fi. in ver. collectæ vero. ff. de mune. & hono. & idem tenet Barto. in l. vnica. in uersi. sed quæro. C. de muli. & in quo loco. lib. 10. ubi expressè dicit, quod forensi, qui possidet in territorio alterius ciuitatis, non potest imponi collecta, quia cum imponatur personæ pro rebus, & persona non sit subdita, sibi collecta imponi non potest, & idem no. Bart. in l. libertus. §. sola ratio possessionis. ff. ad munici. & in l. placet. in princ. C. de sac. san. eccl. in l. cum neque. C. de incol. li. 10. & tradit latè Alex. in consi. 68. Et uiso, & dudum discusso. in princ. lib. 2. & Imo. in consi. 48. Sed tamen his non obstantibus contrarium de iure videtur: & hoc saltem dicendum est uirtute consuetudinis, de qua attestatur Bart. in d. l. 1. C. de mul. & in quo loco. ubi dicit, quod in ciuitatibus Italiæ quælibet ciuitas habet consuetudinem imponendi collectas etiam forensibus possidentibus bona in territorio. & idem Bal. dicit in l. etiam. C. de executio. rei iudica. vbi dicit, quod generalis consuetudo obseruat, quod ubi quis possi-
3 det, ibi collectam patiatur. alias res, & fructus sibi auferuntur. † & doctori excellenti afferenti de ꝯsuetudine ita esse credendū est, ut Barto. dicit in l. de quibus. in versi. 4. principaliter quærit. ff. de legibus. & de Baldo dicit Pau. de Cast. in consi. 162. In præsenti causa. ꝙ illi credendum est de consuetudine, de qua ipse attestatur in l. cum antiquioribus. C. de iure delibe. propter authoritatem tanti viri. Non ob. quod Alex. videtur reprobare dictū Barto. in l. post dotem. in versicu. sed puto. ff. soluto matri. vbi dicit non esse credendum etiam pluribus doctoribus asserentibus ita esse de consuetudine: quia non reperitur iure cautum, quod voce mortua ꝓbetur consuetudo, quæ est facti. l. 2. C. quæ sit longa consuetudo. & idem videtur tenere Areti. in consi. 132. In causa quæ vertitur. Corne. in cōsi. 33. Circa primū. lib. 4. Francis. Cur. in consi. 88. do. Francisca. Iason sequitur in d. l. de quibus. sed tñ
* non uidetur recedendū ab opinio. Bart. quæ uidetur * *cōmuniter* apꝓbata: nā illam sequitur Cuma. in consi. 169. Viso testamēto reue. & in consi. 57 Monasterium. in fi. Bar. Vero. in cōsi. 36. Lucius ciuis. & in consi. 58. Pau. Faber. Lanfran. de Brix. in reperi. in capitulo quoniam contra. de probatio. & dicit Bal. in capitulo
4 cum dilectus. de consuetu. † quod probatur consuetudo sola authoritate vnius glossæ, in l. dos a patre C. so. matri. & ad declarationem dicti Bar. in l. de quibus. ff. de legi. aduertendum est, quia non loquitur Bar. de probatione concludenti, sed de præsumptiua, quæ transfert onus probandi in contrarium. l. generaliter. §. si petitum. ff. de fideicom. liber. & consuetudo generalis attenditur. Baldus in consilio. 98. libro 2. Mulier maritum. & pro dicto
5 Barto. facit, † quia etiam vnus testis non iuratus facit præsum-
6 ptionem, ut notatur per glo. in capitulo nuper. de testibus. † quia dictum unius honesti viri iustam credulitatem inducit, ut not. per glo. in l. Titio fundus. ff. de condi. & demon. meritò doctori excellenti, prout Bartolus loquitur, credendum est præsumptiuè de consuetudine, & dixi in consi. 418. in fin. & accedit, quia in Italia ista consuetudo videtur vniuersalis in omnibus ciuitatibus Italiæ, ut Bartolus. dicit in d. l. 1. & alia probatione non indiget, quia iudex supplet, ut not. Bal. in l. filius familias. in §. ueterani. ff. de procu. in l. iubemus. C. de iudi. & in l. si fugitiui. C. de ser. uis fugi. & quod est dictum de ciuitate, idem videtur in castro, ut no. Bart. in l. fi. C. de sacrosan. eccle. Alexand. in consi. 1. lib. 4. & sicut virtute consuetudinis possunt collectæ imponi forensibus pro bonis, quæ habent in territorio, ut supradictum est: pariter hoc potest fieri à statuto, ut no. Baldus in l. 1. C. de senten. quæ ꝓ eo, quod interest cum si. ut tradit Alex. in consilio. 148. in princ. lib. 6. in quo loco Bal. inquit, quod quemadmodum a statuto fieri potest, quod omnes ingredientes portam ciuitatis soluant: ita potest statutum facere, quod omnes, qui colunt, uel coli faciunt in suo districtu soluant: nam ex hoc quod ibi colunt, & seminat, & metunt, uidentur quasi contrahere: quia statutum bene potest de nouo inducere quasi contractus incognitos. argu. l. omnem. ff. de iudi. & cum forenses de possessionibus gaudeant, consequens est, ut soluant onera, ut notat. in l. 1. C. de mul. & in quo loco. libro 10. si ergo per statutum potest induci ergo uide-
7 tur, quod per consuetudintm, † quia consuetudo non differt a statuto, nisi tanquam tacitum ab expresso, ut notatur in lege de quibus. ff. de legibus. & ibi Bartolus. uersi. sed iuxta prædicta. Bal.
8 in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo. † & maioris est authoritatis consuetudo, quam statutum, ut notat. Ange. in consi. 52. in q. proposita. quinimo etiā cessante statuto, & consuetudine videtur, quod collectæ possint imponi forēsibus, ut not. Bald. post And. de Iser. in c. 1. in titu. quæ sint rega. in versicu. item collectæ dicātur illæ, quæ imponuntur personæ pro rebus. ut not. per glo. in l. rescripto. §. fi. ff. de mu. & ho. & supradictum est, tamen And. de Ise. in dicto. cap. 1. in effectu tenet, quod collectæ sint munus patrimoniale, quia sunt indictiones, quæ sunt munus patrimonia-
9 le, & † ideo non subditi, qui habent possessiones in loco, tenentur sustinere onera patrimonialia, pro quibus omnes tenentur. l. fina. C. de immu. nemi. conce. libro. 10. & Baldus. ibi sequitur. & Alexander idem tradit in consilio. 52. Visis his, quæ in themate.
10 libro. quinto. & ista conclusio confirmatur, † quia iste forensis, qui bona possidet in territorio alieno, pro talibus bonis non debet collectari in loco domicilij. uel originis, ut no. Bartolus in l. primo in uersi. item quæro. C. de mulie. & in quo loco. libro. 10. ergo consonat, quod in loco, ubi sunt bona, debeat collectari. & est regula, quod onus soluendi collectas incumbit possessori. l. fi. C. sine censu, uel reliq. vbi Sali. in 3. nota per illum textum dicit, quod ille. qui fundum possidet, debet soluere collectas, & hoc etiā procedit, licèt fundus non sit possessori in estimo descriptus. & idem no. Baldus. in l. si negotium. C. de neg. gest. & tradit Ro. in l. Imperatores. in prin. ff. de publi. quod possessor debeat soluere collectas. Bar. in l. quæro. de vsufruct. leg. in l. his uerb is. § fi. ff. de leg. 3. & ad hoc facit tex. in l. 1. § si quis agru. ff. de censi. ubi tex. dicit, ꝙ si quis habeat agrum in alia ciuitate, in illa ciuitate debet profiteri, in qua ager est, agri enim tributum in ea ciuitate debet leuari, in cuius territorio possidet. & ibi Bartolus dicit illum tex. procedere in onere reali; secus dicit in collectis, quæ imponūtur personę ꝓ rebus. & uide, quæ dixi in cōsi. 283. in principio Soci. in cōsi. 24. Et hæc satis sint. in 1. dub. Venio ad 2m, in quo. videndū est de duobus. Primò, an subsit causa agēdi ꝯ istum forēsem, qui possidet bona in loco. Secūdò dato, ꝙ
11 subsit causa agendi; corā quo agendū erit. Circa primū, † primò non est dubitādum ꝙ illustris dñs potuit facere illud proclama, cum sit ibi dñs, & rector ꝑpetuus, ut tradit Alex. in cōsi. 122. Super 1. li. 4. & isti perpetui possunt facere legē, dixi in l. 1. in princ. ff. ꝙ quisque iur. hoc præmisso videtur, quod ꝯ dictum do. Paridem ciuem Mantuanum primo dñs Castri Guffredi agere, & cōqueri possit ratione turbatæ quasi possessionis suæ iurisdictionis, nam pro tali turbatione competit vtile interdictū, uti possidetis. ut

ADDITIO.

2 ¶ Forensibus.) [redacted] adde supra cōsi. 283. Guido Papæ. q. Delphinali. 87. [redacted]

detis. vt not. Bartolus. in l. 1. in prin. ff. vti possid. & tradit Ange.
Areti. in §. retinendæ. versi. quartò competit. instit. de interdi. &
in casu isto constat de quasi possessione iurisdictionis domini in
dicto castro, in quo ipse dominus mittit banna, ex quibus quasi
possessio iurisdictionis colligitur, vt Rom. tradit in consi. 71. Vi-
12 sis themate, & quæstio. & ibi etiam dicit, † q̄ administrando iu-
stitiam in loco, & puniendo delinquentes vr̃ esse in quasi posses-
sione iurisdictionis: quod no. Bal. in l. 3. C. de natura. libe. & clarũ
hoc vr̃, q̄ in d. castro sit in quasi possessione iurisdictionis, & pa-
riter vr̃ turbari in dicta quasi possessione iurisdictionis, dum ne-
gat dominum dicti castri habere potestatem mittendi dicta ban-
na, & negando dominum habere ius collectandi: nam talis ɔ̃di-
ctio etiã verbalis sufficit, vt no. Bar. in l. si prius. in 5. opposi. ff. de
operis noui nun. facit quod no Bal. in l. non ab re. in prin. C. vnde
vi. & idem Bal. in l. ordinarij. in versi. deinde quęro. C. de rei ven.
vt tradit Cor. in consi. 113. Circa primum. lib. 1. similiter alia cau-
sa agendi contra dictum forensem vr̃ ratione rei, quæ est in terri
13 torio: † quia ratione rei sortitur forum. c. sanè. c. fi. de foro com-
pe. & in l. fi. C. ubi in rem actio. & sicut actione rei, de qua agitur,
immediatè conueniri potest, vt in iuribus præal. ita etiam si agat
occasione rei possessionis, exemplum ut dicunt Bald. & Sali. post
gl. in l. 1. C. vbi de posses. agi opor. vbi ponũt casum in eo, qui ha-
bet possessionem Mutinæ, ad quam cum vellet accedere de Bo-
nonia, tu in districtu Bononiæ retinuisti illum, ne perueniret Bo-
noniam, nam videtur turbatus in possessione, quæ erat Mutinæ,
licèt non esset in fundo; & de tali violentia poterit ille conueniri
Bononiæ ratione violentiæ illatæ in districtu Bononiæ, Mutinæ
etiam poterit conueniri ratione possessionis, quam ibi habet. &
iste est casus multum notabilis in d. l. 1. & ita videtur in casu isto.
14 Sed restat † secundum dubium, coram quo agendum erit, & cō
cludendum est, quòd agatur coram iudice ordinario loci ad eui
tandum suspicionem, quæ esset in causa propria. l. j. C. ne quis in
causa propria.

Consi. 695. Visa donatione. lege suprà consi. 541.

Consi. 697. Retenta conclusione. lege suprà consi. 542.

Punctus, & verba formalia conuentionis.

Item se obligò il detto Laudadio Hebreo, che ogni prestantia, o mal contratto di cattiua detta, che facesse fra il tempo della detta accommodità, che li detti pupilli non debbiano participare in nessuna parte di dãno, o perdita, ma ogni danno sia solo di Laudadio, ma (quod Deus auertat) uolesseno è S. della terra prestanza di denari per non rendere, che fosse summa di cento ducati, ogni danno sia del detto Laudadio, & da una summa di cento ducati in su ciaschuna delle parti habbi à participare del terzo della perdita; & se fuße la città di Siena in angustia, & in assedio per guerra, ò fusse peste, & duraße l'angustia della guerra, ò la peste qualche tempo, in tal caso la detta M. Letitia come curatrice, & tutrice delli suoi figli Hebrei sia obligato sminuire i guadagni della detta accommodità secondo che parerà al honorando Iacobo Disforno, & al honorando Iacobo De bene, & come sententiaranno in cio, cosi sieno obligati le dette parte fare.

EPITOME Consi. CCCCCCXCVII.

Laudadius cum M. Lætitia tutrice filiorum suorum iniuit societatem, in qua inter cætera conuentum fuit, quòd si aliquod damnum occurrisset culpa L. ipse ad id teneretur vsque ad centum ducatos; & vltra eam summam, q̄ omnes socij concurrerẽt pro tertia parte. Accidit durante tali societate pecuniam fuisse Senis reprobatam, ex quo magnum passi sunt damnum. Ad qđ, qui socij tenerentur, dubitandum fuit. Resp. Deci. q̄ ultra summam centum ducatorum dictus Laudadius nō debet pati damnum pro pecunia reprobata, sed ab omnibus socijs debet sustineri.

SVMMARIVM.

1 *Quando unus ex socijs teneatur pati damnum, quod passus fuit ex pecunia reprobata à ciuitate.*
2 *Extensio in contractu fieri non potest ad casum non expressum. nu. 4.*
3 *Pœna apposita uni ex correlatiuis habet locum in altero in dispositione legali.*
5 *Statutum in permutatione non habet locum in uenditione, nec econtrà.*
6 *Mens, & intentio partium in contractibus inspicitur, & attendi debet.*
7 *Causam verborum, & mentem contrahentium inspicimus.*
8 *Interpretatio illa fieri debet, quam verisimiliter contrahentes interrogati fecissent.*
9 *Proceditur de similibus ad similia in contractibus.*
10 *Extensio in pœnalibus fit de similibus ad similia.*
11 *Remissio pensionis, quæ debuit fieri propter guerram, habet etiam locum propter timorem guerræ.*
12 *Exceptio facta in aliquibus casibus ad alios casus similes porrigitur.*
13 *Extensio facilius fit de casu ad casum, quàm de persona ad personam.*
14 *Argumentum de uenditione ad permutationem quando procedat.*
15 *Crudelior est mors propter famem, quàm propter bellum, & pestem.*
16 *Propter necessitatem famis quis à furto excusatur.*
17 *Omnia sunt communia necessitatis tempore.*
18 *Limitata causa limitatum producit effectum.*
19 *Damnum, quod contingit societati absque culpa sociorum, imputatur societati.*


Is stantibus quætitur, an Laudadius tenea
tur solus sustinere damnũ, qđ
1 passus fuit † propter reprobatam pecuniã in ciuitate
Senensi, an verò socij participare, & contribuere te-
neantur in tali damno. Et prima facie videbatur dicendũ, q̄ attẽ
to tenore scripturæ supradictæ ad ipsum Laudadium totũ dam
num pertineret: quia in ipsa scriptura, & conuentione exprimũ
tur aliqui casus, in quibus volunt partes, q̄ damuum sit commu
ne, ergo in alijs casibus non expressis non vr̃, q̄ damnum sit com
mune. ar. l. cum prætor. in prin. ff. de iud. in l. maritus. C. de procu.
2 facit tex. in c. nonne. de pręsump. & in † contractu non vr̃, q̄ ex-
tensio fieri possit ad casum non expressum: ex eo, quod singula-
riter not. Bal. in c. 4. in prin. titu. quali. olim do. propri. feud. priue.
3 in ver. pone, q̄ emphyteuta. ubi concludit, q̄ licet † pœna impo-
sita uni ex correlatiuis habeat locum in altero in dispositione le-
gal, l. fi. C. de indicta viduitate tollenda. in l. fi. ff. de acceptilatio.
& in l. 1. C. de cupres. lib. 10. & hoc bene procedit in dispositione
legali, prout iura pręallegata loquuntur: secus est in contractu
secundum Baldum ibi, quia pœna imposita vni ex correlatiuis
non habet locum in altero, de quo expressum nō fuit: quia nō est
nostrum conuentiones, & ɔ̃ctus extendere: alle. l. fideiussores ma
gistratuũ. §. pro Aurelio. ff. de fideius. & in d. c. 1. generaliter Bal.
4 concludit, q̄ contractus † non extendit̃ de re ad rem; nec de per-
5 sona ad personã. † ideo statutũ in permutatione non habet locũ
a in venditione, nec econtra, [a] ut no. Bal. in l. 1. C. de rerum permu
tatione. & idem Bald. in consil. 64. Statutum prohibens vendi-
tionèm. li. 4. & in si. casu tradit Ale. in consi. 76. Visis dubitationi-
bus. li. 5. & in consi. 29. Ponderatis uerbis. li. 6. cũ si. quæ nota sunt.
Sed tamen prædictis non obstantibus ulterius cogitanti contra-
rium de iure esse arbitror, uidelicèt quòd omnes dicti socij in di
cto damno reprobatæ pecuniæ debeant cōtribuere. & pro fun-
damento præmittẽdum est, q̄ etiam in contractibus mens, & in-
tentio partium inspicitur, & attendi debet. l. fi. C. quæ res pign.
obliga. possunt. ibi, cum sit iustum uoluntates contrahentium ma
7 gis, quam uerborum conceptionem inspicere. † Nam causam
uerborum, & mentem contrahentium inspicimus, ut no. per gl.
in l. si in uenditione. in gl. penul. ff. communia prædio. & ad idem
gl. in l. banditus. C. de fideiusso. not. Bald. in l. quamuis. C. de fidei-
comm. in uersi. item no. & tradit Ioan. de Ana. in consil. 57. Visis
instrumentis. in prin. per l. sed Celsus. §. in emptis. ff. de contrahẽ.
8 emptio. ubi glo. † & in contractibus debet fieri illa interpretatio,
quam uerisimiliter contrahentes interrogati fecissent, iuxta gl.
in l. tale pactum. §. fi. ff. de pac. ubi Bal. dicit illam gl. etiam proce-
9 dere in contractib. † & etiam in ɔtractibus proceditur de simili-
bus ad similia. l. nominib. ubi Bal. in fin. C. de actio. & oblig. ubi ẽt
alleg. text. in l. 1. §. si quis seruum. ff. de posi. ad idem facit tex. in l.
10 eum, qui. § si rem. ff. commoda. Et † hoc confirmatur, quia ẽt in
pœnalibus fit extensio de similibus ad simi. ca. 1. §. porrò. & ibi
Bald. in versicul. deinde not. in titul. quę fuit prima causa benefi.
amit. & not. per gloss. in l. si quis id, quod. ff. de iurisdiction.
omn. iud. cum si. ut ibi Alex. scribit. à fortiori hoc dicendum vi-
detur in contractibus, saltem vbi eadem ratio esse vr̃. Nam ex te
nore dictæ scripturę apparet, q̄ dictus Ludadius uoluit obligari
in damno, quod eius culpa occurrisset, & in damno, quod absq;
eius culpa accideret, noluit teneri nisi pro cẽtũ aureis, & ultra di
ctam summã, q̄ debeant socij tertiã partẽ damni sustinere: & ita
in casu isto videtur, quia damnum reprobatæ pecuniæ absque
culpa dicti Laudadij processit: ideo videtur, quòd omnes socij
debeant

ADDITIO.

a ¶ Nec econtra.) Eadem ferè verba per totum habentur in eodẽm, uel simili casu supra consi. 553.

debeant in tali damno concurrere pro tertia parte secundum tenorem scripturæ, quæ clara est, & si de hoc partes à principio interrogatæ fuissent, verisimiliter ita respondissent: ideo debet haberi pro expresso, ut suprà dixi; secundum glo. in dicta l. tale pactum. §. fi. cum similib. supra allega. Et quia exceptio, quæ fuit facta *di guerra, ò peste*. uidetur habere locum in casu isto, in quo fuit suspicio guerræ, vt tradit Io. de Imo. in cõsi. 7. In casu p̃misso præ-
11 supponitur. vbi cõcludit, † quòd remissio pensionis, quæ debuit fieri propter guerram, habet etiam locũ propter timorem guerræ: quia timor guerræ facit, vt aliquando latitare, & fugere, & domum derelinquere oporteat: quo etiam tempore timore videlicet guerræ agri inculti dimittuntur: ideo ob hoc eo tempo-
12 re pensionis remissio admittitur, † quoniam exceptio, quæ in aliquibus casibus opponi permittitur, ad alios casus similes de facili porrigitur. Et *communiter* hoc tenent doctores in capit. 1. de
* renunt. & dixi in l. 1. ff. de regul. iuris & est text. in capit. cum dilecta. de confirma. util. uel inutil. ubi dixi in 5. notabi. & ista conclusio uidetur maximè procedere in isto casu in quo fit † extensio
13 de casu ad casum, quæ facilius fit, quàm de persona ad personam, vt not. Aretin. in l. Gallus. §. & quid si tantum. in uersic. 2. adde. ff. de lib. & posthum. & merito in casu isto consonat, quòd ex quo tale damnum processit à republica sine culpa dicti Laudadij, ꝙ omnes tres socii debeant tertiam partem damni sustinere secundum tenorem scripturæ, & conuentionis. Et hoc confirmabitur ex his, quæ dicam respondendo ad allegata suprà in contrarium: quia allegata in contrarium videntur procedere, vbi non esset eadem ratio, vt not. Barto. in l. sicut. in §. sed si permiserit. in uersicu. ultimo fac. q ff. quibus modis pig. uel hypo. solu. ubi inquit, quòd si episcopus permisit uenditionem, ut possit satisfieri creditoribus, non potest ille, cui fuit permissa uenditio, permutationem facere, quia in permutatione cessat causa, propter quam uenditio fuit permissa. ex quo datur intelligi, quòd argumentũ
14 † de venditione ad permutationẽ, & econtra procedit, ubi sit eadem ratio, & sic extensio generaliter fit de similibus ad similia, quando sit eadem ratio: & ideo cùm in isto casu videatur eadem ratio; quia sine culpa dicti Laudadij tale damnum à republica procedit, & quia si à principio partes de tali casu interrogatæ fuissent, idem uerisimiliter respondissent per supradicta. concludendum est, quòd dictum damnum inter socios debeat communicari, quatenus excedat summam centum aureorum secundum tenorem scripturæ. Accedit etiam, quòd in hac ciuitate Senarum fuit maxima penuria victus, unde quod dictum est de guerra, & peste, idem uidetur dicendum de fame, & penuria uictualium: † quia nihil est durius fame: & crudelior est mors propter
15 famem, quàm propter bellum, & pestem, ut notat Lucas de Pena in l. 1. C. de quib. mune. uel præsta. nemi. lice. se excus. lib. 10.
16 † & ideo propter necessitatem famis quis à foro excusatur. l. 3 ff.
17 de furt. † & tempore necessitatis omnia sunt communia. l. 2. in uersic. eo magis ff. ad legem Rhod. de iact. & in capit. discipulos. de consec. distinct. 5. ibi, qui coacti fame hoc fecerunt. & propter famem legimus quosdam fame necatos, & tristissimam pestem homines inuasisse, ut dicit tex. in Authen. nullum creden. agricol. in princip. unde cõsonat, quod dictum est, & expressum de guerra, & peste, pariter habeat locum in fame: quia talia damna ipsi Laudadio imputari non possunt: ut suprà dictum est. & ulterius idem confirmatur, quia in tali damno, quod proueniret à republica Senensi sine culpa ipsius Laudadii, uoluit subire onus, & damnum centum aureorum, ut in scriptura dicitur, ergo uidetur, quòd ultra summam centum aureorum damnum sit commune sociorum, quia ipse Laudadius limitatè se obligauit in damno centum ducatorum, ergo videtur, quòd ulterius nullo
18 modo teneatur, † quia limitata causa limitatum producit effectum. lege in agris. ff. de acquiren. rerum dominio. l. age cùm Ge-
19 miniano. ubi Bald. C. de transact. cum similib. quæ not. sunt. † Postremo considerandum est, quòd de iure communi damnum, quod contingit societati absque culpa sociorum, imputatur societati. l. cum duobus. §. damna. ff. pro soc. ibi, commune damnũ est. & bene hoc consonat, quia in tali contractu societatis exuberat bona fides. d. l. cum duobus. §. uenit autem. ff. pro soc. & in l. cum in societatis. C. pro soc. & non conuenit, quòd ille, qui in culpa non reperitur, patiatur damnum. Et sic ex omnibus prædictis concludo, quòd ultra summam centum aureorum dictus Laudadius non debeat pati damnum pro pecunia reprobata, sed ab omnibus sociis debeat dictum damnum sustineri. & ita iudicarem, si causa esset mihi commissa.

EPITOME. Consi. CCCCCCXCVIII.

B. filias suas naturales legitimare fecit non vocatis agnatis, absque tamen præiudicio ab intestato venientium. Inde decessit intestatus. Agnati adeunt hæreditatem, filiæ iterum legitimantur. Concluditur hic hæreditatẽ B. ad filias suas pertinere agnatis exclusis.

SVMMARIVM.

1 *Legitimari quis pluries potest, & ex pleniore legitimatione iuuatur.*
2 *Legitimatio facta ad requisitionem patris non requirit citationem agnatorum.* 3.
4 *Dominium per aditionem hæreditatis adeunti videtur acquisitum.*
5 *Attenditur, quod in supplicatione dicitur.*
6 *Venientes ab intestato non possunt venire ad bona, & hæreditatem, nisi de expressa, vel tacita voluntate eius, & cuius successione agitur.*
7 *Potestas legitimandi filios non habet locum in filiabus.*
8 *Dominium hæreditatis aditæ, & possessionis apprehensæ à principe sine causa tolli non potest.*
9 *Multa in consequentiam conceduntur, quæ aliàs prohibita sunt.*
10 *Possidens rem, & sciens rem ad eum non pertinere dicitur male fidei possessor.*

IN causa legitimationis factæ ad instantiam ser Bernardini Astulphi patris filiarum dubitatur de validitate primæ legitimationis, & secundæ, † quia pluries
1 quis legitimari potest, & ex pleniori legitimatione se iuuare
a potest, [a] ut no. per Pau. de Cast. in cons. 227. Viso testamento. & fit secunda legitimatio, qñ de prima dubitatur, ut tradit Bald. in
2 consi. 131. Titulus principis. lib. 3. † & prima legitimatio, quæ fuit facta ad requisitionem patris, efficacior uidetur propter uolun-
b tatem patris, quia tali casu agnati citari non debent, [b] quia principaliter tangit patrem, qui, quomodo uelit, potest de bonis suis disponere, ut no. Bart. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posth. Bald. in l. fin. C. quibus res iud. non no. cum si. ut tradit Alc.
* in consi. 188. Perspectis uerbis. lib. 5. & ista est * *cõis* opin. doct. ꝙ facta legitimatione de uoluntate patris non requiratur citatio agnatorum, ut dicit Cuma. in consi. 98. Supposito tenore. in fi. in uer. circa secundum: quia cùm dicta legitimatio ad requisitionẽ patris possit fieri inuitis agnatis, ergo etiam illis ignorantibus. & non citatis l. qui potest. ff. de reg. iu. & facit tex. in l. nec non ignorante, & inuito. ff. de tut. & cura. dat. ab his. & in l. 4. §. 1. ff. de fidei.
3 lib. & hoc modo arguit Oldr. in consi. 95. † Ex forma istius statuti. in fi. ꝙ ille non debeat citari, quo inuito actus expediri potest. & idem Rom. in consi. 212. Quò ad primũ. in prin. & idem Rom. in consi. 369. Circa primum. in 5. dub. in uer. & huius est ratio. & idẽ Alex. in l. si pacto, quo pœnam. in ultim. not. C. de pact. in consi. 2. Visis codicillis lib. 1. cum si. ut dixi in d. l. qui potest. & in tali legitimatione facta ad petitionem patris alia causa nõ requiritur, etiam si legitimatio facta sit ab inferioribus à principe, ut tradit Alex. in d. consi. 188. in uer. non obstat septimum argu. in 5. lib. Et ex his uidetur fundata intentio pro filiabus legitimatis, ut ipsæ ad hæreditatem Ser Bernardini eorum patris admittantur uirtute primæ legitimationis; & res ista magnam uidetur habere æquitatem ex eo, ꝙ cõstat de uoluntate patris, qui non habet alios filios, secus si alios filios habuisset, quia tũc de illis mentio fieri debuisset. & ista est differẽtia inter filios, & alios agnatos, ut no. Bal. in l. nam ita diuus. ff. de adop. in prin. & Alexan. in consi. 25. Circa primum dubium. in uersi. fortificantur etiam prædicta. lib. 1. ubi dicit, ꝙ etiam in legitimatione facta uiuo patre debet mentio fie-
c ri, ꝙ pater alios [c] habeat filios, sed alij agnati, ut s̃dictum est, non debent citari. & cum s̃dictis concor. Pet. de Ancha. in consi. 427. Circa primum quęsitum. uer. & intellige. & idem Pet. de Anch. in consilio. 242. Ex tenore priuilegij. in uersi. 2. pro hoc facit. cum si. ut dixi in consi. 391. Consului superioribus diebus. Et ista conclusio in fauorem filiarum comprobatur ex alia legitimatione facta à Reuerendis. Cardinali Campegio, quæ licèt facta sit mortuo patre, & posteaquam agnati audiuerunt hæreditatem, tñ uidetur ualida de iure propter pleniorem formam priuilegij legitimationis, in quo expresse dr̃, ꝙ legitimatio habeat locum dato, ꝙ ab agnatis adita hæreditas fuisset. & in hoc non vr̃ dubitandũ de potestate Papæ, uel Imperatoris, dum dr̃, ꝙ possit legitimare hæreditate adita, uel non adita, apprehensa, uel non apprehensa:
4 ut latius in instr̃o legitimationis habetur: † nam per aditionem hæreditatis vr̃ dominium adeunti acquisitum. l. cùm hæredes. in prin. ff. de acq. poss. §. pen. insti. de hær. quali. & diff. & in l. pro hærede. in prin. ff. de acq. hær. facit tex. in l. item Mela. in §. legis. ff. ad leg. Aqui. & tale dominium vr̃ acquisitum de iure ciuili, ut not. Pau. de Ca. in l. cum hęredes. in prin. & ibi Alex. ff. de acq. pos. quo
d casu tale dñium de iure ciuili acquisitum, ẽt sine causa tolli [d] potest à

ADDITIONES.

a ¶ Pote3.] Paulus consi. 30. consi. 461. lib. 1. consi. 27. lib. 2. in nouis.
b ¶ Non debent.] Caro. Rui. consi. 75. Quia de pluribus. libr. 3. Nic. Boer. deci. Burdega. 122.
c ¶ Alios.] Supra consi. 286. [redacted]
d ¶ Tolli.] Falsum est, cum sit quæsitum ex causa iusta in veritate, non in præsumptione fundata. Et sic ex lege publica quæ cõuentione priuata quæsitum &c. [redacted]

test à principe, vt no. Bald. in l. fi. in versic. sed immediatè opponitur. C. de sen. rescin. non poss. & idem tenet Ang. in l. Lucius. de euict. & Pau. de Cast. in l. 3. ff. de testa. in versic. item per hanc legem. & comes Palatinus potest tertio præiudicare, quādo hoc dr̄ in priuilegio, vt not. Bal. in l. cum filius ff. de testament. milit. & ita vr̄ in casu isto, dum tractatur de hæreditate adita, vel non adita, & ita vt patet ex supradictis, ex duplici capite vr̄ principaliter constare de bono iure dictarum filiarum. Primò virtute primæ legitimationis, quæ fuit facta viuente patre, & ad ipsius patris requisitionem, & eius uoluntatem apertè declarauit, quòd velit suas filias in hæreditate sua succedere exclusis agnatis; & a voluntate patris, de qua constat, non est recedendum. Secundò principaliter ad cautelam etiam propter secundam legitimationem factam mortuo patre, non obstante aditione facta ab agnatis propter pleniorem potestatem Comiti attributam concludendum est hęreditatem Ser Bernardini Astulphi dictis suis filiabus omninò deberi, & competere. Non obst. clausula illa insert: in prima legitimatione, in qua dicitur, sine tamen præiudicio venientium ab intestato: quia cum legitimatio facta sit viuente patre, & ad requisitionem patris, non videtur tractari de præiudicio venientium ab intestato, ideo citari non debent, vt supradictum est: & quia in casu isto constat de voluntate patris, qui voluit hæreditatem suam ad suas filias, & non ad agnatos perueni-
5 re, ut in supplicatione porrecta à patre, dicitur, † & attenditur, quod in supplicatione dicitur. c. inter dilectos. ibi, secundum for
6 mam petitionis. de fi. instru. & in l. 1. C. de diuer. rescrip † & quia venientes ab intestato non possunt venire ad bona, & hęreditatem, nisi de voluntate expressa, vel tacita eius, de cuius successione agitur. l. si quis cum nullum. ff. de iu. codic. vnde si ei non placet, ꝙ venientes ab intestato habeant, conqueri non possunt, vt dicit Pau. de Cast. in consi. 226. Videndum est primò in fin. & ab ista voluntate patris non est recedendum, & propter istam voluntatem patris multa tolluntur, quæ in contrarium allegari possent. & ista conclusio confirmatur virtute secundę legitimationis, in qua expresśè dr̄, ꝙ legitimare possit siue masculos, siue fœminas: nam per hoc remouetur dubitatio, quæ posset fieri de eo, quod notat dom. Signo. de Mediol. in consilio 180. In
7 qõne. † vbi tenet, ꝙ p̄tās legitimādi filios nō hēt locū in filiab. [a]
a de quo dixi in l. 2. ff. de reg. iur. nā in casu isto ex verbis priuilegij hoc clarum vr̄, & in eadem legitimatione de hæreditate adita, vel non adita, & de hoc s. dictum est. & vlterius in eadem secūda legitimatione dicitur, apprehensa hereditate, vel non apprehensa. & ex hoc remouetur ꝙ Socinus scribit in consil. 120. Meminit me in 3. lib. vbi inquit, ꝙ qñ hæreditas est adita, & apprehensa
8 possessio, vr̄ dominium quæsitum de iuregentium, † quod ēt a principe sine causa tolli non pōt, ut no. in c. q̄ in ecclesiarū. de constitu. & ista ratione ibi dicit legitimationem subreptitiam, & nullam fuisse. ad hoc responderi potest, ꝙ in isto casu specialiter, & expresśè non obstante, ꝙ esset adita hæreditas, & vlterius ꝙ apprehensa possessio bonorum hæreditatis. fuisset & sic in casu isto plenius derogatum fuit, quam in casu, in quo Socinus loquitur. Non obstat, ꝙ vr̄ quæsitum ius de iuregentium, quod à principe tolli non potest, prout arguit Socinus: quia hoc non vr̄ verum: quia vt supradictum est, vr̄ dominium acquisitum de iure ciuili, vt dixi in d. c. quę in ecclesiarum. de constit. in versicul. 5. casus est quia acquisitio dominij facta mediante aditione vr̄, ꝙ sit de iure ciuili considerata ipsa aditione, quæ est de iure ciuili; sicut in dominio acquisito præscriptione, vel sententia: nam in dictis casibus dominium venit consecutiuè ad causam, & rescisso principali rescinditur isto casu dominium, quod accessoriè venit; ita Bal. dicit in d. l. fi. in ver. sed contrarium dico. alleg. l. ex causa. §. 1. ff. de min. & quia causa acquisitionis, quæ est principalis, inspicitur, l. si quis nec causam. ff. si cert. pet. & no. in simili per Inno. Anto. de But. & doc. in c. 2. de voto. vbi Papa ratione voti habet potestatem in rebus patrimonij in consequentiā,
9 in quibus aliàs non haberet potestatem; † nam multa in consequentiam conceduntur, quæ alias prohibi[illegible] tur. Postremò ad confirmationem omnium supra dictorum considerandum est, ꝙ quando constat de voluntate superioris, qui habet potestatem legitimandi, etiā adita hæreditate ab agnatis, ualet legitimatio, quia voluntas cum potestate concurrit, prout esse debet. c. cum super. de offi. deleg. & not. Bald. in l. nolle. de acq. hære. in l. omne verbum. C. cōia de leg. cum simil. vt dixi in d. c. cū sup. in 4. not. vnde videmus ꝙ licet sit magna quæstio, an legitimatus excludat substitutum, res clara esset, dummodò Comes habeat talem potestatem, quia voluntas, & potestas concurrit, & ita concludit Alex. in consi. 2. Visis codicillis. in versi. præterea dato etiam. lib. 1. vbi inquit, ꝙ illi q tenent, ꝙ legitimatus nō excludat substitutum, moti sunt ista ratione, quia non vr̄ superior, qui fecit legitimationem, in dubio voluisse substituto preiudicare secundum regulam: quia cōcessio in dubio vr̄ facta absque pręiudicio alterius. c. super eo. de offic. delegat. l. 2. §. si quis à principe. ff. ne quid in lo. publi. alleg. Sal. in l. genraliter. §. cum autem. C. de insti. & subst. & Io. de Imo. in l. ex facto. in prin. ff. de vul. & pup. & ideo Alex. ibi infert, ꝙ vbi constaret de mente superioris, ꝙ uoluisset legitimatum excludere substitutum, res esset clara, ꝙ excluderet substitutum: quia constaret de mente superioris; & ideo cū in casu isto appareat voluntatem patris exploratam, ꝙ uoluit suas filias. sibi succedere in sua hæreditate exclusis agnatis, de hac re vlterius non vr̄ dubitandum non obstante aditione, & apprehensione bonorum facta ab agnatis, per supradicta & maximè quia prædicti agnati non videntur habuisse potestatem adeundi, & apprehendendi dicta bona: quia nō videtur, ꝙ agnatis esset delata hæreditas, cum in uita patris fuisset ius quæsitum dictis filiabus virtute primæ legitimationis factæ in uita patris, & de voluntate, & consensu suo; vnde dicti agnati
10 † erant malęfidei possessores, qui sciebant res ad eos non pertinere, ut no. Bar. in l. furtum. §. fundi. ff. de vsuc. & in l. illud. ff. de pet. hær. facit tex. in l. fi. C. unde vi. & 34. q. 2. in c. si virgo. in fi. ibi, vbi habita scientia tūc iustè iniustus possessor vocabitur. Et cum supradictis concordat Bal. in c. domino guerram. in versi. & nos. dicimus sic in legitimato. in ti. hic finit lex Federici. & tradit Pau. de Cast. in consi. 228. Super 1. dub cum si. ut dixi in consi. 217. Cōsultus ab Illustri. Et sic ex omnibus supradictis concludo hæreditatem dicti ser Bernardini ad filias suas pertinere exclusis agnatis virtute primæ, & secundæ legitimationis, & causa ista magna videtur habere æquitatem propter voluntatem patris, & quia non habebat filios legitimos, & si causa esset mihi commissa, ita constanti animo iudicarem.

ADDITIO.

a ¶ Filiabus. Nec ad casum mistum Fran. Aret. l. si ita scriptum. in prin. de liber. & posthu. Alex. in consi. 91. nu. 17. lib. 3. vbi dixi. dom. And. Tiraq. de leg. connubiali b. gl. 3. nu. 66. cum seq. Et dixi in l. 2. in prin. de verb. oblig. quamuis contrarium facit Alex. consi. 70. lib. 6.

EPITOME Consi. CCCCCCXCIX.

Sũmus Pontifex cogniturus de causa matrimoniali Regis, & Reginæ Angliæ, remisit citationem, ꝙ Rex comparet coram se personaliter, vel per procuratorem. Renuit Rex comparere. Super hoc consultus Deci. respond. quod Rex debet procuratorem bene instructum ad curiam Romanam mittere, ubi ipsa causa cœpta terminari debet.

SVMMARIVM.

1 *Rex an teneatur mittere procuratorem in causa separationis matrimonij ad curiam Romanam, ubi causa agitatur. nu. 7.*
2 *Papa solum Deum habere debet præoculis, ut veritas, & iustitia præseruetur, & secundum conscientiam iudicare. nu. 16.*
3 *Onus vix ferendum a sede Apostolica impositum pia mente, & deuotione tolerari debet.*
4 *Recedendum videtur a stilo curiæ.*
5 *Stylus curiæ facit ius. nu. 6.*
8 *Exceptio facta in vna casu ad alium similem casum porrigitur.*
9 *Causa matrimonialis dicitur esse grauis.*
10 *Causa matrimonialis æquiparatur causæ criminali.*
11 *Vbi agitur de statu hominis, non defertur iuramentum in defectum probationis.*
12 *Impeditus tenetur procuratorem mittere, vbicunque causa celeritatem requirit.*
13 *Causa, quæ semel in curia Romana fuit inchoata, ibi debet terminari, nisi Papa illam deleget, vel ad ordinarium remittat.*
14 *In casu dubio debet eligi via, quæ utriq; parti minus præiudicialis videt.*
15 *Iura, ꝙ finis litibus imponatur, desiderant.*
17 *Probatio non verisimilis recipitur, licèt non concludat, ubi sola ueritate inspecta iudicandum est.*


Ccepi Reuerēter, & legi literas sanctitatis domini nostri Clementis Papæ, & domini mei singularis, & obseruandissimi super dubio, in
1 quo quæritur, an † Serenissimus Rex Angliæ teneatur ad curiā Romanā procuratorē mittere, vbi cā est inchoata,
a & pendet sup separatione m̄rimonij [a] inter Serenis. Regē, & Reginā: & quia aduocati peritissimi dissentiunt, & ꝯrij sunt, sancti-
2 tas D. N. cui onus iudicandi incūbit, perplexa reddit, † & cū soli Deū habeat p̄oculis, ut veritas, & iustitia præseruet, iuxta c. 1. de re iud. in 6. hoc onus maximi ponderis mihi demādauit: & li-
3 cèt viribus meis impar sit, nolui ipsū recusare, † quia onus vix ferēdum à sede apostolica impositū pia mēte, & deuotione tollerari

ADDITIO.

a ¶ Matrimonij.) Quod nullum, consuluit Dec. supra consi. 600.

rari debet.c.in memoriã.19.dist. Accedo igitur ad decisionem propositæ q̃onis, in qua studendo breuitati, prout consultorem decet, cui summa rei commissa sit, & quia cã agitatur Romæ, vbi filaterias nõ legunt, & ex multiloquio viris doctissimis nausea excitatur. Visis igitur allegationibus clarissimorum aduocatorum vtriusque partis, & diligenter oĩbus visis consideratis, & circunspectis puto, & indubitanter arbitror partes sanctitatis D. N. esse in pronuntiando, q̃ in casu isto Sereniss. Rex teneatur, & dẽat procuratorem bene instructũ ad Curiam Roman. mittere. Et ista conclusio suadetur primò ex stylo curiæ Romanæ, qui ita se habet, vt tradit Rota in 10.decis.in titul.de don.& contum.in
4 antiquis.† & à tali stylo non vr̃ recedendum. c. quam graui. de crimine falsi.in prin.facit tex.in l.fi.C.de iniu.& no. Alex.in cõsi.
5 58.In causa mota.circa fi.lib.7.†Et quia stylus curiæ facit ius, vt no. Abb. per illum tex.in 1.not.in c.ex literis.de constit.& stylus sacri palatij dr̃ ius, licèt ex facto proueniat, vt notat p̃ Rot. 16.
6 decis.de consue.in antiquis.† Stylus.n. vnius principis operatur idẽ, quod consuetudo, vt no. Alex.in consi.39.Visis.li.3.& hoc modo causa facilius poterit expediri, prout iura desiderant.c.finem litibus.de do.& contu.l.properandũ.in prin.C.de iudi.c.j, de appel.in 6.cum si vt dixi in l. quidam æstimauerunt.ff.si cert.
7 pet.& talis stylus vr̃ cõcordari cum iure cõi, quia † citatus à summo Pontifice, vt compareat per se, vel p̃ procuratorem, tenetur mittere procuratorem.c cũ dilecti de do.& contu. Non obst. q̃ sit speciale ibi in causa electionis, de qua agitur ibi, quia ista specialitas in causa beneficiali ẽt habet locum in causa matrimonia
8 li, quia † exceptio facta in vno casu ad alium similem [a] casum
a porrigitur.c.cũ dilecti.de confir.vtil.vel inutil.& ibi Abb.in uer. itẽ nota, & tenẽ menti ad idẽ tex.in c.post translationem.§.quãquam.vbi Bal.de renun.Et hoc etiam ampliatur, vt procedat, si exceptio facta sit in vno casu tantum, quia per hoc non excludit, quominus fiat extensio ad similem casum, vt no. Ange.dicit in l. si hominem.§.in delictis.ff.de ædilit.edic. & in l. Paulus.§. heres rogatus.ff.de vsu.cum sim.vt dixi in d.c. cũ dilec. & ideo quod di
9 citur.in d.c.cùm dilecti.in causa beneficiali, vr̃ habere locum † in causa ista matrimoniali, quæ similis vr̃, quia grauis esse dr̃, ut no. Abb.post Ant.de But.in c.si pro debilitate.de off deleg & nota.
10 in c.j.de consan.& aff & idẽ Abb.in c.2.de procu.† & talis causa æquiparatur causæ criminali, vt tradit Alex.in consi.114.Quo
11 niam abundè.lib.2.& dixi in consi.133. Viso processu. † & quia agitur quasi de statu hominis, ideo non defertur iuramentum in defectum probationis, ut no.per glo.in c.mulieri. de iureiuran. in glo.1.similiter talis causa celeritatem desiderat.clem.dispendiosam de iudi.vbi disponitur, quòd in causis beneficialibus, & in causis matrimonij procedatur simpliciter, de plano, sine strepitu, & figura iudicij quæ verba celeritatem causarũ ostendunt, vt habetur in clemen.sæpè.de verb.sign.ad idem tex.vr̃ in c.quoniam frequenter.§ porrò.ut lit.non contest.vbi expressè dr̃, q̃ in causa electionis, & in causa matrimoniali, ne propter moram ecclesia patiatur læsionem, & ne viro, vel mulieri fornicationis occasio præbeatur, lite non contestata testes examinari possunt. vnde succedit regula, quam Abb.facit in dicto c cum dilecti.uer
12 sicul.ex quo infero, † q̃ vbicunque causa requirit celeritatem, impeditus teneť p̃curatorẽ mittere, ar.l.j.ff.de dã.inf. & idẽ p̃p̃ celeritatẽ causæ tenet Ant.de But.in d.c.cũ dilecti. in versi. fallit & in causa, quæ celeritatem desiderat. & ex hoc irrefragabili fundamento concludendum vr̃, q̃ Serenissimus Rex debeat procuratorem mittere: & sic quod dicitur de styllo, idem videtur esse de iure communi, ut supra dictum est. & hoc idem cõprobatur, quia vt no.Bar.in l.1.diuer.& tempo.præscr.ibi circa fi. in ver.2.casu. concludit, q̃ si reus ad excusandum suam contumaciam impeditus sit perpetuo impedimento dignitatis, prout in isto casu contingit, tenetur mittere procuratorem alleg.l. fi. C. de procu.& sequitur Pet.de Anch.in d.c cum dilecti in fi. Ant. de But.Imo.in versi.potes concludere. & Abb. & secundum istã opi.dicit Anch.in c.si ęgrotans.5.q.3.iudicatum fuisse Bononiæ de consilio doctorum per domi Gasparem Partnensem episcopum Apostolicæ sedis Legatum. & ista conclusio vr̃ maximè in casu isto procedere, in quo res nõ est integra, quia causa inchoa
13 ta fuit in curia Romana, quo † casu causa, quæ fuit semel in curia, ibi debet terminari, nisi Papa illam deleget, vel ad ordinariũ remittat, ut not.Bal.in l.si vt proponis.la 1.in versic.quæro, Papa.C.quomodo, & quã.iudi.& ad hoc facit quod no. Pet.de Ancha.in consi.57.Circumscriptis vbi concludit quòd si Papa prouidet alicui de beneficio dato, quòd prouisio sit nulla ex aliquo
b defectu, tamẽ illud beneficium remanet, reseruatum, [b] ita quòd ordinarius de illo disponere non potest. & idem late Roma.tradit in consilio.335.Circa primum.in versicul.cæterum.Preterea etiam ex alio capite res non videtur integra, quia Papa præuenit quia fuit facta citatio à summo Pontifice, quòd Rex Serenissimus compareret alternatiuè per se, vel per procuratorem, quo casu talis citatio facit, vt iudicium dicatur ibi cœptum, & inchoatum, & ibi finiri debet.l.vbi cœptum, vbi Barto.ff.de iudic. clemen.2. vt lite pendent. cùm ergo res non sit integra, quia in curia causa inchoata sit, ibi debet finiri. & videtur cessare disputatio doctorum, an citatus debeat mittere procuratorem: quia illa disputatio videtur habere locum à principio re integr. & vlterius cum dicta citatio alternatiuè facta sit, tali casu citatus indistinctè tenetur procuratorem mittere, vt dicit Angel. in l.2.§. si quis in iudicio ff.si quis cautio.& no.per gloss.in dicto capitulo si quis ægrotans. 5. quæstio. tertia & hoc saltem habet locum in summo pontifice. in quo est speciale, vt dicunt Alexand. & Modernio. in dicto §. si quis in iudicio. Et in omnibus supra dictis etiam considerandum est, quòd negari non potest, quin ista quæstio dubia sit, vt patet ex contrariis allegatis domino-
14 rum aduocatorum: † & in tali casu dubio debet via eligi, quæ videtur vtrique parti minus præiudicialis, vt notat Paulus de Castro in l. prima per illum textum. ff. si quis cautio. ex quo ibi infert, si dubitatur, an appellatio deserta sit in dubio iudicari debet appellationem non esse desertam, quia hoc videtur minus præiudiciale partibus: quia non deserta appellatione potest perscrutari de iuribus partium, & iustitia habebit locum: secus esset deserta appellatione. & pariter ita videtur dicendum in casu isto, quia si dicatur, quòd Serenissimus Rex debeat mittere procuratorem, hoc videtur expedire vtrique
15 parti, ut causa suo marte decidatur, & terminetur: & † iura hoc desiderant, quòd litibus finis imponatur. capitul. finem litibus. de dolo.& contu.capit. primo de appell.in 6.l. quidam æstimauerunt.ff.si cert.pet.cum sim.ut dixi: si vero dicatur procuratorem non esse mittendum, causa in longum trahitur, & per subterfugia, & cauillationes decisio causæ procrastinatur, & hoc iura abhorrent.c.venerabilis.de re iudi.meritò in casu proposito, ut supradictum est, pronunciari debet procuratorem esse mittendum: & ita ex omnibus supradictis: si causa esset mihi commissa, constanti animo iudicarem. Postremo aduertendum est,
16 † q̃ cum ista causa debeat à summo Põtifice iudicari, licèt alij inferiores debeant secundum allegata, & probata iudicare, l.illicitas §.veritas.vbi Bar.ff.de offi.præsi.not.in c.pastoralis.§.quia verò de offic.deleg.ipse summus Pontifex, & Imperator secundum suas conscientias iudicare debent, ut no.Bar.in l.1.in fin.C. ut quæ desunt aduo.facit qđ not.Bal.in c.1.§.fi.de no.for.fideli. vbi inquit q̃ illud, qđ facit princeps, facit vt Deus & Deus est ipsa veritas, & nõ fallit.nec fallitur, & sola facti veritate inspecta iudicare debet.& idem sentit Barto.in l. Aemilius de minori.dum inquit, q̃ Imperator hoc facit veritate inspecta, & non attenditur solennitas iuris ciuilis, quia iudicat vt Deus, vt dixi supra. & not.Bal.in l.fi.in prin.C.de iure delib.& Anton. de But.in c. 2.in princip.de iuram.calumn.Rom.in consi.20. Viso punct. & Alexander in consilio. 6. Circa processum. cum similibus ut dixi
17 in capitul. dilecti. de iudic. † & in tali casu, ubi sola veritate inspecta iudicandum sit, probatio verisimilis recipitur, licet non concludat, ut no.per Bal.in l.solam.in fi.C.de testi.& tradit Are.in consi.27.In causa dominæ Antonię. & stãtibus prædictis sanctitas D.N.cogitare debet pro singulari eius prudẽtia, quid agendum sit: nam si opinioni meę adhærere uelit, vt s̃.dixi iudicãdum erit, quod per Serenissimũ Regem procurator cũ pleno mandato ad curiam Romanam transmittatur, & quod causa expediatur reiectis cauillationibus. si verò sanctitas sua ex alijs, quæ ego non vidi, haberet informatam conscientiam cõtra opinionem meã vt supradixi, secundum suam conscientiam poterit iudicare, mihi satis erit pro tenui facultate mea magna cum diligentia, & singulari fide hæc scripsisse.

ADDITIONES.

a ¶ Similem.] Supra consi.453.consi.282.num.5. [redacted]

b ¶ Reseruatum.] [redacted]

EPIT. Consi. CCCCCCC.

Operarius Basilicæ Sancti Ioannis pro eiusdem ecclesiæ interesse, & præiudicio fuit citatus coram iudice seculari visurus decerni curatorem M. furiosæ excipit reus declinatoriam fori, cum sit clericus, & de re ecclesiastica agatur. Replicatur causam, & partem esse prophanas. Respon. Dec. operarium bene esse fundatum in sua declinatoria, ideo partes ad iudicem ecclesiasticum remittendas fore.

Consilium CCCCCCC.

SVMMARIVM.

1 *Operarius ecclesiæ an possit coram iudice seculari pro interesse suo citari, quod prætendit in datione curatoris, qui petitur dari mulieri vti furiosæ, vel mente captæ 3.*
2 *Stante statuto, quod non valeant legata, nisi cuidam capitaneo insinuentur, si clericus legatarius reperitur, poterit coram dicto capitaneo citari.*
4 *Sententia inter alios lata licèt aliis non præiudicet, tamen quando quis fuit citatus in iudicio pro suo interesse, tunc citatio nocet, & præiudicat sententia.*
5 *Acta nocent cui nocet sententia.*
6 *Clericus successor laici conueniri debet coram iudice ecclesiastico.*
7 *Actor sequitur forum rei.*
8 *Fiscus comparens pro suo interesse reuocat causam ad suum iudicem.*
9 *Ecclesia, & fiscus a pari procedunt.*



1 N Causa Antonij Chelmi, in
qua dubitari contingit, an † Operarius
sancti Ioannis citari possit coram iudice
seculari pro interesse suo, quod prætendit
in datione curatoris, qui petitur dari d.
Matheæ vti furiosæ, vel mentecaptæ. &
v r̃, quod sic, quia cum iudex secularis in da-
tione curatoris habeat cognitionem, ẽt
videtur in isto incidenti habere potestatem arg l. quoties. C. de
iud. & in l. si minor. in prin ff. de cui. & hoc ne continentia causæ
diuidatur l. nulli. C. de iud. & ad hoc specialiter facit quod not. Bal.
in l. testamenta. in ver. vlti. hic quæstionem. C. de testa. ubi dicit,
2 quod † si statuto cauetur, quod nõ valeãt legata, nisi cuidam capitaneo
insinuentur, si clericus legatarius reperitur, poterit coram dicto
capitaneo citari & sequitur Sali. & idem Pau de Cast in d. l. testa
menta. qui dicit ita se consuluisse: & idem Pau. de Cast. in consil.
44. In causa Aegidij. ad idem facit quod no. Ang. in l. 1. §. hæc sti-
pulatio. in repe. in versi. solum. restat videre. ff. si cui plus quàm
per le. Fal. vbi dicit, quod in inuetario conficiendo ab hęrede citari
debent omnes legatarij & si reperitur clericus legatarius, etiam
in tali casu poterit coram iudice seculari citari, quia talis requisi
tio fit ad eius commodum, vnde non obstat, quod habetur in c.
si diligenti. de foro comp. ad idem facit quod no. Pet. de Ancha.
in rep. l. ea, quæ. de reg. iu. in 6. in q. 17. in versi. occurrit dubium.
vbi concludit, quod si minor velit restitui aduersus aditionem hære
ditatis, omnes creditores debent citari, auth. omnes C. si vt se ab
hæredi. abstin. & si vnus reperitur clericus, poterit tamen coram
iudice laico citari. Vltimò ad confirmationem prædictorum fa-
cit, quod in tali datione curatoris not. Bald. in l. qui haber. § quoli-
bet. ff. de tute. & Bal. in auth. matri, & auiæ. C. quan. mul. tute. off.
fung. possit. & in donatario, quod non debeat citari, quando petitur
dari curator ei, qui donationem fecit, tanquam sit, & fuerit fu-
riosus, consuluit Alex. in consi. 84. Visis dubitationibus elegan-
3 ter formatis. † His tamen non obstantibus de iure contrarium vi
detur, quòd citatio per iudicem laicum fie i non potuerit, quia
Operarius videtur citatus pro interesse ecclesiæ: argument. l.
annua. §. à Titia. ff. de annu. legat. not. Bal. in l. hac consultissima.
4 C. qui teste. face. poss. & in ca. 1. in titu. qui feud. dare poss † Item
præmitto, quod licèt aliàs sententia inter alios lata alijs non præiu-
dicet, l. sępe. ff. de re iud. & toto tit. C. res inter alios acta. tñ quan
a do qs fuit citatus in iudicio, p suo interesse,[a] tunc sibi citatio no
cet, & præiudicat sententia, quia tunc non videtur, quod sentẽtia sit
dicta inter alios, ut no. Cy. in l. j. C. de aduo. diuer. iud. in q. fi. Bar.
sequitur in l. præuaricationis. in ver. quæro quando prius accusa
tor. ff. de præuarica. alle. l. denunciasse. §. fi. ff. de adul. & gloss in l.
cũ miles. ff. ex qui. cau. ma. idẽ cõcludit Bar. in l. cum filius. in prin.
ff. de ver. obl. & in l. filiusfa. §. diui. in 1. q. ff de le. 1. Bal. in l. 2 C. de
liberal. caus. & in l. 2 C. commu. diui. ad fi. & tali casu cui præiudi
cat sententia, eidem etiam nocent acta: quia hæc est regula, quã
5 tradit Inn. in c. causam, quæ. de testibus. † quod cui nocet sententia,
b etiam nocent [b] acta, ut etiam no. Bar. in l. sępe. ad. fi. ff. de re iud.
Bal. in l. 2. C. de eden. cum ergo Operarius nominę ecclesiæ fue-
rit citatus sententia declaratoria, qua do. Math. pronuntiaretur
furiosa, præiudicaret ecclesiæ, & Operario, & acta etiam præiudi
carent per supradicta. His præmissis non videtur, quod Operarius
conueniri possit coram iudice seculari. auth. statuimus. C. d epis.
& cler. & in c. clericum nullus. in c. nullus iudicum. 11. q. 1. hinc
6 est, quod si † clericus succedat laico, conueniri debet coram iudice
ecclesiastico, ut no. Bar. in l. hæres absens. in prin. ff. de iudi. Bal. in
l. 2. C. ut in pos. leg. cum si. & ad hoc facit, quia Operarius citatus
c pro suo interesse dicitur reus,[c] ut in c. forus. de ver. sig. imò etiam
si non fuisset citatus, sed tanquam tertius pro suo interesse com-
paruisset, diceretur reus, ex quo sibi offerri debet libellus, ut not.
Ang. & Pau. de Cast. in l fi. C. de edi. diui Adri. tol. Pet. de Ancha.
in dicta regu. ea, quæ. de reg. iu. in 6. in dicta q. 17. & hoc videtur
omninò procedere in casu isto, in quo fuit citatus, & contra eũ
dirigitur petitio, per quam citationem reus dicitur, ut dixi, & est
defensor necessarius, ut dicit Bart. in l. de pupillo. § 1. ff. de oper.
no. nunc. Bald. in l. secunda. ad fi. C. de pact. & Ange. in l. suspecta.
in princip. ff. de inoffi. testa. & not. Innocen. & Abb. post alios in
c. cum inter. de except. cum ergo dicatur reus, debet conueniri
7 coram suo iudice, † quia actor sequitur forum rei. l. in criminali.
l. iuris ordinem. ubi Bald C. de iurisdic. omn. iudic. Ad prædicta
etiam bene facit quod not. Pet. de Anch. in d. regula, ea, quæ. &
in dicta quæstio. 17. circa fin. dum concludit, quòd quando per-
sona ecclesiastica comparet coram iudice seculari principaliter
pro suo intesse, tunc in omni casu remitti debet ad suum iudi-
cem. unde infert in casu l. fi. C. de edic. diui Adr. toll. quod si compa-
ret tertius clericus pro suo interesse, remitti debet ad suum iudi
cem: secus autem si clericus non comparet principaliter, sed ad-
sistit defensioni alterius, prout est, quando comparet in causa
euictionis: quia non aduocabit causam ad ecclesiasticum iudi-
cem, quia principaliter non venit ad iudicium, sed accessoriè
adsistit defensioni alterius. Cum ergo in proposito Operarius ve
niat ad iudicium principaliter, quia fuit citatus pro suo inter-
esse, concludendum est, quod iudex secularis non sit competens;
& per prædictam conclusionem etiam voluit Ange. in l. non so-
lum §. quod vulgò. ff. de vsucap. dicens, quòd si colonus con-
ueniatur actione reali, & nominat dominum in iudicio, qui est
clericus, quia iudicium reale non potest in persona coloni fun-
dari ad curiam ecclesiasticam causa remitti debet. & ita dicit de-
cisum fuisse de facto; secus est, quando compareret clericus ad
defensionem alterius, & in eius persona non fundaretur iudi-
cium, prout est, quando comparet in causa euictionis. & sic
concordat cum distinctione Petr. de Ancha. vt supra. cum qua
etiam concludit Bald. in l. venditor. ff. de iudic. Et domi. Abb.
in capitu. fin. de empt. & vendit. & ad prędicta etiam facit text.
in l. si minori pretio. secundum vnam lecturam. C. de iure fisci.
8 † ubi si fiscus comparet pro suo interesse, reuocat causam ad
suum iudicem, scilicet ad procuratorem fisci: ergo idem dicen-
9 dum est in ecclesia, † cum a pari procedant ecclesia, & fiscus. l.
fin. C. de sac. sanct. eccle. & notatur per gloss. in l. si procurator.
§. primo. ff. de iure fisci. Vltimò facit notabile verbum Ange. de
Aret. in rubrica de exceptio. in versicu. tu dicas. vbi notabiliter
dicit, quòd quicquid sit in illa quæstione, quando comparet cle
ricus iudicio inchoato contra emptorem, tamen quando cleri-
cus a principio comparet ante inchoatum iudicium contra em
ptorem, quia quamprimum fuit citatus, & dato libello con-
tra eum, iuxta Authentic. offeratur. C. de litis contestatio. in
tali casu concludit Ange. de Are. ante inchoatum iudicium non
potest dici trãsmisisse iudiciũ de laico in clericum ex quo cum
laico incœptum non fuit: & ita in casu isto, in quo non fuit in-
choatum iudicium cum alio, sed a principio Operarius citatus
declinatoriam opposuit. Non obstant allegata in contrarium: &
ad primum non obstat, quod habetur in l. quoties. C. de iudi.
quia illa lex non procedit in casu nostro, in quo cautum est, quod
nec principaliter, nec in consequentiam iudex secularis potest
clericum conuenire. dicto capitu. si diligenti. & in capitu. tuam.
de ordine cognitio. in capitul. lator. qui filij sint legitimi. capi. si
iudex laicus. de senten. excommu. in 6. & facit text. in capitulo.
statutum ciuitatis. ibi, directè, nec indirectè. de hæreti. in 6 &
not. Abb. in capitul Ecclesia Sanctæ Mariæ. in princip. de con-
stitu. & in capitu. cum sit generale. de foro competen. Secundò
non obstat dictum Bal. in dicta l. testamenta. quia respondetur,
quòd illud ibi toleratur ex necessitate: quia aliter nunquam va
luissent legata ex quo insinuatio non poterat fieri coram eccle-
siastico; sed in casu nostro non subest illa necessitas, quia cura-
tor, qui dari potest, potest etiam dari per iudicem ecclesiasti-
cum. cap. fin. de iudi. l. fin. §. 1. ubi Bald. C. de admini. tuto. Secun-
dò responderi potest, quia, ut dicit Bald. clericus ibi non erat
aduersarius, & citatio ibi facta fuit conditionaliter, si velit op-
pone-

ADDITIONES.

a ¶ Interesse.) Suprà consi. 187. Dec. l. 2. nu. 44. C. de eden.
b ¶ Nocent. Alex. l. sæpe. de re iudi. & consi. 61. nume. 9. libro 2. ubi dixi.
c ¶ Reus.] Imò, quia non petitur condemnari in aliquo, sed tantum cita-
tur, si sua interesse putauerit, & sic reus est volũtarius, & sic in effectu actor
per no. Bar. Alexan. Ias. l. de pupillo. §. meminisse. §. seruo. de oper. no. nun.
Alex. l. libertus. & ibi Ias. de in ius vocan. Felyn. c. cum venerabilis. de ex-
cep. capit. non potest. de re iud. Hippo. Marsi. singu. 643. Matth. Afflic. de-
Neapol. 2. & 24. numero 8. idem Philip. Dec. l. vlti. C. de edi diui Adrian.
tol. Et in c. cum inter. num 16. [redacted]. de exce. sequitur ergo, quod
iste non potest declinare, quia huiusmodi citatio est potius significatio, seu
denuntiatio ne pretendat ignorantiam, quàm propria citatio in inuitum,
quia non arctat.

ponere, & conditio non fuit purificata, quia non comparuit, nec opposuit: sed in casu nostro clericus est reus, ex quo fuit citatus, & comparuit, & in quæstione Baldi erat actus voluntariæ iurisdictionis, sed in casu nostro videtur contentiosæ iurisdictionis. Non obstat dictum Angel. de inuentario, quia Angel. ibi in fine non videtur firmare hoc, quia subijcit, quòd melius erit ad episcopum recurrere: & meritò quia licet ipse non dicat, ratio, quam adducit, non videtur bona, dum inquit posse citari, quia de eius commodo agitur: vnde non obstat capit. si diligenti. quia (vt dixi) ratio non videtur bona, quia clericus etiam volens non potest conueniri coram sæculari, siue de eius commodo tractetur, siue non. Non obstat decisio Petrus de Anchara. de restitutione in integrum. quę petitur per minorem: quia debet peti in loco quasi contractus, vbi obligatus fuit minor, dum adiuit ratione quasi contractus. §. hæres. instit. de oblig. quæ ex quasi contract. nas. quasi velit dicere, quod minor, qui restituitur, fungatur vice rei, ex quo vult se eximere ab obligatione, & qui conuenitur, dicatur quodammodo actor in tali casu; sed in casu nostro non militat ista ratio specialis, quæ est in restitutione in integrum. Vltimò non obstat, quòd citatio non requirebatur, nam hoc verum intelligitur quantum ad ipsam dationem curatoris simpliciter, quæ quidem valuisset etiam sine citatione, per supra dicta; sed in præiudicium ecclesiæ minimè dari potuisset non facta citatione: quia licèt non debeat citari ille, in cuius preiudicim principaliter non tendit iudicium, ut supra dictum fuit: illud verum est quantum ad validitatem sententię, sed ad hoc, ut illi tertio fiat præiudicium, citatio requiritur, ut no. Bar. in l. si eo tempore. C. de remis. pign. & in tractat. ad reprimendum. in verbo, per edictum. cum similibus. ut tradit Alexand. in l. de vnoquoque. in princi. ff. de re iudic. ut ergo sententia declaratoria furoris preiudicaret ecclesiæ, citatio fuit necessaria: & ideo cum agatur de interesse, & præiudicio ecclesiæ, iudex sæcularis videtur incompetens, per supra dicta. Laus Deo. Philip. Dec. Pisis.

Finis Consiliorum omnium doctissimi, & accutissimi I. V. Doctoris do. Philippi Decij, siue de Decio Mediolanensis.

Index

FINIS.

colorchecker CLASSIC



























calibrite

mm